S. EUSEBII

# HIERONYMI

STRIDONENSIS PRESBYTERI

# OPERA OMNIA,

POST MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI

SED POTISSIMUM JOANNIS **MARTIANÆI** HUJUS ORDINIS RECENSIONEM,
DENUO AD MANUSCRIPTOS ROMANOS, AMBROSIANOS, VERONENSES ET MULTOS ALIOS,
NEC NON AD OMNES EDITIONES GALLICANAS ET EXTERAS CASTIGATA,
PLURIMIS ANTEA OMNINO INEDITIS MONUMENTIS,
ALIISQUE S. DOCTORIS LUCUBRATIONIBUS SEORSIM TANTUM VULGATIS AUCTA,
INNUMERIS NOTIS, OBSERVATIONIBUS, CORRECTIONIBUS ILLUSTRATA,

*STUDIO ET LABORE*

**VALLARSII ET MAFFÆII**

VERONÆ PRESBYTERORUM,
OPERAM NAVANTIBUS ALIIS IN EADEM CIVITATE LITTERATIS VIRIS.
EDITIO PARISIORUM NOVISSIMA
EX SECUNDA AB IPSIS VERONENSIBUS EDITORIBUS CURIS POSTERIORIBUS ITA RECOGNITA,

ATQUE EX **RECENTIUS DETECTIS** SIC DITATA
UT PRÆSENS EDITIO, AMPLITUDINE SOLA, CÆTERIS OMISSIS EMENDATIONIBUS,
PRÆCEDENTES OMNES EDITIONES, ETIAM BENEDICTINAS,

***tertia parte seu triente materialiter superet,***

ACCURANTE ET AD ULTIMUM RECOGNOSCENTE **J. P. MIGNE**, *CURSUUM COMPLETORUM* IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

9 VOL. — PRIX : 60 FR.

**TOMUS OCTAVUS.**

VENIT APUD EDITOREM,
*IN VIA DICTA* D'AMBOISE, PRÈS LA BARRIÈRE D'ENFER,
OU PETIT-MONTROUGE.

1846.

# ELENCHUS OPERUM

## QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.





Imprimerie de Vrayet de Surcy et Cie,
rue de Sèvres, 37, à Paris.

# PRÆFATIO.

Demum post longi temporis moras, quodam veluti postliminio, prodit octavus iste Hieronymi Operum tomus, qui *Chronica*, ut vocant, seu canones historiæ universæ continet, tam quos de Græcis Eusebii vertit, gestisque aliis præcipue Latinorum auxit, quam quos de suo, ad continuandam veterum monimentorum ad sua usque tempora seriem, addidit S. Pater. Inter omnes, non ejus modo, sed omnium ingeniorum fetus, quibus eruditæ antiquitatis memoria continetur, nullum facile invenies, cujus tanta fuerit vel operis magnitudo et præstantia, vel quæ percipi ex eo potest, legentis utilitas. Absque illo foret, innumera etiamnum, quæ non sacræ tantum, sed ἐξωτικῆς etiam historiæ meliorem partem sive chronologiam spectant, tegmine tenebrarum atro passim obvolverentur, quæ nunc explorata habemus, et minime dubiis temporum characteribus constituta. Accedit, quod Græco jam deperdito textu, et si non verbis plane ipsis Eusebii, ratione certe quidem illa qua cum certis quibusdam annis gesta componebantur, nosse nunc eadem probe, uni acceptum referimus S. Interpretis industriæ, ejus divini propemodum beneficii est. Et deerat tamen his, quas hactenus adornarunt docti viri, collectionibus eorumdem Operum pars isthæc cæteris præstantior omnibus, perinde ac si pectus aut caput, si superis placet, conformando corpori nobilissimo parum adeo conduceret, ut abesse etiam ab reliqua structura posset. Neque vero cur prætermitteretur, causa fuit, quod seorsum editus liber faceret studiosis rei chronologicæ satis : nam veteres editiones si dicunt, tot sunt illæ omne genus vitiis deformatæ, ut iis carere aliquando præstet, quam cum tot mendis conflictari. Recentiores autem duæ, quæ sunt tamen ante annos ferme centum quadraginta, altera ab Arnaldo Pontaco Vasatensi episcopo, altera ab Josepho Scaligero, viris doctissimis, adornatæ, raro admodum, et præsertim Pontacena, quæ diligentissime accurata est, inveniuntur : multaque præterea in iis relicta sunt alienæ industriæ, quæ non meam, sed longe doctiorum hominum operam ac limam postulant. Immo hoc ipsum quod sane plurimum inest ei libro difficultatis cur prætermitteretur in causa fuit. Ejus recensionem senserat ipse etiam Hieronymi postremus editor Martianæus, suarum partium esse, seque receperat præstiturum ; sed animum despondit, ubi quantum et quam impeditum negotium sibi daret, limine in ipso advertit. Quid opus est pluribus? Novam parari editionem in votis habuit magnus Pagius, cujus inter omnes qui temporum doctrinam tradiderunt, magna laus est : sed quasi imparem se oneri reputaret, satis habuit animos aliis addere, magnam testatus a litteratis gratiam esse initurum, qui hanc sibi Spartam exornandam susciperet. Scilicet id, quod res erat, probe novit, et ut numeros omnes impleret, quam longi temporis studio, quanta in antiquorum scriptis exercitatione, quam felicioribus curis, atque inventis criticorum opus esset ; neque enim, ut hoc unum interim memorem, pauci ducenda sunt, quæ post Pontaci et Scaligeri fata, viri eruditionis et judicii gloria præstantes in majore luce collocarunt, aut etiam ex libris antea nondum publici juris factis, in vulgus protraxere. Doctus quoque vir, qui non ita pridem *Notitiam Bibliothecæ principalis Vinariensis* conscripsit, et de quo plura inferius, ut stimulos novo editori, *si quis*, inquit, *sperandus est*, addat, quibus juvari etiam possit, argumenta subministrat ex antiquis mss. editisque libris, quos nominat. Interea, dum aliquid fiat, ipse ad eam rem, siquidem viri eruditi excitari possint, symbolam dat integro libello ἀνεκδότῳ variarum lectionum atque emendationum ex quatuor Palatinis codicibus, quas olim doctissimus Claudius Salmasius eruit, ipse notis identidem illustravit : majora vero alia et Hercule aliquo digna felicioribus ingeniis relinquere, lubentem se meritoque profitetur. Tantæ molis est, quam accepimus, provinciam sustinere. Accepimus autem illa coacti, quam dicebamus, instituti necessitate, ut collectioni Hieronymianorum operum, istud quod et cæteris fere præstat, aliquando accederet, et quam diximus anteactas editiones commereri, præstaremus nos culpam. Neque vero ii sumus, qui velimus, post insignium litteratorum conatus, quibus summa omnia tribuimus, nos omne tulisse punctum videri : quinimmo veniam petimus, sicubi partibus nostris, quod fortasse occurret sæpius, ipsi de-

fuimus. Sed antequam de laboris nostri ratione dicamus, quid res ipsa sit, quidve alii antea præstiterint, exponendum est.

Eusebius Pamphili, quod cognomentum ab illustri Martyre propter necessitudinem et studiorum conjunctionem accepit, Cæsareensis episcopus, et ut erudita conjectura est, patria etiam Cæsareensis in Palæstina (quem male adeo cum cognomine alio Cæsareensi in Cappadocia antistite, Dupinius, errorem Usuardi secutus, confundit), istud propemodum immensi laboris atque eruditionis opus concinnavit. Diu multumque erat, quod hostes Christiani nominis deorum quidem suorum vetustatem deprædicabant, Christianam vero doctrinam dicebant χθὲς καὶ πρώην natam : quorum ut calumnias retunderent, alii quidem ante Eusebium scriptores eruditionis laude præstantes ejusmodi libros opposuerunt, quibus temporum præteritorum, et συγχρονισμῶν, quam poterant memoriam repetentes, ex ipsis Græcorum commentariis antiquitatem Mosaicæ legis præ diis gentium asserebant. Nec sane contemnendam hac in re operam navarunt Timotheus chronographus Cedreno laudatus, qui Orphæum Gedeoni σύγχρονον fuisse prodidit, eoque luculentius Justinus Martyr, Theophilus Antiochenus, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Julius Africanus, atque alii. Eusebius autem qui hos pone sequitur, non tam ut eam gentium pertinaciam obterreret, eamdem telam retexere diligentius, et per universum, ut ita dicam, historiarum orbem aggressus est, quam ut præcedentium auctorum nævos tolleret : præcipue vero ut suorum vulgo, quibus nulla certa temporum ratio, neque ipsa quæ in Scripturis denotantur annorum intervalla, dilucide satis constabant, id quod res erat, quasi digito ostenderet. Eapropter omnium regnorum, dynastiarum, nationum, rerumpublicarum initiis solertissime discussis, et contra se positis, tum illud evicit, fabulosorum deorum natalibus longe vetustiores esse Mosaicas origines : tum expeditissima ratione, uno intervallo ad certum historiæ exoticæ titulum revocato, certas quoque antecedentium et consequentium gestorum epochas, in quod unaquæque tempus incurreret, quemque haberent respectum inter se invicem, per regnorum laterculos demonstravit. Exposuit hanc ipse, quam persecutus est methodum, in præfatione perquam diligenter, quæ et clarius ex contextu ipso libri, uno oculorum obtutu percipitur : ut eam pluribus explicare jam nihil intersit.

Porro idem fuisse Julii Africani propositum, eumdemque fere ordinem quinque chronographicis elaboratissimis libris, a mundi origine ad Macrinum imperatorem; perque ejus probe excogitata Eusebium profecisse, credo equidem verosimillimum. Sed næ illud immane commentum est Scaligeri, seu verius calumnia, quam sæpius inculcat, eum totum fere Africani Chronicum in suum transtulisse ; nihil in eo esse antiquitatis reconditæ, nihil luculentum, excellens nihil, quod non ex Africano deprompserit, cum vix tandem illius de nomine meminerit in iis, in quibus ab ejus sententia discedit. Et mirum, tanta securitate sui sæculi alienam industriam sibi vendicare, neque revereri judicia eorum qui Africanum quotidie legebant, utpote cujus opus a centum annis in manibus hominum versaretur. Hoc nempe ipsum revocare Scaligerum ad meliorem mentem poterat, nisi si projectæ hominem impudentiæ Eusebium putabat. Præconceptam tamen opinionem illam ita ratam habuit, ut objectionum, immo calumniarum maximam partem, quas Eusebianæ industriæ facit, et tota præfatione exaggerat, non aliud fundamentum sit, nec aliunde quam de πρώτῳ ψεύδῳ isto derivarit. Familiam ducit illa de regum Assyriorum serie ac temporibus, quæ pro certo ponit ab Africano mutuata ; in eoque de fide expostulat, quod solos tamen reges triginta septem, et annos circiter MCCC numeret, cum ille et reges quadraginta unum, et annos dicat MCCCCLXXXIV. Quod ut prudenter, et dolo malo factum persuadeat, comparat cum aliis ex Africano epochis, olympiade prima in Joathami initium, atque Ilii excidio in Thuoris Ægyptii regnum, unde et noster quidem rationes temporum deduxit, et quo retulit. Sed cum, inquit, a Theutamo Assyrio, item a Thuori Ægyptio, ad Ilii casum longe majus sit intervallum, quam historiæ tempus exigit, Eusebius, integra dynastia Ægyptia sublata, ex antecedente duas fecit, ut earum numerum servaret : ex serie autem regum Assyriorum, quatuor reges præterivit, ut Thuoris et Theutami tempora in Ilii excidium convenirent. Quam fraudem Africano factam acribus usque et usque verbis castigare non desinit, Syncellum sibi socians ad detrahendum, quem sponte iniquiorem fuisse Eusebianæ gloriæ, nemo est qui ignoret. At enim quo tandem argumento docuit, ab Africano regum illorum

seriem atque annorum intervalla Eusebium descripsisse? Nullane alia exstabant tunc Veterum monimenta, quibus mallet adhibere fidem? Non Diodorus, non Ctesias, non historici cæteri, quorum vixdum hodie nomina, deperditis scriptis, supersunt? Diodorum certe ipse laudat Scaliger in Chronici Eusebiani fragmentis : qui Sardanapalum a Nino quintum et tricesimum recenset. Addito Belo ut Petavius notat (*Lib.* IX *de Doctor. Temp. c.* 12), fient triginta sex, qui numerus ab Eusebiano minimum abest. Annos vero dumtaxat MCCC, quibus regnatum est ab Assyriis, Justinus etiam collegit. Igitur auctores alii erant, qui et fide digniores in his Eusebio viderentur, hypothesi certe quidem suæ commodius inservirent. Num, sicubi quempiam probavit ex Africano titulum, rationes quoque reliquas debuit e vestigio sequi? nec potuit ab ejus auctoritate desciscere, quin obtorto collo in judicium trahatur, perinde atque veritus non sit, verba ipsius Africani interpolare, atque invertere? Paria de Ægyptiorum dynasticis dicas, quarum seriem minime omnium Eusebius mutilavit, sed qua erant apud Africanum ex Manethone audacioribus mendaciis aspersæ, repudiavit, alios auctores secutus, quorum rationes cum annis mundi atque historica veritate paulo aptius congruerent. Denique et in gentium reliquarum originibus vetustati mandandis, ipsa etiam consignanda olympiade prima, aliisque epochis, quibus eam ad fastidium usque lectoris Scaliger dicam scribit, tantum abest, ut fraudem Africano fecerit, ut manifesto, laudatis etiam interdum scriptorum nominibus, appareat, eum ex universa antiquitatis memoria, ad variorum placita chronologiam suam moderari. Ea ratione accesseritne propius continuo ad verum, an non, in annotationibus uniuscujusque loci disquirimus : neque enim quod ab inusta perperam nota temerationis librorum Africani eum defendimus, ideo ratum certumque habemus quod abit in diversa. Imo longe nos alia atque ille de Assyriis, deque Ægyptiis, aliisque primævis regibus sentimus, quæ ejus, et receptæ vulgo sententiæ opponimus, et quæ ut conferas, auctores sumus. Olympiadum autem initia quod spectat, iis constituendis neque ipse sibi satis bene constat Eusebius, qui nunc ad Oziæ annum quinquagesimum, nunc ad Joathami, nunc denique ad Achazi usque tempora olympiadas protendit; ut hoc etiam indicio probet, minime se Africani scripta in sua transtulisse, ac pro lubito interpolasse. Sed utique Scaliger, quod pluribus locis Petavius ostendit, Africanum male habuit, cujus ratiocinia cum nimis insulse ad Latinorum chronologiam transtulit, absurdis se et portentosis erroribus implicavit. Addam et hoc obiter, neque quod hoc erat ei scriptori cognomentum *Africanus*, Scaligerum intellexisse : vocat enim eum συνωνύμως *Pœnum*, quem fuisse natione Syrum ex Emmaunte, nemo est hominum paulo eruditorum qui ignoret.

Sed est altera disputatio sane difficilior, eaque momenti longe gravissimi de Eusebiani ejusdem syntagmatis integritate, seu libris, quos volunt duos fuisse, quorum iste qui superest, ex alterius multo copiosioris, qui intercidit, laciniis excreverit : ita tamen ut quæ in hoc leguntur, id quod periit magis deflere, quam quod superest frui, nobis præbeant. Prodiit hæc quoque opinatio (quamquam ea de re pridem alii subdubitarint) ex Scaligeri officina, qui et universi operis titulum Παντοδαπῆς ἱστορίας, prioris libri Χρονολογίας, posterioris Κανόνος fuisse, pene sacramento contendit. Adeo nec veritus est editionem suam audacissimo exemplo in duos libros tribuere, conquisitis undecumque fragmentis, quæ pro Eusebianis venderet : in Latino autem nonnullis de suo assutis, plerisque aliis omnibus repetitis ex posteriore, ut vocat, libro, sub alia quidem contextus serie, sed iisdem plane verbis, ut priorem ex integro consarcinaret. Rationum momentis omnibus, quæ in eam rem, suumque facinus excusandum, ex auctoris ipsiusmet atque interpretis testimoniis cudit, satis ibi suis locis fecimus : ostendimusque luce meridiana clarius, illud quod scriptor uterque *libri exordium* vocat, et quo tempora ab Adamo ad Abrahamum brevissimis verbis perstringuntur, non alium esse ab hoc ipso librum, sed ejus, ut ita dicam, proludium, prooemium, aut quid simile; ut cum sibi proposuisset Eusebius ab Abrahami ortu Chronicon suum auspicari, quæ præcesserant tempora a mundi conditu, atque adeo quibus ipsa Abrahami epocha consignatur, penitus ne prætermitteret. Quod cum paucis sane versibus absolvisset, quam ibat comparatum invicem regum diversorum seriem nominibus tenus subtexuit, *quasi quamdam materiam futuro operi*, ut sanctus interpres vertit, sive ut ipse ait, ὕλας ἐκπορίζων ἐμαυτῷ χρόνων. Argumentum nempe futuræ ejus lucubrationis, quod item pagellis admodum

paucis exposuit. Fecisset multis : ne ita quidem patiebatur scriptionis indoles et natura, ut pro alio libro haberetur, quemadmodum neque frons ampla ædium atque prospectus aliud est ab structura universa ædificium. Porro nec eam esse diximus vocum, *libello*, et *opusculo*, quibus Hieronymus utitur, significationem, ut *ingens volumen*, nec minoris sane molis, quam Chronicus canon ipse, quod Scaliger contendit, notent. Immo vero et perbreve dictatum ὑποκοριστικῶς sonant, cujusmodi epistolæ sunt, quæ illo interdum vocabulo nominantur ; et debent Græco sensui, ipsiusque auctoris menti respondere, qui non ἐν βίβλῳ, aut βιβλίῳ dixit, sed ἐν τῇ πρὸ ταύτης προτάξει, *in prævia operis ordinatione :* ut et perexiguæ molis opellam, et unius ejusdemque sui libri particulam eam esse, ipse de industria indicaret.

Jam vero cum Scaliger ad aliorum testimonia scriptorum provocet, ad eaque nos causam dicere compellat, in quibus maxime triumphat, ea quoque diluenda sunt. Profert ipsum statim Hieronymum, qui non noverit modo, sed et in Latinum sermonem convertisse eum librum se dicat. Scribit enim in Commentario in Danielem cap. IX : *Quidquid in templo postea factum est, non fuit sacrificium Dei, sed cultus diaboli, cunctis in commune clamantibus :* Sanguis ejus super nos et super filios nostros. *Et hoc :* Non habemus regem nisi Cæsarem, *quem locum in Chronico ejusdem Eusebii, quod ante annos plurimos in Latinam linguam vertimus, diligens lector plenius edissertum poterit invenire.* Equidem in isto, quem habemus nunc libro, nihil de conviciis illis et maledictis Judæorum in Christum dicitur : edisserebantur igitur in priore alio, qui jamdiu olim intercidit, et quo historiam continenti orationis filo Eusebius complexus est ? Nihil minus : quippe ad temporum doctrinam nihil ea pertinere, neque adeo locum in Eusebiano syntagmate habere potuisse, nemo non videt. Itaque alius verborum Hieronymi sensus est, quem minime perspectum habuit Scaliger, aut præconcepta opinione abreptus invertit. Est autem iste, qui ex toto manifestissime contextu elucet : Eusebium *a sexto anno Darii.... quando templi opera consummata sunt, usque ad Herodem et Cæsarem Augustum numerare hebdomadas septem et sexaginta duas, quæ faciunt annos quadringentos octoginta tres : quando Christus, hoc est, Hircanus novissimus pontifex de genere Machabæorum, ab Herode jugulatus est, et cessavit juxta legem Dei pontificum successio.* Inde inferre, *quod Herode regnante apud Judæam, et Augusto apud Romanos, Christus natus sit, qui tribus annis et sex mensibus.... Evangelium prædicavit, et confirmavit veri Dei cultum multis, haud dubium quin apostolis et credentibus : quando post passionem Domini in dimidia rursum hebdomada defecit hostia et sacrificium; quidquid enim in templo postea factum est,* etc. Atque hunc porro *locum*, seriem nempe rerum, per quam manifesto constet, *Quidquid in templo postea factum est, non fuisse sacrificium Dei, sed cultum diaboli, in Chronico* (quod ipse in Latinum verterat) *plenius edissertum inveniri.* Invenitur hoc enimvero palamque est temporum comparatione demonstratum per annos singulos ab numero Abrahamitico, quo templum consummatum est, MDI ad Christi usque mortem et prædicationem per consequentes historias, quibuscum illæ etiam hebdomadarum Danielis notæ componi possunt. Nihil igitur aliud *loci plenius edisserti* nomine intellexit, quam quod erat per temporum characteres pluribus ostensum, quo tempore Judæorum religio, et in templo veri Dei sacrificium et cultus desit. Græcum Eusebii locum, quem laudat Scaliger ab Hieronymo interpretatum, nihil moror, quippe quem prorsus incongruum : neque enim aut verbis, aut serie orationis ipsa, et laudatis ex Scriptura testimoniis consonat, sed sententiæ vix tandem ipsi quoquo modo respondet.

Alterum quod urget Scaliger testimonium, hoc est Marcellini comitis : *Post mirandum opus, quod a mundi fabrica usque in Constantinum principem Eusebius Cæsariensis hujus sæculi originem, tempora, annos, regna, virtutesque mortalium et variarum artium repertores, omniumque pene provinciarum monumenta commemorans, Græco edidit stylo, nosterque Hieronymus transtulit in Latinum, et usque in Valentem Cæsarem Romano adjecit eloquio.* Ex quo infert, non solum fuisse priorem eum librum ab Eusebio compositum et ab Hieronymo Latine conversum, sed etiam quod ejus argumentum fuerit, et quæ in eo tractabantur, strictim nos doceri. Miseret me ejus levissimæ argumentationis. Non alia de causa repetit Marcellinus comes *a mundi fabrica* initium Eusebianæ chronologiæ, quam quod ita ferat *exordium libri*, ut prologus ille inscribitur, quo per unius alteriusve pagellæ spatium generationes ab Adamo ad Abrahami ortum digestæ sunt, ipsis fere Scripturæ divinæ verbis, e

*ad prævia*, ut dicebamus, *temporum ordinationis* et procemii instar, ne illa ἀκέφαλος, quam perscripturus erat, historia videretur. Laudat vero ipse etiam Marcellinus singulare opus, et singulari comprehensum libro indicat complexione illa verborum, *a fabrica mundi usque in Constantinum principem;* et rursus, de Hieronymiana translatione atque additamento, *usque in Valentem Cæsarem;* nam si iisdem atque auctor, S. Interpres vestigiis hæsit, certum est quam quod maxime, hunc non duplicem, neque aliam quam quæ superest, Eusebiano syntagmati continuationem de suo adjecisse. Ego nullus dubito, Marcellinum, cum ea scriberet, exemplar nostris non absimile, germanum adeo atque integrum, ob oculos habuisse, in quo unum videtur non satis attendisse caute, quod proprie ab illo *exordio libri*, non pagellis inde loci paucis, incipere Chronicon opus existimavit. Prætereo, quod postremo loco habet Scaliger, argumentum a Prosperi Aquitani exemplo, qui per omnia sese Eusebii imitatorem professus, atque ex ejus omnimoda historia necessaria ad suum opus instruendum colligens, a primi hominis creatione orsus, consecuta tempora ad captam usque a Genserico Romam, Chronico illo integro, ut vocant, sive Labbeano digessit. Facit enim hoc maxime exemplum contra Scaligerum : nam quæ Prosper eo spatio ab Adamo ad Abrahamum complectitur, tam brevia sunt et versuum paucissimorum, ut ne quadranti quidem enarrationis Eusebianæ respondeant; quæ si tanto uberius fuerant ab Eusebio olim pertractata, quid causæ est, cur prior hujus historiæ contextus præ reliqui etiam Chronici compilatione Prosperiana sit brevior?

Omnino igitur commentitius prior ille Eusebianus liber est; nec plusquam hodie habemus Chronicorum Canonum (nisi si quid alicubi, quod veterum libris omnibus usuvenit, aut librariorum oscitantia, aut criticorum dempserit perversa cura) concinnatum ab Cæsareensi episcopo; nihil ultra notum olim Hieronymo, ab eoque Latinis auribus donatum est. Aio, futurum fuisse etiam laborem illum præter rem, immo et deridiculum, si quod centies professus est auctor, ab Abrahamo opus suum auspicari, primordia quoque rerum et vetustiores origines ad eamdem temporis amussim nec semel exegisset : id quod tam demonstrat minime factum, ut neque fieri potuisse a scriptore haud inepto, quin potius consideratissimo evincat. Tum illud quam præposterum atque inutile, bis eadem, diverso dumtaxat ordine, aut stylo persequi? Illud vero supra omnem quantum est hominum eruditorum fidem, si duobus ejusmodi libris opus omne constabat, ita quæ priore continebantur, tamquam ex condicto, et ad Mithridatis litteras, excidisse pariter apud Eusebium et Hieronymum, ut ne fragmentum quidem, atque illud ex Latina saltem interpretatione, ad faciendum jacturæ indicium, apud unum aliquem scriptorem superet. Enimvero si quis velit auctores veteres, qui ex isto chronico opere delibarunt, conferre, sentiet haud dubie, nostros codices non magis esse mutilatos, quam illos quibus ipsi veteres jamdiu olim usi sunt. Tota præterea facies operis, præfatio S. Interpretis atque illa auctoris ipsiusmet quam suis sedibus per vim avulsam alio transferre ausus est Scaliger, tot deinde collectiones temporum ad illustriores epochas, genuinæ (nam una est inter eas atque altera, quas scioli interpolatoris manus intrusit), tot denique formulæ connectendi posteriora prioribus, uno verbo quidquid hoc est operis clamat, singulare fuisse librum, prout nunc est, ab Eusebio conscriptum, nihilque esse, quod Scaliger deploret excisum. Porro autem hanc viro eruditissimo hallucinationem creavit illa, quam paulo ante explodimus, præconcepta opinio de affectata ab auctore nostro Africani methodo : qui chronographiæ suæ καθ' ὁμάδας χρόνων expositæ, canonem dicitur subtexuisse κατὰ πλάτος, sive in annos expansos digestum. Tum vero fucum quoque fecit illa, quibus Eusebianum opus inscribitur, nominum varietas : nam et Παντοδαπὴν ἱστορίαν, et Χρονικὰ συγγράμματα, et Χρονικοὺς κανόνας alibi Eusebius ipse vocat: Syncellus autem sæpe Χρονικὸν, et τὸν Κανόνα, bis etiam Τὰ κατὰ πλάτος appellat; denique et Κανόνας χρονικοὺς, et Ἐπιτομὴν χρόνων alii. Sed et apud Hieronymum, ut Latinos alios interim taceam, nunc *Digestio temporum*, et *Liber;* nunc *Canones temporum*, et *Chronicorum Canonum omnimoda historia;* nunc *Chronica*, et *Chronicon* audiit, visa sunt confidenti nimium ingenio suo homini, res diversas diversa vocabula connotare; sed illud præcipue Syncelli τὰ κατὰ πλάτος erroris causa fuit, ut congruentem ei librum alterum Τῶν καθ' ὁμάδας comminisceretur : cum unum tamen ille per annos expansos nominet, alterum si exstitisset aliquando, quod relationem ad eum haberet, minime prætermissurus. Imposuit igitur nominum illa

paucis exposuit. Fecisset multis : ne ita quidem patiebatur scriptionis indoles et natura, ut pro alio libro haberetur, quemadmodum neque frons ampla ædium atque prospectus aliud est ab structura universa ædificium. Porro nec eam esse diximus vocum, *libello*, et *opusculo*, quibus Hieronymus utitur, significationem, ut *ingens volumen*, nec minoris sane molis, quam Chronicus canon ipse, quod Scaliger contendit, notent. Immo vero et perbreve dictatum ὑποκοριστικῶς sonant, cujusmodi epistolæ sunt, quæ illo interdum vocabulo nominantur; et debent Græco sensui, ipsiusque auctoris menti respondere, qui non ἐν βίβλῳ, aut βιβλίῳ dixit, sed ἐν τῇ πρὸ ταύτης προτάξει, *in prævia operis ordinatione :* ut et perexiguæ molis opellam, et unius ejusdemque sui libri particulam eam esse, ipse de industria indicaret.

Jam vero cum Scaliger ad aliorum testimonia scriptorum provocet, ad eaque nos causam dicere compellat, in quibus maxime triumphat, ea quoque diluenda sunt. Profert ipsum statim Hieronymum, qui non noverit modo, sed et in Latinum sermonem convertisse eum librum se dicat. Scribit enim in Commentario in Danielem cap. IX : *Quidquid in templo postea factum est, non fuit sacrificium Dei, sed cultus diaboli, cunctis in commune clamantibus :* Sanguis ejus super nos et super filios nostros. *Et hoc :* Non habemus regem nisi Cæsarem, *quem locum in Chronico ejusdem Eusebii, quod ante annos plurimos in Latinam linguam vertimus, diligens lector plenius edissertum poterit invenire.* Equidem in isto, quem habemus nunc libro, nihil de conviciis illis et maledictis Judæorum in Christum dicitur : edisserebantur igitur in priore alio, qui jamdiu olim intercidit, et quo historiam continenti orationis filo Eusebius complexus est? Nihil minus : quippe ad temporum doctrinam nihil ea pertinere, neque adeo locum in Eusebiano syntagmate habere potuisse, nemo non videt. Itaque alius verborum Hieronymi sensus est, quem minime perspectum habuit Scaliger, aut præconcepta opinione abreptus invertit. Est autem iste, qui ex toto manifestissime contextu elucet : Eusebium *a sexto anno Darii.... quando templi opera consummata sunt, usque ad Herodem et Cæsarem Augustum numerare hebdomadas septem et sexaginta duas, quæ faciunt annos quadringentos octoginta tres : quando Christus, hoc est, Hircanus novissimus pontifex de genere Machabæorum, ab Herode jugulatus est, et cessavit juxta legem Dei pontificum successio.* Inde inferre, *quod Herode regnante apud Judæam, et Augusto apud Romanos, Christus natus sit, qui tribus annis et sex mensibus.... Evangelium prædicavit, et confirmavit veri Dei cultum multis, haud dubium quin apostolis et credentibus : quando post passionem Domini in dimidia rursum hebdomada defecit hostia et sacrificium; quidquid enim in templo postea factum est,* etc. Atque hunc porro *locum,* seriem nempe rerum, per quam manifesto constet, *Quidquid in templo postea factum est, non fuisse sacrificium Dei, sed cultum diaboli, in Chronico* (quod ipse in Latinum verterat) *plenius edissertum inveniri.* Invenitur hoc enimvero palamque est temporum comparatione demonstratum per annos singulos ab numero Abrahamitico, quo templum consummatum est, MDI ad Christi usque mortem et prædicationem per consequentes historias, quibuscum illæ etiam hebdomadarum Danielis notæ componi possunt. Nihil igitur aliud *loci plenius edisserti* nomine intellexit, quam quod erat per temporum characteres pluribus ostensum, quo tempore Judæorum religio, et in templo veri Dei sacrificium et cultus desit. Græcum Eusebii locum, quem laudat Scaliger ab Hieronymo interpretatum, nihil moror, quippe quem prorsus incongruum : neque enim aut verbis, aut serie orationis ipsa, et laudatis ex Scriptura testimoniis consonat, sed sententiæ vix tandem ipsi quoquo modo respondet.

Alterum quod urget Scaliger testimonium, hoc est Marcellini comitis : *Post mirandum opus, quod a mundi fabrica usque in Constantinum principem Eusebius Cæsariensis hujus sæculi originem, tempora, annos, regna, virtutesque mortalium et variarum artium repertores, omniumque pene provinciarum monumenta commemorans, Græco edidit stylo, nosterque Hieronymus transtulit in Latinum, et usque in Valentem Cæsarem Romano adjecit eloquio.* Ex quo infert, non solum fuisse priorem eum librum ab Eusebio compositum et ab Hieronymo Latine conversum, sed etiam quod ejus argumentum fuerit, et quæ in eo tractabantur, strictim nos doceri. Miseret me ejus levissimæ argumentationis. Non alia de causa repetit Marcellinus comes *a mundi fabrica* initium Eusebianæ chronologiæ, quam quod ita ferat *exordium libri,* ut prologus ille inscribitur, quo per unius alteriusve pagellæ spatium generationes ab Adamo ad Abrahami ortum digestæ sunt, ipsis fere Scripturæ divinæ verbis, e

*ad prœviæ*, ut dicebamus, *temporum ordinationis* et procemii instar, ne illa ἀκέφαλος, quam perscripturus erat, historia videretur. Laudat vero ipse etiam Marcellinus singulare opus, et singulari comprehensum libro indicat complexione illa verborum, *a fabrica mundi usque in Constantinum principem;* et rursus, de Hieronymiana translatione atque additamento, *usque in Valentem Cæsarem;* nam si iisdem atque auctor, S. Interpres vestigiis hæsit, certum est quam quod maxime, hunc non duplicem, neque aliam quam quæ superest, Eusebiano syntagmati continuationem de suo adjecisse. Ego nullus dubito, Marcellinum, cum ea scriberet, exemplar nostris non absimile, germanum adeo atque integrum, ob oculos habuisse, in quo unum videtur non satis attendisse caute, quod proprie ab illo *exordio libri*, non pagellis inde loci paucis, incipere Chronicon opus existimavit. Prætereo, quod postremo loco habet Scaliger, argumentum a Prosperi Aquitani exemplo, qui per omnia sese Eusebii imitatorem professus, atque ex ejus omnimoda historia necessaria ad suum opus instruendum colligens, a primi hominis creatione orsus, consecuta tempora ad captam usque a Genserico Romam, Chronico illo integro, ut vocant, sive Labbeano digessit. Facit enim hoc maxime exemplum contra Scaligerum : nam quæ Prosper eo spatio ab Adamo ad Abrahamum complectitur, tam brevia sunt et versuum paucissimorum, ut ne quadranti quidem enarrationis Eusebianæ respondeant; quæ si tanto uberius fuerant ab Eusebio olim pertractata, quid causæ est, cur prior hujus historiæ contextus præ reliqui etiam Chronici compilatione Prosperiana sit brevior?

Omnino igitur commentitius prior ille Eusebianus liber est; nec plusquam hodie habemus Chronicorum Canonum (nisi si quid alicubi, quod veterum libris omnibus usuvenit, aut librariorum oscitantia, aut criticorum dempserit perversa cura) concinnatum ab Cæsareensi episcopo; nihil ultra notum olim Hieronymo, ab eoque Latinis auribus donatum est. Aio, futurum fuisse etiam laborem illum præter rem, immo et deridiculum, si quod centies professus est auctor, ab Abrahamo opus suum auspicari, primordia quoque rerum et vetustiores origines ad eamdem temporis amussim nec semel exegisset : id quod tam demonstrat minime factum, ut neque fieri potuisse a scriptore haud inepto, quin potius consideratissimo evincat. Tum illud quam præposterum atque inutile, bis eadem, diverso dumtaxat ordine, aut stylo persequi? Illud vero supra omnem quantum est hominum eruditorum fidem, si duobus ejusmodi libris opus omne constabat, ita quæ priore continebantur, tamquam ex condicto, et ad Mithridatis litteras, excidisse pariter apud Eusebium et Hieronymum, ut ne fragmentum quidem, atque illud ex Latina saltem interpretatione, ad faciendum jacturæ indicium, apud unum aliquem scriptorem superet. Enimvero si quis velit auctores veteres, qui ex isto chronico opere delibarunt, conferre, sentiet haud dubie, nostros codices non magis esse mutilatos, quam illos quibus ipsi veteres jamdiu olim usi sunt. Tota præterea facies operis, præfatio S. Interpretis atque illa auctoris ipsiusmet quam suis sedibus per vim avulsam alio transferre ausus est Scaliger, tot deinde collectiones temporum ad illustriores epochas, genuinæ (nam una est inter eas atque altera, quas scioli interpolatoris manus intrusit), tot denique formulæ connectendi posteriora prioribus, uno verbo quidquid hoc est operis clamat, singulare fuisse librum, prout nunc est, ab Eusebio conscriptum, nihilque esse, quod Scaliger deploret excisum. Porro autem hanc viro eruditissimo hallucinationem creavit illa, quam paulo ante explodimus, præconcepta opinio de affectata ab auctore nostro Africani methodo : qui chronographiæ suæ καθ' ὁμάδας χρόνων expositæ, canonem dicitur subtexuisse κατὰ πλάτος, sive in annos expansos digestum. Tum vero fucum quoque fecit illa, quibus Eusebianum opus inscribitur, nominum varietas : nam et Παντοδαπὴν ἱστορίαν, et Χρονικὰ συγγράμματα, et Χρονικοὺς κανόνας alibi Eusebius ipse vocat: Syncellus autem sæpe Χρονικὸν, et τὸν Κανόνα, bis etiam Τὰ κατὰ πλάτος appellat; denique et Κανόνας χρονικοὺς, et Ἐπιτομὴν χρόνων alii. Sed et apud Hieronymum, ut Latinos alios interim taceam, nunc *Digestio temporum*, et *Liber;* nunc *Canones temporum*, et *Chronicorum Canonum omnimoda historia;* nunc *Chronica*, et *Chronicon* audiit, visa sunt confidenti nimium ingenio suo homini, res diversas diversa vocabula connotare; sed illud præcipue Syncelli τὰ κατὰ πλάτος erroris causa fuit, ut congruentem ei librum alterum Τῶν καθ' ὁμάδας comminisceretur : cum unum tamen ille per annos expansos nominet, alterum si exstitisset aliquando, quod relationem ad eum haberet, minime prætermissurus. Imposuit igitur nominum illa

varietas Scaligero : ipse reliquis post se omnibus fecit auctoritate sua offucias. Et mirum ita eum potuisse commentum hoc suum doctis probare, ita omnium pervadere mentes hominum, ut nemo fuerit, aut nunc sit, qui non iisdem atque ille verbis pronuntiet ac doleat, priorem Chronici ejus thesauri partem et librum tam in Græco, quam ex Hieronymiana interpretatione putido antiquariorum fastidio deperiisse. Laudabo par βιβλιογράφων omnium recentissimum, et magni nominis. Cl. Fabricius Bibliothecæ Græcæ lib. v, cap. 4, de Eusebiano hoc nimirum opere : *In libros*, inquit, *duos divisum fuit ab auctore, quorum priorem* Χρονογραφίαν, *posteriorem* Χρονικὸν Κανόνα. *Atque hanc Epitomen vocat Hieronymus*, etc. Schurzfleischius autem in Notitia Bibliothecæ Princip. Vinariensis : *Constat*, inquit, *illud quod nemo nescit, duabus, ut quidem hodie eruditi volunt, partibus, quarum prior* Χρονικοὶ Κανόνες παντοδαπῆς ἱστορίας *inscripta*, καθ' ὁμάδα : *posterior* Κανὼν Χρονικὸς, *puta* κατὰ πλάτος, *ut loquuntur*, ἐστοιχείωται. *Qua de re, si post Scaligerum, plura dicerem, operam omnino et oleum perderem*. Saltem successerit e sententia nobis, qui contra Scaligerum diximus : et quod certum hactenus visum est viris doctissimis, esse falsissimum, invictis, ut nobis quidem videtur, argumentis ostendimus.

Atque hæc de Eusebio ejusque opere isto chronico dicta sufficiant, ut sua ei ratio atque integritas constent. In reliquis, quæ sane multa Scaliger atque in unum collecta grandi quasi apparatu in præfatione explicat, et culpæ vertit Eusebio, conferre hic pedem nec libet, nec operæ pretium est, quando singillatim in Notis suis quæque locis eventilavimus, quæ ille huc videtur ad invidiam Eusebianæ industriæ creandam denuo contulisse. Sunt quidem ex iis, quæ ille παροράματα et σφάλματα, hallucinationes et errores vocat, nonnulla, quæ tueri mordicus nolim : quamquam enim Eusebium egregium veteris memoriæ investigatorem suspicimus, scimus tamen humanæ incuriæ erroribus æque ac nos obnoxium : in plerisque autem aliis ab ejus partibus stamus.

Veniamus ad eum, cujus hæc maxime causa disputata sunt, sanctum Eusebii interpretem, atque operis ad sua usque tempora continuatorem Hieronymum : quem quidem ex hujus interpretatione libri, ut et alterius Eusebiani de Nominibus locorum, *Eusebii* prænomen sortitum fuisse (non quod scitum vulgo est, a Patre Eusebio) Menagius ad Laertium autumat : nobis autem nugari, potius quam serio dicere visus est : Sed hæc alias. Propositum hunc ejus laborem quod spectat, fatetur ipse etiam Scaliger, nullum de Latinis scriptoribus exstare, cui plus quam Hieronymo debeant ecclesiasticæ litteræ, tam in his, quæ ad origines sacras, quam quæ ad interpretationem divinorum librorum pertinent : neque illo sæculo Eusebio magis idoneum interpretem contingere potuisse, quam eum qui Eusebii studiosissimus, et eorum quæ ab Eusebio tractantur, peritissimus fuit. Atque utinam, inquit, per ejus occupationes, ista non dictare notario, sed scribere illi vacasset. Quod enim a multis vel invitatus vel lacessitus respondere cogeretur, neque ulla ei a labore requies daretur, temporis autem jacturam vel minimam facere neque posset, neque vellet; apparet eum, cum hujus Chronici interpretationem dictaret, scriptioni aliarum rerum simul et notario eodem tempore operam dedisse, ut propterea necesse fuerit, quædam, quod vetari non poterat, tanto viro humanitus excidisse. Non est animus ea, quæ his multa Scaliger subnectit in S. Doctoris reprehensionem, vocare iterum in partes : siquidem suis quæque locis expendimus, sæpe etiam sæpius, utpote falsas criminationes, aut levia critici vitilitigia, refellimus. Unus autem locus est, quem et sibi testatur Scaliger olim imposuisse, et alios in alia omnia egit, quem intactum prætermittere haud licet. Cum passim alibi S. Pater Chronicum, aut Canones Chronicos ἁπλῶς dicat fuisse ab Eusebio elucubratos, in eo, quem post versionem hanc suam scripsit, libro de Viris Illustribus, capite 81, quo hujusmet auctoris opera singillatim recenset, eum refert, *Chronicorum Canonum omnimodam historiam, et eorum* Επιτομὴν conscripsisse. Notatum nobis ad eum locum, eam videri, si umquam exstitit, et cujusque modi fuerit, Epitomen non tulisse ætatem. Sed non succurrebat tunc temporis menti, quam vexatus locus ille criticorum disceptationibus fuerit. Scaliger ergo, ut dicebamus, cum sibi iis verbis persuaderi passus esset aliquando, librum Chronicorum posteriorem fuisse ab Eusebio in Epitomen redactum, hoc de errore in præfatione multis se verbis doctis excusavit. Imposuisse autem contendit Hieronymo Eusebii locum cap. 1 seu prologo Historiæ Ecclesiasticæ præpostere acceptum, ἤδη μὲν οὖν τοῦτον καὶ πρότερον, ἐν οἷς διετυπωσάμην

χρονικοῖς κανόσιν, ἐπιτομὴν κατεστησάμην· πληρεστάτην δ' οὖν ὅμως αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρμήθην τὴν ἀφήγησιν ποιήσασθαι. Id est, *Ac antea quidem in iis, quos conscripsi Chronicos Canones, earum rerum quasi compendium quodam confeci: quas nunc uberiori narratione explicare aggredior.* Rufinus quoque verterat, *Quamvis jam de his ipsis nonnulla etiam in Chronicis.... breviter succincteque perstrinxerim.* Nulla sane hic mentio Epitomes, eo saltem, quo Hieronymus sensu accepit: ut si adeo Scaligero credimus, nec exstarit umquam ejusmodi scriptio, quam sibi Noster, hallucinationem nominis ambiguitate passus, confinxit. Fabricius autem Bibliothecæ Græcæ loco dudum laudato, hunc ipsum contendit Chronicum Canonem, quem porro edimus, *Epitomen* vocari ab Hieronymo, posteriorem scilicet παντοδαπῆς ἱστορίας librum, quo gesta ad suos quæque annos una serie ab Abrahami vocatione referuntur: cum priore, ut somniare eos certo diximus, omnia ab orbe condito, per varia capita, juxta regnorum origines et successiones digererentur. Sed pace dixerim viri doctissimi, nihil poterat ineptum magis atque absonum vero comminisci, non eam dumtaxat ob causam, quod prior ille Eusebii plane commentitius sit liber, verum etiam quod ipse in eadem præjudicia sua peccet. Nam si Chronicorum Canonum Epitomen Eusebius concinnavit, jam non hæc potuit ille idem liber esse qui ipsomet judice Fabricio *Chronicus Canon* proprio titulo nuncupatur. Tum vero quæ tandem illa exstitit confícti libri prioris immensitas, si quæ nunc toto et justo Eusebiano syntagmate continetur, *Epitome* dicenda est? Peccat Schurzfleischius quoque eamdem quidem ob causam, sed propius tamen ad veri speciem contendit, contra atque Fabricius, priorem potius librum, quo, teste Hieronymo in præfatione, Eusebius *quasi quamdam materiam futuro operi prænotarat*, fuisse olim dictum Ἐπιτομὴν Χρονικῶν Κανόνων: id quod Suidæ testimonio comprobare nititur, qui non duarum Chronici partium meminit, sed refert, Eusebium Χρονικῶν Κανόνων παντοδαπὴν ἱστορίαν, καὶ τούτων ἐπιτομὴν edidisse. Sed enim quam sit pauci hoc saltem loco facienda Suidæ auctoritas, haud satis ipse intellexit, quippe qui non animadvertit, eadem illa ab Hieronymiani catalogi interprete Sophronio verba describi: quæ adeo nec majoris auctoritatis esse debent, quam ipsa sit apud eruditos Græca translatio, non sane admodum antiqua, nec de meliore nota; ut nobis olim in ejus editionis præfatione observatum est. Ad hæc ille et secumipsis pugnantia loquitur; nam si erat prior ille liber *Epitome* Chronicorum Canonum (qui scilicet late, perque annos expansos altero libro describebantur), jam non ille grandis liber erat omnimodam historiam complectens, atque universæ eruditionis thesaurus: sed, ut est Epitomarum ingenium atque institutum, perexiguæ molis atque operæ libellus, ea etiam de causa aliis ejusmodi breviariis exilior, quod anni expansi penitus reticeantur, historiarum vero summa capita delibentur. Translucet nihilosecius ex ea minime sibi constante sententia, veri species quædam, ut facile videatur ille potuisse rem acu tangere, nisi præconcepta opinio de duplici Eusebiano libro menti tenebras offudisset. Enimvero sic existimo (siquidem re ipsa concinnata est illa *Epitome*, nec suspicari licet, interpolatum Hieronymi locum) non aliam eam esse, quam quæ in *prævia* Chronici *ordinatione* continetur, et Hieronymo dicitur *quædam futuri operis materia*: denique hoc ibi titulo prænotatur, *Regum series, et quanto quisque tempore regnaverit.* Satis est, ut quod sentio verissimum probes, si eam nominum seriem contextumque a Nino, ad Constantinum oculis usurpes, et rem tuo ipsius judicio, non aliena fide æstimes. Neminem profecto arbitror morari eam, quæ a Cangio Græce ac Latine edita est, Ἐπιτομὴν χρόνων ab Adamo ad Alexium usque Comnenum, tametsi titulo præferat, Ταῦτα ἱστορεῖ ὁ Καισαρεὺς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῷ λόγῳ ὃς ἐκλήθη βασιλικός. Quinimo est fraus isthæc indicio, veram fuisse olim ab Eusebio Ἐπιτομὴν χρόνων, seu verius, ut Hieronymus ait, *Chronicorum Canonum*, concinnatam. Non igitur cum hoc sentiret, falsus est Scaliger: sed utique cum se id sentiendo, errasse existimavit, strenue falsus est: et culpam sibi deprecatus, in Hieronymum transferens, ostendit, se neque antea, neque post, sensum ejus assecutum, et novo non tam se errore, quam S. Doctorem injuria cumulavit.

Fuit hæc autem solemnis Scaligero erroris causa in Hieronymiana translatione expendenda, quod nactus laciniam quampiam in Græcis, quæ Latinæ sententiæ utcumque responderet, e vestigio pronuntiare non est veritus, eum omnino locum fuisse, eaque plane verba in Eusebiano exemplari, quæ S. Pater Latine refunderet: ut eum tamen ab iis aut sensu, aut nomine tenus abludit, conclusum eat, eum nunc dictandi properantia, nunc hal-

lucinatione, quod penitiore careret Græcæ linguæ scientia, peccasse. Nolim ego Scaligeri famam imminui, quam sibi in ea etiam eruditionis parte apud omnem posteritatem jure peperit: fidenter tamen aio, tantum illi Græcarum litterarum peritia præstasse Hieronymum, quantum ei qui linguam multis jam sæculis obsoletam, studio improbo edidicit, ille qui eo ipso sæculo, cumque iis vixit, quibus sermo ille vernaculus fuit. At Syncellum, inquit, habeo Eusebianæ scripturæ fidejussorem. Sit ille quidem locis bene multis: num adeo omnibus, et continenti serie Eusebium κατὰ λέξιν descripsit? Immo vero cum inimicum se illi profiteatur, multaque in aliud atque ille tempus transferat, tametsi materiam ab eo suffuratus est, verba identidem demutarit, ut de suo aliquid ausus tandem videretur. Enimvero non Syncellus modo Eusebium descripsit, sed et Chronici Paschalis auctor sæpe, Cedrenus item, atque alii, qui tamen in una eademque referenda historia verbis dissentiunt inter se. Non est itaque definitu, apud quem pura dictati Eusebiani veritas, ipsaque series verborum constet, ut certum ex eorum fragmentis institui de Hieronymi versione judicium possit: quin potius ad Latinum par est, dissimilis Græci contextus fidem experiri, ut quæ magis translationi consonant, Eusebiana potiori jure videantur. Possem, hoc probe animadverso, per singulas ire criminationes Scaligeri, quibus nullum obtrectandi Hieronymo finem facit, et quæ conversa ab eo perperam, aut alio explicatu reprehendit, Græco exemplari fideliora, et multo quidem verosimilius ostendere. Sed et alia causa est, ob quam nobis excusari S. Interpres debet; nactus est enim Eusebianum exemplar alicubi inemendatum, ut manifesto indicio unius alteriusve loci constat: neque ei licuit pro temporis angustia facere librariæ diligentiæ periculum. Hinc porro ille ortus Παράδιος, qui de Minoe scripsit, novus, immo commentitius plane auctor, sed Scaligeri dicteriis jam fere notior, quam si vere olim exstitisset. Legendum fuisse distinctis verbis παρὰ Διός, non conjunctim Παράδιος, nemo ibit inficias: simul autem culpam, nisi si in Hieronymum iniquior est, Græco amanuensi nemo non imputet. Sane ut iste, ita plerique alii, qui in judicium vocantur, cæteris explicatu difficiliores loci non sunt: quos nimirum scientissime, ipso interdum admirante Scaligero, est interpretatus. Linea exciderit in fere protritis atque obviis, qui ardua feliciter emensus est, et recta incessit, qua nulla erat via? Nec prætermittendum alia ex parte, quod errore interdum eorum, qui Hieronymum descripserunt, adversus eum nititur accusatio: cujus nulla adeo vis erit, si pristinæ integritati vexatus locus restituatur. Non raro autem depravata ejusmodi lectio Scaligerum fefellit, qui etiam cavere mendum cum posset, id maluit S. Interpreti, potius quam scribarum incuriæ tribui. Et senserat tamen, nullum librum tot errorum monstris deformatum, tot vitiis oblitum, tam prodigiose contaminatum in suas manus devenisse, quam erant codices hujus Chronici tam editi, quam scripti: ut si ad rectam critices normam judicia sua conferre voluisset, ab auctoris sui partibus standum illi plerumque esset, et de inolitis per antiquariorum oscitantiam mendis suspicandum. Denique et suum Hieronymo, quod optimum videbatur, genus interpretandi erat: nec verbum verbo reddere fidus curavit, sed veluti captivas sententias jure triumphantis in Latinum transtulit: ut porro non ad alias, quam ad propositas sibi regulas hic ejus labor expendi debeat. Παραφράζει autem sæpius: et professus ipse est in libri præfatione, *se et interpretis, et scriptoris ex parte officio usum: quia,* inquit, *et Græca fidelissime expressi, et nonnulla quæ mihi intermissa videbantur, adjeci, in Romana maxime historia, quam Eusebius hujus conditor libri, non tam ignorasse, utpote eruditissimus, quam ut Græce scribens, parum suis necessariam perstrinxisse, mihi videtur. Itaque a Nino et Abraham usque ad Trojæ captivitatem pura Græca translatio est. A Troja usque ad vicesimum Constantini annum nunc addita, nunc mixta sunt plurima, quæ de Tranquillo et cæteris illustribus historicis curiosissime excerpsimus. A Constantini autem supradicto anno, usque ad consulatum Augustorum, Valentis* VI *et Valentiniani iterum, totum meum est.*

Nunc de anno, cui Versio ipsa ascribenda videatur. Scaliger pro certo asserit, S. Patrem quadragesimum nonum ætatis suæ tunc egisse, Prosperi testimonium secutus, qui ab anno vulgaris æræ 331, Basso et Ablavio coss., natalem ejus diem repetit. Valde autem sunt ea de re diversæ doctorum hominum sententiæ, quæ neque huc pertinent, neque rectas ex ea parte rationes inire nos sinunt. Quod tuto affirmare licet, antequam Homilias Origenis in Jeremiam et in Ezechielem de Græco verteret in Latinum, hunc eodem Romano cultu li-

brum donaverat. Compertum hoc est ex ordine, quem instruit ipse suorum operum, capite ultimo libri de Viris Illustribus, ubi proxime a *Chronico omnimodæ historiæ*, homilias illas recenset. Pertinent vero illæ (quod bonis suo loco argumentis evicimus) ad annum trecentesimum octogesimum, vel insequentem : ex quo vel ad eumdem illum annum vel ad præcedentem proxime, trecentesimum septuagesimum nonum, referendum hunc esse, facile intelligas. Idem colligere est ex chronologica nota epistolæ in nostra recensione 57 ad Pammachium, de optimo genere interpretandi, num. 5, ubi, pro vulgata lectione falsa *ante annos circiter viginti*, rescribendum monuimus, *ante annos* xv, quæ numericæ notæ facile in xx persimiles depravatæ videbantur : id quod tantum abest, ut nunc dictum revocemus, quin potius novo, ut ratio temporum constet, calculo comprobamus. Obganniat furiose nescio quis e Benedictinorum Parisiensium familia, nomen et omen habens *Frater Martinus :* rite per nos illa anno trecentesimo nonagesimo quinto epistola consignata est, et loci quam proposuimus emendationem, annus ad quem referenda omnino est Chronici interpretatio, verissimam, non putidis quidem invidia cerebris, sed bene habentibus probat. Brevi erit, qui simul omnia religiosi hominis mendacia (neque enim quod nos spectet, aliud fere ab eo est chartis illitum) relegat vulgo, et si qua illi frons superat, pudorem incutiat. Nos unum istud cogente proposito attigimus : cætera iniqui in nos simus, si quem nihili facimus, ejus moveamur insanis obtrectationibus, et calumniis.

De Prospero, cujus continuationem juxta receptum hactenus editorum morem subnectimus, præfari nihil opus est. Præoccupavit bene multa Pontacus in Apparatu, quem consulas; tum pleraque alia Jacobus Basnagius in Animadversionibus in Chronicon ejus integrum tomo primo Antiquarum Canisii Lectionum ; denique ita cæteris diligentior omnibus quidquid erat notatu dignum explicavit ante annos ferme septem Amstelodami doctissimus Joannes Vanderhaagenius (quod nomen suum addidit, cum suos Observationum Chronologicarum libros ad nos dono misit) ut nihil nobis reliquum fecerit. Præterquamquod spectant illa ad propositum nostrum parum : et quæ lectoris intererat non ignorasse, in Notis ad eamdem Continuationem animadvertimus. Restat igitur expendenda eorum industria, qui in recensendo, eoque magis illustrando ante nos Eusebio-Hieronymiano Chronico operam suam collocarunt. Dupinius primum anno 1470 typis evulgatum narrat ; alii, quibus et malim adhibere fidem, principem editionem eam dicunt, quæ anno 1475, tametsi annus annotatus non est, Mediolani, curante Bonino Mombritio, prodiit. Eam Valesius quoque, utpote omnium vetustissimam, in Notis ad Eusebii Historiam laudat : cui hoc etiam accedit pretii, quod pone secutis editoribus ignota fuerit, neque ipsi Arnaldo Pontaco, ejusmodi codicum indagatori diligentissimo, in consilium adhibita. Reliquas ad suam usque idem Pontacus enumerat, expenditque in Apparatu, ut otiosum jam sit iis reiterandis immorari. Fertur etiam Alphonsi Tostati Commentarius in. Eusebii Chronicon, Hispanica lingua scriptus, atque editus impensis cardinalis Ximenii Salmanticæ anno 1506, quinque in-Folio tomis, de quibus quia nec videre nobis umquam contigerit, judicium penes eos qui legerint est ›.

Sed neque de Pontacena editione ipsa pluribus agendum nobis est, siquidem tota jam oculis subjecta fidelibus recensione hac nostra continetur. Auctor, qui Vasatensem in Aquitania episcopum agebat, tantum in illa ad veteres manuscriptos duodetriginta, atque editos pridem octo libros exigenda, studii, doctrinæ, laborisque improbi contulit, ut ausim affirmare, cum nullo præclarius auctore antiquo, si fidem et diligentiam, quæ præcipuæ sunt partes editoris, spectes, quam cum Hieronymo actum, ut quale olim explicavit Latine Chronicon, legeretur. Moliebatur et Scaliger per id temporis editionem suam, quæ jam alterum in annum premebatur ; et quamquam hoc habet invidiæ plurimum, quod viderentur æmulatione nescio qua, eamdem uterque subiisse provinciam : essent etiam qui hujus in Pontacum animos acuerent : denique sponte sua esset ille in aliena industria laudanda parcissimus : ita tamen præclare de illa et magnifice sensit, totque laudibus editoris doctissimi ingenium, fidem, diligentiam prosecutus est, cum in annotationibus suis, tum datis ad Isaac Casaubonum epistolis, ut neque ipse sibi optare Pontacus luculentius testimonium ab suarum partium homine potuisset. Videnda cum primis est Scaligeriana epistola 104, quæ, nisi brevitati litare, modis omnibus propositum nobis esset, huc erat referenda : tum aliæ tres Casauboni, quæ 450, 529 et 560 numeris prænotantur, ut quæ ejus fuerit æquitas judicii,

perspiciant, ac porro addiscant ab illo, qui nostri temporis religiosi homines audiunt. Absoluta demum est Pontacena editio Burdigalæ circa anni 1604 finem : ipse paulo post, sive anni insequentis initio auctor, Vasatensis episcopus, supremum diem obiit. Ejus quoque libri exempla aut improsperam vicem aliquam subierunt, aut sane perpauca olim impressa sunt : vix enim unum aliquod in Italia præsertim hac nostra invenias, quod auro contra comparare possis. Quæ nobis non ultima causa fuit, cur unum nacti in Patrum Theatinorum nostræ hujus urbis bibliotheca, illudque eorum beneficio et humanitate, quæ sit in exemplum, assecuti, totum quod erat ejus editionis proprium, apparatus, annotationes, et reliqua huic nostræ ut accederent, curaverimus : ut qui hanc compararit, illam ex integro habeat.

Post biennium a Pontacena prodiit Lugduni Batavorum Scaligeri editio, quæ incredibili doctorum plausu excepta est : ipsi autem editori non usque adeo visa est numeris omnibus absoluta, ut continuo de illa renovanda cogitarit, nec ad postremum usque diem vitæ, qui post ferme alterum biennium contigit, ab ea cura destiterit. Diu autem post, sive anno demum 1658, curante viro doctissimo Alexandro Moro, qui et præfationem de suo addidit, Amstelodami recusa est tertia fere parte auctior, et suprema auctoris manu emendatior. Præfert titulo *Thesaurum temporum* : neque sane Eusebium modo, et Hieronymum et Prosperum, sed et alios auctores, ab iis derelicta continuantes, continet, Victorem scilicet Tununensem, Joannem Biclariensem, Idatium, Marcellinum comitem, et barbarum illum excerptorum ab Eusebio, ut dicitur, Africano, atque aliis auctore; denique et Isagogicorum Chronologiæ Canonum tres libri, utpote ad eam temporum doctrinam admodum necessarii, accesserunt. Eusebium quod spectat, et rei caput est, non dubitat pronuntiare Casaubonus epistol. 450, tametsi laudandi animo (quippe qui immodica Scaligerani ingenii admiratione tenebatur) illum, non quale ab auctore conscriptum, sive ab Hieronymo publicatum est, sed quale concipi ab eo debuit, Chronicon edidisse. Diximus hoc nos Scaligeri πρῶτον ψεῦδος, quo voluit in duos fuisse opus illud libros tributum. Ex eo certe consequi eum malesana consilia necesse fuit, ut scriptis Eusebii, et Hieronymi numquam, utpote veterum auctorum, summa sine religione tractandis, profanas injiceret manus, suosque centones et ῥαψῳδίας splendido illorum nomine venditaret. Piorem librum, ut dicebamus in Latino quidem ex iteratis interpretationis Hieronymianæ locis consarcinavit : in Græco autem ex variorum auctorum, ipsiusque Eusebii longis laciniis, non ex Chronico quidem isto opere, sed ex aliis puta Præparatione, ac Demonstratione Evangelica expressis, confinxit. Miseret me ejus laboris inutilis, quo præcedentes Abrahamiticam æram historias procudit ex Hebraico exemplari et Samaritico, veterumque fragmentis chronologorum, Manethonis, Berosi, Timothei, Abideni, Apollodori, Alexandri Polyhistoris, Josephi, Africani, atque aliorum, quasi de Eusebii Chronicis excisa olim sarciret, quæ neque poterant tunc illi κατ' ὄναρ venire in mentem. Ejusdem porro fidei sunt reliqua ad Diocletianum usque illo Χρονικῶν λόγῳ πρώτῳ contenta, atque ex aliis præter laudatos auctoribus, ac libris quibusdam nondum vulgatis descripta, quæ tam longa digestione temporum atque historiarum contextu, vix unum aliquem versum vere Eusebianum continent. Græca alterius quem vocat libri (quandoquidem hic unus est ab Eusebio elucubratus) pleraque omnia genuina videri possunt, si cum Latina interpretatione comparentur : et sane magna debetur Scaligero gratia hac in parte, quod restituere ipsum Eusebianum textum pro virili contenderit. Est tamen in hoc etiam peccatum ab eo sæpius, quod vitiosis admodum apographis usus sit cum Syncelli, tum Chronici Alexandrini, quæ tum temporis nondum erant publici juris facta, atque illo præsertim, quod fuisse raptim et multo inemendatius sive a Casaubono, sive ab aliis descriptum, Goarus in editione sua locis bene multis docuit. Præterea huc etiam Scaliger quædam retulit, quæ minime omnium Eusebium auctorem habent. Ex his sunt consulum paria unoquoque anno, quæ fuisse etiam ab Hieronymo ad Græcum exemplar non in versione sua tantum, sed et continuatione fideliter annotata, a breviatore autem illo operis, qui de capite ortus suo est, detruncata, ut pleraque alia, contendit. Nos ut se occasio præbuit in notis, maxime vero in proœmio ad pag. 79, bonis argumentis evicimus, adeo non fuisse umquam ab Eusebio, eoque minus Hieronymo, attexta, ut neque per libri propositum id licuisset. Denique alia Collectaneis illis suis Græcis infarsit, quæ nec veteris alicujus scrip-

toris sunt; illam, inquam, Ἱστοριῶν συναγωγήν, et Ὀλυμπιάδων ἀναγραφήν, quam recte pridem animadverterunt eruditi viri, fuisse ab ipso Scaligero collectam digestamque ex variis cum editis, tum ineditis scriptoribus, non Græcis modo, sed etiam Latinis, quorum loca Græce convertit. Atque hæc quidem Eusebiani Chronici in Scaligerana editione facies, cui reparandæ præter heroem illum parem exstitisse neminem, Casaubonus dixit, ipse de se minimo minus professus est. In notis quas sane adjecit luculentissimas (Casaubonus vocat tot θαύματα) aut suæ hypothesi velificatur, aut quod sæpius facit, res tractat eruditas, nec nisi si occasio daretur obloquendi Hieronymianæ interpretationi, multum de auctoris sui lectione expendenda ad veteres libros, quos præsto habuit optimæ notæ duos præter Bongarsianum majusculis litteris scriptum, et longe vetustissimum, sollicitus fuit. Quin hoc ipsum sibi palmarium duxit superius laudata epist. 104, ubi suam cum Pontacena editione comparans, Nos, inquit, alia via grassati codicum fidem numquam nisi in re ancipiti imploramus : in illis, quæ et pueri sciunt, male horas collocari putamus. Denique nihil est dissimilius quam editio nostra Aquitanicæ; et tamen illa, ut dixi, vivet, quia mendas superiorum editionum sustulit; et nostra quoque non minus, quia errores temporum castigat. Revera quibus una laudibus abundat, altera fere penitus caret : ut operæ pretium fuisset, conferri utriusque editoris studia ad unam perficiendam numeris omnibus absolutam. De Scaligerana tamen in universum si quis a me quærat, quid ex animi sententia judicem, eam ego, tametsi fortasse durum aliquibus videbitur, haberi infra Pontacenam velim. Illud nimirum, quod affectabat Scaliger regnare in litteris, utque ipsi notatum Casaubono est, volebat omnia sua nova videri etiam eruditissimis, in causa fuit, cur in diversa alia ab auctoris sui mente abiret, erroresque sibi gigneret longe gravissimos. Nec jam dico de falsa Eusebiani syntagmatis œconomia, et suppositione Græci textus maxima ex parte : vix ulla ejus annotatiuncula fuit, in qua non aliquid esset quod refelli oporteret, et castigari, sive quod ipse in errore versaretur, sive quod falso crimen auctoribus suis impingeret. At vero si quis inde conclusum eat, faciendam parvi, meque adeo parvi facere doctrinam atque industriam Scaligeri, næ ille minimi faciendus sit. Demiror ergo summum ejus ingenium, valdeque suspicio in ipsis, quas reprehendo hallucinationibus; et haud scio, num illi inter omnes, non modo qui temporum doctrinam tradiderunt, sed præclare de litteris in universum, deque earum unoquoque genere meruerunt, infinitæ propemodum lectionis, tanti tamque acris judicii laude parem facile invenies. Ipso, inquam, minime excepto Petavio, qui ut non immerito Scaligerum sæpius reprehenderit, semper tamen immodice, contra atque ejus etiam in hoste laudanda virtus merebatur, invectus est : cujus animadversionibus simul omnibus et libris nimium quantum una illa divina Julianæ periodi constructio atque inventum prævalet. Alios, qui Scaligerum castigarunt, viros doctissimos Morus pumilioni comparat, qui gigantis invectus humeris, non ideo est ipso gigante major existimandus, quia longius prospicit. Addam ad impetrandam ei veniam, quod est mihi τῶν πάνυ litteratorum scripta recolenti, sæpius animadversum, videri summa ingenia, cujusmodi unoquoque sæculo nascuntur paucissima, præ aliis communis et plebeiæ indolis fuisse erroribus obnoxia. Sed enim ista nihil non vulgare et protritum longo studio atque opera in medium proferunt; illa nihil non sublime, et novum, aut priorum inventis superstructum perscribunt : in quibus proclive nimium est humanitus falli. Prosunt autem ipsæ magis interdum istorum hallucinationes, quam illorum diligentiores curæ; atque ut officiant, novo subinde aliquo invento et probe excogitato, quibus remissa ingenia minime apta sunt, magno cum fenore redimuntur. Porro hanc fuisse inter altæ mentis homines laudem Scaligero singularem, nemo ibit inficias : nos qui tam sæpe dicam ei scribimus, per ejus tamen aliquando profecisse doctrinam, non diffitemur.

Inaudiverat porro ipse Scaliger, quasdam in sua Eusebiana censuras auctore Martino Delrio Antuerpiæ excudi : quæ si mererent responsum, non futurum se in mora, ad Casaubonum scribens, receperat. Sed obiit ipse post menses admodum paucos extremum diem; ille vero Censurarum liber in oblivionem ita abiit, ut neque si typis excusus revera est, satis sciam. Ea demum est obtrectantium temere scriptorum fortuna atque exitus. Alia via, et multa quidem, prout nominis sui fama merebatur, cum laude grassatus est magnus Salmasius, qui magno Scaligero in Lugdunensi Batavorum schola successit. Hic Eusebio

haud melius posse credidit suppetias ferri, quam si denuo ad veteres manu exaratos codices exigeretur : id quod sedulo ipse quidem præstitit quatuor usus e Palatina bibliotheca mss. quorum primum venerandæ imprimis vetustatis codicem in notis ad Historiæ Augustæ scriptores vocat. Usus præterea est uno, quem apud se habuit, prioribus chartis mulctato ad fere medium usque Eusebianæ præfationis. Ex his autem variantes lectiones, et quæ in textum referendæ potiori jure sibi viderentur, ad exemplaris sui ex priore Scaligerana editione oram annotavit, addita interdum et causa, et raris admodum in eamdem rem notis ; neque enim curas illas suas in lucem prolatum ibat. Devenit postea exemplar illud e Salmasiana in bibliothecam Marquardi Gudii, ex qua in Principalem Vinariensem, adnitente, qui ei præerat Conrado Samuele Schurzfleischio, cum aliis haud minoris pretii libris illatum est. E vestigio cœpit doctus vir ille Salmasiani laboris ad exitum perducendi consilium : multaque jam adornaverat, inque Adversaria sua conjecerat, cum fato cessit. Sed ea minime passus intercidere non minori eruditionis laude clarus frater ejus Henricus Leonardus, e schedis illis excepta, utque ipse narrat, paululum disposita, atque ubi opus fuerat, aucta, atque ad umbilicum perducta, præfixis etiam perpaucis Notis, quibus Græci textus a Scaligero publicati marginem Salmasius asperserat, Auctarii loco ad *Notitiam bibliothecæ Principalis Vinariensis* an. 1712 cum doctis communicavit : quæ item *posterioribus curis*, vulgato post fermc biennium exiguo libello, recognovit. Cujus illa sint pretii, et quam bonæ frugis experti nos simus, disces ex iis, quæ maxime in rem nostram videbantur, et subindo nostris annotationibus interseruimus, ut tui etiam, lector, judicii faceremus.

Post illas itaque hominum longe doctissimorum curas, huic nos novæ editioni adornandæ accinximus : cui quidem modis omnibus et numeris expoliendæ, tametsi prævia tanta illa Criticorum industria conferre plurimum videretur, cum manum tamen operi admovimus, tot rerum varietate, et sententiarum dissidiis, negotium dari nobis magis, ac magis impeditum, experti sumus. Proposuimus autem archetypi loco Pontacenam editionem, utpote quæ et Joanni Morino dicitur omnium correctissima, et est jure merito cæteris, ut dudum observavimus, præferenda. Contulimus porro illam ex integro cum probæ antiquitatis et notæ codicibus mss. : uno, qui ante hos paucos annos in Parmensi Ducali bibliotheca fuit, numero 52 prænotatus, et recentiore quidem alio, sed satis tamen emendato, qui apud nos est : quorum certe ope nonnulli, qui cum mendis adhuc conflictabantur, loci restituti sunt. Adhibuimus quoque in consilium principem editionem, nemini antea editorum tractatam, ut et illam Auberti Miræi, quæ posteriorem tantum Chronici partem a Christo nato exhibet. Alii alios laudant veteres libros : et Valesius quidem vetustissimos, Acutianum, Lipsii et Ortelii : Colomesius autem exemplar Scaligeranæ editionis, quod Cornelius Tollius cum mss. commisit ; quibus tamen caruisse in tanta divitiarum ejusmodi copia, non usque adeo nobis ægre ferendum videtur. Atque hæc levioris momenti sunt. Græcum Eusebii contextum jamdiu olim deperditum, ex variis variorum auctorum, qui ex eo quædam in sua transtulerunt, laciniis sarcire propemodum ex integro, conquisitis undequaque locis genuinis, qui ne verbo quidem tenus abluderent, sed omnino iisdem quæ Eusebius perscripsit, contineri viderentur, hoc opus, hic labor improbus fuit. Maximam quidem fragmentorum partem Georgius ille Syncellus, tum Paschalis, sive Alexandrini Chronici auctor suppeditarunt ; sed alia tamen apud alios investigare diligentissime necesse fuit, Cedrenum puta et Nicephorum, Theophanem et Jo. Malala, quorum volumina ad exiguam quamdam periocham expiscandam, percurrimus sæpe integra : ut eos modo taceam quorum ipse olim testimonia Eusebius descripserat (nam Scaligeri Collectaneis bis terque ad summum conquievimus, ut ne quis vacaret documento aliquo locus), cætera tam diligenter, tamque fideliter expressa sunt, ut et pagina uniuscujusque auctoris, ad faciendam rei fidem, singulis testimoniis annotetur. Et vero si nihil præterea aliud præstitum a nobis esset in hoc exornando Chronico, esset tamen cur satis bene de Eusebio, ejusque imprimis interprete Hieronymo meruisse confideremus. Sed est liber iste, quod primo statim intuitu apparet, ita scriptus, ut frustra aliquis speret, se eum vel explicare aliis, vel intelligere satis posse, quin omnia omnium veterum, recentiorumque auctorum scrinia excusserit, in quibus aliquid vel ad historiæ veritatem, vel ad temporum seriem pertineat. Nullum adeo nos gestum expendere in notis prætermisimus, ut lectionis primum, nec solum Latinæ, sed et Græcæ, quoad ejus fieri

potuit, tum facti, denique temporis sua unicuique ratio constaret : qua in re ita modum tenere propositum fuit, ut necessitati serviremus, atque utilitati, nec lectori silvam rerum quibus abundat, sed earum delectum quibus caret, subministraremus. Sæpius quid non dicendum, quam quid dicendum consideravimus : neque tam laborandum fuit, ut feneraremur auctoribus nostris lucem, quam ut ab iis quæ doctorum vulgo non ignorantur, et propriis tractata sunt libris, manum abstineremus. Et si quid tamen fusius ad sui eruditionem, atque argumenta disputationum in utramque partem cognoscenda, lector requireret, ex iis scriptoribus, et locis petere posset, quæ sibi identidem significantur.

# S. EUSEBII HIERONYMI,

## STRIDONENSIS PRESBYTERI,

# INTERPRETATIO CHRONICÆ EUSEBII PAMPHILI

### CUI SUBJECTA SUNT CONTINENTER

## FRAGMENTA QUÆ EXSTANT OPERIS GRÆCI.

# Hieronymi [a] Præfatio.

EUSEBIUS HIERONYMUS [b] VINCENTIO ET GALLIENO SUIS SALUTEM.

A Vetus iste disertorum mos fuit, ut exercendi ingenii causa Græcos libros Latino sermone absolverent, et quod plus in se difficultatis [c] habet, poemata illustrium virorum, addita metri necessitate, transferrent. Unde et noster Tullius Platonis integros libros ad verbum interpretatus est : et cum Aratum jam Romanum hexametris versibus edidisset, in Xenophontis Œconomico lusit. In quo opere ita sæpe aureum illud flumen eloquentiæ scabris quibusdam et turbulentis obicibus retardatur, ut qui interpretata [d] nesciunt, a Cicerone dicta non credant. Difficile est enim, alienas lineas insequentem non alicubi [e] excidere ; arduum, ut quæ in aliena lingua bene dicta sunt, eumdem decorem in translatione

[a] Parmensis Ducalis bibliothecæ codex ms. num. 52, quem pluribus in præfatione laudamus, et quocum universum hocce Opus diligenter contulimus, istam hoc loco præfert epigraphen : *Incipit Chronica Eusebii Hieronymi cum superadditis Prosperi feliciter.*

[b] Hic ille, opinor, Vincentius est, quem sæpe Hieronymus honoris causa nominat, suæque peregrinationis comitem, et in Bethlemi secessu charum cum primis habuit. Ex libro contra Joannem Jerosolymitan. num. 37 et 41, ubi *Constantinopolim urbem celeberrimam ante annos quatuordecim deseruisse* dicitur, ut solitariam ageret vitam, colligere est, eum una cum S. Doctore, hoc ipso anno, quo Chronici interpretationem adornavit, Constantinopoli Romam navigasse. Manifesto autem liquet ex libro tertio contra Rufinum num. 22, ad medium anni 385, conscendisse pariter navim in Romano portu, atque una Jerosolymam contendisse, et fuisse postea apud S. Patrem in Bethleem versatum. Certe in eo degens monasterio laudatur contra Vigilantium epist. 61, num. 3, atque alibi disciplinæ ejus ac pietatis causa. Exinde venit iterum Romam circa an. 397, quod ex laudato contra Rufinum libro discimus num. 24. Deinde Orientem repetivit post ferme triennium, ut in epistola 98 ad Theophilum discitur. Jam vero quod his omnibus locis *sanctus presbyter Vincentius* abs Hieronymo nuncupatur, hic vero nulla ejus dignitatis est mentio, pronum est arbitrari, nondum fuisse justum presbyterum, cum hunc illi librum S. Pater inscripsit ; quod quidem bonis probatum iremus argumentis, si notarum id brevitas pateretur. Hanc tamen ipsam Vincentii memoriam paucis repetere, necesse fuit, vel enim de eo quidquam dicere prætermiserunt hujus Editores libri, vel qui divinando aliquid assequi conatus est Schurzfleischius, eumsuspicatur esse Vincentium, qui anno Christiano 402, seu olympiad. 295, consulatum gessit, ut Cassiodorus memorat, et Βικέντιος in Chronico Paschali pag. 712, vocatur. Porro qui subsequitur, Gallienum haud B ita novimus : veteres libri omnes cum unica *l* scribunt : nummi litteratique lapides geminant.

[c] Quidam veteres libri a Schurzfleischio laudati, interque eos quartum quem vocat Palat., *haberet*, pro *habet*.

[d] Parmensis cod. *nesciant*, pro *nesciunt* : sunt et qui *nescient* legant. Paulo ante Scaliger vocem *quibusdam* temere prætermisit.

[e] Minus recte Scaliger præfert *excedere*, pro *excidere*, ut habetur in plerisque omnibus libris, et in epist. 57, de optimo genere interpretandi, ubi sua hæc verba recitat S. Pater. Quin etiam ex eodem testimonio suffecta *et* copula, continuandus videtur contextus ad hunc modum, *excidere, et arduum, ut*, etc.

conservent. [a] Significatum est aliquid unius verbi proprietate, non habeo meum [b] quod id efferam; et dum quæro implere sententiam, longo ambitu vix [c] brevia spatia consumo. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum; [d] ipsum postremo suum, et, ut ita dicam, vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, absurde resonat; si ob necessitatem aliquid in ordine, [e] vel in sermone mutavero, ab interpretis videbor officio recessisse. Itaque, mi Vincenti charissime, et tu Galliene, pars animæ meæ, obsecro, ut quicquid hoc tumultuarii operis est, amicorum, non judicum animo relegatis: præsertim cum et notario, ut scitis, velocissime dictaverim, et difficultatem rei etiam divinorum voluminum instrumenta testentur, quæ a LXX Interpretibus edita, non eumdem saporem in Græco sermone custodiunt. Quamobrem Aquila et Symmachus et Theodotion incitati, diversum pene opus in eodem opere prodiderunt: alio nitente verbum de verbo exprimere, alio sensum potius sequi, tertio non multum a veteribus [f] discrepante. Quinta A autem et sexta et septima editio, licet quibus censeantur auctoribus, ignoretur: tamen ita probabilem sui diversitatem tenent, ut auctoritatem sine nominibus [g] meruerint. Inde adeo venit, ut sacræ litteræ minus comptæ, et [h] dure sonantes videantur, quod diserti homines interpretatas eas de Hebræo nescientes, dum superficiem, non medullam inspiciunt, ante quasi vestem orationis sordidam perhorrescant, quam pulchrum intrinsecus rerum corpus inveniant. Denique quid Psalterio canorius? quod in morem nostri Flacci, et Græci Pindari, nunc [i] iambo currit, nunc alcaico personat, nunc Sapphico [j] tumet, nunc semipede ingreditur. Quid Deuteronomii et Isaiæ Cantico pulchrius? quid Salomone gravius? quid perfectius Job? Quæ omnia hexametris et [k] pentametris versibus, B ut Josephus [l] et Origenes scribunt, apud suos composita decurrunt. Hæc cum Græca legimus, aliud quiddam sonant; cum Latine, penitus non [m] cohærent. Quod si cui non videtur linguæ [n] gratiam interpretatione mutari, Homerum ad verbum exponat Latinum. Plus aliquid [o] dicam, eumdem in sua lin-

[a] Quidam apud Pontacum mss. et Palatini omnes, teste Salmasio, *Signatum*, quod retinere hic maluisset, siquidem et Quintillianus non semel eo verbo in eumdem utitur sensum.

[b] Iidem Palatini mss., *quo id efficiam*.

[c] Retinuit Scaliger ut est in epist. 57, ad Pammachium, *vix brevis viæ spatia*. Vox autem *viæ* ex repetita præcedentis vocis ultima syllaba videtur a librariis conficta, nec in melioris notæ ms. habetur.

[d] Aliis, puncto hic apposito, placet, cum subsequenti isocolo hæc necti. Paulo post ms. Parmensis, *absurde sonat*.

C [e] Voculam *vel*, ex epist. ad Pammachium suffecimus: pro qua, *et*, Scaliger, nihil Pontacus habet. Pro *videbor*, unus Palat. ms. *videor*.

[f] Cum Parmensi mss. libri alii magno numero, *discrepare*.

[g] Minus bene Parmensis cod. *tenuerint*.

[h] Salmasius in priori Palatin. cod. ferme elegantius scribi annotat, *et durum sonare videantur*.

[i] Nulla est in Hieronymianis omnibus libris sententia, quæ pluribus recentium criticorum censuris pateat. Ac satis quidem erudite Josephus Scaliger, Ludovicus Capellus, et novissime Joannes Clericus contendunt, versus, quales Hieron. tradit, et quales sunt Græci ac Latini, Hebraice fieri nullo modo posse. Verum quæ mens fuerit S. Doctoris, et quo possit sensu accipi non inepte, num satis assecuti sint, dubito. Martianæus Prolegom. IV in Divinam Bibliothecam, ubi de metris Scripturarum, multa congessit in Hieronymi, quem defendere conatus est, gratiam. Nobis alia videtur explicationis ineunda D ratio: non enim proprie metricam modulationem putamus ab eo intendi, sed rhythmicam quæ, ut ait Beda ab ipso Scaligero laudatus, est *metris consimilis verborum modulata compositio, non metrica ratione, sed numero syllabarum ad judicium aurium examinata*. Sed hæc latius pro rei merito, et ut aliis persuadeant, edisserere, non hujus est loci: et ad eam proprie pertinet Dissertationem, quam Hieronymianæ Bibliorum versioni tomo subsequenti præfigemus. Nam et suam hic obiter S. Pater promit sententiam, quam in sacrorum voluminum præfationibus, ac præcipue in Isaiam, Job, et Psalterium per partes multo luculentius exponit.

[j] Persuasum mihi est, non abs Hieronymo verbum hoc *tumet*, sed a sciolo antiquario scriptum. Enimvero Sapphicæ delicatissimæ omnium Musæ tumere omnino non convenit. Rescripserim itaque *tinnit*, quam lectionem ex alia Isidori lib. VI Originum c. 2 verissime visus sum excudisse. Ubi nunc ille ad verbum recitat S. Patris locum, præferunt editiones *nitet*, pro *tumet*, mss. autem codices in notis laudati *tinent*, quæ corrupta vox suopte indicat mendo, veram esse scripturam *tinnit*. Mox alii codices apud Salmasium *semipede graditur*, pro *ingreditur*. Postremum hocce metrum ad Pindari Odas retulerit S. Doctor, quemadmodum superiora ad Horatium. Injuriosi enim in Hieronymum sunt, qui eum dicunt ex Horatio suo de Pindaro judicasse, cujus poesin non satis noverit.

[k] Verius constituisse videtur in epist. 30, ad Paulam n. 3, ubi de quatuor psalmis, qui secundum ordinem Hebræorum incipiunt elementorum, *Scire*, inquit, *debes in prioribus psalmis singulis litteris versiculos, qui trimetro iambico constant, esse subnexos. Inferiores vero tetrametro iambico constare, sicuti et Deuteronomii Canticum scriptum est*.

[l] Josephi locum de Mosis cantico ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ laudavit Scaliger ex lib. II Antiquitt. Accipe nunc alterum e lib. VII, c. 12, ubi de Davide Psalmographo loquitur: ᾠδὰς εἰς τὸν Θεὸν καὶ ὕμνους συνετάξατο μέτρου ποικίλου· τοὺς μὲν γὰρ τριμέτρους, τοὺς δὲ πενταμέτρους. *Odas in Deum, hymnosque composuit vario carminum genere: etenim tam versus trimetros adhibuit, quam pentametros*. Origenes ex Josepho accepit.

[m] Codex Parmensis, *penitus inhærent*, quemadmodum et duo Palatini apud Salmasium, et Sichardi editio; falso tamen, et contra Hieronymi mentem. In epist. ad Pammachium, *non hærent*, quod et Scaliger probat. Rectius, inquit Schurzfleischius, est in quibusdam libris, *penitus abhorrent*. Hieronymus antea: *Vestem orationis sordidam perhorrescunt*. Et Catullus de Suffreno:

.... tantum abhorret, ac mutat.

[n] Male Pontacus, *gratia*. Sed et reliquum versum satius est ad Parmensis, aliorumque codicum mss. editorumque fidem exigi: *linguæ gratiam in interpretatione mutari, Homerum ad verbum exprimat in Latinum*. Ita et in epist. ad Pammachium legis.

[o] In uno Palatin. haberi refert Salmasius, *dicat*, pro *dicam*, quasi *aliquis*, non *aliquid* præcesserit. Cæterum Iliadem Homeri prosa oratione Demo-

gua prosæ verbis interpretetur, videbit ordinem ridiculum et poetam eloquentissimum vix loquentem. Quorsum ista? Videlicet ut non vobis mirum videatur, si alicubi offendimus, si tarda oratio aut consonantibus asperatur, aut vocalibus hiulca [a] vel divisa sit, aut rerum ipsarum [b] brevitate constringitur, cum eruditissimi homines in eodem opere sudaverint: et ad communem difficultatem, quam in omni interpretatione causati sumus, hoc nobis proprium accedat, quod historia multiplex est, habens barbara nomina, res incognitas Latinis, numeros inexplicabiles, virgulas rebus pariter ac numeris intertextas, ut pene difficilius sit legendi ordinem discere, quam ad lectionis notitiam pervenire. Ut autem manifesto cognoscatur indicio, ad quem numerum historia quæque pertineat, has distinctiones prius lector advertat, ut si ad primum numerum regni primitus [c] annotati historia referenda est, primam litteram in explanatione historiæ contempletur: et siquidem eam ex minio viderit, illi tempori applicandam, vel anno sciat, quem suggesserit numerus [d] similiter eodem minio figuratus. Si vero numerum non puro, sed mixto nigro notatum esse perviderit, secundæ lineæ numero debetur historia. Si autem tertio numerorum ordini applicandum est, quod fuerit ascriptum, medium puro minio numerum, et partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. Quarta [e] numeri linea nihil habebit ex minio, sed indicio erit, quod sibi historia debeatur, cum minio facta littera in principio enodationis historiæ, [f] quæ etiam superioribus signis subdenda est, nihilominus apparebit, nullo superius memoratorum signorum in numeris respondere. Sin vero non minio, sed mixtim [*Al.* mixtum] nigro rubroque littera fuerit expressa, refulgens ex rubro numerus in quintam numerorum lineam poterit adverti. Et ita sexta linea numeri et secunda, septima ut tertia designabitur, octava quoque ut quarta apparenti littera bicolori. Cum vero nec in numeris, nec in explanatione historiæ ullum illorum, quæ prædiximus, signorum fuerit, nona linea quod annotatum fuerit, vendicabit. Non tamen [g] omnia hujusmodi requirenda sunt necessario, cum minor est numerus linearum. Unde præmonendum puto, [h] ut prout quæque scripta sunt, etiam colorum diversitates serventur, ne quis irrationabili æstimet voluptate oculis tantum rem esse quæsitam, et dum scribendi tædium fugit, labyrinthum erroris intexat. Id enim elucubratum est, ut regnorum tramites, qui per vicinitatem nimiam pene mixti erant, distinctione minii separarentur, et eumdem [i] coloris locum quem prior membrana signaverat, etiam posterior servaret. Nec ignoro multos fore, qui solita libidine detrahendi omnibus, quod vitare non potest, nisi qui omnino nil scribit, huic volumini [j] genuinum dentem infigant. Calumniabuntur [k] tempora, convertent

sthenes Thrax explicasse dicitur: alii de Dionysio Thrace, non ignobili Grammatico, qui inde cognomen μεταβολέως retulerit, e Suida atque Eustathio hoc tradunt. Quod *loquentem* deinde *eloquentissimo* opponit Hieron. effatum illud Sallustii videtur alludere in Catilin. c. 5: *Loquentiæ multum, sapientiæ parum*. Nam quantum *loquentia* distet ab *eloquentia*, Plinius quoque docet lib. v epist. 20.

[a] Interjectas voces, *vel divisa*, Scaliger ignorat, fortasse rectius. Pro *fit*, alii libri, ut et Pontacus, *sit*.

[b] Parmens. ms., *rerum ipsa brevitate*: cui et concinunt duo Palatini apud Salmas, et plerique alii apud Pontacum.

[c] Scaliger, *prænotati*. Impressa lectio plurium est codicum. Mox pro *explanatione*, Palatini mss. aliique editi, quod et Pontacus notat, *explicatione*.

[d] In Parmensi ms. *numerus similis eodem minio*. Mox alii libri, *prævideri*, pro *perviderit*. Cæterum de varia illa pictura linearum ex minio agit nec perfunctorie Pontacus, cujus et œconomiam versuum sequimur. Scimus enim Scaligerianam editionem hac etiam de causa minus probari, quod eam distinctionem columnarum neglexerit. Vide et Præfationem nostram.

[e] Haud recte Scaliger, *Quarto numeri*, etc.; et mox, *cum minio factæ litteræ*.

[f] Apponit Scaliger hic τελείαν στιγμήν: tum hanc omnino prætermittit verborum pericopen: *quæ etiam superioribus signis subdenda est*, quam retinent libri omnes editi pariter ac mss atque ipse postulat orationis contextus. Denique iisdem refragantibus libris in fine periodi, *respondente* legit pro *respondere*. Hinc porro est, quod depravato ad hunc modum textu, non intellexit, quid postea dicat Hieronymus, sextam lineam eodem colore quo secundam, litam fuisse, et octavam ut quartam: visaque sibi est Historia, quæ colorem secundæ habuerit, in ambiguo esse utrum ad secundam an ad sextam referri debeat. Vide rursum Præfationem nostram.

[g] Iterum Scaliger, *omnes hujusmodi requirenda*: minus bene, et libris plerisque aliis contradicentibus.

[h] Voculam, *ut*, quam mss. editique retinent libri, Scaliger respuit.

[i] Idem vocem, *coloris*, prætermittit. Tum auctior est verbis, quæ et codex quidem Parmensis fere eadem habet, et veteres editiones, sed meliorum auctoritate codicum exsulare pridem jussit Pontacus. Sunt autem post *signaverat*, verba ista: *ex adverso positi numeri signarent, vel*, etc. Rectius pro *signarent*, cum Parmensi codd. Palatini *retinerent*. Vide quas habuit Vazatensis episcopus repudiandi causas. Sensus porro S. Doctoris etiam a Scaligero expositus, hic est, ut scias, quando in explanatione historica, seu spatio libri, quod gestorum historiam comprehendit, longius dictatum unius anni lineis teneri non potest, sed ad inferiores excurrit, ad quos non pertinet, occupatque adeo sequentium gestorum sedem: ne periochæ commisceantur, virgulis coloratis distingui, eo infectis colore, quo annorum ad quos referuntur, sunt lineæ. Hoc est quod supra dixerat, *virgulas rebus pariter ac numeris intertextas*. Huic incommodo, quod et perquam raro in nostra editione occurrit, ex Pontaci dispositione obviam itur, occupato inani adversæ columnæ spatio, vel distincto uncinis contextu.

[j] Contendit Schurzfleischius *Theoninum*, pro *genuinum* rescribi debere ex vulgari Proverbio. Ego istud multo vulgatius existimo, quod pueri sciunt, et Persius habet Satyr. I:

Secuit Lucilius urbem,
Te, Lupe, te, Muti, et genuinum fregit in illis.

Sæpissime autem Hieronymus hac ipsa parœmia in detrectatores suos utitur. Paulo ante *vitari* legit Pontacena editio, haud recte, pro *vitare*.

[k] Parmensis ms. et Palatini, teste Salmasio, *calumniabuntur in tempora*: quod non improbo, et in aliis mss. Pontacus reperit.

ordinem, res arguent, syllabas eventilabunt. Et quod accidere [a] plerumque solet, negligentiam librariorum ad auctores referent. Quos [b] cum possem meo jure repercutere, ut si displicet, non legant: malo breviter placatos dimittere, ut et Græcorum fidem, suo auctori assignent, et quæ nova inseruimus [c], de aliis probatissimis viris libata cognoscant. Sciendum etenim est, me et interpretis et scriptoris ex parte officio usum, quia et Græca fidelissime expressi, et nonnulla quæ mihi intermissa videbantur, adjeci in Romana maxime historia, quam Eusebius, hujus conditor [d] libri, non tam ignorasse, utpote eruditissimus, quam ut [e] Græce scribens, parum suis necessariam perstrinxisse, mihi videtur. A Itaque a Nino et Abraham usque ad Trojæ captivitatem pura Græca translatio est. A Troja usque ad vicesimum Constantini annum nunc addita, nunc mixta sunt plurima, quæ de Tranquillo, et cæteris illustribus Historicis curiosissime excerpsimus. A Constantini autem supradicto anno usque ad consulatum Augustorum Valentis VI et Valentiniani [f] iterum, totum meum est. Quo fine contentus, reliquum tempus Gratiani et Theodosii latioris historiæ stylo reservavi: non quo de viventibus timuerim libera et vere scribere: timor enim Dei hominum timorem expellit; sed quoniam, debacchantibus adhuc in terra nostra Barbaris, incerta sunt omnia [g].

[a] Scaliger, *accidere plerisque solet*, quemadmodum et Parmensis ms.
[b] Idem, *quos etsi possem;* alii libri, *cum possim*.
[c] Parmensis ms. cum olim editis, *asseruimus*. Paulo post juxta veteres editiones Scaliger, *sciendum etenim, me esse et interpretis*, etc., qui et testimonium illud ex præfatione in librum de Locis laudat: *ut in temporum libro præfatus sum, me vel interpretem esse, vel novi operis conditorem.*
[d] Nempe singularis est liber, tametsi in duas quasi B partes tributus. Scaliger ex præconcepta opinione, quod duo libri sint, falso accusat Hieronymum, quippe qui debuisset alio nomine opus istud notare. Vide Præfationem nostram.
[e] Antea erat, *Græca*.
[f] Scilicet ad annum usque Salvatoris 378. Ipse autem anno scribebat 380 sub Gratiani v et Theodosii, non ut Scaliger putat, Ausonii et Olybrii consulatu.
[g] Ms. Parmensis, *Explicit Præfatio Hieronymi*.

## OBTESTATIO EUSEBII.

[a] ΟΡΚΙΖΩ ΣΕ ΤΟΝ [b] ΜΕΤΓΡΑΨΟΜΕΝΟΝ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΟΥΤΟ ΚΑΤΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ, ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΥ ΠΑΡΟΥΣΙΑΣ ΑΥΤΟΥ, ΗΣ ΕΡΧΕΤΑΙ ΧΡΙΝΑΙ ΖΩΝΤΑΣ ΚΑΙ ΝΕΚΡΟΥΣ, ΙΝΑ ΑΝΤΙΒΑΛΗΣ Ο ΜΕΤΕΓΡΑΨΩ, ΚΑΙ ΚΑΤΟΡΘΩΣΗΣ ΑΥΤΟ ΠΡΟΣ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΤΟΥΤΟ, ΟΘΕΝ ΜΕΤΕΓΡΑΨΩ, ΕΠΙΜΕΛΩΣ. ΚΑΙ ΤΟΝ ΟΡΚΟΝ ΤΟΥΤΟΝ ΟΜΟΙΩΣ ΜΕΤΑΓΡΑΨΗΣ, ΚΑΙ ΘΗΣΗΣ ΕΝ ΤΩ ΑΝΤΙΓΡΑΦΩ.

## EADEM DIVI HIERONYMI.

ADJURO TE, QUICUMQUE HOS DESCRIPSERIS LIBROS, PER DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, ET GLORIOSUM EJUS ADVENTUM, IN QUO VENIET JUDICARE VIVOS ET MORTUOS, UT CONFERAS QUOD SCRIPSERIS, ET EMENDES AD EXEMPLARIA EA, DE QUIBUS SCRIPSERIS, DILIGENTER: ET HOC ADJURATIONIS GENUS TRANSCRIBAS, ET TRANSFERAS IN EUM CODICEM, QUEM DESCRIPSERIS.

[a] Hujus obtestationis auctor S. Irenæus est, qui eam, referente Eusebio lib. v Ecclesiasticæ Histor. cap. 20, et Nicephoro lib. IV cap. 30, suo de Ogdoade operi subjunxit, ad falsariorum manus, et scribarum deprecandam incuriam. Ita vero delectatus est isto ἐπιορκήσεως exemplo Eusebius, ut illam et iisdem plane verbis sibi duxerit describendam, et statim a libri titulo, conspicuo magis loco posuerit, ut subito incurreret in legentis oculos. Ejus rei argumento sunt codices Hieronymiani non sane pauci, Pon- C taco, Salmasio, Thomasino, atque aliis inspecti, qui eam hoc ipso quo nos loco recensemus, S. Doctoris præfationi subnectunt, ut eum ab his verbis Græci textus interpretandi initium fecisse, indicent. Cæterum et alii bene multi codices eam ignorant, e quorum numero sunt et quos Scaliger consuluit. Confer quam Rufinus suæ libri περὶ Ἀρχῶν interpretationi præposuit, verbis paulo exaggeratis, ejusmodi adjurationem.
[b] Apud Nicephorum, μεταγραψάμενον.

# Eusebii [a] Præfatio.

Mosen gentis Hebrææ, qui primus omnium prophetarum [b] ante adventum Domini Salvatoris divinas

## FRAGMENTA GRÆCA.

Μωσεία γένος Ἑβραίων [Al. κατὰ γένος Ἑβραίων] προφητῶν ἁπάντων πρῶτον, ἀμφὶ τοὺς [Sc. τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν], πρὸ ἐξ ἡμῶν, λέγω δὲ

## NOTÆ.

[a] Hanc præfert epigraphen Parmensis liber: *Incipit Eusebii Pamphili episcopi Cæsariensis Epitome, quod Breviarium sonat, a Hieronymo traductum.*
[b] Nonnihil diversus loci hujus sensus ab eo est, quem referunt *Græca Fragmenta* Eusebiani textus, sive quæ Scaliger excerpsit e mss. sive quæ nos e vulgatis Syncelli libris subnectimus. Quod vero id culpæ vertunt Hieronymo Scaliger, et Clericus multo illo iniquior, minime ferendum est: nam et ille quem ipsi proferunt Græcum textum, diversus paulo

leges sacris litteris explicavit, Inachi fuisse temporibus, eruditissimi viri tradiderunt: ex nostris, Clemens, [a] et Africanus, et Tatianus; ex Judæis, Josephus, et [b] Justus, veteris historiæ monimenta replicantes. Porro Inachus [c] quingentis annis Trojanum bellum antecedit. Ex ethnicis vero, impius ille [d] Porphyrius in quarto sui opeA ris libro, quod adversum nos casso labore contexuit, post Mosen Semiramim fuisse affirmat, quæ apud Assyrios CL ante Inachum regnavit [j] annis. Itaque juxta eum DCCC pene et L annis Trojano bello Moses senior reperitur. Cum hæc [k] ita se habeant, necessarium duxi veritatem diligentius persequi. Et ob id in priori [l] libello quasi quamdam materiam

## GRÆCA FRAGMENTA [e].

πρὸ ἐξ ἡμῶν, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δι' αὐτοῦ θεογνωσίας χρησμοὺς, καὶ λόγια [f] θείᾳ γραφῇ παραδεδωκότας, τοῖς χρόνοις ἀκμάσαι κατὰ Ἴναχον, εἰρήκασιν ἄνδρες ἐν παιδεύσει γνώριμοι, Κλήμης, ὁ Ἀφρικανὸς, Τατιανὸς, τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου· τῶν [g] ἐκ περιτομῆς Ἰώσηπος καὶ Ἰοῦστος ἰδίως ἕκαστος τὴν ἀπόδειξιν ἐκ παλαιᾶς [h] ὑποσχὼν ἱστορίας. Ἴναχον δὲ τῶν Ἰλιακῶν ἔστησαν ἑπτακοσίοις πρεσβεύειν. Ἑλληνικῶν δὲ φιλοσόφων, ὅς τίς ποτε ἦν [i]

## NOTÆ.

est ab eo, quem Goari editio, qua et nos utpote accuratiore utimur, repræsentat. Et siquidem accusandus est inscitiæ Hieronymus, quod ab Scaligeriana lectione Græca dissentiat: pari pacto Scaliger ipse culpandus sit, quod ab exemplari Regio Parisino longius abludat. Descripsit ille ad hunc modum: Μωϋσέα, γένος Ἑβραῖον, προφητῶν ἁπάντων πρῶτον, ἀμφὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δι' αὐτὸν θεογνωσίας, χρησμοὺς καὶ λόγια θείᾳ γραφῇ παραδεδωκότα, etc., vertitque, *Mosem, genere Hebræum, qui prophetarum omnium primus de Salvatore nostro, de Christo, inquam, et de ea, quam gentes per eum adeptæ sunt, Dei cognitione, vaticinia et oracula divino scripto tradidit*, etc. Editus autem a Goaro Syncellus: Μωϋσέα, γένος Ἑβραῖον [Al. κατὰ γένος Ἑβραῖον], προφητῶν ἁπάντων πρῶτον, ἀμφὶ τοὺς, πρὸ ἐξ ἡμῶν, λέγω δὲ τοῦ Χριστοῦ, ἀμφί τε τῆς τῶν ἐθνῶν δι' αὐτοῦ θεογνωσίας, χρησμοὺς καὶ λόγια θείᾳ γραφῇ παραδεδωκότα, etc., quæ sonant in Latino sic: *Moysen, Hebræum genere, prophetarum omnium antesignanum, cum quoad ea quæ nos, id est, Christum præcesserunt,* C *tum quoad alia, quæ de Dei notitia per eum accepta sunt oracula, vel etiam quoad divina verba, quæ scriptis sunt tradita*, etc. Horum tanta est ab invicem differentia, quanta fere non est Hieronymianæ interpretationis, nec jure tamen quis umquam alterutrum accusabit imperitiæ, quod propositum sibi exemplar non satis intellexerit, reddideritque in Latinum. Igitur et de Hieronymo ita sentiendum omnino est, ut in eo quem sibi proposuerat Eusebiano exemplari, non Syncelli apographo, sic ex asse legerit, quemadmodum est interpretatus. Nam neque ullum facit boni sensus dispendium: et quod critici illi tantopere urgent, eum in vocis ἀμφὶ, id est, *de*, significatione lapsum, quam acceperit ut πρὸ, id est, *ante:* indicio est ipse Syncellus editus, in Eusebianis codicibus πρὸ illud exstitisse, ubi ἀμφὶ τοὺς πρὸ ἐξ ἡμῶν legit, idque fortasse ex varia lectione, quæ ex libri ora in textum importata est scribarum incuria. Denique quod reliquum versum περὶ θεογνωσίας dicunt ideo Hieronymum omisisse, quod illum non satis intelligeret, hoc demum D est turpissime calumniari. Nemo hominum credet S. Doctorem, qui universum Eusebii opus sumpserat interpretandum, brevem versiculum ob inscitiam dissimulasse; et qui nedum Græcorum opera in Latinum convertebat, sed et aliarum linguarum in Græcum, tribus verbis, quæ et passim obvia sunt, Latine exprimendis parem non exstitisse. Ego ex hoc ipso quod illa præterierit, et scio magnum Hieronymum ea nescire omnino non potuisse, tantumque errorem errare, evidens esse aio, cum nec plura his, nec pauciora, nec demum aliter atque est interpretatus, in Græco, quod ob oculos habebat, exemplari invenisse.

[a] Alexandrinus utique, libro I Stromatum, pag. 321, Africanus in Chronico quod intercidit, Tatianus oratione contra Gentes, denique Josephus Antiquitatum lib. II.

[b] Tiberiensis in libro qui ætatem tamen non tulit. Περὶ Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς στέμμασιν, B a Moyse usque ad Agrippam: quod *Chronicon* vocat Photius cod. 33.

[c] Videtur emendandum, *septingentis*, juxta Græcum, ἑπτακοσίοις, ipsamque supputationem, quam mox ex Porphyrio init.

[d] Porphyrium de nomine appellare respuit Eusebius.

[e] Descripsimus ex Georgii Syncelli Chronographia edit. Paris., pag. 65 et seq.

[f] Idem, θείᾳ γραφῇ παραδεδωκότα.

[g] Penes Scaligerum, τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς.

[h] Legit Scaliger plurium numero, ὑποσχόντες.

[i] Auctior idem est ἐκεῖνος voce, ἦν ἐκεῖνος ἀνήρ.

[j] Apud Scaligerum, *annos:* quod Salmasius pridem castigavit, ne Semiramis per integros CL annos imperasse videretur, cum eo tantum spatio præcessisse dicatur Inacho.

[k] Id est, cum ethnici ipsi Mosem octingentis annis Trojano bello antiquiorem fateantur. Neque enim ad solum Porphyrium hæc referuntur, cui rem ita se habere ut dicebat, Hieronymus concesserit, quemadmodum Clericus apertissime calumniatur.

[l] Mirum quod et Scaliger magis probat *libello*, cum plerique alii codd. præferant *libro*. Sed hunc esse ait Hieronymi morem, ut etiam ingentes libros ὑποκοριστικῶς *libellos* vocet: quemadmodum alibi *Commentariolos*, satis prolixos in Isaiam, Ezechielem, aliosque prophetas Commentarios. Atque hæc quidem falsa animadversio est; quos enim *libellos* vocat S. Doctor, oppido exiguæ scriptiones sunt, cujusmodi nonnullas epistolarum vice exaravit. Sed eo tendit Scaliger, ut in duos tributum fuisse commodos libros Eusebii opus persuadeat; nam et Pontacus ex hoc testimonio constare ait, Eusebium divisisse opus suum in duos libros. Quod quidem non usque adeo improbarim, si modo duas quasi partes Operis acciperent, hancque priorem esse intelligerent, quæ præviæ dissertationis loco est, seriemque historiæ paucis continua oratione edisserit ab Adami ad Abrahami ortum, ex qua epocha Chronicum suum Cæsariensis episcopus exorditur. Sic enim se res habet, et bene erat, quando hoc sibi negotii dederat, ut ab Abrahamo succedentia tempora resque gestas ad Constantinum usque dinumeraret, componeretque invicem, prius illud spatium ab exordio mundi, tametsi minus ad propositum suum pertineret, penitus ne intactum relinqueret, sed brevi ejus enarratione viam operi suo muniret. Ad hæc quasi quamdam materiam indicemque operis, quindecim regnorum tempora prænotavit, quod tamen una aut altera pagella nominum absolvit. Verum non ita Scaliger sentit, sed duos vult integros libros scripsisse Eusebium: et prioris quidem, qui omnimodam historiam contineret, tempora, origines, causas, vix aliquot reliquias superesse. Hunc παντοδαπὴν ἱστορίαν, sive *omnimodam historiam*, ab ipso auctore appellatum autumat, in quo καθ' ὁμάδας temporum universam collationem digesserit, Africani exemplo, cujus et

futuro operi omnium mihi regum tempora prænotavi, A Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræorum, Ægyptiorum, Atheniensium, Argivorum, Sicyoniorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, [a] Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt [b]. In præsenti autem, [c] stylo eadem tempora contra se invicem ponens, et singularum gentium annos dinumerans, ut quid cuique coætaneum fuit, ita [f] curioso ordine coaptavi. Neque me fugit, in Hebræis codicibus dissonos ætatum annos inveniri, plusque vel minus, prout interpretibus visum est, lectitari: sequendumque illud potius, quod exemplariorum [g] multitudo in fidem traxit. Verum utcumque quis volet com-

## GRÆCA FRAGMENTA.

ἀνὴρ, ὁ τὴν καθ' ἡμῶν συσκευὴν προβεβλημένος, ἐν τῇ δ' τῆς εἰς μάτην [d] πονηθείσης καθ' ἡμῶν ὑποθέσεως, πρὸ τῶν Σεμιράμεως χρόνων τὸν Μωϋσέα γενέσθαι φησί· βασιλεύει δὲ καὶ Ἀσσυρίων ἡ Σεμίραμις πρόσθεν ἔτεσι ν' πρὸς τοῖς ρ'. Ὥστε εἶναι κατὰ τοῦτον τῶν Τρωϊκῶν Μωϋσέα πρεσβύτερον ν' καὶ ω' ἔτεσιν. Ἐγὼ δὲ περὶ πολλοῦ τὸν ἀληθῆ λόγον τιμοῦμενος [Sc. τιμώμενος], καὶ τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεῦσαι διὰ σπουδῆς προὐθέμην. Ἔνθεν ὁρμηθεὶς, ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης [e] προτάξει ὕλας ἐκπορίζων ἐμαυτῷ χρόνων ἀναγραφὰς συνελεξάμην παντοίας, B βασιλείας τε Χαλδαίων, Ἀσσυρίων, Μήδων, Περσῶν, Λυδῶν, Ἑβραίων, Αἰγυπτίων, Ἀθηναίων, Ἀργείων, Σικυωνίων, Λακεδαιμονίων, Κορινθίων, Θετταλῶν, Μακεδονίων, Λατίνων, οἷς ὕστερον γέγονεν ἐπίκλην ὄνομα Ῥωμαῖοι, ὁμοῦ γίνονται ιε'. Ἐν δὲ τῷ παρόντι ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοὺς χρόνους συναγαγὼν, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἐκ παραλλήλου τῶν παρ' ἑκάστῳ ἔθνει τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν χρονικοῦ κανόνος σύνταξιν ἐποιησάμην· εὑρὸν δὲ παρ' Ἑβραίοις διαφόρους τῶν χρόνων ἀποδόσεις, τὴν μὲν πλεονάζουσαν, τὴν δὲ ἐνδέουσαν, μετῆλθον [Sc. ταύτην]. Πλὴν ἀλλὰ καὶ

## NOTÆ.

integras paginas in sua transtulerit. Alterum *Chronicon Canonem* vocat, in quo κατὰ πλάτος, sive juxta extensionem, annos regnorum expansos inter se compositos compararit. Hanc vero operis œconomiam male perdidisse ait, unum aliquem βιβλιοστρέβλην, qui priorem librum maxima ex parte mutilavit, nonnullaque ex eo excerpta alteri assuit. Quæ in pristinum reparare ipse studuerit, sua cuique libro tribuens, quantum per ingenii vires sui licuit. Hæc autem palmaris Scaligeri hallucinatio est, quæ totum Eusebii opus susdeque vertit, et ad præconceptam opinionem falsam omnia trahens, lectorum fidei ita miserum in modum imposuit, ut etiamsi fucus doctioribus suboleret, nemo tamen hactenus exsolvere difficultatis ejus nodum potuerit. Nos multis hanc hominis cætera doctissimi stultam περιέργειαν confutavimus in præfatione, ubi singulis ejus argumentis respondimus, evidensque ostendimus, uno tantum libro Opus suum quod integrum superat in Latino, C comprehendisse Eusebium, neque aliam quam ad Abrahami usque tempora historiam perstrinxisse brevi illa disputatione, quam Chronico ipsi in propylæi vicem præmisit. Sed quando illum in notis replicat, inculcatque errorem, hocque ipso quod præ manibus habemus testimonio maxime nititur, falli illum et fallere, hic quoque ostendendum fuit. Et vero quem *priorem libellum* hic vocat Hieronymus, et paulo inferius *prius opusculum*, tantum abest, ut *ingens volumen* juxta Scaligeri sensum notet, ut quamquam scio S. Doctorem exiguæ molis scriptiones solitum iis nominibus designare, fere maluerim diminutiore eum uti vocabulo ad Eusebii reddendam sententiam et mentem. Neque enim in Græco aut βίβλῳ scripsit ille, aut βιβλίῳ, aut denique ποιηματίῳ, sed ut veluti ejus procemium libri significaret, ἐν τῇ, inquit, πρὸ ταύτης προτάξει, *in prævia operis ordinatione*. Est autem πρόταξις verbum a militari disciplina mutuatum, quod aciei locum priorem sonat, unde πρόταχτος, *antesignanus* dicitur, aut qui frontem D exercitus tenet. Cum ad libros transfertur, præfationem, seu *prolegomena* significabit. Tale nimirum est istud commentariolum, Hebræorum generationes ad Abrahami ortum usque perstringens, quod et ipsum integrum superest, ut ex continenti rerum serie manifestissime liquet, nec tamen plusquam tribus aut quatuor pagellis constat: et quod lustrasse oculis satis sit, ut intelligas, Chronici operis præludium esse, ea mente præscriptum ab Eusebio, ut quo ipse Abraham anno mundi sit natus, ex historia proderet, et ne proposita temporum universorum descriptio quodammodo ἀκέφαλος videretur. Neque adeo alius sensus est subsequentis loci, ubi *Opusculum* nominatur: nam et par est credere, ibi quoque πρόταξιν appellari in Græco: et ut daremus Scaligero, σύνταξιν dici, quæ vox *compositionem* absolute sonat, dum tamen sibimetipsis atque ab invicem auctor et interpres constant, non aliam, quam quæ in propositi operis gratiam prætexitur perexiguæ molis, significant.

[a] De his vero admodum perfunctorie, unum siquidem Thessalum recenset Græci filium, qui in Thessalia regnavit.

[b] Excidisse videtur ex Hieronymianæ interpretationis textu supputatio quæ in Græco additur, ὁμοῦ γίνονται ιε', *qui simul quindecim numero sunt*: aut certe in eo desiderabatur, quo usus est S. Pater exemplari. Porro Argivos Sicyoniis prætulimus ad nostri codicis Græcique archetypi fidem.

[c] Ne pro scriptorio instrumento hic putes, aut ipsa scriptionis structura: sed pro columna, quam efformant duæ lineæ deorsum oblongæ singulorum regnorum tempora totidem filis includentes, quemadmodum et nostra hæc editio repræsentat. Primigenia quoque *styli* significatio hæc est ex Græco στῦλος.

[d] Apud Scaligerum insertum est αὐτῷ: paulo quoque post, γεγονέναι, pro γενέσθαι legitur.

[e] Penes eumdem συντάξει, quod vereor ne ipse ex præconcepta opinione rescripserit pro προτάξει.

[f] Græca verba, Χρονικοῦ Κανόνος σύνταξιν ἐποιησάμην, non intellexisse Hieronymum, qui vertit, *ita curioso ordine coaptavi*, Scaliger et Clericus uno ore calumniantur. Inique enimvero et per summam injuriam; nam qui ea nescierit, illum manifestum est, Græce penitus nescisse. Econtrario quam probe calluerit magnus Hieronymus Græcas litteras, nihil opus est dicere. Constatque adeo, noluisse illum verbis contentiosius inhærere, sicque paululum ablusisse, quando nullum erat boni sensus dispendium.

[g] Eusebius absolute ait, quæ minorem annorum numerum supputaret, non quam exemplariorum probaret multitudo, se maluisse editionem sequi. Hoc est porro, de quo tantopere criminantur Hieronymianam interpretationem famosi ejus adversarii Scaliger et Clericus. Ego Græcum hodiernum textum aliquot imminutum verbis mancumque existimo, idque pronuntio ex hiulco sensu, quem nudum illud verbum μετῆλθον reddit. Nam ταύτην vocem, quam ad paginæ album post Goarum rejicimus, Syncelliani codices non habent, et haud scio an de suo Scaliger suffecerit, textus sarciendi gratia. Sed neque eo tamen pacto satis commode habet, aut est ad Eusebiani sermonis copiam locus restitutus, ut ex eo potuisset de Hieronymiana versione certo judicare, nedum eam quod facit, contumeliosissime accipere. Persuasum quippe esse debuit, numquam laudatum iri abs Hie-

patet, [a] et reperiet Inachi temporibus, quem primum Argis regnasse aiunt, patriarcham Hebræorum fuisse Israelem, a quo duodecim Judæorum tribus Israelis vocabulum sortitæ sunt: Semiramim autem et Abraham contemporales fuisse, [b] manifestum est. Nam Moses, licet junior supradictis sit, omnibus tamen, quos Græci antiquissimos putant, senior deprehenditur, Homero scilicet et Hesiodo, Tro- A janoque bello, ac multo superior, [c] Hercule, Musæo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Æsculapio, Libero, Mercurio, Apolline, et cæteris diis gentium, sacrisque, vel vatibus, ipsius quoque Jovis gestis, quem Græcia in [d] arce divinitatis collocavit. Hos, inquam, omnes quos enumeravimus, etiam post Cecropem Diphyem primum Atticæ regem fuisse convincimus. Cecropem autem præsens historia

## GRÆCA FRAGMENTA.

οὕτω κατὰ μὲν Ἴναχον, ὃν πρῶτον Ἕλληνες Ἄργους βασιλεῦσαί φασι, τὸν Ἑβραίων προπάτορα Ἰσραὴλ γενόμενον εὑρὼν, ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλον, τοῦ δὲ [Sc. Iarei δὲ] Ἰουδαίων ἔθνους τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπωνυμίας ἠξιώθη, μετὰ δὲ τὴν Σεμίραμιν [Sc. τῆς Σεμιράμεως] τὸν Ἀβραὰμ, Χαλδαῖον μὲν τὸ γένος, ἄλλως δὲ ἄνδρα θεοφιλῆ, καὶ πρῶτον τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν εἶναι πεπιστευμένον, Μωσέα δὲ, φιλαληθῶς εἰπεῖν, τούτων μὲν νεώτερον, B τῶν δὲ παρ' Ἕλλησιν ἀρχαιολογουμένων ἁπάντων πρεσβύτατον, Ὁμήρου λέγω, καὶ Ἡσιόδου, καὶ αὐτῶν γε τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἔτι Διοσκούρων, Ἀσκληπίου, Διονύσου, Ἡρώων τε πάντων, Ἑρμοῦ τε, καὶ Ἀπόλλωνος, τῶν τε λοιπῶν παρ' Ἕλλησι θεῶν, μυστηρίων τε καὶ τελετῶν, Διός τε αὐτοῦ πράξεων τῶν παρ' Ἕλλησι μνημονευομένων. Τούτων γὰρ ἁπάντων τὴν ἱστορίαν νεωτέρων τῆς Κέκροπος ἡλικίας παῖδες Ἑλλήνων παραδιδοῦσιν [Al. παραδε-

## NOTÆ.

neyno exemplariorum multitudinem, nisi quid simile de ἀντιγράφοις Eusebius memorasset. Vocari autem ab eo exemplaria antiquos interpretes, Aquilam, Symmachum, Theodotionem, cæterosque, pro certo habeo; nam et illos unice noverat, quos pro Hebræorum sententia laudaret, et si hos excipias, Hebraicum exemplar unum est, non multa. Cum itaque minores in Hebræis codicibus anni sint, quam in Græcis τῶν LXX, ac si malis addere, etiam Samaritanis, minorem quoque eum numerum probat ipsa veterum aliarum ex Hebræo versionum multitudo, earum nempe quas diximus, et Origenes pridem in Hexaplis digesserat: estque demum unus idemque sensus, et minorem, et quem exemplariorum multitudo præferret, numerum sequi. Quare et si quis contenderit ita ut nunc, olim habuisse Eusebianum textum, nulla sit tamen Hieronymianæ interpretationi, quæ sensum fere eumdem refert, succensendi causa. Jam vero ad Eusebium ipsum quod attinet, C estque ex parte animadversum etiam Scaligero contra Syncellum, dum se ille profitetur minores velle Judæorum sequi numeros, de ea modo intelligit supputatione, quam in Chronico ipso opere instituit, ab Abraham scilicet ad templi excidium: nam in prodromo, ut nobis vocare placet, sive προτάξει, ut ipse auctor vocat, quo temporum intervalla ab Adamo ad Abrahami ortum paucis perstrinxit, certam nullam rationem init, neque enim id sibi negotii in iis dedit: quia potius juxta receptam vulgo editionem LXX longiores annos putat, subdensque passim Hebræorum numerum, judicium lectori permittit. Quod quidem si Scaliger animadvertisset, moneri hoc ipso poterat, non esse illum priorem Chronici operis librum, qui universam historiam complecteretur, sed breve quasi procemium, quod operi viam munit, neque ejusdem est atque ipsum opus instituti ac propositi. Recole quæ hac de re superiori pagina diximus not. 1

[a] Sensus est, ipso demum Scaligero non diffitente, etiam juxta minorem hunc ipsum Judæorum numerum, Jacobum vetustissimum reperiri, utpote Inachi temporibus æqualem. Alias certum est, quo brevior instituitur numerus annorum ab Adamo ad Abrahamum, hunc non antiquiorem, sed recentiorem Inacho evadere. Ex quo ansam arripuit Tarasii patriarchæ Syncellus, qui, Septuaginta seniorum numeros secutus, Inachum Mosi temporibus illigat, Eusebium acriter insectandi.

[b] Hieronymum denuo accusant ejus aversores Scaliger et Clericus, quod *manifestum* dixerit esse quod nec somniaverit quidem Eusebius, ut ejus indicat Græcus textus. Nec revera manifestum dici potuit, quod ad Eusebium usque nemo prodiderat, nemo crediderat, nondum probatum fuerat, nondum concessum. Ego S. Interpretem una collatione textus utriusque ab omni calumnia evidentissime vindicabo. Invenisse illum aio in suo Græco exemplari hanc modo sententiam, et verba, μετὰ δὲ τῆς Σεμιράμεως τὸν Ἀβραὰμ εἶναι πεπιστευμένον. Et dabo facti argumentum certissimum, quod intermedium versum inter Abrahami nomen atque εἶναι verbum (Χαλδαῖον μὲν τὸ γένος, ἄλλως δὲ ἄνδρα θεοφιλῆ, καὶ πρῶτον τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν) omnino non noverit. Enimvero si in suo illo exemplari exstitisset, quid causa esse potuit, ut penitus prætermitteret? videtur enim nonnisi de industria id facere potuisse. Nullam hic possunt verborum, sensusque obscuritatem obtrectatores causari: nulla potuit ipsi Hieronymo subesse ratio dissimulandi. Certum igitur planumque est, ex ejus interpretationis structura, abfuisse pericopen illam in Græco: nec plus lectum a S. Doctore, quam quæ diximus, μετὰ δὲ τῆς Σεμιράμεως τὸν Ἀβραὰμ εἶναι πεπιστευμένον. Hæc vero optime interpretatum fuisse dico: *Semiramim autem et Abraham contemporales fuisse, manifestum est;* dixisset ad verbum paulo contentiosius, *creditum est*, sive, *in confesso est*, quæ tamen eodem recidunt. Nec vero disputo, si pericope illa verborum inserta, quæ et genuina et ab Eusebii profecta sit manu, diversus oritur sensus, isque concinnior, ut illud πεπιστευμένον ad ipsum referatur Abraham, qui sit quidem creditus semper summus inter Hebræos prophetas, non item creditus semper Semiramidi æqualis: atque adeo si continuanda cum subsequentibus sit orationis series, quemadmodum Græcus Syncelli apographus docet: ut non aliud inferre voluerit Cæsariensis episcopus, quam Abrahamum quidem supparem Semiramidi, Israelem Inacho, Mosen vero, quanquam his sequiorem ætate, vetustiorem tamen fuisse diis Gentium omnibus. Nobis satis abunde est, ad vindicandam Hieronymo boni interpretis laudem, ostendisse ab eo, quod D ob oculos habebat, exemplari verba illa certo certius abfuisse: quo autem absque illis sensu concepta erat, sententiam perquam erudite ac fideliter refudisse in Latinum.

[c] Hic Eusebium ad verbum Cedrenus quoque describit pag. XLII, nec tamen Herculem, Musæum, Linum, Chironem, Orpheum memorat, quemadmodum nec Syncellus facit. Si velis adeo, Hieronymum ea nomina de suo addidisse ad exaggerandam sententiam, non repugno.

[d] Hæc iterum, *quem Græcia in arce divinitatis collocavit*, ab Scaligero exploduntur pro Hieronymiano additamento. Græcus tamen habet ad verbum: *quem*, sive, *cujus gesta Græcia summopere celebrat.* Latine autem quidquid in quaque re summum est, *arcem* eleganter appellari, notissimum.

Mosi coætaneum [a] ostendit, et antecedere Trojanum bellum annis [b] CCCLXXV. Quod, ne cui dubium videatur, sequens ratio sic probabit. Quadragesimo secundo [c] anno imperii Augusti CHRISTUS natus est; A quintodecimo Tiberii anno prædicare orsus est. Si quis igitur retrorsum annorum supputans numerum, alterum Darii regis [d] Persarum quærat annum, sub quo templum Jerosolymorum, quod a Ba-

## GRÆCA FRAGMENTA.

δώκασι]. Μωσέα δὲ ἡ παροῦσα [e] συνεξέτασις τῶν χρόνων γενέσθαι κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ, ὃν πρῶτόν φασι τῆς Ἀττικῆς βασιλεῦσαι, συνίστησι πρὸ τῶν Ἰλιακῶν ἀμφὶ τὰ τν' ἔτη ... [f] ... Συντρεχόντων ὁμολογουμένως τῶν χρόνων Αὐγούστου Ῥωμαίων αὐτοκράτορος, καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως, ἀρχήν τε τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ ποιησαμένου κατὰ τό πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου Καίσαρος, εἴ τις ἀπὸ τούτου συναγαγεῖν ἐθέλοι τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, προϊὼν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους τοὺς μέχρι Δαρείου τοῦ Περσῶν βασι-

## NOTÆ.

[a] Minus cohærenter in futuro habet Scaligeri editio *ostendet*: longius quoque a mss. fide.

[b] Parmensis mss., *annis* 350, quem numerum profert et Græcus ipse textus, immo et Scaliger, et plerique omnes cum editi libri, tum mss., Pontaco teste, qui primus numerum 375 restituit, non tam ex codd. mss. auctoritate (unum enim Fuxatensem laudat) quam quod sentiret hoc ipsum inita supputatione colligi, et firmari his quæ scribit Eusebius ipse circa annum ab Abraham 835. Nec porro decurtatum in Eusebio a librariis numerum, licet suspicari: nam et Syncelli exemplaria in eo consentiunt, et Chronicus Eustathii liber primum ab Allatio editus ex ejusdem Eusebii testimonio de verbis disserens, plane idem ἐτῶν τν' supputat intervallum. Movet me tamen impendio magis codicum Latinorum, qui cum Græco conveniunt, auctoritas, ut quamquam semel a Pontaco receptam lectionem retineri velim, haud tamen ausim pro certo asserere, quam ipse S. Interpres probarit. Cæterum satis commode licet cum Goaro, utriusque numeri conciliare inter se discrepantiam hac ratione, ut Latinus numerus 375, primos Cecropis annos terminet: Græcus vero 350 Athenarum ab eo posita fundamenta.

[c] Paulo aliter codd. Palatini, *Quadragesimo secundo Augusti imperii anno Christus natus, quintodecimo*, etc. In Græco, ut diximus, eadem est quidem sententia, sed paulo diversa, eaque auctior verborum est series. Iniquior vero in S. Interpretem Scaliger, cujus hæc sunt insultantis verba: Hactenus quid in iis, quæ exstant, Græcis vertendis præstiterit, et quid secutus sit Hieronymus, ex Latinis discere potuimus: in reliquis quia Græcis deficimur, nihil pronuntiamus. At Græca hic deficere, et falsum manifesto est, et contra ejusmet animi conscientiam, qui alterum fragmentum ex præparatione Evangelica sumptum novit ante nos, atque excudit. Dixisset, sibi ex utriusque textus collatione non suppetere, quod suis contumeliis proscinderet. Nos hactenus quam bonum, quamque eruditum interpretem se Hieronymus egerit, contra Scaligerum, ejusque asseclas, ostendimus: pergemusque porro in reliquis, quod in nobis est, bonam S. Doctori præstare operam.

[d] Nihil dubium est, quin Darium Hystaspis filium Eusebius hic notet, cum ab ejus secundo anno ad 15 Tiberii, 547 annos ait intercedere. Hanc autem hypothesim, secundo nempe ejus Darii anno finem exstitisse Babylonicæ captivitatis, tam falsam esse, ait Scaliger, quam falsum est, secundo ejus Darii anno templi fundamenta jacta, et Templum sub eodem instauratum fuisse: cum is fuerit Darius Nothus, non autem Darius Hystaspis filius. Atque hanc sententiam a Sulpitio Severo, ut ipse ait, aliisque scriptoribus antiquis acceptam pluribus, infra in animadversionibus in Chronicum (ut in secundum Darii Nothi annum initium Septuaginta Danielis Hebdomadum referat), maxime autem libro VI de Emendatione temporum, ita multis argumentis fulcire conatus est, ut doctorum vulgo fere etiam persuaserit. Neque sane nobis hic licet pro notarum brevitate, eam inire disputationem, et satius interim existimamus, lectorem amandare ad Petavii de Doctrina temporum lib. XII, cap. 31, atque Huetium Demonstrationis Evangelicæ propositione IX, cap. 8, ac novissime Schroeerum libro de Imperio Babylonis, etc., sect. 4 et 5, qui totam illam Scaligeri opinationem solidis argumentis disjecerunt. Quod tamen hunc ipsum attinet Eusebii locum, ne facile credas B Scaligero pro summa hominis auctoritate et confidentia, scias immo illum errare splendide, atque in eo maxime, quod supra centum adhuc annos (quot nempe sunt a secundo Darii Hystaspidæ ad Darium Nothum) et Babylonicam captivitatem et templi prorogat instaurationem. Satis vero erudite, ac propius ad fidem colligere, ac ponere Eusebium, quod ipse sacer Esdræ liber capp. V et VI tradit, a Dario Hystaspis filio, cum non ita pridem regnaret, Zorobabelem facile impetrasse, ut patriæ suæ res fractas jacentesque ab annis jam septuaginta restauraret, ac Dei domum in Jerusalem, etiam post Cyri decretum sæpius impeditam, exstrueret. Sed et ex Zachariæ visione cap. I conficitur, exeunte secundo Darii Hystaspidæ anno, finem advenisse captivitatis, cujus septuaginta anni a capto Sedechia ducunt initium. Consentiunt et vetustissimi auctores, ut est Clemens, pluribus infra laudandus, qui luculentissime tradit Stromat. lib. I, pag. 331, post septuaginta annos C captivitatem καταλήξασαν εἰς τὸ δεύτερον ἔτος τοῦ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου, *relaxatam anno secundo Darii Hystaspis filii*. Denique et Josephus vernaculus scriptor ejus historiæ, qui cum alibi, tum lib. I contra Appionem sect. 21, de templi ejus instauratione ait, quod ἔτει δευτέρῳ τῆς Κύρου βασιλείας, ἔτει τῶν θεμελίων ὑποβληθέντων, δευτέρῳ πάλιν τῆς Δαρείου βασιλείας ἀπετελέσθη; *secundo Cyri anno positis fundamentis, rursum secundo regni Darii* (utique Hystaspis f.) *anno perfectum est*. Uno verbo referri quidem omnia, quæ sunt ab antiquis hac de re tradita, egregie ad Darium Hystaspidem, vix autem, aut ne vix quidem ad Nothum possunt, ut suo loco plenius constabit, cum opinio illa ad Septuaginta Hebdomadarum partitionem conferetur.

[e] Apud Scaligerum ἐξέτασις, quod nomen, ut cætera ab impresso parum differat, minus tamen bene Eusebii propositum ac mentem refert; συνεξέτασις proprie est, per comparationem inquisitio, quam toto hoc libro auctor instituit.

D [f] Quæ hic interjacet Græci textus lacuna, horum modo verborum est apud Hieronymum: *Quod, ne cui dubium videatur, sequens ratio sic probabit*. Quæ vero subsequitur satis longa periocha (tametsi tres, aut quatuor priores versus in verborum structura abs Hieronymiana versione abludant) ex iis tamen erat, ut et Scaligero placuit, verbis inchoanda: nam et ibi plane idem est sensus, atque ordo sermonis, ac porro in reliquis ita et sensu et verbis κατὰ πόδα cum interprete consonat, ut nihil dubium sit quin eadem illa sint verba, quæ in suo exemplari S. Interpres invenit, sibique proposuit transferenda. Jam vero illam, quod Scaliger notare prætermisit, non sine lectorum incommodo, monemus descripsisse nos, hucque transtulisse ex ipsomet Cæsariensi Eusebio, libro decimo Præparationis Evangelicæ cap. nono, ubi de Mosis ac prophetarum Hebræorum

byloniis destructum fuerat, instauratum est, reperiet a Tiberio usque ad Darium annos DXLVIII: Darii quippe secundus annus sexagesimæ quintæ olympiadis anno primo fuit, et Tiberii XV in ducentesimam [a] primam olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Darium et Tiberium olympiades CXXXVII, anni DXLVIII, quadriennio [b] in una olympiade supputato. Deinde secundo Darii anno LXX desolationis templi annus expletur, a quo usque ad primam olympia-

A dem retrorsum numerantur olympiades LXIV, anni CCLVI. Qui similiter supputantur a supradicto desolationis [c] templi anno usque ad L annum Oziæ regis Judæorum, sub quo Isaias et Osee fuerunt. Itaque prima olympias in Isaiæ, et reliquorum incurrit ætatem, qui cum eo prophetaverunt. Rursum si a prima olympiade ad superiora tempora et usque ad captivitatem Trojæ proveharis, invenies annos [d] CCCCVI (quos et nos [e] in priore

## GRÆCA FRAGMENTA.

λέως, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνανεώσεως τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεῶ. ἣ γέγονε κατὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, εὕρει [Al. εὕροι] ἂν ἀπὸ Τιβερίου, ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου, ἔτη φμη'. Δαρείου μὲν γὰρ τὸ δεύτερον κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ξε' ὀλυμπιάδος καταντᾷ, Τιβερίου δὲ τὸ πεντεκαιδέκατον τῆς Ῥωμαίων βασιλείας κατὰ τὸ τέταρτον τῆς σα' ὀλυμπιάδος συμπίπτει. Γίνονται τοίνυν αἱ μεταξὺ Δαρείου τοῦ Πέρσου, καὶ Τιβερίου τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως, ὀλυμπιάδες ρλζ, αἳ συνάγουσι χρόνον ἐτῶν φμη', τετραετείας τῇ ὀλυμπιάδι

B λογιζομένης. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου τὸ ἑβδομηκοστὸν ὑπῆρχε τῆς ἐρημίας τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεῶ, κἀντεῦθεν πάλιν ἀνατρεχόντων, ἀπὸ μὲν τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου, ἐπὶ τὴν πρώτην ὀλυμπιάδα, ἔτη συνάγοιτο ἂν σνς', ὀλυμπιάδες ξδ'. Τοσαῦτα δὲ εὕροις ἂν τὰ ἀπὸ τοῦ ὑστάτου ἔτους τῆς ἐρημίας τοῦ δηλωθέντος ἱεροῦ, ἐπὶ τὸ ν' ἔτος Ὀζίου τοῦ τῶν Ἰουδαίων βασιλέως ἀνιών, καθ' ὃν ἐπροφήτευον Ἡσαΐας καὶ Ὠσηέ. Ὥστε εἶναι τὴν πρώτην καθ' Ἕλληνας ὀλυμπιάδα σύνδρομον τῷ προφήτῃ Ἡσαΐᾳ, καὶ τοῖς τούτου συγχρόνοις. Πάλιν δὲ

## NOTÆ.

antiquitate disserens, et quam ipse instituit, novam Chronologiæ rationem exponens, suamet verba ex Chronico hocce opere laudat, ac repetit: κἀγὼ δὲ, inquit, καινοτέραν παρὰ τοὺς εἰρημένους ὁδεύσας, ταύτῃ χρήσομαι τῇ μεθόδῳ. Συντρεχόντων ὁμολογουμένως, etc. Quæ cum latius iisdemque verbis adduxisset, ad rem confirmandam, fidemque nobis faciendam, subdit: ταῦτα μὲν οὖν ἀποδεικτικῶς ἐν τοῖς συνταθεῖσιν ἡμῖν χρονικοῖς κανόσιν οὕτως ἔχοντα συνέστη. *Hæc a nobis omnia certis argumentis in chronicis canonibus, quos elaboravimus, confecta reperies.* Sed et quæ subsequuntur Græca fragmenta, scias ex eodem libro huc translata.

C [a] Enucleatius sane habet Græcus textus, qui annum ipsum hujus olympiadis, nempe quartum ascribit κατὰ τὸ τέταρτον τῆς σα' ὀλυμπιάδος; sed aut non erat in eo, quo Hieron. utebatur, exemplari annotatus, aut ex Latina ejus interpretatione excidit, aut denique nullo boni sensus dispendio prætermissus est, cum pateat ex contextu, atque ex eo, qui statim colligitur, annorum numero, finem olympiadis, qui quartus est annus, denotari. Neque adeo jure sibi animos ex illa omissione sumunt docti viri, qui 15 hunc Tiberii annum tantopere disputationibus exagitatum, non a morte Augusti inchoant, sed ab ipsius Tiberii imperio proconsulari, quod duobus, tribus, et quatuor annis, pro sua quisque opinione, antecessisse arbitrantur. Quorum sententiam cum alia argumenta, tum ipsa Eusebiana ratio plane subvertit.

[b] Cavet errorem, qui suboriri ex aliis Veterum testimoniis potest. Nam ex eo quod Olympicus agon exacto quadriennio in quinti anni initio recurreret, quinquennales olympiadas videntur constituere. Ovidius lib. IV de Ponto epist. 6:

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est.

Et Seneca in *Hercule furente*, ubi de populo qui ad olympicos ludos concurrit:

Quinta cum Sacrum revocavit æstas.

Hinc et sacro scriptori libri II Macchab. c. IV πενταετηρικοὶ ludi et ipsa olympias πενταετηρὶς dicitur, hoc est, quinque annorum periodus. Apparet vero ab his terminum includi, in quem desinebat, et quo solemnitas agebatur: cum ipsa tamen olympias nonnisi integri quadriennii spatium contineret. Vide, si lubet, Censorinum cap. 18, Dionysium Halicarnasseum lib. I, et Solinum cap. 2, etc.

[c] Expletæ scilicet desolationis, templique adeo instaurati, ac si dixisset, a supradicto anno Darii secundo, ad quinquagesimum usque Oziæ regis. Est hoc nempe Eusebiani operis de universa temporum ratione, monimentum certum ac definitum, quod Græci vocant παράπηγμα, a quo reliqua intervalla deducit, et quo refert: dico annos LXX Babylonicæ captivitatis, a Sedechiæ casu ad secundum Darii Hystaspidæ. Ac recte quidem in supputationis priore parte habet: sive a secundo Darii anno retrorsum ad primam olympiadem ducentos quadraginta sex annos interponit: haud autem recte in altera, ubi confert quinquagesimum Oziæ in olympiadem ipsam primam, ut probet ab instaurato templo ad eum annum Oziæ retrorsum numerando totidem ducentos quinquaginta sex interesse. Peccat enimvero collectio isthæc insigni quatuordecim, plus minus, annorum προχρονισμῷ, cum primus olympicus in Oziæ annum trigesimum quartum, aut quintum incurrat. Id constat ex ipsis Eusebii rationibus, qui captivitatem ipsam et casum Sedechiæ tertio anno olympiadis 47 ascribit, unde et debuerat etiam olympiadum initium in annum Oziæ trigesimum quintum aut sextum conferre, non quinquagesimum. Jam quæ hujus fuerit hallucinationis causa, quæque consectaria ad reliquas rationes diversis ab epochis huc referendas, demum quo pacto huic malo auctor ipse occurrerit, illudque intervallum aliis annis huc illuc substitutis, impleverit, suis quæque nos locis exponemus, et quoad ejus fieri potest, Eusebium excusabimus, quem satis acerbe castigat Scaliger, ut videri tamen velit, ei ab Syncello vapulanti succurrere.

D [d] Hunc auget Græcus textus numerum duobus annis, siquidem octo supra quadringentos putat. Mendose tamen ibi esse υη, jam Scaliger notat, qui mavult rescribi juxta Latinam interpretationem υς, quam Pontacus, cui placeret magis υε', id est, 405 uno minus: cum econtrario augere eum numerum uno alterove anno juxta Eratosthenis canonem recens a Cumberlando expositum et accuratiores chronologos, præstitisset.

[e] Quod exhibemus Græci textus fragmentum, hæc quidem omittit verba, *et nos in priore opusculo digessimus*, quæ tamen ne putes de suo Hieronymum addidisse; sed Eusebium propria recolentem peregrino in loco, utpote minus ibi proposito inservientia, præterisse. Nullus vero dubito, quin *prius* istud *opusculum* vocarit ille, quemadmodum paulo supra, πρὸ ταύτης πρόταξιν, id est, *præfationem, proœmium, præviam operis ordinationem:* ut non solidum librum omnimodam historiam continentem, quem Scaliger

opusculo digessimus), ut [*Al.* et] curiosissima Græcorum historia conscribit. Item apud Hebræos a supradicto Oziæ anno et temporibus Isaiæ prophetæ, usque ad Samson et tertium annum Labdon Judicis, supputabis annos CCCCVI. Samson autem est, quem in corporis robore Herculi similem ferunt posteri Judæorum. Et mihi videntur non multum inter se distare tempore, si quidem ambo circa Trojæ captivitatem fuerunt. Post hoc iterum ad priora convertere, et cum CCC tibi et XXIX [*Al.* XXXIX] annos pes retroactus impleverit, Græcorum Cecropem [a] Diphyem et Mosem invenies Hebræorum. Nam a XLV Cecropis anno usque ad captivitatem Trojæ, et ab LXXX ætatis Mosi anno, in quo populum Israeliticum de Ægypto eduxit, usque ad Labdon, et Samson Judices, computantur [b] anni CCCXXIX. Itaque sine B ulla ambiguitate Moses et Cecrops, qui primus Atheniensium rex fuit, iisdem fuere temporibus. Porro iste est Cecrops Diphyes indigena, sub quo primum in arce Oliva orta est, et Atheniensium [c] urbs ex Minervæ appellatione sortita nomen. Hic primus omnium, [d] Jovem appellavit, simulacra reperit, aram statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia umquam visis. Cætera quoque, quæ apud Græcos [e] mira jactantur, posteriora Cecropis annis deprehenduntur. Si autem Cecropis, consequenter et Mosi, qui cum Cecrope fuit. Post hunc enim scribitur diluvium sub Deucalione, incendium sub Phaetonte; Erichthonius Vulcani et terræ filius, Dardanus qui Dardaniam condidit: de quo Homerus:

[f] Quem primum genuit cœlesti Jupiter arce;

## GRÆCA FRAGMENTA.

ἀπὸ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος, ἐπὶ τοὺς ἔμπροσθεν ἀνιὼν χρόνους, μέχρι τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, εὑρήσεις ἔτη συγκεφαλαιούμενα υη'. Ὡς [g] αἱ παρ' Ἕλλησι τῶν χρόνων ἀναγραφαὶ περιέχουσι. Καὶ καθ' Ἑβραίους ἀπὸ πεντηκοστοῦ ἔτους Ὀζίου τοῦ Ἰουδαίων βασιλέως ἀνιὼν ἐπὶ τὸ τρίτον ἔτος Λαβδὼν τοῦ παρ' Ἑβραίοις γενομένου κριτοῦ, καὶ τοῦ Σαμψὼν, τὸν ἴσον συνάξεις ἀριθμὸν ἐτῶν υη'· ὃν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἀλκὴν ἀνυπόστατον γενέσθαι φασὶν ἐοικότα τῷ βοωμένῳ πάρ' Ἕλλησιν Ἡρακλεῖ. . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Καὶ ἐντεῦθεν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω βαδίζων ἐν ταὐτῷ τε συναγαγὼν ἀριθμὸν ἐτῶν τκθ', εὕροις ἂν κατὰ μὲν Ἑβραίους Μωσέα, κατὰ δὲ Ἕλληνας Κέκροπα τὸ γηγενῆ. . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Οὗτός ἐστιν Κέκροψ ὁ διφυὴς γηγενὴς, ἐφ' οὗ ἡ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἐλαία πρώτως ἐφύη· οὗτος ἀπὸ τῆς Ἀθήνης τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασεν· ὃς πρῶτος λέγεται Ζῆνα κεκληκέναι θεὸν, μὴ πρότερον οὕτω πάρ' ἀνθρώποις ὠνομασμένον, ἔπειτα βωμὸν πάρ' Ἀθηναίοις ἱδρῦσαι, βοῦν θῦσαι, πρῶτος Ἀθήνης ἄγαλμα συστήσασθαι, ὡς οὐδὲ τούτων ἐκ παλαιοῦ ὑπαρχόντων. Κατώτερα δὲ τῶν Κέκροπος ἱστορεῖται χρόνου τὰ πάρ' Ἕλλησι θαυμαζόμενα

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . γίνεται γὰρ μετὰ Κέκροπα ὁ κατὰ Δευκαλίωνα κα-

## NOTÆ.

somniat, sed ne opusculum quidem proprie, si aliud hoc nomine, quam hujusmet libri prolegomena, sive ut ipsa fert ejus inscriptio, *exordium libri*, intelligas. Diximus hac de re supra quantum notarum brevitas patiebatur, et explodendæ Scaligerianæ opinationi satis erat. Plura ac luculentiora præfationi reservamus.

[a] Pro *Diphyem* vetus editio *Delphion*, et mox *Delphiem*: vitiose utrumque. Cur Diphyes, Græce διφυὴς, dictus sit Cecrops, ipse auctor suo loco exponit. Vide Apollodorum lib. III et Eustathium in Dionysii περιήγησιν, et Suidam in Κέκροψ.

[b] Uno minus habent, cum Parmensis ms., tum vetus editio, *anni* 328.

[c] Traditum id quidem vulgo, Athenas nominatas ἀπὸ τῆς Ἀθήνης πολιάδος, *ab Athena*, seu *Minerva Poliade*, sive *Urbana*, cui simulacrum in Acropoli, quam *arcem* Hieronymus interpretatur, erat dedicatum. Minervam autem ipsam primus Cecrops Ἀθήνην appellasse dicitur, cujus nominis etymon multo adhuc obscurius Isidorus reddit: *Minerva apud Græcos Athena dicitur, id est, femina*. Plato a divina mente derivavit: alii alia commenti sunt. Nobis ferme cum Hillero videtur ex Hebraico repetenda etymologia, atque ex verbo אתא quod est *advenire*, factum paulo D quidem barbare אתין Ἀθήν, id est, *advenarum* civitas: eo scilicet convenientibus, qui antea dispersi erant in Curiis Pagisque, Atticæ terræ incolis; nam ex duodecim urbibus unas Athenas, factas, notum ex Strabone, Plutarcho, atque aliis. Hinc opinari malim, ab urbis nomine Minervam, cui sacra urbs ipsa erat et regio, Ἀθήνης cognomentum accepisse, non ut nostro Eusebio, et aliis passim veteribus persuasum est, *urbem ex Minervæ appellatione sortitam* Athenarum *nomen*.

[d] Hoc vero, *primus Jovem appellavit*, multo elegantius ac fere alio sensu in Græco resonat, Ζῆνα κεκληκέναι τὸν Θεὸν: *Zena appellasse Deum*: ut sensus sit, Saturni filium, eum quem Latini Jovem, Græci Ζῆνα vocant, divinitatis cultu fuisse primum a Cecrope donatum. Non enim primus Ζῆνα appellavit, C quem ita nuncupatum μετὰ τὴν ἐξ ἀνθρώπων μετάστασιν, *statim atque ex hominibus exemptus fuit*, notat Diodorus lib. III, eo quod fuerit in terris degens, τοῦ καλῶς ζῆν αἴτιος, *bene vivendi auctor*. Omitto aliam esse *Jovis* etymologiam atque originem. Scaliger Clementis locum de auctoribus idololatriæ ex Protreptico hic laudat: ut nempe data occasione significet, mendum ibi se detexisse, ubi Μέροψ pro Κέκροψ legitur, quod jubet nomen pro illo restitui. Verum minime hac una de causa eam lectionem mutare liceat, quam et Arnobius, qui multa a Clemente mutuatus est, retinet lib. III, ac porro accepisse ex illo Clementis testimonio, nihil est dubium. Ad hæc potuit ille indicari Merops, Arisbæ, quæ Priamo nupsit, pater, vir superstitioni perquam addictus, de quo Apollodorus bibliothec. lib. III, c. 5.

[e] Minus recte alibi, et apud Scaligerum, *mira tractantur*.

[f] Iliad. υ, vers. 215:

Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς·
Κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρή.

Dardanum quidem primum genuit, nubes cogens Jupiter:
Condidit autem is Dardaniam: neque enim jam tum erat
(Ilios sacra.

Notatu dignum hos versus metrice in Latinum refudisse S. Interpretem.

[g] Supplemus ex Græcis verba, ὡς αἱ παρ' Ἕλλησι τῶν χρόνων ἀναγραφαὶ περιέχουσι: quæ a Scaligero decepti omiseramus. Tum visum est, mendose Græcum apographum præparationis Evangelicæ, in editis præferre, τῆς σγ' ὀλυμπιάδος, *ducentesimæ tertiæ Olimpiadis*; et cum Scaligero legimus, τῆς σα', *ducentesimæ primæ*: quæ verior est lectio.

[a] Liberæ quoque raptus et Europæ, sacra Cereris atque Isidis, delubrum in Eleusina, frumenta Triptolemi, regnum Trois : A

> Cujus dii natum Ganymedem, ad sidera raptum,
> Vina Jovis magni voluerunt fundere mensis.

Quo tempore quoque Tantalus et Tityus fuerunt, et Apollo natus est. Nam Latona, Jovis conjux, [b] tempore Tityi fuit. Latonæ autem et Jovis Apollo filius. Post quos Cadmus Thebas venit :

> [c] Qui Semelem genuit, de qua pulcherrima proles
> Liber condignam partu tulit edita frugem.

Porro Liber et reliqui quos mox inferemus, post [d] cc annum Cecropis fuerunt. Linus scilicet, et Zetus, et Amphion, Musæus, Orpheus, Minos, Perseus, Æsculapius, gemini Castor et Pollux, Hercules, cum quo Apollo [e] servivit Admeto. Post quos facta est Trojanæ urbis eversio : quam Homerus longo sequitur intervallo. Homerus autem Solone et Thalete Milesio, cæterisque, qui cum iis septem Sapientes appellati sunt, multo prior reperitur. Deinde Pythagoras exstitit, qui se non sapientem, ut priores, sed philosophum, id est, amatorem sapientiæ, dici voluit. Quem secutus Socrates, Platonem erudivit : a quo famosa in [f] partes philosophia divisa est. Horum singulos juxta ordinem sequentis historiæ suis locis inferemus [*Al.* inseremus]. Igitur Moses cunctos quos B supra memoravimus, antecedit : qui [*Al.* quia] ætate

## GRÆCA FRAGMENTA.

κατακλυσμός, καὶ ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, Ἐριχθονίου τε γένεσις, καὶ ἡ ὑπὸ Δαρδάνου τῆς Δαρδανίας κτίσις, ὃν πρῶτον, φησὶν Ὅμηρος..., τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς.

Κόρης τε ἁρπαγὴ, καὶ Δήμητρος μυστήρια, καὶ ἡ τοῦ ἐν Ἐλευσῖνι τεμένους καθίδρυσις, Τριπτολέμου γεωργία. Τρωός τε βασιλεία, οὗ υἱὸν. . . . . . . . . . . . . . .

> . . . . . ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν
> Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Τιτυὸς δὲ συνεχρόνισε Ταντάλῳ· ναὶ μὴν ἡ Λητὼ κατὰ Τάνταλον· καὶ Ἀπόλλωνος γένεσις·

> Λητὼ γὰρ ἤλκησε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν.

Κάδμος τε ὁ Σεμέλης πατὴρ εἰς Θήβας ἔρχεται.

> Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱὸν
> Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι Διώνυσον πολυγηθῆ.

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

Τούτων οὖν ἁπάντων πρεσβύτερος γεγονὼς συνίσταται Μωσῆς, ὡς ἂν κατὰ Κέκροπα τὴν ἡλικίαν ἀκμάσας. Ἀπὸ δὲ τοῦ π' Μωσέως πάλιν ἀνιὼν ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος ζωῆς Ἀβραὰμ, εὑρήσεις ἔτη φε', τοσαῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ δηλωθέντος ἔτους τῆς Κέκροπος βασιλείας τὸν ἀνωτέρω χρόνον ἀπαριθμούμενος, ἐπὶ Νῖνον ἥξεις τὸν Ἀσσύριον, ὃν πρῶτόν φασιν ἁπάσης τῆς Ἀσίας, πλὴν Ἰνδῶν, κεκρατηκέναι, ὥστε εἶναι τὸν Ἀβραὰμ κατὰ τοῦτον.

## NOTÆ.

[a] Parmensis quoque ms. vitiose habet cum antiquis editionibus, *Liber quoque*. Feliciter vero *Liberæ*, id est, Proserpinæ restituunt Scaliger et Pontacus, cujus videsis annotationem. Porro *Europæ* nomen, quod Eusebius tacet, Hieronymum, de suo addidisse, Schurzfleischius contendit. Verosimilius est arbitrari, substitutum olim a criticis, qui corrupto jam textu in verbis, *Liber quoque et raptus*, suppleri sensum putarint, intruso *Europæ* nomine : quam fabulam longe notissimam, voce *raptus* indicari, arbitrati sunt. Verum credi etiam potest ab ipso additum Eusebio, qui hunc locum non, ut prima fronte videtur, a Clemente, quia Tatianum descripsit, sed ab ipso Tatiano acceperit, hic enim ἐκ Φοινίκης τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Κρήτην hic memorat, *Europæ ex Phœnicia in Cretam deductionem*, seu *raptum*. Clemens econtrario et tacet *Europæ* nomen, et vitiosa, ut videtur, metathesi, *Ex Creta in Phœniciam deductionem* dicit. Omnino, si Clementem ob oculos habuit Eusebius, eum ex Tatiano supplevit atque emendavit. C

[b] Vetus edita lectio erat, *tunc paticia fugit :* codicum autem fere omnium ista, *particia*, aut *pertitia fuit*. Arnaldus Pontacus, qui sane erudite ex Freculpho restituit, *tempore Tityi*, nedum sibi visus est rem acu tetigisse, sed et Scaligero, qui secundis curis laborem suum recognoscens, ita ex ejus sententia reposuit, eumque adeo virum eruditissimum vocat, qui recte et acute divinarit. Parem ab aliis, et cumprimis a Schurzfleischio laudem tulit, qui totus in ea asserenda lectione est. Nobis, ut nihil velimus de Pontaci laudibus imminui, videtur tamen, ex vocibus, *tunc partitia*, minus illud commode excudi, *tempore Tityi*, quam quod statim in mentem venit, *suppar Tityo :* quod et leviori constat litterarum mutatione, ac fortasse subscribitur elegantius : *Latona, Jovis conjux, suppar Tityo fuit*. Sed et in Græco Eusebii præparat. Evang. c. 12, ναὶ μὲν Λητὼ κατὰ Τιτυὸν γίνεται : non ut Scaliger scribit, κατὰ Τάνταλον, καὶ Ἀπόλλωνος γένεσις. Eum locum, aut potius integrum illud caput Eusebius ex Clementis primo Stromatum recitat. D

[c] Propius ad fidem est, Hesiodi versus ex θεογονίᾳ, quos hic post Scaligerum exhibemus, laudatos fuisse ab Eusebio, quam quem Pontacus putat Homeri *ex* Iliad. υ :

> Ἡ δὲ Διώνυσον Σεμέλη τέκε, χάρμα βροτοῖσιν.

Vide ejusdem Eusebii sæpe laudatum lib. x Præpar. Evang., cap. 12, ubi ex Clementis opere Hesiodi testimonium hoc profert. Erat vero minus recte scriptum antea, Καδμεὶν δ' ἄρα Σεμέλη, etc. Scaliger ne minimum quidem Græcæ sententiæ vestigium in Latina interpretatione apparere, superbe jactat : cum tamen prior versus idem fere ad verbum sonet, alter verbis potius abludat, quam sensu : *Quæ Cadmi fuit filia Semele, genuit pulcherrimum filium, Amatorie mixta Jovi Liberum ad jucunditatem natum.*

[d] Scaliger *post centesimum* dumtaxat, cum reliqui tamen libri *ducentesimum* præferant : ac re ipsa ex Eusebii rationibus ipse, qui cæteris præponitur, Linus supra 130 annos Cecrope posterior sit.

[e] Hujus fidejussor historiæ est Clemens I Stromatum, quem locum Eusebius alludit. Clementi autem fidem non adhibet Scaliger, qui Herculem Admeto serviisse, nusquam se legisse profitetur. Auctor vero id se ex Pindaro delibasse indicat : inter cujus fragmenta revera exstant, quæ hic laudat. Accipe totum locum : εἰκότως ἄρα καὶ Βοιώτιος Πίνδαρος γράφει : Ἐν χρόνῳ δὲ γένετ' Ἀπόλλων· καὶ οὐδὲν θαυμαστόν· ὅπου γε καὶ Ἀδμήτῳ δουλεύων εὑρίσκεται, σὺν καὶ Ἡρακλεῖ, μέγαν εἰς ἐνιαυτόν. *Merito ergo scribit etiam Pindarus Bœotius : In tempore autem Apollo fuit genitus. Nec mirum, cum etiam Admeto una cum Hercule inveniatur servisse mercede in magnum annum.* Vid. Scholiast. in Euripidis Alcestin. v, 1.

[f] Neu putes hic sectas dici, sed ipsiusmet partes facultatis ac disciplinæ, quam in Academia primus tradidit Plato. Rem edisserit perquam erudite S. Augustinus de Civitate Dei, lib. VIII : *Plato Philosophiam perfecisse laudatur, quam in tres partes distribuit : unam Moralem, quæ maxime in actione versatur ; alteram Naturalem, quæ contemplationi deputata est ; tertiam Rationalem, qua verum disterminatur a falso*, etc.

Cecropis fuisse monstratus est. Ab LXXX autem anno Mosi, et egressu Israel ab Ægypto, rursus ad superiora conversus, usque ad primum annum Abrahæ, reperies annos DV. Quos similiter a XLV anno Cecropis usque ad Ninum et Semiramim Assyriorum principes supputabis. Primus quippe omni Asiæ, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnavit. Itaque manifestum est, Abraham Nini [a] ætate generatum,

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἐν οἷς οὐδὲν ἐπίσημον γεγονὸς ἱστορεῖται παρ' Ἕλλησι. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . Οὔπω τότε Ἀθηναίων οὔτε τὴν πόλιν, οὔτε τὴν προσηγορίαν. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

[a] Hæc sane vel falsa est, vel Cimmeriis tenebris obscurior hypotesis, quæ tantam regibus Assyriorum vetustatem tribuit, ut Abrahami ortus cum Nini ætate concurrat. Herodotus lib. I, cap. 7, Ninum Beli filium diserte nominat, et cap. 95 notam quoque temporis quo regnavit suppeditat, ubi ait, ab Assyriis, cum superiori Asiæ ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια, *annos* DXX imperassent, Medos primum defecisse. Quod cum anno periodi Julianæ 4004 ascribatur, subductis inde annis 520. Ninus, qui primus omni Asiæ imperasse dicitur, in annum incidet ejusdem periodi 3486, qui Trojæ excidium solis undeviginti annis præcedit. Quare hoc maxime urgent Herodoti testimonium doctissimi recentiores chronologi, qui origines regni Assyriaci tradunt, ac temere jactatam eorum regum antiquitatem ac seriem impugnant. At noster auctorem habuit Julium Africanum : hic Ctesiam Cnidium, qui in sex prioribus Persicorum libris, ut Photius in excerptis tradit, historiam Assyriacam et Medicam nongentis ferme supra Herodotum annis amplificavit, sive 1400 annorum spatio definivit. Hunc autem secuti sunt plerique alii magni nominis Historici, Diodorus Siculus, Castor Rhodius, Cephallion, Æmilius Sura apud Velleium Paterculum, Trogus Pompeius in Justino, ut plerosque alios sequiorum temporum prætercam. Est itaque et nobis pensanda res isthæc ex Eusebii rationibus : quem ex hac supputatione constat Abrahami ortum ad mundi annum 1988 atque adeo Mosis quoque octogesimum (quo anno egressus est Israel ab Ægypto) ad 2493 retulisse. Qua quidem in re tametsi illi rectius rationes ex Hebræo ineant, qui post adhuc annos quindecim, sive septimo secundi millenarii anno natalem Abrahami diem consignant : bene est tamen ad universam collectionem hoc ipsum, quod Eusebius ponit, *juxta eum numerum, quem contractiorem editione Vulgata sermo præbet Hebræus ;* nam Græca septuagintaviralis versio, quam Vulgatæ editionis nomine certum est hic denotari, solidis mille quadringentis nonaginta sexaginta sex annis eum numerum antevertit. Verum illud jure meritoque nos moveat, quod statim auctor annectit, a nativitate Abrahæ ad totius orbis diluvium annos inveniri nongentos quadraginta duos retrorsum usque ad Adamum, sive conditum mundum. Hac enim supputatione jam non juxta contractiorem eum numerum, quod satis bene atque erudite videbatur astruere, sed post adhuc integros mille centum septuaginta sex, sive anno 3184, Abrahami ortum constituat, necesse est. Hinc vero et secum ipso pugnet Eusebius, atque ut ab Hebræo textu dudum laudato aberret, non tamen ipsis LXX consentiet, qui eo numero ducentos nonaginta plus habent, sive anno 3474 natum eum referunt. Experiar igitur, ut eum a calumnia liberem, dicere quid hoc rei sit.

Eusebius hoc libro chronologicas rationes suas omnes ab Abraham nato auspicatur, ad quem unice sibi digerenda subsecuta tempora, componendaque cum universa historia proposuit. Eum porro annum, cogente rerum serie, atque eorum, quos suppares facit esse, exoticis monimentis, novit ex Hebræo textu, cujus contractior est numerus, sibi esse repetendum. Atque in eo quidem, si levioris, quem supra notavimus, momenti, προχρονισμὸν 15 fere annorum excuses, de quo rursum dicemus; cætera bene invicem et cum historiæ veritate ita constant, ut synchronismi facile observari queant, nec a posterioribus anteriora, vel utraque ab historica observatione dissideant. Quæ vero annum illum præcedunt ad mundi usque initium, quippe cum parum, aut nihil ad instituti operis propositum facerent, nihil pensi habuit, ex cujus codicis supputatione proferret, ac magis cavit, ne a recepta vulgo apud suos opinione discederet. Nimirum tanta illa diversitas, quæ Hebræum textum intercedit et Græcum, annorum plus minus 1470 spatium illud tenet, quod Abrahæ natalem annum antecedit, et ad mundi usque initium protenditur : ubi singulis patriarchis centum ætatis annos, nonnullosque alios interdum supra quam Hebræus textus effert, LXX interpretes largiti sunt, in eamque abeunt temporum discrepantiam. Atqui ab eo digerendo ad Chronologicos Canones spatio abstinuit Eusebius, cum nihil esset quod conferri ex gentium historiis posset, totumque illud periculosæ plenum opus aleæ satis habuit, ex Scripturarum testimoniis simplici narratione prætexere in ejus quem moliebatur, libri quoddam veluti proœmium; meminitque ejus obiter, ne lector, ut ipse ait, *incuriositate cessaret.* In ipsa autem perfunctoria recensione annos quidem ab Adamo ad diluvium ex Vulgatæ tunc editionis, sive ex τῶν LXX calculis posuit 2242, totidem enim et Græcus Scripturæ textus putat. In aliis 942 a diluvio ad Abrahamum, ab ipsis maluit LXX paulisper discedere : et quem illi obtrudunt, alterum Cainanum, Arphacsadi filium, juxta quem ferme sequitur Africanum, ex albo patriarcharum expunxit. Hoc autem est quod tantopere culpat, versatque Syncellus, ut mirum dictu sit, quoties toto illo syntagmate, σφάλλεται Ἀφρικανὸς, et σφάλλεται Εὐσέβιος ingeminet. Τοῦτον (inquit, pag. 79 edit. Parisiens.) τὸν Καϊνᾶν ὁ Εὐσέβιος οὐκ ἐστοιχείωσε, τῷ Ἑβραϊκῷ ἀντιγράφῳ κακῷ ἀκολουθήσας, διὸ καὶ ἐσφάλη ἔτη ρλ'. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἀφρικανὸς διήμαρτεν, κ. τ. λ. *Huncce Cainanum* (alterum) *Eusebius non recensuit, Hebraico corrupto exemplari usus, atque adeo annis centum triginta fallitur : eodemque modo Africanus peccat*, etc. Neque porro hic Eusebium ad Georgii criminatione vindico : illud modo velim animadverti, quod neque bene Scaliger videtur attendisse, quo demum loco ab Septuaginta seniorum rationibus discessisse, tributum ei culpæ fuerit. Nam quod spectat annorum summam ac seriem, ne ipse quidem ea de re, quæ nihil proposito operi conducebat, sollicitus fuisse videtur; et præterea sunt qui de vera ejus numeri 942 scriptione, aut summa, quemadmodum ab ipso auctore putata sit, dubitent. Equidem ita habent et Græca, quæ ex alio opere Scaliger laudat, Eusebii verba : Κατὰ τοὺς Ο', τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν, ἔτη ,βσμβ', τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἐπὶ τὸ α' ἔτος Ἀβραὰμ, ἔτη ,ϡμβ'. τὰ πάντα ἔτη ,γρπδ'. *Juxta* LXX *ab Adamo usque ad diluvium anni sunt* 2242; *a diluvio autem usque ad primum Abrahami annum*, 942. *Simul omnes anni* 3184. Verum, ut hæc sit Eusebiana summa, minime ea tamen est, quam ab Adamo ad Abrahamum colligunt Septuaginta, qui intermedium a diluvio spatium annis onerant supra Eusebium fere trecentis. Eusebiani præterea libri, hos dico, qui ex Latina dumtaxat Hieronymi interpretatione superant, pro editionum varietate, et librariorum interpolatione diversas ad hunc Chronici locum ab orbe condito summas con-

juxta eum tamen numerum, quem contractiorem editione Vulgata sermo præbet Hebræus. Verum incuriositate [*Al.* in curiositate] ne cesses : et cum divinam Scripturam diligenter evolveris, a nativitate Abrahæ usque ad totius orbis diluvium, invenies retrorsum annos DCCCCXLII. Item a diluvio usque ad Adam, MMCCXLII, in quibus nulla penitus Græca, nec Barbara, et, ut loquar in commune, gentilis reperitur historia. Quamobrem [a] præsens opusculum ab Abraham et [b] Nino usque ad nostram ætatem inferiora tempora persequetur; et statim in principio sui Hebræorum Abraham, Assyriorum Ninum et Semiramim proponet. Quia neque Athenarum adhuc urbs, neque Argivorum regnum nomen acceperat, solis Sicyoniis in Græcia florentibus : apud quos temporibus Abrahæ et Nini Europem secundum regnasse ferunt. Quod cur etiam nos putemus, ex sequentibus demonstrabitur. Si enim diligenter enumeres ab ultima ætate Nini, usque ad Trojæ captivitatem, invenies annos DCCCXXXIV. Item in Sicyone a XXII anno regis Europis, usque ad supradictum tempus, eosdem annos invenies DCCCXXXIV. Apud Hebræos quoque A a nativitate Abraham usque ad Labdon et Samson Judices Hebræorum, qui Trojanis temporibus populo præfuerunt, æque supputabis annos DCCCXXXIV. Item apud Ægyptios ab ætate Nini et Semiramidis, quo tempore sextadecima jam dynastia Thebæi Ægyptis imperabant, usque ad vicesimam dynastiam, et regem Ægypti [c] Thuorin, qui ab Homero Polybus vocatur, sub quo Troja capta est, colliguntur etiam supradicti anni DCCCXXXIV. Igitur consequenter in libelli fronte ponimus uno eodemque tempore Abraham, Ninum, Semiramim, Europem, Ægyptiorum Thebæos. Et hæc quidem ita se habere, ut præfati sumus, posterior textus ostendet. Nunc illud in cura est, ut etiam Hebræorum annos in quatuor tempora dividamus. Ab Abraham usque ad Mosen, a Mose B usque ad primam ædificationem templi, a prima ædificatione templi usque ad secundam instaurationem ejus, ab instauratione ejus usque ad adventum Christi Domini. A nativitate quippe Abrahæ usque ad Mosen et egressum Israel ex Ægypto, computantur anni [d] DV. A Mose usque ad Salomonem et primam ædificationem templi, anni CCCCLXXIX, secundum minorem

## NOTÆ.

cipiunt. Et quamquam castigatiores ii dicuntur Pontacio et Petavio codices, qui a diluvio ad Abrahamum pro 942 annos computant 1072, ea tamen summa adhuc est Septuagintavirali calculo solidis centum sexaginta annis minor, quantum nempe ab eo anno 5474 decedit. Prior autem illa, quæ solos putat 942, recepta est vulgo tamquam ex Eusebii et Hieronymi mente ab omnibus fere ætatis mediæ chronologis, Orosio, Beda, Freculpho, atque aliis, qui se calculis Eusebianis insistere profitentur. Est igitur manifestum, neque ἐν παρέργῳ disputantem de patriarcharum annis Eusebium, Septuaginta interpretum abuti rationibus, cujus est tanta ab illis dissensio, quanta non solis annis, sed tribus annorum centuriis continetur.

Jam vero duo sunt, in quorum hæc hactenus disputavimus gratiam. Ac primum confici ex his manifeste contendimus, injuria notarii Eusebium ab Scaligero ἀντιλογίας vitio, qui eum ut confidentius castiget, Syncello dat manus; Merito, inquiens, reprehenditur a Georgio Eusebius, quod cum minorem numerum sequi se profiteatur, tamen Septuaginta seniores in his sequitur. Falsum hoc plane esse demonstrant, quæ hactenus disputata sunt; ac falsum ex Scaligeri quoque sensu, Eusebium in ea temporum partitione, qua minorem sibi numerum proposuerat, a diluvio scilicet ad Abrahamum, Septuaginta interpretes esse secutum. Quod si de Chronico ipso Canone dicunt ipsi, qui Eusebium culpant, propositum Eusebii ac mentem non videntur assecuti. Neque enim ille incertus inter utrumque numerum vagari potuit, qui tempora ab Adamo ad Abrahamum non digessit, sed Abrahamo ad Nini ætatem comparato ex Hebræi textus, sive minoris numeri supputatione, superius illud intervallum, in quod nec Græca ulla, nec Barbara historia conferri poterat, curioso cuilibet lectori recolendum ex Scripturis reliquit; et si ejus quidem annos obiter, ac verbo tenus ab gemina epocha indicavit, ea nimirum de causa fecit, ut se ab illiusmet codicis, sive Septuaginta seniorum calculis dissentire ex parte, Cainano altero expuncto, admoneret. Cæterum sui hæc instituti non esse, idque sibi unum proposuisse, expresse notat præsenti opusculo, ut ab Abraham et Nino, usque ad suam ætatem inferiora tempora persequatur : quo in opere universo nihil sane erat ex Græcorum exaggeratis numeris repetendum. Alterum, quod inferimus, huic quidem consectarium est, momenti autem multo majoris, et quod notat fere Eusebiani syntagmatis memoriam continet. Nempe tantum abesse contendimus a Græci exemplaris supputatione in hoc adornando Chronico Eusebium, ut numquam ab ea summa, quæ ab orbe condito ad C diluvium, atque exinde ad Abrahamum initur, ad alias temporum sequiorum æras collegerit iis locis haud sane paucis, quibus totius operis sui rationes ad diversas epochas comparat, ac certa invicem nectit initia. Sed cum hoc paucis demonstrari nequeat : sit etiam unus atque alter locus in editis libris, ut est ille ad annum Abrahami 990, qui sententiæ huic nostræ refragantur, quorum est tamen fides omnis elevanda : denique Veterum ac recentiorum testimonia et præconceptas opiniones diluere oporteat, quæ notarum brevitas non patitur, in præfixa huic tomo præfatione, commodiore scilicet loco, edisserimus, quam adeo ut recolas, auctores sumus.

[a] Nec porro alia totius Eusebiani operis materies est, neque adeo nisi huncce unum Chronicorum librum præsentis opusculi nomine denotavit.

[b] Vitiose Scaligeri, ab *Abraham omnino*; pro *ab Abraham et Nino*, quam et nostri mss. lectionem præferunt, et Pontacus ipse pridem restituit.

D [c] Hic Straboni atque aliis *Thonis*, Θῶνις, dicitur. Polybus autem Homero appellatur, Odys. Δ, vers. 126. Sed et alius, vers. 228, *Thon* proprie nominatur Ægyptiorum dynasta, ubi de celebri Nepentes pharmaco, quod Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις, *Polydamna attulit Thonis uxor* : in quem locum videsis Eustathium : adito et Stephanum ethnicographum in Θῶνις.

[d] Atque est quidem iste propior ad fidem numerus, quem et nunc præferunt melioris notæ Chronologi. Sed magna hinc oritur Africanum inter et Eusebium dissensio annorum circiter 162, qua in re Cæsariensem episcopum Syncellus denuo criminatur. Scilicet cum juxta Africanum, atque ex veterum chronologorum ferme omnium consensu ad quadragesimum quartum Nini annum, Abrahami ortum Eusebius retulisset, posteros ex ordine Assyriorum reges enumerans usque ad Eupalem (cujus regni trigesimum quartum annum facit cum Salomonis templo concurrere) ad Hebraicarum ex adverso rerum seriem exc-

Cecropis fuisse monstratus est. Ab LXXX autem anno Mosi, et egressu Israel ab Ægypto, rursus ad superiora conversus, usque ad primum annum Abrahæ, reperies annos DV. Quos similiter a XLV anno Cecro- A pis usque ad Ninum et Semiramim Assyriorum principes supputabis. Primus quippe omni Asiæ, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnavit. Itaque manifestum est, Abraham Nini [a] ætate generatum,

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἐν οἷς οὐδὲν ἐπίσημον γεγονὸς ἱστορεῖται παρ' Ἕλλησι. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ☙ . . . Οὔπω τότε Ἀθηναίων οὔτε τὴν πόλιν, οὔτε τὴν προσηγορίαν. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## NOTÆ.

[a] Hæc sane vel falsa est, vel Cimmeriis tenebris obscurior hypotesis, quæ tantam regibus Assyriorum vetustatem tribuit, ut Abrahami ortus cum Nini ætate concurrat. Herodotus lib. I, cap. 7, Ninum Beli filium diserte nominat, et cap. 95 notam quoque temporis quo regnavit suppeditat, ubi ait, ab Assyriis, cum superiori Asiæ ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια, *annos* DXX imperassent, Medos primum defecisse. Quod cum anno periodi Julianæ 4004 ascribatur, subductis inde annis 520. Ninus, qui primus omni Asiæ imperasse dicitur, in annum incidet ejusdem periodi 3486, qui Trojæ excidium solis undeviginti annis præcedit. Quare hoc maxime urgent Herodoti testimonium doctissimi recentiores chronologi, qui origines regni Assyriaci tradunt, ac temere jactatam eorum regum antiquitatem ac seriem impugnant. At noster auctorem habuit Julium Africanum : hic Ctesiam Cnidium, qui in sex prioribus Persicorum libris, ut Photius in excerptis tradit, historiam Assyriacam et Medicam nongentis ferme supra Herodotum annis amplificavit, sive 1400 annorum spatio definivit. Hunc autem secuti sunt plerique alii magni nominis Historici, Diodorus Siculus, Castor Rhodius, Cephallion, Æmilius Sura apud Velleium Paterculum, Trogus Pompeius in Justino, ut plerosque alios sequiorum temporum prætercam. Est itaque et nobis pensanda res isthæc ex Eusebii rationibus : quem ex hac supputatione constat Abrahami ortum ad mundi annum 1988 atque adeo Mosis quoque octogesimum (quo anno egressus est Israel ab Ægypto) ad 2493 retulisse. Qua quidem in re tametsi illi rectius rationes ex Hebræo incant, qui post adhuc annos quindecim, sive septimo secundi millenarii anno natalem Abrahami diem consignant : bene est tamen ad universam collectionem hoc ipsum, quod Eusebius ponit, *juxta eum numerum, quem contractiorem editione Vulgata sermo præbet Hebræus ;* nam Græca septuagintaviralis versio, quam Vulgatæ editionis nomine certum est hic denotari, solidis mille quadringentis nonaginta sexaginta sex annis eum numerum antevertit. Verum illud jure meritoque nos moveat, quod statim auctor annectit, a nativitate Abrahæ ad totius orbis diluvium annos inveniri nongentos quadraginta duos retrorsum usque ad Adamum, sive conditum mundum. Hac enim supputatione jam non juxta contractiorem eum numerum, quod satis bene atque erudite videbatur astruere, sed post adhuc integros mille centum septuaginta sex, sive anno 3184, Abrahami ortum constituat, necesse est. Hinc vero et secum ipso pugnet Eusebius, atque ut ab Hebræo textu dudum laudato aberret, non tamen ipsis LXX consentiet, qui eo numero ducentos nonaginta plus habent, sive anno 3474 natum eum referunt. Experiar igitur, ut eum a calumnia liberem, dicere quid hoc rei sit.

Eusebius hoc libro chronologicas rationes suas omnes ab Abraham nato auspicatur, ad quem unice sibi digerenda subsecuta tempora, componendaque cum universa historia proposuit. Eum porro annum, cogente rerum serie, atque eorum, quos suppares facit esse, exoticis monimentis, novit ex Hebræo textu, cujus contractior est numerus, sibi esse repetendum. Atque in eo quidem, si levioris, quem supra notavimus, momenti, προχρονισμὸν 15 fere annorum excuses, de quo rursum dicemus; cætera bene invicem et cum historiæ veritate ita constant, ut synchronismi facile observari queant, nec a posterioribus anteriora, vel utraque ab historica observatione dissideant. Quæ vero annum illum præcedunt ad mundi usque initium, quippe cum parum, aut nihil ad instituti operis propositum facerent, nihil pensi habuit, ex cujus codicis supputatione proferret, ac magis cavit, ne a recepta vulgo apud suos opinione discederet. Nimirum tanta illa diversitas, quæ Hebræum textum intercedit et Græcum, annorum plus minus 1470 spatium illud tenet, quod Abrahæ natalem annum antecedit, et ad mundi usque initium B protenditur : ubi singulis patriarchis centum ætatis annos, nonnullosque alios interdum supra quam Hebræus textus effert, LXX interpretes largiti sunt, in eamque abeunt temporum discrepantiam. Atqui ab eo digerendo ad Chronologicos Canones spatio abstinuit Eusebius, cum nihil esset quod conferri ex gentium historiis posset, totumque illud periculosæ plenum opus aleæ satis habuit, ex Scripturarum testimoniis simplici narratione prætexere in ejus quem moliebatur, libri quoddam veluti procemium; memini tque ejus obiter, ne lector, ut ipse ait, *incuriositate cessaret.* In ipsa autem perfunctoria recensione annos quidem ab Adamo ad diluvium ex Vulgatæ tunc editionis, sive ex τῶν LXX calculis posuit 2242, totidem enim et Græcus Scripturæ textus putat. In aliis 942 a diluvio ad Abrahamum, ab ipsis maluit LXX paulisper discedere : et quem illi obtrudunt, alterum Cainanum, Arphacsadi filium, juxta quem ferme sequitur Africanum, ex albo patriarcharum expunxit. Hoc autem est quod tantopere culpat, versatque Syn- C cellus, ut mirum dictu sit, quoties toto illo syntagmate, σφάλλεται Ἀφρικανὸς, et σφάλλεται Εὐσέβιος ingeminet. Τοῦτον (inquit, pag. 79 edit. Parisiens.) τὸν Καϊνᾶν ὁ Εὐσέβιος οὐκ ἐστοιχείωσε, τῷ Ἑβραϊκῷ ἀντιγράφῳ κακῷ ἀκολουθήσας, διὸ καὶ ἐσφάλη ἔτη ρλ'. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ἀφρικανὸς διήμαρτεν, κ. τ. λ. *Huncce Cainanum* (alterum) *Eusebius non recensuit, Hebraico corrupto exemplari usus, atque adeo annis centum triginta fallitur : eodemque modo Africanus peccat*, etc. Neque porro hic Eusebium ad Georgii criminatione vindico : illud modo velim animadverti, quod neque bene Scaliger videtur attendisse, quo demum loco ab Septuaginta seniorum rationibus discessisse, tributum ei culpæ fuerit. Nam quod spectat annorum summam ac seriem, ne ipse quidem ea de re, quæ nihil proposito operi conducebat, sollicitus fuisse videtur ; et præterea sunt qui de vera ejus numeri 942 scriptione, aut summa, quemadmodum ab ipso auctore putata sit, dubitent. Equidem ita habent et Græca, quæ ex alio opere Scaliger laudat, D Eusebii verba : Κατὰ τοὺς Ο'. τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ, ἐπὶ τὸν κατακλυσμὸν, ἔτη ͵βσμβ', τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἐπὶ τὸ α' ἔτος Ἀβραάμ, ἔτη ͵ϡμβ'. τὰ πάντα ἔτη ͵γρπδ'. *Juxta* LXX *ab Adamo usque ad diluvium anni sunt* 2242 *; a diluvio autem usque ad primum Abrahami annum*, 942. *Simul omnes anni* 3184. Verum, ut hæc sit Eusebiana summa, minime ea tamen est, quam ab Adamo ad Abrahamum colligunt Septuaginta, qui intermedium a diluvio spatium annis onerant supra Eusebium fere trecentis. Eusebiani præterea libri, hos dico, qui ex Latina duntaxat Hieronymi interpretatione superant, pro editionum varietate, et librariorum interpolatione diversas ad hunc Chronici locum ab orbe condito summas con-

juxta eum tamen numerum, quem contractiorem editione Vulgata sermo præbet Hebræus. Verum incuriositate [*Al.* in curiositate] ne cesses: et cum divinam Scripturam diligenter evolveris, a nativitate Abrahæ usque ad totius orbis diluvium, invenies retrorsum annos DCCCCXLII. Item a diluvio usque ad Adam, MMCCXLII, in quibus nulla penitus Græca, nec Barbara, et, ut loquar in commune, gentilis reperitur historia. Quamobrem [a] præsens opusculum ab Abraham et [b] Nino usque ad nostram ætatem inferiora tempora persequetur; et statim in principio sui Hebræorum Abraham, Assyriorum Ninum et Semiramim proponet. Quia neque Athenarum adhuc urbs, neque Argivorum regnum nomen acceperat, solis Sicyoniis in Græcia florentibus: apud quos temporibus Abrahæ et Nini Europem secundum regnasse ferunt. Quod cur etiam nos putemus, ex sequentibus demonstrabitur. Si enim diligenter enumeres ab ultima ætate Nini, usque ad Trojæ captivitatem, invenies annos DCCCXXXIV. Item in Sicyone a XXII anno regis Europis, usque ad supradictum tempus, eosdem annos invenies DCCCXXXIV. Apud Hebræos quoque a nativitate Abraham usque ad Labdon et Samson Judices Hebræorum, qui Trojanis temporibus populo præfuerunt, æque supputabis annos DCCCXXXIV. Item apud Ægyptios ab ætate Nini et Semiramidis, quo tempore sextadecima jam dynastia Thebæi Ægyptis imperabant, usque ad vicesimam dynastiam, et regem Ægypti [c] Thuorin, qui ab Homero Polybus vocatur, sub quo Troja capta est, colliguntur etiam supradicti anni DCCCXXXIV. Igitur consequenter in libelli fronte ponimus uno eodemque tempore Abraham, Ninum, Semiramim, Europem, Ægyptiorum Thebæos. Et hæc quidem ita se habere, ut præfati sumus, posterior textus ostendet. Nunc illud in cura est, ut etiam Hebræorum annos in quatuor tempora dividamus. Ab Abraham usque ad Mosen, a Mose usque ad primam ædificationem templi, a prima ædificatione templi usque ad secundam instaurationem ejus, ab instauratione ejus usque ad adventum Christi Domini. A nativitate quippe Abrahæ usque ad Mosen et egressum Israel ex Ægypto, computantur anni [d] DV. A Mose usque ad Salomonem et primam ædificationem templi, anni CCCCLXXIX, secundum minorem

### NOTÆ.

cipiunt. Et quamquam castigatiores ii dicuntur Pontacu et Petavio codices, qui a diluvio ad Abrahamum pro 942 annos computant 1072, ea tamen summa adhuc est Septuagintavirali calculo solidis centum sexaginta annis minor, quantum nempe ab eo anno 5474 decedit. Prior autem illa, quæ solos putat 942, recepta est vulgo tamquam ex Eusebii et Hieronymi mente ab omnibus fere ætatis mediæ chronologis, Orosio, Beda, Freculpho, atque aliis, qui se calculis Eusebianis insistere profitentur. Est igitur manifestum, neque ἐν παρέργῳ disputantem de patriarcharum annis Eusebium, Septuaginta interpretum abuti rationibus, cujus est tanta ab illis dissensio, quanta non solis annis, sed tribus annorum centuriis continetur.

Jam vero duo sunt, in quorum hæc hactenus disputavimus gratiam. Ac primum confici ex his manifeste contendimus, injuria notarii Eusebium ab Scaligero ἀντιλογίας vitio, qui eum ut confidentius castiget, Syncello dat manus: Merito, inquiens, reprehenditur a Georgio Eusebius, quod cum minorem numerum sequi se profiteatur, tamen Septuaginta seniores in his sequitur. Falsum hoc plane esse demonstrant, quæ hactenus disputata sunt; ac falsum ex Scaligeri quoque sensu, Eusebium in ea temporum partitione, qua minorem sibi numerum proposuerat, a diluvio scilicet ad Abrahamum, Septuaginta interpretes esse secutum. Quod si de Chronico ipso Canone dicunt ipsi, qui Eusebium culpant, propositum Eusebii ac mentem non videntur assecuti. Neque enim ille incertus inter utrumque numerum vagari potuit, qui tempora ab Adamo ad Abrahamum non digessit, sed Abrahamo ad Nini ætatem comparato ex Hebræi textus, sive minoris numeri supputatione, superius illud intervallum, in quod nec Græca ulla, nec Barbara historia conferri poterat, curioso cuilibet lectori recolendum ex Scriptura reliquit; et si ejus quidem annos obiter, ac verbo tenus ab gemina epocha indicavit, ea nimirum de causa fecit, ut se ab illiusmet codicis, sive Septuaginta seniorum calculis dissentire ex parte, Cainano altero expuncto, admoneret. Cæterum sui hæc instituti non esse, idque sibi unum proposuisse, expresse notat presenti opusculo, ut ab Abraham et Nino, usque ad suam ætatem inferiora tempora persequatur: quo in opere universo nihil sane erat ex Græcorum exaggeratis numeris repetendum. Alterum, quod inferimus, huic quidem consectarium est, momenti autem multo majoris, et quod notat fere Eusebiani syntagmatis memoriam continet. Nempe tantum abesse contendimus a Græci exemplaris supputatione in hoc adornando Chronico Eusebium, ut numquam ab ea summa, quæ ab orbe condito ad diluvium, atque exinde ad Abrahamum initur, ad alias temporum sequiorum æras collegerit iis locis haud sane paucis, quibus totius operis sui rationes ad diversas epochas comparat, ac certa invicem nectit initia. Sed cum hoc paucis demonstrari nequeat: sit etiam unus atque alter locus in editis libris, ut est ille ad annum Abrahami 990, qui sententiæ huic nostræ refragantur, quorum est tamen fides omnis elevanda: denique Veterum ac recentiorum testimonia et præconceptas opiniones diluere oporteat, quæ notarum brevitas non patitur, in præfixa huic tomo præfatione, commodiore scilicet loco, edisserimus, quam adeo ut recolas, auctores sumus.

[a] Nec porro alia totius Eusebiani operis materies est, neque adeo nisi huncce unum Chronicorum librum præsentis opusculi nomine denotavit.

[b] Vitiose Scaligeri, ab *Abraham omnino*; pro *ab Abraham et Nino*, quam et nostri mss. lectionem præferunt, et Pontacus ipse pridem restituit.

[c] Hic Straboni atque aliis *Thonis*, Θῶνις, dicitur. Polybus autem Homero appellatur, Odys. Δ, vers. 126. Sed et alius, vers. 228, *Thon* proprie nominatur Ægyptiorum dynasta, ubi de celebri Nepentes pharmaco, quod Πολύδαμνα πόρεν Θωνὸς παράκοιτις, *Polydamna attulit Thonis uxor*: in quem locum videsis Eustathium: adito et Stephanum ethnicographum in Θῶνις.

[d] Atque est quidem iste propior ad fidem numerus, quem et nunc præferunt melioris notæ Chronologi. Sed magna hinc oritur Africanum inter et Eusebium dissensio annorum circiter 162, qua in re Cæsariensem episcopum Syncellus denuo criminatur. Scilicet cum juxta Africanum, atque ex veterum chronologorum ferme omnium consensu ad quadragesimum quartum Nini annum, Abrahami ortum Eusebius retulisset, posteros ex ordine Assyriorum reges enumerans usque ad Eupalem (cujus regni trigesimum quartum annum facit cum Salomonis templo concurrere) ad Hebraicarum ex adverso rerum seriem exc-

tamen numerum quem tertius Regnorum liber continet. Nam juxta volumen Judicum, supputantur anni DC. A Salomone vero usque ad instaurationem templi, quæ sub Dario Persarum rege facta est, colliguntur anni DXII. Porro a Dario usque ad prædicationem Domini nostri Jesu Christi, et usque ad quintum decimum annum Tiberii principis Romanorum, explentur anni DXLVIII. Itaque simul fiunt ab Abraham usque ad quintumdecimum Tiberii annum, anni MMXLIV. Similiter a Nino et Semiramide usque ad Mosen et Cecropem, anni DV. A Cecrope usque ad captivitatem Trojæ, anni [a] CCCLXXV. A captivitate Trojæ usque ad primam olympiadem, A anni CCCCVI. A prima olympiade usque ad secundum Darii annum, et instaurationem templi, anni CCLVI. A secundo Darii anno et instauratione templi usque ad quindecimum annum Tiberii Cæsaris, anni DXLVII [*Al.* DXLVIII]. Fiunt simul a Nino a Semiramide usque ad quintumdecimum Tiberii annum, anni MMXLIV, quos et ab Abraham usque ad Tiberium ostendimus supputatos. A [b] Tiberii autem quindecimo anno usque ad decimum quartum annum Valentis, quo interiit, numerantur anni CCCLI. Itaque fiunt anni istius historiæ MMCCCXCV. Et ne longus ordo numerorum aliquid forte turbationis afferat, omnem annorum congeriem in [c] decadas cæcidimus [*Al.*

## NOTÆ.

git, contractiorem numerum libri tertii Regum B secutus, cum Africanus latiorem libri Judicum tenuisset. Hinc solidos ille quatuor reges, ad conciliandas epochas prætermisit, quos ex eodem Africano Syncellus nominat, *Arabelum*, annis 42; *Chalaum*, 45; *Anebum*, 38; *Babium*, 37, et continua serie, post Teuteum, sive ante duos alios ab Eupale reges statuit. Monuimus autem nos supra, tantam regum istorum seriem ex Ctesiæ, scriptoris cætera vanissimi, auctoritate constare, quam ideo cum primis Africanus avide arripuit, ut vetustiora juxta Græcos calculos tempora proprius attingeret: quin etiam alicubi dicitur auxisse, cum adhuc infra eas rationes subsisteret, ac supplesse præpositis Chaldæorum, atque Arabum dynastiis. Quam culpam ita amoliri ab eo Scaliger conatur, ut putare malit aliquos callide prætermissos reges a Ctesia, ad æram Chaldæorum initio Nini accommodandam: ac porro acrius in Eusebium invehitur in præfat. et in animadversionibus, quem, ait, facinus neque bono viro neque ecclesiastico dignum admisisse, cum quatuor modo laudatos reges suis ipsemet rationibus coactus, ab Africani Catalogo expunxit. Verum Dionysius Petavius, re diligentius exposita, Eusebium ab impacta calumnia vindicat lib. IX, cap. 12, *De Doctrina temporum*, et in *Animadversionibus ad Epiphanium*: Ricciolius quoque in *Chronologia Reformata*, tom. I, cap. 2, quorum argumenta, quando hic per notarum angustias non licet, in præfixa huic tomo præfatione laudabimus. Unum addimus, quod sive imprudens Eusebius eos reges omiserit, sive certo usus consilio ad aliorum monimentorum fidem repudiarit, haud certe minus ab ejus adversario Syncello atque aliis, in his recensendis regibus, peccatum sit, cum eo, quo diximus loco post Teuteum illos constituunt, qui ex propositis Ctesiæ ac Cephallionis rationibus, ante annos feroctoginta, atque adeo ante Tautanem ponendi sunt, ut ex eorum hypothesi constet, a Belo, aut Nino, primis Assyriorum regibus, supra mille annos effluxisse usque ad Tautanem, quem faciunt cum Trojæ excidio concurrere, et a quo Priamum suppetias petisse Diodorus quoque testatur.

[a] Editi vetustiores libri, Scaliger, et mss. plerique annos hic efferunt 329, sane contra ipsius Eusebii mentem, qui non semel superiori contextu a Cecrope ad Trojæ interitum annos supputat 375. Vide paulo supra pag. 47, et quæ nobis annotata sunt ad geminum huic locum nota [b]. Recole et Pontacum, col. 35, sub finem.

[b] Pericopen hanc *a Tiberii quintodecimo anno usque ad decimumquartum Valentis*, etc., ipsamque annorum bis mille tercentum nonaginta quinque summam, de suo Hieronymum addidisse, nemo est qui non intelligat, et in præfationis calce testatus est ipse, *A Constantini*, inquiens, *vicesimo anno, usque ad consulatum Augustorum Valentis VI et Valentiniani iterum, totum meum est.* Sed illud hucusque ipsos latuit hujusce libri editores, quod uno anno supra Eusebii rationes Hieronymiana collectio isthæc abundat: quod est quidem operæ pretium hic monuisse. Nam Eusebius ab Abrahamo ad decimumquintum Tiberii annum inclusive annos supputat 2044, ut in hac modo præfatione testatus est, et in Chronico quoque ipso colligit. Exinde autem ad vigesimum Constantini inclusive iterum, quo fine Canonem suum ipse conclusit, annos putavit 298, qui superioribus juncti summam conficiunt 2342. Testes quoque sunt omni exceptione majores, Anianus et Panodorus apud Syncellum in Chronographia edition. Venetæ pag. 28, qui de Eusebio asserunt conceptis verbis, quod ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τῆς εἰκοσαετηρίδος Κωνσταντίνου ἐν τῷ κατὰ πλάτος συνῆξε χρόνον ἐτῶν ͵βτμϐ; *ab Abrahamo ad Vicennalia usque Constantini* (et inclusive quidem, ut ex sequenti collectione palam est) *in extenso opere tempus collegit annorum* 2342. Porro autem Hieronymus uno plus colligit tum hoc ipso, quod interseruit, additamento, tum in serie et Con- C tinuatione Chronici, in cujus fine annos supputat 2395. Quod et manifestius liquet, cum a Tiberii decimoquinto anno exclusive, ad quartum decimum usque Valentis, quo interiit, annos numerat 351. Nam si ad 2044, quos Eusebius ab Abrahami ortu ad ipsum inclusive decimumquintum Tiberii colligit, Hieronymianos hosce 351 adjicias, illa nimirum exsurget summa 2395. Computum igitur Eusebianum ipsum annorum 2342, quibus tota ejus historia ab Abrahamo ad vigesimum Constantini continetur, uno contra auctoris sui mentem anno auxit S. Interpres: quæ sane animadversione digna res est, ne, conturbatis semel calculis, lectorem transversum agat. Erroris porro causa, quam latius exponemus initio Hieronymianæ continuationis, non alia videtur, quam quod computandi initium Eusebius ab Autumno, sive Septembribus kalendis fecerit, de suæ gentis more, totamque insequentem temporum seriem ea ratione ad Abrahamiticos annos exegerit: econtrario Hieronymus quæ de suo adjunxit, a ka- D lendis Januariis Romanorum more deduxerit. Hinc factum, ut quatuor, qui in fine supererant Eusebiani, ut ita dicam, anni menses pro solido anno hic acceperit, ac vigesimo primo Constantini supputato, cætera ad eum modum continuarit. Videntur autem et fucum ei fecisse postrema isthæc Chronici Eusebiani verba: *Vicennalia Constantini Nicomediæ acta, et sequenti anno Romæ edita*, ut putarit, quo anno edita sunt vigesimum primum Imperatoris decurrere. Verum Eusebius non Constantinianum, ut facile putarit Hieronymus, sed Abrahamiticum sequentem annum pro more suo dixit, voluitque adeo sibi tantum docuisse, sub finem anni ab Abrahamo 2342, qui ab Autumno inceperat, et quo suum opus concludit, Vicennalia Constantini incidisse, quæ insequenti anno itidem Abrahamitico ab Autumno incipiente, quem tamen minime attigit, fuerint Romæ edita. Fusius autem hæc suis quæque locis exponentur.

[c] Singulis scilicet decadibus annorum ab Abra-

decidimus], quas ex singularium gentium historiis congregantes sibi invicem, facimus esse contrarias, ut facilis præbeatur inventio, cujus Græci ætate vel Barbari, prophetæ, et reges, et sacerdotes fuerint Hebræorum. Item qui diversarum gentium falso cre- A diti dii, qui heroes, quæ quando urbs condita, qui de illustribus viris philosophi, poetæ, principes, scriptoresque variorum operum exstiterint, et si qua alia digna memoria putavit Antiquitas. Quæ universa in suis locis summa cum brevitate ponemus.

NOTÆ.

hamo historias, resque gestas aliarum gentium et regnorum accommodavit, quo ex ipso libri intuitu perspicuum est. Scaliger, qui multis hancce œconomiam Operis exponit, monet de annis ab Adam, sive a mundo condito, quos veteres editiones apponebant, ut si quis annos Abraham secundum Eusebium habere velit, deducat ex annis mundi 3184, eum enim esse Eusebianum numerum. Nos, ut eam seriem plane contra Eusebii mentem esse, ita et numerum plane falsum, in superioribus notis satis abundeque ostendimus, cum potius ex Eusebii rationibus colligendum sit, eum, juxta contractiorem Hebræi codicis numerum, Abrahami ortum contulisse in mundi annum 1988, a quo appositi huic Chronico vere Eusebiani numeri incipiunt.

# [a] EXORDIUM LIBRI.

I. Incipiunt tempora totius sæculi, regesque gentium omnium, quibus locis, quibusque temporibus in suis provinciis, et quantum regnaverint [*Al.* regnaverunt], vel si quid memoriæ dignum per generationes, nativitates, et regna, et ducatus, per B [*Al.* et per] omnem actum Judicum, et omnium regum Juda, et aliorum qui non ex eadem tribu regnaverunt, per regnum [*Al.* regna] Assyriorum, cæterarumque gentium, et tempora dictatorum cum [b] consulibus ordinariis. Sed et tempora imperatorum,

NOTÆ.

[a] Eadem et mss. inscriptio est, et veterum editionum. Scaliger tamen ex præconcepta opinione, quam supra explodimus, hac epigraphe prætermissa, multa quæ præcessisse debuerant, monet excidisse, et grandioribus in medio paginæ spatio litteris notat.

[b] Contendit ex hoc testimonio Scaliger, consules ab Eusebio in Chronico positos fuisse, quos postmodum audacia correctorum expunxerit. In quam rem multa congerit præterea argumenta: et primum quidem quod pauci consules in calcem horum (ut vocat) fragmentorum rejecti fuerint: deinde quod ipso in Chronico, ubi ad tempora consulum perventum est, relictum sit in omnibus scriptis codicibus spatium cum titulo frontali CONSULUM: verbi gratia, JUD. ALEXAND. SYRIÆ. MACED. CONSULUM. Affert hinc illa Hieronymi verba ad XI Valentis imp.: *Quia superiori anno Sarmatæ Pannonias vastaverant, iidem consules permansere*: quo, inquit, argumento nullum clarius est ad asserendos consules huic Chronico. Denique et ex aliis auctoribus, Prospero, Cassiodoro, et Victore Tunnonensi argumentatur, per totum Eusebianum canonem digesta fuisse consulum paria, quandoquidem hi, qui instar Eusebiani Chronica sua instituerunt, vel illud ad sua quisque tempora persecuti sunt, consules continenter attexuerunt: non facturi, inquit, nisi jam idem fecisset Hieronymus, neque Hieronymus, nisi id ante ab Eusebio factum esset. Contra ego istam consulum seriem, quam sequior manus truncarit, minime adduci possum, ut credam: neque, si crediderit revera Scaliger, alia factum puto de causa, quam quod temere sibi jam persuaserat, ex hoc Eusebio-Hieronymiani Chronici opere plusquam dimidium excidisse, ut quæ nunc leguntur, id quod periit, magis deflere, quam quod superest, frui, nobis præbeat. Hanc autem hominis cætera doctissimi præjudicatam opinionem totis fere paginis hactenus refutavimus. Vide nunc ista quam futilia sint argumenta. Eusebius nihil sibi aliud vult, cum *tempora dictatorum cum consulibus ordinariis* a se ait recensita, quam quæ sub dictatoribus et quæ sub consulibus tempora in administranda republica acta sunt, indicasse: sic enim proprie erat appellanda insignis illa periodus annorum ferme 450, qua, ut ipsemet suo loco exponit: *Romæ post exactos reges primum consules duo a Bruto esse cœperunt, deinde tribuni plebis ac dictatores, et rursum consules rempublicam obtinuerunt.* Hoc porro spatium in frontali titulo CONSULUM, optime, ut par erat, inscripsit, eoque persecutus est modo usque ad Caium Julium Cæsarem, ad quem annotavit, *Finis reipublicæ, principium Romani Imperii*, atque exinde frontalem quoque titulum mutavit in *Romanorum*. Non igitur consulum paria, sed consulum administrationem C pro eo atque unice debuit, notat; unde est illud, *Nono anno post exactos reges, nova dignitas est creata, dictatura scilicet;* atque illud post ferme annos 60, *Romæ rursum consules creati*, etc. Quid? quod etiam auctoris proposito contrarium plane fuisset, sive reipublicæ, sive imperatorum temporibus, consules uniuscujusque anni annotare: propositum quippe ait sibi, quod esset *memoria dignum* in universa gentium, populorum, regumque orbis historia, certis ad Abrahami seriem annis consignare: creari autem unoquoque anno consules, solemne erat, nec quidpiam inde magnum ac memorabile παντοδαπῇ historiæ accedebat. Eorum adeo nomina, continenter apponere, omnino præter rem erat, atque inutile, ex auctoris saltem mente, qui non Romanorum, sed universi orbis Chronologiam historico spatio comprehendere, atque invicem conferre instituerat. Age vero hoc ipsum est, quod Hieronymi locus ab Scaligero non intellectus notat, ubi ait: *quia superiori anno Sarmatæ Pannonias vastaverant,* D *iisdem consules permansere.* Nempe insolens hoc fuit et memoria dignum, a novis consulibus annum non auspicari: eaque ipsa de causa, qua notatum hoc est abs Hieronymo, colligendum erat, nullos consules, in quorum serie nihil erat memoratu dignum, quod ad universam historiam conduceret, fuisse annotatos, quod, si alia deessent argumenta, ex hoc uno perspicuum est. Nihil porro moramur Herculeum illud consulum, quod in Chronici fine in libris aliquot mss. invenitur, et quod Eusebium, aut Hieronymum auctores non habere, ipse Scaliger non diffitetur. Eo minus negotii aliquid facessunt qui post Hieronymum Chronicum hunc Canonem ad sua us-

et Cæsarum, et quibus temporibus [a] historiographos A fuisse dixerunt; sed et successiones eorumdem, quod per ordinem rerum [b] superius declaratum est. Quorum universa tempora, gesta, sive apud Hebræos, vel apud Græcos, vel apud Romanos, sive apud Barbaros, cæterasque gentes, quæ gesserunt, vel constituerunt per historias, [c] in hoc libro plenissime demonstrantur : quod et in libro hoc historiæ singulæ conscriptæ declarant, deorum generationem, vel singulorum progeniem, sive his temporibus ipsis antelatis, quæ gesserunt, et tempora Olympiacorum, ex quo primus agon gymnicus constitutus, quos [*Al.* constitutus est, quod] Græci Olympias (*sic*) appellant. Et quo tempore adventus fuit Salvatoris nostri Jesu Christi, sive passio ejus; simulque et nomina episcoporum Ecclesiarum numero quatuor, B hoc est, Romanorum, Alexandriæ, Jerosolymorum, et Antiochiæ, qui per easdem civitates metropoles provinciarum episcopi, quantum temporis singuli sederint [*Al.* sederunt], vel qui eorum episcopatus sui tempore martyrio coronatus sit, sive tempora persecutionum, quibus temporibus Ecclesiæ dissipatæ sint. Sed et tempora regum Macedonum, Alexandriæ [*Al.* Alexandri], et quoto agone Olympiacorum, vel quibus temporibus, seu consulibus finem Alexander fecerit Judæis, vel Vespasianus insecutionem, sive destructionem templi eorum miserit, et tributa eis constituit.

II. Numeratio temporum non solum ante hominum genus, sed etiam ante lumina ipsa atque stellas esse, cognoscitur. Nam cum primum fecit Deus cœlum et terram, cum ipsis quoque elementis, quæ in his elementis condita sunt, id est, aquas et spiritus, abyssosque; et tenebris [*Al.* tenebras], necdum luminibus neque sideribus constitutis, dixit Deus : *Fiat lux : et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quia bona est, et separavit Deus inter lucem et tenebras, et vocavit Deus lucem diem, et tenebras vocavit noctem : et factum est vespere et mane dies unus* (*Gen.* I, 3-5). Hic primus dies sæculi, [d] non primus dierum omnium. Ideoque non primus, sed unus nominatus est. Secundo autem die factum est firmamentum in medio aquarum, quod et divisit inter aquam et aquam. Tertio autem die congregatæ sunt aquæ, quæ sunt sub cœlo, in congregationem unam, et apparuit arida, quam Deus *Terram* nominavit, atque congregationes aquarum appellavit *Maria*, herbamque produxit terra, et lignum fructiferum cum semine suo. Quarto igitur die facta sunt luminaria duo in firmamento cœli, ut luceant super terram ad inchoationem diei et noctis, et ut dividant inter diem et noctem, et sint in signa, et tempora, et dies, et annos, et sint in splendorem firmamenti [*Al.* in firmamentum] cœli, et luceant super terram. Quibus ita perfectis, manifestum est luminibus ipsis antecedere lucem tribus diebus. Unde mihi videntur Ægyptii, cæteræque gentes hoc sequentes decretum, quatuor annis impletis, diem integrum superfluum, quem [*Al.* quod] etiam *bissextum* nominavere [*Al.* solent nominare]. Nam [e] cum tres dies istos computare qui

## NOTÆ.

que tempora continuarunt, quibus alia fuit apponendorum consulum ratio, quam exponere, non hujus est loci. Quod nostra interest, ac rei caput est, C neque Eusebius, neque Hieronymus consules attexuerunt, quos nulli libri, seu veteres manu exarati, seu typis impressi exhibent, aut umquam exhibuerunt, ut ex locorum, quos laudavimus, contextu apparet : maxime autem hujus, ubi dictatoriæ, et consularis administrationis tempora, non ipsi dictatores et consules denotantur : merumque Scaligeri somnium est, fuisse illos a librariis expunctos.

[a] Emendatum a Scaligero est in recto *historiographi*, mss. tamen ad unum omnibus, qui hactenus innotuerunt, contradicentibus. Conjicit vero erudite Schurzfleischius, scriptum pridem vel Græcis litteris *ἱστοριογράφοι*, vel etiam Latinis, *historiographos*, quomodo apud Plautum Pœn. act. et sc. 1. *leroe*, *leroe* ex Græco λῆροι, λῆροι exaratur, indeque postea lectionis illud vitium emanasse. In fine procemii geminus huic D locus occurrit.

[b] Nihil simile tractatum *superius* est, neque enim aliud quam præfatio præcedit. Jure adeo triumphare visus est Scaliger, qui multa hinc periisse, immo totum fere priorem librum contendit. Nos cum certis antea argumentis ostenderimus contra Scaligerum, unicum esse ab Eusebio conscriptum Chronici librum, nec, quas ille putat, partes excidisse, ita hæc accipimus, ac porro accipi debere contendimus verba, ac si dicerent, *quo ordine rerum superius*, etc., pro *quod per ordinem*, etc. Fortasse etiam Latini textus hoc mendum est, quod in perquam simili scriptione facili librarius lapsu perpetravit. Certe hoc dixisse voluit Eusebius, se juxta quem supra exposuit in præfatione ordinem (ut scilicet historica facta per sua quæque fila ad Decades Abrahamiticas referrentur, cumque aliis invicem concurrerent) tempora ista, regesque gentium, et successiones Regnorum ire digestum, scripserit propterea Græce, *κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἄνωθεν τάξιν*, ubi illud *ἄνωθεν*, *superius*, non ad *πραγμάτων*, id est, *rerum*, sed ad *τάξιν*, *ordinem*, referri oportebat, ac verti, *eo quo superius declaratum est, rerum ordine*. Recole quæ et nos supra de libri hujus singularitate, atque integritate diximus.

[c] Hoc ipso scilicet uno, quem Eusebius cudit : Scaliger enim ex præconcepta illa opinione, qua vult duos fuisse ab eo elucubratos, hæc de priore Libro accipit, ex quo tot ac tanta excidisse contendit, ac supplenda porro indicat, quæ suo ipse Marte excogitavit. Mox pro *et in libro hoc*, falso legit Scaliger, *et in libro Hygini*, quam lectionem et Pontacus repudiavit. Multa autem ille ex Hygini mentione rursum in rem suam congerit, ut probet Hieronymi hanc Epitomen esse eorum, quæ primo loco tractabat Eusebius, sed hanc ipsam Epitomen ab otiosis hominibus temeratam fuisse, etc.

[d] Hanc adeo Africanus apud Syncellum *νοητὴν ἡμέραν* appellari postulat, *διὰ τὸ ἀδιοργάνιστον εἶναι τέως τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον*, *quod nulla partium secretione distinctum apparuerit hucusque lumen illud primigenium undequaque expansum*. In quem locum videsis Goarum.

[e] Captat quidem Eusebius ex Ægyptiorum anno elegantem potius, quam veram Scripturæ expositionem, dum tres dies, qui luminaria mundi præcesserunt, tribus apud eos anni partibus comparat. Loquitur vero ex eorum prisco sensu, cum annum duodecim quidem mensium, menses vero triginta dumtaxat dierum periodo clauderent, antequam *ἐπαγόμεναι*, seu quinque illi dies postremo mensis sive a Pisone rege, ut Censorinus, sive ab Aseth, ut

sint, atque recogitare voluerimus, unius anni centesimam vigesimamque partem istam esse cognoscimus [*Al.* cognoscemus]. Centesima autem et vigesima dies invicem computata, ista tertia pars esse anni dignoscitur. Tertia ergo addita parte annali [*Al.* annuali] quadriennio, dies integer completur, atque ad partium partes, menses atque anni superflui computantur, quos Hebræi quidem *embolismos* vocare solent, Ægyptii autem *exaltationes siderum* atque *stabilitates* appellant : immo *bissextum* ob rememorationem lucis atque dierum et noctium, quæ luminibus triduum antecesserunt, celebratur, ideo quod tres dies sine auctore sole processerunt.

III. Nos igitur tempora conscribimus, non quæ sunt sæculi mundi, neque luminum aut siderum, neque fructuum, aut lignorum, aut piscium, sed generationem hominum, cujus primus fuit Adam, factus sexto die. Quinto autem die dixit Dominus: *Educant aquæ reptilia animarum vivarum, et volatilia* [a] *cæli. Et factum est sic. Et fecit Deus belluas, et cetos, et omnem animam vivam repentem, quas eduxerunt aquæ secundum suum genus, et omnem volatilem secundum genus suum. Et vidit Deus quia bona sunt, et benedixit ea Deus, et dixit : Crescite, et multiplicamini, et replete aquas, quæ sunt in mari, et volatilia multiplicentur super terram. Et factum est vespere et mane dies quintus. Sexto autem die dixit Dominus : Educat terra animam vivam secundum genus suum, quadrupedia et reptilia bestias terræ secundum suum genus. Et vidit Deus quia bona sunt, et dixit : Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, et habeat potestatem piscium maris, et volatilium cæli, et omnium jumentorum, et totius*

A *terræ, et omnium reptilium, quæ sunt super terram. Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit eum : masculum et feminam fecit eos, et benedixit eos* [Al. *addit Deus*], *dicens : Crescite, et multiplicamini, et replete terram, et dominamini ejus, et habete potestatem piscium maris, et volatilium cæli, et omnium reptilium, quæ sunt super terram* (*Ibid.*, 20-28). Quomodo autem Deus eum, et unde fecerit [*Al.* fecit], post alia dicit : *Et finxit hominem Deus de limo terræ, et sufflavit* [Al. *insufflavit*] *in faciem ejus spiritum vitæ, et factus est homo in animam viventem* [Al. *vivam*] (*Gen.* II, 7). Et iterum post alia : *Et dixit Dominus Deus : Non est bonum hominem solum, faciamus ei adjutorium secundum eum* (*Ibid.*, 18). Et post alia : *Adæ autem non est inventus adjutor similis illi : Et immisit Deus*
B *soporem in Adam, et obdormivit : et apprehendit unam costam de latere ejus, et replevit locum carne ejus. Et ædificavit Dominus* [Al. addit *Deus*] *costam, quam sumpsit ab Adam in mulierem, et adduxit eam ad Adam videre quid eam vocaret. Et dixit Adam : Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea. Hæc vocabitur Virago* [Al. *mulier*], *quia de viro suo sumpta* [Al. *accepta*] *est* (*Ibid.*, 20-23). Ex his duobus omnis hominum multitudo procreata est. Unde etiam nos dinumerationem temporum facientes incipimus.

IV. Adam. Eva. Adam autem vocavit nomen mulieris suæ Eva, quod interpretatur *vita*, quia ipsa est mater viventium. Adam autem cognovit Evam uxorem suam, et concipiens peperit Cain, et dixit : Acquisivi hominem per Deum, et adjecit fratrem
C illius parere Abel. Et factus est Abel pastor ovium, Cain vero agricola [*Al.* operans terram]. [b] Igitur cum uterque de suorum laborum fructibus immola-

## NOTÆ.

Eusebius, seu denique a Josue, ut Marshamus, putant, adjicerentur. Tunc nempe tertia pars anni centum viginti diebus constabat; et cum duabus horis unamquamque partem abundare intelligerent, id est sex horis unumquemque annum, singulis quadriennis diem integrum intercalarem horarum 24 addebant. Atque hoc puto esse, quod ait Eusebius, *Tertia addita parte annali quadriennio, dies integer completur*. Superbe autem nimis Scaliger, qui nec verum sensum videtur assecutus, ridicula hæc vocat et falsa, ut non modo explicare eum puduerit, sed et putare se dixerit insanire, si refutaret. Negat propterea ab Eusebio, aut Hieronymo profecta esse, sed ab eo quem sibi finxit, impio hujusce operis mutilatore. Næ ego, si etiamnum velim ejus commentis reponere, tempus teram.

[a] Apud Scaligerum, *et volatilia athræ tum cæli*; princeps editio, *volatilia et rerum cæli* : alii libri, quos Pontacus laudat, *volatilia* et *retuni cæli*. In Græco est πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ. Ac fortasse ex Græco ipso verbo πετόμενα, illud *retuni* vel *et rerum*, et *athræ tum*, librariorum imperitia factum est.

[b] Scaligeri editio non, ut superius, uno atque altero verbo, sed per totam insequentem historiam generationum Adami, Sethi, Caini, et Noe, ac partem diluvii usque ad eum locum, ubi dicitur, quod *recordatus est Deus Noe, et omnium animalium, quæ erant cum eo in arca*, nedum verborum, sed et sententiarum frequenti interpolatione ita ab impresso contextu dissidet, ut hic seorsum describi continenti serie oportuerit. Sic autem illa se habet :

« Et factum est post dies, attulit Cain de fructibus terræ hostiam Deo : et Abel obtulit de primitivis ovium suarum, et adipibus (suarum). Et respexit Deus in Abel, et super dona ipsius. Super Cain autem, et super hostiam ejus non respexit. Et mœstus factus est Cain vehementer, et concidit vultus ejus. Et dixit Deus ad Cain : *Ut quid tristis factus es? Et, Ut quid concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? quiesce. Ad te adversio illius, et tu dominaberis*. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum : *Transeamus in campum*. Et factum est cum esset in campo, exsurrexit Cain super Abel fratrem suum, et occidit eum. Terra autem exiit Cain a facie Dei, et moratus est in terra Naid contra Eden. Et cognovit Cain uxorem suam, et concipiens peperit Enoch. Et erat ædificans civitatem, et cognominavit eam in nomine filii sui Enoch. Iste
D Enoch alter est, non qui transpositus est, ut non moriatur. Ille enim filius est Jaret, septimus ab Adam.

« Hæ sunt ergo generationes Cain. Cain genuit Enoch. Enoch autem genuit Gaidad, et Gaidad genuit Mechel, et Mechel genuit Matusala, et Matusala genuit Lamech, qui accepit sibi uxores duas Ada, et Sella. Et peperit Ada Jhobel, qui erat pater inhabitantium in tabernaculis pastorum jumentorum. Hunc dicunt Silvanum, et nomen erat fratris ejus Jubal. Hic erat qui ostendit psalterium et citharam. Hunc dicunt aliqui esse Mercurium. Sella autem, et Jesa peperit Thobel : et erat malleator

rent, apparerent autem oblationes Abel acceptabiles magis coram Domino, tactus Cain invidia, insolens fratrem innocentem interemit, cujus morte genitor consternatus, ac sublatus in tempora, ab amplexu conjugis abstinuit Adam. Cum vero esset annorum CL genuit Seth, deinde alios mares et feminas. Fuerunt autem anni ejus DCCCCXXX. Seth autem cum esset annorum CXXX genuit Enos : deinde in tempus alios mares et feminas. Fuerunt autem anni ejus DCCCCXII. Enos vero cum jam esset nonagenarius genuit Cainam : deinde alios filios et filias. Fuerunt autem anni ejus DCCCCV. Cainam vero cum esset septuagenarius genuit Malaleel : deinde alios filios et filias. Fuerunt omnes anni ejus DCCCCX. Malaleel quadragenarius genuit Jareth : deinde alios filios et filias. Fuerunt anni ejus DCCCXCV. Jareth in CLXI anno genuit Enoch : deinde in tempora alios filios et filias. Fuerunt anni ejus omnes DCCCCLXII. Enoch autem LXV anno genuit Mathusa- A lem : deinde alios filios et filias. Vir fuit justus, vixit in humanis annis CCCLXV, et assumptus est. Mathusalem vero in CLXXXVII anno genuit Lamech ; deinde alios filios. Omnes anni ejus DCCCCLXIX. Lamech autem anno CLXXXII genuit Noe, qui interpretatur *consolator* ab operibus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus : et deinde alios filios et filias. Fuerunt omnes anni vitæ ejus DCCLXXVIII. Superiori tempore Cain fratricida ob divinam indignationem profugit ad orientalem plagam, et consedit apud regionem Eden. Cognovit autem uxorem suam, et genuit Enoch, ad cujus proprium nomen fundavit urbem in vocabulo filii. Porro Enoch genuit Gaidad, qui genuit Maviael, qui genuit Mathusalem, qui genuit Lamech, qui ex argumento B vaticinatus divinam ultionem septuplam fuisse in Cain propter homicidium fratris; in se autem septuagies [*Al.* septuagesies] septies futuram ob necatum a se adolescentem sui vulneris in livore. Iste

## NOTÆ.

æramenti, et ferri. Hunc aliqui dicunt esse Vulcanum. Soror autem Thobel Noema, quam et ipsam aliqui dicunt esse Minervam. Usque huc generatio Cain.

« Adam autem cognovit uxorem suam Evam, et concipiens peperit filium, et nominavit nomen ejus Seth, dicens : *Suscitavit enim mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Ex isto semine genus humanum juxta Scripturas computatur. Vixit autem Adam annos CCXXX, secundum Judæos autem annos CXXX, et genuit secundum similitudinem suam, et nominavit nomen ejus Seth. Et facti sunt omnes dies Adæ, quos vixit, anni DCCCCX, et mortuus est. Seth, cum esset annorum CCV, secundum Judæos autem CV, genuit Enos. Et vixit Seth, postquam genuit Enos, annos DCCV, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Seth, quos vixit, anni DCCCCXII, et mortuus est. Enos cum esset annorum CXC, secundum Judæos autem annorum XC, genuit Cainan, et vixit Enos postquam genuit Cainan, annos DCCXV, secundum Judæos autem annos DCCCXV, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Enos, quos vixit, anni DCCCCV, et mortuus est. Cainan cum esset annorum CLXX, secundum Judæos autem LXX, genuit Maleleel. Et vixit Cainan, postquam genuit Maleleel, annos DCCXL, secundum Judæos autem DCCCLX, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Cainan, quos vixit, anni DCCCX, et mortuus est. Maleleel cum esset annorum CLXV, secundum Judæos autem LXV, genuit Jaret, et vixit Maleleel postquam genuit Jaret annos DCCXXX, et genuit filios et filias. Et fuerunt omnes dies Maleleel anni DCCCXCV, et mortuus est. Jaret cum esset annorum CLXXII, genuit Enoch. Et vixit Jaret, postquam genuit Enoch, annos DCC, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Jaret, quos vixit, anni DCCCCLXII, et mortuus est. In hoc nihil distat apud Judæos. Enoch, cum esset annorum CLXV, secundum Judæos autem LXV, genuit Matusala. Et supervixit Enoch, postquam genuit Matusala annos CC, secundum Judæos autem CCC, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Enoch CCCLV. Et placuit Enoch Deo, et non inveniebatur, quia transtulit illum Deus. Matusala cum esset annorum CLXVII, secundum Judæos autem CLXXXVII, genuit Lamech. Et vixit Matusala postquam genuit Lamech annos DCCII, secundum Judæos autem DCCLXXXII, et genuit filios et filias. Et facti sunt omnes dies Matusala anni DCCCCLXIX, et mortuus est. Lamech cum esset annorum CLXXXVIII, secundum Judæos autem CLXXXII, genuit Noe. Et vixit Lamech postquam genuit Noe annos DLXV, secundum Judæos autem DXCV, et genuit filios et filias. Vixit autem omnes annos vitæ suæ DCCLIII. Noe cum esset annorum D, genuit filios tres, Sem, Cham, Japhet. Anno autem DC Noe factum est diluvium, et quo tempore factum est, et quemadmodum, divina Scriptura sic dicit : *Noe autem annorum erat* DC, *et diluvium aquæ factum est super terram. Introiit autem Noe, et uxor ejus, et filii ejus, et uxores filiorum ejus cum eo in arcam, propter aquæ dilu-* C *vium. Et ab volatilibus mundis, et ab omnibus pecoribus mundis, et ab omnibus reptilibus, quæ repunt super terram, bina bina introierunt in arcam ad Noe, masculus et femina; secundum quod præceperat ei Dominus Deus. Et factum est post septem dies : et aquæ diluvium factum est super terram in sexcentesimo anno vitæ Noe, secundo mense vicesima septima die mensis. In hoc die rupti sunt omnes fontes abyssi, et cataractæ cœli apertæ sunt, et facta est pluvia super terram* XL *diebus, et* XL *noctibus.* Et post alia : *Et repleta est aqua, et levavit arcam, et exaltata est a terra, et invalescebat aqua, et repleta est valde super terram, et superferebatur arca super aquam, et cooperuit omnes montes altos, qui erant sub cœlo, cubitis quindecim. Et exaltata est aqua, et cooperuit montes. Et mortua est omnis caro, quæ movebatur super terram.* Et iterum : *Relictus est solus Noe, et qui cum eo erant in arca. Et exaltata est aqua super terra diebus* CL. Quomodo autem cessavit, item Scriptura divina sic dicit : *Et memoratus est Deus Noe*, etc. »

D Accepit hæc porro Scaliger ex Freheriano, quem luculentum atque optimæ notæ codicem ms. vocat, et a quo reliqua omnia, quæ auctiora editis antea libris habet, se monet descripsisse. Huic alterum ex parte similem Lodonensem Pontacus laudat, quem in notis ad hunc locum conferre ne pigeat. Syncellus quoque triplicem Eusebii computum in hisce recensendis generationibus, primo juxta LXX, deinde juxta Hebræum, tertio juxta Samaritanum exemplar, refert. Et cum ab Eusebio πρὸς λέξιν loca ipsa profiteatur se descripsisse, videtur ab hoc ipso Chronici prooemio, et loco, quo isthæc narrantur, accepisse. Nihilo secius ab hoc ipso Scaligeriano contextu sæpius differt : neque adeo nos Græca afferimus, quæ pro vere Eusebianis non constant. Tute videsis edit. Venet. pag. 65, 66 et seqq.

Lamech duxit sibi binas uxores, Adda scilicet et Sella. Ex Adda genuit Jobel, qui primum intra tentorium habitaculis moram [*Al.* morem] gessit. Ex eadem genuit Jubal, qui fuit citharœdorum primus. Ex Sella genuit Thobel, qui mirabilis malleator fuit in omni fabrili arte metallorum.

V. Noe vero cum D esset annorum genuit Sem, Cham et Japhet. Et cum multiplicassent homines super terram valde, ac ducerent uxores speciosas, in quarum formam exardescerent in concubitum, prout cujusque libido fuit, ex quibus gigantes viri famosi potentes a sæculo geniti in populos flagitiosos crescerent, proclives in omne facinus, spreto divino timore, sine cultu religionis. Cum foret autem Noe solus justus, placens Deo in generationibus suis, decrevit Deus servari de quacumque specie, ad reparandum semen cujuslibet animantium : cætera autem universa per diluvium perdere ac ulcisci, ab homine usque ad pecus, tam volatilium quam reptantium super terram. Instituit ergo Noe fabricari arcam ex lignis elaboratis et levigatis tabulamentis, altam xxx cubitis, latam L, longam CCC, et in cubitu consummatam, bitumine linitam intrinsecus et extrinsecus, divisam in mansiunculas et tristega. In quam sic dispositam introivit Noe cum filiis, et uxoribus suis, ac introduxerunt nutu Dei ex omnibus animantibus mundis, [a] ex feminis septena, ex immundis vero bina : escam similiter juxta propriam cujuslibet naturam convenientia ad vescendum pabula. Septimo autem die ab ingressu arcæ, quæ fuit [b] XVII mensis secundi, excesserunt aquæ terminos et confinia naturæ, tantaque vis imbrium largissimorum est exorta, tam ingens aquarum abyssus invasit continuo incremento per dies quadraginta, scissis cataractis cœli, donec nedum superficiem totius orbis, sed universa montium cacumina sub undis involverent cubitis xv altiores. Porro arca ferebatur super aquam, ex qua consumpta est omnis caro, quæ movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptibilium, quæ reptabant super terram, universi homines, et cuncta in quibus erat spiraculum vitæ. *Obtinueruntque aquæ terras* CL *diebus, et recordatus est Deus Noe, et omnium animalium quæ erant cum eo in Arca, adduxitque spiritum super terram, et cessavit aqua, et adoperti* A *sunt fontes abyssi, et cataractæ cœli : et cessavit pluvia de loco, et deficiebat aqua descendens de terra, et diminuebatur aqua post* CL *dies, et sedit arca in septimo mense* XVII *die mensis super montes Ararath* (*Gen.* VIII, 1-3). Isti montes in Armenia superiore sunt secus Persas. *Aqua autem magis diminuebatur, usque ad decem menses; decimo autem mense primo die mensis visa sunt capita montium. Et factum est post* [c] XL *dies, aperuit Noe fenestram Arcæ quam fecerat, et dimisit corvum videre si cessasset aqua a facie terræ, et exiens non est reversus ad eum. Et sustinuit donec siccaretur aqua a terra, et dimisit columbam a se, videre si aqua cessasset a facie terræ, et non inveniens columba requiem pedibus suis, reversa est ad eum in arcam : quia aqua erat super omnem faciem terræ.* B *Extendens autem manus suas Noe accepit eam, et induxit eam apud se in arcam. Et sustinuit adhuc septem dies alios, et iterum dimisit columbam de arca, et reversa est ad eum columba ad vesperum, et habuit folium olivæ cum surculo in ore suo. Et intellexit Noe quia cessavit aqua a facie terræ. Et sustinuit Noe adhuc septem dies alios, et dimisit columbam, et non est ausa reverti ad eum.* [d] *Tenuit ergo diluvium terram donec siccaretur annum integrum* (*Ibid.*, 5-14). Postquam introivit autem Noe in arcam, septimo die inclusit [e] Deus de foris fenestram arcæ, et XL diebus, et XL noctibus facta est pluvia, stetitque aqua CL dies. Post istos dies clausi sunt fontes abyssi, et cœpit aqua diminui. Septimo autem mense sedit Arca super montem Ararath. Diminuebatur autem aqua C usque XI menses. Prima autem die hujus mensis capita montium reliquorum visa sunt, et cætera ut supra. Postea Noe denudavit arcæ tectum post annum integrum, et hoc ipsum scribitur, et significat dicens : *Et factum est in primo et* DC *anno vitæ Noe, primo die mensis, cum minuisset aqua a facie terræ, denudavit Noe tectum Arcæ, quod fecerat, et vidit quod defluxisset aqua a facie terræ. In secundo autem mense* VII *et* XX *die mensis siccata est terra* (*Ibid.*, 14, 15) : et exiit Noe, et uxor ejus, et filii ejus, et uxores filiorum suorum cum eo, omnes bestiæ et omnia pecora, et omnia reptilia, quæ moventur super terram, secundum genus suum, et omnia volatilia secundum genus eorum exierunt de arca.

## NOTÆ.

[a] Vetus editio, *et feminas :* ac si essent ex mundis animalibus septem pro quoque masculo feminæ. Videtur autem restituendus hic locus, supplendumque, *ex masculis et feminis*, etc.

[b] Alii cum Scaligero libri præferunt XXVII, qui numerus græco quidem textui, ἑβδόμῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνός : minor autem ille Hebræo בשבעה־עשר יום respondet. Eadem est ratio paulo post, ubi dicitur, sedisse arca super montes Ararath *decimo septimo die mensis*, quem diem alii vigesimum septimum juxta Græcum vocant.

[c] Hic vero Hebræo, Græco, atque aliis libris contradicentibus, vitiose retinuit Scaliger, *post centum quadraginta dies*.

[d] Tota quæ hinc sequitur periocha versuum ferme D septem, usque ad verba, *Postea Noe denudavit*, etc. deest in Scaligeriana editione, atque adeo in Freheriano, cætera reliquis auctiore omnibus, manuscripto. Videntur autem verba, *post annum integrum*, quæ bis recurrunt, ipsamque lacunam utrinque a fine prioris isocoli concludunt, fraudi fuisse antiquario, ut quæ supra erant, solemni oculorum lapsu prætermitteret.

[e] Nullo, aut incommodo sensu, legebatur antea in vulgatis omnibus, *inclusit deinde foras fenestram*, etc. prava etiam interpunctione. Pro quo nos reposuimus, *inclusit Deus de foris fenestram*, etc., ex ingenio quidem, ac nullis suffragantibus mss. ipso autem recto id exigente sensu, et sacri textus testimonio tum in originalibus libris, cum iisdem prope verbis in latina interpretatione, *inclusit Dominus de foris*, etc.

AB ADAM, USQUE AD DILUVIUM, SUNT ANNI MMCCXLII; SECUNDUM HEBRÆORUM NUMERUM ANNI MDCLVI.

Et facti sunt omnes dies Noe anni DCCCCL, et mortuus est.

FILII NOE.

VI. Sem, Cham, et Japhet. Filii Sem : Elam, [a] unde Elamitæ; Assur, unde Assyrii; Arphaxad, unde [b] Arabi ; Lud, unde Lydii ; Aram , unde Syri. Aramei autem Syriace dicuntur [c] filii Aram, [d] Us , et Ul, et Gater, et Mosoch , gentes Barbarorum sunt secus Persas. Filii Cham : Chus, unde Æthiopes; Mestre, unde Ægyptii ; Furfur, unde Æthiopum gens; Chanaan, Chananæi. Filii autem Chus : Saba, unde Sabæi dicti. Ab ista terra regina venit videre sapientiam Solomonis. Evilat, gens Evilea. Filii Japhet, Gomer, et Magog, et Madai, et Jaynam, Elissa, et Thobel, et Mosoth, et Thiras. Filii Gomer, Aschonez, unde gentes Gothicæ.

NATIONES SEM.

VII. Arphaxad genuit Salam, Sala autem genuit Heber, unde Hebræi. Filii autem Heber, Phalec, et Jectan. Jectan autem genuit Elmodad, et Saleph, et Asarmoth, et Jareth, et Adoram, et Aizal [*Al.* Jarach et Odorra et Fiziel], et Decla, [e] et Abimael, Saban, et Uphir, et Evilat, et Jobab. Hi omnes sunt filii Jectan. Et facta est habitatio [*Al.* inhabitatio] ipsorum a Masse usque dum veniatur in Sephar [*Al.* Sephara] montem Orientis. Hi filii Sem in tribus suas, secundum linguas suas, in regiones suas, et nationes suas [f].

NATIONES CHAM.

VIII. Sabatha, et Regma, [g] Sabathaca. Filii autem Regma, Seba, et Dadan. Chus autem genuit Nemroth. Hic cœpit esse gigas super terram, venator ante Dominum. Et factum est in initio regni ejus Babylon, Arach, et Acad, et Jacar, et Chalanne, in terra Sennaar, ubi statuit Nabuchodonosor statuam suam. Et Mesariam genuit Ludim, et Anamiim, et Labiim, et Nephuthuiim, et Phetrusiim, et Celuim : unde egressus est inde Philistim et Caphthurim. In Chanaam autem genuit Sidona primogenitum, et Cethæum,[h] et Jebusæum, et Amorrhæum, et Gergesæum, et Arachæum, et Samarium, et Amathæum. Hi sunt filii Cham in tribus suas, secundum linguam suam, et in terris suis, et gentibus eorum.

NATIONES JAPHET.

IX. Gomer, [i] et Magog, et Madai, et Jaynam, et Thobal, et Mosoch, et Thiras. Et filii Gomer, Aschonez, et Riphat, et Thogorma [*Al.* Thogarma ]. Et filii Jaynan Elissa, et Tharsis, Citii, Rhodii. Ab his divisæ sunt insulæ gentium in terra eorum , unusquisque secundum linguam suam in tribubus suis, et gentibus suis.

X. Sem filius Noe cum esset annorum C genuit Arphaxad secundo anno post diluvium. Et vixit Sem postquam genuit Arphaxad annis D et genuit filios et filias, et mortuus est. Arphaxad cum esset annorum CXXXV genuit [j] Cainam. Et vixit Arphaxad

NOTÆ.

[a] Scriptura Gen. x, 22, deductiones populorum et nationum tacet, contenta nudis nominibus ad hunc modum, Υἱοὶ Σὴμ· Ἐλάμ. καὶ Ἀσσοὺρ, καὶ Ἀφφαξὰδ, καὶ Λοὺδ, καὶ Ἀρὰμ, καὶ Καϊνᾶν. Καὶ υἱοὶ Ἀράμ· Οὖζ καὶ Οὖλ, καὶ Γατὲρ καὶ Μοσὸχ. Apposite autem Josephus Antiq. l. VI, n. 4, singulis quinque Semi filiis nationes ab eis conditas refert, his Eusebianis luculentius. Confer etiam Hieronymi quæstiones Heb. in Genesim.

[b] Apud Scaligerum, *unde Aradii*. Consule Pontaci Notas, quibus adde, etiam apud Syncellum legi Ἀρφαξὰδ, ἀφ' οὗ Χαλδαῖοι, eamque post Josephum, tralatitiam Veterum fuisse sententiam. Vid. hunc lib. I Antiquitt. cap. 6, a pag. 24 ad 30, ex quo constat ex Arphaxad Chaldæos primogenitos : Ἀρφαξάδης δὲ τοὺς νῦν Χαλδαίους καλουμένους, Ἀρφαξαδαίους ὠνόμασεν, ἄρξας αὐτῶν. *Arphaxad Arphaxades nuncupavit, quibus imperabat, qui nunc Chaldæi appellantur*. Videri hinc potest etiam hic loci apud Eusebium scriptum fuisse Ἀρφάξαδοι, et apud Hieronymum *Arphaxadi*, pro quo ab imperitis Antiquariis suppositum sit *Arabi*, sive alibi *Aradii*, magis obvia cognomenta. S. Hier. qu. Heb. in Gen. 322 suo sensu, *Arphaxad, a quo Chaldæi. Lud, a quo Lydii. Aram, a quo Syri*.

[c] Malim puncto interposito sic exordiri, post dicuntur : *Filii Aram, Us, et Ul, et Gater*, quæ quidem abs Josepho Antiquit. lib. I, 6, descripta sunt.

[d] Idem, *Gentes Barbarorum Us, Eul, Gater, Mosoch, quæ sunt sub* (lege *secus*) *Persas*. Deinde *Phutphut*, pro *Furfur*, et mox *Sabadii*, pro *Sabæi*, ut et *audire sapientiam*, pro *videre*, etc. Paulo post, *Madi* et *Jovan*, tum *Mosoch*, et *Aschanaz*, pro *Madai*, *Laynam*, *Mosoth*, *Aschonez*, ferme rectius ex Græco Genes. x, 2. Denique postrema tria verba, *unde gentes Gothicæ*, tacet.

[e] Joseph interserit *Ebalum*, inter *Decla* et *Abimael*, quod et editio Romana τῶν LXX habet ab initio versus, Καὶ Εὐάλ, ms. autem Alexandr. quocum Eusebius facit, non habet. Hæc autem omnia ex Scriptura describi perspicuum est : hanc singillatim pericopen de Nationibus Sem, ex Gen. x totidem verbis a vers. 24 ad totum 31.

[f] Expunximus inutile verbum *diviserunt*, quod ex unius ms. auctoritate Pontacus addiderat, cæteri nesciunt.

[g] Editio Scaligeri *Sebecata*, tum *Saba, et Judadan*. Paulo post, *factum est initium regni ejus Babylon*, *Oreq, et Calchadar*, etc. Et infra, *Et Mestrem genuit Ludim, et Enimbiim, et Labiim, et Nephtalim, et Patrosoniim, et Caslonoim, unde egressus est Philistin*, *et Tathorioin*, etc., de quibus videsis Pontacum hasce nominum discrepantias diligentissime persequentem.

[h] Legit Scaliger, *Chettæum, et Evæum, et Aruchæum, et Assemæum, et Aradium, et Samaræum, et Amathi*, a quo impressa hic lectio suppleri *Evæi*, *Assemæi*, et *Aradii* nominibus juxta Græcum exemplar potest : ut et ille vicissim ab impressa cæteris, quæ omittit, *Gebussæo*, *Amorrhæo*, *Gergessæo*, etc.

[i] Veteres Editi, et Scaliger septem priora hæc nomina, tum verba, *Et filii Gomer Aschonez et*, prætermittunt, hancque sectionem ab illis, *Riphat, et Thogorma* inchoant, quam Pontacus quoque rem attigit. Videtur autem et in hac auctiore lectione impressa juxta Græcum supplendum post *Jaynam*, sive *Jovan*, nomen *Elisæ*. Græce καὶ Ἰώυαν, καὶ Ἐλισά, κ. τ. λ. Quæ duo nomina ubi mox recurrunt, *Et fil.i Jaynam Elissa*, videtur peccare Scaliger, qui *Assom* ibi pro *Jaynam* legit. Cætera parum abludit, *Ex his dispersæ sunt insulæ*, etc., et, *in tribus suas*, etc.

[j] Nihil, puto, certius eo est, quod diximus, ab Eu-

postquam genuit Cainam annis ccccxxx, et genuit A filios et filias. Cainam cum esset annorum cxxx genuit Sala. Et vixit Cainam postquam genuit Sala annis cccxxx, et genuit filios et filias, et mortuus est. Sala cum esset annorum cxxx genuit Heber. Et vixit Sala postquam genuit Heber annis ccc, et genuit filios et filias; et mortuus est. Heber cum esset annorum cxxxiv genuit Phalec. Et vixit Heber postquam genuit Phalec annis ccclxx [*Al.* cclxx], et genuit filios et filias, et mortuus est. [a] Phalec cum esset annorum cxxx genuit Rhagau. Et vixit Phalec postquam genuit Rhagau annis ccix, et genuit filios et filias, et mortuus est. Rhagau cum esset annorum cxxxii genuit Seruch. Et vixit Rhagau, postquam genuit Seruch, annis [b] c, et genuit filios et filias, et mortuus est. Seruch cum esset B annorum [c] cxxx genuit Nachor. Et vixit Seruch postquam genuit Nachor annis cc, et genuit filios et filias, et mortuus est. Nachor cum esset annorum lxxix genuit Thare. Et vixit Nachor postquam genuit Thare annis [d] cxxv, et genuit filios et filias, et mortuus est. Thare cum esset annorum lxx genuit Abram, et Nachor, et Aram. Aram autem ante conspectum patris sui mortuus est, reliquitque filium, qui nominabatur Loth, quem socium habuit Abram.

Ab anno diluvii usque ad nativitatem Abrahæ sunt anni mlxxii. Thare iste post mortem filii sui Aram adduxit omnes suos de sua regione et provincia [e] Assyriorum, ubi nati fuerunt, et Abraham, et Nachor, et Aram mortui filium, et venit in terram Charan et habitavit ibi annis ccv, et mortuus est in Charan, ubi habitavit in regione Chananæorum. Hujus Tharæ anno xxviii, Assyriorum rex primus Belus mortuus est, quem Assyrii deum nominaverunt, et alii dicunt Saturnum, atque filio suo regnum tradiderunt : vocabatur autem Ninus. Hujus Tharæ anno xlix, Sicyoniorum in Græcia regnavit Europs, defuncto Ægialeo, qui primus Sicyoniorum regnavit : ex quo territorium Peloponnesiorum Ægialea vocabatur.

XI. Nachor vir, Melcha conjux. Filii Melchæ, Ox, Baux, Camuel, Cazat, [f] Axau, Pheldas, Jeldath, Bathuel. Iste est, qui supra Bathuel, ex quo Rebecca : hæc est uxor Isaac : concubina Regma. Filii Regmæ, Chaman, Tabee, Tochos, Maacha. Nascuntur ergo ex Nachore et Melcha uxore filii octo, atque neptis [*Al.* nepos] Rebecca, quæ fuit uxor Isaac: et ex Regma concubina nascuntur filii quatuor. Omnes ergo filii Nachor duodecim. Abraham maritus, Sara uxor, Filii Saræ, Esau, Jacob : concubina Agar,

## NOTÆ.

sebio fuisse Cainanum huncce alterum Arphaxadi filium prætermissum. Ipse idem Eusebius modo eum tacuit, ubi primum semi-nationes digessit. Recensent hic tamen tanto consensu veteres Eusebiani libri omnes, editi ac mss., ut Pontacus, qui minima quæque mira sedulitate persequitur, nihil, de quo lectorem suum moneret, hic loci habuerit. Sed neque eum editio Scaligeri tacet, quæ tamen subsequentem inde Verborum pericopem, *Cainam cum esset annorum* cxxx *genuit Sala. Et vixit Cainam postquam genuit Sala annis* cccxxx, *et genuit filios et filias*, omittit. Nam fuisse quidem tacet Salæ patrem Cainanum, non Arphaxadi, quem modo dixerat, eumdem filium : eaque in re manifesto librariorum lapsu ob earumdem vocum, *filios et filias* recursum peccat, nec a quo fuerit Sala genitus, docet. Verene igitur Eusebius, quem sexcentis testimoniis constat Cainanum alterum expunxisse e patriarcharum albo, hic admisit? Ego scripsisse Eusebium hæc dico, non suo sensu, sed ex Septuaginta interpretum mente : nam et totam annorum, quos supputat in reliquis generationibus seriem usque ad Nachor, recitat ad eorum fidem. Verosimillimum autem arbitror, isti Græcorum calculo, quod et factum supra novimus, alium quoque Hebræi : interdum etiam et Samaritani exemplaris subdidisse, ut integrum lectori esset, cui vellet accedere. Factum vero librariorum culpa, ut duobus aliis, ad compendium libri faciendum, omissis, unus iste Septuaginta seniorum calculus, qui vulgo tum temporis obtinebat, reliquus fuerit : tametsi minusque impendio auctori operis probaretur. Hinc autem novo id, quod superius, nec semel diximus, comprobatur argumento : nihil sollicitum fuisse Eusebium in ea, quam hoc proœmio perstrinxit, historia, certas temporum rationes persequi, quod proposito minime intererat.

[a] Altera quoque isthæc pericope, *Phalec cum esset annorum* cxxx *genuit Rhagau. Et vixit Phalec, postquam genuit Rhagau annis* ccix, *et genuit filios et filias, et mortuus est*, in Scaligeriana Editione manifesto Exscriptorum vitio desideratur.

[b] Huic annos ccvii tribuit Scaliger, quemadmodum et in aliquot mss. Pontacus invenit.

[c] Pontacus *septuaginta novem* dumtaxat, quem numerum haud scio quempiam Veterum, aut Recentiorum probare. Nos cxxx juxta quam continuo refert Græcorum interpretum supputationem, et plerosque C ipsos Eusebianos codd. restituimus. Porro quædam de Serucho tradunt Malala Chron. p. 73, iisdemque verbis Cedrenus p. 45 edit. Reg. quæ ab hoc Eusebii libro se innuunt accepisse : ἐκ τῆς φυλῆς τοῦ Ἰάφεθ ἐγεννήθη ὁ Σερούχ, ὅστις ἐνήρξατο πρῶτος τὸ τοῦ Ἑλληνισμοῦ δόγματος διὰ τῆς εἰδωλολατρείας, καθὼς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου συνεγράψατο. *Ex Japheti stirpe Seruchus quidam fuit, qui primus auctor Ellenismi, cultum Idololatriæ instituit, quemadmodum Eusebius Pamphili scripsit*. Locum integrum eumque satis longum ex Cedreno recitat Scaliger in Græcis Eusebii p. 13, qui et Seruchum non ex Japheti stirpe, sed Semi fuisse ostendit : et Eusebium ita scripsisse suspicatur : Σερούχ γενόμενος ἐτῶν ρλ', γεννᾷ τὸν Ναχώρ, καὶ ἐπέζησεν ἔτη σ', μεχρὶ να' ἔτους Ἀβραάμ. Οὗτος πρῶτος ἤρξατο τοῦ Ἑλληνισμοῦ, καὶ τοῦ δόγματος τῆς εἰδωλολατρείας. Ut vero sit de Eusebii testimonio, quod hic certe non comparet : longe etiam a fide abest, auctorem Idololatrici cultus Seruchum ipsum putare, D ad cujus tantum tempora Idololatriæ initium alii referunt Scriptores boni.

[d] Atque hunc numerum augent vetus editio et Scaliger, quem faciunt esse cxxix. Paulo quoque post pro *quem socium*, legunt *quem secum*.

[e] Idem libri *de provincia, id est, Assyriorum*. Et mox, *in terram Canaam*, pro *Charan*, qua de lectione vide Pontacum.

[f] Deest hic *Axau* in Scaligeriana editione, quæ et legit *Jedaaph*, pro *Jeldath*, et *Reuma* continenter pro *Regma*, et *Tabech*, et *Mosoch*, pro *Tabee*, et *Maacha* : atque infra *Nabeoth*, et *Masma*, pro *Nabaloth*, et *Masna* : denique *Gephar*, *Nuphar* pro *Sephar*, *Gephar*, quæ passim annotare sane permolestum est.

ancilla Saræ. Ismael. Filii Ismael, Nabaloth, Cedar, Nabdeel, Massa, Masna, Iduma, Masse, Codar, Thamam, Jethur, Naphas, Cedma. Filii Mazlam quinque, Sephar, Gephar, Enoch, Abira, Regall. Cethura uxor [a] Abrahæ. Filii Cethuræ sex, Zambram, Jectam, Madal, Madiam, Jesboch, Sobe. Filii Jectam tres, Saba, Theba, Dadan. Filii autem Dadan quinque, Raguel, Nabdeel, Assurum, Latusim, Jomim.

XII. Abraham primam ætatem apud Chaldæos agebat : postea autem cum patre suo transmigravit in Charam terram [b] Chananæorum, ubi visus est illi Deus, dicens : *Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram, quam tibi ostendam, et faciam te in gentem magnam*, etc. (*Gen.* XII, 1). Qui jussioni obaudiens, accepto filio Aram fratris sui, exivit cum eo, et venit in terram Chanaan, usque ad locum Sichem ad arborem excelsam, ubi visus est illi Deus, atque promissionem seminis, atque hæreditatis dedit. Erat autem tunc annorum LXXV. [c] Abraham autem vixit annis CLXXV, cujus tempora dinumerabimus, annis expositis. Sed quia temporibus patris sui Tharæ insignia regnorum esse ceperunt, jam quidem quo anno fuerint, exposuimus. [d] Modo autem temporibus Abrahæ annum ad annum comparabimus [*Al.* comparamus], ut sciamus quid memoriæ dignum, et quibus annis gestum sit : sive apud Hebræos, sive apud Græcos, sive Barbaros, cæterasque gentes, quarum historiographi memoriam [*Al.* memorias] fecerunt.

XIII. Quando [e] natus est Abraham, jam regnabat rex secundus, qui vocabatur Ninus filius Beli. Nam primus Assyriorum regnavit Belus annis LXV, quem Assyrii deum nominaverant Saturnum. Quo defuncto, regnum accepit filius suus Ninus, qui regnavit annis LII. Hujus regni anno XLIII erat primus annus Abrahæ. Sicyoniorum in Achaia regnabat rex secundus, cui nomen erat Europs. Nam primus eorum regnavit Ægialeus, ex quo Ægialea vocabatur quæ nunc dicitur Peloponnesus, qui regnavit annis LII. Quo defuncto, regnavit Europs annis XLV, cujus annus XXII primus annus erat Abrahæ. Necnon apud Ægyptios erat XVI potentia, sicut ait Manetho, per quam regnabant Thebæi annis CXC, quorum primus annus erat æque primus Abrahæ.

NOTÆ.

[a] Pro *Abrahæ* nomine hæc habet Scaliger verba, *Filii Abraham ex Cethura*. Tum *Jeozan*, *Madal*, *Mazian*, *Jesboch*, *Esseu* legit : et mox *Thema*, *Dadan*, pro *Theba*, *Dadan*. Quibus hæc alia subdit verba : *Nascuntur ergo ex Agar concubina Abrahæ, filius Ismael, et Ismaeli nascuntur filii duodecim*. Denique *Assurim* præfert et *Lomim*, pro *Assurum*, et *Jomim*.

[b] Scaliger *terram Chaldæorum*. Videsis Gen. XI, 31 et 32.

[c] Idem, *Omnes autem vixit annos*, etc. Quod porro ait Eusebius, insignia Regnorum, quæ temporibus Tharæ esse cœperunt, se jam quo anno fuerit, exposuisse, non aliud videtur notare, quam quod superiori sectione 10, de Belo primo Assyriorum rege, et Ægialeo Sicyoniorum, eorumque annis loquitur. Paria his tamen in fine etiam hujusce proœmii reperit.

[d] Qui hanc ab Eusebio Græce, et Hieronymo Latine scriptam pericopam inficiari potest, nec ille quantum est veri, sensusque apud homines communis inficiabitur. Sin itaque repudiari minime potest, post alia quæ attulimus germanitatis argumenta, hæc una pericopa totum *Exordii* contextum germanissimum evincit. Sed et S. Augustinus subsequentem locum de Nino ac Belo laudat lib. XVI, cap. 17, ex quo item colligas *Exordium* hocce *libri* esse plane germanum Eusebii fetum.

[e] Diximus sectionem hanc integram prætermissam a Scaligero : qui econtrario solida octo capitula notat fuisse ab eo qui librum hunc in Epitomem redegit misere detracta, ac deperdita. Ac primo quidem multa decsse vult, quæ ante diluvium fuerunt, et genealogias Adam secundum LXX Judæos, et Samaritas; tum descriptiones regnorum in Chaldæa, Arabia, Ægypto; tertio, migrationes posteritatis Noæ in diebus Phalech; quarto ea quæ de diluvio secundum LXX Judæos, et Samaritas. Item, eadem secundum Berosum, et alios Græcos scriptores; quinto, ea quæ post diluvium; sexto, genealogias Noæ secundum LXX Judæos, et Samaritas; septimo, dynastias XXXI Ægyptiorum, quas Eusebius contraxit in XXX. Denique quatuor monarchias ex Daniele, earumque initia ex Græcis scriptoribus. Ad hæc infinita alia præclara. Atque hæc quidem omnia e Græcis aliis autoribus, maxime autem Syncello excerpsit, ac pro Eusebianis obtrudit. Verum tanta hæc argumenta edisseruisse Eusebium in hoc *libri exordio*, a veri omni specie abest : et siquidem uno (quod superius ostendimus), libro non duobus totum hocce Chronicum syntagma comprehendit, ea etiam a proposito suo aliena fuisse, perspicuum est. Præterea nullum in Latinis libris etiam antiquissimis superat ingentis adeo lacunæ vestigium : totus econtrario operis contextus satis bene habet. Denique Græca Scaligeri Excerpta maximam partem auctorem Eusebium mentiri, non est qui ignoret.

# REGUM SERIES,

## Et quanto quisque tempore regnaverit.

| REGES[a] ASSYRIORUM. | | [c] ἈΣΣΥΡΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΣ. | | A Mamylus | Annos 30 | Μάμυλος | ἔτη λ' |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ninus | annos 52 | Νῖνος | ἔτη νβ' | Sparetus [f] | 40 | Σπαρθαῖος | μβ' |
| Semiramis | 42 | Σεμίραμις | μβ' | Ascades | 40 | Ἀσκατάδης | λη' |
| Zameis | 38 | Νινύας, ὁ καὶ Ζάμης | λη' | Amyntas | 45 | Ἀμύντης | μη' |
| Arius | 30 | Ἄρειος | λ' | Belochus | 25 | Βήλοχος | κε' |
| Aralius | 40 | Ἀράλιος | μ' | Bellepares [g] | 30 | Βαλετόρης | λ' |
| Xerxes | 30 | Ξέρξης | λ' | Lamprides | 32 | Λαμπρίδης | λ' |
| Armamitres | 38 | Ἀρμαμίθρης | λη' | Sosares | 20 | Σωσάρης | κ' |
| Belochus | 35 | Βήλωχος | λε' | Lampares | 30 | Λαμπραής | λ' |
| Balæus | 52 | Βαλαιὸς | νβ' | Pannyas | 45 | Παννύας | με' |
| Altadas [b] | 32 | Ἀλτάδας [d] | λβ' | Sosarmus | 19 | Σώσαρμος | κβ' |
| Mamithus | 30 | Μαμυθὸς | λ' | Mitræus | 27 | Μιθραῖος | κζ' |
| Machaleus | 30 | Μασχαλέων [e] | κη' | Tautanes | 32 | Τεύταμος, καὶ Ταυτάνης | λβ' |
| Sphærus | 20 | Σφαῖρος | κβ' | Tautæus [h] | 40 | Τευταῖος | μδ' |

## NOTÆ.

[a] Alia fere est in Parmensi ms. epigraphe : *Reges* B *gentium diversarum, qui fuerunt, et quantum regnaverunt : et prius reges Assyriorum. Ninus*, etc. Notatum porro obiter supra, videri hancce regum Assyriorum seriem Ctesiæ, scriptoris cætera levissimi, ingenio excogitatam, qui nimia antiquitatis consectatione, ut probatum daret, primo conditam a Semiramide Babylonem, quæ diu tamen multumque antea exstitit, atque ad eam urbis vetustatem per regum successiones ascenderet, ipsorum ac Medorum quoque regum catalogum auxit : et, qui eum consecuti sunt, scriptoribus magno numero imposuit. Accepit hanc ab eo seriem noster quoque Eusebius, qui a Nino et Semiramide ad Sardanapalum usque regum XXXV Catalogum texuit, quot et Diodorus enumerat lib. II, cap. 6. Syncellus autem ex Africano, qui tamen ipsum Ctesiam descripserat, quatuor præterea, quos infra nominamus, Reges adjecit. Sed et duos alios, Tilgamam nescio quem, et Sacchoram Schroeterus memorat ex Æliano sine temporis nota, qui in hoc ipso catalogo, ac serie non sunt. Ex his autem ipsis multa sunt nomina ex Perside, Ægypto, ipsaque Græcia petita : cujusmodi sunt *Xerxes, Armamitres, Spartæus, Amyntas Laosthenes, Mythreus*, atque id genus alia, quæ ab Assyriorum nomenclaturis prorsus abhorrent.

[b] Acrazapem, quem penultimo loco habes, Parmensis ms. huc transfert. Qui subsequitur *Mamithus*, in eodem ms. *Namitus*, quemadmodum et in uno Palatino, teste Schurzfleischio, dicitur : sic et *Manchaleus*, pro *Machaleus*, de quo mox plura ad Græcum laterculum. *Sphærum* autem qui succedit, ita ad ejusdem ms. fidem restituimus, Græca ipsa scriptura cogente, cum in antea vulgatis *Iphereus* legeretur. Cæterum in proferenda horum nominum, etiam cum a Græco variant, vera scriptione, divinandum fere est : siquidem nec certo constat, num ad Græcum Latinus, an vice versa ad Latinum Græcus sit refigendus.

[c] Græcum Laterculum e Syncello descripsimus, D qui a pag. 77 editionis Venetæ sumpto initio, hanc regum seriem, aliisque in eadem concurrunt tempora, sæpe interjectis, pro sui operis instituto refert, ut tertio quoque nomine locum laudare nihil intersit, cum cætera eodem atque hic ordine recenseantur. Porro nec dubium videtur, eadem hæc esse, quæ Eusebius pridem digessit, cum Latinæ interpretationi perpetuo bene consentiant, ac, sicubi tandem uno alterove loco, vel in nominis scriptura, vel in annorum numero dissident, conciliari non incommodo possint, et nunc Latina lectio ex Græco, nunc etiam ex Latino Græca restitui.

[d] Hoc primum Ἀλτάδας nomen, tum ipsum regni numerum 32 ex Latino fecimus; in Græco enim Syncelli, tam ex Goarii, quam ex Scaligeri editione est, Σέθως ἔτη λ', *Sethus annis* 30, quem tamen aiunt perperam a librariis substitutum. Excerpta autem Barbaro Latina, quæ Claudius Puteanus Scaligero communicavit, *Altallum* hunc nominat, quod scilicet lectum in Græco fuerit Λ pro Δ, quæ litteræ facile permiscentur. Cæterum *Altada*, in Latinis est libris. Gobelinus Persona habet *Alcadas*.

[e] Vitiose apud Syncellum cum Ἀσχάλιος, tum Βασχάλεων visum est legi. Latini melioris notæ libri *Mancaleum* aut *Manchaleum* vocant, ad quorum proprius est fidem quod rescripsimus Μασχαλέων : nam Β et Μ litteras sæpissime Græculi librarii permutant. Huic porro tribuit Syncellus annos κη', 28, et subsequenti proxime Sphæro κβ', 22, duos scilicet quos priori demit, alteri largitur : qua demum summa cum Eusebii rationibus consentit. Refigere autem numeros ad Latinum exemplar non ausi sumus sive hoc, sive aliis, qui infra occurrent, locis, quod non usque adeo compertum sit, e cujus stet partibus verior lectio.

[f] In nostro ms. ut et in uno Scaligeri *Sparethus* hic scribitur : alii *Spareum* vocant. Qui pone sequitur *Ascades*, rectius juxta Græcum *Ascatades* dicitur Gobelino Personæ, qui ex antiquis mss. opus suum *Cosmodromii*, decimo quinto ineunte sæculo, adornavit, et hanc igitur Regum seriem in iis invenit.

[g] Hic et *Beellepares*, et *Bellopares* in ms. nominatur : sed et in Græco apud Scaligerum variat, Βαλατόρης et Βαλήτορος.

[h] Propius Græco *Teutæum* Scaliger, alii *Tantæum*, et *Tautæum* appellant. Porro quatuor hæc addit Syncellus Regum nomina, cum temporis, quo quisque regnavit, nota : Ἀράβηλος μβ', Χάλαος με', Ἄνεβος λη', Βάβιος λζ' quæ annorum est 162 summa. Diximus hac nos de re supra (*huj. edit. col.* 581 *not.* b) ubi ex Ctesiæ ipsius computo præponendos Tautani ostendimus, ut constaret a Belo aut Nino ad hunc usque regem qui Trojanis opem contra Græcos tulit, supra mille annos effluxisse. Nunc præterea animadvertimus, callide Syncellum eam cavisse objectionem, qui ad Babium, ejusque filium Memnonem, ea quæ de Priamo ac Trojæ excidio dicta sunt, refert, et secundum Tautanem eum dicit appellatum : Τούτου (inquit, *Babii*) παῖς Μέμνων, ὃς συνεμάχησε τῷ Πριάμῳ κατὰ τῶν Ἑλλήνων, καὶ διεφθάρη ὑπὸ Ἀχιλλέως. Φέρεται δὲ καὶ ἀντίγραφος Πριάμου ἐπιστολῆς, ὁ αὐτός ἐστι καὶ δεύτερος Ταυτάνης. *Babii filius Memnon adversus*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Thinæus | Annos 30 | Θιναῖος | ἔτη λ' |
| Dercylus | 40 | Δερκύλος | μ' |
| Eupales [a] | 38 | Ευπάκμης | λη' |
| Laosthenes | 45 | Λαοσθένης | με' |
| Piritiades | 30 | Περτιάδης | λ' |
| Ophratæus [b] | 20 | 'Οφραταῖος | κα' |
| Ophratanes | 50 | Ἐφεχερής | ν' |
| Acrazapes | 42 | 'Ακραγανής | μβ' |
| Sardanapalus | 20 | Θῶνος, ὁ λεγόμενος Κονκόλερος, ἑλληνιστὶ Σαρδανάπαλος | ιε' |

Reges hi 1240 annis regnaverunt.

[c] SICYONIORUM. — ΣΙΚΥΩ'ΝΩΝ [d].

| | | | |
|---|---|---|---|
| Europs | 45 | Εὔρωψ | με' |
| A Telchin | Annos 20 | Τελχὶν | ἔτη κθ' |
| Apis | 25 | Ἄπις | κε' |
| Thelasion [e] | 52 | Θελξίων | νβ' |
| Ægydrus [*Al.* Ægyrus] | 34 | Αἴγυδρος | λδ' |
| Thurimachus | 45 | Θουρίμαχος | με' |
| Leucippus | 53 | Λεύκιππος | νγ' |
| Messapus | 47 | Μέσαππος | μζ' |
| Heratus [f] [*Al.* Peratus] | 46 | Ἐραστὸς | μς' |
| Plemnæus [*Al.* Plumnæus] | 48 | Πλημναῖος | ν' |
| Orthopolis [g] | 63 | 'Ορθόπολις | ξγ' |
| Marathius | 30 | Ἐχυρεὺς | νε' |
| Marathus [*Al.* Marathon *et* Marathos] | 20 | Μαραθώνιος | λ' |

## NOTÆ.

*Græcos Priamo tulit auxilium, et Achillis manu sublatus est. Epistolæ ad eum a Priamo datæ inter nonnullos circumfertur exemplar. Ipse autem secundus est Tautanes.* B

[a] In Parm. ms., *Eapades;* qui sequitur, *Piritiades;* in aliis, quos laudat Schurzfleischius, libris, *Pertiades*, et *Partiades* nominatur; ita et in Græcis Scaligeri Excerptis modo Πυρτιάδης, modo Πυριτιάδης scribitur.

[b] Parmensis idem ms. *Ophratem* hunc vocat, quemadmodum et Palatini in Vinariensi bibliotheca. Jornandes iterum aspirat *Ophratheum*. Qui subsequitur *Ophratanes*, in primo Palatino *Ofraganes* appellatur, in aliis libris *Ophratenes*, ut et semel in Excerptis Scaligeri 'Οφρακτένης : a quo nimium porro abludunt Syncelli codices Ἐφεχερὴς. Addam et de *Acrazape*; qui in Parmensi ms. est *Ocrazapes*, quemadmodum et in Scaligeri Excerptis, et Pal. duobus mss. et Sichardi ed. Sed et *Acratapes*, et *Octazapes*, dicitur in aliis libris : quæ nominum portenta, haud equidem studiose persequerer, nisi ad rei historiam indagandam conferre aliquando posse intelligerem.

[c] Excidisse hinc videtur librariorum incuria primus Sicyoniorum regum Ægialeus, qui annos regnasse dicitur 52, quique adeo ad summam quæ ex C serie integra hic instituitur, propius accedit, quod mox ostendemus. Affert vero et Pausanias in Corinthiacis regum Sicyoniorum catalogum ad Epopeum usque ab Ægialeo decimum tertium, qui Eusebio est decimus septimus. Est autem operæ pretium, ut cum nostro conferas quo ibi ordine recensentur, describere. Σικυώνιοι, inquit, περὶ τῆς χώρας τῆς σφετέρας λέγουσιν, ὡς Αἰγιαλεὺς αὐτόχθων πρῶτος ἐν αὐτῇ γένοιτο... Αἰγιαλέως δὲ Εὔρωπα γενέσθαι φασὶν, Εὔρωπος δὲ Τελχῖνα, Τελχῖνος δὲ Ἄπιν... Ἄπιδος δὲ ἦν Θελξίων, Θελξίωνος δὲ Ἄγυρος. τοῦ δὲ, Θουρίμαχος. Θουριμάχου δὲ Λεύκιππος· Λευκίππῳ δὲ ἄῤῥενες παῖδες οὐκ ἐγένοντο, θυγάτηρ δὲ Καλχινία. Ταύτῃ τῇ Καλχινίᾳ Ποσειδῶνα συγγενέσθαι φασὶ, καὶ τὸν τεχθέντα ὑπ' αὐτῆς ἔθρεψεν ὁ Λεύκιππος, καὶ τελευτῶν παρέδωκεν οἱ τὴν ἀρχήν. Ὄνομα δὲ ἦν Πέρατος τῷ παιδὶ, τὰ δὲ ἐς Πλημναῖον τὸν Περάτου μάλιστα ἐφαίνετό μοι θαύματος ἄξια... Πλημναίου παῖδα 'Ορθόπολιν. 'Ορθοπόλιδι δὲ θυγάτηρ γίνεται Χρυσόρθη· ταυτην τεκεῖν νομίζουσιν ἐξ D 'Απόλλωνος, καὶ ὁ παῖς ὠνομάσθη Κορωνός· Κορωνοῦ δὲ γίνονται Κόραξ, καὶ νεώτερος Λαμέδων. Κόρακος δὲ ἀποθανόντος ἄπαιδος, ὑπὸ τοῦτον τὸν καιρὸν Ἐπωπεὺς ἀφικόμενος ἐκ Θεσσαλίας ἔσχε τὴν ἀρχήν. *Sicyonii hæc de regionibus suis commemorant, exstitisse ibi primum Ægialeum indigenam. . . . . Ægialeo patre Europem natum, Europe Telchinem : huic filium Apim fuisse........ Apis vero Thelxionem suscepit : Thelxione ortus Ægyrus, Ægyro Thurimachus, Thurimacho Leucippus. Leucippo virilis proles non fuit : filia unica Calchinia : eam e Neptuno puerum peperisse, quem Leucippus sublatum, educatumque, regni successorem moriens reliquerit : nomen huic Perato fuisse : de cujus filio Plemnæo, quæ memoriæ prodita sunt, plane miraculo mihi ascribenda videntur..... Plemnæi filium Orthopolim. Orthopolidis filia fuit Chrysorthe, quam ex Apolline peperisse Coronum, pro certo habent. Corono ortus Corax, et eo natu minor Lamedon. Corace vero sine liberis mortuo, Epopeus, qui id temporis e Thessalia venerat, imperium sibi vindicavit.*

Nonnihil sane hinc potest Eusebii Catalogus, ac Latina cum primis in nominibus recte exhibendis scriptio restitui. Verum illud quoque in antecessum monere præstat, videri doctis viris hunc ipsum Catalogum temere confictum ac fabulosum. Et Marshamus quidem in *Chronico* p. 16, eum plane repudiat, cujus tute videsis argumenta. Nobis hoc saltem uno videtur termino constringendus, quod tantam antiquitatis memoriam continere eum negamus, quantum illi tribuunt Eusebius, Scaliger quoque, et Petavius, ut scilicet Ægialeus, qui primus regnasse dicitur annos 52, suo fine plusquam 20 annis Abrahami ortum præcedat. Ostendemus enim infra suo loco, Ægialeum istum, atque adeo Sicyoniorum regni primordia exstitisse demum temporibus Phoronei, quem Moysi æqualem, Clemens Alexandrinus libro primo Stromatum facit. Phoronei autem frater fuit Ægialeus, idemque Inachi ex Melissa filius, quod diserte Apollodorus Bibliothecæ lib. II initio tradit.

[d] Atque hæc a Syncello nomina regum accepimus, quæ ille a pag. 81 edit. Venet. ad centesimam usque vigesimam primam, multis aliis de more interjectis refert. Accepit vero ille ab Eusebio, aut, quod ferme idem est, Africano : uterque enim pari consensu Castorem Rhodium, qui hæc primum tradidit, videtur descripsisse.

[e] Rescribendum ex Græco *Thelcsion*, aut *Thelxion :* ita enim Θελξίων nedum Syncelli codices et Pausanias, sed et Lycophronis scholiasta, et Tzetza ad vers. 177 efferunt. Peccant vero Latini plerique alii libri, qui et *Thelaion*, et *Thelesion*, et *Thelosion*, atque alia his similia habent. Nihil porro dubitavimus subsequentem *Ægydrum* ita ad Græcum textum refigere, consentientibus in eam lectionem Parmensi, nonnullisque aliis Latinis libris. Pontacus cum Sichardi ed. *Ægidium* manifesto vitio legerat : sed nec satis bene præferre videtur Pausanias Αἴγυρον.

[f] Pausanias hunc plane tacet, qui Leucippo proxime successisse Peratum tradit. Hic autem *Peratus* vitiose ibi fortasse scribitur, pro Ἡέρατος, aut Ἔρατος, quemadmodum postea in Corinthiacis cap. 36, ipse idem habet Pausanias. Præferenda adeo videtur Latina lectio etiam Syncelli codicibus, qui Ἐραστὸς, ut in adversa columna excudimus, legunt.

[g] Orthopolin excipit apud Pausaniam *Coronus*, quo nomine nullus in hoc catalogo appellatur, atque hunc *Corax*, deinde *Epopeus :* ut colligas, duos saltem, qui intermedii sunt, fuisse prætermissos. Syncellus inverso tantum ordine, Orthopolidi proxime *Echyreum* subdit : ut videre est in adversa columna : quam μετάθεσιν Scaliger Græcis librariis culpæ tribuit. Idem *Marathum* hunc et qui subsequitur vocat,

| | | | |
|---|---|---|---|
| Echyreus | Annos 55 | Μαράθιος | ἔτη κ' |
| Corax | 30 | Κόραξ | λ' |
| Epopeus | 35 | Ἐπωπεύς | λβ' |
| Laomedon [a] | 40 | Λαομέδων | μγ' |
| Sicyon | 45 | Σικυών | μβ' |
| *Polybus* | 40 | Πολύβιος | μγ' |
| Inachus | 42 | Ἴναχος | με' |
| Phæstus | 8 [*Al.* 9] | Ἥφαιστος | ι' |
| Adrastus | 4 | Ἄδραστος | ζ' |
| Polyphides 31 [*Al.* 33. *Sc.* 29]. | | Πολυφείδης | λ' |
| Pelasgus | 20 | Πελαγὸς | κ' |
| Zeusippus | 32 | Ζεύξιππος | λ' |
| Reges hi regnaverunt [b] 962, post quos Sacerdotes CARNII [c] constituti sunt. | | Μεθ' οὓς κς' βασιλεῖς, ὥς φασιν, ἡγοῦντο αὐτῶν οἱ ἱερεῖς τοῦ Καρνίου. | |
| **LACEDÆMONIORUM.** | | ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. | |
| Eurystheus | 42 | Εὐρυσθεύς [d] | μβ' |
| Ægis | 1 | Ἄγις | α' |
| Echestratus | 35 | Ἐχέστρατος | λε' |
| Labotes | 37 | Λαβώτης | λζ' |
| Doristhus | 29 | Δόρυσθος | κθ' |
| Agesilaus | 44 | Ἀγησίλαος | με' |
| Archelaus | 60 | Ἀρχέλαος | ξ' |

A

| | | | |
|---|---|---|---|
| Theleclus | Annos 40 | Τήλεκλος [g] | ἔτη μ' |
| Alcamenes | 37 | Ἀλκαμένης | λζ' |
| [e] **MACEDONUM.** | | ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. | |
| Caranus | 28 | Κάρανος | λ' |
| Cœnus | 12 | Κοινὸς | κθ' |
| Tyrimas [f] | 38 | Τύρμας | με' |
| Perdica | 51 | Περδίκας | μη' |
| Argæus | 38 | Ἀργαῖος | λβ' |
| Philippus | 38 | Φίλιππος | λε' |
| Europus | 26 | Ἀερόπας | κγ' |
| Alcetas | 29 | Ἀλκετᾶς | κη' |
| Amyntas | 50 | Ἀμύντας | μθ' |
| Alexander | 43 | Ἀλέξανδρος | μδ' |
| Perdicas | 28 | Περδίκας | κγ' |
| Archelaus | 24 | Ἀρχέλαος | ιδ' |
| B Orestes | 3 | Ὀρέστης | γ' |
| Archelaus | 4 | Ἀρχέλαος | δ' |
| Amyntas | 1 | Ἀμύντας | α' |
| Pausanias | 1 | Παυσανίας | α' |
| Amyntas | 6 | Ἀμύντας | ς' |
| Argæus | 1 | Ἀργαῖος | β' |
| Amyntas | 18 | Ἀμύντας | ιβ' |
| Alexander | 1 | Ἀλέξανδρος | α' |
| Ptolemæus | 4 | Πτολεμαῖος | γ' |
| Perdica | 6 | Περδίκας | ς' |

## NOTÆ.

[a] Placeret magis, utroque in textu legi *Lamedon*, Λαμέδων, quemadmodum a Pausania appellatur. Minus certe bene Πολύβιος mox dicitur in Græco pro Πόλυβος. Porro reliquam ab hoc regum Sicyoniorum seriem longius ab Eusebii rationibus instituit idem Pausanias in Corinthiacis cap. 6, ubi Polybo *Adrastum* successisse, atque huic *Janiscum* (qui Eusebio C est *Inachus*), deinde *Phæstum*, quem postremo loco excepit *Zeuxippus* : scilicet *Polyphide* etiam et *Pelasgo*, quos Eusebius memorat, prætermissis. Ejus hæc verba sunt : Ἄδραστος ἔφυγεν ἐξ Ἄργους, παρὰ Πόλυβον ἦλθεν ἐς Σικυῶνα, καὶ ὕστερον ἀποθανόντος Πολύβου, τὴν ἐν Σικυῶνι ἀρχὴν ἔσχεν. Ἀδράστου δὲ ἐς Ἄργος κατελθόντος, Ἰανίσκος... ἐβασίλευσεν. Ἀποθανόντος δὲ Ἰανίσκου, Φαῖστος... Φαίστου δὲ κατὰ μαντείαν μετοικήσαντος ἐς Κρήτην βασιλεῦσαι λέγεται Ζεύξιππος. *Ad Polybum Adrastus Argis ejectus Sicyonem confugit, eoque mortuo, regnum ipse adiit. Post Adrasti deinde in patriam reditum Janiscus.... regnum tenuit: a cujus obitu Phæstus regnat. Phæsto autem ex oraculi responso in Cretam migrante, Zeuxippus regnum dicitur obtinuisse.* Exinde Hippolytum, ejusque filium Lacestadem memorat sub quorum imperio, magnis cladibus Sicyonii afflicti sunt, ipsumque regnum eversum. Vide, num conciliari hac ratione queant, si tanta sit nominum similitudo cum his quos noster D recenset, *Polyphidis*, inquam, cum Hippolyto, et *Lacestadis* cum Pelasgo, ut pro iisdem haberi possint.

[b] Initis rationibus apparet constatque rescribendum an. 910, cui si annos *Ægialei* 52 præponas (ut ipse monet Eusebius col. 76, sub fine : *Nam primus eorum ( Sicyoniorum ) regnavit Ægialeus, ex quo Ægialea vocabatur quæ nunc dicitur Peloponesus, qui regnavit annis* LII), summam Eusebianam conficies an. 962, quam ipse suppetit in fine hujus regni col. 307, quam videsis. Omnino itaque præ numerica nota 9 typothetarum errore 8 substitutam adeo rescribe 962.

[c] Sacerdotes Carnios, quos de nomine Fourmontius recenset, memorare hic lubet. Sunt autem :

| | | |
|---|---|---|
| Archelaus | ann. | 1 |
| Automedon | | 1 |
| Methodertos | | 1 |
| Ernæus | | 1 |
| Theonomus | | 1 |
| Amphictyon | | 9 |
| Charidemus | | 18 |

[d] Græca nomina ex Syncello pag. 143 et seqq. edit Venet. descripta sunt. Primum ex his *Eurystheum* Herodotus lib. VI, cap. 52, atque alii *Eurysthenem* rectius vocant, eique annos 46 regni tribuunt. Quartus, *Leobotes*, et *Labotas* scribitur. Rectissime autem quintus *Doryssus*, pro *Doristhus* dicitur Pausaniæ in Laconicis. Postremo Alcameni annos 39, duos scilicet supra Eusebii rationes, Petavius, cumque eo recentiores Chronologi ascribunt.

[e] Vix dictu est, quantum in tradenda Macedonum regum serie, Veteres æque atque Recentiores in diversa abeant. Consulendus hac de re cl. Spanhemius, qui et causas dissensionis addidit lib. *de Usu et Præstantia Numismatum*. Ex antiquis, qui de eorum numero locuti sunt, Livio, inquam, Diodoro, Justino, atque aliis, Eusebius qui triginta novem censet a Carano ad Persea, amplior est omnibus. Syncellus qui cum eo in nominibus recensendis fere semper consentit, ut facile videatur eadem ab Eusebiano exemplari accepisse : in singulorum annis annotandis ita abludit per ferme Catalogi dimidium, ut in tota tamen serie solos dehabeat annos decem et octo. Nos eas quoque notas, prout in Syncelliana ed. a pag. 158 ad 225 habentur, expressimus, dicturi de singulis, cum obvenient suis locis, in Chronico.

[f] Noster ms., *Tyrimmas*, ut et unus Palatin.; alii, *Triminas*. Vera scriptura dicitur Schurzfleischio *Tyrimnas*, quod Τυρίμνου, Thyatireni Dei indigenæ mentio fiat in ara apud Sponium, num. 45. Quartus ab hoc *Europus*, Herodoto lib. VIII, 339, rectius vocatur *Aeropus*, cui et propius accedit Ἀερόπας Græci laterculi.

[g] Otiose alii ex varia mss. lectione de vera hujusce nominis scriptura disputant, cum ex Pausania in *Messenicis* cap. IV, manifesto constet, scribendum Τήλεκλον esse : a quo Latini nostri codices unica aspiratione, *Thelechus*, abludunt. Emendandi autem ex eo sunt Græci Syncelliani in Τήλεκλος.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Philippus | Annos 26 | Φίλιππος | ἔτη κϛ' |
| Alexander Magnus | 12 | Ἀλέξανδρος μέγας | ιβ' |
| Aridæus | 7 | Ἀριδαῖος | ζ' |
| Cassander | 19 | Κασάνδρος | ιθ' |
| | | [Al. addit Παῖδες Κασάνδρου Φίλιππος.] | |
| Antigonus [a] et Alexander | 4 | Ἀλέξανδρος, καὶ Ἀντίπατρος | γ' |
| Demetrius | 6 | Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου | ϛ' |
| Pyrrhus | menses 7 | Πύρρος | μῆνας β' |
| Lysimachus | annos 5 | Λυσίμαχος | ἔτη με' |
| Ptolemæus | 1 | Πτολεμαῖος ὁ Λάγου | α' |
| Meleagrus | menses 2 | Μελέαγρος | μῆνας με' |
| Antipater | dies 45 | Ἀντίπατρος | ἡμέρας με' |
| Sosthenes | annos 2 | Σωσθένης | ἔτη β' |
| Antigonus | 36 | [b] Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς | μδ' |
| Demetrius | 10 | Δημήτριος | ι' |
| Antigonus | 15 | Ἀντίγονος ὁ Φούσκος | ιβ' |
| Philippus | 42 | Φίλιππος | μβ' |
| Perses | 10 | Περσεύς | η' |

ASIÆ. — ἈΣΙΑΣ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Philippo XXIV Macedonum rege regnante, Asiæ primus regnavit* | | Ἀσίας πρῶτος ἐβασίλευσεν. | |
| Antigonus | 18 | Ἀντίγονος | ιη' |
| { *Quem secuti sunt?* } | | | |
| Demetrius, qui et Polyorcetes | 17 | Δημήτριος ὁ καὶ Πολιορκητής | ι' |

SYRIÆ ET ASIÆ. — [d] ΣΥΡΙΑΣ ΚΑΙ ἈΣΙΑΣ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Seleucus, [b] qui et Nicanor | 32 | Σέλευκος | λγ' |
| Antiochus Soter | 19 | Ἀντίοχος ὁ Σωτήρ | ιθ' |
| Antiochus, qui Theos | 15 | Ἀντίοχος ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ [e] ἐπικληθεὶς Καλλίνικος, ὁ αὐτὸς καὶ Σέλευκος | κα' |

A

| | | | |
|---|---|---|---|
| Seleucus Callinicus | An. 20 | Σέλευκος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος, ὃς Κεραυνός | ἔτη γ' |
| Ceraunus | 3 | | |
| Antiochus Magnus | 36 | Ἀντίοχος, ὁ ἐπικληθεὶς Μέγας | λϛ' |
| Seleucus, qui et Philopator | 12 | Σέλευκος ὁ καὶ Φιλοπάτωρ | ιβ' |
| Antiochus Epiphanes | 11 | Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανής | ια' |
| Antiochus qui et Eupator | 2 | Ἀντίοχος Εὐπάτωρ ἔτος ἕν, μῆνας ϛ. | |
| Demetrius, qui et Soter | 12 | Δημήτριος ὁ Σωτήρ | ιβ' |
| Alexander | 10 | Ἀλέξανδρος | ι' |
| Demetrius | 3 | Δημήτριος | γ' |
| Antiochus Sedetes | 9 | Ἀντίοχος ὁ Σιδίτης | θ' |
| Demetrius | 4 | Δημήτριος | δ' |
| Antiochus Grippus | 12 | Ἀντίοχος ὁ Γρυπός | ιϛ' |
| B Antiochus Cyzicenus | 18 | Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνός | ια' |
| Philippus | 2 | | |

MEDORUM. — ΜΗΔΩΝ.

*Post Assyriorum reges, Medorum reges regnant.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Arbaces [f] | 28 | Ἀρβάκης | κη' |
| Sosarmus | 30 | Σώσαρμος | λ' |
| Medidus | 40 | Μανδαύκης | κ' |
| Cardiceas | 13 | Ἀρτύκας | λ' |
| Dejoces | 54 | Δηιόκης | νδ' |
| Phraortes | 24 | Ἀφραάρτη | να' |
| Cyaxares | 32 | Κυαξάρης | λβ' |
| Astyages | 38 | Ἀστυάγης | λη' |

C PERSARUM. — ΠΕΡΣΩΝ [h]

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cyrus | 30 | Κῦρος | λα' |
| Cambyses | 8 | Καμβύσης | η' |
| Fratres Magi | menses 7 | Μάγοι ἀδελφοί | μῆνας ζ' |
| Darius | annos 36 | Δαρεῖος | ἔτη λϛ' |

## NOTÆ.

[a] Antipatrum quidem et Alexandrum Cassandri filios patrio regno successisse, tradunt pari consensu Veteres, Pausanias, Diodorus, Plutarchus, Justinus, aliique: minime vero quem Eusebius vocat *Antigonum*: ut fermae putem, hunc pro Antipatro a librariis nescio qua nominis similitudine deceptis substitutum. Sed neque Syncellus Antigonum e tribus, quos refert, nominat.

[b] Hic dicitur etiam *Nicator*, ut notat Appianus *de Bellis Syriacis*: notumque ab eo Æram Seleucidarum exordiri, de qua noster Norisius agit in epochis Syro-Macedonum Dissert. 2, c. 1, omnium eruditissime. Dicemus et nos suo loco. Huic porro nonnisi annos 32 (certo enim librariorum mendo 52 scriptum hic erat in Pontacena editione) tribuit ipse Dexippus; ex quo emendandi Appiani etiam codices libro laudato pag. 208 legendumque, δύο καὶ τριάκοντα, ubi male habent vulgati τεσσαράκοντα.

[c] Duos addit hic interregni annos ab Sosthene ad Antigonum Syncellus unus quem scio. Videsis Arati poetæ Vitam, ubi Antigonus regnare cœpisse dicitur, περὶ ἑκατοστὴν (quod critici addunt, εἰκοστὴν) καὶ πέμπτην ὀλυμπιάδα.

[d] Græcum ex Syncello Laterculum a pag. 218 ad 234 huc transtulimus.

[e] Luxatum male Græcum textum, duosque in unum perperam contractos reges, res clamat. Adde juxta Hieronymi interpretationem Antiocho Theo ἔτη ιε. Tum exordire, Σέλευκος, ὁ ἐπικληθεὶς Καλλίνικος ἔτη κ', aut retine, si lubet, κα.

[f] Herodotus Medorum reges censet omnino quatuor: Diodorus post Ctesiam, relatum a Photio cod. 72, usque ad decem ab Arbace. Primus Herodoto est *Dejoces*, quem *Dioclem* corrupte vocabant editi antea libri. *Reliqui* ex ordine ut hic, *Phraortes*, *Cyaxares*, *Astiages*. Et Phraorti quidem contra Euse-

D bii rationes, annos tantum 22 tribuit, Cyaxari autem 40, *in quibus*, inquit, *sunt et illi per quos Scythæ dominati sunt*. Astyagi denique annos tantum ascribit 35, quo regno excidit, et Medi succubuerunt Persis 128 annis, omni supra Halym fluvium Asiæ dominati, excepto tempore, quo Scythæ regnaverunt. Porro autem Eusebiana hæc series nulli satis bene convenit: ut vere dixisse videatur Marshamus: Eusebius hic Castorem deserit, et neque Ctesiam sequitur, neque Herodotum, sed ex utroque ibrida octo regum dynastiam componit, prioribus quatuor Ctesiæ regibus, subjungens quatuor Herodoteos. Nos interim Græca monemus ex Sync. accepta a p. 158 ad 184.

[g] Putat ipse quidem Syncellus duntaxat θ', *novem*; sed ab Eusebio decem supputatos, ipsemet tradit: τινὲς δὲ ἔτη ι φασὶν αὐτὸν βασιλεῦσαι, ἐν οἷς Εὐσέβιος.

[h] Syncellus Græca suppeditat a pag. 186 ad 205, quæ ad tertium usque a fine nomen omnium optime cum Latino conveniunt, uno excepto alteroque anno, quo Cyrus atque Artaxerxes abundant.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Xerxes | Annos 20 | Ξέρξης | ἔτη κ' |
| Artabanus [a] | 7 | Ἀρτάβανος | μῆνας ζ' |
| Artaxerxes | 40 | Ἀρταξέρξης | ἔτη μα' |
| Xerxes | menses 2 | Ξέρξης | μῆνας β' |
| Sogdianus | 7 | Σογδιανὸς | μῆνας ζ' |
| Darius Nothus | annos 16 | Δαρεῖος ὁ Νόθος | ἔτη ιθ' |
| Artaxerxes, qui et Mnemon | 40 | Ἀρταξέρξης [c] ὁ καὶ Μνήμων | μ' |
| Artaxerxes, qui et Ochus | 26 | Ὦχος ὁ καὶ Ἀρταξέρξου παῖς (κατά τινας κ'.) | ς' |
| Arses | 4 | Ναρσῆς | δ' |
| Darius Arsami filius | 6 | Δαρεῖος ὁ [d] Ἀρσάμου | ζ' |
| Alexander, subverso Persarum regno, regnat annis | 6 | | |

A

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ptolemæus [f] Dionysus | 30 | Πτολεμαῖος ὁ Διόνυσος | ἔτη λ' |
| Cleopatra | Annos 22 | Κλεοπάτρα | κβ' |

Post, Imperatores Romanorum regnaverunt.

**ALEXANDRINORUM.** — **ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΩΝ.**

B

*Incipiente Alexandrinorum regno, regnat Ægypto:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ptolemæus Lagi filius | annos 40 | Πτολεμαῖος ὁ Λάγου | μ' |
| Ptolemæus Philadelphus | 38 | Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος | λη' |
| Ptolemæus Evergetes | 26 | Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης | κδ' |
| Ptolemæus Philopator | 17 | Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ | ιζ' |
| Ptolemæus Epiphanes | 24 | Πτολεμαῖος ὁ Ἐπιφανής | κδ' |
| Ptolemæus Philometor | 35 | Πτολεμαῖος ὁ Φιλομήτωρ | λε' |
| Ptolemæus [b] Evergetes | 29 | Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης δεύτερος | κθ' |
| Ptolemæus, sive Soter | 17 | Πτολεμαῖος ὁ (Φοῦσκος) Σωτήρ | ιη' |
| Ptolemæus Alexander | 10 | Πτολεμαῖος ὁ Ἀλέξανδρος... | |
| Ptolemæus Cleopatræ filius | 8 | Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος | η' |

**ARGIVORUM.** — **ἈΡΓΕΙΩΝ.**

| | | | |
|---|---|---|---|
| XVI [g] *Dynastiæ Ægyptiorum anno 161. Primus Argivorum regnavit* | | Ἀρχὴ βασιλείας Ἀργείων. | |
| Inachus | 50 | Ἴναχος [h] | ν' |
| [*Quem secuti sunt:*] | | | |
| Phoroneus | 60 | Φορωνεὺς | ξ' |
| Apis | 35 | Ἆπις | λε' |
| Argus | 70 | Ἄργος | ο' |
| Criassus | 54 | Κρίασος | νε' |
| Phorbas | 35 | Φορβᾶς | κε' |
| Triopas | 46 | Τριόπας | λς' |
| Crothopus | 21 | Κρότωπος | κδ' |
| Sthenelus | 11 | Σθένελος | ια' |
| Danaus | 50 | Δαναὸς | νη' |
| Lynceus | 41 | Λυγκεὺς | λε' |
| Abas | 23 | Ἄβας | λξ' |
| Prœtus | 17 | Προῖτος καὶ Περσεὺς | ιζ' |
| Acrisius | 31 | Ἀκρίσιος | λα' |

Argivorum regnum transfertur in Mycenas: — Μετὰ Ἀκρίσιον ὥς φασι, τῆς ἀρχῆς τῶν Ἀργείων εἰς Μυκήνας μετατεθείσης, διεγένοντο βασιλεῖς οἵδε.

**MYCENARUM.**

C

| | | | |
|---|---|---|---|
| Perseus | | Περσεὺς [i] | |
| Euristheus | 43 | Εὐρυσθεὺς | |
| Atreus et Thyestes, fratres | 65 | Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης | ξε' |
| Agamemnon | 15 | Ἀγαμέμνων | ιη' |

## NOTÆ.

[a] Hunc Artabanum, sive, ut Aristoteles vocat Polit. lib. v, Ἀρταπαίνην, qui Xerxem obtruncavit, statimque ab ejus filio Artaxerxe occisus, chronologi plerique alii Persarum regibus non adcensent.

[b] Hic *Evergetes*, et in Græca columna Εὐεργέτης δεύτερος, proprie Ptolemæus est *Physcon*, quo eum cognomine scriptores plerique alii denotant: ut cum *Evergetes alius* ab adulatoribus suis diceretur, Alexandrini eum, quod flagitiose viveret, Κακοεργέτην vocaverint. Ipse etiam qui subsequitur Ptolemæus *Soter*, dictus est *Physcon alter*, et Evergetes tertius, si Scaligero credimus: tametsi quem ad faciendam fidem affert, Nummum docti viri non ad hunc, sed ad ejus referant patrem. Proprie autem is *Lathuri* cognomento ab aliis distinguitur: ut et subsequens *Auletis*. Cætera, quæ et minus expedita sunt, suis quæque locis in Chronico exponentur.

[c] Qui brevius putant, annos Mnemoni tribuunt tres et quadraginta: Canon autem Ptolemæi quadraginta sex: qui tamen subsequenti Ocho non nisi viginti unum dant; ut demum ab Eusebio in summa parum aut nihil dissentiant. Græcus porro iste Eusebii ex Syncello textus omnino depravatus est, ubi solos quisque imperii annos Ocho attribuit: videturque restituendus, junctis numericis notis κς', et κατά τινας suffectis κς', ad Latinum exemplar. Qui pone est Νάρσης, ita et Straboni dicitur, pro Ἄρσης, quo eum nomine alii appellant; et cum primis Diodorus lib. xvi et xvii. Plutarcho tamen est Ὀάρσης, apud quem alias effertur et Ὀάρσης. Solos autem ei tres imperii annos pari omnes consensu tribuunt.

[d] Ita et Diodorus vocat υἱὸν μὲν Ἀρσάμου, non Ἀρμουτάμου, ut corrupte penes Syncellum legitur.

[e] Ex. Syncello hæc quoque sunt a p. 216 ad 231.

[f] Vitiose, quod nemo non intelligit, *Dionysius scriptum* erat pro *Dionysus*: quem errorem et Græca scriptura, et Scaliger ipse errat.

[g] Antequam ad dicendum de ipsis Ægyptiorum dynastiis veniamus, quæ infra per ordinem ducto a xvi initio, recensentur, monere præstat ex Petavii testimonio lib. ix de Doctrina Tempor. cap. 15, D Ægyptiorum origines, dynastias, quas Africanus et Eusebius scriptis prodiderunt, fabulosas, et quod ad vetustatem attinet, ementitas esse.

[h] Atque hæc ex Syncello nomina a pag. 100 ad 124 descripsimus. Quod autem hic a Criaso ad Abantem usque, Sthenelo intermedio excepto, ab Eusebii supputatione continuo dissidet, in Chronico suis propriis locis expendemus.

[i] Proxime habet Syncellus *Sthenelum*, quem editi quoque Latini aliquot libri retinent: cur autem repudiarit, addit Pontacus causas in notis. Sed et *Pelopem* ille subjungit Euristheo, quem tamen non diffitetur ab aliis omitti, qui Πέλοπος μνήμην οὐδ' ὅλως faciunt: in eaque erat Eusebius sententia. In Agamemnonis quoque, et Orestis annis nonnihil dissentit, quod in Chronico suis quæque locis edisseremus. Demum nec satis bene Πενθεὺς ei dicitur, quem cum Latino Laterculo Πένθιλον vocat et Pausanias in Corinthiacis cap. 18.

A

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ægisthus | Annos 15 | Αἴγισθος | ἔτη ε' |
| Orestes | | Ὀρέστης | κγ' |
| Tisamenus | | Τισαμενὸς | |
| Penthilus | | Πενθεὺς | |
| Cometes | | Κομίτης | |
| Usque ad Heraclidarum descensum. | | Μεθ' οὓς Ἡρακλειδῶν κάθοδος. | |

CORINTHIORUM. ΚΟΡΙΝΘΙΩΝ.

*Rege Lacedæmoniorum primo Eurystheo, anno ejus primo, primus Corinthiorum regnavit*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Aletes | annos 35 | Ἀλήτης [a] | λη' |
| Ixion | 37 | Ἰξίον | λη' |
| Agylaus | 37 | Ἀγύλας | λζ' |
| Priminas | 35 | Πρύμνης | λε' |
| Bacis | 35 | Βάκχης | λη' |
| Agelas | 30 | Ἀγέλας | λ' |
| Eudemus | 25 | Εὐδήμος | κε' |
| Aristomedes | 35 | Ἀριστομήδης | λε' |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Agemon | 16 | Ἀγήμων | ις' |
| Alexander | Annos 25 | Ἀλέξανδρος | ἔτη κε' |
| Telestes | 12 | Τελεστὴς | ιβ' |
| Automenes | 1 | Αὐτομενὴς | α' |

LYDORUM. ΛΥΔΩΝ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ardysus | 36 | Ἄδρυσος [c] | λς' |
| Aliattes | 14 | Ἀλυάτης | ιδ' |
| Meles | 12 | Μῆλης | ιβ' |
| Candaules | 17 | Κανδαύλης | ιζ' |
| Giges | 35 | Γίγης | λς' |
| Ardys | 37 | Ἄρδυσος | λη' |
| Sadyates | 15 | Σαδυάτης | ιε' |
| Aliattes | 44 | Ἀλυάτης | μδ' |
| Crœsus | 15 | Κροῖσος | ιε' |

Hi reges regnaverunt annos 235.

B

[b] ATHENIENSIUM. ἈΘΗΝΑΙΩΝ [d].

*Rege* VI *Argivor. Phorba, anno ejus 22 regnavit Atheniensium primus*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cecrops | 50 | Κέκροψ | ν' |

NOTÆ.

[a] Græca ex Syncello pag. 144, de more huc transtulimus. Priori autem ex his Regibus, *Aleti*, annos 35 et subsequenti 37, dumtaxat Latini, ut vides, libri tribuunt. Videntur et minus recte *Priminam* vocare, qui Προύμνις Pausaniæ et Diodoro, proprius ad Syncelli lectionem, nuncupatur.

[b] Hanc regum gubernatorumque Atheniensium, atque adeo temporum Atticorum a Cecrope seriem servat omnium quot hactenus innotuerunt, id genus monimentorum antiquissimum, Chronicon Marmoreum Arundellianum, seu Marmor primum Oxoniense, quod luculentissimis Commentariis principes in re C litteraria viri exposuerunt atque illustrarunt. Nec sane committendum nobis videbatur, quin Eusebianam chronologiam ad ejus longe præstantissimi monimenti rationes compararemus: et siquidem in diversa abirent, ab hujus standum esset partibus, quod nedum Eusebiana tempora, sed Eratosthenis quoque et Apollodori dicitur antevertere: fidem vero manu exaratorum codicum quantum dignitate sua superet, nemo non videt. Verum inita comparatione, cum in prima regum serie quinque annos supra Eusebii rationes plus habeat Parius ille chronologus, duos scilicet Demophonti, duosque Oxynti, unum Thymœti superaddat: in Ἀρχόντων vero quoad vixerunt annis, magis magisque impendio dissideat (tribuit nempe Acasto ann. 35, Archippo 15, Phorbanti 30, Magacli 28, Diogneto 25, Ariphroni 31, Agamestori 40), ad certas Græcorum historias, seriemque principum Atheniensim a Cecropis initio continuam ratione habita, longe accuratiorem hanc esse intelleximus supputationem, D quam init Eusebius ab Africano, ut videtur, acceptam, atque Eratosthenis Canonibus, qui olim apud Veteres primas obtinebant, maxime consentaneam: ut si qua Græcæ historiæ in vetustis adeo temporibus vera sit, hæc certe ad veritatem propius multo accedere videatur. Quod esset etiam per singulos regum annos adductis argumentis, compositisque invicem synchronismis, demonstrare in promptu: nisi satis id constaret ex ipso Eusebio ad num. 460 et 835, ubi quos a Cecrope ad Excidium usque Trojæ annos numerat 375, ad finem scilicet Menesthei, et ad finem Thymœtis annos 429, atque exinde ad Melanthi et Codri (qui ὁμοῦ annos 58 regnaverunt) finem annos supputat 487, ita propositæ hic summæ conveniunt, ut nulla erroris suboriri suspicio possit. Sed hæc suis quæque locis edisserere satius fuerit. Nunc quod spectat Arundellianæ Inscriptionis calculos, eos Eusebianis haud esse immerito posthabendos, ex doctissimi Henrici Dodwelli lib. de *Veteribus Græcorum Romanorumque Cyclis* testimonio, ipsisque verbis malo intelligas: « Non me, inquit, fugit interim in alia omnia discedere auctorem Chronici Marmorei *Oxoniensis*, cui plurimum tribuunt illius eruditissimi editores. Nempe propter eximiam ejus vetustatem, qui anno vixerit *olymp.* CXXIX 1: *Eratosthene* proinde paulo antiquior atque *Apollodoro*. *Vetustatem* illam ego merito magni faciendam esse censerem, si vel *coæva* fuisset, aut *coævis monumentis* instructa, quæ postea interciderint, cum *Chronologiam veterem* excolerent *vetustissimi Chronologi*. Sed in monumentorum *eorumdem* usu merito vicissim plus tribuemus *exquisitissimis* paulo *juniorum ratiociniis*, quam paulo vetustiorum *conjecturis*, nondum *exculta Chronologia*, necdum inventis illis *ratiociniis*, nedum ad *examen* revocatis. Vixit autem chronologus ille *Parius* post *Timæum* quidem, cui multum debebat *vetus* illa *Chronologia*, sed tamen ante *Eratosthenem* atque *Apollodorum*. *Eratosthenis Canones* summo habebant in pretio *Veteres*, quibus ille e gentium finitimarum collatis invicem διαδοχαῖς collegit quid de *singulis* esset sentiendum. Archivorum scilicet monumentorumve qualiumcumque *consensum*, pro *norma* habens singulorum, consilio sane accuratissimo. Proinde verisimile est superfluos, qui in *Chronico Marmoreo* redundant, annos *ex aliarum* Successionum *fide* fuisse repudiatos. Videnda nihilo secius sunt quæ Lydiatus ad conciliandum cum vetere illo Chronico Eusebium excogitavit, edisseruitque pag. 264 et seqq., ubi constituto discriminis illius termino inter Diognetum et Æschylum, quædam ex particularibus regum annis relatis in Excerptis Barbaro-Latinis reformans, novam ex utroque Chronologicam tabulam non ineruditе instruit. » Videsis et reliquos si lubet, ejus marmoris interpretes. Nobis illud sane interim licere duximus, ut quædam in Latino nomina, quæ manifesto scribarum errore corrupta videbantur, ex eo monimento, aliorumque auctorum testimoniis emendaremus, ut sunt e. gr. *Thymœtes*, pro *Timoetes*: *Thersippus*, pro *Tersippus*: *Alcmæon*, cum dyphthongo, quæ deerat: *Diognetus*, pro *Diogenetus*: *Clidicus*, pro *Elidicus*: *Apsander*, pro *Absander*, atque his similia, quæ Parmensis præterea ms. atque aliorum melioris notæ codicum auctoritate confirmamus.

[c] Ex Syncello pag. 191. Malim vero Ἄρδυν, pro Ἄρδυσον, primum hunc scribi, ut certe scribendus est sextus ex Herodoti testimonio lib. I, cap. 15, ac Latina ipsa versione Hieronymi.

[d] Accepimus Græca per totam Atticorum princi-

| | | | |
|---|---|---|---|
| [*Quem secuti sunt :*] | | | |
| Cranaus | Annos 9 | Κραναὸς | ἔτη θ' |
| Amphictyon | 10 | Ἀμφικτύων | ι' |
| Erichthonius | 50 | Ἐριχθόνιος | ν' |
| Pandion | 40 | Πανδίων | μ' |
| Erechtheus | 50 | Ἐρεχθεὺς | ν' |
| Cecrops | 40 | Κέκροψ | μ' |
| Pandion | 25 | Πανδίων | κε' |
| Ægeus Pandionis filius | 48 | Αἰγεὺς Πανδίωνος | μη' |
| Theseus | 30 | Θησεὺς [b] | λα' |
| Menestheus | 23 | Μενεσθεὺς | λγ' |
| Demophoon | 33 | Δημοφῶν | κγ' |
| Oxyntes | 12 | Ὀξύντης | ι' |
| Aphidas | 1 | Ἀφείδας | α' |
| Thymœtes | 8 | Θυμίτης | θ' B |
| Melanthus | 37 | Μέλανθος | λζ' |
| Codrus | 21 | Κόδρος | κα' |
| *Hinc* MAGISTRATUS [a] *quoad vixerunt regnaverunt : quorum primus* | | Καὶ οὐκ ἔτι βασιλεῖς, ἌΡΧΟΝΤΕΣ δὲ διὰ βίου τοῖς Ἀθηναίοις καθίσταντο. | |
| Medon | 20 | Μελόδων [c] | κ' |
| [*Quem secuti sunt :*] | | | |
| Acastus | 36 | Ἄκατος | λε' |
| Archippus | 19 | Ἄρχιππος | ιβ' |
| Thersippus | 41 | Θέρσιππος | μ' |
| Phorbas | 31 | Φόρβας | λ' |
| Megacles | 30 | Μεγακλῆς | κη' |
| Diognetus | 28 | Διόγνητος | κη' |

| | | | |
|---|---|---|---|
| A Pherecles | Annos 19 | Φερεκλῆς | ἔτη ιθ' |
| Ariphron | 20 | Ἀρίφρων | κ' |
| Thespieus | 27 | Θεσπιεὺς | κζ' |
| Agamestor | 20 | Ἀγαμήστωρ | ιζ' |
| Æschylus | 23 | Αἴσχυλος | ιδ' |
| Alcmæon | 2 | Ἀλκμαίων | β' |
| [d] MAGISTRATUS DECENNALIS. | | [ΔΕΚΑΕΤΕΙΣ ἌΡΧΟΝΤΕΣ.] | |
| Carops | 10 | Χάροψ | ι' |
| Æsimedes | 10 | Αἰσιμίδης | ι' |
| Clidicus | 10 | Κλεόδικος | ι' |
| Hippomenes | 10 | [c] Ἱππομένης | ι' |
| Leocrates | 10 | Λεοκράτης | ι' |
| Apsander | 10 | Ἄψανδρος | ι' |
| Eryxias | 10 | Εὐρυεξίας | ι' |
| B Hinc principes [e] annui constituti regnaverunt. | | Μετὰ τούτους Ἄρχοντες ἐνιαύσιοι εὑρέθησαν. | |
| HEBRÆORUM. | | [f] ἙΒΡΑΙΩΝ. | |
| Abraham | 100 | Ἀβραὰμ | ρ' |
| Isaac | 60 | Ἰσαὰκ | ξ' |
| Jacob | 121 | Ἰακὼβ | ρκα' |
| Joseph dux Ægypti | 80 | Ἰωσὴφ ἡγεμὼν Αἰγύπτου | π' |
| Hebræi serviunt in Ægypto | 144 | Ἑβραῖοι δουλεύουσιν Αἰγυπτίοις | ρμδ' |
| HINC DUCES. | | | |
| Moses | 40 | Μωυσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ | μ' |
| Jesus | 27 | Ἰησοῦς | κζ' |

## NOTÆ.

pum seriem ex Syncello a pag. 122 usque ad 169.

[a] Non addit hæc Parmensis ms. verba, *quoad vixerunt, regnaverunt*, etc. Nec porro bene *Medron*, pro *Medon*, ut et sequentia, *Agastus*, *Diogmetus*, *Fetecles*, pro *Pherecles*, ut et *Ariston*, pro *Arifron* legit. Suis autem ipsis mendis, veræ scriptioni restituendæ, nonnumquam profuit.

[b] In Latino triginta dumtaxat ascribuntur, qua de re pluria dicemus suo loco. Vitiosa autem manifesto est subsequens in Græco metathesis annorum Menesthei. et Demophontis, quos ad Latinum exemplar restituimus. Vitiose etiam ὁ Ζύντες scribebatur, pro Ὀξύντης, uno verbo. Huic duos annos Syncellus demit, qui econtrario unum Thymiti superaddit. Sed et auctor Exceptorum Barbaro-Latinorum huic tribuit annos *novem*, et superiori Thesco *triginta unum :* neque ita tamen cum Syncelli rationibus consonat, siquidem duos alios Oxyntho addit : *Oxynthus annos* XIV. Dicemus vero alias, quanta huic auctori adhibenda sit fides, qui nec Græcæ linguæ gnarus, nec Latinæ, cum in aliis sæpe, tum vero maxime in Atticis notandis temporibus, vel imperitia, vel negligentia labitur. Quin ipsum etiam libellum ex Scaligeri editione in fine adjiciemus.

[c] Rescribe ex Latino Μέδων : ita enim hunc auctores alii omnes vocant. Velleius, *Codri*, inquit, *filius Medon, primus archon Athenis fuit. Ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidæ.* Ita et Ἄκαστος rescribe, pro Ἄκατος : in cujus tamen, ut et subsequentium Phorbantis et Megaclis annis, si ab Eusebio nonnihil dissentiunt Syncelliani codices, cum Oxoniensi Chronico bene conveniunt. Quod autem infra in Agamestore, atque Æschylo duodecim solidos annos dehabent, ab aliis quoque Græcis monumentis, atque ipso Oxoniense abhorret. Sed et alii, pro suo quisque ingenio, sæpe etiam pro librariorum arbitrio variant. Excerpta Barbaro-Latina Ar- C chippo dant annos XL, qui abnormis numerus ab reliquis ipsius excerptoris hypothesibus ac summis longius recedit : nec ferme dubium est, quin pro XIX Eusebii, fallente in numericis notis oculo, irrepserit. Nobis, qui accuratiorem multo, sibique perpetuo constantem hanc ejus chronologiam ostendimus, inquirere haud vacat, cur alii, et quoties in diversa abeant. Atque hæc modo, ne Syncellianas rationes pro Eusebianis videamur hoc laterculo obtrudere.

[d] Iterum ex minio hic interponitur in Parmensi ms. titulus : HINC MAGISTRATUS. Et novus quidem a Carope ad Eryxiam ordo archontum, qui 10 annorum spatio rempublicam administrabant, erat auspicandus : nosque adeo, cum in antea editis libris, nulla interposita distinctione, sub priore archontum perpetuorum serie omnes digererentur, eum accepimus titulum e ms. ; deque nostro tantum addidimus *Decennalis*, ad ejus regiminis formam internoscendam.

D [e] In Parmensi ms., *Post hos novenii* (sic) *principes facti sunt.* Puto autem annuos archontes, qui exinde sunt post Decennales constituti, indicare voluit, eosque novem unoquoque anno simul exstitisse : quæ verissima historia est, ab his qui antiquitates Atticas enarrant, Pottero, Meursio, atque aliis, pluribus testimoniis confirmata. Primus nempe ex his proprie *archon* erat ἐπώνυμος, alter βασιλεύς, tertius πολέμαρχος, sex reliqui νομοθέται. Velim itaque recte modo scribi in eo codice *novem annui*, pro *novenii*, eamque unice veram lectionem puto.

[f] Hanc etiam Hebræorum post Abrahamum seriem ducum, Judicum, et Regum maximam partem ex Syncello a pag. 93 ad 175 descripsimus. Verum et ab Nicephori Chronograph. Compendiaria, et ab Laterculis, quæ Paschali Chronico Dufrenius subjunxit, collatis invicem testimoniis nonnulla ad Eusebii mentem restituimus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| HINC JUDICES. | | ΟἹ ΚΡΙΤΑΙ. | |
| Gothoniel | Annos 40 | Γοθονιὴλ | ἔτη μ' |
| Aod | 80 | Ἀωδ | π' |
| Debbora [a] cum Barach | 40 | Δεβῶρα καὶ Βαρὰκ | μ' |
| Gedeon | 40 | Γεδεὼν | μ' |
| Abimelech | 3 | Ἀβιμέλεχ | γ' |
| Thola [b] | 22 | Θωλᾶς | κγ' |
| Jair | 22 | Ἰαὴρ | κβ' |
| Jephthe | 6 | Ἰεφθάε | ς' |
| Hesebon | 7 | Ἐσεβων | ζ' |
| Labdon [c] | 8 | Λαμβδὼν | κ' |
| Samson | 20 | Σαμψὼν | κ' |
| Heli sacerdos | 40 | Ἡλεὶ ὁ ἱερεὺς [g] | μ' |
| Samuel, et Saul rex | 40 | Σαμουὴλ καὶ Σαοὺλ βασιλεὺς | μ' |
| HINC REGES. | | ΒΑΣΙΛΕΙΣ. | |
| David | 40 | Δαβὶδ | μ' |
| Salomon | 40 | Ὁ Σαλομὼν | μ' |
| Roboam | 17 | Ῥοβοὰμ | ιζ' |
| Abia | 3 | Ἀβιὰ | γ' |
| Asa [d] | 41 | Ἀσὰ | μα' |
| Josaphat | 25 | Ἰωσαφὰτ | κε' |
| Joram | 8 | Ἰωρὰμ | κα' |
| Ochosias | 1 | Ὀχοζίας | α' |
| Gotholia | 7 | Γοθαλία μήτηρ | ζ' |
| Joas | 40 | Ἰωὰς | μ' |
| Amasias | 29 | Ἀμεσσίας | κθ' |
| Azarias [e] | 52 | Ἀζαρίας ὁ καὶ Ὀζίας | νβ' |
| Joathan | 16 | Ἰωάθαν | ις' |
| Achaz | 16 | Ἀχὰζ | ιζ' |
| Ezechias | 29 | Ἐζεχίας | κθ' |
| Manasses | 55 | Μανασσῆς | νε' |
| Hammon [f] | 12 | Ἀμὼν | ιβ' |
| Josias | 32 | Ἰωσίας [h] | λα' |
| Joachaz | menses 3 | Ἰωαχὰζ | μῆνας γ' |
| Joachim | annos 11 | Ἰωακεὶμ | ἔτη ια' |
| Jechonias | menses 3 | Ἰεχονίας | μῆνας γ' |
| Sedechias | annos 11 | Σεδέχιας | ἔτη ια' |
| Judæorum captivitas | annos 70 | Ἰουδαίων αἰχμαλωσία ἔτη ο' | |
| Sub Regibus gentium deinde fuerunt anni... | | | |
| POST HOS AUTEM DUCES HI, | | | |
| Judas [i] Machabæus | 3 | Ἰούδας | γ' |
| Jonathas | 19 | Ἰωνάθας [m] | ιθ' |
| Simon | 8 | Σίμων | η' |
| Hyrcanus | 26 | Ὑρκανὸς | κς' |
| HINC [j] REGES, | | | |
| Aristobulus | 1 | Ἀριστόβουλος | α' |
| Jannæus, qui et Alexander | 27 | Ἰανναῖος, ὁ καὶ Ἀλέξανδρος | κζ' |
| Alexandra | 9 | Σαλώνη ἡ καὶ Ἀλεξάνδρα | θ' |
| Hyrcanus Pontifex | 34 | Ὑρκανὸς ὁ ἀρχιερεὺς | λδ' |
| ALIENIGENÆ. | | ΑΛΛΟΦΥΛΟΙ. | |
| Herodes [k] rex | 37 | Ἡρώδης βασιλεὺς | λζ' |
| Archelaus dux | 9 | Ἀρχέλαος ἐθνάρχης | θ' |
| Herodes tetrarcha | 24 | Ἡρώδης [n] τετράρχης | κδ' |
| Agrippa | 7 | Ἀγρίππας | ζ' |
| Agrippa rex | 26 | Ἀγρίππας βασιλεὺς | κς' |
| Hebræorum regnum a Romanis finitum est. | | | |
| REGES ISRAEL. | | ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΙΣΡΑΗΛ | |
| Hieroboam | 22 | Ἱεροβοὰμ | κβ' |
| Nadab | 2 | Ναδὰβ | β' |
| Baasa | 24 | Βαασὰ | κδ' |
| Hela | 2 | Ἐλὰ | β' |
| Ambri [l] | 12 | Ἀμβρὶ | ιβ' |
| Achab | 22 | Ἀχαὰβ | κβ' |

## NOTÆ.

[a] Parm. ms. Deboræ nomen tacet : alii econtrario cum plerisque Græcis alterum *Barach* prætermittunt.

[b] Tholæ annos XXVI idem ms. tribuit. Hebræo adhæret quod XXIII annotat Græcum laterculum.

[c] Uno plus habet, id est, IX Parmensis ms., haud tamen recte.

[d] Huic solos XL idem ms. adcenset.

[e] Pro *Asaria* vocat Parmensis ms. *Oziam*, quemadmodum et in Græco scribitur.

[f] Juxta Septuaginta : Hebræus enim textus duos tantum regni annos Ammoni tribuit.

[g] Maluit Syncellus κ', *viginti*; verum ab Eusebio *quadraginta* supputatos esse, non diffitetur. Κατὰ δὲ, inquit, τὸ Ἑβραϊκὸν ᾧ καὶ Εὐσέβιος ἠκολούθησεν, ἔτη μ' quod ex ejus repositum est fide.

[h] Ita solos λα', 31, regni annos Josiæ tribuunt Græca quoque alia monimenta, quod et rectius videtur. Alteri autem ab hoc, id est, Joacim, pari cum Eusebio consensu dant annos ια', 11, tametsi malit ιβ', 12, Syncellus attribuere.

[i] Machabæi cognomentum in Parmensi ms. non additur, ut neque in opposito Græco textu.

[j] Nullus in Parmensi ms. est titulus : in vulgatis autem libris ALIENIGENÆ huic ipsi additum est : quod nos verbum huic amovimus, transtulimusque ad subsequentem ab Herode seriem, ferme ad laudati Parmensis libri exemplum, qui hanc ex minio epigraphem, tametsi male ex librariorum culpa post Alexandrum, Hyrcano pontifici apponit. Et vero alienigenas non ab Aristobulo, Jannæo, et reliquis, sed ab Herode magno recensendos esse, ex Eusebii saltem mente, perspicuum est, ubi in Chronico ad num. 1983 : *Deficiente*, ait, *Pontificum principatu*, *Judæis regnavit Herodes alienigena*. Sed et Syncellus, Ἰουδαίων πρῶτος ἀλλόφυλος βασιλεὺς Ἡρώδης. Proinde etiam videri possunt Aristobulus, tresque eum secuti, *Pontifices* magis quam *Reges* inscribendi : in eo enim proprie gradu ac dignitate meruerunt. Quamquam et reges simul exstitisse, nihil est dubium : et noster denuo notat in Chronico : *Aristobulus*, *filius Jonathæ*, *Rex pariter et Pontifex*, *primus apud Judæos diadematis sumpsit insigne*.

[k] Huic tantum XXVII, alteri autem Herodi tetrarchæ XXXIV, et subsequenti Agrippæ VIII regni annos tribuit Parm. ms., quod velim tamen facili librariorum, in numericis notis depingendis, lapsui ascribere.

[l] Idem ms., *Zambri et Ambri*. Et priorem quidem Græcus quoque textus apud Syncellum recenset, nectitque cum superiori proxime Hela, Ζαμρὶ ἡμέρας ζ', *Zambri diebus septem*.

[m] Trium horum Ducum, Judæ, Jonathæ, et Simonis præfecturam triginta annis ex Eusebii rationibus constitisse, Syncellus ipse testatur, qui cum malit ipse 34 supputari, κατὰ δὲ, inquit, Εὐσέβιον ἐτῶν λ'. Sed et subsequenti Hyrcano quatuor supra Eusebii calculos regni annos idem elargitur.

[n] Syncellus, Aristobulo in serie prætermisso, Jannæi annos exaggerat ad triginta.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ochosias | Annos 2 | Ὀχοζίας | ἔτη ϐ' |
| Joram | 12 | Ἰωράμ | ϐ' |
| Hieu | 28 | Ἰοῦ | κη' |
| Joachaz | 17 | Ἰωάχαζ | ιζ' |
| Joas | 16 | Ἰωάς | ις' |
| Hieroboam | 41 | Ἱεροβοάμ | μα' |
| Zacharias | menses 6 | Ζαχαρίας | μῆνας ς' |
| Sellum [a] | dies 3 | Σελοὺμ [b] | ἡμέρας λ' |
| Manaen | annos 10 | Μαναὴμ | ἔτη ι' |
| Phaceas | 10 | Φακεΐας | ι' |
| Phacee | Annos 20 | Φακεὲ | ἔτη κ' |
| Osee | 9 | Ὠσηὲ | θ' |

[c] Hi reges per annos 250.

| ÆGYPTIORUM. | | ** ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ. | |
|---|---|---|---|
| [d] XVI DYNASTIA (id est POTESTAS). | | Ἑκκαιδεκάτη δυναστεία. | |
| Sub Thebæis annis 190 | | Θηβαῖοι βασιλεῖς | ἔτη ϱϟ' |
| XVII DYNASTIA. | | Ἑπτακαιδεκάτη δυναστεία. | |
| Pastores | 103 | Ποιμένες | ἔτη ϱγ' |

## NOTÆ.

[a] Uno adhuc minus in Chronico habet, id est, diebus 2. Propius autem ad fidem est, penes Syncel. quoque rescribendum, ἡμέρας γ' pro λ', dies 3 pro 30.

[b] Huic solos κγ', 23, dat Syncellus, ut ὁμοῦ scilicet ab Herode Magno centum rotundo numero colligat.

[c] Isthæc in Parmensi ms. summa non additur.

[*] Maluit Syncellus ιζ', 17. Sed non diffitetur, solidos viginti dinumeratos Eusebio. Εἰσί, inquit, μέν τινα τῶν ἀντιγράφων κ' ἔχοντα ἔτη, καὶ Ἀφρικανὸς καὶ Εὐσέβιος: quemadmodum et nos reposuimus.

** Græcum Eusebianum textum ex Syncello, qui eum πρὸς λέξιν descripsit, accepimus a pag. 49 edit. Venet. ad 62, quem et suis locis infra expendemus.

[d] In Parmensi ms. sic habet, *Item Ægyptiorum Potestas sextadecima ann.* CLXI, *Pastores ann.* CIII. *Amosis ann.* XXV et cætera continua serie. Et solos quidem CLX annos sextædecimæ dynastiæ vetera quoque alia Græca exemplaria supputabant: tametsi CXC putasse Eusebium, manifestum est. Notatum porro obiter supra ex P. Petavii sententia, videri istas Ægyptiorum dynastias, in regum serie fabulosas, et quod earum spectat antiquitatem, prorsus commentitias. Nunc, ut id ipsum liquido constet, satis erit, post cl. Perizonium Eusebii recensionem hanc cum iis comparare, quas Vetus Chronicum apud Syncellum pag. 40 et seqq. edit. Venetæ, atque Africanus ex Manethone instituunt, ut ex summa eorum discrepantia, cum in dynastiarum ordine, tum in numeris annorum, Regumque nominibus, nihil inde confici posse intelligas, nedum certi, sed nec quod probabilitate se quadam commendet. Quin primo etiam conspectu commentitiam earum antiquitatem ex ea licet arguere, quam post medium, sive a XVI dynastiæ comparationem instituunt: nam priores XV, quarum initium est a Mene, primo post deos homine rege, neque Vetus illud Chronicon expressit. Refertur vero exordium decimæ sextæ ad primum Abrahami annum, atque exinde initium decimæ septimæ ad trigesimum Jacobi: ut si quindecim priores supputare velis ex ordine (nam pro successivis habitas, ex ipso Eusebii Canone perspicuum est), jam ipsam mundi ætatem longo spatio anteverteras: ac vere tum Scaliger, cui tamen isthæc cumprimis probatur chronologia ex Manethone, et *majorem his dynastiis se fidem habere quam Herodoto* profitetur, novam a se *Periodum Julianam* postulare debeat, quæ plusquam XIII sæculis supra mundi initium ascendat. Neque enim existimare est, alias hic fabulas probari ab iis, quas Herodotus toto ferme secundo libro de immani Ægyptiorum antiquitate complexus est, et capite præsertim 142, ex ejus traditione gentis exaggerat. Qui cum a Mene ad Mœrim trecentos triginta reges memorasset, exinde a Sesostri ad Sethon decem recensuisset de nomine, antequam ad distributum in duodecim reges imperium, atque adeo ad Psammitichum veniat: *Ad hunc*, inquit, *usque narrationis locum et Ægyptii et sacerdotes referebant, demonstrantes a primo rege ad Vulcani sacerdotem hunc* (Sethon) *qui postremus regnavit, generationes, vel ætates hominum fuisse trecentas quadraginta unam, et totidem interea sacerdotes maximos totidemque reges, trecentæ autem generationes decem millia annorum æquant. Nam tres virorum generationes, centum anni sunt: una et quadraginta, quæ reliquæ sunt ultra trecentas, sunt anni mille trecenti quadraginta. Ita intra undecim millia trecentosque et quadraginta annos, negabant ullum deum forma humana exstitisse.* Paria autem Diodorus, Macrobius, atque alii de Ægyptiis tradunt, qui alii alios mentiendo superare studuerunt. Sed ne longius abeamus, confer, quod dicebamus modo, hanc ipsam Eusebii supputationem cum laudatis Veteris Chronici, atque Africani, quæ sic habent:

| *Vetus Chronic.* | *Africanus ex Manethone.* |
|---|---|
| Dynastia XVI, Tanitarum, octo regum, annor. 190. | Dynastia XVI, Græcorum, Pastorum reg. 32, an. 518. |
| XVII, Memphitarum, regum quatuor, annorum 103. | XVII, aliorum Pastorum, et Thebæorum, reg. 43, utriusque generis, ann. 153. |
| XVIII, Memphitarum, regum 14, ann. 348. | XVIII, Diospolitarum, regum 16, ann. 263. |
| XIX, Diospolitarum, regum quinque, ann. 194. | XIX, Diospolitarum, regum sex, ann. 209. |
| XX, Diospolitarum, regum octo, ann. 228. | XX, Diospolitarum, regum 12, ann. 135. |
| XXI, Tanitarum, regum sex, ann. 121. | XXI, Tanitarum, regum 7, ann. 133. |
| XXII, Tanitarum, regum trium, ann. 48. | XXII, Bubastitarum, regum 9, ann. 120. |
| XXIII, Diospolitarum, regum duorum, ann. 19. | XXIII, Tanitarum, regum 4, ann. 89. |
| XXIV, Saitarum, regum trium, ann. 44. | XXIV, unius Saitæ, ann. 6. |
| XXV, Æthiopum, regum trium, ann. 44. | XXV, Æthiopum, regum 3, ann. 40. |
| XXVI, Memphitarum, regum septem, ann. 177. | XXVI, Saitarum, regum 9, ann. 150. |
| XXVII, Persarum, regum quinque, ann. 124. | XXVII, Persarum, regum 8, ann. 124. |

Tanta Syncellum inter et Africanum discrepantia, eorumque simul ab Eusebio, qui tamen ex eodem, a quo Africanus, Manethone hausisse profitetur, evincit, opinor, jam nemini tuto posse adhiberi fidem. Sunt tamen hæc nauci, si ipsorum quoque regum seriem, et nomina, et regni annos inter se conferas, ac Josephum præterea velis vocare in partes, qui contra Apionem lib. I decimæ septimæ ac decimæ octavæ dynastiæ reges nominat. Conferre autem est operæ pretium, maxime cum eo nos onere laudatus Perizonius levarit. Primus ex decima septima dynastia est apud Syncellum rex vigesimus sextus, penes Africanum ex decima quinta, quæ rursum Eusebio est decima septima.

| *Ex Syncello.* | | *Ex Josepho.* | | *Ex Africano.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| Silites | an. 19 | Salatis | an. 19 | Saithes | 19 |
| Bæon | 44 | Bæon | 44 | Beon | 44 |
| Aphachnas | 36 | Aphachnas | 36. m. 7 | Pachnan | 61 |
| Aphophis | 61 | Aphophis | 61 | Staan | 50 |
| Sethus | 50 | Janias | 50, m. 1 | Archles | 49 |
| Certus | 29 | | | Aphobis | 61 |
| Aseth | 21 | Assis | 47, m. 2 | | |

Dicuntur hi sex, eorumque posteri reges, Ægyptum annis 512 tenuisse, donec eos oppugnavit, rerumque potitus est Halisphragmuthosis, cujus filius Tethmosis dynastiam XVIII auspicatur. Tum,

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Amosis qui et Tethmosis | 25 | Tethmosis | 25 | et Amos | 25 |
| Tethmosis | 22 | menses | 4 | | |
| Chebron | 13 | Chebron | 13 | Chebros | 13 |

| XVIII DYNASTIA,[a] *Diospolitanorum, annos* 348. | | Ὀκτωκαιδεκάτη δυναστεία, Διοσπολιτῶν, ἔτη τμη' | |
|---|---|---|---|
| Amasis | Annos 25 | Ἄμωσις | ἔτη κε' |
| Chebron | 13 | Χεβρὼν | ιγ' |
| Ammenophis | 21 | Ἀμμενῶφις | κα' |
| Mephres | 12 | Μεφρὶς | ιβ' |
| Mispharmutosis | 26 | Μισφραγμούσθωσις | κς' |
| Tuthemosis | 9 | Τούθμωσις | θ' |
| Amenoptes | 31 | Ἀμένωφις | λα' |
| Orus | 38 | Ὦρος | ιϐ' |
| Acengee [a] | 12 | Ἀχενχέρσης | ιϐ' |
| Athoris | 9 | Ἄθωρις [b] | θ' |
| Chencres | 16 | Κενχέρης | ις' |
| Acherres | 8 | Ἀχερρῆς | η' |
| Cherres | 15 | Χερρῆς | ιη' |
| Danaus | 5 | Ἀρμὲς ὁ Δαναὸς | ε' |
| Ægyptus | 68 | Ἀμμεσῆς ὁ καὶ Αἴγυπτος | ξε' |
| Menophis | 40 | Μεμώφης | μ' |

A

| [c] XIX DYNASTIA, *Annos* 194. | | Ἐννεακαιδεκάτη δυναστεία, Ἔτη ρϟδ'. | |
|---|---|---|---|
| Zetus | 55 | Σέθως | νε' |
| Ramses | 66 | Ῥάψις | ξς' |
| Amenophis | 40 | Ἀμμενεφθὴς | μ' |
| Ammenemes | 26 | Ἀμμενεμμῆς | κς' |
| Thuoris | 7 | Θούωρις | ζ' |
| [d] XX DYNASTIA, *Annos* 178. | | Εἰκοστὴ δυναστεία, Ἔτη ροη'. | |
| XXI DYNASTIA. | | Πρώτη καὶ εἰκοστὴ δυναστεία. | |
| *Regnavit* | | Ἐβασίλευσαν, | |
| Smendis | 26 | Σμένδης | κς' |
| Psusennes | 41 | Ψουσέννης | μα' |
| Nephercheres | 4 | Νεφεχερὴς | δ' |
| Ammenophis | 9 | Ἀμενωφθὶς | θ' |
| Osochor | 6 | Ὀσωχὼρ | ς' |
| Psinaches | 9 | Ψινάχης | θ' |

B

## NOTÆ.

| | | |
|---|---|---|
| Amephes an. 15 | Amenophis 20, m. 7. | Amenophthisa. 21 |
| Amenses 11 | Amesses| femina 21, m. 9. | Amersis 22 |
| Misphragmuthosis 16 | Mephres 12, m. 9. | Misaphris 13 |
| Misphres 23 | Mephramuthosis 21, m. 10. | Misphragmuthosis 26 |
| Tuthmosis 39 | Thmosis 9, m. 8. | Tuthmosis 9 |
| Amenophthis 34 | Amenophis 30, m. 10. | Amenophis 31 |
| Horus 48 | Orus 36, m. 5. | Horus 37 |
| Achencheres 25 | Acenchres 12, 1. | Acherres 32 |
| Athoris 29 | Rathotis 9 | Rathos 6 |
| Chencheres 26 | Acencheres 12, m. 5. | Chebres 12 |
| Acherres 8 | Acencheres alter 12, m. 3. | Acherres 12 |
| Armæus Danaus 9 | Armais 4, m. 1. | Armeses 5 |
| Rameses Ægyptus 68 | Rameses 1, m. 4. | Rameses 1 |
| | Harmesses Miamum 66, m. 2. | |
| Amenophis 8 | Armenophis 19, m. 6. | Amenoph 19 |

Josephus in Sethosi, qui subsequentis dynastiæ rex primus est, desinit: Syncellus post Amenophin, ignotos Manethoni alios reges nominat, ac dein alios, qui cum ejusdem regibus dynastiæ XIX et sequentium utcumque conveniunt. Persequamur porro hos etiam ex Syncello, atque Africano cum Eusebianis comparare, ut hanc demum telam detexamus.

| *Ex Syncello.* | | *Ex Africano.* | |
|---|---|---|---|
| DYNASTIA XIX. | | DYNASTIA XIX. | |
| Certus | an. 16 | Sethos | an. 51 |
| Rampsis | 45 | Raphaces | 61 |
| Amenses, vel Amenemes | 26 | Ammenephthis | 20 |
| Ochyras | 14 | Ramesses | 60 |
| Amedes | 27 | Ammenemmes | 5 |
| Thuoris, qui Polybus Homeri | 50 | Thuoris Polybus | 7 |
| DYNASTIA XX. | | DYNASTIA XX. | |
| Athotis Phusanus | 28 | An. 135. | |
| Cencenes | 39 | | |
| Vennephes | 42 | | |
| DYNASTIA XXI. | | DYNASTIA XXI. | |
| Susakim | 34 | Smedes | 26 |
| Psuenus | 25 | Phuneses, vel Phusenes | 46 |
| Ammenophes | 9 | Nephelcheres | 4 |
| Nephecheres | 6 | Amenenopthis | 9 |
| Saites | 15 | Osochor | 6 |
| Psinaches | 9 | Pinaches | 9 |
| | | Susennes | 30 |
| DYNASTIA XXII. | | DYNASTIA XXII. | |
| Petubastes | 44 | Sesonchis | 21 |
| Osorthon | 9 | Osoroth | 15 |
| | | Tres Anonymi | 25 |
| | | Tacellothis | 13 |
| | | Tres Anonymi | 42 |

| DYNASTIA XXIII. | | DYNASTIA XXIII. | |
|---|---|---|---|
| Concharis | an. 21 | Petubastes | an. 40 |
| | | Osorthon | 8 |
| Osorthon | 15 | Psammus | 10 |
| Tacelophes | 13 | Zet | 31 |
| | | DYNASTIA XXIV. | |
| Bocchoris | an. 44 | Bochchoris | 6 |
| | | DYNASTIA XXV. | |
| Sabaco | 12 | Sabbaco | 8 |
| Sebechon | 12 | Sevechus | 14 |
| Taraces | 20 | Tarcus | 18 |
| | | DYNASTIA XXVI. | |
| Amaes | 38 | | |
| Stephinathes | 27 | Stephinates | 7 |
| Nacepses | 13 | Nerepsos | 6 |
| Nechaab | 8 | Nechao | 8 |
| Psammitichus | 14 | Psammiticus | 54 |
| Nechaab II | 9 | Nechao II | 6 |
| Psammutis | 17 | Psammuthis | 6 |
| Vaphres | 34 | Vaphris | 29 |
| Amosis | 50 | Amosis | 44 |
| | | Psammacherites mens. | 6 |

C

Jam itaque hinc satis abunde liquet, etiam post mediam Dynastiarum partem, incerta omnia Ægyptiacæ antiquitatis monimenta esse, qua regum aliquot interpolatione, qua hiulca eorumdem serie, annorum quoque spatio, atque ordine dynastiarium perturbato. Quod si exoticos scriptores, Herodotum, et Diodorum, etc., conferre præterea quis velit, multo etiam spissiores tenebras, ac mendacia secum invicem pugnantium Auctorum offendet. Conabimur vero inferius, ac propriis locis in Chronico, nos dicere, ex quo vera ejus Regni primordia arcessenda videantur, et qui certi Reges, et in quæ detrudendi sint tempora.

[a] Dicitur hic in Parmensi ms. *Acentheres*: tertio autem ab hoc, sive *Acherres*, novem regni anni in eo codice tribuuntur.

D

[b] Penes Syncellum scriptum est λθ', vitiose, ut non dubito, saltem ad Eusebii mentem, quem solos θ', *novem* scilicet annos Athori tribuisse, ex tota rerum serie liquet.

[c] Atque hic dynastiæ XIX titulus, ejusque anni prorsus in eodem ms. desiderantur. Qui primo occurrit *Zetus*, idem videtur esse quem Syncellus ex Manethone Σέθων vocat. Hunc autem Herodotus, ex historica rerum serie recenset post Sabachonem, qui penes Eusebium tamdiu post dynastiam XXV auspicatur. Porro et *Amenenemes*, pro *Ammenemes*, scriptum est.

[d] Vigesimæ Dynastiæ Reges neque Africanus, neque Eusebius nominatim exprimunt: qua de re post cl. Perizonium laudati libri cap. 14 dicemus et nos in Chronico. Parmensis autem ms. prætermisso subsequentis Dynastiæ XXI titulo, subnexos una serie reges huic copulat. Vocat porro *Psusensem* pro *Psusenne* et rectius *Psinacem*, pro quo antea erat *Spinaces*.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Psusennes | Annos 35 | Ψουσέννης | ἔτη λϛ' |
| [a] XXII DYNASTIA. | | Εἰκοστὴ δευτέρα δυναστεία. | |
| Sencosis | 21 | Σεσέγχωσις | κα' |
| Osorthon | 15 | Ὀσορθὼν | ιε' |
| Tachelotis | 13 | Τακέλλωθις | ιγ' |
| XXIII DYNASTIA. | | Εἰκοστὴ τρίτη δυναστεία. | |
| Petubastis | 25 | Πετουβάστης | κε' |
| Osorthon | 9 | Ὀσορθὼν | θ' |
| Psammus | 10 | Ψαμμούς | ι' |
| XXIV DYNASTIA. | | Εἰκοστὴ τετάρτη δυναστεία. | |
| Bochorus | 44 | Βόγχωρις | ἔτη μδ' |
| XXV DYNASTIA. | | Εἰκοστὴ πέμπτη δυναστεία. | |
| Sabachon | 12 | Σαββάκων | ιβ' |
| Sebichus | 12 | Σεύηχος | ιβ' |
| Barachus [b] Æthiops | 20 | Ταρακός | κ' |
| XXVI DYNASTIA. | | Ἕκτη καὶ εἰκοστὴ δυναστεία. | |
| Merres Æthiops | 12 | Ἄμμερις Αἰθιὼψ | ἔτι ιβ' |
| Stephinatis | 7 | Στεφονάθις | ζ' |
| Nechepsos | 6 | Νεχέψως | ϛ' |
| Nechao | 8 | Νεχαὼ | η' |
| Psammeticus [c] | 44 | Ψαμμιτιχός | με' |
| Nechao, [d] qui et Nechepsos | 6 | Νεχαὼ δεύτερος | ϛ' |
| Psammites alius, qui et Psammeticus | 12 | Ψαμμουθίς ἕτερος, ὁ καὶ Ψαμμιτιχὸς | ιζ' |
| Vaphres | 30 | Οὐάφρις | κε' |
| Amasis | Annos 42 | Ἄμωσις | ἔτη μβ' |
| [e] XXVII DYNASTIA. | | Εἰκοστὴ ἑβδόμη δυναστεία. | |
| In qua Cambyses Persarum rex obtinuit Ægyptum usque ad Darium, filium Xerxis | annos 150 | Καμβύσης ἔτει πέμπτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου, κ. τ. λ. | |
| Deinceps Alexandrini usque ad Octavianum Augustum regnaverunt. | | | |
| LATINORUM. | | ΛΑΤΙΝΩΝ. | |
| [f] Janus | | [i] Ἴανος | |
| Saturnus | | Κρόνος | |
| Picus | | Πῆκος | |
| Faunus | | Φαῦνος | |
| Latinus | | Λατῖνος | |
| Hi regnaverunt simul circiter an. 150. | | | |
| Æneas | annos 3 | Αἰνείας | ἔτη γ' |
| Ascanius [g] | 38 | Ἀσκάνιος | λζ' |
| Sylvius [h] | 29 | Σιλούϊος | κθ' |
| Æneas Sylvius | 31 | Σιλούϊος Ἰούλιος | λα' |
| Latinus Sylvius | 50 | Αἰνείας Σιλούϊος | ν' |
| Alba Sylvius | 39 | Σιλούϊος | λ' |
| Ægypus Sylvius | 24 | Ἀγχίσης Σιλουΐου | ι' |

## NOTÆ.

[a] Hujus quoque dynastiæ, ut et subsequentium usque ad vigesimam septimam tituli in Parmensi ms. desiderantur, regumque adeo nomina sibi continenter, nullo interposito spatio, succedunt.

[b] Non addit Parmens. ms. *Æthiops*, quo tamen cognomento Taracum perpetuo donat, qui ejus unice meminit, Strabo lib. I atque iterum lib. XV, ex Megasthenis testimonio.

[c] Ab hoc demum rege Psammeticho ad finem usque Ægyptiaci imperii, per subsecutos scilicet reges quinque, certa rerum series, annorumque regum apud Herodotum constat. Atque in his tamen ipsis mirum, quantum ab Eusebiana recensione differat. Huic ille annos tribuit 54, ejus filio Necho 17, subsequenti Psammo Nechi filio 6, itemque ejus filio, quem et *Apriem* vocat, pro *Vaphre* 25. Denique Amasim, qui vitiose antea hic dicebatur *Anamasis*, defunctum tradit, cum quatuor super quadraginta annos regnasset, priusquam Ægypto Cambyses potiretur. Porro et ab Latina interpretatione Græcus Eusebii textus in annis Psammitis et Vaphris dissentit, quod utri librario tribuam vitium, haud scio: quanquam in Vaphre consentit Herodotus Græco.

[d] Tacet idem ms., *qui et Nechepsos*, ut et post subsequens nomen, *alius qui et Psammetichus*.

[e] In Parmensi ms. quæ subnectuntur hic de XXVII dynastia, Cambyse, atque Alexandrinis, non sunt. Cæterum et conferendus cum Eusebiana Dynastiarum recensione perpetuo est Syncellus, qui se illi sæpissime opponit, et qua jure, qua injuria, Eusebium erroris, negligentiæ, interpolationis insimulat.

[f] Horum quinque regum nulla ratio est in Chronico; neque enim Latinorum tempora citius quam ab Ænea, post captam Trojam, cum Abrahami annis, aliarumque gentium epochis ex ordine comparantur. Incerta etiam quam quæ maxime eorum est ætas, regnique successio ac series, dissidentibus inter se invicem, qui eorum meminere, auctoribus antiquis, et monimentis. Tute videsis quæ de Jano ac Saturno tradit Lactantius lib. I, cap. 14; verius enim dictum existimo ab Arnobio lib. III, *Nullum umquam fuisse Janum*. Saturni tempora fabulis nemo non adcenset. De tribus subsecutis regibus hæc habet Festus in Fragmentis: *Picus rex pico ave utebatur ob augurium: a quo sic dictus. Is Fatuum, Faunum alii quem vocant, et Fatuam procreavit. Ex eis Latinus ortus, Trojanos summo honore affecit, ut qui etiam eorum regem fugientem Argivos Æneam hospitio suscepit, dedit civitatem, junxit natam connubio.*

[g] Parmensis ms. Ascanio, et subsequenti Sylvio annos tribuit 39, Latino item 31, ut Æneæ: tum Ægypto Sylvio penitus prætermisso, Aremulo annos ascenset 28, duos autem postremos reges, Procam, et Amulium, penitus nescit.

[h] Atque huc refer veteres alios de origine gentis Romanæ scriptores, et cumprimis Sextum Aurelium Victorem, qui proprio opere, ex Pontificum Annalibus, hæc dicitur persecutus. Huic autem priori Sylvio solidos triginta regni annos alii tribuunt. Quartus ab hoc *Ægyptus*, ut nos rescripsimus, Sylvius est, non *Ægyptus*, ut hic, et in Chronico editi antea libri præferebant. Ovidius, nisi si librariorum mendum est, Ægyptum vocat. Dictus quoque est *Athys*, quod nemo ignorat, non ut Syncelliani codices habent, Ἀγχίσης, si tamen idem ille est, quem hic ex ordine repræsentant, nam quod Αἰγύπτιον Σιλούϊον huic subdunt, perturbatam ibi seriem quoque nominum arguit. Dicemus vero mox hac de re. *Aremulus* qui infra est, dicitur et *Romulus* Livio, aliis *Remolus*: Dion. Halic. Ἀλλάδης, sive Ἀλλάδιος. Scaliger in tanta auctorum veterum dissensione satis hoc habuit annotasse, quod diverse Albanorum Æneadarum regum nomina a Dionysio, Ovidio, et Eusebio concipiuntur: ac se quidem ea aliis discutienda relinquere.

[i] Ex Syncello quidem a pag. 136 ad 181 hæc quoque Latinorum Romanorumque regum nomina, et seriem descripsimus; sed ubi in decem, qui Latinum Sylvium subsequuntur, regum annis annotandis tantum ab Eusebio dissidet, tametsi non uno loco factum videtur id librariorum culpa in Syncellianis codicibus, haberi haud equidem, ut cætera, pro Eusebianis possunt aut velim.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Capis Sylvius Annos | 28 | Αἰγύπτιος Σιλούϊος | ἔτη κ' |
| Carpentus Sylvius | 13 | Κάσπος Σιλούϊος | λα' |
| Tiberinus Sylvius | 8 | Τιβέριος | να' |
| Agrippa Sylvius | 40 | Ἀρέμουλος Σιλούϊος | ιθ' |
| Aremulus Sylvius | 19 | Κάρμεντος | ις' |
| Aventinus Sylvius | 37 | Σιλούϊος | ιη' |
| Procas Sylvius | 23 | Πρόκας Σιλούϊος | λβ' |
| Amulius Sylvius | 44 | Ἄμουλος Σιλούϊος | κγ' |
| ROMANORUM. | | ῬΩΜΑΙΏΝ. | |
| Romulus | 38 | Ῥωμύλλος | λη' |
| Numa Pompilius | 41 | Νουμᾶς Πομπίλιος | μα' |
| Tullus Hostilius | 32 | Τοῦλλος Ὀστίλιος | λβ' |

A

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ancus Martius Annos | 25 | Ἄγκιος Μάρκος | ἔτη κγ' |
| Tarquinius Priscus | 37 | Ταρκύνιος Πρίσκος | λζ' |
| Servius Tullius [a] | 34 | Σερούϊος ὁ καὶ Τοῦλλος | μδ' |
| Tarquinius Superbus | 35 | [b] Ταρκύνιος Σούπερβος | κδ' |

Hi regnaverunt simul 240.

ROMÆ *post exactos* REGES [c] CONSULES *quotannis bini creati, et in maxima urbis calamitate quandoque etiam creabatur*

DICTATOR.

**Junius Brutus, L. Tarquinius Coss.**

**T. [d] Largus primus Dictator.**

**T. [e] Lucretius, et P. Valerius.**

## NOTÆ.

[a] Servio alterum decennium regni addunt Chronologi, quod subsecuto Tarquinio Superbo adimunt.

[b] Atque hic in Servii et Tarquinii Superbi annis ab Eusebio dissentiunt Syncelli codices, ὁμοῦ tamen levis atque unius demum anni discrepantia est. Cæterum et Livius et Dionysius, atque e recentioribus Sigonius, Panvinius, Petavius annos XLIV Servio (Eutropius XXXVII) tribuunt: Tarquinio autem XXIV, Numæ annos XLIII, auctores pene omnes tradunt, ne Eutropio quidem excepto in Oxoniensi saltem editione anni 1704. Uno etiam supra Eusebii rationes, Anci Martii annos augent Dionysius Halic. Livius et Solinus, et recentiores chronologi. Cassiodorus autem atque hic Eutropius cum Eusebio faciunt.

[c] Novum ista *consulum*, ut inscribi saltem videtur, series calculum Scaligerianæ opinioni addit, qui per eorum paria unoquoque anno contendit fuisse ab Eusebio in Chronico Romanorum digesta tempora. Nam quod hæc demum pauca supersint nomina, culpæ tribuit illi nescio cui breviatori operis, quem vult maximam libri partem mutilasse: immo eorum quæ deperdita jam sunt, indicio hæc ipsa vult esse quæ superant. Atque eam quidem opinionem penitus non supra ad hujusce proœmii initium in notis confutavimus: ac puto, jam æquo lectori persuasimus, neque annotatos fuisse abs chronologo nostro consules, neque potuisse pro operis instituto annotari. Quod modo hanc spectat nominum laciniam, quandoquidem et refellere, quod ex ea exceditur argumentum, recepimus, Scaliger ex hoc uno causa penitus cadit, quod nulla hic proprie consulum paria recenseantur, et si qua etiam intermixta sint, manifesto liqueat ex integro contextu, non hanc eorum esse seriem, neque posse ullo modo ex consulari aliquo laterculo videri excepta. Voluit modo Eusebius hac percensione tempus illud complecti, quo viguit Romana respublica ab exactis regibus ad arreptum a Julio Cæsare imperium, quod et recte audit *consulum* tempus, atque ita ab ipso etiam Eusebio in Chronico frontali titulo inscriptum est. Verum quoniam novis magistratibus suffectis, nonnumquam abrogata, sæpe autem sæpius interrupta per dictatores est consulum auctoritas, hoc quod unum erat notatu dignum in hoc spatio, per quos subinde ea regiminis mutata sit forma, quique rerum identidem potiti sint, monstrat. Et vero præter decemviros, aut dictatores omnes sunt, quos hic memorat, aut qui dictatori jungebantur, eique parebant, magistri equitum, quibus nonnullos, qui triumphos egerunt, intermiscet, eo, ut videtur, obtentu, ut eos proprie nominet, qui in libera republica et consulari imperio summa potestate donati sunt, et quorum auctoritate ac virtute in extremis periculis, quo tempore dictator dicebatur, Romana res stetit. Igitur a T. Lartio, sive, ut vocatur hic, Largo, qui primus omnium dictator fuit, ad Sullam usque ultimum, stante republica, qui se ipsum Dictatorem et quidem perpetuum fecit, nomina ferme quadraginta catalogus continet, quo tantum abest ut consulum paria, quæ

B abnormis nominum fere mille series exstitisset, ut econtrario illos complecti voluerit, per quos ordinaria eorum auctoritas est interrupta. Ad hæc pleraque omnia seorsum, non ad consularis laterculi instar nominantur, multumque ab uno ad alium temporis intercedit spatium, non ut par erat, unius modo anni. Demum et maximam eorum partem functos dictatoria, aut alia quam diximus summa potestate, Livius, atque omnium luculentissime Dionysius tradunt: quo uno argumento nihil esse validius potest contra Scaligerum. Fortasse autem gravis in hanc seriem peccat Pontacus, qui cum eam *valde alienam a Fastis Consulum* animadverteret, aperte professus est, vix se credere Eusebii esse. Nempe fraudi fuit illi præconcepta vulgaris opinio, debere hoc esse consulare laterculum: si enim rem paulo attentius expendisset, mentemque habuisset Eusebii perspectam, neque sane consulum paria somniasset, quæ nihil ejus operis instituto, ut superius laudato loco ostendimus, referebant, neque genuinam hancce et C maxime proposito consentaneam recensionem, pro supposititia habuisset. Evincunt, ut cætera prætermittam, ejus germanitatem editi libri omnes, et mss. pars potior. Non hinc tamen est, quod eam ego numeris omnibus absolutissimam, qualis ab Eusebii calamo profecta est, putem; præterquam enim quod mendis scripturæ prope innumeris scatet, luxatione interdum laborat, videtur etiam in fine quibusdam intrusis consulum nominibus interpolata. Sed hæc sunt facile librariorum vitia, quibus rari nominum catalogi carent, et quæ ex aliorum monimentorum fide, siquidem de auctoris sui mente constat, emendare expeditum est. Nos quædam, quæ magis facessere lectori negotium possunt, in subseq. notulis castigamus. Quoniam vero de consulibus ab Eusebio prætermissis ad exordium libri satis multa diximus, illinc tu assumes quæ ad hunc locum pertinebunt.

[d] Rescribendum videtur *Lartius*, pro *Largus*, siquidem ille est T. Lartius Flaccus, quo eum nomine Latini alii scriptores vocant. Dionysio Halicarnasseo D dicitur Τίτος Λάρκιος: mendose autem Syncello Τιβέριος Μάρκιος. Videsis Livium II, 18, ad Urbis an. 253, qui licet in primi hujus dictatoris ætate constituenda, quod sequatur certum nihil habeat, ad nonum tamen post exactos reges annum refert. In quam sententiam ipse conceptis verbis in Chronico Eusebius concedit, *Nono*, inquiens, *anno post exactos reges nova dignitas est creata, dictatura scilicet, et magister equitum, qui Dictatori obsequeretur. Dictator primus Largius* (lege *Larcius*), *magister equitum Spurius Cassius fuit.*

[e] Duo hi consules sunt T. Lucretius Tricipitinus, et P. Valerius Poplicola, qui iterum quidem ac tertio eam dignitatem obtinuerunt, sed intra illud tamen tempus, quod juxta Eusebii sententiam primum dictatorem præcessit, sive ante octo annos, a Bruto scilicet, et Collatino, quos et pone secuti sunt in consulatu. Colligere hinc licet, non fuisse hæc præscripta ab Eusebio duo nomina, quæ, ut cætera

X. Viri loco Consulum fuerunt instituti.
Camillus [a] Dictator.
T. Quintius Dictator.
C. Martius.
M. [b] Valerius.
T. Manlius Torquatus.
L. [c] Papyrius.
Q. Fabius.
P. Decius.
P. Cornelius Dolabella, et G. [d] Domitius.
C. Æmilius.
M. Curius.
C. Genutius.
Appius Claudius.
G. Cornelius, et C. Duilius.
C. Atilius Regulus.
M. Æmilius [e].
A Q. Lutatius.
T. Sempronius, et P. Cornelius.
Q. Fulvius.
C. Licinius.
Scipio [f] Africanus.
M. Cato.
C. Flaminius.
M. Cato.
Tiberius Gracchus.
P. [g] Longinus, et L. Licinius.
Paulus Æmilius.
Q. Fulvius Flaccus.
L. Opimius, Q. Maximus.
P. Scipio, L. Calpurnius.
L. Cassius, C. Marius.
B L. Martius, Sext. Julius.
L. Sylla, Q. Pompeius.

## NOTÆ.

nihil propositum ejus spectent, omnino si recensere voluisset, ante Larcium dictatorem laudasset. Addunt porro vetus editio, et Scaliger duo alia hæc nomina, *Marcus Cneius*, quæ opinor M. Fabium Vibulanum, et Cn. Manlium Cincinnatum notant, quorum ille oblatum a Senatu triumphum de Etruscis repudiavit, ob collegæ, qui in pugna cecidit, funestam memoriam : neque satis huc jure pertinent. Præterea et decemviris iidem libri tribunos præponunt, quos Eusebius hic quidem plane tacet, in Chronico autem post decemviros continuo memorat.

[a] Magnus iste M. Furius Camillus, qui conditor alter Romæ vocatus est, et censor, et tribunus militum, et dictator V fuit, numquam creatus est consul : ut hoc ipso argumento etiam intelligas, consulare laterculum hoc non esse, quippe quod eos etiam, qui numquam consules exstiterunt, contineat.

[b] Hic si ex dictatorum putandus est numero, Manius est, non Marcus Valerius : neque ad hæc, sed ad superiora centum ferme annis tempora pertinebat. Est adeo verosimilius, dici Marcum Valerium Poplicolam, qui tametsi dictator non fuerit, fuit tamen alter ab Dictatore, sive Magister Equitum, atque hoc proprie loco venit, sive ad an. U. C. 395. Ejus dignitatis unum atque alterum infra Eusebius, pro dictatoribus nominat.

[c] Scaliger, et vetustiores editi libri *Decium* hic interserunt, non eum, quem tertio habes ab hoc nomine, et magister equitum fuit, sed facile seniorem illum P. Decium Murem, qui se pro Romani exercitus victoria devovit sub ipso T. Manlio Torquato dictatore tertium.

[d] Haud satis intelligo, cur Dolabellæ, quem penes Gallici belli perfecti decus fuit, utque par credere est, maxime insignis triumphus, jungatur collega Domitius : eo autem minus intelligo, cur econtrario unus subsequens Q. Æmilius Papus nominetur, prætermisso collega C. Fabricio Luscino, cui triumphum, puta de Etruscis, et Gallis, Capitolini ipsi Fasti ascribunt. Pari pacto mox C. Genucius scribitur, pro collega suo Q. Fabio Gurgite, qui de Samnitibus, Lucanis et Bruttiis, ut laudatæ Capitolinæ tabulæ testantur, triumphavit. Fortasse autem ita ferebant, quibus usus est auctor noster, Latina monumenta : cætera enim propositum tenere eum constat.

[e] Pro M. isto Æmilio cognomento Barbula, distincte, duos alios singillatim nominat cum vetere editione Scaliger, *Manlium*, et *Fabium*. Qui subsequitur *Q. Lutatius*, perperam in Pontacena Edit. *Lentatius* scribebatur. Rursum pro *P. Cornelio*, qui Sempronio hic jungitur, Scaliger juxta veteres Editt. *Valerium* seorsum substituit, moxque pro *C. Licinio* duos alios distincte, *Lucium*, *Caium* : quod monuisse satis sit neque enim, hæc persequi diligentius libet.

[f] Cognomentum *Africani* hic tacent laudati veteres libri, et Scaliger, ut id nempe temporis, quo nondum illud fuerat assecutus, designent : addunt enim paulo post, nominibus aliis consulum interjectis, quæ huc minime pertinere videntur, et in Pontacena editione, aliisque libris non sunt. Illi ad hunc habent modum, *Scipio*, *Flaminius*, *M. Paulus*, *Terentius*, *Scipio Africanus*, *Q. Flaminius*, *M. Cato*, *Tiberius Gracchus*. Nostra quod interest, sane alterum M. Catonis nomen, quod otiose hic repetitur, mallemus expungi, tum pro C. Flaminio, Quinctium Flaminium legi. Cætera confer cum Sigonii Fastis.

C [g] Hinc vero ad finem usque catalogi, alia ferme series est nominum in laudatis modo libris, ad hunc modum : *Popilius* ( vetus edit. *Publius*, *Licinius*, *Longinus*, *Licius Paulus Æmilius*, *Licinius* (vet. edit. *Lucius Aulius Lucinius*), *Lucius Censorinus Marcius* (vet. edit. *Mares*), *Servius Flaccus Fulvius*, *Quintus Lucius Cæcilius Metellus*, *Quintus Mucius*, *Fabius Quintus* (vet. edit. addit *Marcus*) *Publius*, *Lucius Calpurnius*, *Caius*, *Quintus Cæpio* (vet. edit., *Scipio*), *Manlius*, *Julius*, *Lucius Marcius*, *Sulla*, *Marius Caius* (pro *C. Marius*), *Pompeius*, *Marcellus*. Neque porro utra verior sit, disputamus : satis enim ex utraque recensione liquet, quod diximus, non consulum, sed eorum qui primas in reipublicæ negotiis obtinuerunt, seriem institui. Hæc autem ipsa exemplarium dissimilitudo manifesto indicat depravatum hic in fine atque interpolatum catalogum, quibus vitiis neque isthæc, quam retinemus, Pontacena recensio caret, qua nominibus, quæ huc minime pertinebant, temere intrusis, qua eorum depravata scriptura, luxatoque ordine. Nec sane Eusebius Longinum Licinio

D junxerit, sed hunc modo memorarit, qui sexennio post consulatum de Lusitanis, ut Fasti Capitolini testantur, triumphavit : perperam alius qui par consulum exhibere voluit, Longinum collegam addidit. Novo autem errore id ipsum cumulavit, prænomen quod Licinii erat, Longino dedit, et Licinium, cui fuerat prænomen Caius, Lucium appellavit. Ad hunc fere modum peccant et cætera, quæ hinc subsequuntur, consulum paria. Contra enim Eusebii mentem Q. Fabio Maximo L. Opimius, P. Scipioni Africano L. Calpurnius, C. Mario L. Cassius, qui et rem infelicissime gessit, juncti sunt præpostera ejus cura, qui ad consularis laterculi instar postremam hancce catalogi partem consarcinavit. Sexti quoque Julii, qui neque in Scaligeriana, neque aliis editionibus additur, demum et Q. Pompeii, qui occisus in magistratu est a militibus, nomina ab eadem studiosi manu fuisse arbitror intrusa : Eusebium vero in Sulla dictatore perpetuo desiisse.

| IMPERATORES ROMANORUM: | ΡΩΜΑΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΣ. |
|---|---|
| C. Julius Cæsar an. 4, menses 6 | [e] Γαῖος Ἰούλιος Καῖσαρ ἔτη δ' |
| Augustus Cæsar an. 56, menses 6 | Καῖσαρ Αὔγουστος νζ' |
| Tiberius 23 | Τιβέριος κϐ' |
| C. Caligula an. 3, m. 10 | [f] Γάϊος Καλλιγούλας ἔτη γ', μῆνας ι'. |
| Claudius an. 13, m. 8 [a], d. 28 | Κλαύδιος ιγ' |
| Nero an. 13, m. 7, d. 28 | Νέρω ιγ' |
| Vespasianus an. 9, m. 11, d. 22 | Οὐεσπασιανὸς ι' |
| Titus Vespasianus an. 2, m. 8 | Τῖτος Οὐεσπασιανὸς β' |
| Domitianus an. 15, m. 5 | Δομετιανὸς ιε' |
| Nerva an. 1, m. 4 | Νέρουας α' |
| Trajanus an. 19, m. 6 | Τραιανὸς ιθ' |
| Hadrianus 21 | Ἀδριανὸς κα' |
| Antonius Pius cum filiis Aurelio et Lucio an. 22 [b], m. 3 | Ἀντωνῖνος ὁ ἐπικληθεὶς Εὐσεϐὴς σὺν τοῖς παισὶν Αὐρηλίῳ καὶ Λουκίῳ κγ' |
| M. Antoninus, qui et Verus, et L. Aurelius Commodus a. 19, m. 1 [c] | Μάρκος Ἀντωνῖνος ὁ καὶ Οὐῆρος, Λούκιός τε Αὐρήλιος ὁ καὶ Κόμμοδος ιθ' |
| Commodus 13 | Κόμμοδος ιγ' |
| Helvius Pertinax m. 6 | Ἑλουΐος Περτίναξ μῆνας ς' |
| Severus an. 18 | Σεουῆρος ἔτη ιη' |
| Antoninus Caracalla [d] 7 | Ἀντωνῖνος ὁ ἐπικληθεὶς Καράκαλλος ἔτη ζ |
| Macrinus Annos 1 | Μακρῖνος α' |
| M. Aurelius Antoninus 4 | Ἀντωνῖνος Αὐρήλιος δ' |
| Alexander Mammeæ filius 13 | Ἀλέξανδρος ὁ Μαμμαίας υἱός ιγ' |
| Maximinus 3 | Μαξιμῖνος θ' |
| Gordianus 6 | Γορδιανὸς ς' |
| Philippus 7 | Φίλιππος ζ |
| Decius an. 1, m. 3 | Δέκιος β' |
| Gallus et Volusianus 2 | Γάλλος καὶ Βολουσιανὸς β' |
| Valerianus et Gallienus 15 | Οὐαλεριανὸς καὶ Γαλιηνὸς ιε' |
| Claudius an. 1, m. 9 | Κλαύδιος α' |
| Aurelianus an. 5, m. 6 | Αὐριλιανὸς ς' |
| Tacitus m. 6 | Τάκιτος μῆνας ς' |
| Probus an. 6, m. 4 [g] | Πρόϐος ἔτη ς', μῆνας δ' |
| Carus cum filiis Carino et Numeriano 2 | Κάρος σὺν τοῖς παισὶ, Καρίνῳ καὶ Νουμεριανῷ β' |
| Diocletianus 20 | Διοκλητιανὸς κ' |
| Galerius 2 | Γαλέριος β' |
| Constantinus an. 30, m. 10 | Κωνσταντῖνος ἔτη ζ, μῆνας ι' |
| Constantinus, [h] Constantius, et Constans an. 24, m. 3, d. 13 | |
| Julianus Apostata an. 2, m. 8 | |
| Jovinianus m. 8 | |
| Valentinianus, et Valens an. 13, m. 5 [i]. | |

## NOTÆ.

[a] Scaliger pro *octo* scribit *novem* menses, totidemque infra pro *undecim*; in Vespasiano Tito autem duos tantum pro *octo* tribuit.

[b] Falso Pontacus viginti tres annos et quod excurrit Antonio Pio asserebat, cum etiamsi rationes ineas a die, qua imperii collega asscitus est ab Hadriano, nonnisi dies undecim supra vigesimum tertium annum regnarit. Verius autem ab Hadriani morte supputandum est, a quo annos 22, menses 7, dies 26, imperium obtinuit. Restituimus adeo nos juxta Scaligerum, aliosque libros, *annos* 22, cætera ad Eusebii, sive Hieronymi rationes, prout erant, remanere passi. Græcum laterculum suo more absolute viginti tres numerat, quo scilicet anno, tametsi dumtaxat incepto, aut certe non expleto, obiit.

[c] Illud, *mense uno*, quod ipsemet in Chronico addit Eusebius, in Pontacena autem editione hic desiderabatur, suffecimus et nos post Scaligerum, ac vetustiores editiones. Re etiam ipsa, tametsi non integro mense, diebus saltem undecim, imperii annum undevicesimum supergressus est M. Aurelius, quod ex historicorum testimoniis, et cum primis ex Julio Capitolino colligitur. Alterum ab hoc nomen vitiose in antea editis *Ælius Pertinax*, pro *Helvius*, etc. dicebatur.

[d] Sex tantum annos Caracallæ tribuunt cum veteres aliæ, tum Latina Scaligeri editio; quod est quidem vero propius, si Dionis, qui tunc temporis vivebat, testimonio omni propemodum exceptione majori stemus, ubi eum tradit libro LXXVIII supra sex annos, non nisi duobus mensibus, totidemque diebus regnasse. Spartianus tamen, quem hac ipsa de causa Pagius reprehendit, sibique minime constare ait, longius multo tempus illud protrahit: licetque dubitare, num ex ejus sententia Eusebius quoque supputarit.

[e] Ab Syncello, qui de more totidem fere Eusebium verbis descripsit, hoc quoque Romanorum imperatorum laterculum excersimus a pag. 250 Venet. edit. ad finem usque ejus chronographiæ, quæ in Diocletiano desinit.

[f] In hoc sæpe ab Eusebianis, ex Latina saltem interpretatione, calculis abludit Syncellus, quod menses qui solidos annos exsuperant, tacet: quamquam id malim ego plerumque librariorum potius quam auctoris oscitantiæ tribui. Alias si levis dierum, aut unius alteriusve mensis sit defectus, absolute illud spatium pro anno supputat. Primum hic vides in Claudio ac Nerone, alterum in Vespasiano atque aliis, quæ loca singillatim expendere, non vacat.

[g] Scaliger *tres* tantum menses pro *quatuor* ascribit; ac refert ipse etiam Cassiodorus, aliquot dumtaxat dies supra sextum annum tresque menses Probum imperium obtinuisse. Absolute autem *quatuor* supputat Syncellus in Græco laterculo, quamquam Scaliger tantum ἔτη ς', *annos sex* apposuerit.

[h] De suo, quæ post Constantini Vicennalia subsequuntur, Hieronymum adtexuisse ad Valentis usque necem, sive consulatum ejus VI et Valentiniani iterum, nemo est, qui ignoret.

[i] His subdit continua serie Parmensis ms. longa lacinia ἀνακεφαλαίωσιν hactenus descriptorum tem-

j Legit in Græco Scaliger ἔτη β', quod est quidem nedum Eusebianis rationibus magis consentaneum, sed etiam historicorum testimoniis, ex quibus colligere est, aliquot etiam menses supra duos annos Claudium regnasse. Verosimilius hic tamen videtur, Syncellum cum hæc ab Eusebio describeret, menses ab eo annotatos præteriisse, aut certe scribarum incuria ex ejus postmodum libris excidisse.

porum, rerumque epitomen ac summam juxta varias auctorum supputationes. Quæ licet Eusebii, aut Hieronymi manifesto non sint, sed de suo studiosus nonnemo assuerit : quod tamen in aliis quoque libris, quos Pontacus vidit, priore saltem ex parte, atque ea etiam paulo emendatius hic habeantur, digna visa res est, hoc loco, prout se habent, repræsentare.

*Continet itaque omnis Canon secundum Hieronymum.*

an. MMCCCXCV

*Item secundum Veteres.*

| | | |
|---|---|---|
| Ab Adam usque ad diluvium | an. | MLXX |
| A Diluvio usque ad Abraham | an. | MLXX |
| Ab Abraham usque ad Ægyptum | an. | DV |
| Moyses | an. | XL |
| Jesus | an. | XXVII |
| Ab excessu Jesu usque ad Samson fuit populus sub Judicibus | an. | CCCXCIX |
| Samson Judex | an. | XX |
| Heli sacerdos | an. | XL |
| Saul rex | an. | XL |
| David | an. | XL |
| Salomon | an. | XL |
| Roboam | an. | XVII |
| Abiud | an. | VI |
| Asaph | an. | XL |
| Josaphat | an. | XL |
| Joram | an. | XXV |
| Ochozias | an. | XIX |
| Jocbolia | an. | I |
| Joas | an. | VIII |
| Amesias | an. | XL |
| Ozias | an. | XXIX |
| Joathan | an. | LII |
| Achaz | an. | XVI |
| Ezechias | an. | XXVIII |
| (*Hoc rege urbs Roma condita est.*) | | |
| Manasses | an. | LV |
| Amos | an. | II |
| Josias | an. | XXXI |
| Joachas | mens. | VIII |
| Eliachim | an. | XI |
| A Joachim | mens. | III |
| Sedechias | an. XI mens. | III |

*Item secundum Africanum, qui de temporibus et historiis Hebræorum et Græcorum, et Persarum, et Macedonum et Alexandrinorum, itemque Romanorum quinque libris omnia complexus est.*

| | | |
|---|---|---|
| Ab Adam usque ad Cataclysmum Noe | an. | MMCCXLII |
| A Cataclysmo Noe ad Abraham, et transmigrationem in terram Chanaam sunt | an. | MXV |
| Habitatio omnis generis Israel in terra Chanaam et in terra Ægypti | an. | CCCCXXX |
| Moyses in eremo | an. | XL |
| Jesus Nave, et qui post ipsum Presbyteri | an. | LV |
| Judicum, et sine principibus, et pacis tempore | an. | CCCCXC |
| Sacerdotum et Judicum | an. | XC |
| Regum Hebræorum | an. | CCCCXC |
| Captivitatis et destructionis Jerusalem | an. | LXX |
| Persarum regum | an. | CCXXX |
| Macedonum principatus cum Alexandrinis et Ptolemæis. | an. | CCC |
| B Imperium Romanorum usque ad Salvatorem, et resurrectionem ejus | an. | LXXIV |
| In se omnes anni in tempus supradictum | an. | MMMMMDCCXXVI |
| Exinde ad Imperium Alexandrinorum, hoc est, * Moricaviti, qui et Antonius cognominatus est | an. | CLXXXIV |
| Et in Gallum quintum, et Volusianum | an. | XXXI |
| Fit summa omnis in Cons......... § § § | an. | MMMMMDCCLXXIII |

Secundum cursum Solis et XII menses : secundum autem Lunares menses et computationem Hebræorum, qui faciunt in se menses XII, D.XI et quadrante a delectione facta : qui et fiunt anni Lunares CLXXXV in se an. MMMMMDCCCCXX. MX

| | | |
|---|---|---|
| Item ex Consulatu Galieni, et Volusiani usque in Consulatum Limenii et Catulini | an. | CXVIII |

Fit summa omnis an. MMMMMDCCCXXVIII secundum cursum Solis.

| | | |
|---|---|---|
| Item a Liminio et Catulino usque in Consul. Mamertini, et Nevitæ Cons. | an. | XIII |
| Omnis summa | an. | MMMMMDCCCLI |

* Placuit hoc retinere, quemadmodum in ms. habetur nominis monstrum : et quoniam impressam antea alibi hanc periocham non habemus, quo et legenda, et accipienda sit sensu, hic seorsum explicare. Voluit, puto, hujus assumenti Auctor illud temporis annotasse, quo Heliogabalus imperio potitus est : quod cur Alexandrinorum, seu potius Alexandrorum dixerit, facile intelliges ex Herodiano lib. v, c. 7, Lampridio, Eutropio, atque aliis. Istud C vero *Moricaviti*, compendiaria partim, ac partim mendosa scriptura est, pro tribus distinctis nominibus, ut affirmare nullus dubito, id est, *Marci Aurelii Aviti*, quo cognomento discimus ex Dione Helagabalum fuisse appellatum. Liquet ex ipso litterarum nexu, ubi et *o* scribitur solemni pronuntiationis vitio pro *au*, veræ, quam diximus, scriptionis ratio : cætera, si libet, ex laudatis modo auctoribus potes ediscere.

# INCIPIUNT REGNA COMPARARI.

| [a] *Regnum* [b] *Assyriorum.* | *Regnum Sicyoniorum.* | *Hebræorum gentis exordium.* | *Regnum Ægyptiorum.* |
|---|---|---|---|
| Primus omni Asiæ, ex- | In Græcia vero secundus | In hujus [c] Nini imperio | Porro apud Ægyptios XVI |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Πρῶτος ἦρξε Νῖνος ἁπάσης τῆς Ἀσίας, πλὴν Ἰνδῶν ἔτεσι νβ'. Syncellus pag. 51 edit. Ven.

Σικυωνίων δεύτερος, ἐβασίλευσεν Εὔρωψ ἔτη με'. Κατὰ τὸ κβ' ἔτος Εὔρωπος τούτου γεννᾶται ὁ παρ' Ἑβραίοις Ἀβραάμ. Idem pag. 81.

Νίνου τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων τεσσαρακοστὸν τρίτον ἄγοντος ἔτος τῆς βασιλείας γεννᾶται Ἀβραάμ. Ex Syncello pag. 52 et pag. 100. Τὸ πρῶτον ἔτος Ἀβραὰμ κατὰ τὸ μδ' ἔτος Νίνου.

Παρ' Αἰγυπτίοις ἑκκαιδεκάτη δυναστεία Θηβαῖοι βασιλεῖς πέντε, οἳ καὶ ἐβασίλευσαν ἔτη ρς'. Idem pag. 49.

## NOTÆ.

[a] Habemus nunc, præter laudatos in præcedenti editione nostra veteres mss. libros, alterum, eumque optimæ frugis ac notæ, quem de Lucensi Bibliotheca ms. eruditissimus P. Jo. Dominicus Mansi, nunc illustriss. Lucensis episcopus peculiari Commentario edisseruit, et Caroli Magni sæculo perscriptum prodit. *Primis autem*, ait ipse, *mulctatus est foliis injuria temporum et cum titulo universi operis totum pariter* PRÆLUDIUM, *cum præfatione interpretis, auctorisque Græci deperdidit.* Exordium est: *Primus omnis* (sic) *Asiæ regnavit Ninus*] *Beli filius annis* LII. *Hujus* XLIII *imperii anno natus est Abraham.*

[b] Ostendimus ad Assyriorum regum recensionem unius Ctesiæ, auctoris οὐκ ἀξιοπίστου, ut ait Aristoteles Hist. Anim. lib. VIII, ac cætera levissimi, fide niti tantam illam Assyriaci regni antiquitatem, quam noster Eusebius, aliique ante et post eum jactant. His opposuimus Herodotum, qui solos quingentos et viginti annos Assyriis usque ad Medorum defectionem tribuit lib. I, cap. 95, quocum amice conspirat Appianus Alexandrinus in præfatione, et cujus sententia conformis unice est sacro textui, et communibus Historiæ, rerumque humanarum rationibus consentanea. Neque enimvero eos moramur, qui supplendam ibi volunt numeri millenarii notam, ut dixerit mille quingentos viginti; quorum opinationi obstant Herodotei libri omnes, et cum primis mss. qui eo loci nihil variant: multo autem magis testimonium Diodori Siculi, quem constat ex lib. II, pag. 83, ad illa Herodoti verba, suo ævo sive ante hos mille septingentos atque amplius annos, numerum illum millenarium in ejus codicibus non invenisse. Herodoti locus hic est: Ἀσσυρίων ἀρχόντων τῆς ἄνω Ἀσίης ἐπ' ἔτεα εἴκοσι καὶ πεντακόσια, πρῶτοι ἀπ' αὐτῶν Μῆδοι ἤρξαντο ἀφίστασθαι, etc. *Cum Assyrii annis quingentis viginti superiorem Asiam obtinuissent, primi Medi ab ipsis deficere cœperunt.* Colligimus inde, diu post Abrahamum jacta prima esse Regni Assyriaci fundamenta: siquidem primus numeri Herodotei annus Vocatione ejus in Charan, si probe rationes ineantur, septingentis ferme annis posterior est, nedum, quod Eusebius ponit, quadragesimo tertio anno, ex quo Ninus imperium obtinuit, ipse natus est Abraham. Reipsa floruit eo tempore, quo Herodotus regnum Assyriorum auspicatur, Ninus ac Semiramis: ut bene secum ille constet, et, quod auctores quoque alii testantur, Argon Nini filius, primus rex Lydorum ex Heraclidis fuerit. Proinde ut altius, vera ejus regni primordia ab Assur repetenda sunt, quem certissimo testimonio Moyses tradit Genes. XXV, 3, ex terra Senaar egressum, Ninivem condidisse. Fuit vero ille, ut plerique interpretes tradunt, Semi filius, ut vero aliis placet, Abrahami pronepos per Chethuram, atque ea circa tempora, quibus ingressus est Israel Ægyptum: annis videlicet post Abrahamum ferme trecentis. Nec tamen adhuc existimandum est regnum Assyrium proprie constitisse. Factum hoc serius multo, postque alios annos supra trecentos, atque adeo post Mosis ætatem: ad quod tempus tum Epocha Herodoti, tum quæ de Nino ac Semiramide narrantur, referri possunt. Nam etsi de eorum ætate non usque adeo inter se consentiant scriptores boni: sic tamen existimo in hoc veteris memoriæ genere, iis qui minora cæteris perhibent, magis esse adhibendam fidem. Præterea autem argumentum ex Argone, et quod narrat Syncellus, visum nonnullis, e quorum numero Castorem laudat, Ninum μετὰ Σαρδανάπαλον κρατῆσαι τῆς Ἀσσυρίων ἀρχῆς, *post Sardanapalum Assyriorum imperium obtinuisse.* Propius certe vero Justinus lib. I, cap. 1. de Nino loquens, *Fuere quidem*, inquit, *temporibus antiquiores Sesostris Ægypti, et Scythiæ rex Danaus, quorum alter in Pontum, alter usque Ægyptum excessit.* Et Sesostris quidem quo tempore vixerit, bene ad mentem Manethonis docuit Hecatæus Milesius apud Diodorum in Excerptis Photianis, ubi Danaum ejus fratrem et Cadmum præcipuos alienigenarum duces memorat, qui cum ejectis ab Ægypto in Græciam navigarunt. Sunt adeo qui Semiramidem æqualem, aut certe paulo antiquiorem Trojanis temporibus fuisse dicunt, ei que supparem faciunt Sanchoniathonem scriptorem Berytium, ut Porphyrius, apud Eusebium Præparat. Evang. lib. I, 9. Atque idem tempus colligere est ab Epocha Babylonis, quam et Curtius narrat, plerosque credidisse non a Semiramide conditam, sed a Belo. Stephanus Byzantinus, Βαβυλὼν, inquit, Σεμιράμιδος ἦν ἀρχαιοτέρα ἔτεσι χιλίοις δύο, ὡς Ἑρέννιος. *Babylon duorum annorum millibus Semiramide antiquior fuit, quemadmodum Herennius Philo.* Pro hoc numero nonnulli interpretantur *mille et duos* annos: quod quidem si propius ad historicam analogiam accedit, longius tamen ab auctoris sensu ac phrasi abludere, nemo non sentit. Econtrario Eustathius ad vers. 1006 hunc ipsum Stephani locum totidem verbis describens, pro χιλίοις δύο legit χιλίοις ὀκτακοσίοις, *mille octingentis:* quod satis indicio est neutram lectionem veram esse; atque adeo, si ex ingenio liceat, quod vere scriptum ab Herennio credimus, restituere, malim equidem levissima litterarum mutatione, partim ab Stephano, partim ab Eustathio rescribi, χιλίοις διακοσίοις, *mille ducentis.* Certe nihil verius hac temporis nota suppetit nobis ex illa historia. Ut ut vero sit, ex laudatis hisce testimoniis jam liquet, falsam plane esse illam regni Assyriaci antiquitatem, quam, ut Babylonem a Semiramide exstructam significaret, Ctesias primo commentus est, alii dein temere crediderunt. Et cum ex hac ipsa sententia Eusebius noster rationes suas derivarit, cavendus Lectori error fuit, ac sciendum, tantum a vero abesse quod ille ponit operis sui παράπηγμα, natum vigesimo tertio Nini anno Abrahamum, ut econtrario septingentis fere annis Abrahamo Ninus posterior sit.

[c] Recole quæ superius ad filum Assyriorum, de vera Nini ætate septingentis post Abrahamum annis

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* |
|---|---|---|---|
| ceptis Indis, [a] Ninus Beli filius regnavit annis LII. Quem [b] Belum Assyrii deum sibi nominaverunt. Hujus Nini XLIII anno imperii sui natus est Abraham. | [c] Sicyoniis imperavit Europs annis XLV. Cujus regni XXII anno natus est Abraham. | apud Hebræos nascitur Abraham, qui cum centum esset annorum genuit Isaac. Cujus Abrahæ erat annus primus tunc, cum imperii Nini quadragesimus tertius. | potestas erat quam vocant dynastiam [d] quo tempore regnabant Thebæi, qui præfuerunt Ægyptiis annis CXC. |

## NOTÆ.

statuenda diximus. Unum hic monere præstat, Eusebium annorum caput ab autumno deducere juxta Antiochenorum, atque Alexandrinorum morem, quod Petavius tomo secundo de Doctrina temporum certis argumentis demonstravit, quæ ut recolas, auctor sum. Porro neque hic cognoscit Parmensis ms. longam istam epigraphem, pro qua tantum habet: *Hebræorum regnum. Regnante Nino, apud Hebræos nascitur Abraham.* Scaliger demum ipse brevioribus multo verbis regnorum hæc fila inscripsit: puto autem, ad concinniorem, pro arbitratu suo formam potius quam ad mss. fidem.

[a] Accepit hæc Eusebius ex Diodoro, qui ea pridem ex Ctesia acceperat. Nec tamen ille primum, qui omni Asiæ regnarit, etc. Ninum dixit, sed primum inter eos, quorum consignata est Historicorum scriptis, memoria, Τὸ παλαιὸν, inquit lib. II, init., *κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον ἐγχώριοι βασιλεῖς, ὧν οὔτε πρᾶξις ἐπίσημος, οὔτε ὄνομα μνημονεύεται. Πρῶτος τῶν ἱστορίᾳ καὶ μνήμῃ παραδεδομένων ὁ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς Νῖνος* κ. τ. λ. *Antiquitus Reges indigenas, quorum nec facta inclaruere, nec nominis memoria durat, Asia habuit. Primus ex his, quorum facta historiæ ac litteris tradita sunt, Assyriorum Rex Ninus,* etc. Nihilosecius adeo illa Eusebii apud plerosque omnes sententia obtinuit, ut dicere nihil dubitet S. Interpres in Comm. ad Osee II: *Primum omni Asiæ regnasse Ninum Beli filium, omnes et Græcæ, et Barbaræ narrant historiæ; qui apud Assyrios Ninum, sui nominis condidit civitatem, quam Hebræi vocant Ninive.*

[b] Atque hoc quidem omnes, nec ipso Herodoto, quem cæteris in hac historia omnibus præferimus, excepto, tradunt pari consensu, Ninum Beli filium exstitisse. Ex his autem quæ hactenus disputata sunt, jam tenes, Belum illum non Babylonium, sive Nimrodum posse credi, sed longe recentiorem alium, eumque Assyrium, cum notum præterea sit, plures fuisse per Orientem Belos, eo ferme modo quo in Græcia Joves. Atvero non videtur ex auctorum, qui hæc tradiderunt, mente distinctio isthæc Beli Assyrii a Babylonio; et cum tamen addat noster Eusebius, eum Belum Assyrios deum sibi nominasse, recentiores vero Critici, Assurem hunc existiment, gentis regnique ejus auctorem, in deos relatum, verosimillimum quoque est, non in sensu proprio dici Ninum Beli filium, sed ab eo quod Assyrii patrium Idolum venerabantur, se Ninum *κατ' ἐξοχὴν*, id est, *filium* nominasse, tum ob alias causas, cum præcipue ut Chaldæorum, aliarumve gentium, quas recens subegerat, sibi animos devinciret. Observatum quippe ante nos satis recte, ex Hebraico בן, quod est, *filius*, nomen istud derivari, scitumque illud præterea, moris fuisse regum Babyloniæ natales suos ad Belum, בעל, quod est, *deum*, referre. Nihilosecius verba isthæc *Beli filius* in nullo ex antiquis Palatinis codicibus, teste Schurzfleischio, inveniuntur, quæ neque in Græco sunt penes Syncellum textu. Parmensis econtrario pericopen illam, *Quem Belum Assyrii Deum sibi nominaverunt*, tacet. Verum et libri alii omnes, et qui olim magnam partem hujusce Chronici ex Hieron. interpretatione descripsit, S. Aug. de Civ. Dei agnoscunt, ac probant.

[c] Pari hæc ferme pacto hypothesis Eusebiana peccat, atque illa regni Assyriorum, quam hactenus, quoad ejus fieri per Notarum angustias potuit, falsam ostendimus. Tantum enim abest, ut vigesimo secundo Europis anno natus sit Abraham, ut hic

A potius immani quingentorum ferme annorum spatio illum præcesserit, quo jam tempore multum vereor, an exstiterint in Græcia homines, nedum regna, regumque successio instituta. Hoc tamen palmare illud est, quod astruere conatur Eusebius hoc opere, quemadmodum in Præfatione pluribus edisseruit contra eruditissimorum ante se hominum sententiam: qua de causa acri eum stylo Syncellus insectatur. Hausit autem ille tantam Sicyoniorum vetustatem a Castore, aut alio quopiam fabulatore Græco; quibus faciles nimium aures præbuit. Verum historica analogia, ac veterum melioris notæ auctorum testimonia probant, ejus regni initium ad Phoronei demum tempora referendum: cujus sententiæ summa hæc est ratio: Ægialeus, quem primum Sicyoniis imperasse, ne ipse quidem Eusebius diffitetur, filius fuit Inachi ex Melissa, et Phoronei frater, quod luculentissime tradit Apollodorus Bibliothec. lib. II, initio: ne de Syncello nunc dicam, qui paulo serius ipsum Ægialeum differt, Inachi quidem filium B eum asserendo, sed fratrem Apidis, qui Phoronei filius fuit et successor. Porro Inachum Justinus Martyr, Tatianus Africanus, aliique vetustiores Eusebio Chronologi supparem Moysi faciunt: ac diserte Clemens Alexandrinus lib. I Stromatum cum exitum Hebræorum ex Ægypto, duce Moyse, ad tempora Amoseos Ægypti regis, et Inachi Argivi retulisset, addit: *Exstitit autem in Græcia tempore Phoronei, qui post Inachum fuit, diluvium Ogygium, et regnum Sicyonis, cujus primus rex fuit Ægialeus.* Hoc porro propius multo est ad fidem, quam quod Eusebius contra receptam antiquiorum sententiam comminiscitur. In Parmensi ms. pro tota ista pericope: *In Græcia vero secundus*, usque *natus est Abraham*, hæc tantummodo habentur verba, quæ et veriora videri possunt: *Europs apud Sicyonios rex* II *regnat annis* XIV.

[d] De incerta penitus, ac plusquam Cimmeriis tenebris involuta dynastiarum Ægypti historia, et C nonnulla nos ad præcedentem earum recensionem diximus, et proprio opere cl. Perizonius disputavit, quem adeo præstabit consulere, ne longiores æquo hic simus. At hoc sane congruenter atque erudite Eusebius in tanta opinionum fluctuatione et pugna, quod ab earum Decima sexta ducit initium, quam et recte cum Assyriorum imperio facit concurrere. Nempe ita superiores quindecim pro commentitiis ac fabulosis habuisse indicat, quæ juxta ejusmet rationes apud Syncellum (siquidem sibi successisse putandæ sint) supra ter mille ante Abrahamum annos continere debuissent atque adeo non solum universi orbis diluvium, a quo ad Abrahamum solos mille et septuaginta annos Scriptura enumerat, sed et ipsius mundi primordia longo intervallo supergredi. Ad hæc satis bene in exponendis Ægyptiorum rebus constat perpetuo sibi noster, cum econtrario reliqui omnes, qui eas tradiderunt, Manetho, Josephus, Julius Africanus, Syncellus, atque apud hunc D Vetus Chronicon, et Eratosthenes, tum Critici recentiores Marshamus, Perizonius, Vitringa, Cumberlandus, aliique multi, ita aut secum pugnent, aut diversi in diversa abeant, ut de certa aliqua notitia inde comparanda, conclamatum jam sit. Quæ unice e sacris Scripturis lux quædam affulget, Ægyptiorum regnum monstrat omnium fuisse antiquissimum, siquidem jam Reges habuisse, quo tempore advenit Abraham in Canaan, ex Genesis XII, 15, constat.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|
| 43 Ninus condidit civitatem [a] Ninum in regione Assyriorum, quam Hebræi vocant Ninivem, quæ [b] ad præsens Nisibis nuncupatur. | 22 Nino regnante apud Sicyonios, Primus Sicyoniis imperavit Ægialeus annis 52 a quo Ægialea nuncupata est, quæ nunc Peloponnesus vocatur. Post quem secundus, EUROPS, qui et prælatus est titulo. | 1 Regnante Nino apud Assyrios, novissimo ejus tempore [d] nascitur Abraham. . . . | 1 Nino regnante apud Assyrios, THEBÆI Ægyptiis imperant. | 1 |
| 44 . . . . . . . . . | 23 . . . . . . . . . | 2 . . . . . . . . . | 2 . . . . . . . . . | |
| 45 . . . . . . . . . | 24 . . . . . . . . . | 3 . . . . . . . . . | 3 . . . . . . . . . | |
| 46 . . . . . . . . . | 25 . . . . . . . . . | 4 . . . . . . . . . | 4 . . . . . . . . . | |
| 47 . . . . . . . . . | 26 . . . . . . . . . | 5 . . . . . . . . . | 5 . . . . . . . . . | |
| 48 Zoroastres [c] magus, rex Bactrianorum clarus habetur, adversus quem Ninus dimicat. | 27 . . . . . . . . . | 6 . . . . . . . . . | 6 . . . . . . . . . | |
| 49 . . . . . . . . . | 28 . . . . . . . . . | 7 . . . . . . . . . | 7 . . . . . . . . . | |
| 50 . . . . . . . . . | 29 . . . . . . . . . | 8 . . . . . . . . . | 8 . . . . . . . . . | |
| 51 . . . . . . . . . | 30 . . . . . . . . . | 9 . . . . . . . . . | 9 . . . . . . . . . | |
| 52 . . . . . . . . . | 31 . . . . . . . . . | 10 Abraham natione Chaldæus, primam ætatem apud Chaldæos terit. | 10 . . . . . . . . . | 10 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Νῖνος τὴν Νινευὶ τὴν μεγάλην ἔκτισε. Cedren. p. 15.

Σικυωνίων ἀρχὴ, ἧς πρῶτος ἡγήσατο Αἰγιαλεὺς, ἀφ' οὗ καὶ Αἰγιάλεια, ἡ νῦν Πελοπόννησος, τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο. Idem pag. 77.

Ἀβραὰμ Χαλδαῖος ὢν τῷ γένει τὴν πρώτην ἡλικίαν παρὰ Χαλδαίοις ἐτράφη. Syncell. pag. 78.

Κατὰ τοὺς χρόνους Ἀβραὰμ παρ' Αἰγυπτίοις ἑκκαιδεκάτη Δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευον Θηβαῖοι. Ced. p. 25.

## NOTÆ.

Tum illud etiam ex aliis Scripturæ locis, a Mizraimo (qui *Menes* in veteri laterculo dicitur, Syncello Μεστραὶν, fuitque Chami filius) Ægyptios ortos esse, nam et *regio chami*, Ægyptus in Psalmis audit, et Plutarchus de Iside, ἔτι, inquit, τὴν Αἴγυπτον Χημία καλοῦσι. Ab eo quæ condita dicitur *Thanitarum*, sive *Tanii* Dynastia, eadem facile videatur, quam sacer textus Zoan, sive Taneos vocat. Hæc porro omnium fuerit antiquissima : tametsi potuerint, ut ex animo quod sentio dicam, aliæ simul exstitisse, ac saltem prioribus decem totidem constitisse regna simul exsistentia, ita tamen ut alia aliis serius paulo inceperint, novisque suffectis pro fortunæ vicibus, desierint in XV, Diospolitanorum, a qua successisse sibi reliquas putare malim. Certe quo tempore ductus est Joseph in Ægyptum, unum dumtaxat regem totius regionis imperium obtinuisse ex Genesis XLIV compertum est. Verum hæc persequi disserendo, ut Lectori probentur, brevitas Notarum non patitur. Hæc autem ipsa Dynastia XVI, quam *Thebanorum* inscribit Eusebius, Syncello dicitur *Tanitarum* ex Vetere Chronico, Africano, *Græcorum Pastorum*, qua de re plura inferius dicenda erunt.

[a] Ab Assure Ninivem conditam, non a Nino, ostendimus certissimo Scripturæ testimonio Gen. XI : *Ex hac terra postea egressus est Assur, et condidit Ninive, Rehohoth*, etc., quibus et Josephus concinit, et Chronicon Paschale. Proinde falsum omnino est, quo plerique nituntur, argumentum illud a nominis similitudine : cum minime sit a cognomine rege urbis derivandum nomen. Quin aliam esse innuimus supra regis atque urbis etymologiam : ita enim ille se *filium dei* Chaldæorum, sive Beli nominavit : hanc Hebraice, ut in sacro est archetypo נינוה, rectius libet interpretari, *filiam*, sive coloniam, *habitationis*, id est, habitationi commodam. Nimirum et colonia erat Ninive ducta ex Babylonia : quod in causa est, cur Moses hujus origini statim illius primordia subjungat. Legi autem potest et *Ninon* et *Ninya*, quod Scaliger magis probat, tametsi falso tribuat Massoretharum operæ quod maluerint vocari Νινευὶ, cum ita et ante Massorethas, et apud Ptolemæum scriberetur, atque iterum sub alia pronuntiatione *Nineve* apud Ammianum Marcellinum.

[b] Tametsi hanc pericopen, *quæ ad præsens Nisibis vocatur*, omnes, quot vidimus, libri addunt : vix adduci possum ut credam, ab ipso vel auctore operis, vel interprete adsutam, usque adeo videtur cæteris Geographis, qui de Nino, ac Nisibi, diversis scilicet urbibus, loquuntur, contraria. Enimvero Ptolemæus in Tabula urbium insignium Νίσιβιν ad Mesopotamiam, Νῖνον ad Assyriam refert. Stephanus tum ad vocem Ἀντιόχεια (ubi et Mygdoniam Antiochiæ, sive econverso vocatam Nisibin tradit, quod etiam Theodoretus et Nicephorus Hist. Eccl. lib. VIII, c. 14, testantur), tum propriis utriusque nominibus ac locis Νῖνον, ac Νίσιβιν diversas facit. Separat eas ab invicem Paschale etiam Chronicon, et ut alios prætermittam, Eustathius ipse ad Dionysium Periegetem vers. 775, pag. 136, in fine, Ὁ Γεωγράφος δὲ Ἀσσυρίους μὲν οἶδε τοὺς περὶ Βαβυλῶνα, καὶ τὴν κύκλῳ· ἔνθα καὶ Νῖνος πόλις καὶ Νίσιβις, ut minime admittenda sit illa docti viri conjectura, ἡ καὶ Νίσιβις. Cæterum de varia hujusce nominis scriptura, Νίσιβις et Νήσιβι, et Νισίβη, atque aliis, videsis Holstenii Notas in Dionysium, et Drusium ad Osee X.

[c] In tanta veterum inter se auctorum pugna de Zoroastris ætate in hoc sane plures consentiunt, quod Nini ævo, aut, quod idem ferme est, Semiramidis fuerit : ut si adeo recte nos hujus tempora investigamus, tum Zoroaster, in eadem quæ Nino tribuimus, plus minus incidat, nihil necesse sit plures cognomines Zoroastres comminisci, atque hæc ipsa temporum utriusque convenientia commentitiam Assyriorum antiquitatem novo argumento explodat. Illud porro luculentissime tradit, præter Eusebium nostrum, et Africanum penes Syncellum, Justinus lib. I, cap. 7, ubi, *Postremum illi* (Nino) *bellum cum Zoroastre rege Bactrianorum fuit, qui primus dicitur artes magicas invenisse*, etc. Cephalion quoque histori-

[d] Subtexit Scaliger haud scimus e quibus libris, neque enim quid simile in nostris invenimus : *Apud Hebræos usque ad nativitatem Abrahæ, computantur anni mille nongenti quinquaginta. Usque ad diluvium enim ab Adam, habent annos M. DC. LVI. Et inde usque ad Abraham CC. XC. III. Et ideo XL Jobelei a nativitate Abraham computantur. Unus enim Jobeleus quinquaginta anni sunt.*

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|
| *Assyriorum II, SEMIRAMIS, regnavit annis 42.* | | | | |
| 1 Assyriis imperavit uxor Nini Semiramis, de qua innumerabilia narrantur, quæ et Asiam tenuit, et propter inundationem aggeres construxit, plurima [a] Babyloniæ urbis instaurans. | 32 | 11 | 11 | |
| 2 | 33 | 12 | 12 | |
| 3 | 34 | 13 | 13 | |
| 4 | 35 | 14 | 14 | |
| 5 | 36 | 15 | 15 | |
| 6 | 37 | 16 | 16 | |
| 7 | 38 | 17 | 17 | |
| 8 | 39 | 18 | 18 | |
| 9 | 40 | 19 | 19 | |
| 10 | 41 | 20 | 20 | 20 |
| 11 | 42 | 21 | 21 | |
| 12 | 43 | 22 | 22 | |
| 13 ? | 44 | 23 | 23 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων β', ἐβασίλευσε ΣΕΜΙΡΑΜΙΣ ἔτη μβ'. Syncell. pag. 77.

Σεμίραμις ἡ διαβόητος πολλαχοῦ [Editi male ἡ πολλαχοῦ] τῆς γῆς, ἤγειρε χώματα προφάσει μὲν διὰ τοὺς κατακλυσμούς. Idem pag. 51.

## NOTÆ.

eus sub Adriano, Nini res gestas, γένεσιν Σεμιράμεως καὶ Ζωροάστρου Μάγου ad eadem retulit tempora. A Ctesias denique ipse, et qui eum sequitur Diodorus, lib. II, paria habent, tantumque in eo iste abludit, quod *Oxyartem* vocat, pro Zoroastre, nec magum dicit : ex toto autem contextu liquet, non de alio eum loqui Bactrianorum rege, quam isto, quem Zoroastrem magum alii nominant. Alterum quod spectat, sola veterum quorumdam, plane fabulosa de Zoroastris ætate testimonia in causa fuerunt, cur et olim Plinius lib. XXX, 1, dubitarit an *magus* sit idem cum *rege* Bactrianorum, postea Scaliger, et Bochartus duos contenderint exstitisse, Salmasius vero, et Lambecius tres, ut alios nunc prætercam, qui quatuor et quinque, immo, si diis placet, et sex inde exsculpere conati sunt. Verum ea testimonia cum ab omni veri specie atque universa gentium historia abhorreant immane quantum, doctos homines nihil morari debuisse dico, nullamque eis esse adhibendam fidem. Enimvero mundi primordia multis sæculis anteverlat necesse est, qui credat Hermippo et B Aristoteli apud Plinium, et Hermodoro Platonico apud Laertium in proœmio, tradentibus, quinque mille annos ante bellum Trojanum fuisse Zoroastrem : quam sententiam Plutarchus quoque lib. de Iside et Osiride laudat. Plus adhuc exaggerat Eudoxus apud eumdem Plinium, qui sex mille annos ante Platonis mortem floruisse eum scribit. Puto ego, fabularum architectos tantam Zoroastris vetustatem commentos, ut semel traditæ de Assyriorum immensa antiquitate opinioni suam quisque adtemperaret, et Nino de quo abnormia confixerant, simili mendacio atque ausu supparem facerent. Ilisce fabulis adcensendæ quoque sunt opiniones illæ tam variæ de Zoroastris persona, quam vel in Chamo Noæ filio, ut plerisque recentioribus placet, vel in Chus, ut Gregorio Turonensi, vel in Nimrodo, ut auctori Clementinor. quæ edidit Cotelerius, vel, ut alios taceam, in Mizraimo, in Assure, in Abrahamo, Balaamo, Moyse, et Pamphylio, et sexcentis aliis, C quos longo ordine Fabricius enumerat, contendunt repræsentari. Nam etsi ætatis, qua ille vixerit, pro sua quæque ratione notam includant, ipsa illa varietas tanta evincit, falsa omnia esse, meraque ingeniorum figmenta. Itaque nulla prior vero, ac dudum propositæ de Assyriorum ævo hypothesi magis consentanea sententia videtur illa Xanthi Lydii, qui, teste Suida, vixit sub Dario Hystaspide, cum Sardeis urbem Athenienses igne vastarunt : ut nemo sit, ex his quorum sive scripta, sive testimonia hac de re supersunt, eo antiquior, eaque de causa etiam dignior fide. Asserit porro ille conceptis verbis apud Laertium in Proœmio, εἰς τὴν Ξέρξου διάβασιν ὑπὸ τοῦ Ζωροάστρου ἑξακόσια ἔτη γεγονέναι : *ad Transitum Xerxis a Zoroastre annos sexcentos intercedere.* Equidem si dixisset, ἑπτακόσια, *septingentos*, qui numerus facillime permutari a librariis potuit, nihil esset quod nostris rationibus quadraret magis. Omnino autem, ut nihil immutemus, ita accipiendus est, sexcentos dixisse rotundo numero, ut proxime Trojanum bellum antecedat, ad quæ nos tempora, post annos scilicet septingentos ab Abrahamo, Nini ac Semiramidis historiam diximus superiori annotatione esse referendam. Jam si ab hoc nostro, qui parum prospere cum Nino conflixit, alius fuerit Zoroaster postmodum, multisque ab eo sæculis, sive ille Persomedus, ut dicitur Suidæ, sive Babylonius, quo magistro usum Pythagoram, narrat Apuleius in Floridis, nihil disputamus : tantum illud non omittimus in rem nostram celebre Arnobii testimonium lib. I : *Ut inter Assyrios et Bactrianos, Nino quondam, Zoroastreque ductoribus, non tantum ferro dimicaretur, et viribus, verum etiam magicis et Chaldæorum reconditis disciplinis, invidia hæc nostra fuit.*

[a] Minus recte, Scaliger *plurimas Babyloniæ urbes instaurans*, neque enim hic pro regione Babylonia, sed pro civitate sumitur : unde luculentius in Sichardi edit. *Babylonicæ urbis.* Noster Hieronymus in Osee cap. II : *Semiramis de qua multa et miranda referuntur, muros Babylonis exstruxit, de qua insignis Poeta testatur dicens:*

Quam dicitur olim
Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Cætera quæ huc spectare videntur, nimis multa sunt. Tute videsis Herodotum, Diodorum, Strabonem, Melam, Curtium, Plinium, Dionysium Periegetem, ejusque Scholiastem Eustathium, Stephanum, Suidam, etc., Syncellum quoque, et Chronicon Paschale cum Dufresnii notis.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|
| 14 | 45 | 24 | 24 | |
| | [a] *Sicyoniorum III, TELCHIN, annis* 20. | | | |
| 15 | 1 | 25 | 25 | |
| 16 | 2 | 26 | 26 | |
| 17 | 3 | 27 | 27 | |
| 18 | 4 | 28 | 28 | |
| 19 | 5 | 29 | 29 | |
| 20 | 6 | 30 | 30 | 50 |
| 21 | 7 | 31 | 31 | |
| 22 | 8 | 32 | 32 | |
| 23 | 9 | 33 | 33 | |
| 24 | 10 | 34 | 34 | |
| 25 | 11 | 35 | 35 | |
| 26 | 12 | 36 | 36 | |
| 27 | 13 | 37 | 37 | |
| 28 | 14 | 38 | 38 | |
| 29 | 15 | 39 | 39 | |
| 30 | 16 | 40 | 40 | 40 |
| 31 | 17 | 41 | 41 | |
| 32 | 18 | 42 | 42 | |
| 33 | 19 | 43 | 43 | |
| 34 | 20 | 44 | 44 | |
| | *Sicyoniorum IV, APIS, annis* 25. | | | |
| 35 | 1 A quo Apia, quæ nunc Peloponnesus, prius [b] Ægiales nuncupata. | 45 | 45 | |
| 36 | 2 | 46 | 46 | |
| 37 | 3 | 47 | 47 | |
| 38 | 4 | 48 | 48 | |
| 39 | 5 | 49 | 49 | |
| 40 | 6 | 50 | 50 | 50 |
| 41 | 7 Apud Cretam regnavit Cres primus indigena. | 51 Principium XLI [c] Jubilæi secundum Hebræos. Jobel autem apud eos quinquagenarius annus vocatur. Itaque juxta supputationem eorum ab Adam ad annum præsentem sunt anni 2000. | 51 | |
| | 8 | | | |
| 42 | | 52 | 52 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων γ΄, ἐβασίλευσεν ΤΕΛΧΙΝ ἔτη κθ΄. Sync. p. 81.

Σικυωνίων δ΄, ἐβασίλευσεν ΑΠΙΣ ἔτη κ΄. Idem ibid.

Τινὲς τὸν αὐτόχθονα Κρῆτα πρῶτον Κρήτης βασιλεῦσαί φασι... ὅτι τε εἷς ἐστιν τῶν λεγομένων Κουριτῶν, καὶ ὅτι Ζεὺς παρ' αὐτῷ κρυβεὶς ἐτράφη. Idem p. 83.

Ἀρχὴ τοῦ μα΄ Ἰωβηλαίου παρ' Ἑβραίοις· Ἰωβὴλ δὲ παρ' αὐτοῖς ἡ πεντηκονταετηρίς. ὡς εἶναι ἀπὸ Ἀδὰμ κατ' αὐτοὺς ἐπεὶ νγ΄ ἔτους Ἀβραὰμ ἔτη ,βα΄. Syncell. p. 79.

## NOTÆ.

[a] His quæ diximus de recta hujusce nominis scriptura superius ad istorum regum recensionem, addesis, præferri in Parmensi codice, *Sthelchim*, in aliis antiquis libris *Sthelchin*, in Sichardi editione *Selchim*.

[b] Nonnulli mss. *Ægyalis*, alii cum Parmensi *Ægyalia*. Pausanias, lib. II, cap. 5: Σικυώνιοι, inquit, περὶ τῆς χώρας τῆς σφετέρας λέγουσιν, ὡς Αἰγιαλεὺς αὐτόχθων πρῶτος ἐν αὐτῇ γένοιτο, καὶ Πελοποννήσου δὲ ὅσον ἔτι καὶ νῦν καλεῖται Αἰγιαλὸς ἀπ' ἐκείνου βασιλεύοντος ὀνομασθῆναι. *Sicyonii de regione sua hæc commemorant: exstitisse primum Ægialeum indigenam, ab eoque rege eam Peloponnesi partem, quæ Ægialus hoc etiam tempore nuncupatur, nomen accepisse*, etc., subditque statim de Api, *a quo tota regio, quæ intra isthmum est, fuerit Apia nuncupata*, ὡς τὴν ἐντὸς Ἰσθμοῦ χώραν Ἀπίαν ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι. Atque hæc quidem satis bene juxta Eusebium. Appollodorus autem lib. II, et Rhianus poeta apud Stephanum, non Sicyoniorum, sed Argivorum regem, et Phoronei filium Apin hunc faciunt.

Τοῦ δὲ κλυτὸς ἐκγένετ' Ἆπις,
ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.

Ad hæc Æschylus in *Eumenidibus* 266 facit eum advenam, qui ultra Naupactum venerit, et in *Supplicibus* ἰατρόμαντιν eum tradit fuisse, qui regionem a noxiis bestiis purgaverit, in cujus beneficii memoriam terra illa *Apia* vocata est. Liquet ex his, confundi passim apud Veteres tres cognomines reges, Apin Argivum, Sicyonium, et Ægyptium. Tu videsis præterea Hesychium, atque Etymologum in Ἄπια, Plinium quoque lib. IV, cap. 5, et e recentioribus Spanhemium pag. 370 Observatt. ad Callimachum.

[c] Nihil evidentius hoc loco ad probandum, quod contra receptam vulgo sententiam diximus ad hujusce libri Præfationem, Eusebium adeo non sequi calculos τῶν LXX, ut cum cætera Chronologiam suam post ea tempora exordiatur, quæ illi exaggerarunt, etiam ubi superioris ejus intervalli ab Adam meminisse oportuit, ab eoque rationes inire, minorem numerum, sive Hebræi codicis, non Græcorum supputationem prætulerit. Vide, si id potuit probari manifestius, quam ducto Jubilæorum initio ab Adamo, et quadragesimo primo Jubilæo in Abrahami quinquagesimum primum annum conjecto. Hoc tamen ipsum minime videtur Scaliger assecutus, qui cum aliis modis hic erratum esse ab Eusebio contendit, tum isto, quod suismet ipse rationibus contradicat, quas ex dinumeratione Septuaginta seniorum inierat. Nos hac de re, utpote manifesta, et de qua plura alias nec uno in loco diximus, nihil hic ad eam refellendam objectionem addemus. Sed neque illud multis confutabimus, quod ait Scaliger, male Eusebium Jubilæa deducere a conditu rerum, et primo homine: neque enim ipse diffitetur, accepisse id Eusebium ab eo libro, qui μικρὰ γένεσις, et

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| *Assyriorum III, ZAMEIS, qui et Ninyas, filius Nini et Semiramidis,* annis 38. | | | | |
| 1 | 9 Creta, dicta a [a] Crete indigena, quem aiunt unum Curetarum fuisse, a quibus Jupiter absconditus est et nutritus. Hi Gnoson civitatem in Creta condiderunt, et Cybeli matri templum. | 53 | 53 | |
| 2 | 10 | 54 | 54 | |
| 3 | 11 | 55 | 55 | |
| 4 | 12 | 56 | 56 | |
| 5 | 13 | 57 | 57 | |
| 6 | 14 | 58 | 58 | |
| 7 | 15 | 59 | 59 | |
| 8 | 16 | 60 | 60 | 60 |
| 9 | 17 | 61 | 61 | |
| 10 | 18 | 62 | 62 | |
| 11 | 19 | 63 | 63 | |
| 12 | 20 | 64 | 64 | |
| 13 | 21 | 65 | 65 | |
| 14 | 22 | 66 | 66 | |
| 15 | 23 | 67 | 67 | |
| 16 | 24 | 68 | 68 | |
| 17 | 25 | 69 [b] Noe moritur. | 69 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων γ΄, ἐβασίλευσε Νινύας, ὁ καὶ ΖΑΜΗΣ υἱὸς Νίνου καὶ Σεμιράμεως ἔτη λη΄. Syncell. p. 77.

Κρὴς αὐτόχθων, ὃν ἕνα λέγουσι τῶν Κουρητῶν, παρ᾽ οἷς ὁ Ζεὺς κρυφθεὶς ἀνετράφη... ἐξ αὐτοῦ τοῦ Κρητὸς ἡ νῆσος ὠνομάσθη Κρήτη. Τοὺς αὐτοὺς φασι Κουρῆτας κτίσαι πόλιν Κνῶσον ἐν Κρήτῃ καὶ ἱερὸν Κυβέλλης μητρός. Idem p. 100.

## NOTÆ.

λεπτὴ γένεσις dicebatur, non postremæ apud veteres ecclesiasticos auctoritatis, a quo et Africanus ipse antea acceperat, et vulgo alii Scriptores Græci ac Latini passim. Atque ut eorum exemplo salva res sit: potuit etiam isthæc πεντηκονταετηρὶς ob eam proprie causam probari Eusebio, quod digerendis Hebræorum temporibus, Jubilæorum periodum perquam suis rationibus nactus sit commodam. Porro autem splendide ipse fallitur Scaliger, qui ut ab anno 48 Exodi Jubilæorum initium ac seriem deducat, et quas ait antea prorsus ignoratas præstantissimæ antiquitatis causas, et epochas aperiat, argumento utitur, quod sibi quidem ducit palmarium, plane autem ad rem nihil est. Scilicet ex cap. XXIX, vers. 17, Ezechielis, et ait *anno vigesimo septimo*, verbum Dei ad se factum, contendit designari annum vigesimum septimum Jubilæi duodevigesimi, qui in annum decimum Zedechiæ inciderit. Atvero neque ibi de Jubilæo vola, aut vestigium, neque alibi usquam Ezechiel per Jubilæorum annos, rerum quas narrat, tempus annotavit, immo alia expresse epocha ejusdem initio capitis usus est. Aliis autem de causis alii eam hypothesim præterea improbant, ac præcipue ex Tyri obsidione, quæ Jerosolymæ excidium subsecuta est: qua de re merentur legi, quæ Perizonius quoque lib. de Origin. Ægypt. cap. 24 disputavit. Nunc tertiam eluamus, quam Eusebio dat Scaliger, culpam. Erratum, inquit, in eo quoque est, quod Jubilæum definit annis quinquaginta, absolutis. Ac sane nos etiam cum Petavio de doctrina tempor. lib. IX cap. 28, fatemur, in eorum propensiores esse sententiam, qui Jubilæi spatium precise septem annorum hebdomadibus, sive XLIX annis circumscribunt. Sed quando hac de re, ut idem Petavius ait, utrinque acerrime certatur a chronologis, qui omnes Scripturæ verba ad suam sententiam transferre conantur, ut vere dici possit, litem esse sub judice, quæ tanta est hominis ἀλαζονία, alium erroris incusare hac una de causa, quod abs se dissentiat? Jam vero quod ipsam spectat Latini contextus lectionem, minus iterum recte Scaliger *apud Hebræos*, pro *apud eos* legit, ut et mox *anni duo millia* pro *annorum duo millia* aut *anni duo mille*, sive ut Sichardina Editio, *anni MM*. Demum et hæc notat Salmasius in Palatino primo ms.: *Ascribitur ad hunc numerum 51 historia quæ infra ad numerum 53 in secundo Palatino, tertio, et quarto legitur. In primo autem ita ab antiquario scriptum ad hunc numerum*, Infrascripta historia in novo codice videtur hic, ad numerum 51; in veteri autem codice habetur, ut infra.

[a] Laudat Scaliger ad hunc locum, Diodori testimonium lib V, ubi vetustissimos Cretæ populos fuisse Ἐτεόκρητας, tradit quorum rex fuerit Κρής. Addit et Marciani Heracleotæ τοῦ περιηγητοῦ aliquot versus, quibus idem refertur ex Ephoro:

Ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,
Τοῦ δὴ γενομένου βασιλέως αὐτόχθονος.

Denique Eustathium, seu potius Arrianum apud eumdem ad Dionysii vers. 250: Κρής, οὗ Κρήτη ἐπώνυμος, ὁ τὸν Δία κρύψας ἐν ὄρει Δικταίῳ. His addi volumus, qui Scaligeri diligentiam effugit, Anaximandrum apud Solinum Polyhist. cap. 2 et 9, et quæ satis luculenter Strabo lib. X tradit de Curetibus. Sed et quæ Salmasius annotavit in primo Palatino codice minime prætereunda sunt, siquidem liber ille tum suapte præstantia tres alios facile exsuperat, tum hac ipsa de causa, quod olim ab diligenti Antiquario cum duobus aliis mss. collatus fuerit, inque ejus margine variantes lectiones ac numerorum diversitates appositæ. Itaque hic loci ad num. 54: *In primo*, ait Salmasius, *Palatino ab Antiquario ad numerum* LVII *scriptum est*, Suprascripta Historia (*Apud Cretam regnavit primus Cres indigena*); in novo codice est ad numerum 7 Sicyonium, in veteri est ut hic, ad numerum 11. Et infra scripta historia (*Creta dicta a Crete indigena*); quæ hic est ad numerum 213, in novo est ad 9. *Quod verum est. Nam in duobus posterioribus Palatinis ad numerum 9 legitur*, Creta appellata (dicta) a Crete indigena (indugena).

[b] Hanc pericopam, *Noe moritur*, neque Parmensis ms. neque Scaligeri editio agnoscunt.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|
| | *Sicyoniorum V*, [a] *THELXION*, *annis* 52. | | | |
| 18 | 1 | 70 | 70 | 70 |
| 19 | 2 | 71 | 71 | |
| 20 | 3 | 72 | 72 | |
| 21 | 4 | 73 | 73 | |
| 22 | 5 | 74 | 74 | |
| 23 | 6 | 75 [b] Abraham cum 75 esset annorum divino dignus habetur alloquio, et ea repromissione quæ ad eum facta est. | 75 | |
| | | Primus annus Repromissionis Dei ad Abraham, a quo usque ad Mosen, et egressum ex Ægypto gentis Hebrææ supputantur anni 430, quorum meminit Paulus ita dicens : *Testamentum confirmatum a Deo, quæ post 430 annos facta est lex, non infirmat ad destruendam repromissionem.* Ipse quoque in Exodo Moses his congruens loquitur : *Habitatio autem filiorum Israel, qua habitaverunt in Ægypto, et in terra Chanaam ipsi et patres eorum, anni 430.* | | |
| 24 | 7 | 76 | 76 | |
| 25 | 8 | 77 | 77 | |
| 26 | 9 | 78 | 78 | |
| 27 | 10 | 79 | 79 | |
| 28 | 11 | 80 | 80 | 80 |
| 29 | 12 | 81 | 81 | |
| 30 | 13 | 82 | 82 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων ε', ἐβασίλευσεν ΘΕΛΞΙΟΝ ἔτη νβ'. Syncell. p. 81.

Πρῶτον ἔτος τῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἐπαγγελίας ἀπὸ οε'· ἔτους αὐτοῦ Ἀβραὰμ ἐπὶ Μωϋσέα... καὶ τὴν ἐξ Αἰγύπτου πορείαν τοῦ Ἑβραίων ἔθνους ἔτη τυγχάνει υλ'· ὧν μέμνηται Παῦλος Γαλάταις ἐπιστέλλων, Διαθήκην προκεκηρυγμένην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὁ μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα γεγονὼς νόμος οὐκ ἀκυροῖ, εἰς τὸ καταργῆσαι τὴν ἐπαγγελίαν. Καὶ Μωϋσῆς δὲ ἐν Ἐξόδῳ συνᾴδει λέγων, Ἡ δὲ παροίκησις [Al. κατοίκησις... κατῴκησαν] τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ἣν παρῴκησαν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, ἔτη τετρακόσια τριάκοντα. Chronic. Paschal. pag. 42; Epist. ad Galat., III. 17, et Exod. XII, 40.

## NOTÆ.

[a] Pontacus *Telasion* legerat : Scaliger *Thelchion*. Satis vero nos multa de recta hujusce nominis scriptura supra ad nominum istorum recensionem diximus. Codices multifariam peccant, quod et a Pontaci notis intelligas.

[b] Certa isthæc temporis nota dicitur nonnullis *Æra Abrahamitica :* communis adeo est auctorum ante et post Eusebium sententia, cum annos septuaginta quinque ageret, Repromissionem Abrahamo factam. Luculentissime omnium Josephus Antiquit. lib. I, cap. 8 : Ἀβραὰμ, inquit, καταλείπει τὴν Χαλδαίαν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε γεγονὼς ἔτη, τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος εἰς τὴν Χαναναίαν μετελθεῖν. Quibus cohærenter lib. II, c. 6, quadringentos et triginta annos ab Abrahæ adventu in Chananæam ad Exodum numerat. Et est tamen alia, si credimus Genebrardo, Hebræorum sententia, quem et Petavius de Doctrina tempor. lib. IX, cap. 19, probat, et proprio sensu Eduardus Simsonius Chronici Cathol. part. I, pag. 90 et seq. edisserit ; quibus placet Repromissionem quinquennio ante, seu cum annos Abraham ageret solos septuaginta, retrahere. Visa illis est rerum series ab egressu Abrahami de Ur Chaldæorum, ad adventum in Chanaan, quinque illos annos postulare, qui et notari videntur Gen. XI et XII, cum dicitur venisse usque Charran, et habitasse ibi, ubi et mortuus est Thara : ac inde postea discedens Abraham, tulisse omnem substantiam, et omnes animas quas ibi fecerat. Verum hæc omnia intra unum eumdemque annum facta, et scripturæ interpretes plerique docent, et est rationi maxime consentaneum. Econtrario neque veri speciem ullam habet, desidere voluisse Abrahamum quinque annis in Charran, et tamdiu oblivisci itineris Chananæi, quod erat illi divinitus injunctum, quodque tam obsequenti alacrique animo dudum susceperat. Hæc porro accedit ad difficultates reliquas veteris ejus quæstionis, quam *indissolubilem* Hieronymus vocat, aliique cum antiqui Patres, tum Critici recentiores ita explicare conati sunt, ut ad mysteria demum confugerint. Si, quod certissimo testimonio asseritur Genes. XI, 26, Thara, cum septuaginta esset annorum Abrahamum genuit, hic vero cum septuagesimum quintum ageret, de Charran profectus est in Chananæam, ut ex initio cap. XII liquet : profectus autem est post Tharæ patris sui mortem, ut ex proxime antecedentis fine colligitur, ac proprie Actor. VII, 4, Stephanus narrat, qui et patris ossa eum dicit in Chanaam transtulisse : qui fieri potest, ut quod postremis laudati cap. XI verbis dicitur, fuerint *dies Tharæ ducentorum quinque ann. quando mortuus est in Charan*, cum nonnisi centum quadraginta quinque inita ratione constent ? Nos ex propemodum innumeris, quæ ad hanc conciliandam ἀντιλογίαν excogitata sunt hactenus, illud diximus in notis ad Quæst. Hebraicas in Genes. probari magis, quod est in Samaritano exemplari, solos nimirum *centum quadraginta quinque* ascribente annos Tharæ, cum mortuus est. Verum hæc persequi, minime nostrarum est partium ; et superiora ista, ut ne ejus quæstionis videremur penitus obliti, hic attigimus. Invenies autem apud S. Scripturæ interpretes, et apud Chronologos ad fastidium disputata. Nunc quid ferant Parmensis et Palatini codices, præstabit annotare. Legitur in omnibus ad hunc numerum, *A septuagesimo quinto anno Abraham, usque ad Moysem, et egressum ex Ægypto*, etc. ; quamobrem videntur Salmasio verba illa, *Primus annus Repromissionis Dei ad Abraham*, hic repeti e priore hujusmet numeri pericopa : nec sane in Sichardi editione habentur. Cæterum tituli ad instar ea sunt, quæ proprie ad subsequentem annum Abrahami 76 pertinent, qui primus Repromissionis annus est : quod et Pontacus ex parte notat. Minus adeo recte Scaliger ea verba e regione septuagesimi quinti anni ascripsit. Legit præterea in Pauli textu *ad evacuandam promissionem*, pro *destruendam*, etc., quæ Vulgati interpretis lectio est.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|
| 31 | 14 | 83 | 83 | |
| 32 | 15 | 84 | 84 | |
| 33 | 16 | 85 x annus Repromissionis. | 85 | |
| 34 | 17 | 86 Abraham ex ancilla Agar generat Ismael, a quo Ismaelitarum genus, qui postea [a] Agareni, et ad postremum Saraceni dicti. | 86 | |
| 35 | 18 | 87 | 87 | |
| 36 | 19 | 88 | 88 | |
| 37 | 20 | 89 | 89 | |
| 38 | 21 | 90 | 90 | 90 |
| *Assyriorum* IV, ARIUS, 30 *annis*. | | | | |
| 1 | 22 | 91 | 91 | |
| 2 | 23 | 92 | 92 | |
| 3 | 24 | 93 | 93 | |
| 4 | 25 | 94 | 94 | |
| 5 | 26 | 95 xx annus [b] Repromissionis. | 95 | |
| 6 | 27 | 96 | 96 | |
| 7 | 28 | 97 | 97 | |
| 8 | 29 | 98 | 98 | |
| 9 | 30 | 99 Sodoma et Gomorrha succensæ. | 99 | |
| 10 | 31 | 100 Abraham cum [c] centenarius esset, genuit ex libera filium ISAAC, cui supervixit an. 75. | 100 | 100 |
| 11 | 32 | 1 [d] Initium XLII Jubilæi secundum Hebræos. | 101 | |
| 12 | 33 | 2 | 102 | |
| 13 | 34 | 3 Primo omnium prophetarum Abrahæ Verbum Dei, cum in figura apparuisset humana, vocationem gentium pollicetur, quam in nostro tempore sermo Christi deduxit ad finem per Evangelicam in omnes gentes prædicationem. | 103 | |
| 14 | 35 | 4 | 104 | |
| 15 | 36 | 5 xxx ann. Repromissionis. | 105 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων δʹ, ἐβασίλευσεν ἌΡΔΙΟΣ ἔτη λʹ. Syncellus pag. 82.

Δέκατον ἔτος τῆς Ἐπαγγελίας. Τούτῳ τῷ ἔτει τοῦ Ἀβραάμ, ἔτεκεν αὐτῷ Ἄγαρ ἡ παιδίσκη τὸν Ἰσμαήλ, ἀφ' οὗ τὸ τῶν Ἰσμαηλιτῶν γένος. Οἱ δὲ αὐτοί εἰσιν Ἀγαρηνοί, οἱ καὶ Σαρακηνοὶ καλούμενοι. Chron. Pasch. p. 42.

Τὸ κʹ ἔτος τῆς Ἐπαγγελίας. Τῷ ἑκατοστῷ ἔτει τοῦ Ἀβραὰμ γίνεται αὐτῷ παῖς γνήσιος Ἰσαάκ, ᾧ ἐπέζησεν ἔτη οεʹ. Chronic. pag. 44.

[c] Πρώτῳ προφητῶν ὄντι τῷ Ἀβραάμ, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος φανεὶς ἐν ἀνθρώπου σχήματι τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν θεσπίζει, ἣν καθ' ἡμᾶς ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος εἰς πέρας ἤγαγε διὰ τῆς εἰς πάντα τὰ ἔθνη εὐαγγελικῆς διδασκαλίας. Ibid.

Λʹ ἔτος τῆς Ἐπαγγελίας. Ibidem.

## NOTÆ.

[a] Ne putes, quemadmodum Agareni ab Agar, ita Saracenos appellari a Sara: quem errorem de industria hic caveo, quod eum alii veteres haud sane pauci Scriptores, atque ipse S. Interpres in Commentariis in Ezechielis cap. xx erravit. *Ismaelitas*, inquit, *et Agarenos, qui nunc Saraceni appellantur, assumentes sibi falso nomen Sara, quo scilicet de ingenua et domina videantur esse generati*, etc. E contrario sibi laudi tribuunt Saraceni natales, Ismaelis, a quo se ambitiosius jactant, quam si ortum ab Isaaco ducerent. A Sara autem Saræi, ut et Scaliger notat, dicendi erant, non Saraceni. Aliunde igitur, et vel a *Saraka* vico, quem incolebant, ut est apud Stephanum, vel a latrocinando, quod Arabice dicitur *Sarac*, et cui erant unice studio dediti, Saraceni appellati sunt. Noster Hieronymus in Jerem. III, *Quod*, inquit, *potest et Arabas significare, quæ gens latrociniis dedita, usque hodie incursat terminos Palæstinæ*. Et anonymus geographus Jac. Godofredi: *Horum prope Saracenorum gens degit, rapina sperantium suam vitam transigere*. Hoc porro nomen primum Marci imperatoris temporibus innotuisse, ex A Ptolemæo, qui ejus meminit in Arabiæ Descriptione, tum ex Ammiani Marcellini testimonio colligitur.

[b] Tum isthæc annotatio, *Vigesimus annus Repromissionis*, tum quæ subsequitur, *Sodoma et Gomorrha succensa*, in Parmensi codice, aliisque cum editis, tum mss. Pontaco et Scaligero laudatis libris non sunt.

[c] Huc pertinet, quod laudatus Schurzfleischio habet Gobbelinus Persona Cosmodr. æt. III, cap. 3: *Sciendum est, quod tradunt historiæ, quod dum Isaac nascitur, et Abraham erat* C *annorum, tunc erat centesimus annus decimæ et septimæ* (leg. *sextæ*) *dynastiæ apud Ægyptios, et vigesimus sextus Repromissionis*.

[d] Atque hæc epocha, *Initium Jubilæi* XLII *secundum Hebræos*, in Parmensi ms. desideratur. Ejus autem loco juxta Sichardinam, aliasque veteres editiones, hæc habentur, *Hebræorum Isaac filius Abrahæ* LX *ætatis suæ anno generat Jacob*, quæ huc certe non pertinent.

[e] Recitat hæc eadem Cedrenus pag. 26, tametsi paulo aliter initio, Ὅτι πρὸ τῶν προφητῶν, etc., quæ videntur restituenda, Ὄντι πρώτῳ, etc. Paulo etiam

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|
| 16 | 37 | 6 | 106 | |
| 17 | 38 | 7 | 107 | |
| 18 | 39 | 8 | 108 | |
| 19 | 40 | 9 | 109 | |
| 20 | 41 | 10 CX annus Abrahæ. | 110 | 110 |
| 21 | 42 | 11 | 111 | |
| 22 | 43 | 12 | 112 | |
| 23 | 44 | 13 | 113 | |
| 24 | 45 | 14 | 114 | |
| 25 | 46 | 15 XL annus Repromissionis. | 115 | |
| 26 | 47 | 16 | 116 | |
| 27 | 48 | 17 | 117 | |
| 28 | 49 | 18 | 118 | |
| 29 | 50 | 19 | 119 | |
| 30 | 51 | 20 CXX annus Abrahæ. | 120 | 120 |
| *Assyriorum V*, *ARALIUS*, *annis* 40. | | | | |
| 1 | 52 | 21 | 121 | |
| | *Sicyoniorum VI*, [a] *ÆGYDRUS*, *annis* 34. | | | |
| 2 | 1 | 22 | 122 | |
| 3 | 2 | 23 | 123 | |
| 4 | 3 | 24 | 124 | |
| 5 | 4 | 25 L annus Repromissionis. | 125 | |
| 6 | 5 | 26 | 126 | |
| 7 | 6 | 27 | 127 | |
| 8 | 7 | 28 | 128 | |
| 9 | 8 Hoc [b] tempore in Creta regnavit primus Cres indigena, ut quidam voluit. Alii vero supra scriptum tempus vindicant. | 29 | 129 | |
| 10 | 9 | 30 CXXX annus Abrahæ. | 130 | 130 |
| 11 | 10 | 31 | 131 | |
| 12 | 11 | 32 | 132 | |
| 13 | 12 | 33 | 133 | |
| 14 | 13 | 34 | 134 | |
| 15 | 14 | 35 LX [c] annus Repromissionis. | 135 | |
| 16 | 15 | 36 | 136 | |
| 17 | 16 | 37 | 137 | |
| 18 | 17 | 38 | 138 | |
| 19 | 18 | 39 | 139 | |
| 20 | 19 | 40 CXL annus Abrahæ. | 140 | 140 |
| 21 | 20 | 41 | 141 | |
| 22 | 21 | 42 | 142 | |
| 23 | 22 | 43 | 143 | |
| 24 | 23 | 44 | 144 | |
| 25 | 24 | 45 LXX annus Repromissionis. | 145 | |
| 26 | 25 | 46 | 146 | |
| 27 | 26 | 47 | 147 | |
| 28 | 27 | 48 | 148 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ε', ἐβασίλευσεν ἌΡΑΛΙΟΣ ἔτη μ'. Syncellus pag. 82.

Σικυωνίων ς', ἐβασίλευσεν ΑΙΓΥΔΡΟΣ ἔτη λδ'. Idem, pag. 83.

Τινὲς τὸν αὐτόχθονα Κρῆτα πρῶτον Κρήτης βασιλεῦσαί φασι, κατὰ δὲ τὸν χρόνον, ὃν ἀνωτέρω ἱστορήσαμεν, κατὰ ἄλλους. Ibidem.

Μ' μετὰ τῆς Ἐπαγγελίας ἔτος, ν' μετὰ τῆς Ἐπαγγελίας ἔτος, ξ' μετὰ τῆς, etc. Chron. Pasch. p. 44.

Ο' μετὰ τῆς ἐπαγγελίας ἔτος. Et, π' μετὰ τῆς ἐπαγγελίας ἔτος. Chronic. Paschale, pag. 46.

## NOTÆ.

post, ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, εἰς πέρας, etc., pro τοῦ Χριστοῦ, præfert. Porro Scaliger *quam in nostrum tempus* legit, pro *in nostro tempore*.

[a] Perperam *Ægidius* scriptum antea erat in Sichardi, atque ipsius Pontaci editionibus. Pausanias in Corinth. c. 5, Αἴγυρον vocat. De vera autem scriptura, quam restituimus, satis multa diximus ad horum nominum Recensionem, quæ videsis. Hujus meminit etiam Strabo lib. v.

[b] In Parmensi ms. isthæc periocha post quatuor adhuc annos, sive ad numerum 133, et non Sicyoniorum, sed Ægyptiorum filo intexitur. Ita plane habent et Palatini codices, Salmasio teste. *Antiquarius*, inquit, *in primo Palatino ad hunc locum* (num. 133) *ita scripsit*, Suprascripta (ad num. 129) historia A in novo codice est posita ad numerum 133 regum Ægyptiorum : in veteri autem, ut supra. *Et verum est. Nam in tribus aliis Palatinis posterioribus, quemadmodum etiam in Sichardi editione, posita est ad eum numerum* 133. Scaliger econtrario uno eam facit anno præcedere, sive ad annum collocat 128. Pontacenæ, atque adeo huic nostræ recensioni plerique alii libri, iique melioris notæ, ut et vetustior ille Palatinus, favent.

[c] Græca verba, quibus decennalis quisque Repromissionis annus exprimitur, cum eadem continuo sint, mutata dumtaxat numerica, quæ præcedit, nota, nec quibuscum eos concurrere faciat Paschale Chronicon monstretur, imposterum non omnia apponemus.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|
| 29 | 28 | 49 | 149 | |
| 30 | 29 | 50 CL annus Abrahæ. | 150 | 150 |
| 31 | 30 | 51 Principium Jubilæi 43. | 151 | |
| 32 | 31 | 52 | 152 | |
| 33 | 32 | 53 | 153 | |
| 34 | 33 | 54 | 154 | |
| 35 | 34 | 55 LXXX annus Repromissionis. | 155 | |
| | *Sicyoniorum VII*, [b] *THURIMACHUS, annis* 45. | | | |
| 36 | 1 | 56 | 156 | |
| 37 | 2 | 57 | 157 | |
| 38 | 3 | 58 | 158 | |
| 39 | 4 | 59 | 159 | |
| 40 | 5 | 60 CLX annus Abrahæ. | 160 | 160 |

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* |
|---|---|---|---|---|
| *Assyriorum VI, XERXES, qui et Balaneus* [a], *an.* 30 | | *Hebræorum* [c] *JACOB filius Isaac usque ad principatum filii Joseph annis* 121. | | *INITIUM* [d] *regni Argivorum. His temporibus I apud Argos regnavit* INACHUS, *an.* 50. |
| 1 | 6 | 1 Sexagenario Isaac nascuntur filii gemini : Primus Esau, qui et Edom, a quo gens Idumæorum. Secundus Jacob, qui postea Israel, a quo Israelitæ, qui nunc Judæi. | 161 | 1 Inachi filia Ió, quam Ægyptii, mutato nomine, Isidem [e] vocant et colunt. A patre Inacho Inachus fluvius apud Argos, a filia Jone [f] Bosphorus nuncupatur. |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ϛ', ἐβασίλευσεν ΞΕΡΞΗΣ ἔτη λ'. Syncellus pag. 82.

Σικυωνίων ζ, ἐβασίλευσεν ΘΟΥΡΙΜΑΧΟΣ ἔτη με'. Idem, pag. 83.

Ἐξ Ἑβραίων Ἰακὼβ μέχρι τῆς τοῦ παιδὸς Ἰωσὴφ ἀρχῆς τῆς ἐν Αἰγύπτῳ, ἔζησεν ἔτη ρλζ. Chronic. Pasch. pag. 47.

Ἑξηκοστῷ ἔτει γίνονται τῷ Ἰσαὰκ δύο παῖδες δίδυμοι ἐκ τῆς Ῥεβέκκας, πρῶτος Ἠσαῦ, ὁ καὶ Ἐδώμ, ἀφ' οὗ τὸ Ἰδουμαίων ἔθνος, δεύτερος Ἰακὼβ, ὁ μετονομασθεὶς Ἰσραήλ, ἀφ' οὗ Ἰσραηλῖται, οἱ καὶ Ἰουδαῖοι. Idem, p. 46.

Ἀρχὴ βασιλείας Ἀργείων. Ὧν πρῶτος βασιλεὺς ΙΝΑΧΟΣ ἔτη ν'. Syncell. pag. 100.

Ἡ θυγάτηρ Ἰνάχου Ἰὼ... ἣν Αἰγύπτιοι σέβουσιν Ἶσιν Φαρίαν καλοῦντες. Ibidem.

Ἀπὸ Ἰνάχου ποταμὸς Ἴναχος ἐν Ἄργει ὠνομάσθη, καὶ ὁ Βόσπορος ἐπώνυμος τῆς Ἰοῦς. Idem pag. 100.

## NOTÆ.

[a] Scaliger, *qui et Baleus*, quemadmodum et veteres quidam editi libri, et Gobelinus Persona olim legit. Quin etiam S. Augustinus loco dudum laudato: *Regnantibus*, inquit, *apud Assyrios Xerxe illo antiquiore, qui etiam Baleus vocabatur, et apud*, etc. Alii etiam cum diphthongo *Balæus*. Sed *Balaneus*, quæ Pontaci lectio est, et Cassiodorus præfert, et Parmensis cum tribus aliis Palatinis ms. atque ipsa demum Sichardi editio. Græcus penes Syncellum textus neutrum agnoscit.

[b] Hic et *Thyrimachus*, et *Thyramachus* in mss. passim, vulgatisque aliis libris vitiose scribitur. S. Augustinus de Civ. Dei lib. XVIII, c. 3, quem, ut diximus, nihil dubium est, hujusmodi ex Hieronymiana interpretatione Eusebiani Chronici exemplar ob oculos habuisse, legit bis *Thuriacum : quem*, inquit, *quidam Thurimacum scribunt* : ut quod et Scaligero notatum est, jam ab eo tempore intelligas, variam fuisse a librariis lectionem importatam. Hujus et Varro meminit et Pausanias.

[c] Uncialibus litteris hunc titulum nonnulli mss. repræsentant. Fallitur porro Josephus, qui Antiquit. lib. I, cap. 18, post Abrahami obitum Isaaco natos esse gemellos scribit.

[d] Instaurat Scaliger veterem contra Eusebium dicam ex Syncello, ut probet initium regni Argivorum in annum secundum Sphæri, decimi tertii Assyriorum regis, sive in Mosis tempora conferri debuisse. Ex adverso Petavius quidquid afferri pro Eusebiana sententia poterat, doctissime exposuit, cum alibi, tum præcipue in notis ad Epiphanium t. II, p. 16, ubi non recte Inachum Mosi synchronum fecisse Veteres omnes ante Eusebium, contendit. Innuimus autem nos supra, ubi de Ægialeo primo Sicyoniorum rege, atque hic denuo profitemur, malle nihilominus a vetustiorum partibus stare, ac videri quidem Justini, Africani, Tatiani, Tertulliani, Clementis, Manethonis, atque aliorum cum propiorem vero sententiam, tum gravioris momenti auctoritatem.

[e] Omittit Scaliger verba *vocant et*, quæ et in mss. quidem nonnullis desiderantur : ex ipso autem, quem ille adduxit, Græco textu, μετονομάσαντες σέβουσι, cum aliis melioris notæ codicibus asseruntur. Clemens Strom. I : Ἶσιν δὲ τὴν καὶ Ἰώ φασιν διὰ τὸ ἰέναι αὐτὴν διὰ πάσης τῆς γῆς πλανωμένην. At vero videtur hic Eusebius, quod et Veteres quidam alii peccant, duas cognomine Iones, primam Inachi, alteram Jasi filiam confudisse; nam quæ dicitur, freto Thracio trajecto, Bosporo nomen fecisse, et in Ægyptum profectam, deam factam, dictamque Isidem, Jasi filia erat, non Inachi. Hanc vero tradunt accuratiores mythologi, a Pico Jove raptam, præ dolore animam egisse : cui templum Inachus pater exstruxit, et locum de ejus nomine *Iopolin* appellavit. Quod ait Suidas inditum urbi nomen εἰς ὄνομα τῆς σελήνης Ἰοῦς, *juxta Lunæ Io nomen*, monstrat quid olim fraudi fuerit, ut male confunderentur : nam *Isis* quæ dicta est Ægyptiis, ex eorum lingua *Lunam* significat. Videsis, atque invicem confer Apollodorum lib. II, Pausaniam quoque lib. II, et Herodotum lib. I, denique et Suidam in Ἰώ.

[f] Quin immo Pausanias in Corinthiacis c. 15 ipsum Ἴναχον οὐκ ἄνδρα, ἀλλὰ τὸν ποταμὸν, *Inachum non hominem fuisse, sed fluvium* docet. Sed et Stephanus Inachiam, ἀπὸ Ἰνάχου τοῦ ποταμοῦ, *ab Inacho fluvio* appellatam tradit. Etymologicum quoque magnum dictam Ægialiam notat, ἀπὸ Αἰγιαλέως, υἱοῦ

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 7 | 2 | 162 | 2 | |
| 3 | 8 | 3 | 163 | 3 | |
| 4 | 9 | 4 | 164 | 4 | |
| 5 | 10 | 5 XC ann. Reprom. | 165 | 5 | |
| 6 | 11 | 6 | 166 | 6 | |
| 7 | 12 | 7 | 167 | 7 | |
| 8 | 13 | 8 | 168 | 8 | |
| 9 | 14 | 9 | 169 | 9 | |
| 10 | 15 | 10 CLXX an. Abrahæ, Isaac vero LXX. | 170 | 10 CASTOR [c] Chronographus de Argivorum regno ita loquitur : *Consequenter persequemur reges Argivorum ab Inacho usque in Sthenelum filium Crotopi, quorum invenitur omne tempus an.* 384. | 170 |
| 11 | 16 | 11 | 171 | 11 | |
| 12 | 17 | 12 | 172 | 12 | |
| 13 | 18 | 13 | 173 | 13 | |
| 14 | 19 | 14 | 174 | 14 | |
| 15 | 20 | 15 C annus Repromissionis, in quo moritur Abraham [a] omnes vivens annos CLXXV. | 175 | 15 | |
| 16 | 21 | 16 | 176 | 16 | |
| 17 | 22 | 17 | 177 | 17 | |
| 18 | 23 | 18 | 178 | 18 | |
| 19 | 24 | 19 | 179 | 19 | |
| 20 | 25 | 20 LXXX annus Isaac. | 180 | 20 | 180 |
| 21 | 26 | 21 | 181 [b] APIS in Ægypto primus Deus putatus est : quem quidam Serapin vocaverunt. | 21 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*ζ' ἔτος τῆς Ἐπαγγελίας.* Et, *ρ' ἔτος τῆς Ἐπαγγελίας.* Et, *ρι' ἔτος*, etc. Chronic. Pasch. pag. 47.

*Ἀβραὰμ ἀπέθανεν, ἔζησε τὰ πάντα ἔτη ροε'.* Syncell. pag. 80.

*Τοῦτον τὸν Ἄπιν φασὶ πρῶτον Αἰγυπτίοις νομισθῆναι Θεὸν, καὶ Σάραπιν κληθῆναι*, Syncell. pag. 118.

## NOTÆ.

*Ἰνάχου, τοῦ ἐν Ἄργει ποταμοῦ, ab Ægialeo, filio Inachi, qui erat in Argo fluvius.* Neque id sane insolens attribui fluminibus filios a mythologis : noster vero auctor) cum Apollodoro propius ad verum sentit. Porro autem monstri instar est, quod habent vetustiores quædam editiones, Pontaco ipsi ignotæ, *Bos Phoroneus*, pro *Bosphorus*. Laudat Scaliger in eam rem istos præ cæteris Eschyli versus ex Prometheo vincto,

> Ἔσται δὲ θνητοῖς εἰσαεὶ λόγος μέγας
> Τῆς σῆς πορείας. Βόσφορος δ' ἐπώνυμος
> Κεκλήσεται.

[a] Absolute Scaliger, *moritur Abraham ann.* 175, cum ea tamen verba, *omnes vivens annos*, etc., ipsa quæ retulit in Græco, *ζήσας τὰ πάντα ἔτη ροε'*, exprimant. Alii codices, quos Schurzfleischius laudat, præferunt *annum agens*, etc. Primus Palatinus, *omnes annos, cum numeres agens*, etc., nam quod CLXXX ponit pro CLXXV manifestum scribarum est vitium.

[b] Passim antiqui scriptores Apidem Ægyptium cum Argivo confundunt : atque hæc causa est, quam se ignorare Scaliger profitetur, cur hoc loco Apidis facta sit mentio, ac rursum eadem inferius de Apide tertio Argivorum rege, Serapin cognominato, proque Deo habito, Eusebius tradat. Scilicet ex vario auctorum sensu loquitur : ut cum alibi ad secundum secundæ Dynastiæ regem Χοῶν, si fides Syncello est, scripsit, ὁ Ἄπις καὶ ὁ Μνεύις... θεοὶ ἐνομίσθησαν. Ipse etiam Herodotus lib. III cap. 27, testatur, Græcos Apin Ægyptium cum Epapho confudisse. Ut vero aliquam historiæ illius partem teneas, secum invicem confer Apollodorum initio lib. II, Diodorum lib. I cap. 13, Strabonem lib. ultimo, Melam lib. I cap. 9, Plutarchum de Iside, Julium Firmicum de Mysteriis, Ammianum Marcellinum lib. XXII. Sed et Patres, quos Scaliger laudat, Clementem Alexandrinum in primo Stromatum ex Tatiano, et Augustinum de Civitat. Dei lib. XXIII cap. 5, etymologiam quoque Serapidis, utcumque ineptam, ex Varrone repetentes. Propositam lectionem quod spectat, minus bene Scaliger, aut certe contra librorum notæ melioris fidem habet, *Apis in Ægypto primus Deus putatur, quem quidam Serapin vocant.*

[c] Suidam temere secutus Scaliger Castorem hunc facit natione Galatam, et generum Dejotari regis, cui et falso tribuit, librum inscriptum *χρονικὰ ἀγνοήματα*. Alius enimvero, atque eo antiquior hic est, quem Eusebius laudat Castor chronographus, natione Rhodius. Sic eum vocat Appollodorus Bibliothec. lib. II, ubi et librum illum *χρονικῶν ἀγνοημάτων* citat. Plutarchus in Quæst. Rom. aliud ab eo scriptum opus tradit, in quo Romanorum mores cum Pythagoricis conferebantur. Sed et in ipso ascribendo Castoris testimonio, in eo videtur Scaliger peccare, quod illud ante decennium refert, sive ad annum primum Inachi, contra librorum, quot scio, omnium fidem : e quibus duo tantum Palatini codices sunt, teste Schurzfleischio, qui hanc nostram, atque adeo Pontacenam recensionem, solis duobus annis antevertant. Mox *Argi*, pro *Argivorum* legit : male Pontacus *Argivi* : tum *Sthenelaneum*, pro *Sthenelum*, atque id tamen rectius Pontaci *Sthenelo*. Σθένελος autem continuo dicitur Syncello, cujus maxime auctoritate refiximus Latinum *Sthenelum* : quamquam et codices aliquot esse, non diffitemur, qui ad Scaligeri lectionem magis accedant, et Σθενέλαντα Κροτωποῦ παῖδα vocarit Pausanias in Corinth. cap. 16. Vero Augustinus de Civit. Dei lib. XVIII c. 8 : *Rex nonus*

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 22 | 27 | 22 | 182 | 22 | |
| 23 | 28 | 23 | 183 | 23 | |
| 24 | 29 | 24 | 184 | 24 | |
| 25 | 30 | 25 cx annus Repromissionis. | 185 | 25 | |
| 26 | 31 | 26 | 186 | 26 | |
| 27 | 32 | 27 | 187 | 27 | |
| 28 | 33 | 28 | 188 | 28 | |
| 29 | 34 | 29 | 189 | 29 | |
| 30 | 35 | 30 xc annus Isaac. | 190 | 30 | 190 |
| *Assyriorum VII ARMAMITRES annis 38.* | | | *Ægyptiorum XVII DYNASTIA, quo tempore regnabant Pastores ann. 103.* | | |
| 1 | 36 | 31 | 1 Reges Ægyptiorum [a] Pastores conjicimus nuncupatos propter Joseph et fratres ejus, qui in principio Pastores descendisse in Ægyptum comprobantur. | 31 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ζ', ἐβασίλευσεν ἈΡΜΑΜΙΘΡΗΣ ἔτη λη'. Syncell. pag. 82.

Ἑπτακαιδεκάτη δυναστεία Ποιμένες ἦσαν ἀδελφοὶ ἔτη ργ'... Κατὰ τούτους Αἰγυπτίων βασιλεὺς Ἰωσὴφ δείκνυται. Syncell. pag. 49.

## NOTÆ.

*Sthenelas, sive Stheneleus, sive Sthenelus, varie quippe in diversis auctoribus invenitur.* A

[a] Insignis hic locus est, ubi de Eusebio triumphat Scaliger. Cum multa de temeratis mutilatisque ab eo Dynastiis, insultando magis quam disputando, objecisset, causam multo absurdiorem, quæ illum ad hæc perpetranda impulit, ita irridens exsibilat : Pastores, inquit, hos credidit Eusebius cum Flavio Josepho fuisse Hebræos, qui cum Jacob in Ægyptum descenderunt. Quare, ut hanc dynastiam rationibus suis accommodaret, unam dynastiam expunxit, et rem ridiculam, absurdam, et jocularem incurrit, qui hos Pastores, quos vult esse progeniem Josephi, ante Josephi deportationem in Ægyptum regnare cœpisse scribit. Nam secundum eum Joseph divenditus a fratribus in Ægyptum traducitur numero 266, annis 76 ante hanc dynastiam. Dignum κατόρθωμα, propter quod dynastias ita mutilaret. *Reges*, inquit, *Ægyptiorum Pastores conjicimus nuncupatos propter Joseph, et fratres ejus, qui in principio Pastores descendisse in Ægyptum comprobantur.* Atqui fratres ejus et pater secundum Eusebium descenderunt in Ægyptum anno 191 circiter finem hujus dynastiæ. Secundum hæc Hebræi qui Pastores vocati regnarunt in Ægypto, prius Pastores vocati fuerint, et prius regnarint in Ægypto, quam in Ægyptum descenderunt. Non deerunt tamen, qui non solum his hallucinationibus favebunt, sed etiam qui armati pro illis pugnabunt. Hactenus Scaliger, qui subsequenti statim annotatione, Manethonis apud Josephum contra Apionem testimonio (quod ait in errorem impulisse Eusebium) ex parte recitato, hæc subdit : Causæ non erat, cur Josephus post futilem auctorem, et cymbalum mundi Apionem, Pastores Hebræos Ægypti incolas et crederet, et Eusebio persuaderet. Neque enim una Pastorum fuit dynastia, sed tres : et si concedamus Pastores Hebræos non solum dictos, sed reges fuisse, quænam ex tribus dynastiis illa fuerit, ratio nulla iniri potest. Præterea cum Moses scribit, ab obitu Joseph patriarchæ, ad Exodi tempus misera servitute Hebræos oppressos fuisse, quomodo illa in servitute regnare potuerint, non video. Et ineptissima sunt hæc. Denique tempora non conveniunt, cum XVII dynastia desinat 205 annis ante Exodum : XVI, de qua intelligebat Josephus, quæ 518 annos regnavit, 354 ante Exodum esse desierit. Omnino et Josephum, et Eusebium in omnibus his fugit ratio.

Placuit suismet verbis hominem Eusebio confidentissime illudentem inducere, ut hac de re certius ex his quæ reponenda sunt, judices. Intereadum certum est, Scaligeri sententiam doctis plerisque omnibus probatam fuisse, et præcipue magnis chronologis, Usserio, et Marshamo ; ut demum pronuntiare non dubitarit Joannes Clericus ad Exod. I, 8 : *Josephum qui hos Pastores existimavit fuisse ipsos Israelitas, confutari omnibus Historiæ circumstantiis.* Age ergo pedem conferamus, ut quantum his insit calumniarum videas. Immo vero, inquam ego post cl. Perizonium, omnibus circumstantiis, quæ quidem summam Historiæ conficiunt, firmatur Josephi atque Eusebii sententia : neque est cur ab ea discedamus, sicubi quædam discrepare adhuc videantur, cum paria in omnibus fere historiis occurrant, quas aliarum gentium, immo et vernaculi sæpe auctores scripserunt. Locum integrum Manethonis, satis enim B longa lacinia est, non ascribam brevitatis gratia, summa autem historiæ ejus capita comparemus. Ait, ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν, *ex orientali plaga*, Pastores istos Ægyptum pervasisse. Et vero ad orientem Ægypti siti erant Israelitæ. Erant hi porro, inquit, ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι, *generis obscuri homines :* nimirum filii Jacob, qui inter Chananæos *peregrini et inquilini*, ut dicitur Genes. XXIII, habitabant. Addit obtinuisse Ægyptum ῥᾳδίως ἀμαχητί, *facile admodum sine pugna :* revera Josephum ultro, *rex ipse præfecit omni Ægypto*, et quam Scriptura describit Genes. cap. XLI supremam potestatem ei tribuit. Ad hæc dicitur primus ex illis rex τήν τε ἄνω καὶ κάτω χώραν, δασμολογῶν, *provinciam superiorem, atque inferiorem tributariam faciens :* atque hoc ipsum Genes. XLVII de Josepho traditur, adegisse eum Ægyptios, *ad quintam partem fructuum Regi præstandam.* Porro quod exaggerat, hanc gentem civitates crudeliter incendisse, deorum evertisse C templa, ac in omnes indigenas inimicissime se gessisse : plagas per Mosem immissas, primogenitorum omnium mortes, et reliqua, quibus infestati sunt mala, satis manifesto indicat. Denique et terram *Gessen* designant, ubi eos tradit in unum locum inclusos, cujus ambitus decem jugerum millia contineret, quem ingenti muro septum munierunt. Tan-

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 37 | 32 | 2 | 32 | |
| 3 | 38 | 33 | 3 | 33 | |
| 4 | 39 | 34 | 4 | 34 | |
| 5 | 40 | 35 [a] cxx an. Repr. | 5 | 35 | |
| 6 | 41 | 36 | 6 | 36 | |
| 7 | 42 | 37 | 7 | 37 | |
| 8 | 43 | 38 | 8 | 38 | |
| 9 | 44 | 39 | 9 | 39 | |
| 10 | 45 | 40 c annus Isaac. | 10 | 40 | 200 |
| | *Sicyoniorum VIII, LEUCIPPUS annis* 53. | | | | |
| 11 | 1 | 41 Principium Jubilæi 44, juxta traditionem Jud. | 11 | 41 | |
| 12 | 2 | 42 | 12 | 42 | |
| 13 | 3 | 43 | 13 | 43 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων η', ἐβασίλευσε ΛΕΥΚΙΠΠΟΣ ἔτη νγ'. Syncell. pag. 80.

## NOTÆ.

A tum vero non Israelitas dicit de nomine, cum eos ait a Thummosi obsessos exercitu 480 millium hominum, desperato obsidionis exitu, conditionem accepisse, uti Ægypto relicta, omnes quo vellent, sine ullo suo detrimento, cumque universis familiis, atque omni possessione sua commigrarent: ac demum, ἐν τῇ νῦν Ἰουδαίᾳ καλουμένῃ οἰκοδομησαμένους τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ἀρκέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι, *in eam venisse regionem, quæ nunc Judæa appellatur, atque ibi civitatem exstruxisse, quæ tot hominum millia caperet, eamque Jerosolymam nominasse.* Cætera, ne longior sim, tute conferas; nam et nonnulla alia ejusmodi indicia sunt, et illud omnium luculentissimum, quod sæpius inculcat, addita etiam Ægyptii nominis *Hycsos* interpretatione, quod est, *reges pastores*, aliter *servi pastores:* illud nempe ipsum quod Pharaoni de se nuntiant Israelitæ, ac Joseph Genes. XLVI: *Fratres mei, et domus patris mei.... sunt viri pastores ovium.* Et, *Viri pastores sumus servi tui ab infantia nostra, usque in præsens, et nos et patres nostri.* Et, *pastores ovium sumus servi tui et nos, et patres nostri.* At enim aliæ sunt ejus historiæ apud Manethonem circumstantiæ, quæ cum Israelitarum gestis nullo pacto conveniant. Nos summam diximus ejus historiæ convenire: siqua abhorreant, minime unius atque alterius discrepantiæ causa fidem oportere infringi. Atque has tamen differentias laudatus Perizonius toto capite 20 singillatim removet, atque ita perquam erudite explicat, ut quando præstare id nobis neque per notarum angustias licet, satius multo sit, ut eum consulas. Alias una omnibus responsio hæc adhibenda est: Manetho eam accepit ab Ægyptiis historiam, quam post tanti temporis intervallum adulteraverat ex parte, ut usuvenit, vulgus: nec ipsi satis dilucide noverant, quædam etiam quæ ad suæ gentis ignominiam, et vicissim ad Israelitarum laudem facere videbantur, penitus dissimulavit. proque his alia de suo temere (quod illi sæpius objectum est) ad amplificandam dynastiarum antiquitatem et decus, suffecit. In rerum autem summa, quam narrat Pastorum historia, Israelitarum in Ægypto pura putaque historia est. Erat igitur satis causæ, cur Josepho Manethonis testimonium ad Israelitas referenti Eusebius adhiberet fidem. Econtrario Scaliger, quod neque Josephi, neque Eusebii (fidenter aio) mentem perspectam habuit, meris utrumque incessit calumniis et maledictis. Quid enim? num ille Eusebium intellexisse putandus est, qui bardum adeo ac stupidum eum sibi fingit, ut Pastorum dynastiam a Josepho ejusque fratribus auspicaretur, quos demum sub ejusdem dynastiæ finem in Ægyptum descendisse non negaret: atque adeo dixerit prius regnasse illos in Ægypto, quam in Ægyptum venirent? Omnino qui ita intelligit, facit intelligendo, ut nihil intelligat. Vere autem Eusebius dixit, conjicere se ex eo reges hujus dynastiæ nuncupatos *Pastores*, quod iis regnantibus, Joseph, ejusque fratres vitæ instituto, ac genere pastores in Ægyptum descenderint, primasque ibi obtinuerint. Atque id sane novum non est, ab insigni aliquo unius facto familiam universam nomen accipere: tum illud verosimillimum, quod et Perizonius putat, eos qui primi pastores reges dicuntur, fuisse revera reges Ægyptios, qui *pastores* ideo postmodum appellati sint, quod Israelitis pastoribus, atque in primis Josepho usque adeo faverint, sicuti *Christiani* dicebantur ab ethnicis imperatores, Alexander Severus, et Philippi, quia Christianis favebant, licet ipsi minime Christiani essent. Accedit ad hunc proxime sensum quod notat Schurzfleischius, ubi dicitur, *qui in principio pastores.* Palatinos omnes mss. pari consensu *pastorum* legere: videri autem Scriptum ab Eusebio Græce, τούτων ἐν ἀρχῇ Ἰωσὴφ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον μετῳκίσθησαν:

B atque adeo illud *in principio*, accipiendum pro *in principatu*, ut sensus sit, in ea dynastia venisse Israelitas, quæ Pastorum dicta est postmodum, eorum causa. Cæterum nihil nos movet quod, sive tres Scaliger, sive duas Africanus, Pastorum dynastias putent, alteram annorum 518, alteram 153, atque hujus quidem penes Eusebium XVII reges ii sint, quos ad XV Africanus ex Josepho retulerat, quod acriter adeo Syncellus ejusque asseclæ reprehendunt: denique nec nominum nos diversitas movet, neque diuturnior multo aut brevior regnorum ætas, neque his similia, quæ alia atque alia sunt auctorum studia, ita a se invicem in diversa abeuntium, ut in tanta opinionum fluctuatione ac pugna, nihil ferme aliud, quam τῇ ὑποθέσει δουλεύειν unumquemque intelligas. Ostendimus autem supra, in his quæ numerum, seriemque regum, nomina, et antiquitatem spectant, pleraque figmenta esse, in quibus neque sibi bene ii constant, qui ea excogitarunt: nostrum econtrario semel arreptæ chronologicæ rationi constanter insistere.

C Unum addo ad postremum Scaligeri argumentum, falli eum scilicet in hoc etiam quod ait, ab obitu Josephi ad Exodi tempus misera servitute Hebræos oppressos fuisse: constat enim ex laudati libri Exodi cap. I diu post mortem, non Josephi modo, sed et fratrum ejus, וכל הדור ההוא, *universæque illorum generationis*, sive ut Vulgatus interpres habet, *cognationis*, ob nimia ejus gentis incrementa, demum illum insurrexisse Pharaonem, *qui ignorabat Joseph*, hoc est ejus, suorumque merita: quod et Flavius Josephus Antiquitt. XI, 5, Factum dicit, διὰ χρόνου μῆκος, *propter temporis longinquitatem.*

[a] Suffecimus ex Parmensi ms. hanc quoque notam, CXX *annus Repromissionis*, quæ in Pontaci editione, culpa typothetarum, exciderat.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 14 | 4 | 44 | 14 | 44 | |
| 15 | 5 | 45 cxxx an. Repr. | 15 | 45 | |
| 16 | 6 | 46 | 16 | 46 | |
| 17 | 7 | 47 | 17 | 47 | |
| 18 | 8 | 48 | 18 | 48 | |
| 19 | 9 | 49 | 19 | 49 | |
| 20 | 10 | 50 cx annus Isaac. | 20 | 50 | 210 |
| | | | | *Argis II* PHORONEUS, *annis* 60. | |
| 21 | 11 | 51 | 21 | 1 Phoroneus Inachi filius et [a] Niobes, leges primus judiciaque conscripsit. Quidam hujus filiam Nioben arbitrantur. Horum temporum quasi valde antiquorum Plato in Timæo meminit, ita dicens : *Et aliquando volens eos provocare in sermones de temporibus antiquorum, quæ* [b] *cuique civitati apud veteres, accidissent, de Phoroneo, qui* [c] *primus hoc nomine appellatus est, et Niobe, et his qui post diluvium fuere.* | |
| 22 | 12 | 52 | 22 | 2 | |
| 23 | 13 | 53 | 23 | 3 | |
| 24 | 14 | 54 | 24 | 4 | |
| 25 | 15 | 55 cxl an. Repr. | 25 | 5 | |
| 26 | 16 | 56 | 26 | 6 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀργείων β', ἐβασίλευσε ΦΟΡΩΝΕΥΣ ἔτη ξ'. Φορωνεὺς παῖς Ἰνάχου καὶ Νιόβης πρῶτος λέγεται νόμους καὶ κριτήρια παρ' Ἕλλησι θέσθαι. φασὶ δέ τινες Νιόβην Φορωνέως εἶναι θυγατέρα. Syncellus pag. 100.

Διὸ καὶ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ τῷ διαλόγῳ τῶν Φορωνέως ἐπιμέμνηται χρόνων, ὡς πάνυ παλαιῶν. Ibidem.

Καὶ ποτε προαγαγεῖν βουληθεὶς αὐτοὺς περὶ τῶν ἀρχαίων εἰς λόγους τῶν τῇδε τῇ πόλει, τὰ ἀρχαιότατα λέγειν ἐπιχειρεῖν, περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος, καὶ Νιόβης, καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, καὶ περὶ Δευκαλίωνος, καὶ Πύῤῥας. Plato in Timæo, sub init. pag. 1043.

## NOTÆ.

[a] **Nioben Phoronei filiam**, non matrem, ex Veterum testimoniis, dudum ostendimus, quam et Eusebius sententiam mox laudat. Tradunt vero natum Phoroneum matre *Melissa* Oceanina, ut eam vocat Apollodorus lib. II, init., vel *Melia*, ut Euripidis scholiastæ placet ad Orest. vers. 933, et Æschyli ad Prometh. vers. 921, et Homeri demum Iliad. A. 30, quæ et verior scriptura videtur; nam *Melien*, seu *Meliam* inter Oceanitides plerique alii nominant. Etymolog. in Ἀπία, de Ægialeo τοῦ υἱοῦ Ἰνάχου τοῦ ἐν Ἄργει ποταμοῦ, καὶ Μελίης τῆς Ὠκεανοῦ. Tzezzes Meλίαν vocat. Latini *Melien* : ita Hyginus in præfat. et cap. 17. Servius ad Æneid v, vers. 373 : *Amycus fuit Neptuni filius, et Nymphæ Melies*, etc. Puto igitur, et modo laudati Hygini locum insignem cap. 143, atque huic Eusebiani geminum cubare in mendo, ubi dicitur, *Inachus Oceani filius, ex Archiæ* (legendum autumo *Melia*) *sorore sua procreavit Phoroneum, qui primus mortalium dicitur regnasse. Homines ante sæcula multa, sine oppidis legibusque vitam exegerunt, una lingua loquentes sub Jovis imperio*, etc. Paria Tatianus cap. 60 : Μετὰ δὲ Ἴναχον, ἐπὶ Φορωνέως μόγις τοῦ θηριώδους βίου καὶ νομάδος περιγραφὴ γέγονε μετεκοσμήθησάν τε οἱ ἄνθρωποι. *Post Inachum autem vix sub Phoroneo ferina et pastoralis hominum vita mitior et elegantior facta est.* Scaliger laudat Porphyrium περὶ ἀποχῆς, Apidi primas leges ascribentem, quem tamen Clementis testimonium in Protreptico refutat.

[b] **Improbat Scaliger hancce Hieronymi interpretationem**, *quæ cuique civitati*, quæ, inquit, bene procederet, si legeretur in Græco, τῇ δὲ καὶ τῇ δέ. In Platonis autem textu est τῇ δὲ τῇ πόλει, quæ postrema duo verba Clemens quoque recitat Stromat. I, tametsi ea velut irreptitia in Clemente alii expungant. Nemo autem, opinor, qui Græce sciat, et probe locum utrumque expenderit, aut ab Hieronymo lecta inficias ibit, aut eorum interpretationem criminabitur.

[c] **Fortasse verum est, quod ait Scaliger, putasse Hieronymum multos Phoroneos fuisse, huncque** primum omnium ita vocatum. Ferunt autem Græca juxta Acusilai testimonium penes Clementem, Φορωνέα πρῶτον ἀνθρώπων γενέσθαι, *Phoroneum primum ex hominibus exstitisse* : et Phoronidis auctor apud eumdem, πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων eum vocat : Nonnus ἀρχέγονον. Pausanias tamen Corinth. cap. 15 propius ad verum, ἐν τῇ γῇ, τῇ νῦν Ἀργολίδι ὀνομαζομένῃ, γενέσθαι πρῶτον dixit, *in terra, Argolide nunc appellata primum fuisse.* Eo autem verosimilius est, primum Regem, quam primum hominem iis verbis exprimi. Hyginus, *Hic*, inquit, *primus mortalium dicitur regnasse* : et paulo post, *Jupiter exordium regnandi tradidit Phoroneo, ob id beneficium, quod Junoni sacra primus fecit.* Lactant. ad IV Theb. Stat. vers. 569 illud, *mitisque Phoroneus : Hic est qui primus Junoni sacrificasse dicitur...; et qui primus mortalibus regnavit.*

| Assyriorum. | Sicyoniorum. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Ann. ab Abrah. |
|---|---|---|---|---|---|
| 27 | 17 | 57 | 27 | 7 | |
| 28 | 18 | 58 | 28 | 8 | |
| 29 | 19 | 59 | 29 | 9 | |
| 30 | 20 | 60 cxx annus Isaac. | 30 | 10 | 230 |
| 31 | 21 | 61 | 31 | 11 | |
| 32 | 22 Thessalus [a] Græci filius regnat in Thessalia. | 62 | 32 | 12 [b] Ogygus in Attica Eleusinam condidit, quæ antiquitus vocabatur Acta, et alias civitates plurimas. Cujus temporibus apud lacum [c] Tritonidem virgo apparuit, quam Græci Minervam nuncupaverunt. | |
| 33 | 23 | 63 | 33 | 13 | |
| 34 | 24 | 64 | 34 | 14 | |
| 35 | 25 | 65 cl annus Repr. | 35 | 15 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Πρῶτος ἐβασίλευσεν Θεσσαλῶν ὁ Γραϊκοῦ παῖς ΘΕΣΣΑΛΟΣ. Syncellus pag. 100.

Ὤγυγος ἐν Ἀκτῇ, τῇ νῦν Ἀττικῇ ([d] ἔκτισεν Ἐλευσῖνα, ἄλλας τε πόλεις πλείστας, ὅτε παρθένος φανεῖσα παρὰ τῇ) Τριτώνιδι λίμνῃ Ἀθήνη παρ' ἕλλησιν ὠνομάσθη. Syncell. pag. 100 et seq.

## NOTÆ.

[a] In Græco *primus* dicitur rex Thessaliæ: quin A etiam addit Syncellus de suo, regionem ab eo nomen accepisse. Cætera quæ huc pertinent, Scaliger præoccupavit, quem adire præstat eruditissime disserentem. Videsis tamen et quæ nos infra ad num. 436, Sicyoniorum 42, disputamus ex Parmensis ms. aliorumque librorum hac nota, *Primus regnavit in Thessalia Æmon*, quam Pontacus post aliquot annos differt. Re enim vera Hæmonis filium, non Græci Thessalum veteres scriptores fere omnes faciunt. Et ipse equidem Eusebius infra, ad annum Abrahami 440, Hæmonem Thessalorum *primum* regem dicit, quem et Thessali *patrem* alii vocant. Videretur hic noster Thessalum memorare ex Apollodoro, si Herculis, non *Græci* filium dixisset. Ille enim lib. II, c. 7, in fin., *Ex Chalciope Euripyli filia Thessalum* ait suscepisse. Tum vero Diodorus Sicul. lib. IV, Thessalum, a quo nomen Thessalia accepit, *filium*, non *Hæmonis*, nec *Græci*, sed Jasonis et Medeæ prodit. Vide nos infr. ad laudatum Abrahami an. 440.

[b] Alias *Ogyges*: minus autem bene *Ogygius* apud Pontacum. Contendit porro Scaliger, scriptum ab Eusebio, ἐν Ἀκτῇ ἐβασίλευσε, καὶ Ἐλευσῖνα ἔκτισεν: *in Attica regnavit, et Eleusinam condidit*: cum tamen neque in Græcis λειψάνοις, neque in Latinis codicibus illius verbi *regnavit*, vestigium sit. Ad hæc regnasse eum Thebis, non in Attica, tradit Pausanias lib. I, cap. 38, quem auctorem denuo Scaliger Eusebio opponit, ut Eleusinam ab Eleusine, non ab Ogygo conditam probet. Verum ille dumtaxat inditum ab eo nomen urbi scripsit: Ἐλευσῖνα δὲ ἥρωα, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν: nec diffitetur dici eum a quibusdam Ogygi filium, ut possit adeo conciliari commode cum Eusebio, si, quod alias usuvenit, Ogygus a se conditam civitatem de filii nomine nuncupavit. Certe Africanus quoque, cujus optimum fragmentum huc pertinens e libro III Chron. exhibet Eusebius de Præparat. Evang. lib. X, Eleusinis conditorem hunc facit; atque ex Latinis Orosius lib. I, cap. 7, Otho Frisingensis lib. I, cap. 13, a quibus tantisper dissentit Petrus Comestor Histor. Scholast. lib. I cap. 76 scribens, *sub Ogyge rege, qui urbem quæ vocabatur Acta, innovans, Eleusim vocavit*. Cæterum, ne longiores hic simus, videsis de hoc Rege loquentes Lycophronem, Nonnum, Varronem, Justinum Martyrem, et Servium ad Virgilii Eclog. VI, 41, denique unum pro cunctis Meursium de Reg. Athen. lib. I.

[c] Quæ huc pertinent, præoccupavit ferme omnia Meursius de Reg. Athen. lib. I, cap. 4. Nimirum Veteres de Tritone fluvio, aut lacu omnes consentiunt, et cum primis qui ab Eusebiano hocce Chronico acceperunt, August. de Civ. Dei lib. XVIII, c. 8, Otho Frisingensis lib. I c. 13, Petrus Comestor lib. I c. 76, tum in Chronico Marianus Scotus, atque alii magno numero. Verum de loco dissentiunt inter se alii: ut enim Scholiastes Apollonii lib. I, notat, Τρίτωνες τρεῖς, Βοιωτίας, Θεσσαλίας, Λιβύης. *Tritones tres sunt, Bœotiæ, Thessaliæ, et Libyæ.* Atque ad hunc quidem Libyæ tum ipse Scholiastes, tum alius Pindari Pyth. Od. IV, et Herodotus lib. IV, natam Minervam tradunt: quod et Lucanus probat lib. IX:

> Terrarum primam Libyen (nam proxima cœlo
> Ut probat ipse calor) tetigit: stagnique quieta
> Vultus vidit aqua: posuitque in margine plantas,
> Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.

Bœotiam videtur, ex Regis mentione, præferre Eusebius quam sententiam et Pausanias in Bœticis sub finem cap. 33, ita laudat, ut aliam tamen de Libya B non improbet: Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἐνταῦθα, κ. τ. λ. *Hac torrens prælerlabitur non magnus, quem Tritonem nuncupant, quod Minervam ad amnem Tritonem educatam vulgo proditum est: quasi hic ille Triton sit, non autem qui ex Tritonide palude, quæ in Africa est, in Libycum mare descendit.* Demum et Arcadas scribit ejus Deæ incunabula sibi vindicasse, quod fuerit apud Alipherenses nata. Vide ejus Arcadica c. 26. Ad eumdem modum et de nutrice loquentes in diversa abeunt. Quidam enim, eodem Pausania teste, dicunt unam filiarum Ogygi, quam vocant Alalcomeniam, alii Alalcomenem virum indigenam: quin Tritonem ipsum alii hominem faciunt Palladis patrem, quod Apollodorus libro tertio tradit. Porro autem in ipsa etiam collocanda in hoc libro historia, dissensio est, siquidem eam Scaliger post adhuc annos quatuordecim recenset, sive post Phoronei ann. 26. Ita et primi Palatini codicis Antiquarius, teste Salmasio, ad eum numerum, *suprascripta*, inquiens, C *historia in novo codice est posita ad numerum 12 regni Argivorum: in veteri ut hic:* scilicet et reliqui Palatini, et Parmensis, quo nos utimur, mss. tum editi plerique alii libri cum Potaco ad hunc numerum 12 Argivorum referunt.

[d] Græco textu penes Syncellum manifeste hic loci depravato et manco, nos isthæc uncinis inclusa verba, ad sensus integritatem juxta Eusebii Latini vestigia suffecimus.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 36 | 26 Niobæ primæ omnium mulierum mixtus est Jupiter, ut Græci perhibent, de qua nascitur Apis,[b] quem Serapin cognominant. | 66 | 36 | 16 | |
| 37 | 27 | 67 | 37 | 17 | |
| 38 | 28 | 68 | 38 | 18 | |
| *Assyriorum VIII* [a] *BELOCUS annis* 35. | | | | | |
| 1 | 29 | 69 | 39 | 19 | |
| 2 | 30 | 70 CXXX ann. Isaac. | 40 | 20 | 230 |
| 3 | 31 | 71 | 41 | 21 | |
| 4 | 32 | 72 | 42 | 22 | |
| 5 | 33 [c] Tellaphis et Carsatis adversus Phoroneum et Parrhasios instituunt bellum. | 73 | 43 | 23 | |
| 6 | 34 | 74 | 44 | 24 | |
| 7 | 35 | 75 CLX annus Repromissionis. | 45 | 25 | |
| 8 | 36 | 76 | 46 | 26 | |
| 9 | 37 | 77 | 47 | 27 | |
| 10 | 38 | 78 [d] Jacob descendit in Mesopotamiam et servivit apud Laban annis 7. | 48 | 28 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων η' ἐβασίλευσε ΒΗΛΩΚΟΣ ἔτη λε'. Syncell. pag. 86.

Νιόβῃ πρώτῃ γυναικῶν ἐμίγη Ζεύς, ἐξ ἧς ἔσχεν Ἄπιν υἱὸν, τὸν Σάραπιν. Syncell. pag. 100.

Τελχῖνες καὶ Καρυάται πρὸς Φορωνέα καὶ Παῤῥασίους ἐπολέμησαν. Syncell. pag. 101.

Ἰακὼβ κάτεισιν εἰς τὴν Μεσοποταμίαν πρὸς Λάβαν... καὶ δουλεύει παρ' αὐτῷ ἔτη ζ'. Ex Chron. Pasch. p. 48.

## NOTÆ.

[a] Clemens Alexandrinus laudatus etiam Scaligero, Βηλοῦχον hunc vocat.

[b] Minus recte, saltem ad mss. fidem, Scaliger, *quem quidam Serapin vocant*. Videtur autem legendum etiam in Græco, Ἄπιν τόν τε Σάραπιν καλούμενον, supplendaque ex subsequenti versu verba. μυθεύονται Ἕλληνες. Cæterum et receptæ apud Veteres sententiæ contradicit Syncellus, qui Nioben hanc Phoronei filiam fuisse inficiatur, sed Inachi uxorem facit, atque adeo Phoronei matrem. Contradicit vero ad hunc modum etiam Eusebius in adversa Ægyptiorum columna, ubi Phoroneum Inachi et Niobes filium dicit. Multo autem magis in eo a Veteribus dissentiunt, quod Apidem, qui frater fuit Niobæ, ejus filium ex Jove asserunt. Equidem qui genealogias istas ab Inacho enarrant, Apollodorus et Pausanias, nonnihil inter se differunt : consentiunt in hoc tamen, quod Argus, non Apis ex Niobe sit natus. Quo igitur pacto conciliari cum his noster possit, non video. Confer, si libet, præter laudatos auctores, Diodorum Siculum lib. IV, Nonnum XXXII, Hyginum quoque c. 145, et Scholiasten Statii Theb. IV. His adde Dionysium Halicarnas. Antiq. Rom. pag. 9, ubi ex hac Niobe Phoronei filia, et Jove natum Pelasgum (alterum filium) refert : et Pausaniam denuo in Corinthiac. cap. 22, ubi de industria Niobem *Phoronei* vocat, ut eam ab altera Tantali filia discernat. Demum et Tzetzem in Lycophron. pag. 58 Schol. Euripidis ad Orest. v. 935, et ut alios omittam, Eusebium ipsum Præpar. Evang. lib. II, ubi, Ζεὺς πρώτῃ μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ, κ. τ. λ.

[c] Juxta Græcum textum, *Telchines et Cariatæ*, dissidentibus inter se, mirumque in modum corruptis Latinis mss., reposuit hic Scaliger, qui et de duplicibus Caryis, Laconicis nempe, et Arcadicis prolixius disputat. Atque illa quidem illarum sunt gentium vocabula, quæ bellum Phoroneo intulerunt : hæc autem, quæ et nos cum Pontaco retinemus pressius ad mss. fidem, propria videntur ex iisdem illis nationibus singularium ducum seu regum nomina ; neque enim est verosimile, si Telchinas, et Caryatas scripserunt sive Eusebius, sive Hieronymus, potuisse in multo barbariores voces *Tellaphis*, et *Carsatis* depravari : bene autem econtrario. Tametsi malim equidem, *Thelcisis*, vel *Thelcisius*, reponi ex omnium emendatissimis Palatinis mss. Porro autem Parrhasiorum, quos bello lacessiverunt, Pausanias meminit in posteriorem Eliacorum, sive lib. VI, c. 8, et epigrammate, quo Damarthus laudatur,

ἀπ' Ἀρκαδίας Παῤῥάσιος γενεάν.

Et lib. VIII, ubi singulas eorum urbes recenset. Sed et Scholiastes Euripidis ad Orestis vers. 1647 :

Παῤῥάσιον οἰκεῖν δάπεδον, ἐνιαυτοῦ κύκλον.

Οἱ μὲν inquit, πόλιν, οἱ δὲ χώραν εἶναί φασιν ἀπὸ Παῤῥασίου τοῦ Πελασγοῦ ὀνομασθεῖσαν, ὃς συνῴκισε τοὺς Ἀρκάδας, καὶ Πελασγοὺς αὐτοὺς ἐπωνόμασεν. Cæterum observatum Salmasio, ita ab sæpius laudato Antiquario subscribi huic periochæ in primo Palatino, *Supradicta historia in novo codice est ad num.* 33 *regni Sicyoniorum, in antiquo autem posita est ut hic.* Et verum est. Nam omnes reliqui Palatini cum Sichardina edit. ad illum numerum eam agnoscunt.

[d] Jacobi descensum in Mesopotamiam alio atque alio ejusdem ætatis anno chronologi veteres pro sua quisque ratione assignant. Quod vero mirum est magis, ac nostra quidem interest scire, in hac ipsa ascribenda unius Eusebii sententia pugnant inter se cum veteres libri, tum critici hujusce operis editores. Scaliger refert ad numerum 232, atque adeo Jacobi ipsius ann. septuagesimum secundum : admonet vero in notis, ex filo tituli Hebræorum apparere, eum fuisse Jacobi septuagesimum septimum. Pontacus econtrario differt ad numerum usque 240, Jacobi ann. octogesimum ; satisque habet indicasse verbo tenus in notis, varie situm esse hunc paragra-

| Assyriorum. | Sicyoniorum. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Ann. ab Abrah. |
|---|---|---|---|---|---|
| 11 | 39 | 79 | 49 | 29 | 240 |
| 12 | 40 | 80 CXL Isaac annus. | 50 | 30 | |
| 13 | 41 | 81 | 51 | 31 | |
| 14 | 42 | 82 | 52 | 32 | |
| 15 | 43 | 83 | 53 | 33 | |
| 16 | 44 | 84 | 54 | 34 | |
| 17 | 45 | 85 CLXX annus Repromissionis. | 55 | 35 | |
| 18 | 46 | 86 | 56 | 36 | |
| 19 | 47 | 87 Jacob generat Ruben. | 57 | 37 | |
| 20 | 48 | 88 Jacob generat Simeon. | 58 | 38 | |
| 21 | 49 | 89 Jacob generat [a] Levi. | 59 | 39 | |
| 22 | 50 | 90 CL annus Isaac. | 60 | 40 [b] Messana, quæ, et Mamertina conditur. | 250 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰακὼβ γεννᾷ τὸν Ῥουβήμ... Ἰακὼβ γεννᾷ τὸν Συμεών... Ἰακὼβ γεννᾷ τὸν Λευί. Chron. Pasch. pag. 48.

## NOTÆ.

phum in mss. Nobis non alio, quam huic septuagesimo octavo anno visus est Eusebius eam historiam ascripsisse.: neque porro huc eam revocare dubitavimus. Persuasit vero cumprimis S. Prosperi testimonium in Chronico Integro, ubi nedum rerum seriem, sed ipsa etiam hæc verba mutuatus ab Eusebio, hic apposuit. Dein momenti plurimum addiderunt tres omnium antiquissimi mss. Aurelianensis, Lemovicensis et Pithœanus apud Pontacum, quibus adcenseri debet etiam Parmensis, quo utimur: tametsi nonnihil hic loci in numericis notis fuerit ab antiquario depravatus. Demum quod necesse hoc saltem erat temporis intervallum ex Eusebii mente, a descensu Jacobi ad Josephi natalem diem, quem tum ipse ponit ad ann. Jacobi nonagesimum secundum, tum ex Scriptura colligitur, post quatuordecim annos servitutis in Mesopotamia ex Rachele generatum. Idem erat intelligere ex Syncelli contra hanc hypothesim objectione, quam subsequenti annotatione expendemus. Quod interim lectionem Latini contextus spectat, in Parmensi ms. *et servit ibi* legitur pro *servivit*: minus adhuc recte Scaliger, *Jacob Mesopotamiam venit, et servit apud*, etc., qui et quinquennio post, sive ad Jacobi ann. septuagesimum octavum addit de suo, ut videtur, neque enim quid simile aliis in libris invenimus, hanc periocham, *Jacob Liam et Rachel in Mesopotamia duxit uxores.*

a Syncellus ait, Οὔτε τὸν κατὰ Ἀφρικανόν μοι δοκεῖ δυνατὸν εἶναι τὸν Λευὶ γεννηθῆναι τῷ πζʹ ἔτει τοῦ Ἰακὼβ, οὔτε κατὰ τὸν Εὐσέβιον τῷ αὐτῷ πζʹ. *Neque secundum Africanum mihi videtur fieri potuisse, ut Levi natus sit octogesimo septimo Jacobi anno, neque juxta Eusebium eodem anno octogesimo septimo.* Huic igitur anno, quemadmodum et Scaliger recensuit, non ut nostra ferunt exemplaria, octogesimo nono Levi ortum Eusebius assignaverit? Equidem haud puto; quin immo errorem apud Syncellum irrepsisse in numericis notis existimo, ubi de Eusebio loquitur, ac legendum οὔτε κατὰ τὸν Εὐσέβιον τῷ ἔτει πθʹ.. *Neque juxta Eusebium anno octogesimo nono:* ut quid enim disjunctive diceret, atque altero isocolo, *neque juxta Eusebium*, si Africani pariter atque Eusebii eadem supputatio fuit? Porro quod Syncelli objectionem ita Scaliger admittit, ut ne γρῦ quidem pro auctore suo reponat, ea causa est, quam modo dicebamus, quod inde appareat, se contra Eusebii mentem, Jacobi descensum in Mesopotamiam anno ejusdem septuagesimo secundo adjunxisse: neque adeo tunc bene non inerudita Syncelli objectio in universum procedat. Videsis Goarum in notis utramque, nostri scilicet suique Auctoris sententiam pluribus exponentem: ita vero excipito adversarii argumenta, ut teneas, quod ille ignorat, cum expleto primo servitii septennio, Laban Rachelis loco Liam natu majorem filiam substituit, non recusasse tamen justis Jacobi postulationibus, et Rachelem dare interim ea lege, ut alterum septennium serviret, minime vero post exactum istud quoque temporis intervallum distulisse. Hac adhibita cautione, quæcumque adversus Eusebium proferuntur, nullo negotio refutabis: nam si velimus hic nos singula utrimque expendere, nullus erit dicendi finis.

b Quod ait Scaliger ex Strabone, Cellarius quoque ex Diodoro, atque aliis, prius dictam urbem hanc *Zanclen*, non usque adeo certum videtur. Enimvero Stephanus eo nomine diversam a Messana urbem designat, neque enim ibi ejus meminit. Sed et Scymnus Chius Zanclem cum Catana et Callipoli jungens, post aliquot versus Agrigentum et Messanam recenset, quo manifestius nullum est distinctionis indicium. Idem hujus primordia et conditum ad Iones ex Samo profectos refert: Οἱ Γελῷοι δ' ἔκτισαν Ἀκράγαντα, Μεσσήνην δ' Ἴωνες ἐκ Σάμου. Sive, ut per apocopen legendum Holstenius docet, καὶ Μέσσην δ' Ἴωνες, etc. Silio Italico lib. XIV dicitur, *Orco memorabilis ortu.* Cur porro Mamertina sit dicta, narrat Alphius historicus apud Festum in voce *Mamertini*, qui eos ait Samnites fuisse, qui tempore pestilentiæ (ut *ver sacrum* ex Apollinis præcepto voverent) patriis sedibus jussis decedere, in Siciliam venerunt, atque ibi Messanensibus bello vexatis suppetias ferentes, eos ab hoste liberarunt. *Itaque*, ait, *provinciales, ob meritum eorum, ut gratiam referrent, et in suum corpus communionemque agrorum invitarunt eos, et nomen acceperunt unum ut dicerentur* Mamertini, *quod conjectis in sortem duodecim Deorum nominibus,* Mamers *forte exierat, qui lingua Oscorum* Mars *significatur.* Polybius lib. III et Diodorus in Ἐκλογαῖς lib. XXI paulo aliter, Campanos eos fuisse tradunt, qui occupata per scelus Messana, Mamertinorum a Marte, sive Martiali ausu sibi nomen indiderunt. Varro lib. IV, Sabinorum illud esse vocabulum; Plutarchus in vita Pyrrhi, Latinorum, contendit. Meminit tum iste Μαμερτίνων τῶν ἐν Μεσσήνῃ etiam in Pompeio. Porro autem Messenem Peloponnesi cum Messene Sicula haud raro Veteres confundunt: neque adeo inficias ibo, hunc ipsum errorem videri peccasse Hieronymum lib. I contra Jovinianum num. 41, ubi, *Cum quinquaginta*, inquit, *Virgines Lacedæmoniorum Messenii violare tentassent, de tanto numero ad stuprum nulla consensit, sed omnes libentissime pro pudicitia occubuerunt. Quamobrem grave bellum, et longissimum concitatum est, et post multum temporis, Mamertia subversa est.* Hanc Scaliger hallucinationem superbe irridet. Legit autem ipse hic loci: *Hoc tempore in Sicilia, Messana quæ*, etc., hancque periocham ad 47 Argivorum nume-

| Assyriorum. | Sicyoniorum. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Ann. ab Abrah. |
|---|---|---|---|---|---|
| 23 | 51 | 91 Principium XLV Jubilæi: et Jacob generat Judam, a quo Judæi appellati. | 61 | 41 | |
| 24 | 52 | 92 I annus Joseph, XCII erat Jacob. | 62 | 42 | |
| 25 | 53 Sicyoniorum IX, [a] MESSAPUS, annis 47. | 93 Jacob genuit [b] Joseph. | 63 | 43 | |
| 26 | 1 | 94 | 64 | 44 [d] Diluvium, quod factum est sub Ogyge. | |
| 27 | 2 | 95 CLXXX annus Repromissionis. | 65 | 45 | |
| 28 | 3 | 96 | 66 | 46 | |
| 29 | 4 | 97 | 67 | 47 | |
| 30 | 5 | 98 | 68 | 48 | |
| 31 | 6 | 99 | 69 | 49 | |
| 32 | 7 | 100 CLX annus Isaac. | 70 | 50 | 260 |
| 33 | 8 | 101 | 71 | 51 | |
| 34 | 9 | 102 | 72 | 52 | |
| 35 | 10 | 103 | 73 | 53 | |
| *Assyriorum IX, BALEUS annis 52.* | | | | | |
| 1 | 11 | 104 | 74 | 54 | |
| 2 | 12 | 105 CXC annus Repromissionis. | 75 | 55 | |
| 3 | 13 | 106 | 76 | 56 | |
| 4 | 14 | 107 | 77 | 57 | |
| 5 | 15 | 108 Joseph [c] venundatus a fratribus annum agens 17. | 78 | 58 | |
| 6 | 16 | 109 | 79 | 59 | |
| 7 | 17 | 110 CLXX Isaac annus, Jacob vero 110. | 80 | 60 | 270 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων θ', ἐβασίλευσε ΜΕΣΣΑΠΟΣ ἔτη μζ'. Syncell. pag. 83.

Ἰακὼβ γεννᾷ τὸν Ἰούδαν, ἐξ οὗ οἱ Ἰουδαῖοι. Idem p. 49.

Ϟς' ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας, Ἰακὼβ γεννᾷ τὸν Ἰωσήφ. Syncell. Ibidem.

Ὁ κατ' Ὤγυγον ἱστορούμενος κατακλυσμός. Ex Syncello pag. 50.

Ἀσσυρίων θ', ἐβασίλευσε ΒΑΛΑΙΟΣ, ἔτη νβ'. Syncell. pag. 86.

Ἰωσὴφ πιπράσκεται ὑπὸ ἀδελφῶν ἔτος ἄγων ιζ'. Chronic. Pasch. pag. 49.

Τῷ ρκ' ἔτει τοῦ Ἰακὼβ ἐτελεύτησεν ὁ Ἰσαὰκ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ζήσας ἔτη ρπ'. Syncell. pag. 85.

## NOTÆ.

rum collocat, minus recte, ad mss. saltem codicum fidem; nam et in primo Palatino, in quo ad annum 43 ponitur, notatum tamen est laudati sæpius Antiquarii manu, teste Salmasio, *In codice novo suprascripta historia ad numerum 40 Argivorum habetur.*

[a] S. Augustinus de Civitat. Dei, lib. XVIII, cap. 4: *Regnantibus Assyriorum decimo rege Baleo, et Sicyoniorum nono Messapo, qui etiam Cephisos a quibusdam traditur (si tamen duorum nominum homo unus fuit, ac non potius alterum pro altero putaverunt fuisse hominem, qui in suis posuerunt scriptis alterum nomen), cum rex Argivorum tertius Apis esset*, etc.

[b] In Parmensi ms. ut et Scaligeri edit., *generat Joseph* pro *genuit*; sed et supra Scaliger, *Ruben natus, et Symeon natus*, etc. præfert.

[c] In Scaligeri editione *venditur*: tum omnino male, annos 16 pro 17, quem errorem ipse etiam Pontaci typographus erraverat, ut ipse in corrigendis notat. Nempe docet Scriptura Genes. XXXVII, 2, Josephum, antequam venderetur, fuisse *filium* XVII annorum. Ad hæc Scaliger hanc sententiam superiori anno Jacobi 107 videtur illigasse. Prosper econtrario subsequenti 109 ascribit. Syncellus, Ἰωσὴφ δὲ μετὰ τὴν ἐπάνοδον ἐν γῇ Χαναὰν τοῦ πατρὸς, φθόνῳ τῶν ἀδελφῶν δοῦλος πραθεὶς, κατήχθη εἰς Αἴγυπτον τῷ ρζ' ἔτει τοῦ Ἰακὼβ, αὐτὸς ὢν ἐτῶν ιζ'. Et Cedrenus, Ὅτι δεκαεπτὰ ἐτῶν ὁ Ἰωσὴφ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἐπράθη. Denique Zonaras, Τὸν δὲ Ἰωσὴφ τοῖς ἐμπόροις ἀποδίδονται μνῶν εἴκοσι ἐτῶν ἑπτακαίδεκα γεγονότα.

[d] Ad hunc numerum 254 diluvium Ogygi referunt plerique omnes mss. æque atque editi libri. Scaliger biennio post differt, quocum facit Palatinus ms. apud Salmasium: ubi notatum est tamen Antiquario, haberi eam historiam in novo codice ad numerum, ut hic, Argivorum 44. Legit præterea perperam, *Diluvium Ægypti hoc tempore fuit, quod factum est*, etc., nec eum errorem animadvertit, ubi in notis *in Attica* legi vult pro Ægypto. Neutrum Eusebius dixit, ut ex mss. libris, atque ipso Græco apud Syncellum textu manifestum est. Quod pertinet ad ejus cataclysmi epocam, eum vetus chronologus apud Cedrenum ducentis quadraginta octo annis ante Deucalioneum collocat: Africanus ex Hellanici, Philochori, Castoris, Thalli, et Diodori Siculi scriptis ostenderat, mille ac viginti annis ante primam Olympiadem exstitisse, ut ipsemet Eusebius l. X Præparat. Evangel. sub finem tradit. Eadem Orosii sententia fuit lib. I. cap. 7. qui exinde ad epocham Urbis conditæ annos censet mille et quadraginta: nempe triginta plus minus supra Eusebii rationes uterque exaggerat. Melius sibi ac veritati consuluit Tatianus cap. 60, absolute referens ad Phoronei tempora: quod et Augustinus lib. XVIII de Civit. Dei cap. 8 facit, ubi tamen nescio quos trecentos annos, pro ducentis et quinquaginta μνημονικῷ lapsu memorat.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | Ann. ab Abrah. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | *Argivorum III, APIS, annis* 35. | |
| 8 ...... | 18 ...... | 111 ...... | 81 ...... | 1 Aiunt hunc Apin esse Serapin : siquidem cum fratrem Ægialeum regem præfecisset Achaiæ, ipse cum[c] populo ad Ægyptum navigavit. | |
| 9 ...... | 19 ...... | 112 ...... | 82 ...... | 2 ...... | |
| 10 ...... | 20 ...... | 113 ...... | 83 ...... | 3 ...... | |
| 11 ...... | 21 ...... | 114 ...... | 84 ...... | 4 ...... | |
| 12 ...... | 22 ...... | 115 cc annus Repromissionis. | 85 ...... | 5 ...... | |
| 13 ...... | 23 ...... | 116 ...... | 86 ...... | 6 ...... | |
| 14 ...... | 24 ...... | 117 ...... | 87 ...... | 7 ...... | |
| 15 ...... | 25 ...... | 118 ...... | 88 ...... | 8 ...... | |
| 16 ...... | 26 ...... | 119 ...... | 89 Memphis in Ægypto ab [b] Ape condita. | 9 ...... | |
| 17 ...... | 27 ...... | 120 CLXXX ann. Isaac moritur, relinquit filium Jacob habentem an. 120. | 90 ...... | 10 ...... | 280 |
| 18 ...... | 28 Telchines [a] victi Rhodum condiderunt, quæ prius Ophiusa vocabatur. | 122 ...... | 91 ...... | 11 ...... | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τελχῖνες ἐκπεσόντες Πελοποννήσου Ῥόδον ᾤκισαν νῆσον τὴν καλουμένην Ὀφιοῦσαν, Syncell. pag. 118.

Μέμφις ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τούτους ἐκτίσθη τοὺς χρόνους, Syncell. pag, 118.

Ἀργείων γ', ἐβασίλευσε ἌΠΙΣ ἔτη λε'.

Τοῦτον τὸν Ἄπιν φασὶ... καὶ Σάραπιν κληθῆναι· οὗτος τὸν ἀδελφὸν Αἰγιαλέα τῆς Ἀχαΐας, ὥς φασι, κατέστησε βασιλέα, αὐτὸς εἰς Αἴγυπτον ἐστάλη σὺν ὄχλῳ. Syncell. Ibidem.

## NOTÆ.

[a] Orosius lib. I Histor. c. 7 : *Telchines et Carpathii* (legend. videtur *Cariatæ*) *Rhodum insulam*, *quæ Ophiussa antea vocabatur*, *quasi tuta possessione ceperunt.* Quare et Τελχῖνιν ἀπὸ τῶν οἰκησάντων τὴν γῆν appellatam, docet Strabo lib. XIV. Criminatur vero Scaliger Hieronymianam interpretationem hujus loci, quam ait mancam esse, atque historiam nobilissimam dissimulare, iis contentam verbis, Τελχῖνες ἐκπεσόντες Πελοποννήσου, *Telchines expulsi Peloponneso.* Sed vellem prius certo aliquo testimonio ostendisset, fuisse ita ab Eusebio scriptum : Syncelli enim illa sunt quæ et nos laudamus ad sensus integritatem, non propria archetypi verba : quæ vero simile omnino non est, si ibi exstitissent, voluisse S. interpretem dissimulare.

[b] Non ait Syncellus *ab Ape*, sed κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. Immo inferius nedum ille, sed Eusebius ipsemet ad num. 524, ab Epapho, Ius secundæ ac Jovis filio, conditam Memphim, pari consensu tradunt : quæ et pervulgata Apollodori lib. II Hygini capp. 149 et 275, aliorumque auctorum sententia est. Ignorasse autem videtur noster, et qui ab eo hauserunt reliqui omnes, quod Herodotus in Thalia n. 27, atque alibi docet, Ægyptiorum Apidem a Græcis dici Epaphum, ὁ Ἄπις, τὸν Ἕλληνες Ἔπαφον καλέουσι. Et, ὁ δὲ Ἄπις οὗτος ὁ Ἔπαφος. Adeo cum apud alios legeret ab Ape conditam Memphim, apud alios ab Epapho, duos ratus conditores, pro varia Auctorum sententia dici, eum quasi vetustiorem multo ad hæc tempora, hunc post ducentos, et quod excurrit, annos ad seriem historiæ retulit. Et poterat tamen ab ipso, quem, ut videtur, ob oculos habebat, Clemente Alexandrino lib. I Stromatum edoceri, cui Apis, qui Mempheos auctor dicitur, idem ille est atque Epaphus. Sed nec magnus Scaliger diversitatem hanc nominis intellexit, siquidem Epiphanium ex una parte, qui cum Eusebio facit : ex alia quasi ab iis dissentientem Apollodorum laudat. Nec illi norunt, qui ita conciliare student, ut fuerit ab Apide primum urbs condita, et Memphis κατὰ πρόληψιν a scriptoribus nuncupata : quæ instaurata postmodum atque amplificata ab Epapho, de uxoris ejus nomine nomen illud acceperit. Fraudi fuit illa nominis trajectio ad Græcos. Verum utcumque nos hallucinationem hanc recte sustulerimus, negotium facessent alii, et cumprimis Diodorus Siculus lib. I, qui Uchoreum ab Osymandya rege octavum ejus conditorem urbis facit. Locus Scaligeri, atque aliorum, qui hæc pertractarunt, diligentiam effugit. Ait vero, τῶν δὲ τούτου τοῦ βασιλέως ἀπογόνων ὄγδοος ὁ προσαγορευθεὶς Οὐχορεὺς ἔκτισε πόλιν Μέμφιν, ἐπιφανεστάτην τῶν κατ' Αἴγυπτον : *Ex progenie hujus regis*, Osymandyæ, *octavus, nomine Uchoreus, Memphin condidit, urbium Ægypti clarissimam.* Ad hæc Fl. Josephus, qui eo vetustiorem multo originem a Mene Ægyptiorum primo post Deos homine rege repetit lib. VIII Antiq. c. 6 : Μιναῖον εἶναι τὸν Μέμφιν οἰκοδομήσαντα, ὃς ἔτεσι πολλαῖς ἔμπροσθεν ἐγίνετο τοῦ πάππου ἡμῶν Ἀβράμου. *A Mene, qui Memphin condidit, quique multis annis Abrahamum avum nostrum antecessit.* Denique Herodotus, qui ante ipsum Menem urbem illam extitisse refert in Euterpe c. 99, ex sacerdotum Ægypti sermonibus. Aiebant enim illi, Menem, qui primus apud Ægyptum regnavit, ἀπογεφυρῶσαι τὴν Μέμφιν, *pontibus separavisse Memphin*, et fluvio, qui montem sabulosum præterlabebatur, inde abacto, atque in novum alveum ducto, cum terra facta esset continens, locum apud quosdam fecisse fabulæ, ut diceretur τὴν πόλιν κτίσαι ταύτην, ἥτις νῦν Μέμφις καλέεται, *urbem hanc condidisse, quæ nunc Memphis appellatur.*

[c] Non addunt *cum populo* noster aliusque vetus ms. liber. Illud vero de Apide, qui Serapis cognominatus est, paulo supra Eusebius in Ægyptiorum filo retulit : atque eum quidem dixit Jovis et Niobes filium circa Belochi octavi Assyriorum regis tempora. Videsis quæ ibi annotata sunt : ac memineris, auctorem nostrum ex aliorum sæpius sensu ac sententiis loqui. Clemens quoque hunc Argivorum regem Apin variis in primo Stromatum nominibus designat : Ἄπις, ὁ Ἄργους βασιλεὺς, Μέμφιν οἰκίζει, ὥς φησιν

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | *Hebræorum JOSEPH dux* [a] *Ægypti anno ætatis suæ 30 vixit annis* 80. | | | |
| 19 | 29 | 1 | 92 | 12 | |
| 20 | 30 | 2 | 93 | 13 | |
| 21 | 31 | 3 | 94 | 14 | |
| 22 | 32 | 4 ccx annus Repromissionis. | 95 | 15 | |
| 23 | 33 | 5 | 96 | 16 | |
| 24 | 34 | 6 | 97 | 17 | |
| 25 | 35 | 7 | 98 | 18 | |
| 26 | 36 | 8 | 99 | 19 | |
| 27 | 37 | 9 cxxx annus Jacob. | 100 | 20 | 290 |
| 28 | 38 | 10 Secundo [b] anno famis ingressus Ægyptum cum filiis suis Jacob, cum a Pharaone interrogaretur, quotum annum ageret, respondit se esse annorum 130. | 101 | 21 | |
| 29 | 39 | 11 | 102 | 22 | |
| 30 | 40 | 12 | 103 *Ægyptiorum XVII DYNASTIA Diospolitanorum,* [c] *annis 348, quorum primus AMASIS annis* 25. | 23 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰωσὴφ ἐπὶ τῆς ἀρχῆς Αἰγύπτου ἀναβιβάζεται, ὅπερ ἦν τῆς μὲν ζωῆς τοῦ Ἰωσὴφ ἔτος λ'. Syncell. pag. 55.

Τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς λιμοῦ... κατῆλθεν Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον... εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ Φαραώ· Αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν τῆς ζωῆς μου ἣ παροικῶ ρλ' ἔτη. Ex Syncello pag. 87.

Ὀκτοκαιδεκάτη ΔΥΝΑΣΤΕΙΑ Διοσπολιτῶν βασιλέων ις'. ὧν πρῶτος ἌΜΩΣΙΣ ἔτη κε'. Syncell. pag. 55.

## NOTÆ.

Ἀρίστιππος ἐν πρώτῃ Ἀρκαδικῶν· τοῦτον δὲ Ἀριστέας ὁ Ἀργεῖος ἐπονομασθῆναί φησι Σάραπιν, καὶ τοῦτον εἶναι, ὃν Αἰγύπτιοι σέβουσιν. *Apis rex Argorum ædificat Memphin, ut dicit Aristippus in primo Arcadicorum. Aristeas vero Argivus dicit eum nominatum esse Serapin, et eum esse quem colunt Ægyptii.* Recole præcedentem proxime Annotationem, et confer Nicephorum Hist. Eccl. lib. xv, c. 8, ac si lubet Herodotum quoque in Thalia.

[a] Si Regis nomen, a quo in tantam dignitatem Josephus evectus est, certo sciretur, tum posset ex hoc primum loco constitui Ægyptiorum historia, quam ad hoc usque tempus nullis certis principiis ad Chronologiæ Sacræ comparationem inniti diximus. Et Syncellus tamen pag. 49 dicere audet, ἐπὶ πᾶσι συμπεφώνηται, ὅτι ἐπὶ Ἀφώφεως ἦρξεν Ἰωσὴφ τῆς Αἰγύπτου: *Una omnium voce fertur, sub Aphophi Joseph in Ægypto potestatem exercuisse.* Mentitur vero: nam neque id Manetho sensit, neque vernaculus Judæorum historiæ scriptor Josephus, non alii antiquiores, nec demum Eusebius noster: ut nihil dicam, magno etiam consensu interdum Veteres in hujusmodi rebus errasse. Ego vero propius dici existimarim, Apachnam Regem illum fuisse, idque posse ab ipsa Scriptura Genes. XLI deduci, ubi dicitur Joseph *Zophnat Paneach* ab ipso rege cognominatus. Priore scilicet voce *Desideratus*, vel *Intimus* significatur, juxta receptiorem etymologiam: altera nomen ipsum est *Pachna*: ut dictus adeo sit uno, eodemque ad rem gestam per quam apto sensu, *Intimus Pachnæ*, sive acceptissimus regis *Paneaeh*. Levis nempe illa unius litteræ metathesis Orientalium linguarum ingenium sapit, variæque punctationis, cum de una in aliam linguam nomina transferuntur, quod potest plerisque aliis petitis a Scriptura exemplis comprobari. Porro locum hunc Scaliger ita legit: *Ex Hebræis Joseph dux Ægypti annos* 80, *tricesimo ætatis suæ anno.*

[b] Laudat ad hunc locum Scaliger illa Syncelli verba p. 87, Τῷ β' ἔτει τοῦ λιμοῦ κατῆλθον οἱ ἀδελφοὶ τοῦ Ἰωσὴφ εἰς Αἴγυπτον, ὅπερ ἦν τοῦ μὲν Ἰωσὴφ λθ' ἔτος, τοῦ δὲ Ἰακὼβ ρκθ'. Fortasse autem non animadvertit hunc Syncelli locum magis contra se facere: si enim rationes recte Syncellus iniit, tum male Scaliger secundum annum famis cum 10 principatus Jacobi composuit. Et expressius tamen, et ut videtur, de suo ita exaggerans legit in Latino: *Hoc anno, qui secundus famis fuit, introivit Ægyptum cum filiis suis Jacob, qui cum a Pharaone*, etc. Levius errare videtur Pontacus, quem explicare utcumque possis de anno famis secundo jam *completo*, Verum omnium optime Prosper ann. hunc alterum famis, ut et ingressum Jacobi in Ægyptum superiori nono Josephi principatus ascribit, atque unice veram Eusebii lectionem ac mentem est assecutus. Luculentissime etiam Cedrenus, Μετὰ δὲ β' ἔτη, ἐξ οὗ ἤρξατο ὁ λιμὸς, κατέβη Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον ἐν οε' ψυχαῖς. Eusebiani vero Chronici hujus editores videntur de industria hanc rem ad ann. 10 distulisse, ut magis responsio constaret Jacobi ad Pharaonem, *se esse ann.* 130. Levis autem hæc causa fuit: potuit enim verissime nono Josephi anno, qui famis secundus fuit, ad finem vergente, in Ægyptum adveniens Jacob, et post aliquod temporis interstitium Pharaonem alloquens, jamque ineunte Josephi principatus 10, ita Pharaoni respondere, annum se agere 130.

[c] Videntur isthæc ex Latina interpretatione excidisse verba, *Regum sedecim*, quæ et orationis contextus, et historiæ veritas postulant. Corrupti etiam in numericis notis editi Syncelliani codices, qui solos *quatuordecim* hic numerant, quem nos errorem in Græco emendare ex alio Syncelli loco, atque Eusebio, non dubitavimus. Reposuimus denique *Diospolitanorum*, pro mendoso *Diopolitanorum*.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 31 | 41 | 13 | 1 | 24 Sparta condita est a [c] Sparto filio Phoronei. | |
| 32 | 42 | 14 ccxx annus Repromissionis. | 2 | 25 | |
| 33 | 43 | 15 | 3 | 26 | |
| 34 | 44 | 16 | 4 | 27 | |
| 35 | 45 | 17 | 5 | 28 | |
| 36 | 46 | 18 | 6 | 29 | |
| 37 | 47 | 19 cxl annus Jacob. | 7 | 30 | 300 |
| | *Sicyoniorum X*, [a] *HERATUS, annis* 46. | | | | |
| 38 | 1 | 20 i annus Joseph. — Initium Jubilæi 46. | 8 | 31 | |
| 39 | 2 | 21 | 9 | 32 | |
| 40 | 3 | 22 | 10 | 33 | |
| 41 | 4 | 23 | 11 | 34 | |
| 42 | 5 | 24 ccxxx an. Repromissionis. | 12 | 35 | |
| | | | | *Argis IV*, [d] *ARGUS annis* 70. | |
| 43 | 6 | 25 | 13 | 1 | |
| 44 | 7 | 26 Jacob 147 [b] ætatis suæ anno diem obiit, prophetizans de Christo, et de vocatione gentium. | 14 | 2 | |
| 45 | 8 | 27 | 15 | 3 | |
| 46 | 9 | 28 | 16 | 4 | |
| 47 | 10 | 29 | 17 | 5 | 310 |
| 48 | 11 | 30 lx annus Joseph. | 18 | 6 | |
| 49 | 12 | 31 | 19 | 7 | |
| 50 | 13 | 32 | 20 | 8 | |
| 51 | 14 | 33 | 21 | 9 | |
| 52 | 15 | 34 ccxl annus Repromissionis. | 22 | 10 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων ι', ἐβασίλευσεν ἝΡΑΤΟΣ ἔτη μς'. Syncell. pag. 83.

Ἑκατοστὸν τεσσαρακοστὸν ἕβδομον ἔτος ἄγων Ἰακὼβ προφητεύει περὶ τοῦ Κυρίου, καὶ περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως διὰ Χριστοῦ..... [e] καὶ ἀποθνήσκει. Chronic. Paschale pag. 50.

σμ' ἔτος τῆς Ἐπαγγελίας. Idem ibidem.

σν' ἔτος τῆς Ἐπαγγελίας. Idem ibidem.

Σπάρτα ἐκτίσθη ὑπὸ Σπαρτοῦ παιδὸς Φορωνέως. Syncell. pag. 118.

Ἀργείων δ', ἐβασίλευσεν ἌΡΓΟΣ ἔτη δ'. Sync. p. 119.

## NOTÆ.

[a] Semel atque iterum Pausanias in Corinth. cap. 5, A *Peratum* hunc vocat pro *Erato:* quod antiquariorum tribuendum est vitio, qui Ἡράτος, ut scriptum facile fuerat, litteræ prioris cum H similitudine decepti, in Πέρατος depravarunt. Alias cum ipse Pausanias, tum cæteri libri omnes *Eratum* scribunt. Penes Syncellum erat Ἔραστος.

[b] Scaliger hanc periocham in subsequentem annum differt.

[c] Eorum, quæ huc pertinent, nihil ferme reliqui nobis fecit Menesius Miscellanea Laconica lib. IV. In tanta autem fluctuatione Veterum, qui Spartæ originem ab aliis atque aliis conditoribus repetunt, haud sane parum est, cum nostro facere Stephanum in Lacedæmone, ubi Σπάρτη, inquit, πρότερον ἀπὸ Σπαρτοῦ appellabatur, tametsi hunc Spartum Amyclantis filium, non Phoronei dicat. Eum locum Eustathius quoque descripsit. Sed et Scymnus Ghius Spartum v. 604:

Οὗ πόλις ἐστὶ τοῦ Σπαρτοῦ κτίσις.

Cæterum Σπάρτωνα alii cum Pausania, non Σπαρτὸν B vocant: civitatem vero tradit etiam Apollodorus lib. III ita appellatam ex Sparta Lacedæmonis conjuge, et filia Eurotæ, qui ἀπὸ Λέλεγος αὐτόχθονος descenderat. Sed est illa recentioris ætatis, solisque annis 308 illi excidio superior. Sunt autem et qui dictum sic volunt, propterea quod Leleges primi ejus urbis conditores prius διεσπαρμένοι, *sparsim* habitantes, in unum ibi convenerint. Vide Stephanum in Epitome, Strabonem quoque lib. VII et Dionysium Halic. lib. I. Jam vero Scaliger hanc periocham post adhuc septem annos, sive post numerum ab Abrahamo 300 A differt. Nostræ autem, atque adeo Pontacenæ recensioni ad numer. Argivor. 24 cum Parmensis atque alii, tum tres Palatini posteriores mss. suffragantur, quod etiam ibi notatum est Antiquario.

[d] Hic est, qui peninsulam Apiam prius dictam, a se *Argos* voluit appellari; unde apud Hesychium, Ἄργος Πελοπόννησος. Scaliger notat, apud Tatianum legi Ἀργεῖος, ut in excerptis Barbaro-Latinis *Argius*. Laudat et Apollodori locum, Ἄργος δὲ λαβὼν παρὰ Φορωνέως τὴν βασιλείαν, etc.; ex quo, ut etiam ex Hygino cap. 124, qui inter Phoroneum et Argum nullum regem ponit, tantum non colligit, hunc illi proxime successisse, Apide, quem Eusebius interserit, non admisso. Cui quidem egomet sententiæ suppetias ibo; nam quæ alii pro eo Apide inter Argivos reges computando, Pausaniæ Corinth. c. 5, atque Æsebyli in Supplicibus proferunt testimonia, nihil ad rem sunt. Quippe ille Pausaniæ Apis, non Argivorum rex, aut Phoronei filius fuit, sed Telchinis Sicyoniorum re- B gis: luculenter econtrario ex cap. 15 et 16 ejusdem libri constat, ab eo non fuisse Apidem, cum Argivis regibus recensitum. Neque porro Æschylus regem Argivorum eum dixit, sed advenam, qui ultra Naupactum venerit, facit in Eumenidibus: quod et superius ostendimus. S. Augustinus qui lib. XVIII, c. 6, de Civit. Dei, præterea Argum hunece Apidis filium dicit, Veterum omnium, ipsiusque Eusebii auctoritati adversatur.

[e] Voculas καὶ ἀποθνήσκει, ad Latinæ interpretationis vestigia ex Scaligero addidimus.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| *Assyriorum X,* [a] *ALTADAS an.* 32. | | | | | |
| 1 | 16 | 35 | 23 | 11 | |
| 2 | 17 | 36 | 24 | 12 | |
| 3 | 18 | 37 | 25 | 13 | |
| | | | *Ægypti* [b] *CHEBRON, annis* 13. | | |
| 4 | 19 | 38 | 1 | 14 | |
| 5 | 20 | 39 | 2 | 15 | 320 |
| 6 | 21 | 40 LXX annus Joseph. | 3 | 16 | |
| 7 | 22 | 41 | 4 | 17 | |
| 8 | 23 | 42 | 5 | 18 | |
| 9 | 24 | 43 | 6 | 19 | |
| 10 | 25 | 44 CCL annus Repromissionis. | 7 | 20 | |
| 11 | 26 | 45 | 8 | 21 | |
| 12 | 27 | 46 | 9 | 22 | |
| 13 | 28 | 47 | 10 | 23 | |
| 14 | 29 | 48 | 11 | 24 | |
| 15 | 30 | 49 | 12 | 25 | 330 |
| 16 | 31 | 50 LXXX annus Joseph. | 13 | 26 | |
| | | | *Ægypti* [c] *AMENOPHIS, annis* 21. | | |
| 17 | 32 | 51 | 1 | 27 Secundum [d] quorumdam opinionem his temporibus fuit Prometheus, a quo homines factos esse commemorant. Et revera: cum enim sapiens esset, feritatem eorum et nimiam imperitiam ad humanitatem et scientiam transfigurabat. | |
| 18 | 33 | 52 | 2 | 28 | |
| 19 | 34 | 53 | 3 | 29 | |
| 20 | 35 | 54 CCLX annus Repromissionis. | 4 | 30 | |
| 21 | 36 | 55 | 5 | 31 | |
| 22 | 37 | 56 | 6 | 32 | |
| 23 | 38 | 57 | 7 | 33 | |
| 24 | 39 | 58 | 8 | 34 | |
| 25 | 40 | 59 | 9 | 35 | 340 |
| 26 | 41 | 60 XC annus Joseph. | 10 | 36 | |
| 27 | 42 | 61 | 11 | 37 | |
| 28 | 43 | 62 | 12 | 38 | |
| 29 | 44 | 63 | 13 | 39 | |
| 30 | 45 | 64 CCLXX annus Repromissionis. | 14 | 40 | |
| 31 | 46 | 65 | 15 Ægyptiorum re- | 41 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ί, ἈΛΤΑΔΑΣ ἔτη νβ'. Ex Syncell. p. 86.

Αἰγυπτίων β', ἐβασίλευσε ΧΕΒΡΩΝ ἔτη ιγ'. Euseb. apud Syncell. pag. 57.

Αἰγυπτίων γ', ἐβασίλευσεν ἈΜΕΝΩΦΙΣ ἔτη κα'. Euseb. apud Syncell. pag. 57.

Τούτοις τοῖς χρόνοις, ὥς φασι, Προμηθεὺς ἦν, ὃς ἐμυθεύετο πλάττων ἀνθρώπους ἐξ ἀπαιδευσίας καὶ ἀλογίας εἰς παίδευσιν μετάγειν. Syncell. pag. 110.

## NOTÆ.

[a] Pro *Altada* penes Syncellum, qui Africanum secutus est, Σίθως legitur, cui et anni quinquaginta regni ascribuntur. Latini aliquot libri *Alcadam*, corrupte vocant; nec bene excerpta Barbaro-Latina apud Scaligerum *Altallum*; ex eo facile, quod in Græco Λ pro Δ littera, fuerit substituta.

[b] Alias Χεβρῶς, et in Parmensi quoque ms. *Chebros*. Mirum porro quod in regni ejus annis annotandis consentiunt demum inter se omnes, Josephus, Africanus, Eusebius, Syncellus, etc.

[c] Varie in Græcis libris hic scribitur Ἀμῆφις, et Ἀμενώφις, Ἀμενοῦφις, et Ἀμενωφθίς: in Latinis *Amephes*, *Amenophes*, *Amenaphes*, et *Amenonphes*, denique et *Ammenophis*. Syncellus solos ei annos quindecim regni tribuit.

[d] Rursum post ferme annos centum eumdem Prometheum refert ex aliorum opinione Eusebius. Sed et S. August. de Civ. Dei lib. XVIII, c. 8: *Cum*, A inquit, *regnaret Assyriis quartus decimus Saphrus* (hic mihi *Spherus*, sive *Iphereus* videtur penes Eusebium: non ut vulgo putant *Mamylus*, aut *Mamylus*, quamquam ille decimum tertium, non quartum locum teneat) *et Sicyoniis duodecimus Orthopolis, et Criasus quintus Argivis.... regnantibus memoratis regibus, fuisse a quibusdam creditur Prometheus, quem propterea ferunt de luto formasse homines, quia sapientiæ optimus doctor fuisse perhibetur*, etc. Africanus a Scaligero laudatus lib. III Chronograph. ait eum fuisse post Diluvium Deucalionis annis CXIV. Faciunt ejus verba propius quam Syncelli ad Eusebianum contextum: Μετὰ δὲ τέσσαρα καὶ ἐννενήκοντα ἔτη ἦν Προμηθεύς· ὃς πλάσσων ἀνθρώπους ἐμυθεύετο· σοφὸς γὰρ ὢν εἰς παιδείαν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἀπανθρωπίας μετέπλαττε. Confer, si lubet, Hyginum cap. 142, et Casaubonum Lection. Theocrit. c. 20.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | ges [d] omnes tunc Pharaones dicebantur, non hoc proprium habentes nomen, sed pro dignitate reges tunc utebantur hoc nomine, sicut et apud nos Imperatores Augusti appellantur. Habebat ergo unusquisque Pharao proprium nomen. Hoc nos ex libris Manethonis sacerdotis Ægyptiorum lectum posuimus. | | |
| 32 | *Sicyoniorum XI*, [b] *PLEMNÆUS, annis* 48. | 66 | 16 | 42 | |
| *Assyriorum XI*, [a] *MAMITHUS, annis* 30. | 1 | | | | |
| 1 | 2 | 67 | 17 | 43 | |
| 2 | 3 | 68 | 18 | 44 | |
| 3 | 4 | 69 | 19 | 45 | 550 |
| 4 | 5 | 70 [c] annus Joseph. — Principium 47 Jubilæi. | 20 | 46 | |
| 5 | 6 | 71 | 21 *Ægyptiorum* [e] *MEPHRES, annis* 12. | 47 | |
| 6 | 7 | 72 | 1 | 48 | |
| 7 | 8 | 73 | 2 | 49 | |
| 8 | 9 | 74 CCLXXX annus Repromissionis. | 3 | 50 | |
| 9 | 10 | 75 | 4 | 51 | |
| 10 | 11 | 76 | 5 | 52 | |
| 11 | 12 | 77 | 6 | 53 | |
| 12 | 13 | 78 | 7 | 54 | |
| 13 | 14 | 79 | 8 | 55 | 560 |
| 14 | 15 | 80 cx anno [e] Joseph moritur, post cujus interitum Hebræi | 9 | 56 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ια', ἐβασίλευσε ΜΑΜΥΘΟΣ ἔτη λ'. Ex Syncell. pag. 86.

Σικυωνίων ια', ἐβασίλευσε ΠΛΗΜΝΑΙΟΣ ἔτη μη'. Syncell. pag. 87.

σξ ἔτος τῆς Ἐπαγγελίας. Chronic. Paschal. p. 50.

Αἰγυπτίων οἱ βασιλεῖς κατὰ τὸ πλεῖστον Φαραὼ λέγονται, ὅπερ ἦν τοῖς πᾶσι κοινόν τε καὶ προσηγορικὸν ὄνομα. Syncellus pag. 50.

Φαραὼ κοινὸν ὄνομα πάντων τῶν Αἰγύπτου βασιλέων ἐστὶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Φαραὼ ὥσπερ καί... Αὔγουστοι οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου ἐκαλοῦντο. Ἰδίῳ δὲ ὀνόματι ἕκαστος ἐχρῆτο. Cedrenus pag. 35.

Ἐτελεύτησεν Ἰωσὴφ ὢν ἐτῶν ρι'. Syncell. pag. 88.

Αἰγυπτίων δ', ἐβασίλευσε ΜΙΦΡΙΣ ἔτη ιβ'. Sync. p. 57.

## NOTÆ.

a Multum in hoc etiam nomine variat librariorum scriptura; nam et *Amythum*, et *Namitum : Marintum*, et *Maimtum : Mamitum*, et *Maminthum* in mss. atque editis libris invenire est, quæ omnia Græcus apud Syncellum textus emendat. S. August. lib. XVIII de Civ. Dei c. 7 : *Regnantibus Assyriorum duodecimo Mamito, et undecimo Sicyoniorum Plemnæo, et Argis adhuc manente Argo, mortuus est Joseph in Ægypto annorum centum et decem*

b Minus recte in Scaligeri editione *Pleunaus*, nec satis bene in Pontacena *Plemneus*, in Sichardina et Latinis aliquot mss. *Plemmaus*, vel *Plennaus*, et rursum sine diphthongo, *Plemmeus*, et *Plenneus*. Impressam lectionem Græca apud Pausaniam, et apud Syncellum, meliorisque notæ Latini codices probant.

c Quæ ad hunc locum Syncellus, ductis ab Adamo rationibus, contra Eusebium blaterat, tametsi Scaligero probentur ex parte, minime ad rem sunt : siquidem Eusebius ab Abrahamo, non a mundi conditu rationes iniit. Tralatitium porro illud, quod ad fastidium usque et usque exprobrat de Cainano juniore juxta suam hypothesim expuncto : in qua quidem ipsa reprehensione dolose, ut ait Goarus, agit, ex sua nimirum et adversarii sententia captiosum quid inferens.

d Scaliger hanc pericopem, utpote supposititiam repudiat, aitque, planum, qui hæc commentus est, A quod parum fidei sibi habitum iri vereretur, Manethonis auctoritatem inepte mentitum : denique nullum scriptum codicem ea habere. Omnino autem facit ipse temere, nam etsi plerique mss. iis carent, quos inter et Parmensis noster, ut nihil dissimulemus, sunt tamen alii, iique vetustiores, quos laudavit pridem Pontacus, qui ea pari consensu retinent. Evincunt vero germana esse, quæ superant laudata nobis ex Syncello, et Cedreno Græca, quæ si alias, hic certe bene Latinis ita respondent, ut propria Eusebii verba jure merito videantur. Ad hæc eadem vetustiorum sententia. Josephus Antiq. lib. VIII, cap. 6, Ὅτι πάντες οἱ τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῖς... Φαραῶνες ἐκλήθησαν, ἀπὸ τοῦ μετὰ τοὺς ἐν τῷ μεταξὺ χρόνους ἄρξαντος βασιλέως Φαραῶνος τὴν προσηγορίαν λαβόντες..... Ὁ Φαραὼν κατ' Αἰγυπτίους βασιλέα σημαίνει· οἶμαι δὲ αὐτοὺς ἐκ παίδων ἄλλοις χρωμένους ὀνόμασιν, ἐπειδὰν δὲ βασιλεῖς γένωνται, τὸ σημαῖνον αὐτῶν τὴν ἐξουσίαν κατὰ τὴν πάτριον γλῶτταν μετονομάζεσθαι· καὶ γὰρ κ. τ. λ. B *Quod omnes Ægyptiorum reges Pharaones dicti fuerint ab eo, qui interjectis post temporibus imperavit, Pharaonis appellatione desumpta. . . . . Pharaon Ægyptiis regem sonat. Opinor autem ipsos a pueritia aliis nominibus usos : postquam vero reges facti fuerint, ab eo denominari, quod patria lingua potestatem eorum indicat*, etc.

e Legit Hieronymus Μήφρης, *Mephres*, quemad-

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | **Ægyptiis servierunt an. 144.** [a] Fiunt autem omnes anni, quos Hebræi in Ægypto fecerunt 215, qui ab eodem tempore computantur, quo Jacob cum filiis suis descendit in Ægyptum. *Hebræorum SERVITUS in Ægypto an. 144.* | | | |
| 15 . . . . . . . | 16 . . . . . . . . | 1 . . . . . . . . | 10 . . . . . . . . | 57 . . . . . . . . | |
| 16 . . . . . . . | 17 . . . . . . . . | 2 . . . . . . . . | 11 . . . . . . . . | 58 . . . . . . . . | |
| 17 . . . . . . . | 18 . . . . . . . . | 3 . . . . . . . . | 12 . . . . . . . . | 59 . . . . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μετὰ θάνατον Ἰωσὴφ, δουλεύουσιν Ἑβραῖοι τοῖς Αἰγυπτίοις ἕτερα ἔτη ρμδʹ. Τὰ δὲ πάντα τῆς ἐν Αἰγύπτῳ διατριβῆς τῶν Ἰουδαίων ἔτη τυγχάνει σιεʹ ἀριθμούμενα ἀπὸ τῆς καθόδου Ἰακὼβ καὶ τῶν τούτου παίδων εἰς Αἴγυπτον. Chronic. Pasch. pag. 51.

## NOTÆ.

modum et Josephus libro dudum laudato contra Apionem præfert. Aliis *Misphres*, et *Misaphris* dicitur.

[a] Primum quid Scaligero, tum quid nobis videatur, dicamus. Jacob, inquit, obiit anno Abrahami 307, ut supra notatum est. Vixit in Ægypto annos 17, quibus deductis de 307 supersunt anni 290 ab Abraham nato, ad descensum Jacob in Ægyptum. Quia anni 430 more Hebræorum in Ægypto putantur ab anno 75 Abrahami, illis deductis, remanent anni 215 promissionis; quod est dimidium annor. 430, quos in Ægypto fecerunt Hebræi. Ergo reliqui totidem sunt a descensu Jacobi, ad Exodum. Stulti Judæi 210 tantum putant. Thargum Jerosolymitanum commate 40, cap. XII Exodi : ומותב בני ישראל דיתיבו במצרים תלתין שמטין ובהן אשלימו ארבע מאה שנין. *Habitatio filiorum Israel, quam habitaverunt in Ægypto, triginta Semitta, et in illis compleverunt annos* CCCC. Triginta Semittoth, sive Hebdomades annales, sunt anni 210, idque colligunt ex verbo רדו, Geneseos XLII, 2, quod verbum significat, *Descendite*, cujus litteræ numerales colligunt 210. Denique eo Judaica processit ἀκανθολογία, ut ex alio loco id collegerint, ex Thargum Cantici cap. XI, 8, משור בזכות אבהתיו מאה וחשעין שנין : *Saltans in puritate avorum suorum centum nonaginta annis :* Ergo, inquiunt, supersunt anni 210 de quadringentis. Addunt fabulæ Isaac prius vocatum fuisse ישחק, per sin sinistrum. Deinde Deum ab eo rogatum mutasse illud ש in צ, unde contigerit, ut mora Israelitarum in Ægypto tot annor. fuerit, quot de 300 remanent, deductis 90, hoc est 210 : ש enim sunt 300 : צ 90. Quod, inquiunt, indultum fuit a Deo, ut anni illi breviarentur, propter justitiam, aut meritum Isaac בזכות יצחק : vetustissima enim inter Judæos opinio fuit, tempora vindictæ divinæ arctari propter justos רצה הק"בה למהר הקץ בזכות האבות. *Placuit Sanctos qui benedictus est, accelerare finem propter meritum Patrum*. Cujus sententiæ vestigia supersunt Matthæi XXIV, 22. Sed nugatoribus nugas suas relinquamus. Quidam tamen præpostero Hebraismi amore his fanaticis argutiolis deliniuntur. Hactenus Scaliger : qui ut bene somnia Hebræorum exploserit, aliam tamen, eamque longe gravissimam, cui obnoxia est Eusebiana sententia, difficultatem dissimulavit. Neque enim ducenti quindecim, sed quadringenti triginta anni sunt, quos Hebræi in Ægypto fecerunt, ab Josepho ad Exodum computandi, si Scripturarum testimoniis stemus. Ab Josepho, inquam, non ab Abrahami in Canaam adventu, ut Eusebium paulo ante, ad primum Repromissionis annum, vidimus supputasse. Nimirum ipse ille quem alludit Genes. XV, 13, et seqq. lucu lentissimus locus est ad probandum de sola Israelitarum in Ægypto peregrinatione dici : *Scito prænoscens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua : et subjicient eos servituti et affligent quadringentis annis. Verumtamen gentem, cui servituri sunt, ego judicabo, et post hæc egredientur cum magna substantia. Generatione autem quarta revertentur huc.* Scilicet de futuro dicitur : neque enim in Chanaan aut peregrina ἁπλῶς fuit Abrahami progenies, aut servili umquam jugo oppressa. Quin immo liquet ex decimo tertio, et quarto Genes. capite amplissimas ibi regiones Hebræos obtinuisse, vel primum occupatione acquisitas, vel pretio emptas, vel denique bello partas. Manifesto etiam regressus in Chanaam post quartam generationem, sive post quadringentos annos, ex vetere illius formulæ acceptione, afflictis Israelitarum in Ægypto rebus opponitur. Id ipsum, fortasse autem clarius ex alio evincitur testimonio Exodi XII, 34 et seqq. : *Habitatio filiorum Israel, qui manserunt in Ægypto* (glossema illud est τῶν LXX quod addunt, καὶ ἐν γῇ Χαναὰν, αὐτοὶ καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν, *et in terra Chanaan ipsi et patres eorum*), *fuit quadringentorum triginta annorum. Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti.* Enimvero hæc regio plane alia est ab Chanaan : filii autem Israel, dici Abrahamus, Isaacus, atque ipse Jacobus haud possunt. Denique et laudati alias Stephanus Actor. VII, 6, et Paulus ad Galatas III, 17, spatium hoc notant : siquidem non a Repromissione, quæ primum Abrahamo facta est, sed ab ejusdem confirmatione, quæ facta est Jacobo in Ægyptum descendenti, ut Genesis XLI refertur, ex Scripturæ sermone supputant. Atque expressius quidem Paulus, *Testamentum*, inquit, *confirmatum a Deo, quæ post quadringentos triginta annos facta est lex, non infirmat*, etc. Unum est pro Eusebii sententia argumentum, cujus saltem meminisse Scaliger debuisset. Caathi, qui ante migrationem Israelitarum in Ægyptum fuit, Exod. VI, 18, filius dicitur Amram, *qui accepit uxorem Iochebed patruelem suam, quæ peperit ei Aaron et Mosen.* Ut igitur multum putes Caathus Amramum, hic Mosen, sexagesimo plus minus ætatis suæ anno genuerint, quibus si addas, quos iste agebat cum ab Ægypto egressus est, septuaginta octo, ducenti ferme anni exsurgent, quos parum absimili dinumeratione Eusebius ducentos quindecim dixit. Verum ibi qui dicitur filius Caath, non proprie filius putandus est, sed ex ejus posteris, ex Scripturæ in Genealogiis contexendis more, quæ certis de causis nonnumquam filios ab avis patre intermedio prætermisso, nominat, interdum et a pro-

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | *Ægyptior.* [a] *MISPHARMUTOSIS* an. 26. | | |
| 18 | 19 | 4 ccxc annus Repromissionis. | 1 | 60 | |
| 19 | 20 | 5 | 2 | 61 | |
| 20 | 21 | 6 | 3 | 62 | |
| 21 | 22 | 7 | 4 | 63 | |
| 22 | 23 | 8 | 5 | 64 | |
| 23 | 24 | 9 | 6 | 65 | 570 |
| 24 | 25 | 10 | 7 | 66 | |
| 25 | 26 | 11 | 8 | 67 | |
| 26 | 27 | 12 | 9 | 68 | |
| 27 | 28 | 13 | 10 | 69 | |
| 28 | 29 | 14 ccc annus Repromissionis. | 11 | 70 | |
| | | | | *Argis V,* [b] *CRIASSUS, annis 54.* | |
| 29 | 30 | 15 | 12 | 1 In Argis prima sacerdotio functa est Callithya [c] filia Peirantis. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγυπτίων ε΄, ἐβασίλευσε ΜΙΣΦΡΑΓΜΟΥΘΩΣΙΣ ἔτη κς΄. Syncell. p. 57.

Ἀργείων ε΄, ἐβασίλευσεν ΚΡΙΑΣΟΣ ἔτη ιδ΄. Sync. p. 119.

Καλλιθυία Σπείραντος ἐν Ἄργει πρῶτον ἱεράτευσε τῆς Ἥρας. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

avis, aliisque majoribus, qui longa serie præiverunt. A In promptu esset, si res ferret, pluribus hoc exemplis confirmare: præsertim, ut ait Grotius, cum genuisse non tantum pater filium, sed et avus nepotem, et pronepotem proavus, salva recti sermonis ratione dicatur, et nedum Scripturam, sed et alios historicos, puta Solinum in Macedoniæ regibus, ubi rem in summam conferunt, personas quosdam minus nobiles transilire videamus. Aliunde etiam, sive ex Ephraim genealogia, quæ habetur I Paralipomen. VII, 20 et seqq. colligere est, quindecim fere a Caatho gradibus Amramum distasse: longe autem a veri omni specie abhorret, nisi ultra annos 215 in Ægypto commorati sunt Israelitæ, in tam grandem numerum excrevisse, ut habita generationum ratione, nono aut decimo ætatis anno genuisse eos liberos oportuerit: quæ rursum cum aliis Exodi et Numerorum testimoniis nequeunt consistere.

[a] Ex hoc loco veterem dicam contra Eusebium instaurat Syncellus, quod ab Amasi primo hujus decimæ octavæ dynastiæ rege, ad Misphragmuthosim ann. 71 supputet reges quinque, ἀντὶ τῶν ἕξ, τὸν γὰρ τέταρτον Ἀμένσην παραδραμών, ὃν Ἀφρικανὸς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ, μέμνηται, ἔτη κβ΄ αὐτοῦ ἐκολόβωσεν: *cum sex essent recensendi, quartum enim Amensem, quem cum Africano memorant alii, ejusque ann. 22 prætermisit.* Consequitur Scaliger clamans, dynastiam hanc pessimo exemplo, neque religiosis scriptoribus imitando deformatam ab Eusebio, ut eam Manetho, si reviviscat, non possit agnoscere. Ego si aliis caret hypothesis Syncelli vitiis, non abnuo, quin, jusso valere Eusebio, eum sequamur: at si peccat vicissim ille alia ex parte, ac, quod Scaliger quoque notat, falsum colligit in hujusmet dynastiæ annor. dinumeratione: si dum Amensem illum, aut potius Amessam feminam, conatur vindicare, ab ipso Vetere, quod laudat, Chronico dissentit, nec uno quidem aut altero anno, sed solido regni ejus dimidio; nec porro satis bene cum Josepho consonat: denique si tanta est ejus historiæ obscuritas, ac Veterum C fluctuatio, et pugna, ut certi nihil excudi possit, non est sane, cur Eusebianam seriem, quæ saltem, ut diximus, ad historicam analogiam rectius procedit, repudiemus; potius enim quam temerasse illum dynastiarum ordinem, et regum numerum, verosimile est aliis bona fide, ac forte melioribus, quæ repræsentat, usum esse monimentis. Lectionem quod spectat, multo certe propius ad verum Eusebius *Mispharmutosis*, sive *Mispharmuthosis*, legit, quod sonat *regem Pharmuth*, quam alii *Misphragmuthosis*.

[b] Testatur et Apollodorus sub init. lib. II patri Argo Criassum successisse. Pausanias autem Corinthiac. c. 16, Πειράσον, *Peirasum*, illic vocat, qui sane idem ille videtur, qui mox recensendus est Callithyæ pater, cum econtrario Apollodorus Callithyam, quam vocat Ἰὼ Πειρῆνος, *Peireni*, sive *Peirasi*, aut *Peirantis* filiam, Criasi sororem dicat. Satis luculenter Pherecydes in Scholiis ad Euripidis Phoenis. vers. 1123: Ἄργος ὁ Διὸς γαμεῖ Πειθώ, τὴν Ὠκεανοῦ θυγατέρα, τοῦ δὲ γίνεται Κρίασος, τοῦ δὲ Ἐρευθαλίων, ἀφ' οὗ Ἐρευθαλιόπολις καλεῖται ὁ Ἄργος, καὶ Φόρβας· τοῦ δὲ γίνεται Ἀκέστωρ, τοῦ δὲ Ἄργος ὁ νεώτερος.

[c] Haud recte Pontacus atque ipse Scaliger *Callythias* legunt: pessime vero editi ante illos libri, et quidam mss. præferunt masculino genere, *Primus sacerdotio functus est Callythias Pyrantis filius*. Sunt et qui *Callychiam* vocant, et qui *Callithoen* et *Calliroem*: male etiam Syncellus in Græco Καλλιθυσίαν, quem emendare non dubitavimus, ut et illud πρῶτος ἱερατεῦσαι in πρῶτον ἱεράτευσε, recta cogente scri- B ptura et sensu; parum abfuit, quin et Πείραντος, pro Σπείραντος reponeremus: illa enim omnino verior est lectio. Dicitur autem et *Peirasus* Pausaniæ, et *Peiranthus* aliis. Audiendus denuo noster Eusebius Præpar. Evang. lib. III, c. 8, ex Plutarcho: Λέγεται δὲ Πείρας ὁ πρῶτος Ἀργολίδος Ἥρας ἱερὸν ἱστάμενος, τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Καλλίθυαν ἱέρειαν καταστήσας ἐκ τῶν περὶ Τίρυνθα δένδρων ὄχνην τεμὼν εὐκτέανον, Ἥρας ἄγαλμα μορφῶσαι. *Dicitur Peiras primus Argivæ Junoni templum exstruens, et propriam filiam Callithyam Sacerdotem constituens, ex arboribus, circa Tirynthem, sylvestre pyrum excidisse, ex coque Junonis simulacrum efformasse.* Videndus et Clemens lib. I Stromat. et qui præoccupavit cætera Scaliger in Notis ad hunc locum. Notatum illud cumprimis 1 erudite, Eusebium ea de causa videri de prima Junonis Argivæ sacerdote mentionem facere, quod earum annis Fasti signarentur, ut alibi annuorum Magistratuum imperio. Exemplum habes in Thucydide C initio lib. II, ubi Scholiast. ἠρίθμουν δὲ τοὺς χρόνους οἱ Ἀργεῖοι ἀπὸ τῶν ἱερειῶν. Cl. P. Corsinius libro cui titulus, *Herculis quies et expiatio*, quæst. 9, aliam memorat sacerdotem, quæ post n. 700 (utpote quæ Eurysthei filia dicitur) recensenda esset: siquidem in hocce Chronico, ex quo se ait ille describere umquam haberetur. Quamquam non inficiamur, optime emendatum ex monimento *Admeta*, pro quo impressum ait *Adamanta*: Sic, *Admeta Eurysthei filia in Argis Sacerdotio functa est annis* 38. Vid. ad num. 710 et seq.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 30 | 31 | 16 | 13 | 2 | |
| *Assyriorum* XII. [a] MACHALEUS *annis* 30. | | | | | |
| 1 | 32 | 17 | 14 | 3 | |
| 2 | 33 | 18 | 15 | 4 | |
| 3 | 34 | 19 | 16 | 5 Atlas frater Promethei præcipuus Astrologus [d] dictus est, qui ob eruditionem istius disciplinæ etiam cœlum sustinere affirmatus est. Euripides autem montem esse altissimum dicit, qui Atlas vocetur. | 380 |
| 4 | 35 | 20 | 17 | 6 | |
| 5 | 36 | 21 | 18 | 7 | |
| 6 | 37 | 22 | 19 | 8 | |
| 7 | 38 | 23 | 20 | 9 | |
| 8 | 39 | 24 cccx annus Repromissionis. | 21 | 10 | |
| 9 | 40 | 25 | 22 | 11 | |
| 10 | 41 | 26 | 23 | 12 | |
| 11 | 42 | 27 | 24 | 13 | |
| 12 | 43 | 28 | 25 | 14 | |
| 13 | 44 | 29 | 26 | 15 | 390 |
| | | | *Ægyptiorum* [c] TUTHMOSIS, *annis* 9. | | |
| 14 | 45 | 30 | 1 | 16 | |
| 15 | 46 | 31 | 2 | 17 | |
| 16 | 47 | 32 | 3 | 18 | |
| 17 | 48 | 33 | 4 | 19 | |
| | *Sicyoniorum* XII. [b] ORTHOPOLIS *annis* 63. | | | | |
| 18 | 1 | 34 cccxx annus Repromissionis. | 5 | 20 Æthiopes ab Indo flumine [e] consurgentes juxta Ægyptum consederunt. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ιβ', ἐβασίλευσεν ΑΣΧΑΛΙΟΣ ἔτη λ'. Syncell. pag. 98.

Σικυωνίων ιβ', ἐβασίλευσεν ΟΡΘΟΠΟΛΙΣ ἔτη ξγ'. Syncell. pag. 87.

Τούτοις τοῖς χρόνοις Ἄτλας, ὁ Προμηθέως ἀδελφὸς, ἄριστος ἀστρολόγος διέλαμπεν, ὃς τῆς ἐπιστήμης ἕνεκεν τὸν οὐρανὸν αὐτὸν φέρειν πεφήμισται. Εὐριπίδης δὲ τὸν Ἄτλαντα ὄρος εἶναί φησιν ὑπερνεφές. Syncell. ibidem.

Αἰγυπτίων ς', ἐβασίλευσεν ΤΟΥΘΜΩΣΙΣ ἔτη θ'. Syncell. pag. 57.

Αἰθίοπες ἀπὸ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἀναστάντες πρὸς τῇ Αἰγύπτῳ ᾤκησαν. Syncell. pag. 120.

## NOTÆ.

[a] Penes Scaligerum, quemadmodum et Jornandem *Manchaleus* : alii absque aspiratione *Mancaleus* : plerique mss. cum Parmensi *Maccaleus*. In Græco Syncelli semel Ἀσχάλιος, deinde Βασχάλεος, legitur : prius Africanus quoque præfert. *Aschartum* legit Petavius ex Eusebio, haud recte, saltem ex librorum Eusebii, atque aliorum fide.

[b] Solos sexaginta duos huic adcenset annos Scaliger.

[c] Antea scribebatur *Thuthemosis* : minus adhuc bene penes Scaligerum *Thomosis*. Josephus, cui lib. contra Apionem *Thomosis*, sive Θμῶσις, ex Manethone dicitur, octo illi menses supra novem annos regni ascribit : Syncellus viginti præterea annis exaggerat.

[d] Minus recte Scaliger, *astrologus fuit, qui ob eruditionem disciplinæ etiam cœlum sustinere dictus est*, tum, *altissimum affirmat, qui et Atlas, etc.* Idem in Græco, διέλαμπεν, ὃς ἐπιστήμης, etc. Syncelli editio, διέλαμπε, καὶ τῆς ἐπιστήμης, pro quo reponunt alii διέλαμπε, τῆς δὲ ἐπιστήμης, etc. Concurrit in eadem pene verba Cedrenus, καὶ ὁ μὲν Ἄτλας ἀστρονομικὴν μάθησιν ἐπιστήμην, διὸ καὶ τὸν οὐρανὸν βαστάζειν αὐτὸν ἐμυθεύσαντο; sed et eo vetustiores Diodorus Siculus lib. III, Herodotus Lib. IV, Pausanias in Bœotic. cap. 20 et Eliac. 18, Eustathius ad Odys. A et ad Dionysii vers. 66, atque alii paria tradunt. Unum hoc Scaliger annotat, Atlantem Antæi patrem exstitisse : Antæum æqualem esse Herculi, atque eum adeo una generatione Herculem antecedere debere. Atque illud quidem pervulgatum, unde et Pherecydes apud Schol. Apollonii ad lib. IV, vers. 1398, Antæum, Herculem, atque Atlantem suppares dicit. Vereor tamen, ut satis norit, quod docet Servius ad Æneid. lib. VIII, vers. 134, tres fuisse Atlantas : unum Maurum, qui et Maximus dictus est; alterum Italum, Electræ patrem; tertium Arcadicum, patrem Maiæ. Duos memorat Hyginus quoque in præfatione : alterum ex Æthere et Terra natum, alterum ex Japeto et Clymene. Sed hæc longum est persequi.

[e] Æthiopum ab Indo in Ægyptum migrationis unus succurrit Scaligero meminisse Philostratus in vita Apollonii lib. III : ἦν τοίνυν, ἔφη, χρόνος, ὅτε Αἰθίοπες μὲν ᾤκουν ἐνταῦθα γένος Ἰνδικόν. Et lib. VI : Αἰθίοπες οἱ ἀπὸ τῶν Ἰνδῶν ἥκοντες; itemque, σοφώτατοι μὲν ἀνθρώπων Ἰνδοί, ἄποικοι δὲ Ἰνδῶν Αἰθίοπες. Si qui præterea ejus rei veteres Scriptores meminerint, ut quærant studiosi, monet. Videtur itaque de illa expeditione loqui etiam Diodorus Siculus lib. III, ubi cum multa de Æthiopum summa antiquitate ac potentia exaggerasset, hæc ex eorum sermonibus addit, quæ brevitatis gratia Latine dumtaxat referam : Ægyptios quoque Æthiopum coloniam esse ab Osiride deductam. Immo Ægyptum, quæ nunc est, non continentis partem, sed mare a prima mundi constitutione fuisse, quæ a Nilo postmodum ex Æthiopia limum

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| 19 | 2 | 35 | 6 | 21 | |
| 20 | 3 | 36 | 7 | 22 | |
| 21 | 4 | 37 | 8 | 23 | |
| 22 | 5 | 38 | 9 | 24 | |
| | | | *Ægyptiorum* AMENOPHIS, *annis* 31. | | |
| 23 | 6 His [a] regnantibus Syrus fuisse perhibetur indigena, ex cujus vocabulo nomen Syria accepit. | 39 | 1 Hic est Amemphis, [b] seu Amenoptes, quem quidam Menonem putant, lapidem loquentem : [c] quippe cujus statua usque ad adventum Christi, sole oriente, vocem dare dicebatur. | 25 | 400 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τούτοις τοῖς χρόνοις Σῦρος ἱστορεῖται γεγονέναι γηγενὴς, οὗ ἐπώνυμος ἡ Συρία. Syncell. ex Afric. p. 119.

Αἰγυπτίων ζ, ἐβασίλευσεν ΑΜΕΝΩΦΙΣ ἔτη λα'. Οὗτός ἐστιν ὁ Μέμνων εἶναι νομιζόμενος, καὶ φθεγγόμενος λίθος. Syncell. pag. 57, et pag. 120.

## NOTÆ.

per inundationis tempus deferente, ita paulatim sit aggesta...... Ad hæc plerasque Ægyptiorum leges Æthiopicas esse, quod coloniæ majorum instituta adhuc servent. Quod enim reges, pro diis habeant, et multum sepulturis studii impendant, aliaque id genus ex more agant : id ex disciplina Æthiopum traductum esse. A quibus etiam statuarum effigies, et litterarum formæ sint acceptæ, etc. Nec dubium quin Æthiopes Asiaticos sive Orientales intelligat, quos Herodotus quoque in Polymnia τοῖσι Ἰνδοῖσι, *Indis* adcenset : et qui cum amplissimam regionem inter Arabicum sinum et Persicum replessent, angustias maris transmeantes, ac terras supra Ægyptum occupantes, Occidentales Æthiopas progenuerunt, potueruntque adeo coloniam mittere in Pathros, sive superiorem Ægyptum, priusquam Mitzraimi posteri inferiorem obtinerent.

[a] A *Sor*, quod est Tyri, urbis Phœnicum celeberrimæ, vocabulum, Syriam appellatam, regionem amplissimam, cujus ipsa Phœnice pars est, critici recentiores contendunt. Ac sane cum sit in vernacula lingua urbis nomen צור, primaque *tsade* littera duplicem *t* atque *s* sonum exprimat, utroque dicta est modo Græcis Scriptoribus Τύρος et Σύρος, ut apud Procopium Gazeum in Comment. Isaiæ cap. XVIII, et Σύορ Hesychio, et Σώρα Ethnicographo : denique et Latinis *Sarra*, quod intelligere est ex Ennio, Virgilio, Gellio, atque aliis. Hebræus textus e contrario Syram ארם vocat, idque nominis ab Aram Semi filio deducit. Ita Josephus quoque Antiquitt. lib. I, cap. 7 : Ἀραμίους δὲ Ἄραμος ἔσχεν, οὓς Ἕλληνες Σύρους προσαγορεύουσι. *Aramæos Aramus tenuit, quos Græci Syros appellant.* Nec eo quidem sub nomine ignoti fuerunt Homero Iliad. β' v. 783, atque Hesiodo Theogon. v. 304, item Straboni lib. XVI, et Nonno in Dionysiacis, etc. Nihilosecius Græcorum vulgus a *Syro* quopiam fabuloso, Apollinis filio, quod et videtur probare Eusebius, derivare maluit. Sic ferunt Dionysius periegetes v. 775, in eumque Eustathius, ἀπὸ Σύρου γεγονότος τοῦ Ἀπόλλωνος, ὡς λέγεται ; et quam laudat et Scaliger, fabula de Asopide, ἣν ἁρπάσας ὁ Ἀπόλλων, κατὰ Φιλοστέφανον, ἀπὸ Βοιωτίας ἐκόμισεν εἰς Πόντον, καὶ, μιγεὶς αὐτῇ ἔσχε Σῦρον, ἀφ' οὗ οἱ Σύροι. Quod vero nomini acceptionem auctor est Herodotus lib. VII, c. 63, a Græcis Syros vocari, qui Barbaris dicuntur Assyrii : paulo aliter Justinus lib. I, cap. 2, ac noster Hieronymus in Isaiæ c. XIX sentiunt, olim Assyrios dictos, *quos nunc vocamus Syros, a parte totum appellantes.* Scilicet regio ab utraque Euphratis ripa se profert latissime : attamen nomen Assyriæ magis Transeuphratensibus adhæsit. Ea propter minus probarim quod et Scaliger in Notis ad hunc locum, et Seldenus præfat. libri de Diis Syris, tradunt, Syriam per decurtationem dici, quemadmodum Spania, pro Hispania, et Belinum, pro Abeltone : revera enim, tametsi id probare adductis argumentis non vacat, diversæ regiones erant ac gentes : et Assyrium quidem ab Oriente Mediæ pars terminabat, ab Occidente Mesopotamia, a Meridie Susiana, a Septentrione pars minoris Armeniæ ; Syria autem proprie dicta, ab Euphrate, Mari Mediterraneo, Ægypto, Arabia, Cilicia, et Cappadociæ parte circumscribitur.

[b] Ita libri emendatiores præferunt. Sed et *Amenophthes* invenire est in aliis (proprius ad Africani lectionem, Ἀμένωφθιν) et *Amenopten*, et *Amenuphis*, et *Menopen*, et *Menupes*, ut levioris momenti alias Latinorum ποικιλογραφίας prætercam. Apud Græcos insignis illa est Pausaniæ, qui in Atticis c. 42 eum vocat Φαμένωφα. *Statua*, inquit, *est sedentis hominis ; eam multi Memnonis nominant, quem ex Æthiopia in Ægyptum venisse, ac Susa etiam usque penetrasse tradunt. At ipsi Thebani Memnonem esse negant*, Φαμένωφα δὲ εἶναι τῶν ἐγχωρίων, οὗ τοῦτο ἄγαλμα ἦν : *nam Phamenophen fuisse hominem indigenam dicunt, cujus illa est effigies.* Ibi Scaliger, ubi dicitur ἄγαλμα Ἡλεῖον, rescribi jubet, ἠχεῖον, *resonans*, ut illud ἄγαλμα, inquit, nihil aliud sit, quam ἠχεῖόν τι. Verum, ut hoc quoque obiter animadvertam, ἠχεῖον quidem recte scio dici, haud tamen ita ἄγαλμα ἠχεῖον ; et cum porro nullum ejusmodi locutionis exemplum ille afferat, debet æquo animo, si nobis minime probetur, pati. Sylburgius ἡλίειον, vel ἡλίου reponi maluisset. Cæterum qui hæc tradunt de vocali Memnonis simulacro, multi sunt ex Antiquis, quos et Scaliger nomine tenus laudat, Dionysius in Periegesi vers. 250, Strabo lib. XVII, Lucianus in Philo-

[c] Quæ hinc subsequuntur reliqua, *quippe cujus statua*, etc. Scaliger repudiavit, non sine ἀλαζονείᾳ. In excusis, inquiens, sequebantur quædam nugatoria, quæ a nobis, ut alia, illuc unde venerunt, ire jussimus. At vero quamquam illa et in Parmensi nostro, et in duobus Palatinis, aliisque nonnullis apud Pontacum mss. desiderentur, minime nugatoria esse, aliorum codicum non exiguo numero veterumque editionum, et cumprimis Sichardinæ auctoritas probat. Nec sane facti, seu fabulæ narrationem repudiavit Scaliger apud Pausaniam, qui post adhuc Christi adventum scripsit, atque id tamen ipsum in Atticis loco laudato, se ait cum admiratione spectasse in ea statua, quæ, inquit, ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ἀνίσχοντος ἡλίου βοᾷ, *quotidie, oriente sole, sonum edit.*

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 24 | 7 | 40 Principium XLVIII Jubilæi. | 2 | 26 | |
| 25 | 8 | 41 | 3 | 27 | |
| 26 | 9 | 42 | 4 | 28 | |
| 27 | 10 | 43 | 5 | 29 | |
| 28 | 11 | 44 CCCXXX annus Repromissionis. | 6 | 30 | |
| 29 | 12 | 45 | 7 | 31 | |
| 30 | 13 | 46 | 8 | 32 | |
| *Assyriorum XIII, IPHEREUS, annis* [a] *20.* | | | | | |
| 1 | 14 | 47 | 9 | 33 | |
| 2 | 15 | 48 | 10 | 34 | |
| 3 | 16 | 49 | 11 | 35 | 410 |
| 4 | 17 | 50 | 12 | 36 | |
| 5 | 18 | 51 | 13 | 37 | |
| 6 | 19 | 52 | 14 | 38 | |
| 7 | 20 | 53 | 15 | 39 | |
| 8 | 21 | 54 CCCXL annus Repromissionis. | 16 | 40 | |
| 9 | 22 | 55 | 17 | 41 | |
| 10 | 23 | 56 | 18 | 42 | |
| 11 | 24 | 57 | 19 | 43 | |
| 12 | 25 | 58 | 20 | 44 | |
| 13 | 26 | 59 | 21 | 45 | |
| 14 | 27 | 60 | 22 | 46 | 420 |
| 15 | 28 | 61 | 23 | 47 | |
| 16 | 29 | 62 | 24 | 48 | |
| 17 | 30 | 63 | 25 | 49 | |
| 18 | 31 | 64 CCCL annus Repromissionis. | 26 | 50 | |
| 19 | 32 | 65 [c] Amram genuit Mosen, cum esset annorum 70. | 27 | 51 | |
| 20 | 33 | 66 | 28 | 52 | |
| *Assyriorum XIV,* [b] *MAMYLUS annis 30.* | | | | | |
| 1 | 34 | 67 | 29 | 53 [d] Epidaurus civitas condita est. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ιγ', ἐβασίλευσε ΣΦΑΙΡΟΣ ἔτη κ'. Ex Syncell. pag. 98.

Ἀσσυρίων ιδ', ἐβασίλευσε ΜΑΜΥΛΟΣ ἔτη λ'. Syncell. ibidem.

Τούτῳ τῷ ο' τῆς ἔτει ἑαυτοῦ ἡλικίας Ἀμβρὰν γεννᾷ τὸν Μωϋσῆν. Ex Chronic. Paschale pag. 51.

## NOTÆ.

pseude, Cornelius Tacit. Annal. lib. II, c. 61, ac demum Philostratus in Vita Apollonii lib. VI, cap. 3, qui tamen excusandus est dum ait eam statuam ab ipso visam Apollonio in Æthiopia, cum certum sit in Ægypto eas itisse; ita enim appellabant veteres Græci superiorem Ægyptum, et cum primis Thebaidem. Quod spectat regis illius Ægyptiorum tempus, si quidem idem ille est Memnon atque Amenophis, mirum plane est, quod in mentem venit Marshamo ad sæc. XV Chronic. ut eum post Roboami demum ætatem differret. Contra Perizonius perquam erudite ostendit in Origin. Ægypti capp. 9 et 15, multo eum antiquiorem oportere credi, atque ipsa Trojana tempora præcessisse. Ejus enimvero meminit (quod male negatur a Marshamo) Homerus Odiss. A, 521, ex Ulyssis ore apud Inferos loquentis de Pyrrho,

Κεῖνον δὴ κάλλιστον ἴδον μετὰ Μέμνονα δῖον.
Illumque egregium, divinum post Memnona, vidi.

Ita et quem Ἠοῦς φαεινῆς ἀγλαὸν υἱὸν vocat. Eustathio verissime interpretatur. ὁ Αἰθίοψ δηλαδὴ Μέμνων. Quin etiam videtur laudari Homero, non quippe qui bello Trojano interfuerit, sed ex vetustiore Mythica historia, ad poematis sui partes amplificandas, in quod alios quoque antiquiorum temporum heroas contulisse, compertum est. Plura in hanc rem videsis a Perizonio eruditissime disputata : cui demum ille Memnon videtur esse aut Amenophis ultimus dynastiæ XVIII rex, aut certe Ameneminis, in regibus dynastiæ XIX in quod tempus concurrere bellum Trojanum facit.

[a] Notitum quoque superius, huic annos viginti duos a Syncello juxta Africanum tribui, cui numero β' notam, ut cum Eusebio consentirent Græca, nos demimus. Dictum et de varia nominis ejus scriptura ad eum locum.

[b] In Parmensi ms. *Mamilus*, ut et in duobus Palatinis et apud Jornandem, alii *Mamillum*. Quod autem laudatus Schurzfleischio Eustathius ad Dionysium Perieget. vers. 764, τὸν τέταρτον ἐπὶ βασιλέα μετὰ Νῖνον γενόμενον vocat Χαλδαῖον, aut non de nomine eum ita appellasse, sed ex ejus natione ac gente, putandum est : aut certe vitio scribarum nomen illud cubare in mendo, reliqui enim omnes Græci atque ac Latini Μάμυλον et *Mamylum* vocant.

[c] Plus habet Scaligeri editio, minus autem vere: *Hoc anno natus Moyses. Amram genuit Moysem*, etc. Tum multa contra Judæos recentiores edisserit, quos ostendit, in anno natali Moysis per metachronismum deficere a vero annis 184. Sed et Eusebio, hinc denuo arrepta occasione, toties totque locis exprobratum quindecim annorum anachronismum culpæ dat: a qua nos illum non semel alias vindicavimus. Moyses annis octoginta ante discessum Israelitarum ex Ægypto, natus est : atque hanc regulam seriemque temporis noster, ut ex recensendis infra constabit, sane perquam exacte servat. Cæterum pro 70 Amrami annis, Græci scriptores, ne ipsius quidem Chronici Paschalis, quod laudamus, Auctore excepto, supputant septuaginta duos. Exaggerat Demetrius historicus apud ipsummet Eusebium Præpar. Evangelic. lib. IX, cap. 21, ubi ait, Amramum, cum annos ageret 78, Moysen generasse, γεννῆσαι Μωσῆν τὸν Ἀμβρὰμ ὄντα ἐτῶν οη'.

[d] Tres Scaliger cognomines Epidauros hic memo-

| Assyriorum. | Sicyoniorum. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Ann. ab Abrah. |
|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 35 | 68 | 30 | 34 | |
| | | | | Argis VI, PHORBAS, annis c 35. | 431 |
| 3 | 36 | 69 | 31 | 1 | |
| | | | Ægypti ORUS b annis 38. | | |
| 4 | 37 | 70 | 1 | 2 Quidam, scribunt d Prometheum, et Epimetheum, et Atlantem fratrem Promethei, et Argum cuncta cernentem, et Io filiam e Promethei his fuisse temporibus : alii vero ætate Cecropis ; nonnulli autem ante Cecropem ann. 60, sive 90. | |
| 5 | 38 | 71 | 2 | 3 | |
| 6 | 39 | 72 | 3 | 4 | |
| 7 | 40 | 73 | 4 | 5 | |
| 8 | 41 | 74 CCCLX annos Repromissionis, et X an. Moysis. | 5 | 6 | |
| 9 | 42 a | 75 | 6 | 7 | |
| 10 | 43 | 76 | 7 | 8 | |
| 11 | 44 | 77 | 8 | 9 | |
| 12 | 45 | 78 | 9 | 10 | |
| 13 | 46 | 79 | 10 | 11 | 440 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγυπτίων η', ἐβασίλευσεν ΩΡΟΣ ἔτη νς', ἐν ἄλλῳ λη'. Syncell. pag. 58.

Ἀργείων ς', βασιλεύσε ΦΟΡΒΑΣ ἔτη λε'. Ex Syncell. pag. 121.

Περὶ Προμηθέως δὲ καὶ Ἐπιμηθέως τὸ αὐτὸ διαφέρως ἱστοροῦσιν, καὶ Ἄτλαντος, Ἄργου τε, καὶ Ἰοῦς τῆς Προμηθέως θυγατρὸς, καὶ πανόπτου· οἱ μὲν γὰρ ὅτι κατὰ Κέκροπα τὸν διφυῆ γεγόνασιν, οἱ δ' ὅτι πρότερον ἔτεσι ξ, ἄλλοι δὲ ζ'. Syncellus ex Africauo pag. 119.

## NOTÆ.

rat, cum nihil dubium sit tamen, Eusebium de una Argolide loqui. Schurzfleischius ait : Epidaurus condita fuisse videtur non tam ab Epidauro aliquo, Argi, Regis Argivorum quarti, filio, quam ab altero, Argi, τοῦ πανόπτου καὶ μυριοφθάλμου nato, qui anno Abrahami 431 vixisse, mox dicetur. Pausanias tamen Ἄργον τὸν Διὸς Ἐπιδαύρου πατέρα facit, qui erat Apis frater, et Phoronei ex Niobe et Jove nepos. Alterum illum Argum ἑκατονταόφθαλμον τὴν τεχνικὴν ἐπὶ τὰ δυτικὰ μέρη εὕρειν, auctor est Io. Malala p. LXXXIV. Chilmeadus ibi dubitanter, τὴν τεκτονικὴν reponit, quomodo tamen omnino legendum est. Ille enim Argus, qui tamen hoc Epidauri conditore ducentis, et ultra, annis junior esse videtur, navem, quæ Argo vocata est, exstruxit. Scholia Apollonii ad limen libri primi. Ὁ μὲν Ἀπολλώνιος, inquit, καλεῖ τὴν Ἀργὼ ἀπὸ Ἄργου τοῦ κατασκευάσαντος, Φερεκύδης δὲ ἀπὸ Ἄργου τοῦ Φρίξου υἱοῦ. Ταύτην δέ φασι πρώτην ναῦν γενέσθαι μακρὰν.

a Codex Parmensis periocham illam, *Primus regnavit in Thessalia Hæmon*, hic loci numero Sicyoniorum 42, annectit, quam Scaliger, aliique libri post duos, Pontacus post quatuor adhuc annos differt. Dicemus porro hac de historia mox ad eum locum; ut enim cætera bene haberet Parmensis liber, in eo certe peccat, quod Sicyoniorum filo, pro Argivorum, apponit.

b Huic annos tribuit solos 37 Africanus; Scaliger eo minus in Græcis Collectaneis λα', 31 ; denique Perizonius in laterculo, 36.

c In Græco tamen Syncelli textu κε' legitur, quod est, 25. nisi id librariorum tribuendum est vitio.

d Laudat in Græcis hæc Scaliger : Ὁ Προμηθεὺς, καὶ Ἐπιμηθεὺς, Ἄτλας τε καὶ ὁ πανόπτης Ἄργος ἐγνωρίζοντο. Goarus in his, quæ nos ex Syncello adducimus, perperam Ἡμίθεος tamquam proprium nomen scribit, atque interpretatur. Latine autem nonnulli Palatini mss. legunt, *Quidam scribunt, Prometheum, Emitheum, et Epimetheum*, perinde atque ἡμίθεος fuisset Græce scriptum, et Prometheus semideus diceretur. Suspicatur adeo Schurzfleischius in Notis posterioribus, legendumne hic sit, *Quidam scribunt, Prometheum, Menoetium, et Epimetheum*, etc. : nam Menoetium docent Mithoghraphi tertium fuisse Promethei fratrem. Verum nihil de Menoetio Eusebium meminisse, ex eorum, a quibus acceperit, Scriptorum testimoniis liquet : puta ex Tatiano, quem visus est Scaligero ad verbum descripsisse : ex Clemente Alexandrino, ac demum Africano apud Syncellum, qui ne γρὺ quidem de Menoetio. Cæterum vide quæ superius de Prometheo diximus, Hyginum in præfatione, etc., 142; Proclum in Hesiodum, et Tzetzem in Lycophronem.

e Ostendimus supra ad num. 160, atque alibi, Veteres passim duas cognomines Iones, alteram Inachi, alteram Jasi filiam confudisse. Sed et tertia memoratur Io Cadmi filia in Etymologico ad vocem Βόσπορος : denique et quarta, quæ alio nomine Callithya Peirantis filia, ut paulo ante legimus, dicta est. Hesychius, Ἰὼ Καλλίθυια ἐκαλεῖτο ἡ πρώτη ἱέρεια τῆς Ἥρας, etc. Et Apollodorus ex Hesiodo atque Acusilao lib. II, sub init., Ἰὼ τὴν Πειρῆνος ἱερωσύνην τῆς Ἥρας ἔχουσαν, etc. Atque hanc quidem ipsam a Jove compressam, quemadmodum et reliquas tres refert. Hæc erit igitur quinta apud Eusebium, Promethei filia, quam ipsemet fabulam a vetustioribus accepit, e quibus unus ille est Ister, Περὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀποικίας, ut ex Clemente Alexandrino lib. I Stromatum constat. Falsum proinde est, quod ait Scaliger, errorem hunc esse calami in Auctore nostro, qui cum Promethei mentio ante facta esset, propterea per incogitantiam Io posuerit Promethei filiam, quæ fuerit filia Iasi, quæ temporibus Cecropis fuit. Recole quæ superius jam diximus, et confer cum his quæ infra ad num. 486 dicenda sunt.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Ann. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 14 | 47 | 80 | 11 | 12 Primus [a] regnavit in Thessalia Hæmon. | |
| 15 | 48 | 81 | 12 | 13 Phorbas [b] Rhodum obtinuit. | |
| 16 | 49 | 82 | 13 | 14 Primus quadrigam junxisse fertur [c] Throchilus seu Proclytus. | |
| 17 | 50 | 83 | 14 | 15 | |
| 18 | 51 | 84 CCCLXX annus Repromissionis, et XX an. Moysis. | 15 | 16 [d] Hercules primus fertur Antæum luctæ vicisse certamine. | |
| 19 | 52 | 85 | 16 | 17 | |
| 20 | 53 | 86 | 17 | 18 | |
| 21 | 54 | 87 | 18 | 19 Xanthus [e] Triopa Lesbon condidit. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Φορβᾶς Ῥόδου ἐκράτησε. Syncell. pag. 121.

## NOTÆ.

[a] Rectius ad hunc quidem annum isthæc de Hæmone periocha refertur, quam ut in laudatis supra; Parmensi, ac Palatinis mss. editisque aliis antiquis libris, quinquennio aut sexennio ante : quamquam hi postremi iterum eamdem hic loci repetunt. Sed et aliis intra istud sexennium annis fuisse alias ascriptam, colligas ex Gobelino Persona. Adde quod in Græcis apud Syncellum, aliosque Fragmentis nihil simile invenire est. Immo Eusebius patrem Hæmonis Thessalum supra ad num. 226 primum regnasse in Thessalia scripserat, ab eoque nomen accepisse. Verum *Thessaliam* post Trojana demum tempora hanc regionem appellatam, indicio manifesto est, quod eam Homerus numquam vocet eo nomine, quod et Velleio Paterculo lib. I, c. 3, notatum est. Recentior itaque ille est Thessalus, Hæmonis, a quo pridem Hæmonia fuerat denominata, filius, quod Rhianus apud Scholiast. Apollonii lib. III notat :

δὲ αὖ τίκε Θεσσαλὸν Αἵμων,
Τοῦ δ᾽ ἀπὸ Θεσσαλίην λαοὶ μετεφημίξαντο.

Nisi si propius adhuc vero ait Strabo sub libri IX finem : *Posteros Antiphi et Phi ippi filiorum Thessali, filii Herculis ab Ephyra Thesprotide reduces*, ἀπὸ Θετταλοῦ τοῦ ἑαυτῶν προγόνου τὴν χώραν ὀνομάσαι : *ab Thessalo sui generis auctore regioni nomen imposuisse.*

[b] Otiose quis Phorbantas varios cognomines, dissitos inter se gente atque ætate, memorat. In eo tota loci hujus difficultas est, quis ex Argivorum regibus Phorbas hic sit. Scaliger ita lineam generis componit ex Pausania in Achaicis : Phorbas rex Argivorum, Triopas, Phorbas cognominis avo, Pellen, etc., putatque nepotem, non avum fuisse, qui Rhodum occupavit, nam patrem Triopam unum τῶν Ἡλιαδῶν fuisse, non dubitat, qui Rhodo potiti sunt ut exstat apud Diodorum. Locus autem ille Diodori libro v fert, Lapithæ Phorbanta filium, non Triopæ, οὗτος δὲ ἦν υἱὸς μὲν Λαπίθου. Nec sane illa responsio satisfacit, ὁμωνυμία deceptos sæpe scriptores gesta inter se confundere. Vix enim puto, duos ex Antiquis invenire est, qui de Phorbantis persona ac genere consentiant. Eusebius, ut vides, Criassi filium eum facit, aut certe Triopæ patrem, ut et Diodorus, qui tamen Triopam ipsum tradit, non Phorbanta, Rhodum occupasse : Τοὺς πάλαι Ἕλληνας, ὑπὸ Τριόπα τοῦ Φόρβαντος κατοικισθέντας, τὴν νῆσον Ῥόδον κατοικῆσαι. In Corinthiacis vero Pausanias c. 16 : Ἄργου δὲ Πείρασος γίνεται καὶ Φόρβας· Φόρβαντος δὲ Τριόπας, Τριόπος δὲ Ἴασος. Ita et scholiastes Euripidis; Triopam Phorbantis atque Eubœæ filium appellat. Quid quod Apollodorus neutrum inter Argivos reges recenset ? Uno verbo Hyginus est, qui in Poetico Astronomico cap. 14 ex parte consentiat Scaligero, ubi, *dicitur*, inquit, *Phorbas Triopæ filius ex Hiscilla Myrmidonis filia natus*, etc., et Pausaniæ locus ille

A in Achaicis, ad quem provocat, ubi Pellenem vocat Phorbantis filium, ac Triopæ nepotem. Verum in tanta reliquorum fluctuatione, immo ejusdem auctoris ex vario populorum sermone, inconstantia ac pugna, quis se præsumat rem acu tangere ?

[c] Scaliger inverso ordine hanc de Throchilo ῥῆσιν, paulo post, ubi illa est de Hercule, ponit; atque illam vicissim ad hunc numerum. Veteres porro editi libri *Arogilum* legebant, pro Throchilo, ferme ut olim erat apud Tertullianum lib. de Spectaculis cap. 9 : *Si vero Acrochiles* (al. *Acrophilus*, et *Prophilus* nunc *Throchilus*) *Argivus auctor est cursus, primus Junoni id opus suum dedicavit.* Emendatum ibi auctoritate Theonis in hæc verba, Οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν Ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἴδωλον ἢ Βελλεροφόντου, ἢ Τροχίλου τῆς Καλλιθέας παιδός. Et Pausaniæ in Atticis cap. 14, ὕστερον δὲ Τρόχιλον ἱεροφάντην quem ab Agenore Argis pulsum in Atticam venisse narrat, cumque Eleusine uxorem duxisset, Eubuleum et Trip-
B tolemum genuisse. Hygino autem Orsilochus dicitur in Poetico Astron. cap. 13 : *Nonnulli*, inquit, *qui de sideribus scripserunt, hunc natione Argeum, Orsilochum nomine, primum quadrigarum inventorem esse dixerunt*, etc. quam lectionem haud equidem immutare ausim. Cætera videsis apud Scheferum de Re Vehiculari lib. I, cap. 2.

[d] Hercules Olympiacum certamen, Iairo judice, hoc est, post annos ab hinc ferme trecentos sexaginta, instituit : quod infra ipsemet Eusebius ad numerum 810 non diffitetur : *Hercules in Libya occidit Antæum. Hercules agonem Olympiacum constituit, a quo usque ad primam Olympiadem supputantur anni* 430. Retulerit proinde hoc ex aliorum, ut sæpe facit, sententia, non sua : nam et verbo *fertur*, ad illud significandum, utitur. Sanctus autem Prosper in Chronico integro ἁπλῶς, ac proprio sensu ait, *Anno* (Servitutis) *octogesimo secundo Hercules Antæum luctæ certamine superat* : qui error est manifestus.

[e] Jubent docti viri rescribi, *Triopæ*, in gignendi
D casu, ut suppleas *filium* : veteres autem libri, sive mss., sive editi, non suffragantur. Scribitur et Diodoro Græce, Ξάνθος ὁ Τριόπα, quamquam nullus dubito filium debere intelligi. Porro autem, si huic credimus lib. v, cap. 82, Lesbos non a Xantho, sed ab Triopa fratre Macareo condita est, eo autem nomine donata a Lesbo, Æoli nepote, Macarei genero ac successore, cum prius ab illo *Macaria*, atque anteactis temporibus ab aliorum dominatione, *Æthiope*, et *Ægyra*, et *Isa*, et *Pelasgia*, et *Lasia*, fuerit appellata. Putat proinde Scaliger, Diodorum non de hoc Triopa loqui, sed de Triopa Argivo; alioquin in hoc etiam ab eo dissentiret Eusebius, sive ille a quo Eusebius accepit vetus auctor, quod ante Cecropem hæc narret, quæ sub illo Atheniensium rege acciderint. Contra ego ipsum Eusebium de Triopa Ar-

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *An. ab Abrah.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 22 | 55 | 88 | 19 | 20 | 450 |
| 23 | 56 | 89 | 20 | 21 | |
| 24 | 57 | 90 Principium XLIX Jubilæi. | 21 | 22 In Creta [d] regnavit Cydon. | |
| 25 | 58 | 91 | 22 | 23 | |
| 26 | 59 | 92 | 23 | 24 | |
| 27 | 60 | 93 | 24 | 25 | |
| 28 | 61 | 94 CCCLXXX annus Repromissionis, et XXX annus Mosis. | 25 | 26 | |
| | | | | 27 | |
| | | | | 28 | |
| 29 | 62 | 95 | 26 | | |
| 30 | 63 | 96 | 27 | | |

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *Assyriorum XV* [a]*SPARETUS annis* 40. | *Sicyoniorum XIII* [b]*MARATHIUS annis* 30. | | | | *His* [e] *temporibus in Atta, quæ nunc Attica nuncupatur, primus regnavit CECROPS, qui et DIPHYES, an.* 50. | |
| 1 | 1 | 97 | 28 | 29 | | |
| 2 | 2 | 98 | 29 | 30 | | 460 |
| 3 | 3 | 99 | 30 | 31 | | |
| 4 | 4 | 100 | 31 | 32 | 1 A Cecrope usque ad primam olympiadem numerantur reges [f] XVII; principes vero quos mors tantum finiebat, XII, sub quibus apud Græcos multa miranda narrantur. | |
| 5 | 5 | 101 XXXV anno Mosis [c] Cecrops regnabat in Attica, a quo usque ad captivitatem Trojæ fiunt anni 375. | 32 | 33 | 2 | |
| 6 | 6 | 102 | 33 | 34 | 3 | |
| 7 | 7 | 103 | 34 | 35 | 4 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ιε', ἐβασίλευσεν ΣΠΑΡΕΘΟΣ ἔτη μ'. Scaliger ex Syncell. pag. 98.

Σικυωνίων ιγ', ἐβασίλευσε ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ἔτη λ'. Syncell. pag. 99.

Αἰγυπτίων θ', ΑΧΕΝΧΕΡΣΗΣ ἔτη ιβ'. Euseb. apud Syncell. pag. 58.

Ἀργείων ζ', ἐβασίλευσε ΤΡΙΟΠΑΣ ἔτη μς'. Sync. p. 121.

ΚΕΚΡΟΨ ὁ διφυὴς τῆς τότε Ἀκτῆς, νῦν δὲ Ἀττικῆς ἐβασίλευσεν ἔτη ν'... Ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ πρώτην ὀλυμπιάδα βασιλεῖς ιζ', Ἄρχοντες δὲ διὰ βίου ιβ'. Κατὰ τούτους τὰ παρ' Ἕλλησι θαυμαστὰ δοκοῦντα μυθολογεῖται. Id. p. 122.

## NOTÆ.

givo arbitror intelligere, Diodorum vero de cognomine Thessalo, Æoli nepote, qui Dotium campum in Thessalia possedit, atque inde profugus in Cnidiam, Triopam condidit. Cæterum et videntur confundi eorum gesta a Veteribus, et vix certi aliquid posse ex Mythica illa historia excudi. Eusebius per πρόληψιν Lesbon appellarit, insulam Isam, quam Xanthus desertam occupavit.

[a] Syncello hic dicitur Σπαρθαίως, apud quem et locum decimum sextum, et annos obtinet quadraginta duos.

[b] Hunc locum Syncellus dat *Echyrco*, cui succedere facit *Marathonium*, tum *Marathium*. Econtrario est penes Eusebium, *Marathius*, *Marathus*, *Echyreus*.

[c] Confer ipsiusmet Eusebii librum x Præparat. Evangelic. et Pausaniam in Atticis.

[d] Legit Scaliger, *Hoc tempore Cydon regnat in Creta :* mavultque in Notis ex Cretensium sententia, qui Cydonem ex Mercurio et Acallide (scribe *Acacallide*) Minois filia natum faciunt, hanc periocham in Minois tempora conferri. Mirum, nisi ἀεὶ ψεύσται hac etiam in re mentiuntur. Eusebius certe Tegeatis maluit adhibere fidem, qui ex Tegeate et Mæra natum, τὸν τόπον μετοικῆσαι σφᾶς ἑκουσίως εἰς Κρήτην Κύ- A δωνα. *Cydonem ultro a patriis sedibus in Cretam decessisse* tradunt. Ita Pausanias in Arcad. cap. 53 : quo loco et Cretensium oppositam sententiam refert. Vide et Stephanum in Κυδώνια ; et quod ait, Apollinis, non Mercurii filium Cydonem exstitisse, falsi redargues ex Scholiaste Apollonii ad lib. IV, vers. 1491, ubi duos Acacallidis filios, alterum Naxum ex Apolline, alterum Cydonem ex Mercurio memorat.

[e] Pro *His temporibus*, legit Scaliger, *Trigesimo quinto anno Moysi*. In notis προχρονισμὸν quindecim annorum, quem tertio quoque verbo Eusebio objicit, tum repetit, quæ criminatur Syncellus, quem toties eadem, sive ex eadem una causa, contradicentem refutavimus. Ab hoc Cecrope Marmor Arundelian. auspicatur æram Atticam, quæ per annos MDCCCXVIII decurrit ad usque Archontem Diognetum. Videsis Dodwellum lib. de Veteribus Græcorum, Romanorumque Cyclis a pag. 693 ad 700.

[f] Supputat Syncellus reges dumtaxat *sexdecim*, B principes vero perpetuos *tredecim*. Pro verbis *multa miranda*, Scaliger habet *multa mira :* unus Palatinus ita *mira* scribit, addita lacunula, ut aliquid deesse fini intelligas.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | *Argis* VII [a] TRIOPAS *an.* 46. | | |
| 8 | 8 | 104 cccxc annus Repromissionis, et XL annus Mosis. | 35 | 1 | 5 | |
| 9 | 9 | 105 | 36 | 2 | 6 Cecrope regnante, primum in arce [b] oliva orta est, et ex Minervæ nomine, quæ Græce Athena dicitur, Athenæ nuncupatæ. Dicebatur autem Cecrops, Diphyes, [c] id est, duabus naturis, sive ob longitudinem corporis, sive idcirco quod cum esset Ægyptius, utramque linguam sciebat, Græcam et Ægyptiacam. Primus Cecrops [d] bovem immolans, Jovem appellavit: et Cecropia regio ab eo nuncupata est. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἐπὶ Κέκροπος ἡ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἐλαία πρώτη ἐφύη. Οὗτος ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασεν. Ex Syncell. pag. 122.

Κέκροψ διφυὴς κ λούμενος διὰ μῆκος σώματος... ἢ ὅτι Αἰγύπτιος ὢν, τὰς δύο γλώσσας ἠπίστατο. Sync. p. 122.

Κέκροψ πρῶτος βοῦν ἔθυσε, καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν... Ἀπ' αὐτοῦ δὲ Κεκροπία ἡ χώρα ἐκλήθη. Idem ibid.

## NOTÆ.

[a] Triopæ Syncellus dat annos tantum λϛ', *triginta sex.*

[b] Vulgatissima, ut ait Scaliger, historia hæc est. Laudat tamen Apollodorum, qui eam olivam suo ævo ostendi ait, ἐν τῷ Πανδροσίῳ: et Plinium post Varronem, qui eam Athenis durasse perhibent: denique Pausaniam, qui illam a Persis incensam eodem die ad duos cubitos repullulasse, scribit. His adde laudatum Schurzfleischio Scholiasten Euripidis ad Orest. pag. 82, ἡ δὲ ἐλαία τῇ Ἀθηνᾷ ἱερά, ὡς καταδείξάσῃ πρώτῃ αὐτὴν ἐν Ἀθήναις. Mox verbum *dicitur* primus Palatinus prætermittit, deinde plus habet, *Dicebatur autem Cecrops ipse Diphyes*, etc. Audiendus et Gobelinus Persona ætat. III, cap. 7 Cosmodr.: *Propter plagas Ægypti creditur Cecrops egressus Ægypto, et in Græcia condidisse urbem quamdam Acten: vel, ut dicit Isidorus* (lib. XV, cap. 1 Origg.), *vocavit eam ex suo nomine Cecropiam, quam Amphitryon* (leg. *Amphictyon*), *qui tertius post eum regnavit, ibidem Minervæ consecravit, et nomen ipsi civitati Athenas dedit. Nam Minerva Græcis* Ἀθήνη *dicitur.* B Notatum in eam rem Scaligero, solum Justi, dicere appellatas Athenas fuisse sub Amphictyone, qui est tertius a Cecrope. Cætera laudatus Schurzfleischio Scholiast. Apollonii ad lib. I, vers. 214, μόνην τὴν ἀκρόπολιν τῆς Ἀττικῆς Κεκροπίαν καλεῖσθαι τὸ πρότερον, scribit: Plinius quoque lib. VII, cap. 56: *Oppidum Cecrops, a se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.* Videsis et Apollodor. lib. III, et Pausaniam in Attic., cap. 2, etc.

[c] Inter varias ejus appellationis causas, illa videtur cæteris probabilior omnibus, quam ipse addit Eusebius secundo loco: quod scilicet, cum ex Ægypto in Græciam Cecrops advenisset, utriusque gentis mores et linguam calleret. Sunt tamen e recentioribus doctis viris, qui hanc adeo non recipiant, ut Hieronymianæ interpretationis postrema verba *Græcam et Ægyptiacam*, e glossa velint esse hominis, qui Eusebium non satis ceperit. Palmare argumentum petunt e Syncello, scribente, ὅτι τῶν Αἰγυπτίων τὰς δύο A γλώσσας ἠπίστατο: *Quod geminam Ægyptiorum linguam calleret.*

[d] Aliis atque aliis annis hanc periocham mss. atque editi libri assignant. Primus Palatinus, referente Schurzfleischio, anno 461; reliqui num. Attico 12 sive Abrahami 472. Nostræ, atque adeo Pontacenæ recensioni suffragatur Parmens. codex, et Sichardi editio. Scaliger refert decennio ante, qui et animadvertit in Notis, negare Pausaniam in Arcadicis cap. 1 immolatum bovem a Cecrope, cum econtrario hic animalium victimas abdicarit. Et sane mirum, Georgium Cedrenum, qui hanc ipsam periocham, sive ex Eusebio, sive ex Syncello, totidem verbis descripsit, p. 67, pro ἔθυσε legisse ἐθαύμασε. Ὁ δὲ Κέκροψ πρῶτος βοῦν ἐθαύμασε, καὶ Ζῆνα προσηγόρευσε: quæ Xilander vertit, *Cecrops primus bovem admiratus est, et Jovem cognominavit.* Malim ego interpretari. *bovem coluit*, seu *religione observavit, honore affecit*, quod verbo θαυμάζω satis bene significari, exempla veterum Scriptorum docent. Nam quod vulgo putant, scribarum illud mendum esse in Cedreni codicibus, vereor, quin sit plane econtrario, in Syncellianis scilicet ac vetustis Eusebii exemplaribus, cujusmodi fuerit etiam illud, quod ob oculos S. noster Interpres habuit. Adeo si alterutra refigenda sit lectio, præstabit fortasse, contra atque alii sentiunt, Syncellianos a Cedreni codicibus emendari, eoque pacto in concordiam venire cum Pausaniæ testimonio, quo nihil est luculentius. Κέκροψ μὲν, inquit, Δία τε ὠνόμασεν ὕπατον πρῶτος, καὶ ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τούτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι, πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τοῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνους καλοῦσιν ἔτι καὶ ἐς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι. *Cecrops quidem, cum primus Jovem supremum appellasset, nihil vita præditum immolandum duxit, sed liba tantum patria* (*Pelanos etiam num Attici vocant*) *ut ad Aram porrigerentur, sanxit.* Videsis et quæ supra ad Eusebii præfationem de illa Jovis per Cecropem appellatione observamus.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *An. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 | 10 | 106. | 37 | 3 | 7 | |
| 11 | 11 | 107. | 38 | 4 | 8 | |
| | | | *Ægypti ACENCHERES, seu ACENCRIS, ann.* 12. | | | |
| 12 | 12 | 108 Moses Ægyptum derelinquens in eremo philosophatur. | 1 | 5 | 9 | |
| 13 | 13 | 109. | 2 | 6 | 10 | 470 |
| 14 | 14 | 110. | 3 | 7 | 11 | |
| 15 | 15 | 111. | 4 [a] Curetes, et Corybantes Cnosson condiderunt : qui modulatam et inter se concinentem in armis saltationem reperere. | 8 | 12 | |
| 16 | 16 | 112. | 5 | 9 | 13 | |
| 17 | 17 | 113. | 6 | 10 | 14 | |
| 18 | 18 | 114 cccc annus Repromissionis, et I annus Mosis. | 7 | 11 | 15 | |
| 19 | 19 | 115. | 8 | 12 | 16 | |
| 20 | 20 | 116. | 9 | 13 | 17 | |
| 21 | 21 | 117. | 10 | 14 | 18 Chaldæi contra [b] Phœnices dimicant. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τούτῳ τῷ ἔτει Μωϋσῆς τὰς ἐν Αἰγύπτῳ καταλιπὼν διατριβὰς, κατὰ τὴν ἔρημον ἐφιλοσόφει. Chronic. Pasch. pag. 52.

Κουρῆτες καὶ Κορύβαντες Κνῶσον ᾤκησαν, οἱ ἐν ὅπλοις εὔρυθμον κίνησιν εὑρόντες. Sync. ex Africano p. 119.

Χαλδαῖοι κατὰ Φοινίκων ἐστράτευσαν. Syncell. p. 122.

## NOTÆ.

*guam sciret*. Non igitur Græcas, sed commemorari A volunt, quæ duo erant apud Ægyptios genera litterarum, vulgarium scilicet, et arcanorum, quibus uti sacerdotes solebant. Nota hæc ἱερογλυφικὰ γράμματα τοῖς δημώδεσιν opposita ex Horapolline, Clemente Alexandrino Stromat. v, Diodoro Siculo lib. III, Luciano in Philopatride, atque aliis : quamquam et sunt, qui hieroglyphicas formas illas atque imagines, quibus vetera Ægyptiorum monumenta descripta adhuc superant, diversas fuisse contendant a sacris litteris, ut tertium hoc velint exstitisse apud illos scribendi genus. Ut ut vero sit de ea re, affirmare ausim, qui linguam Græcam ab ea causa excludunt, ut duas Ægyptias interpretentur, a veri specie omni abesse. Enim vero Syncelli lectio manifesto scribarum vitio depravata est, qui pro Αἰγύπτιος ὢν, quemadmodum et Scaliger olim in suo legit exemplari, et nos retinuimus, posuerunt τῶν Αἰγυπτίων, qui alius est sensus ab auctoris contextu ac mente. Duplicem naturam hominis, qui ab una in aliam gentem fuerit translatus, haud sane recte ab unius ingenio, tametsi duplici lingua, quis repetat. Alioquin hoc nomine non unus Cecrops, sed innumeri, puto, qui olim in Ægypto τὰ ἱερὰ γράμματα callebant, fuissent διφυεῖς nominandi. Adde quod etiam Cedrenus pag. 67, ita ex Syncello, atque adeo Eusebio descripsit, ὅτι Αἰγύπτιος ὤν. Porro idem est veterum in hac interpretatione consensus. Luculentissime Tzetzes, laudatus etiam Scaligero, Græcas dixit, atque Ægyptias terras.

Πρῶτος ἁπάντων Ἀττικῆς ὁ Κέκροψ βασιλεύει,
Ὁ πρῶτος ὁ καλούμενος καὶ Διφυὴς τοιῶσδε,
Ἢ ὅτι μέγεθος ἀνδρῶν δύο πρὸς μῆκος εἶχεν,
Ἢ ὡς Ἑλλάδος ἔμπειρος καὶ Αἰγυπτίας γλώσσης.

Sed et Diodorus Siculus lib. I (ut illa sit ejus in regis nomine hallucinatio) Peteon genere Ægyptium, regem Athenarum, tradidit Diphyem appellatum, ὅτι δυοῖν πολιτειῶν μετασχὼν Ἑλληνικῆς καὶ Βαρβάρου. Cæterum, quod dicebamus, alias alii causas ejus nomini commenti sunt. Apollodorus lib. III, quod humano simul esset, et serpentino corpore præditus; συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος : quam fabulam Eustachius in Dionysium, de barbaris Ægiptiorum moribus depositis, inductisque Græcis interpretatur : tametsi ad Iliad Σ′ in longe diversa abeat. Videndi Aristophanes Resp. et Scholiastes ibi, Demosthenes Orat. Fun., Nonnus Dionys. lib. XL, Plutarchus de sera Numinis vindicta, Tzetzes in Lycophron., Scholiasta Hermogenis Syrianus, Jo. Antiochenus seu Malala, Suidas in Κέκροψ, etc.

[a] Plus est in Græco apud Syncellum, Οἱ ἀπὸ τῆς Κουρητείας, τῆς νῦν Ἀκαρνανίας, Κουρῆτες, etc., quæ verba queritur Scaliger, quod Hieronymus prætermiserit, vel potius neglexerit, cum certe prætereundi non essent. Debuerat vero prius docuisse certo aliquo testimonio, penes Eusebium exstitisse, quod non est tam verosimile, siquidem ille ex Africano hanc periocham describens, satis habuit quæ ad conditæ Cnossos epocham pertinebant, commemorare. B Crebra de Curetis apud Strabonem, præsertim l. x, est mentio; vulgo autem eos cum Dactylis Idæis confundunt : quod factum videtur, postquam hi cum Minoe, a quo et Cnossos ædificata dicitur a Strabone, Cretam advenerunt, cum multo tamen illis antiquiores sint, qui Jovem enutrierunt, Curetes. Confer Pausaniam in Eliacis cap. 7, et in Arcadicis cap. 21, Lucianum περὶ Ὀρχῆς, Strabonem lib. X, Scholiast. Apollonii ad lib. I Argonaut., Senecam in Hercul. Oet. vers. 1877; denique, ut alios omittam, Arnobium sub libri III finem. Hyginus cap. 129 : *Græce Curetes sunt appellati, aliis Corybantes dicuntur*.

[b] Hæc nisi illa pugna videri possit, a qua historiam suam exorditur Herodotus, fatemur cum Scaligero ipsomet, Historiam hanc nobis ignotam esse; Eusebius ex Beroso, qui amplius non exstat, accepit. Cæterum hanc ipsam periocham Scaliger, nonnullique editi vetustiores libri referunt septennio ante, contra mss. etiam Palatinorum fidem.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 22 | 22 | 118 | 11 | 15 | 19 | |
| 23 | 23 | 119 | 12 *Ægypti, ATHORIS annis* 9. | 16 | 20 Musæus [a] Euctæi et Nymphæ filius agnoscitur. | 480 |
| 24 | 24 | 120 | 1 | 17 | 21 Deucalion [b] apud eos regnare orsus, qui circa Parnassum morabantur. | |
| 25 | 25 | 121 | 2 | 18 | 22 | |
| 26 | 26 | 122 | 3 | 19 | 23 Judicium [c] Neptuni et Minervæ de contentione regionis apud Cecropem actum fuisse confingitur. | |
| 27 | 27 | 123 | 4 | 20 | 23 | |
| 28 | 28 | 124 CCCCX ann. Repromissionis, et LX an. Mosis. | 5 | 21 | 25 | |
| 29 | 29 | 125 | 6 | 22 | 26 Io Inachi [d] filiæ mixtus est Jupiter, qua in bovem, ut dicitur, versa, Bosporus appellatur. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγυπτίων ι', ΑΘΩΡΙΣ ἔτη θ'. Syncellus pag. 58.

Μουσικὸς ὁ Εὐκταίου καὶ Νύμφης ἤκμαζεν. Idem p. 122.

Δευκαλίων βασιλεύειν τῶν κατὰ Παρνασσὸν ἤρξατο. Idem ibid.

Ἡ τῶν θεῶν κρίσις Ποσειδῶνος καὶ Ἀθηνᾶς ἐπὶ Κέκροπος μυθεύεται Ἕλλησι περὶ τῆς χώρας. Idem ibidem.

Ζεὺς ἐμίγη Ἰοῖ τῇ θυγατρὶ Ἰνάχου, ἣν καὶ βοῦν ἐποίησεν, ἀφ' ἧς ὁ Βόσπορος ἐκλήθη. Scaliger ex Syncello et Cedreno.

## NOTÆ.

[a] Pontacus pro *Euctæi* perperam *Erectei* legerat, A cui simile vitium in aliis quoque libris editis ac mss. offendere est, ut in primo Palatino, et Sichardi editione *Erichthei*, in tertio *Euthai* : in his, quos Scaliger laudat, *Eutæi*, et *Euthei*, et *Evcthei* ; alibi *Erhithe*. Emendantur ex Græco Εὐκταίου, ad cujus fidem etiam *Musicus*, pro *Musæus*, fecit Scaliger, tametsi, quis iste Euctæus, quis pater Musicus, quæ Nympha ἀνώνυμος, nescire se fateatur, immo et suspecta omnia habeat. Schurzfleischius cum pridem scripsisset, illud *Musici*, vel Μουσικοῦ nomen ne quidem ullum τύπον ὀνόματος κυρίου, habere, prorsusque corruptum esse, idque ex constanti mss. lectione *Museus*, facile agnovisset, mutata ferme in curis posterioribus sententia, pro ea retinenda lectione disputat ex Fragmento incerti Scriptoris, *de naturali institutione*, quod sub finem Censorini L. Carrio olim auctius edidit, ubi c. 10 *de Rhythmo* ita : *Rhythmus creditur dictus a Rhythmonio, Orphei filio, et Idomeneæ nymphæ Maricæ, ut tradit Nicostratus libro quem composuit de Musico, fratre Rythmonii*. Et Scriptor, inquit, hujus libri videtur fuisse Hieronymo suppar, B cujus ætate Mythologia cœpit mire depravari. Ex eo scriptore 2 et 3 caput iisdem fere verbis descripsit Scholiasta Germanici. Ita ille. Sed Musæum tamen scribi debere, non Musicum, recta ratio persuadet. Non ille quidem est Vates Atheniensis, Eumolpi secundi et Selenes filius, sive per Antiphemum nepos : sed alius eo longe antiquior Musæus, Jovi æqualis, cujus apud Diodorum Siculum lib. V est mentio. Fallitur adeo dudum laudatus vir doctus, et cum legi mavult, *Musæus Eumolpi et Nymphæ filius nascitur* : et rursum cum ex Artabano apud Eusebium Præparat. Evang. lib. IX conjicit, Musæum istum eumdem esse cum Moyse, et scriptum hic putat, *Musæus Judæi e Nympha filius*, etc.; atque ex eo explicat, quia Moses e fluvio retractus, Nympham, lympharum patronam matrem præ homine habuisse videbatur. Et facit huc tamen, ne quid dissimulem, illa Artabani narratio : et sub Græcorum Musæo, latere Hebræo- C rum Moysem, tametsi fabulis aliis obductum, non inficior. Merabin ait : Nescio quam Χενέφρῃ τινὶ κατεγγυῆσαι τῶν ὑπὲρ Μέμφιν τόπων βασιλεύοντι... στεῖραν ὑπάρχουσαν ὑπολαβέσθαι τινὸς τῶν Ἰουδαίων παιδίον, τοῦτο δὲ Μώϋσον ὀνομάσαι, ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων αὐτὸν ἀνδρωθέντα ΜΟΥΣΑΙΟΝ προσαγορευθῆναι. Non ita quæ subjungit, γενέσθαι δὲ τὸν Μώϋσον τοῦτον Ὀρφέως διδάσκαλον ; hic enim ad posteriora pertinet tempora, de quo ipse infra Eusebius ad numerum 747. Demum neque omittendum est, quod Scaliger, editique alii veteres libri hanc pericopem ante septennium collocant.

[b] Atque hæc de Deucalione Scaliger, aliique editi libri ante quinquennium : primus Palatinus ms. superiori proxime anno ponit. Minus illud credibile, quod Diodorus Siculus lib. V tradit, Deucalionem hunc Phorbante Argivorum Rege juniorem ἑπτὰ γενεαῖς, *septem ætatibus* exstitisse. Marmor Arundelianum I iisdem ferme atque Eusebius verbis, Ἀφ' οὗ Δευκαλίων παρὰ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευσε. Videsis ejus interpretes. Strabo autem lib. IX eum dixit τῆς Φθιωτίδος ἄρξαι, καὶ ἁπλῶς τῆς Θεσσαλίας, *Phthiotidi, et simpliciter Thessaliæ imperasse*. Cedrenus et Malala pro hac historia aliam περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ substituunt, de qua mox dicemus.

[c] Negat laudatus Scaligero Apollodorus, Cecropem in eo judicio arbitrum fuisse. Ζεὺς, inquit, κριτὰς ἔδωκεν, οὐχ' ὡς εἰπόν τινες, Κέκροπα καὶ Κραναὸν, οὐδὲ Ἐρεχθέα, θεοὺς δὲ δώδεκα, etc. *Judices Jupiter constituit, non, ut quidam dicunt Cecropem et Cranaum, aut Erechtheum, sed Deos duodecim*. Vide hic geminum judicium apud Pausaniam in Corinthiac. c. 15.

[d] Ita *Inachi* filiam vocant Parmensis ac Palatini mss. veteresque editi plerique libri, ac demum Scaliger ipse in Græcis Fragmentis, cum in Latino tamen reposuerit *Jasi* ex duobus mss. quemadmodum et *in novo codice* lectum Antiquarius Salmasianus notat. Nobis observatum est supra nec semel, plures cognomines, aut certe duas istas Inachi et Jasi filias Iones a Veteribus confundi, juxta quorum varias opiniones dudum ipse Eusebius hanc ipsam Promethei filiam appellavit, quæ Istri apud Clementem Alexandr. lib. I Stromatum sententia fuit. Adversatur hac nobis in re Schurzfleischius, qui cum Scaligeri lectionem *Jasi* minime probet, velitque *Inachi* retinendam : non duas tamen, aut plures,

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 30 . . . . . | 30 . . . . . Sicyoniorum XIV. [a] MARATHUS, *annis* 20. | 126. . . . . | 7, . . . . | 23. . . . . | 27 . . . . . | |
| 31 . . . . . | 1 . . . . . | 127. . . . . | 8. . . . . | 24. . . . . | 28 Cecrops in Eubœa Athenas condidit, [c] quas et Diadas nominant : hanc urbem Euboici Orchomenon appellaverunt. | |
| 32 . . . . . | 2 . . . . . | 128. . . . . | 9. . . . . *Ægypti* CHENCRES *an.* 16. | 25. . . . . | 29 . . . . . | |
| 33 . . . . . | 3 . . . . . | 129. . . . . | 1. . . . . | 26 . . . . . | 30 . . . . . | 490 |
| 34 . . . . . | 4 . . . . . | 130. . . . . | 2 [b] Iste est Pharao Chencres, qui contradixit per Mosen Deo, atque mari Rubro obrutus est. Post quem regnavit Ægyptiis Acherres Pharao : nam Pharao cognomen est dignitatis. | 27 . . . . . | 31 Diluvium quod sub Deucalione in Thessalia, et incendium quod sub Phaetonte factum est. | |
| 35 . . . . . | 5 . . . . . | 131. . . . . | 3 . . . . . | 28 . . . . . | 32 . . . . . | |
| 36 . . . . . | 6 . . . . . | 132. . . . . | 4 . . . . . | 29 . . . . . | 33 . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων ιδ', ἐβασίλευσε ΜΑΡΑΘΙΟΣ ἔτη κ'. Ex Syncello pag. 99.

Αἰγυπτίων ια', ΧΕΝΧΕΡΗΣ ἔτη ις'. Syncell. p. 58.

Κέκροψ Ἀθήνας, τὰς καὶ Διάδας ἐν Εὐβοίᾳ ἔκτισεν. Εὐβοιεῖς δὲ ταύτην Ὀρχόμενὸν μετωνόμασαν. Sync. p. 122.

Ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐν Θεσσαλίᾳ, καὶ ὁ ἐπὶ Φαέθοντος ἐμπρησμός. Idem pag. 125.

## NOTÆ.

sed non nisi unam Io fuisse statuit, licet sequioris ævi auctores τὴν πρώτην καὶ τὴν δευτέραν noverint. Hic, ait, ex aliorum sententia Io Inachi filiam facit, eos videlicet secutus, qui Inachum Moysi æqualem statuunt, qua de re dictum ad numer. 160. Nec aliud statuit Ephorus, qui ἡρπάσθαι φησὶ τὴν Ἰὼ ὑπὸ Φοινίκων καὶ διακομισθῆναι εἰς Αἴγυπτον, ἀνθ' ἧς τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων πέμψαι Ἰνάχῳ ταῦρον. Legitur hoc fragmentum in Scholiis Apollonii ad lib. II, vers. 178. Africanus apud Syncellum pag. 64, edit. Paris. : Τούτου (Ἰνάχου) θυγάτηρ Ἰώ, ἣν Ἶσιν μετονομάζοντες σέβουσιν. Adde ipsum Syncellum pag. 126, et Jo. Malalam pag. 31. Nempe quia Epaphus et Apis iidem sunt. Accedit quod de Io, Jasi filia, non debuisset dicere Eusebius, eam in Ægyptum profectam Isidem esse nuncupatam, quod ipsum de priore Io num. 160 jam pronuntiarit. Hactenus ille, cujus ipsa verba descripsimus, ut cum iis quæ disputata nobis sunt, conferas : in ea enim perstamus adhuc opinione, et quæ in vaccam conversa, Bosporo nomen fecit, Jasi filiam existimamus, quæ si Inachi dicta est aliis, ex ea factum confusione est. quam diximus, et quam ipsemet Eusebius pro varia Auctorum opinione refert. Porro quam his subdit Scaliger post verbum *appellatur*, vel *appellatus est*, laciniam hujusmodi, *et secundum nonnullos in Ægyptum profecta, Isis nuncupata, quæ nupta postea Telegono, Epaphum genuit*, neque Parmensis, neque Palatini quatuor, aut quos Pontacus consuluit mss., nec denique vetustiores editiones hic loci agnoscunt; bene autem inferius, tametsi ea Syncellus continua serie subjungit. Sed et hanc fabulam ante annos quinque, ut de aliis modo diximus, Scaliger recenset.

[a] Confer quæ diximus ad superiorem proxime *Marathium*, et quæ mox ad *Echyreum*.

[b] Quæ hinc subsequitur ῥῆσις, *Iste est Pharao Chencres*, etc., tota ad finem usque in Parmensi ms. desideratur, ut etiam in duobus Palatinis. Nec sane eam Scaliger novit : et veteres quidam editi libri ex parte tantum habent, sive priorem periocham usque ad verba *obrutus est*. Quoad historiam, concinunt quidem Eusebio Orosius lib. I, cap. 10, ac Theodoretus Qu. 25, in Exod. Sanctus vero Theophilus lib. III ad Autolicum num. 19, Ægyptiorum regum seriem exponens, hunc Pharaonem, quem et Τέθμωσιν vocat, superregnasse tradit μετὰ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λαοῦ ἔτη εἴκοσι πέντε καὶ μῆνας δ', ὡς ὑφήρηται Μαναιθῶς : *Post exactum populum annis 21 et mensibus quatuor, ut supputat Manæthos*. Ita ex eodem Manæthone sentit et Josephus lib. I contra Apionem : Pharaonem vero illum populi expulsorem Τέθμωσιν, *Tethmosim*, appellat. Ego illum in Ogyge, quæ recentiorum est hominum doctissimorum sententia, adumbratum credo : sed non est hic locus edisserendo.

[c] Neque hic satis bene lectum antea, Pontacus *Athenas condidit, quam et Diadas nominavit* : Scaliger, *Athenas quas et Diadas condidit* : alii, *quæ et Diades*. Vera ms. est lectio, *Athenas condidit, quas et Diadas nominant*. Porro Scaliger perquam erudite in Notis : Immo, inquit, Dias Abantis Alconis, et Arethusæ frater, has Athenas condidit, unde volunt, Διάδας cognominatas, ut ab Athenis Atticis distinguerentur. Alioqui Κεκροπίδες cognominatæ fuissent, si verum erat, quod hic dicitur. Schurzfleischius adducit quoque Ephori testimonium ex libro tertio apud Stephanum in Ἀθῆναι, quo Scaligeri sententia nititur, contra Goarum, gratis ea dici ac sine Auctore asserentem. Mox idem Scaliger de Orchomeno : Hallucinatio, ait, est ab homonymia Ἀθῆναι Εὐβοϊκαὶ cognomento Διάδες. Ἀθῆναι vero Βοιώτιαι. aut Βοιωτικαί, alio nomine Ὀρχομενὸς dictæ. De his Stephanus : ἐκλήθη δὲ ἡ πόλις, ὥς τινες μέν φασιν, Ἀθῆναι, ἄλλοι δέ, Ὀρχομενὸς, ὡς οἱ Βοιωτοί ; quæ sunt ipsa verba Eusebii, sed alio detorta, qui Athenas Bœoticas ab Euboicis non distinguit. Aliquot numerat Stephanus, quem vide. Porro si verum erat, a conditore Diante

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 37 . . . . . | 7 . . . . . | 133 . . . . . | 5 . . . . . | 30 . . . . . | 34 . . . . . | |
| 38 . . . . . | 8 . . . . . | 134 ccccxx annus Repromissionis, et LXX annus Mosis. | 6 . . . . . | 31 . . . . . | 35 In Æthiopia multæ pestilentiæ locales, ut Plato [b] meminit, fuere. | |
| 39 . . . . . | 9 . . . . . | 135 . . . . . | 7 . . . . . | 32 . . . . . | 36 . . . . . | |
| 40 . . . . . | 10 . . . . . | 136 . . . . . | 8 . . . . . | 33 . . . . . | 37 . . . . . | |
| *Assyriorum* [a] XVI, *ASCADES annis* 40. | | | | | | |
| 1 . . . . . | 11 . . . . . | 137 . . . . . | 9 . . . . . | 34 . . . . . | 38 Ab Hellene Deucalionis et Pyrrhæ filio, hi qui prius Græci, Hellenes nuncupati | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

[Ἀσσυρίων ις', ἐβασίλευσεν ΑΣΚΑΤΑΔΗΣ ἔτη μ'. Ex Syncello pag. 117.

Ἐν Αἰθιοπίᾳ πολλαὶ καὶ ἄλλαι γεγόνασιν Ἕλλησι τοπικαὶ φθοραί, ὡς Πλάτων ἐν Τιμαίῳ. Sync. pag. 125.

Ἀπὸ δὲ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος Ἕλληνες οἱ Γραικοὶ καλοῦνται. Idem ibidem.]

## NOTÆ.

Athenas cognominatas fuisse, non Διάδας dictas oportuit, sed Διαντίδας. Hoc enim omnino exigit analogia. Ego non dubito a promontorio Eubœæ, ad quod sitæ erant, dictas, cui nomen Δῖον, et ei cognomen oppidum apud Homerum Δίου τ' αἰπὺ πτολίεθρον : ut ab alterutro Διάδες dictæ sint : et propterea primam produci : quod non fuerit, si ἀπὸ τοῦ Δίαντος cognominatæ fuissent. Quare in Vita Arati ita legimus, sed prius fœdissimis mendis sublatis : καὶ πάλιν Ἀθῆναι μὲν εἰσι τῆς Ἀττικῆς, εἰσὶ δὲ καὶ τῆς Εὐβοίας Ἀθῆναι Διάδες, ὧν μέμνητε ἐν Γλαύκῳ Ποντίῳ Αἴσχυλος. λέκτεῖτ' Ἀθήνας Διάδας παρὲκ πετρῶν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, οἱ πολῖται Ἀθηναῖοι, ἀπὸ δὲ τῶν ἐν Εὐβοίᾳ, Ἀθῆνιται λέγοντε (Sic). Hæc vitiosissime excusa sunt. Vides primam in nomine Διάδας produci, quæ in Δίας corripitur. At promontorii prior syllaba circumflexa, Δῖον, unde non dubitamus dictas. Itaque Stephanus mutavit sententiam in Δία, τὸ ἐθνικὸν Διεύς, καὶ τὸ θηλυκὸν Διάς, ὅθεν καὶ Διάδες Ἀθῆναι. Jam non ἀπὸ τοῦ Δίαντος, ut antea, quod absurdum erat : sed ἀπὸ τῆς Δίας. Sed ubi est illa Δία, quæ Athenis Diadibus cognomen fecit ? Est Εὐβοίας tertio loco posita a Stephano. Ab ea igitur, aut a Dio promontorio, Διάδες Ἀθῆναι dictæ. Rursus in Δῖον mutat sententiam, ab eo et Διάδας Ἀθήνας dictas esse sciscitat, ut et nos. Adde his Scaligeri, locum Strabonis lib. x post initium, τὸ Δῖον καὶ Ἀθῆναι αἱ Διάδες, κτίσμα Ἀθηναίων. Tum quæ disputat Schurzfleischius, an Διαδεῖς, quod opinatur Scaliger ex nummo Domitiani ΔΙΑΔΕΩΝ ΝΕΟΚΟΡΩΝ, cives hujus urbis dicti sint : nam possunt, inquit, etiam cives Diadis urbis Lyciæ intelligi. Stephanus, ΔΙΑΣ πόλις Λυκίας, ἣν Διάδης ἔκτισε. Τὸ ἐθνικὸν Διαδεύς. Porro Abrahamus Berchelius ad Stephanum pag. 44, Græca Eusebii ita constituit : Κέκροψ Ἀθήνας, Δίας καὶ Διάδας, ἐν Εὐβοίᾳ ἔκτισεν. Illa tamen emendatio, vel ideo non placet, quod Hieronymi versioni et Syncello contradicit.

[a] In Græco autem penes Syncellum textu huic *triginta octo* tantum anni ascribuntur. Porro Schurzfleischius ait, Sextus decimus Assyriorum rex *Asiacadis* a vetustissimo Palatino, non minus quam a reliquis *Ascadis* vocatur. Eadem ferme scriptura idem Rex *Ascades* a Jornande dicitur. In aliis quibusdam libris μεταθετικῶς *Ascatadis* invenitur. Rectissime apud Gobelinum Personam Cosmodr. æt. III, cap. 8, *Ascatades* legitur, quomodo Ἀσκατάδης habetur apud Syncellum.

[b] Male historiam connectit Scaliger, et verba *in Æthiopia*, unde altera pericope inchoatur, ad Diluvium, quod sub Phaetonte factum est, refert. Frustra adeo queritur in notis, quod diverse Veteres hanc fabulam vexant, et quod Eridanus, in quem Phaeton cecidit, longe sit ab Æthiopia. Frustra etiam ac præter rem longam ex Epiphanio laciniam laudat, ubi dicuntur Ægyptii quotannis rubrica greges, armenta,

A atque arbores infecisse, ineunte vere, quod vere scilicet novo ignis totum orbem depastus sit. Fraudi illi fuerit Græcus apud Syncellum textus, a quo primum hæc videntur luxata, ὁ ἐπὶ Φαέθοντος ἐμπρησμὸς ἐν Αἰθιοπίᾳ. Πολλαὶ δὲ καὶ ἄλλαι, κ. τ. λ. Latini autem libri, non mss. solum, sed etiam editi, Pontacus quoque, quam et nos retinemus distinctionem utriusque periochæ probant. Sed et laudatus ipsimet Scaligero, Orosius ad Æthiopiam pestes refert, dudum recitatis quæ ad Diluvium pertinebant : *Tunc etiam*, inquit, *in Æthiopia pestes plurimas, dirosque morbos, pene usque ad desolationem exæstuasse, Plato testis est.* Nec ignoro tamen, Æthiopum regem Phaetontem ab Antiquis dici, quod et Naso postremis libri I Metamorphos. versibus canit :

> Æthiopasque suos, positosque sub ignibus Indos
> Sidereis transit, patriosque adit impiger ortus.

Recurramus nunc ad diluvium. Quod ait Scaliger, Clementem Alexandrinum ab Exodo ad illud inter-
B ponere generationes quadraginta, hoc est annos 1300 amplius, plane, quod ille non animadvertit, mendosum est librariorum culpa. Constat enim ex universa, quam Clemens eo libro Stromatum init, ratione, ex antiquis, quos laudat Chronographis, ex factis denique historicis, quæ temporibus divisit, annos ab eo supputari ab hac Epocha ad primam Olympiadem solos 737, nimirum sexdecim plus minus ante Exodum : quæ ipsa est Eusebiana hypothesis. Minime igitur legendum ibi, γενεαὶ τεσσαράκοντα, sed fortasse ἔτη τεσσαρακαίδεκα, aut quid simile. Cæterum sub Crotopo Argivorum rege cum ipse, tum Tatianus cap. 60 contigisse scribunt. S. Augustin. de Civit. Dei lib. XVIII, cap. 10 : *His temporibus, ut Varro scribit, regnante Atheniensibus Cranao successore Cecropis, ut autem nostri, Eusebius et Hieronymus, adhuc eodem Cecrope permanente, Diluvium fuit, quod appellatum est Deucalionis.* Apollodorus Bibliothec. lib. III refert sub Nyctimo Lycaonis filio : quod
C etiam nonnulli Lycaonis filiorum impietate contigisse existimabant. Multo autem his serius omnibus Africanus, quem ipse etiam Syncellus, utpote a veritatis scopo, ut ait, non longe aberrantem sequitur, anno septuagesimo Ahodi Judicis ascribit. Videsis, præter laudatos Auctores, Lucianum de Dea Syria, Aristotelem Metereologicon lib. I, itemque primum Diodori Siculi, et quos prope modum otiose recitat Scaliger streperos Nonnii versiculos Dionysiacωn lib. III. Denique Origenem lib. I contra Celsum parum ab initio, ex Platone, quem ob oculos Eusebius quoque habuit, de his disserentem.

In his qui superant Platonis codicibus, quod notatum est Schurzfleischio, nihil de Æthiopia, deque pestilentiis illis legere est : quamquam laudet Scaliger ex Timæo illa, Τὸ δὲ τούτων αἴτιον τόδε, πολλαὶ

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | sunt : et [b] Atta, sub eo Attica vocata. | |
| 2 | 12 | 138 | 10 | 35 | 39 Corinthus [c] condita, quæ prius Ephyra vocabatur. | |
| 3 | 13 | 139 | 11 | 36 | 40 | 500 |
| 4 | 14 | 140 Principium L Jubilæi. | 12 | 37 | 41 | |
| 5 | 15 | 141 | 13 | 38 | 42 | |
| 6 | 16 | 142 | 14 | 39 | 43 Secundum nonnullos Io in Ægyptum profecta, et ibi Isis nuncupata, [d] quæ nupta postea Telegono, Epaphum genuit. | |
| 7 | 17 | 143 | 15 | 40 | 44 | |
| 8 | 18 | 144 CCCCXXX an. Repromissionis et LXXX an. Mosis. | 16 | 41 | 45 | |

*HEBRÆORUM* *Ægypti*, [a] A-

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγυπτίων ιβ', ΑΧΕΡΡΗΣ ἔτη η'. Syncell. pag. 58.

Κόρινθος ἡ πάλαι Ἐφύρα καλουμένη ἐκτίσθη. Syncell. pag. 121.

Κατά τινας Ἰὼ εἰς Αἴγυπτον ἐλθοῦσα, ἣ καὶ Ἶσις προσηγορεύθη Φαρία, γημαμένη Τηλεγόνῳ, Ἔπαφον ἐγέννησεν. Idem ibidem.

## NOTÆ.

καὶ κατὰ πολλὰ φθοραὶ γεγόνασιν ἀνθρώπων, κ. τ. λ. Nihilominus exstitisse olim ejusmodi locum, quem Eusebius digito notat, indicio etiam est Maximus Tyrius lib. III in fine his verbis, ἐντεῦθεν ῥεῖ τὸ τῶν κακῶν πλῆθος, ὡς ἀπὸ τῆς Αἴτνης τὸ πῦρ ῥεῖ. ὥσπερ ἐξ Αἰθιοπίας ὁ λοιμὸς ῥεῖ, καὶ τὸ μὲν πῦρ ἐπὶ γῆν ῥεῖ, ὁ δὲ λοιμὸς μέχρι τῶν Ἀθηνῶν προελθὼν ἔστη.

[a] Nullus est ferme Ægyptiorum regum in Eusebii serie, ad quem Scaliger easdem continuo stomachi plenas et querelarum nænias non replicet. Hic autem mirum est magis, quod ait, dynastiæ hujus XVIII. non solum comminisci eum reges, qui neque apud Africanum, neque apud Josephum exstant, sed et annos eorum mutilare, extendere, ut illi visum est. Qui enim, rogo, scit id perpetratum in eorum annis, si commentitii ipsimet reges sunt, nec ulli ex Veteribus noti? Dixerat modo Syncellus, Eusebium duos reges ex hac dynastia sustulisse : Scaliger, non sustulisse vult, sed alios totidem pro veris supposuisse. Næ istud plurimum Eusebii rationes interessat. Ostendimus nos alias sæpe, auctorem nostrum, sicubi in istorum serie regum, eorumve annis annotandis, ab Josepho, aut Africano dissentit, nil id ne pro lubitu suo atque arbitrio facere, sed quod aliis usus sit monimentis, quæ sibi propius ad fidem accedere videbantur : nullum porro esse certum hujus historiæ archetypum, nec minus Eusebium ab Africano, quam istum ab Josepho, Josephum a Vetere Chronico, ac rursum a singulis singulos in diversa abire. Atque hic tamen *Acheres* vix nomine tenus ab Josephi lectione, cui dicitur *Acencheres alter*, variat : in aliis tum ab ipso, tum ab Africano, quorum iste quatuor annos, ille tres præterea menses regni superaddit. Cætera quæ vel in Syncelli gratiam, vel contra eumdem ab Scaligero edisseruntur, nostra nihil intersunt; suntque ab aliis ac præsertim Goaro animadversa. Sed illud sane leve erat; nec tanti viri dignum eruditione, de quo in fine lectorem monet, Eusebium annos hujus dynastiæ interpolando, id affectasse, ut principium Acherris præcise in tempus Exodi incideret, quasi si sub eo rege voluisset Exodum contigisse, nihil agere videretur, nisi in principio ejus regni Exodum ipsam statueret. Insultantis hæc sunt magis, quam docti Critici. Schurzfleischius annotat, hanc primo Palatino ms. periocham ante duos annos collocari.

[b] Atque id minus recte penes Scaligerum, *A Deucalionis Hellene et Pirrhæ hi*, *qui*, etc.; pessime vetustiores editi, *A Deucalione Hellone et Pira*. Quod spectat facti historiam, confer modo isthæc Veterum testimonia : Clemens lib. VI Stromat., *et* ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Διὸς τοῦ κατ' ἐπίκλησιν Δευκαλίωνος, τὰς Ἑλληνικὰς συνέβη κεκλῆσθαι διαλέκτους, etc. *Si autem ab Hellene Jovis filio qui fuit cognominatus Deucalion, contigit Hellenicas appellari dialectos*, etc. Pausanias in Lacon. ab Heliade, urbe Thessaliæ, dictos Hellenas autumat. Paria habet Strabo lib. VIII et IX : Stephanus vero de Urbibus Helladem tradit conditam ὑπὸ Ἕλληνος, οὐ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλὰ τοῦ Φθίου καὶ Χρυσίππης. Hellenem tamen Deucalionis filium fuisse, plerique scribunt. Apollodorus l. I, cap. 7 : Γίνονται δὲ ἐκ Πύρρας Δευκαλίωνι παῖδες. Ἕλλην μὲν πρῶτος... Tum, Αὐτὸς (Ἕλλην) μὲν ἀφ' αὐτοῦ τοὺς καλουμένους Γραικοὺς προσηγόρευσεν Ἕλληνας. *Hellen de se Hellenas, qui prius Græci dicebantur, appellavit.* γραῖκων antiquius nomen exstitisse, docet etiam Arist. l. I de Meteoris. — Videtur ita accipiendus ac distinguendus hic locus, ut sensus sit, eam regionem, quæ postmodum Attica dicta est, sub Hellene continuasse appellari Attam. *Et Atta sub eo, Attica vocata*. Nimirum et nihil dubium est, paulo post sub Cranao, ex hujus filiæ Atthidis nomine, Atticam nuncupatam, et ipsemet decimo ab hoc numero Eusebius luculentissime profitetur.

[c] Auctores plerique alii, Homerus Iliad. VI, 152; Apollodorus lib. I, cap. 9; Virgilius Georgic. II, 264; Silius lib. XIV, 51, aliique ab Sisypho, qui Æoli filius fuit, et Trojana tempora duabus tantum generationibus, ut notat Scaliger, antecedit, puta sexaginta, aut septuaginta annis, Ephyram conditam fuisse scribunt. Proinde, ait ille, si conditor Ephyræ in illa tempora incidit, longe inferiorem tempore esse oportet Corinthum, a quo Corinthus transnominata. Ego quæ possent ex Pausania initio Corinthiac. ac vetere Proverbio Διὸς ὁ Κόρινθος, *Jovis est Corinthus*, non reponam, ut nullum προχρονισμὸν Eusebius commiserit, hunc esse aio nativum ejus verborum sensum : Civitas, quæ nunc Corinthus, olim Ephyra dicebatur, his condita est temporibus.

[d] Ex his laudat Scaliger Apollodorum, libro scilicet secundo. Quod autem ait, in hoc Eusebium, cum ab Apollodoro, tum a cæteris plerisque omnibus dissentire, quod ex Telegono Epaphum genuisse perhibeat, quem Jovis omnes et jus filium esse di-

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| . . . . | . . | *Moses 80 annum agens dux itineris ex Ægypto Hebræor. gentis efficitur, legem eis in eremo tradens per an. 40* [a]. | CHERRES *annis* 8. | . . . . | . . . . . | |
| 9 . . . . | 19 . . . . . | 1 Moses [b] in Sina monte divino fruitur aspectu. | 1 . . . . . . | 42 . . . . . | 46 Hercules cognomento [c] Desinaus in Phœnice clarus habetur : unde ad nostram usque memoriam Cappadocibus et Iliensibus Desinaus adhuc dicitur. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μωϋσῆς θεοφανείας ἐπὶ τοῦ Σιναίου ὄρους ἠξιοῦτο. υλ' ἔτος τῆς Ἐπαγγελίας. Chronic. Pasch. p. 53.

Ἡρακλέα τινές φασιν ἐν Φοινίκῃ γνωρίζεσθαι Διεδᾶν ἐπιλεγόμενον, ὃς καὶ μέχρι νῦν ὑπὸ Καππαδόκων, καὶ Ἰλίων ζοῦτω καλεῖσθαι. Syncell. pag. 122.

## NOTÆ.

cant, minime verum est, aut non ad Eusebii mentem. Enim vero non Telegoni filium Epaphum hic dicit, sed rem ex ordine narrat, et quo demum tempore illum Io mater procrearit : hoc enim est, quod *genuit* verbo, ex ἐγένησεν, Græco, significatur. Ad eum plane modum Ovidius postrema libri I Metamorphos. fabula :

Nunc Dea Niligena colitur celeberrima turba.
Hinc Epaphus magni genitus de semine TANDEM
Creditur esse Jovis.

Confer quæ sæpe diximus hac de re superius.

[a] Prosper hunc locum describens, hæc de suo interserit, *impletis ab initio promissionis* CCCCXXX, in editis male habetur CCCXX. Syncellum autem nemo non stomachetur, isthæc in Eusebium dire effutientem : *Anno biformis Cecropis, regis Atheniensium primi, quinto supra quadragesimum Israelis ex Ægypto, Moyse duce, profectionem, stupidus Pamphili Eusebius assignat : eademque hallucinantibus ejus calculis anno ab Adam creato* 3989. *Aod autem* 22 *contingere debuerat.* Videsis tamen Goarum. Reliqua pene abs Scaligero, ea tamen cautione, ut eorum, quæ refutavimus supra, memineris. Eusebius, inquit, primus omnium veterum recte singula intervalla servavit, ab Abraham, ad Exodum, cum Clemens, Africanus, Tatianus et alii rationes omnes conturbarint, et mare cœlo miscuerint : atque utinam partim sciens, partim per imprudentiam filum temporis bene cœptum non interrupisset. Peccat enim, quod toties diximus, προχρονισμῷ annorum XV aut XIV. Iste anachronismus committitur intervallo a Templi conditu, ad ejus excidium. Primum sciens prudensque regi Ammoni XII annos pro biennio tribuit, Josiæ XXXII pro XXXI, adversus Scripturæ auctoritatem. Imprudens autem Sedechiæ annos XI pro X, Athaliæ VII pro VI, regi Abiam III pro II. Postremo autem unum suffuratur intervallo ab Exodo, ad conditum Templi, unde accrescit annus intervallo a Templi conditu, ad ejus excidium. Summa, anni XI ἀναχρονισμοῦ. Quare a conditu Templi putat annos CCCCXLII ad ejus excidium, cum tantum sint CCCCXXVII. Differentia, anni XV, anni scilicet illius ἀναχρονισμοῦ; cum autem bene desinat (excidium enim Templi recte collocat in anno 3 olymp. 47), necessarium est male initium instituisse, cum illud anticipaverit annis XV. Tamen si ejus anachronismi culpam in se non admisisset, non dubium est quin ratio illi constitisset a primo anno Abraham, ad excidium Templi, qui sunt anni MCCCCXXVII, ut quidem ipse colligit, MCCCCXII autem, ut ratio postulat. Quare Exodus debebat esse DCC, cum hic tantum sint DV. Nam ab Abraham, ad conditum Templi addendi sunt anni XV; a conditu Templi, ad ejus excidium sunt detrahendi, sed paulatim, singuli regi Abiam et reginæ Athaliæ, decem regi Ammoni, singuli regibus Josiæ et Sedechiæ : quia labes commissa est intervallo postremo κατὰ προσθήκην, et hoc intellige de intervallis sacræ Scripturæ. Ea enim peccant προχρονισμῷ ab Abraham, ad conditum Templi : μεταχρονισμῷ a conditu, ad excidium. Intervalla autem exoticæ historiæ recte habent. Nam certum est, a prima Olympiade retro, ad excidium Trojæ, esse annos CCCCVI, et ab eadem olympiade, ad aliud quodvis intervallum, nihil peccatum esse, propterea quod Eusebius ad exoticæ historiæ Canones sacram historiam accommodat, non autem exoticam ad sacram.

[b] In primo codice Palatino, in quo isthæc periocha triennio ante legitur, sæpe laudatus Antiquarius, referente Salmasio, ita annotavit : *In Codice novo infra scripta historia ponitur inferius ad Moysis numerum* 2 ; *in antiquo vero Codice ponitur, ut hic.* Quod sane, pergit Schurzfleischius, verum est. Nam in tribus reliquis PPP. et Sichardina quoque editione, ad eum numerum, qui est Abrahamiticus 507, hoc gestum refertur. Quod si posteriorem lectionem admittendam censeamus, quæ tamen a Græca etiam sylloge discrepat, Moysem in Sina divino iterata vice aspectu eo anno usum esse, intelligamus, necesse est, cum videlicet Decalogus, Israelitis a Deo datus, ipsis ejus ministerio esset offerendus. Sed, ut dixi, altera lectio verior. Nam Chronicum quoque Paschale p. CL ed. Rad. ante annum υλ' τῆς ἐπαγγελίας Μωϋσῆς θεοφανείας, inquit, ἐπὶ τοῦ Σιναίου ὄρους ἠξιοῦτο : quæ, si numero DVII adjungenda esset, post illum 430 annum Repromissionis omnino contigisset.

[c] Fixit locus iste editoribus, aliisque magni nominis litteratis crucem. Nobis, quæ vero propior sit lectio, atque allusio ad Fabulam, illuxisse in animo est. Sed primum quid aliis visum antea fuerit, dicamus. Scaliger, cum in Latino *Desanaus*, in Græca autem sylloge Διώδας legisset : Unde, inquit, tanta discrepantia sit, causam non dispicio. Neuter mihi notus. Deinde Hercules Μέλκαρτος Phœnicibus dicebatur, teste Philone Bybliensi, non Diodas. Quare hoc valde suspectum mihi. Pro *Desanaus* Ludovicus Vives legit *Delphinas* lib. XVIII, cap. 12, de Civit. Dei. Tum, Quid Phœnicibus cum Cappadocibus? aut quis cultum illius Herculis ex Phœnice in Cappadociam transtulit? Denique, An isti Elienses in Mesopotamia, ut Sext. Aurelio : *Nocturna vero Eliensi ad Singaram pugna.* Omnia quidem mihi incomperta,

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 . . . . . | 20 . . . . . *Sicyoniorum XV*, [a] *ECHYREUS*, *an.* 55. | 2 Ab hoc loco usque ad Salomonem et ædificationem templi numerantur an. 480. | 2 . . . . . | 43 . . . . . | 47 . . . . . . . | |
| 11 . . . . . | 1 . . . . . | 3 . . . . . | 3 . . . . . | 44 . . . . . | 48 Apollinis Deli templum ab [b] Erysichthone ædificatum, | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων ιε', ἐβασίλευσεν ΕΧΥΡΕΥΣ ἔτη νε'. Ex Syncello pag. 87.

Τὸ ἐν Δήλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐρυσίχθονος υἱοῦ Κέκροπος ἱδρύνθη. Idem pag. 122.

## NOTÆ.

Non magis mihi noti Elienses, quam Hercules *Desanaus*, aut *Dosonaus*, ut habet Marianus, aut *Desinaus*, ut alii codices. In Græcis pro *Elienses*, est Ἰλιέων, qui sunt Trojani. Apud Hesychium legimus, Δορσάνης, Ἡρακλῆς παρ' Ἰνδοῖς. Sane *Dorsanes* proxime abest a *Dosenaus*, quod legitur apud Marianum. Sed meliores codices scripti habent *Desanaus*, et Indi non sunt Ilienses, aut Cappadoces, et controversia non tollitur varietatis, quod Διώδας in Græcis, in Latinis *Desanaus* legitur. Hæc Scaliger. Persequitur Bochartus in Chanaan lib. I, cap. 14, vultque e Græca illa apud Scaligerum lectione Διωδᾶν, in Latino etiam pro *Desanaus*, restitui *Diodan*, Phœnicium דידן. Quod nomen ait ab amore factum, ut Hebræa *David*, *Dodo*, *Dodai*, etc., ac porro Herculi, suo cognomen inditum a Phœnicibus, quia invocabatur a procis, et ex illius nomine pendere putabatur felix successus in amoribus. Gratis isthæc dicuntur, et sine auctore Aliter. Salmasius, atque ex eo Schurzfleischius disputant. Pro Διωδᾶν, hic ait, vocabulo sine dubio corrupto, legendum e Salmasii mente, Διωνᾶν, *Desonaus* enim et *Desonas* in Latino est, in Sichardi Editione *Desinas*, in primo Palatino *Desimaus*, in quarto *Desonaus*, al. *Desonaus*. Syncellus scribit Διεδᾶν. Emendant quidam Βοδοίναν, quo inclinat etiam Goarus pag. 44 Notarum. Cum secundo occurrit vox illa, et *Desanoas*, et *Desenaas*, et *Desanaus* mss. legunt. Pro Ἰλίων in Latino ibidem est, *Eliensibus*, aut *Elyensibus :* vetustiores tamen codices *Deliis* legunt, quasi scriptum fuerit in Græco, Δηλίων. Sed omnino *Ilienses*, non *Elienses* scribendum est, quamquam Goarus quoque in aliis codicibus apud Syncellum Ἠλιαίων legi animadvertat. Neque enim Ἠλιαῖοι quoque et Ἠλεῖοι iidem sunt. Salmasius aliquando suspicabatur, *Elenses*, vel *Ellenses*, potius scribendum esse e Stephano. Ille enim ita : Ἔλλα κύριον Ἀσίας, Ἀττάλου βασιλέως ἐμπόριον. Τὸ ἐθνικὸν Ἐλαῖος, Inde ergo, ait Salmasius, apud Latinos forte fit *Elensis*, vel *Ellensis*. Statim tamen subjunxit, se putare, quia in Græco textu Ἰλίων exstat, *Iliensibus* veram esse lectionem, atque ita rescribi oportere. Demum in Notis posterioribus amandat ad Seldenum de Diis Syris syntagmate 1, cap. 6, pag. 187. Hebraicum vero nomen *Desonas* esse putat, cum filii *Dosanon* memorentur II Esræ v, 31; minime autem huc pertinere *Diomus*, nomen, quo pater Herculis appellatur Etymologo voce Ἀνδρόμεος. Sed quia historia hactenus incomperta est, nullisque aliis Veterum scriptis prodita, hæc ipsa pro meris haberi conjecturis jubet.

Liceat itaque et nostras adtexere. Scilicet in confesso est, *Illienses* hic dici *Ilii*, sive Trojæ incolas; apud quos illa Herculis memoria perdurabat. Atqui *Ilienses* non alio quam odioso Herculem animo et cognomento norunt. Cum enim ipsismet hostibus, qui Trojam funditus everterunt, Achilli, Patroclo, Antilocho, atque Ajaci divinos honores deferrent, et

A rem sacram facerent, numquam adduci potuerunt, ut Herculem venerarentur. Causam hanc Strabo lib. XIII, pag 891, ex eorummet fabulis prætexit, μισθοῦ ὑπὲρ τῆς ΗΣΙΟΝΗΣ καὶ τοῦ κήτους : *quod mercedem de* HESIONA *a ceto liberata exigeret.* Res nota e mythographis. Hyginus cap. 89 : *Hercules et Telamon, cum Colchos Argonautæ irent, eodem* (Trojam, ad locum ubi religata erat Hesione ceto devoranda) *venerunt, et cetum interfecerunt, Hesionemque patri pactis legibus reddunt, ut cum inde rediissent, secum in patriam eam adducerent. Quod et ipsum Laomedon fraudavit, neque Hesionem reddere voluit. Itaque Hercules ad eos, navibus comparatis, ut Trojam expugnaret, venit et Laomedontem necavit*, etc. Paria habet cap. 31, quæ Palæphatus cap. 38, exponit de Cetone rege Asiæ potentissimo, cui vectigal Trojani penderent, ab Hercule occiso. Ut se res habuerit, nihil est certe aliud ab Hercule in Trojam perpetratum, ex quo odia in eum exercere Ilienses debuerint, quam Hesionæa isthæc, ut ita dicam, vindicta. Quod
B igitur ait Eusebius, apud eos peculiare illud cognomentum *Desonaus*, vel *Desionaus* habuisse, ut non potuit ab insigni alio facto, ita verosimillimum est, ab *Hesiona* derivatum, dictumque vulgo Ἡσιονεύς, vel Ἡσιόναος. Ejusmodi alia sunt apud Pausaniam atque alios exempla nominum, quæ Herculi Veteres pro re nata indiderunt. In præsenti summa litterarum cum Latina lectione conformitas, maximi ad probabilitatem momenti est; nam *D* litteram, quam Latini plerique codices præponunt, ex librariorum videtur vitio, aspiratione *H*, in *D*, commutata. At non satis bene, inquies, cum his quæ notat Eusebius, tempora liberatæ Hesionæ conveniunt. Ego isthæc scio pro mythographorum arbitrio aliis ætatibus assignari : et cum cætera parum distent, etiam ad aliorum sententias Eusebium suas de more rationes componere. In textu tamen præter nomen *Iliensibus*, quod et Parmensis ms. pro *Eliensibus* præfert, nihil mutare aliud placuit.

C Addere tamen de *Desenao* liceat, quod *Fourmont* lib. II, sect. 6, hunc putat eumdem plane esse, qui Δόρσανες, sive Δορσάνης, Ἡράκλης παρ' Ἰνδοῖς Hesychio lib. v, dicitur. Porro Indorum nomine Arabas designari putat, vultque *Dorsanes, Dossanes, et Desonaus* parum putumque esse Arabum *Dousanaa*, quod significat *le* seigneur de *Sanaa*,

[a] Diximus, hunc inverso ordine decimum tertium Syncello esse. Pausanias in Corinthiacis pro eo *Coronum* substituit : superiores autem proxime duos, *Marathium*, et *Marathum* penitus nescit.

[b] Male Pontacus legerat ab *Erisistone :* addit Scaliger *filio Cecropis*, quod hic loci veteres libri non agnoscunt. Vitiose præterea legit ex Cedreno τὸ ἐν Δήλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐριχθονίου ἱεροῦ Κέκροπος ἱδρύνθη pro υἱοῦ Κέκροπος : ut taceam Ἐριχθονίου reponendum, pro Ἐριχθονίου. Recurrit eadem historia post annos undecim, ad quem locum plura.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 12 | 2 | 4 | 4 | 45 | 49 Areopagus [c] apud Athenas nomen judicii constituitur. | |
| 13 | 3 | 5 | 5 | 46 | 50 Vitis inventa [d] a Dionyso, sed non Semeles filio. | 510 |
| | | | | *Argis VIII*, [b] *CROTHOPUS ann. 21.* | *Atheniensium II*, [e] *CRANAUS an. 9.* | |
| 14 | 4 | 6 Primus apud Hebræos Pontifex constitutus est Aaron frater Mosis. | 6 | 1 | 1 Cranaus indigena, ex cujus filiæ Atthidis nomine Attica vocata. | |
| 15 | 5 | 7 | 7 | 2 | 2 | |
| 16 | 6 | 8 | 8 | 3 | 3 | |
| | | | *Ægypti* [a] *CHERRES annis 15.* | | | |
| 17 | 7 | 9 | 1 | 4 | 4 In Creta regnavit [f] Apteras, qui et urbem condidit. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*Ἀαρὼν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ (Μωϋσέως) πρῶτος Ἑβραίων Ἀρχιερεὺς κατέστη.* Chronic. Pasch. pag. 66.

*Αἰγυπτίων ιγ', ἐβασίλευσε* ΧΕΡΡΗΣ *ἔτη ιε'.* Syncell. pag. 58.

*Ἀργείων η', ἐβασίλευσε* ΚΡΟΤΩΠΟΣ *ἔτη κα'.* Ex Syncell. pag. 121.

*Ἄρειος πάγος ἐκλήθη, καὶ δικαστήριον κατέστη.* Idem ibidem.

*Ἀμπελουργία ὑπὸ Διονύσου ἐγνωρίσθη, οὐχὶ τοῦ ἐκ Σεμέλης.* Syncell. pag. 122.

*Ἀθηναίων δεύτερος ἐβασίλευσε* ΚΡΑΝΑΟΣ, *αὐτόχθων ἔτη θ'. Κραναοῦ τούτου... θυγάτηρ ἦν Ἀτθὶς, καθ' ἣν Ἀττικὴ ἡ χώρα ὠνομάσθη, πρότερον Ἀκτὴ λεγομένη.* Idem pag. 125.

*Κρήτης ἐβασίλευσεν Ἀπτέρας, καὶ τὴν πόλιν ἔκτισεν.* Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Hunc neque Vetus Syncelli Chronicon, neque Josephus, neque Africanus regem Ægypti norunt: non tamen idcirco commentum Eusebii putandum est, cum nescias a quo ille acceperit.

[b] Hunc Jaso patruo successisse, tradit Pausanias in Corinthiacis, cap. 16.

[c] Si quæ et nos adducimus ex Syncello, propria Eusebii sunt verba, damus Scaligero, fidelius potuisse converti Latine, *Areopago nomen impositum est, et judiciorum locus constitutus.* Verum aliter videtur ab eo scriptum, ac ferme ut est apud Hesychium, *Ἄρειος πάγος, τὸ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον* (vel *δικαστηρίου ὄνομα*) *κατέστη.* In reliquis Scaliger ipse vitilitigat. Disputat præterea satis prolixe de Areopago, quod primum Πάγος, hoc est *saxum*, tantum diceretur; postquam vero Mars ibi causam dixit, *Martis saxum* vocatum sit. Suidas duplicem ejus vocabuli rationem affert, alteram, quia *Mars defixit ibi hastam*, *ἔπηξε τὸ δόρυ ἐκεῖ*: alteram, quia *πάγος* sit in loco editiore *τὸ δικαστήριον*, Marti, qui cædibus præest, adjudicatum. Aliter Æschylus in Eumenid. vers. 690. Sed nullus erit dicendi finis, si omnia persequi velimus. Quæ huc maxime pertinet, vetus illa est quæstio, num recte Eusebius ad Cecropem referat Areopagi institutionem. Sunt enim alii, qui Solonis demum tempore, id est, post nongentos ferme annos, judicium istud constitutum affirmant. Ex his est Lucianus Anachartide, ubi ipsum Solonem inducit, de Areopago a se constituto sibi plaudentem. Luculentius autem Cicero lib. I de Offic. cap. 25, ubi istud laudibus extollit Solonis consilium, *quo primum constituit Areopagita.* Nihilosecius eorum, qui cum Eusebio faciunt, sive rem altius, atque a Cecrope majore repetunt, gravior auctoritas videtur. Primo Aristoteles, qui lib. II Polit. cap. 10, Soloni in laude ponit, quod *cum antea essent, Senatum Areopagiticum, et Magistratuum electionem non sustulerit.* Deinde Apollodorus lib. III, ubi Dædalum, qui sane ducentis fere annis Solone est antiquior, *judicatum in Areopago, et damnatum* tradit. Denique Pausanias qui in Atticis cap. 28, ac rursum in Messenicis cap. 5, atque alibi, judicia illa, immani ante Solonem spatio habita refert, quæ singillatim hic recensere, longum esset. Cætera de Areopago vulgatissima sunt. Porro autem hæc apud Eusebium periocha ante novem annos, sive ad ipsum numerum 500 a Scaligero refertur. Pro *Areopagus*, in veteri codice legi *Arius pagus* notatum Palatino Antiquario apud Salmasium.

[d] Atque hanc Scaliger historiam quinque annis anticipat: Palatini mss. tribus dumtaxat: nostræ autem, atque adeo Pontacenæ recensioni Parmensis quoque ms. suffragatur. Pro *Dionyso*, quemadmodum rescripsimus, male libri alii omnes habent *Dionysio.* Porro autem etsi ipse dicitur Semelæ filius Nonno, Cedreno, Malala, atque aliis, annotante Schurzfleischio, nihil dubium est tamen, scriptum ab Eusebio, quemadmodum et Syncelliani codices ferunt, *οὐχὶ τοῦ ἐκ Σεμέλης*, *non utique ille Semelæ filio.*

[e] Quatuor Palatini mss., teste Schurzfleischio, post duos adhuc annos hæc differunt; Scymnus tamen Chius non, ut illi videtur, Cranaum Cecrope vetustiorem facit vers. 560, ubi ait habitatores Athenarum

> Κραναοὺς καλεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας
> Κέκροπος δυναστεύσαντος.

Sed quia Κραναὸς exponitur *asper*, et *sterilis*, quæ soli Attici indoles fuit, Scymnus, non a Cranao Athenas, sed ab Athenis κραναῖς nomen accepisse Cranaum, Cecropis successorem, sentit. Affert hanc quoque Eustathius causam ad Dionysii vers. 425: *κραναὴ μέντοι ἡ Ἀττική... διότι τραχεῖα καὶ τὸ πλεῖον αὐτῆς ὄρεσιν ὑποπέπτωκε*, *quod aspera sit, et montibus subjaceat.*

[f] Pausaniæ, quem et Scaliger laudat, in Phocicis cap. 5, hic Πτερᾶς dicitur, a quo *πόλιν Κρητικὴν προσθήκῃ γράμματος Ἀπτεραίους φασὶν ὀνομάζεσθαι. Creticam civitatem, una littera addita, Apteraos aiunt appellari.* Dictum proinde recte utroque modo, ut illa sunt, quæ notat Holstenius, exempla ad Stephanum in voce Ἀμαργὸς: scilicet, *πλέδων* et *ἄπληδων*, Παισὸς et Ἄπαισος, Τάρνα et Ἄταρνα, Σπόδελον et ἀσπόδελον, Μάρδοι et Ἄμαρδοι, etc. Vide Scylacis Caryandensis Periplum voce *Creta*, atque in eum locum Vossii, Meursii, Schurzfleischii, atque aliorum Notas: Ausonium quoque, et Stephanum.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 18 | 8 | 10 | 2 | 5 | 5 | |
| 19 | 9 | 11 | 3 | 6 | 6 Deucalionis filius, [b] Dionysus, verum non ille Semeles filius, cum in Atticam pervenisset, hospitio receptus a Semaco, filiæ ejus capræ pellem largitus est. | |
| 20 | 10 | 12 | 4 | 7 | 7 | |
| 21 | 11 | 13 | 5 | 8 | 8 | |
| 22 | 12 | 14 | 6 In Ægypto regnavit [a] secunda Telegonus Oris Pastoris filius, septimus ab Inacho. | 9 | 9 | |
| | | | | | *Atheniens.* [c] *III, AMPHICTYON. an.* 10. | |
| 23 | 13 | 15 Moses in deserto præest genti Judæorum. | 7 | 10 | 1 Templum Delii constructum ab [d] Erysichthone filio Cecropis. | 520 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μωϋσῆς ἐν τῇ Ἐρήμῳ μ΄. Chron. Pasch. p. 53.

Κατὰ Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος υἱόν τινές φασι Διόνυσον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐλθόντα ξενωθῆναι Σημάχῳ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ νεβρίδα δωρήσασθαι, ἕτερος δ᾽ ἦν ἐκ Σεμέλης οὗτος. Syncell. pag. 125.

Ἀθηναίων τρίτος ἐβασίλευσεν ΑΜΦΙΚΤΥΩΝ ἔτη ι΄. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Ignorat Scaliger hic additum *secunda*, quod cum retineat in subsequenti periocha, non tamen ullam esse δευτέραν Αἴγυπτον, ut putavit Hieronymus, sed δευτέραν Ἰώ, id est, Jasi filiam, in Græcis ad eum locum dici, indeque natam hallucinationem contendit. Ego duo tantum, quæ in oculos incurrunt, reponam. Primum, nihil hic dici de Io, quæcumque tandem illa fuerit, sive Inachi, sive Jasi filia; et in libris tamen mss. æque atque editis, *secunda* haberi ; in iis, inquam, qui periocham hanc retinent : sunt enim alii qui eam plane omittunt. Alterum, eo ipso hoc filo Ægyptiorum constare, secundæ sive τῆς κάτω Ægypti reges debere intelligi, Telegonum scilicet, deinde Epiphum : alioqui si Ægyptum ἁπλῶς intelligas, et τὸ *secundam* alio referas, minime sibi, neque cum historia Eusebius constabit, qui et Cherrem per annos 15 et duos alios uno eodemque tempore dixerit Ægyptum reges tenuisse. Denique res clamat ipsa : et Scaligerum omnino fugit ratio. Sed neque illud verosimile videtur, quod ait, Orum, quem Eusebius facit Telegoni patrem, non posse esse alium ab eo, quem posuit num. 421, qui est nonus hujus dynastiæ apud Africanum : ut dubium non sit, si Ori fuit filius, alium Orum esse non posse præter hunc. Ego non satis bene tempora convenire arbitror : nam centum plus minus a patre annis demum regnare filium, ægre adducor ut credam. Ille *Orus* Hieronymo dicitur, hic *Or*. Demum neque ἀλογιστία est, ut Scaliger nimis temere vocat, quod septimum ab Inacho Telegonum dicit, neque enim convinci veteris alicujus Scriptoris auctoritate potest : cumque ipsimet in diversa abeant, qui Inachi progeniem enarrant, Apollodorus et Pausanias, nec tamen Telegoni verbo tenus meminerint, manifesto indicio est, Eusebium ab aliis, qui minime supersunt, auctoribus hæc accepisse.

[b] Liquet ex Græco, quem laudamus, textu minime Deucalionis filium Dionysum, sed Amphictyonem dici : cujus temporibus ille in Atticam venit. Id ipsum ex Pausania in Atticis, ac Phocicis, Apollodoro, Harpocratione, Suida, atque ipsius demum Eusebii subsequenti periocha compertum est, quam quod maxime. Culpæ igitur vertemus id S. Interpreti, ut Scaliger et Meursius faciunt, qui verbis prioribus Κατὰ Ἀμφικτύονα, vel prætermissis, vel redditis Latine haud fidenter, *His temporibus*, Dionysum Deucalionis filium nobis obtruderit? Equidem haud puto; magis autem verosimile existimo, alia atque exhibet Syncellus, fuisse in Hieronymiano exemplari Eusebii concepta verba : quod utrumque textum sedulo contendenti perspicuum erit. Nihil porro ille hic dixerit de filio Deucalionis Amphictyone : atque ipse adeo Hieronymi sententiam ab his inchoarit, *Dionysus, verum non ille Semeles filius*, etc. Meis certe non inassuetis Hieronymi stylo auribus, nihil ac magis insolens περισσολογία, ne dicam contradictione manifesta, *Deucalionis filius Dionysus, verum non ille Semeles filius*; perinde ac si fabulam de Dionysi ortu ignorans, neque hoc sciret quod diceret, si Deucalionis filius fuit, ex Semele esse non potuisse. Dejerare itaque ausim, abs Hieronymo priora duo illa verba præscripta non esse. Si quid video, ad subsequentem proxime periocham spectant, suntque illis, *Atheniensium* III, *Amphictyon*, subdenda, *Deucalionis filius*. Ita ibi pridem in Hieronymiano exemplari scripta existimo, sed ab imprudente Librario, facile quod lineam excederent, huc perperam revocata. Fortasse etiam ex parte possunt laudari testes Palatini aliquot codices mss. qui, referente Schurzfleischio, ab his videntur incipere, quemadmodum dicebamus, *Dionysius* (leg. *Dionysus*), *verum non ille Semelæ filius, cum in Atticam*, etc. Nostri, ut nihil dissimulemus, communi illo errore peccant. Jam vero quod attinet ipsam fabulam, Meursius pellem *hinnuli*, pro *capræ*, vertendum fuisse contendit. Tritum quoque illud Stephani Σημαχίδαι δῆμος Ἀττικός, κ. τ. λ. *Semachidæ, populus Atticus, a Semacho, cujus filiæ Dionysum hospitio excepere. A quibus ipsius sacerdotes.* Pausanias Atticor. cap. 2 inter alias fictiles statuas in cella ad Bacchi fanum repositas, Amphictyonem quoque memorat, qui ἄλλους τε θεοὺς, καὶ Διόνυσον convivio excepit. Cætera ibi videsis. Scaliger periocham istam quadriennio post collocat : qua de re Antiquarius Salmasianus in primo Palatino, *Supra scripta historia in novo codice ponitur ad num.* 7 *Cranai superius descripti; in veteri vero codice ponitur ut hic :* scilicet Abrahamiticum 520.

[c] Tres Palatini mss. corrupte *Amphieton* legunt. Subde porro huic nomini superioris periochæ duo illa, quæ diximus, male luxata priora verba, *Deucalionis filius*.

[d] Nondum recte hujus indolem libri, mentemque Eusebii cepisse videtur Scaliger, cum nescire se ait, cur isthæc περιοχὴ quæ eadem est atque illa superius

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 24 | 14 | 16 | 8 | 11 | 2 | |
| 25 | 15 | 17 | 9 | 12 | 3 | |
| 26 | 16 | 18 | 10 | 13 | 4 | |
| 27 | 17 | 19 | 11 Epaphus filius Io secundæ et Jovis, [a] Memphim condidit cum Ægypto regnaret. | 14 | 5 | |
| 28 | 18 | 20 | 12 | 15 | 6 | |
| 29 | 19 | 21 | 13 | 16 | 7 | |
| 30 | 20 | 22 | 14 | 17 | 8 | |
| 31 | 21 | 23 | 15 *Ægypti ARMEUS, [b] qui et Danaus, annis 5.* | 18 | 9 | |
| 32 | 22 | 24 | 1 | 19 | 10 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἔπαφος Ἰοῦς τῆς δευτέρας ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου, καὶ Μέμφιν ἔκτισεν. Syncell. pag. 121.

Αἰγυπτίων ιδ', ἐβασίλευσεν ἌΡΜΕΣ ὁ Δαναὸς ἔτη ε'. Idem pag. 58.

## NOTÆ.

notata ante annos duodecim, hic repetitur, aut cur ibi locum habebat, si hic ponenda erat. Nempe, quod sæpe alibi monuimus aliarum historiarum exemplis, diversus situs Regum Atticorum apud diversos auctores erat, eaque causa est, cur idem eventus eodem intervallo ac distantia temporis, ex aliorum opinione replicatur. Revera juxta Marmoris primi Arundeliani rationes, Apollinis Delii templum in hæc tempora, sive etiam post duos tresve annos incidit, quo demum loco, sive ad 4 Amphictyonis etiam abs Scaligero recensetur. Ita et in Palatin. primo ms. Antiquarius: *Supra scripta historia ponitur in novo codic. ad n. 1 Amphictyonis, in veteri posita est ut hic:* scilicet ad Amphictyonis 4. Porro iterum male Pontacus aliique editi vetustiores libri, *Eristhone* legebant, pro *Erysichthone.* Denique Schurzfleischius ait, *Templum Deli,* in *Templum Delii,* primus Pal. et Sichardina editio mutant. Fortasse potius legendum, *Templum Deli Appollinis Delii,* quæ lectio Græcis satius responderet. Goarus, Syncelli interpres, vertit *Delinni Apollinis Delii fanum*, subobscure. Nam et aliud erat templum Delii, in oppido Bœotiæ, ad honorem Delii Apollinis exstructum, de quo Stephanus ΔΗΛΙΟΝ, et Strabo lib. IX agunt. Erat etiam alterum, priisci antiquius, in Delo insula, quæ, fide Sophiani, κδίλης hodie vocatur; quamquam Bœoti, teste Plutarcho in Pelopida, a suo Delio Apollinem Delium derivarint.

[a] Diximus hac de re plura superius ad num. 279, quæ huc referas. Adde isthæc ex Hygino cap. 149: *Epaphus oppidum primum Memphim, et alia plura constituit.* Et 275: *Epaphus Jovis filius in Ægypto Memphim* suppl. *condidit.* Lactantius ad Thebaidos IV. 737. *Jupiter Epaphum, qui hoc petiverat, in Egyptum oppida communire, ibique regnare jussit. Oppidum Memphim et alia plura constituit.* Cætera scis, Epaphum atque Apin unum eumdemque esse: Eusebium vero hæc juxta varias Veterum opiniones laudare. Schurzfleischius in tralatitia quæstione de Io prima et secunda (quas ostendimus confusas inter se ab Antiquis) denuo versatur, ut minime constare sibi Syncellum, atque adeo ipsum Eusebium monstret. In fine: Plura, inquit, de tota re fortasse sciremus, si Eugamonis Cyrenaici scriptoris, Τηλεγονία, cujus meminerunt Suidas et Eustathius, ad nostra pervenisset tempora. Cæterum ad numerum 528 Epaphi historia refertur a Palatino primo: et subscripsit ibi, more suo, Antiquarius, qui eum codicem recensuit, *Suprascripta historia in codice novo ponitur ad numerum 11 Ægyptiacum* (id est, Abrahamiticum 524, quemadmodum habetur quoque in editione Sichardina); *in antiquo codice, ponitur ut hic.*

[b] Josephus (ex Manethone loco sæpius laudato) quem *Armain Danaum* vocat, minime quidem, ut putat Scaliger, inter Ægypti reges censet, sed fratrem dicit quarti ab hoc regis Sethosis, qui cum etiam concessa auctoritatis particula male abutentem, in ordinem postea redegit. Quem vero ad hunc locum ponit, vocat ἁπλῶς *Armain*, nullo addito cognomento, eique annos tantum quatuor et mensem unum ascribit. Hæc summa ratio est, ob quam Eusebio improperat Scaliger, totam XVIII dynastiam susque deque permiscuisse, ut Argivorum et Danai, qui Argis imperavit, tempora in hunc Armain convenirent. Sed falso, subdit, persuasit Josepho Apion, Josephus Eusebio, Danaum esse Armain, cum Danai initium conveniat anno 26 Acherris decimi regis XVIII Dynastiæ: hoc nomine pessime de Ægyptiaca chronologia meritus est Eusebius. Scilicet ex Africani hypothesi Scaliger disputat; sed quo demum loco, aut quibus argumentis ostendit, eam vero propius accedere? Acherri, sive Acencheri, non nisi duodecim annos Josephus atque Eusebius tribuunt, Syncellus ipse solos viginti quinque: non ergo ex eorum rationibus possunt initia Danai in ejus regis vigesimum sextum concurrere. *Armæus* autem iste *Danaus* plane juxta Eusebii seriem in vetere apud Syncellum chronico appellatur, anni tamen ei novem ascribuntur. Uno verbo qui Ægyptiam chronologiam tradunt scriptores antiqui, si qua in parte unus atque alter consentiunt, in reliquis ipsimet, aliique omnes ab invicem discrepant. Porro quæ ἀλαζονεία est, de rebus, quas plane ignores, et quibus eruendis plane impar sis, cum aliorum contumelia tamquam ex tripode judicare! Vide quas demum conjecturas circa Danai ætatem doctiss. Perizonius per dimidium fere caput 16 Ægyptiacar. Originum faciat, et post quale studium, in incerto hærere se adhuc profiteatur. Repetam, quod sæpius dixi, Eusebius de rebus Ægypti aliis usus est monimentis ab his, quæ nunc superant. Habeto nunc quæ Schurzfleischius ad hunc locum annotavit: *Armais*, inquit, hic in Palatino primo vocatur *Armæus* Sichardi editio *Armeus;* habet, quomodo alibi *Balcus*, et *Muscus*, inemendate exarata, in ea leguntur. Equidem cum Goaro puto, in Eusebii Scaligeranis collectaneis, tam lib. I, p. 29, quam lib. XI, p. 112, vitiose legi ΑΡΜΑΙϹ, τρισυλλάβως, etsi etiam Josephus, lib. I contra Apionem, p. 1041, prodat, ὅτι μετ' Ἀκεγχήρεα ἕτερος Ἀρμαῒς τέσσαρα ἔτη, καὶ μῆνα ἕνα ἐβασίλευσε; Georgius enim Syncellus p. 160, eumdem etiam Ἀρμεσῆς vocavit. Africano apud Syncellum p. 72 Ἀρμετῆς nuncupatur, et Eusebio p. 73, Ἀρμὲς ὁ Δαναός. Si igitur Ἀρμαῖος illud displicet, vulgataque lectio videtur esse melior, in ulti-

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | *Athen. IV, ERICHTHONIUS an.* 50. | |
| 33 . . . . . . | 23 . . . . . . | 25 . . . . . . | 2 [a] Cath filius Trismegisti floruit. | 20 . . . . . . | 1 [c] Lacedæmon condita a Lacedæmone Semeles filio. | 530 |
| 34 . . . . . . | 24 . . . . . . | 26 . . . . . . | 3 . . . . . . | 21 . . . . . . | 2 Erichthonius [d] Vulcani et Minervæ filius, qui ab Homero Erechtheus vocatur, his regnantibus fuit. | |
| | | | | *Argis IX*, [b]*STENELUS annis* 11. (Castoris de Argivorum principibus : [b] *Cum Stenelum DANAUS expulisset; Argos tenuit, minoresque ejus perseveraverunt usque ad Eurystheum filium Steneli, nepotem Persei.*) *Post quem PELOPIDÆ* | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀργείων θ', ἐβασίλευσεν ΣΘΕΝΕΛΟΣ ἔτη ια'. S. p. 121.

Ἀθηναίων δ', ἐβασίλευσεν ΕΡΙΧΘΟΝΙΟΣ ἔτη ν'. Idem pag. 125.

Λακεδαιμονία ἐκτίσθη ὑπὸ Λακεδαίμονος τοῦ ἐκ Μεσήνης. Idem pag. 126.

Εριχθόνιος Ἡφαίστου, ὁ παρ' Ὁμήρῳ Ἐριχθεύς ἐστιν. Idem pag. 125.

ΔΑΝΑΟΣ... κρατήσας τοῦ Ἄργους, καὶ ἐκβαλὼν Σθένελον τὸν Κροτωποῦ, Ἀργείων ἐβασίλευσε, καὶ οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ μετ' αὐτὸν Δαναΐδαι καλούμενοι ἐπ' Εὐρυσθέα τὸν Σθενέλου τοῦ Περσέως, μεθ' οὓς οἱ ΠΕΛΟΠΙΔΑΙ ἀπὸ Πέλοπος παραλαβόντες ἀρχὴν, ὧν πρῶτος Ἀτρεύς. Idem p. 124.

## NOTÆ.

mo etiam Syncelli loco Ἀρμαῒς legendum erit, pro depravato Ἀρμές. quomodo in libris editis etiam, Ἐφρέμ, pro Ἐφραΐμ, non raro invenitur. Danaum eumdem cum Pelasgo esse, reputat Salmasius ad Solinum p. 403 ed. Parisinæ : quod mihi tamen non persuadet. Si enim Pelasgi ante Cecropem, ut Strabo aliique tradunt, Athenas tenuere, annisque ante Danai regnum fere 70 Cecrops Athenas occupavit, non video qua ratione Pelasgus et Danaus unus idemque homo esse potuerint. Eustathius ad Dionysium Περιηγ. vers. 232, p. 43, Ὁμώνυμος δὲ, inquit, ἡ Αἴγυπτος Αἰγύπτῳ, τῷ Βήλου, τῷ Δαναοῦ ἀδελφῷ. Reliqua de Danao apud Mythographos quærenda sunt.

[a] Hæc minime habet Scaliger ad hunc locum, sed pro his inferius ad annum Ramessis vigesimum quartum, *His temporibus Tat filius Hermetis Trismegisti fuisse dignoscitur :* quemadmodum et tres Palatini mss. duoque alii Pontaco laudati habent. Sane, ut plerique alii omnes libri Pontacenæ atque adeo nostræ recensioni faveant, minus certe recte *Cath* legunt pro *Tat*, quod reponi velim. Qui Græcis Ἑρμῆς, et Latinis *Mercurius*, Ægyptiis *Thoth*, *Thout*, sive *Thoyth dicitur*. Cicero de Natura Deor. lib. III, cap. 22 : *Quintus* (Mercurius) *est, quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges et litteras tradidisse. Hunc Ægyptii* Thoyth *appellant : eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur.* Vide et Lactantium de falsa Relig. lib. I, cap. 6, et de Ira Dei, cap. 11.

[b] De recta hujus nominis scriptura, quæ videtur *Sthelenus*, superius dictum est. Augustinus laudatus etiam Scaligero lib. XVIII de Civit., cap. 8: *Rex nonus Sthenelas, sive Stheneleus, seu Stenelus, varie quippe in diversis Auctoribus invenitur.* In veteribus libris, teste Schurzfleischio, semper vocatur *Stelenus*, quomodo legit Sichardina quoque editio, vel etiam *Stolenus*. Pausaniæ Corinth. c. 16 Σθένελος, Tatiano Σθενέλαος, Syncello aliisque Σθενέλας appellatur. Quæ subsequuntur e Castoris libro, quem alibi laudamus, desumpta sunt.

[c] Minus correcta (referente Schurzfleischio) est in primo Palatino hæc periocha, *Lacedæmon conditur a Lacedæmone Sentelæ filio*. Interim hic ipse error indicio est, neque ipsum bene habere in hactenus impressis *Semela* nomen, quod, utpote magis obvium, a librariis substitutum videtur. Certe nullus veterum, Scaligero teste, prodidit Lacedæmona Semelæ filium fuisse. In Græcis dicitur τοῦ ἐκ Μεσσήνης : quod nullus ferme dubito, fuisse redditum Latine abs Hieronymo, *Messenæ filio* : tametsi in eo fortasse fuerit hallucinatus, quod Messenam Lacedæmonis patriam, pro matre ejus acceperit. Pausanias in Laconic. c. 1, de Eurota loquens : *Hic*, inquit, *cum e vita decessisset, nulla suscepta virili prole, regnum Lacedæmoni reliquit. Erat hic quidem,* μητρὸς μὲν Ταϋγέτης, *matre Taygeta genitus* (*a quo mons nomen accepit*), *patrem vero Jovem ei fuisse fama prædicabat : uxorem autem duxerat Spartam Eurotæ filiam*, etc. Hanc ex Messene exstitisse, nihil dubium est : nam et pater Eurotas Μεσσήνιος dicitur Dionysio Perieget. vers. 411, atque Eustathio in eum locum. Par adeo est credere, Messenium fuisse etiam Lacedæmona, qui Messenii Eurotæ filiam duxit. Atque id voluerit significasse Eusebius, scribens Lacedæmona ἐκ Μεσσήνης, *Messenium genere*, Lacedæmonem condidisse. Hieronymus, quæ ejus erat in his dictandis properantia, dici putarit *Messenæ* filium : μεταθετικῶς autem errarunt, qui *Semelæ*, pro *Mesenæ* supposuerunt. Cætera quæ huc pertinerent ex aliis auctoribus nota sunt. Vide quæ et nos supra ad n. 294 annotavimus. Scaliger hoc gestum uno anno antevertit, Petavius uno itidem postponit.

[d] Homerus in Bœotia, annotante Scaligero,

> Οἱ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
> Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὅν ποτ' Ἀθήνη
> Θρέψε, Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

Ibi Eustathius, τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ Ἐριχθόνιόν φασι, κ. τ. λ. Videsis Apollodorum quoque lib. III, p. 186, et Pausaniam in Atticis, c. 2. Quæ subnectuntur verba, *his regnantibus fuit*, merito, ait idem Scaliger, in Græcis non habentur : quid est enim, Erichthonium, Erichthonio et Arma regnantibus, fuisse?

| Assyriorum. | Sicyoniorum. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | imp. susceperunt, primo regnante Atreo. | | |
| 35 | 25 | 27 | 4 | 1 | 3 | |
| 36 | 26 | 28 | 5 | 2 | 4 | |
| 37 | 27 | 29 | 1 Post quem REMESSES[a] qui et Ægyptus, an. 68. (Ægyptus, quæ prius Aeria dicebatur, ab Ægypto tunc ibi regnante nomen accepit, cui datum est regnum ejecto Danao). | 3 | 5 Apollo[b] de Latona nascitur, non ille cujus consueverunt oracula consuli, sed qui cum Hercule servivit Admeto. Arcas filius[c] Jovis et Callistonis, Pelasgis in ditionem redactis, regionem ipsorum Arcadiam nuncupavit. | |
| 38 | 28 | 30 | 2 | 4 | 6 | |
| 39 | 29 | 31 | 3 | 5 | 7 | |
| 40 | 30 | 32 | 4 | 6 | 8 | |
| Assyrior. XVII AMYNTAS, annis 45. | | | | | | |
| 1 | 31 | 33 | 5 | 7 | 9 | |
| 2 | 32 | 34 | 6 | 8 | 10 Dardanus[d] condidit Dardaniam. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ιζ', ἐβασίλευσεν ΑΜΥΝΤΗΣ ἔτη με'. S. p. 117.

ΡΑΜΕΣΣΗΣ δὲ... ὁ καὶ Αἴγυπτος καλούμενος, ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη ξη', μετονομάσας τὴν χώραν Αἴγυπτον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἥτις πρότερον Μεστραία, παρ' Ἕλλησι δὲ Ἀερία ἐλέγετο. Syncell. pag. 123 et seq.

Ἀρκὰς ὁ Καλλιστοῦς καὶ Διὸς υἱὸς, Πελασγῶν κρατήσας, Ἀρκαδίαν τὴν χώραν μετωνόμασεν. Sync. p. 126.

Δάρδανος ἔκτισε Δαρδανίαν. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Schurzfleischius ait : Remesses hic, *Ramestes* A vocatur in primo Palatino, quomodo etiam in obelisco apud Ammianum Marcellinum lib. xvii, c. 4, Ραμέστης exstat. Et notat ad codicem Palatinum istum Antiquarius, ita etiam in veteri libro fuisse lectum, in novo vero *Reoneses*. Cæteri PPP. et Sichardina editio *Remesses* legunt. Ἀμμεσῆς ex Eusebio vocatur Syncello. Idem ex Africano cum Ραμεσσῆν nuncupat pp. 72 et 155 et 160 ed. Par. prout legitur etiam in Josepho : qui lib. i contra Apionem de hoc rege ita, Τοῦ δὲ Κέθωσις καὶ Ῥαμέσσης, ἱππικὴν καὶ ναυτικὴν ἔσχον δύναμιν. Lege, Τοῦ δὲ Κέθωσις, ὁ καὶ Ῥαμέσσης. Infra enim Josephus ait, Λέγει γὰρ, ὅτι ὁ μὲν Κέθωσις ἐκαλεῖτο Αἴγυπτος, Ἀρμαῖς δὲ, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Δαναός. At Josephus tamen hunc Ramessem præterea confundere videtur cum illo, qui paulo ante præcesserat, et e vulgata quidem Josephi scriptura, Ἀρμέσσης Μιαμοῦν vocatur, atque, ἔτη ξς' καὶ μῆνας β' regnasse, traditur : cum hunc Ramessen Eusebius et Syncellus per 68 annos imperitasse velint. Charax, apud Stephanum in ΑΙΓΥΠΤΟΣ, ann. imperii 43 ei attribuit. Βήλου παῖς et Pausaniæ Achaic. c. 21, et Eustathio, quod notatum est supra, Th. Ryckium in aliquot codd. Eusebianis *Ramesses* invenisse, uti patet ex ejus ad Tacitum animadv. p. 51. Sed et LXX Interpretibus γῆ Ῥαμμεσσῆ memoratur Gen. xlvii, 11. Ab iisdem πόλεως Ῥαμεσσῆ conditus Exod. i, 11 enarratus est. Pro *Ægyptus* Antiquarius legit, atque ita est in Sichardina editione. Immo in ipso Syncello p. 160 ed. Paris. legitur, Ῥαμεσσῆς ὁ καὶ Αἰγύπτιος. Etiam hoc obiter addo, humani aliquid, pati Berkelium, ad Stephanum notis, p. 51, quando ait, ita, ut ipse quidem affert locum Eusebianum e Seldeno, eum ab ipso Seldeno esse emendatum. Nam capitulum illud Seldenus non deprompserat, ut reputabat Berkelius, e libro Eusebii posteriore, sed e priore, p. 29 sylloges Scaligerianæ, ubi iisdem verbis habetur, quemadmodum etiam apud Syncell. p. 155 ed. Par. Porro periocha illa, *Ægyptus, quæ prius Aeria dicebatur*, et cætera, in C veteri primo Palatino habetur ad num. 536, ad quem collocatur etiam in Sichardina editione. In eodem quoque codice legitur, *ab Ægypto sibi regnante;* unde Salmasius conjecit, forte legendum esse, *ibi regnante*. A Sichardina ἔκδοσις scribit, *tunc ibi regnante*. His adde laudatos Scaligero Stephanum, Eustathium in Dionysium, Apollodorum, etc.

[b] Solidam hancce periocham de Apolline Scaliger prætermittit. Cum vero et pridem in procemio Eusebii, et inferius ad num. 663, ejusdem fabulæ mentio sit, a Clemente quidem Alexandrino ibi laudato Eusebium accepisse non diffitetur, quæ sunt, inquit, ex quodam vetere Poeta, quæ non multum ab his aberrant :

Ἀδμήτῳ δὲ ἄναξ θητεύει Φοῖβος Ἀπόλλων
Σύν τε καὶ Ἡρακλεῖ κρατερῷ μέγαν εἰς ἐνιαυτόν.

Nihilo secius Herculem cum Apolline Admeto servivisse, tantum ait abesse, ut uspiam legerit, ut ne umquam Admeto servivisse meminerit. Tu recole quæ ad eum Procemii locum notata sunt nobis, quibus adde ex Fulgentii Mythologico lib. i, cap. 27, isthæc : *Si igitur Admetus Apollinem atque Herculem petiit, qui ei ad currum leonem et aprum junxerunt*, etc.

B [c] Neque hoc recte Scaliger *Callisto*, pro *Callistonis*, *aut Callistus* legit. Sic appellant Arcadis matrem laudati Schurzfleischio veteres Scholiastæ, Callimachi ad Hymn. εἰς Δία vers. 41, et Theocriti ad Idyl. i, vers. 3, ac demum Pausanias in Arcadic. cap. 4. Verum Eustathius ad Dionys. p. 79 et ad Iliad. β', Θεμιστοῦς pro *Callistus* filium eum dicunt, quæ, inquit vir doctus, Istri quoque sententia fuit, ut ex Stephano in voce Ἄρκας apparet. Neque enim mutanda ibi cum Holstenio lectio vulgata, quam mss. constanter servant, cum verum non sit, ut ex Eustathio patet, auctores omnes, præter Stephanum, Callistus filium facere Arcadem. Pergit porro : Sed et de ejus patre res dubia : Aristoteles enim, ut est apud Apollonii scoliastas ad lib. iv, vers. 264, Ἀρκάδα Ὀρχομενοῦ υἱὸν καλεῖ : ut in speciem quidem Jupiter, re autem vera pater ejus Orchomenus videri possit. Vide Apollodor. lib. iii.

[d] Superiori proxime anno conditum Dardaniæ Scaliger assignat, repetitque historiam ex Tatiano. Vulgatissima autem ea est apud Pausaniam in Achaic. cap. 4 Diodorum lib. iv et v, Stephanum, Eustathium ad Dionys. vers. 524 et ad Iliad. β', Tzetzem in Lycophron. pag. 18, Hyginum cap. 275, Servium ad Æneid. viii, Isidorum lib. xv, atque alios.

| Assyriorum. | Sicyoniorum. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 3 | 33 | 35 | 7 | 9 | 11 | 540 |
| 4 | 34 | 36 | 8 | 10 Post Stenelum [b] Argis regnavit Gelanor, quem cum Argivi de imperio pepulissent, regnum Danao tradiderunt. | 12 | |
| 5 | 35 | 37 | 9 | 11 *Argis X, DANAUS an.* 50. | 13 | |
| 6 | 36 | 38 | 10 | 1 Argos sibi Danaus vindicavit expulsus Ægypto, et eamdem [c] aquis abundare fecit. | 14 | |
| 7 | 37 | 39 | 11 | 2 | 15 Orithya [d] Erechthei, qui et Erichthonius dictus est, a Borea Thrace rapitur. | |
| 8 | 38 | 40 Mors Mosis. *Hebræor. post Mosen dux constituitur JESUS an.* [a] 27. | 12 | 3 | 16 | |
| 9 | 39 | 1. Apud He- | 13 | 4 Erichthonius | 17 Triptolemus [e] lon- | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τελευτὴ Μωϋσέως. Ex Chronic. Pasch. pag. 63.

Ἑβραίων τὴν Ἀρχιερωσύνην δεύτερος διεδέξατο ΕΛΕΑΖΑΡΟΣ. Chronic. Paschal. pag. 62.

Μετὰ Σθένελον Ἄργους ἐβασίλευσε Γελάνωρ, ὃν Ἀργεῖοι τῆς ἀρχῆς παύσαντες, Δαναὸν Ἄργους ἐβασίλευσαν, ὃς ἐκπεσὼν Αἰγύπτου, καὶ κρατήσας τοῦ Ἄργους, ἔνυδρον αὐτῷ [αὐτὸ] κατεστήσατο. Syncell. pag. 121.

Ἀργείων ι', ἐβασίλευσε ΔΑΝΑΟΣ ἔτη ν'. Idem, p. 124.

Ἐρεχθέως θυγατέρα Βορέας..... θρᾷξ ἥρπασεν Ὠρίθυιαν. Idem pag. 128.

Τριπτόλεμον... μακρῷ πλοίῳ προσβαλόντα ταῖς πόλεσι τὸν σῖτον διδόναι. Ex Syncello pag. 126.

## NOTÆ.

[a] Ipsemet vero Eusebius Præparat. Evang. lib. x, c. 14, rerum Judaicarum chronologicam seriem exhibens, Josuæ præfecturam ad triginta usque annos protrahit. Hic tantum XXVII enumerans, Clementem sequitur, et vetustiores chronologos. Syncellus id ex orali traditione repetit, atque in hoc ipso invenit, de quo Eusebium reprehendat.

[b] Notat Scaliger, multa horum traducta huc esse ex Apollodoro, monetque de Gelanore ab Argivis expulso historiam cum sua causa haberi apud Pausaniam in Corinthiacis, capite scilicet 19. Schurzfleischius ait, *Gelanorem*, in *Gelenorem* mutat Sichardina editio. Antiquarius ille, cujus sæpius meminimus, ad primum Palatinum notat, quod *Gelanus* (fortasse legendum *Gelanorus*, familiari Hieronymo metaplasmo) vocetur in veteri codice, in novo vero *Gelanor*. Et sane Gelanor, Γελάνωρ, est etiam in Eusebio, Syncello p. 152 Parisinæ edit., Pausania cap. 16 et 17, Apollodoro, aliis. Deinde primus Palatinus et Sichardi editio legunt, *de imperio pepulissent*. In primo tamen Palatino male legitur, *Dardano tradiderunt* pro *Danao*. Hunc Herodotus lib. II, cap. 91, Chemmitam fuisse auctor est: in Chemi videlicet Thebaicæ provinciæ oppido natum, pulsum deinde patria ab Ægypto fratre.

[c] Ex his qui hanc fabulam obtrudunt, Scaliger laudat Apollodorum lib. II, ac Nonnum lib. IV. Sed eorum sane præferenda auctoritas est, qui eam explodunt. Strabo lib. VIII, pag. 570, ex ipsorum incolarum testimonio, *Regionem*, inquit, *aquæ esse divitem fatentur: urbem in loco aquæ experte sitam dicunt, puteorum tamen copia instructam, quorum Danai filiabus acceptam ferunt inventionem, atque hinc esse versiculum natum aiunt*,

Ἄργος ἄνυδρον Δαναοὶ θέσαν Ἄργος ἔνυδρον.

Ipse eos vocat, ἐν εὐπορίᾳ ὕδατος, ἀπορίαν εἰσάγοντες, *aquarum inopiam eo introducentes, ubi summa earum est copia*. Athenæus lib. x Deipnos. cap. 9, ex eo explicat, quod siticulosi atque avidi essent Argivi, διόπερ καὶ τὸ Ἄργος πολυδίψιον ὁ ποιητὴς ἔφη: *quamobrem siticulosum Argos, omni tempore avidum esse, Poeta* (Homerus) *dixit*. Rursum Strabo lib. I tantum Argis aquatica instrumenta Danaum demonstrasse auctor est, τὰ ὑδρεῖα τὰ ἐν Ἄργει παραδεῖξαι.

[d] Atque hæc Scaliger de Orithyiæ raptu hic tacet, ea nimirum de causa, quod eadem, paucis mutatis, inferius recurrunt ad numer. 628, sive, ut ille habet, ad 619. Et scitum hoc tamen, solemne Eusebio esse, easdem historias juxta varias, quibus eas alligant veteres chronologi, epochas iterum et tertio replicare: quas qui resciderit, næ ille malo facinore nobilissimam operis Eusebiani partem pessumdedit. In præsenti, tametsi ignoramus quem proprie auctorem hic noster habeat, certum tamen est, ex Veterum nonnullorum sententia, ad ea quæ proxime Dardanum præcedunt tempora, Orithyiam fuisse relatam; siquidem Apollonii Scholiastes ad Argonaut. lib. I tradit, Phineam primum sibi matrimonio junxisse Cleopatram, Orithyiæ filiam, postmodum Dardani filiam Idæam. Noster ex ejuscemodi aliorum rationibus hæc retulit: quidni? Sunt certe isthæc etiam in primo Palatino ms. et Sichardi editione triennio antea collocata. Cæterum ejus raptus meminerunt laudatus Schurzfleischio Pausanias in Attic. cap. 19, et Eliac. prior. cap. 19, Sophocles apud Strabonem lib. VII, aliique. Græce Ὠρίθυια, et Ὠρείθυια scribitur: minus recte apud Syncellum Ὀρίθυια.

[e] Idem Scaligeri facinus, in his de Triptolemo, ut et subsequentibus de Proserpina, Perseo, atque aliis hic loci prætermissis, quæ cohærenter ad superiora ms. primus Palatin. et Sichardi editio tribus annis antevertunt. Re etiam vera, ut de Triptolemo solo nunc dicam, receptior multo isthæc sententia est:

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | bræos Pontificatum suscepit Eleazarus. — Hucusque v libri Mosis continent an. [a] 3730 secundum LXX Seniorum interpretationem. | | primus quadrigam [c] junxit in Græcia: erat quippe apud alias nationes. | ga navi Eleusin veniens, ibi frumenta distribuit. | |
| 10 | 40 | 2 | 14 | 5 | 18 | |
| 11 | 41 | 3 | 15 | 6 | 19 Proserpinam rapuit [d] Orcus Molossorum rex. | |
| 12 | 42 | 4 | 16 | 7 | 20 | |
| 13 | 43 | 5 | 17 | 8 | 21 Perseus occidit [e] Gorgonem. | 530 |
| 14 | 44 | 6 Principium quinquagesimi primi Jubilæi secundum Hebræos. | 18 | 9 | 22 Dionysus Nysam in India condidit, et a suo nomine eam sic appellavit. | |
| 15 | 45 | 7 | 19 | 10 | 23 | |
| 16 | 46 | 8 | 20 Busiris [b] Neptuni et Lybiæ | 11 | 24 Cyrene in Libya ædificata est. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Βούσιρις Ποσειδῶνος καὶ Λιβύης τῆς Ἐπάφου παῖς τῶν κατὰ τὸν Νεῖλον τόπων ἐτυράννει· καὶ τοὺς παροδεύοντας κατέθυε ξένους. Syncellus pag. 121.

Ἐριχθόνιος ἅρμα πρῶτος Ἕλλησιν ἐφεῦρεν, ἦν γὰρ παρὰ βαρβάρων. Idem pag. 125.

Κόρης ἁρπαγὴ Περσεφόνης ὑπὸ Ἀϊδωνέως τοῦ Μολοσσῶν βασιλέως. Syncellus ibidem.

Περσεὺς τὴν Γόργονα ἐκαρατόμησεν. Sync. p. 129.

## NOTÆ.

quam adeo Eusebius dissimulare non potuit, quam quæ ad posteriora tempora eum refert. Pausanias in Arcadicis cap. 4, *Arcas*, inquit, *Callistus filius, acceptum a Triptolemo frumentum populis suis tradidit, et panem facere docuit.* Paria habet in Achaicis, atque alibi. Porro Arcadem ipsemet Scaliger hisce temporibus dudum recensuit. Cæterum pro *Eleusin* videtur Schurzfleischio rescribendum, *Eleusine :* ac sane inde veniebat Triptolemus patria Eleusinius; tum vero haud bene constabit vox *ibi*. Plura de hac fabula inferius.

[a] Nisi si error librarii hic est, 3730 pro 3729 Romanis notis, describentis, includendus ipse est primus Josuæ annus, ut rei veritas constet. Scaliger secundis curis subjungit huic periochæ, *gesta ann.* 1235, quæ etsi ille e mss. laudat, in nostris tamen non habentur. Porro his quæ prolixe disputat in Notis de vera Jobeleorum ratione, quam se primum jactat invenisse, nedum Eusebio, sed et Judæis ignoratam, ne eadem hic repetamus, oppone quæ diximus supra ad num. 50. Locus ille Ezechielis cap. 29 cui totam superstruit argumentorum molem, minime ad rem esse ostendimus : siquidem annos Sedechiæ, quo Scaliger præsumit, ex Jobeleorum denumeratione Ezechiel omnino non supputat. Plura videsis apud Perizonium Origin. Ægyptiac. c. 24.

[b] Busiridis fabulam Scaliger sexennio anticipat. Codex Palatinus primus biennio tantum : ad quem locum notat laudatus sæpe Antiquarius, *suprascripta historia in novo codice ponitur supra ad num.* 19 *regni Ægyptiaci* (qui est Eusebianus 507); *in veteri ponitur, ut hic ad ann.* 22 *Ægyptiacum.* Ac sane debuit quemadmodum et Syncellus facit, Busiris Danao præponi, cujus patruus fuisse perhibetur : siquidem fratres erant Agenor, Belus et Busiris. Nam et constare inter Historicos, ait Isocrates in laudatione Busiridis, hunc πλέον ἢ διακοσίοις ἔτεσι Πέρσεως πρεσβύτερον, *annos supra quingentos Perseo antiquiorem* esse. Videtur tamen parum veri ejus historiæ inesse, ac ferme credere malim quod ait Eratosthenes apud C Strabonem lib. XVII, οὐδὲ βασιλέα, οὐδὲ τύραννον, γενόμενόν τινα Βούσιριν, *Busiridem quemdam neque regem fuisse, neque tyrannum.* Diodorus quoque Siculus A lib. I, Βουσίριδος ξενοκτονίαν fabulis adcenset. Cætera:

. . . . Quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Videsis tamen, si libet, Apollodorum lib. II, Pausaniam in Atticis c. 44, Stephanum, Eustathium ad Dionysii v. 174, atque alios. Scaliger Græca τοὺς παροδεύοντας κατέθυε ξένους, reddi Latine maluisset, *prætereuntes immolans hospites :* quod non improbo, modo si Eusebii ipsiusmet illa esse verba, persuadeat.

[c] Hæc Scaliger triennio ante : Palatinus ms. huc, Sichardi editio post biennium refert. Schurzfleischius hæc recitat ex Gobelino Cosmodr. æt. III, cap. 11 : *Erichthonium Vulcani et Minervæ facit filium, causamque inventæ quadrigæ affert, quod habuerit pedes draconis, ideoque propter turpitudinem pedum invenerit usum curruum :* quæ ait mythologorum ἀτοπήματα olent. Pausanias Attic. cap. II, parentes ejus Ἥφαιστον καὶ Γῆν constituit, recensque natum, a Minerva cistæ inclusum, et Aglauro, B Hersæ, ac Pandroso, commissum esse, affirmat. Adde Meursium libro et c. 2 de regno Attico. Sed nec videntur prætermittenda quædam ex Scaligero post Virgilii (Georgic. lib. III) testimonium vulgo notum,

Primus Erichthonius currus et quattuor ausus
Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Ibi Philargyrus : *Varro in libro, qui Admirabilium inscribitur, Erichthonium ait primum equos quatuor junxisse ludis, qui Panathenæa appellantur.* Sed Di-

[d] Quinquennio ante refertur isthæc in Palatino primo ms. periocha, scribitur quoque concinnius *Orchus ;* in Græcis Ἀϊδωνεύς, quod idem est, dicitur. Porro Clemens Alexandrin. circa hoc tempus raptum Proserpinæ contigisse notat. Tatianus cap. 61 distulit ad Lyncei Argivorum Regis tempora. Videsis Eustathium ad Dionys. vers. 423.

[e] Dicemus de Perseo, ac Dionyso (male editi *Dionysium* scribunt) tum de Cyrene inferius, cum eædem historiæ recurrent. Scaliger hic etiam Eusebii textum mutilavit.

| Assyriorum. | Sicyoniorum. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Epaphi filiæ filius apud vicina Nilo loca tyrannidem exercet, transeuntes hospites crudeli scelere interficiens. | | | |
| 17 | 47 | 9 Jesus successor Mosis terram [a] Palæstinorum Judææ genti sorte distribuit. | 21 | 12 | 25 Danaus per 50 [c] filias 50 filios Ægypti fratris interfecit, evadente solo Lynceo, qui post eum regnavit. Neque vero multitudo filiorum incredibilis videri debet in Barbaris, cum tam innumerabiles habeant concubinas. | |
| 18 | 48 | 10 | 22 | 13 | 26 | |
| 19 | 49 | 11 | 23 | 14 In Creta [b] regnavit Lapis. | 27 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰησοῦς Ναυῆ τὴν Παλαιστινῶν γῆν τῷ Ἰουδαίων ἔθνει διανέμει πρὸς κλῆρον κατὰ φυλήν. Idem pag. 63.

Κρήτης ἐβασίλευσε Λάπης. Idem ibidem.

Ὁ Δαναὸς διὰ τῶν λεγομένων Δαναΐδων, αὗται δὲ ἦσαν αὐτῷ θυγατέρες πεντήκοντα, τοὺς πεντήκοντα υἱοὺς τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Αἰγύπτου διεχρήσατο χωρὶς ἑνὸς τοῦ Λυγκέως, ὃς καὶ ἐβασίλευσε μετ' αὐτόν· οὐκ ἄπιστον δὲ ἐν βαρβάροις ἡ πολυτεκνία διὰ τὸ πλῆθος τῶν παλλακῶν. Syncell. pag. 121.

## NOTÆ.

philus poeta, auctor Theseidos, Σῆμον vocat eum, A qui primus quadrigas agitavit, apud Scholiastem Pindari in Olympionicis. Hoc est, quod voluit Hygenus fabulator : *Elide, quæ urbs Peloponesi est, certamina quadrigarum primum instituta.* Atqui primum certamen quadrigarum Elide institutum a Pelope, qui multis annis infra sæculum Erichthonii fuit. Tum sive legas in Græcis παρὰ βαρβάροις, ut Hieronymus videtur legisse, sive παρὰ βαρβάρων, ut scriptum reperimus, eodem sententia recidit. Erit ergo παρὰ βαρβάρων, ἀπὸ κοινοῦ ἐφευρεθέν. Nam apud Scythas fuit Erichtonius, et primus Græcorum inde aurum Athenas attulit. Hygenus fabula 274. Quid ergo dicemus de Troilo, qui aliquot annis antea currum a se inventum Junoni consecravit?

[a] Tametsi eodem sententia recidit, minus vere Scaliger *terram Philistinorum*, pro *Palæstinorum* legit. Videsis laudatos Schurzfleischio, Josephum Antiquitt. lib. I, c. 7, Suidam in Φιλίστισιν, Epiphanium Hæres. 8, et Frontonem Ducæum ad Basilii Comm. in Isaiam pag. 84.

[b] Schurzfleischius ait, *Lapis* hic in primo Palatino vocatur *Lappis*, quemadmodum etiam S. Patinus numum produxit, qui inscribitur ΛΑΠΠΙΘΩΝ. Syncello itidem p. 154 edit. Paris. ΛΑΠΙC dicitur. Non tamen putantur mihi ab eo deducendi esse Lapithæ, Thessalicus populus, quos per duplex P. numus Patini male videtur scribere. Primam enim ejus vocis corripit Scymnus Chius, verss. 615 et 616 περιηγήσεως :

Τά τ' Αἰνιάνων, οἵ τινες τῶν Αἱμόνων,
Δοκοῦσι, Λαπιθῶν, Μυρμιδόνων τε, γεγονέναι.

Illos Lapithas Scholiasta Apollonii, ad lib. I, vers. 41, ἀπὸ Λαπίθου, τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Στίλβης νύμφης, Stephanus vero in ΛΑΠΙΘΗ, ἀπὸ Λαπίθου, τοῦ Περίφαντος, dictos esse autumat. In Scaligerana Eusebii sylloge rectius mihi videtur legi, Λάπης. Ipse quidem λαπης primam scripturam esse arbitror. *Lapithus* etiam Cypri quidam locus fuit. Polybius, excerptis Valesii de Virtutibus et Vitiis, sub fine pag. 1483, μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἐπιβουλεύσαντος τῇ Κύπρῳ, κύριος γενόμενος ἐν Λαπίθῳ τοῦ σώματος ἅμα καὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ κολάζειν τὸν ἐχθρόν, κ. τ. λ. Scaliger frustra putat quæri, quis iste Lapes fuerit. Ego tamen videor mihi nomen ejus in Cretæ urbe *Lappa*, Ptolemæo lib. III, cap. 17, et Dione Cassio lib. XXXVI, cap. 1, memorata, invenisse. Theophrastus lib. II H. P. τῆς Λαππαίας etiam meminit, ubi nihil mutandum est. Scylax p. XIX Περίπλ. tom. I, Geogr. min. Hudsonii, Εἶτα ἡ Λαμπαία καὶ διήκει αὕτη ἀμφοτέρωθεν. Inscriptio antiqua apud Mabillon. p. 36 Musei Italici,

ΛΑΜΠΑΙΩΝ Η ΠΟΛΙΣ

Λαμπαῖοι Cretæ incolæ ab hac urbe dicti memorantur etiam Polybio lib. IV, cap. 53, et τῶν Λαμπαίων πόλις cap. 54, ΛΑΜΠΗ et ΛΑΜΠΑ eadem urbs est. Stephanus in ΛΑΜΠΗ, Ξενίων δὲ ἐν Κρητικοῖς διὰ δύο ππ γράφει τὴν πόλιν, καὶ διὰ δύο αα. Proinde, uti ἀπὸ τοῦ Χρύσου Χρύση, vel ἀπὸ τοῦ Ἀλυάττου Ἀλύαττα, ita etiam ἀπὸ τοῦ Λάππου Λάππη est, vel Λάππα, quamquam Stephanus Ἀγαμέμνονος κτίσμα τὴν Λάμπην sine auctore vocaverit.

[c] Hæc *Danaus per filias* 50, etc., usque ad *ha-* B *beant concubinas*, una serie contextuque Scaliger junxit superioribus, quæ in Argivorum filo de Danao dicuntur post verba, *aquis abundare fecit :* quo quidem modo et Græca apud Syncellum feruntur. Quin etiam observat in Notis, quod ab illa continuatione tota periochæ mens pendet: datque adeo culpæ Hieronymo, quod hæc properanter verteret. Verum ut nunc alia omittam, nec ea Græca ipsamet Eusebii sunt verba, nec facti historici spatium, aut demum aliquis e Latinis mss. Scaligero suffragatur. In Palatino ms. et Sichardi editione, ante decennium referuntur, sive ad num. 543. Notatum tamen ad eum locum sæpius laudato Antiquario, *Supra scripta historia in codice novo ponitur in sequenti charta ad numerum 18 Erichthonii* (qui est Abrahamiticus 547), *in antiquo vero ut hic.* Quoad historiam, nihil est, quod objicit Scaliger Hipostrati testimonium apud Phlegontem (Trallianum scilicet, lib. de Mirabilibus) ἐκ μιᾶς γυναικὸς Εὐρυόπης, *ex una conjuge Europe* natos Ægypto tot filios; quod enim noster ait, de innumeris concubinis, ad Danai filias referri decet, C quas ex diversis mulieribus suscepisse, Veteres pari consensu tradunt. Vid. Apollodorum lib. II, itemque II Herod. librum sub finem.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 20 | 50 | 12 | 24 | 15 | 28 | |
| 21 | 51 | 13 | 25 | 16 | 29 | |
| 22 | 52 | 14 | 26 | 17 | 30 | |
| 23 | 53 | 15 | 27 | 18 | 31 Phœnix et [c] Cadmus de Thæbis Ægyptiorum in Syriam profecti, apud Tyrum et Sidonem regnaverunt. | 560 |
| 24 | 54 | 16 | 28 | 19 | 32 | |
| 25 | 55 Sicyoniorum [a] XVI, CHORAX an. 30. | 17 | 29 | 20 | 33 | |
| 26 | 1 | 18 | 30 | 21 | 34 Liber pater in India militat, [d] in cujus exercitu fuerunt feminæ dictæ Bacchæ, magis propter furorem quam propter virtutem. | |
| 27 | 2 | 19 | 31 | 22 | 35 | |
| 28 | 3 | 20 | 32 | 23 | 36 Perseus cum uxore [e] Andromeda rapti in cœlum sunt. | |
| 29 | 4 | 21 | 33 | 24 | 37 | |
| 30 | 5 | 22 | 34 | 25 Bithynia [b] | 38 Templum [f] Del- | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων ις', ἐβασίλευσε ΚΟΡΑΞ ἔτη λ'. Sync. p. 99.

Διονυσος ἐπὶ Ἰνδοὺς ἐστράτευσε... Ὥπλιζε δὲ σὺν τοῖς ἄρρεσι καὶ τὰς θηλείας. Ex Sync. p. 129 et 130.

Τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν ἐνεπρήσθη ὑπὸ Φλεγύου. Syncell. pag. 121.

## NOTÆ.

[a] Falsum est quod ait Scaliger, Pausaniam ponere Epopea ante Coraca. Vide quæ nos ad horum seriem nominum præfixam huic libro diximus.

[b] Dum otiose Scaliger de Latina phrasi, *Bithynia condita est*, vitiligat, eamque reprehendit, quod rei caput erat, historicum textum gravissimo cubare in mendo, non animadvertit. Ad extremum miratur, cur a Phœnice *Bithynia* appellata, quæ *Phœnicia* dici debuisset: quæritque, unde in Asia Phœnix, qui habitabat in regione a se dicta Phœnice in Syria. Verum plana res erat, emendato textu. Pro *a Phœnice* legendum omnino est *a Phinide:* ita et in Græco penes Syncellum, ὑπὸ Φινέως, pro Φοίνικος. Salmasio hæc debetur perquam erudita emendatio, cujus hæc refert argumenta Schurzfleischius. Constat, inquit, et Hieronymi et Syncelli jam tempore hunc locum corruptum fuisse, aut ab Eusebio mendose allatum. Legendum enim plane est, ut Salmasius ὁ πάνυ hoc loco divinavit in Græco, ὑπὸ Φινέως, in Latino, *a Phineo*, cujus filii *Thynus* et *Bithynus* omnium fere consensu statuuntur. In primo Palatino scribitur *a Phœnite*. Lego, inquit Salmasius, *a Phinide*. Arianus apud Dionys. Περιηγ. vers. 793 p. 145: Θυνὸν καὶ Βιθυνὸν, ἀδελφοὺς ἐπιφανεῖς, κατὰ μὲν ποίησιν (τουτέστι ποιητοὺς καὶ θετοὺς) παῖδας Φινέως dici. Alias enim Βιθυνὸς ὁ Διός vocatur Stephano in ΒΙΘΥΝΙΑ. Aliis ὁ Ὀδρύσου apud eumdem Eustathium dicitur. Totam rem conficiunt scholia Apollonii ad lib. II, vers. 177, ubi ita scribunt: Ἡ ἐπὶ τῆς Εὐρώπης Βιθυνία περὶ Καλμυδησσὸν κεῖται ἐπὶ Θράκης. Ὁ δὲ Φινεύς, ὡς οἱ πλεῖστοι. . . . . τοῦ Καλμυδησσοῦ λέγεται ᾠκηκέναι.

Pro his quæ subsequuntur, *qui Phœnicibus quasdam litteras tradidit*, etc., ad finem usque periochæ, hæc modo habet Scaliger, *quæ prius Mariandyna vocabantur:* quæ est ῥῆσις de Bithynia inferius laudanda: ut vere adeo hanc penitus prætermiserit. Demum neque illa Scaligeri conjectura, qua Φοῖνιξ putatur esse Phinees, פנחס proprium viri nomen, qui genti appellationem dederit, doctis viris, et cum primis Bocharto probatur, qui a *Bene Anak*, filiis Anak, Phœnicum vocabulum conflatum censet lib. I Chan. c. 1 et c. 43, ubi alias Veterum de Phœnicum

A origine sententias ad examen revocat.

[c] Videtur temporum, quæ ad Cadmum spectant, luxatio. Vide num. 587 et 611. Cadmus Agenoris filius, Phœnicis frater, Bacchi scilicet avus est. Hæc non aliunde rectius, quam ab Lydiato, aliisque Marmoris Arundelliani Interprete intelliges. Notatum porro Schurzfleischio ita: Pericopa de Phœnice et Cadmo in editione Sichardina et tribus Palatinis ad numerum 30 Atheniensium, qui est Abrahamiticus 559 legitur. Primus tamen Palatinus Scaligerano exemplari consentit, subscribitque ibi Antiquarius, *Suprascripta historia in novo codice ponitur ad annum* 30 *Atheniensium, in antiquo vero, ut hic.* Idem porro Palatinus codex *Sidona* habet, accusativi terminatione sæpius utitur Arbiter.

[d] Latissime hanc historiam persecutus est Diodorus Siculus lib. III, pag. 139. Hunc Semeles filium θηλύμορφον dicunt, quia miscellum ex viris et feminis exercitum ducebat. Dionysum quoque vocant

B scriptores plerique omnes. Arianus tamen laudatus ab Eustathio in Dionys. Perieg. dubitat, an ab aliquo Dionyso bellum adversus Indos gestum sit; neque enim Semeles filium, neque illum quem Athenienses in mysteriis colunt, neque alium quemvis Διόνυσον, sive Bacchum bellicosum agnoscit. Et tamen infra, ubi hæc eadem historia recurrit, legitur in Eusebio, *Dionysius, qui et Liber pater*, etc. Scaligerum porro hanc quoque periocham omisisse, notatum est. In Parmensi ms. postrema verba, *magis propter furorem, quam propter virtutem*, desiderantur.

[e] Res clamat ipsa, rescribendum *Andvomeda*. Hyginus c. 64: *Perseus cum Andromeda in patriam redit.* Verum neque apud Scaligerum, neque in mss. quos videre contingit, hujus fabulæ mentio est. Videsis Pontacum.

[f] Notat Antiquarius Salmasianus ad primum codicem Palatinum, in novo libro poni hanc historiam ad numer. 36 Atheniensium: ipse autem primus Palatinus plane ut et nos ad locum hunc refert. Scaliger et Sichardi editio uno anno antevertunt: Syncellus autem ipsis Danai temporibus præponit. Rem

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | Ann ab Abr. |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| | | | | condita est a Phœnice,[b] qui Phœnicibus quasdam litteras tradidit ad scribendum. Vermiculum instituit. Ille phœniceus dictus est, qui postea, littera mutata, dicitur puniceus. | phis magnum a Phlegya incensum. | |
| 31 | 6 | 23 | 35 | 26 | 39 | |
| 32 | 7 | 24 | 36 | 27 | 40 In Creta regnavit Asterius [c]. | |
| 33 | 8 | 25 | 37 | 28 | 41 Europæ filiæ Phœnicis mixtus est Jupiter, quam postea Asterius Cretensium rex uxorem accipiens, Minoem ex ea et Rhadamanthum et Sarpedonem procreavit. | 570 |
| 34 | 9 | 26 | 38 | 29 | 42 | |
| 35 | 10 | 27 *Hebræorum primus judex ex tribu Juda* GOTHONIEL, *annis* [a] 40. | 39 | 30 | 43 | |
| 36 | 11 | 1 Post mortem Jesu subjectos tenuerunt | 40 | 31 | 44 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἑβραίων ΓΟΘΟΝΙΗΛ ἐκ φυλῆς Ἰούδα πρῶτος ἦρξεν. Chronic. Paschal. pag. 62.

Μετὰ τελευτὴν Ἰησοῦ, κρατοῦσιν Ἑβραίων ἀλλόφυλοι ἔτη η', ἃ συνάπτεται τοῖς τοῦ Γοθονιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, κατὰ τὰς Ἰουδαίων παραδόσεις. Chron. Pasch. ibidem pag. 63.

[ Κρητῶν ἐβασίλευσεν Ἀστέριος. Idem ibidem.

Εὐρώπῃ τῇ Φοίνικος μυθεύεται Ζεὺς μιγῆναι. αὕτη δὲ ἦν Ἀστερίου τοῦ Κρητῶν βασιλέως γαμετὴ, ἐξ ἧς ἔσχε τρεῖς υἱοὺς, Μίνωα, καὶ Ῥαδάμανθον, καὶ Σαρπηδόνα. Idem ibidem.

## NOTÆ.

narrat Pausanias in Bœoticis, cap. 36. Virgilius lib. vi Æneid., vers. 618 :

Phlegyasque miserrimus omnes
Admonet, et magna testatur voce per umbras, etc.

In quem locum videsis Servium, aliosque Virgilii interpretes. Trita nempe adeo res est, ut φλεγιᾶν pro *impie agere*, usurpent Græci. Laudat tamen et Scaliger Augustinum lib. xviii de Civit. Dei, c. 12, dicentem non a Phlegya, sed Danao incensum templum : *Tunc Apollini instituti sunt ludi musici, ut placaretur ira ejus, qua putabant afflictas esse sterilitate Græciæ regiones, quia non defenderint templum ejus, quod rex Danaus, cum easdem terras bello invasisset, incendit*.

[a] Clemens i Strom. *quinquaginta* elargitur, quemadmodum ipse etiam Eusebius in Præparat. lib. x, cap. 14. Rectius vero hic habet juxta Judicum librum c. iii, ἡσύχασεν ἡ γῆ ἔτη μ'. *Quievit terra annis quadraginta*. Totidem et Theophilus computat.

[b] Dudum emendato præcedenti nomine, *Phœnice* in *Phinidem*, reliqua isthæc de litterarum et coloris punicei inventione, quæ et diximus a Scaligero repudiata, haud bene cum integro contextu faciunt. Fortasse autem nova ex his erat inchoanda de Phœnice periocha, nomine ejus præposito, quod ut excideret, et male postmodum duæ historiæ in unam compingerentur, tanta nominis utriusque Phœnicis, et Phinidis similitudo, facile in causa fuit. Cæterum vulgatissima hæc sunt. Lucanus lib. iii, vers. 220 :

Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Vide et Herodotum lib. v, cap. 58, Diodorum lib. iii, A Pausaniam v, cap. 25, atque e recentioribus Ezechielem Spanhemium dissert. 2, de usu et præstant. numism. pag. 81 et seq. De vermiculo et colore puniceo Reinesium de lingua Punica cap. 3, atque alios.

[c] Apollodorus vocat *Asteriona*. Lib. iii : Εὐρώπην γήμας Ἀστερίων ὁ Κρητῶν δυνάστης, τοὺς ἐκ ταύτης παῖδας ἔτρεφεν. *Asterion Cretensium regulus, Europam in matrimonium duxit, et ex ea natos filios aluit*. Pro Asterio Xanthum nominat Augustinus de Civit. Dei, lib. xviii, cap. 12, laudatus etiam Scaligero. Lycophron vers. 1300 Europam tradit raptam e Sarepta Phœniciæ, avectamque a Curetibus in navicula tauri formam præferente. Hinc facile orta fabula de raptore ejus Jove in taurum converso. Vide Heinsium ad Silium Italicum lib. xiv, vers. 543, et Salmasium in Solinum, pag. 403. Observat laudatus eidem Salmasio Antiquarius, periocham de Europa in novo codice ad superiorem proxime numerum 559 huic de Asterio junctam haberi. Scaliger biennio post differt : Syncellus omnia Danai temporibus præponit. B Addit Schurfleischius, ab hoc Asterio montem Cretæ Ἀστερουσίαν appellatum, ipsamque Cretam *Asteriam* : quod ab Hesychio, ΑΣΤΕΡΙΗ, ἡ Κρήτη, probat, et ab Stephano in ΔΗΛΟΣ. Cætera notiora sunt, quam ut nobis exponi debeant. Habeto hæc tamen ex Diodoro lib. iv : *Asterio regnante in Creta, Jupiter, ut aiunt, ablatam e Phœnicia Europam super tauro in Cretam transvexit : cumque ea commixtus, tres filios, Minoem, Rhadamanthum, et Sarpedonem procreavit. Dehinc Asterius, insulæ dominus, Europam duxit uxorem: et cum ipse liberis careret, adoptatos Jovis filios in regno successores reliquit*.

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Hebræos alienigenæ annis 8, qui junguntur Gothonielis temporibus, secundum Judæorum traditiones. | | | | |
| 37 | 12 | 2 | 41 | 32 | 45 | |
| 38 | 13 | 3 | 42 | 33 | 46 | |
| 39 | 14 | 4 | 43 | 34 | 47 Apud Argos [c] sacerdotio functa est Hypermnestra Danai filia. | |
| 40 | 15 | 5 | 44 | 35 | 48 | |
| 41 | 16 | 6 | 45 | 36 | 49 | |
| 42 | 17 | 7 | 46 | 37 | 50 | |
| | | | | | *Atheniensium V, PANDION an.* 40. | |
| 43 | 18 | 8 Apud Judæos pontificatum [b] suscepit Phinees. | 47 | 38 | 1 Pandion [d] filius Erichthonii, cujus filiæ Progne et Philomela. | 580 |
| 44 | 19 | 9 | 48 | 39 | 2 Rhadamanthus et Sarpedon reges Lyciorum. | |
| 45 | 20 | 10 | 49 | 40 | 3 Raptus Europæ [e]. | |
| *Assyr. XVIII, BELOCHUS,* [a] *annis* 25. | | | | | | |
| 1 Hujus filia Atossa, quæ et Semiramis, regnat cum patre annis 7. | 21 | 11 | 50 | 41 | 4 Cadmus regnavit Thebis, [f] ex cujus filia Semele natus est Dionysus, id est, Liber pater, sub quo et Linus Thebæus musicus fuit. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ιη', ἐβασίλευσεν ΒΗΛΟΧΟΣ ἔτη κε'. Sync. pag. 117.

Ἑβραίων τὴν ἀρχιερωσύνην τρίτος διεδέξατο Φίνεες. Chron. Pasch. ibidem.

Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ε' ΠΑΝΔΙΩΝ ἔτη μ'. Syncell. pag. 126.

Τούτου τοῦ Πανδίωνος θυγατέρες Πρόκνη καὶ Φιλομήλα. Idem ibidem.

Ῥαδάμανθος καὶ Σαρπηδὼν Λυκίων ἦρχον. Idem ibidem.

Εὐρώπης ἁρπαγή. Idem ibidem.

Κάδμος Θηβαίων ἐβασίλευσεν, οὗ τῆς θυγατρὸς Σεμέλης υἱὸς ὁ Διόνυσος... κατὰ τούτους Λῖνος Θηβαῖος... μουσουργὸς ἐγνωρίζετο. Ex Syncell. pag. 126.

## NOTÆ.

[a] Sine aspiratione Parmensis et primus Palat. ms. A habent *Belocus* : perperam Sichardi editio *Belothus*. Hujus quoque filia *Atossa* dicitur Scaligero, ipsoque teste, in aliis libris *Jossa* : in primo Palat. *Attossa*, quemadmodum et laudatus Schurzfleischio Suidas, ΑΤΤΟΣΑ, ἡ Κύρου μὲν θυγάτηρ κ. τ. λ., quæ tamen alia ab hac est. Porro quæ de præsente scriptores alii memorant, Conon apud Photium cod. 186, ea omnia ad Semiramidem retulit, eam videlicet Nini uxorem, de qua initio libri diximus. Porphyrius eam paulo antiquiorem Trojanis temporibus facit : Herennius Philo apud Stephanum eamdem existimat, de qua Herodotus lib. I, c. 184, quam Nitorcidi præcessisse ait πέντε γενεαῖς, sive, ut legendum alii conjiciunt, πεντεκαίδεκα : eaque ratione commodius faciunt utramque in eadem tempora unamque personam concurrere. Illis enimvero probata est, quam supra exposuimus, Herodoti sententia de imperii Assyriorum initiis; ac sane multo rectius existimant, ad hæc circiter tempora ejus monarchiæ primordia detrudentes. Videsis quæ ibi disputata sunt nobis : N. quoque Abramum in Pharo lib. VI, cap. 7 et seq. Liceat his novum argumentum addere ex Fabulis; siquidem Penthesileam Amazonum principem longe celeberrimam veteres Grammatici apud Casaubonum ad Sueton. Jul. Cæs. cap. 22, tradunt Semiramidis aviam exstitisse : hanc porro ipsam Justinus, et Quintus Smyrnæus Ilio obsesso suppetias tulisse, ac suscepisse expeditionem in Phrygiam, referunt.

[b] In Parmensi ms. isthæc de Phinees pontificatu periocha desideratur.

[c] Latinis Hygino, et Servio *Hypermestra*. Græcis autem Diodoro lib. IV, Apollodoro lib. I, atque aliis, Ὑπερμνήστρα dicitur. Scaliger, qui hæc post adhuc annos sex differt, notat illum Hygini locum c. 168, *Hypermestræ, et Lynceo fanum factum est* : ex eoque colligit, fortasse ipsi etiam Hypermnestræ post mortem ἡρῷον constitutum.

[d] Hæc historia, Schurzfleischio teste, in tribus Palatin. mss. Sichardi editione, et novo codice, quem cum primo Palatino comparavit toties laudatus Antiquarius, ad numerum 573 relata est : apud Scaligerum ad 579. Addit porro ille, male se in Græco Syncelli textu Φιλομήλα τοῦ Πανδίωνος legi. Tum fabulæ, inquit, quæ de iis narrantur, apud omnes mythologos prostant. Vide et Apollodori Biblioth. lib. III et Cononem apud Photium cod. 186, pag. 439, ut alios multos prætercam. Altera ad hunc numerum pericopa, *Rhadamanthus et Sarpedon Reges Lyciorum*, in primo Palatino ad numerum 583 collocatur. B Ibi subscripsit Antiquarius more suo: *In novo codice ponitur hæc historia supra ad numerum* I *Pandionis*. Atque ad eum numerum istam cæteri Palatini et Sichardi editio legit.

[e] Primus Palatin. ms. referente Schurzfleischio, raptum hunc Europæ refert ad num. 585, ibique annotat Antiquarius, ita quoque in veteri esse libro, at in novo codice haberi ad annum hunc 3 Pandionis, quemadmodum et reliqui tres Palatini codices et Sichardus præscribunt.

[f] Diversos (quod sæpe monuimus) auctores habet Eusebius, quorum sententias refert : proinde inju-

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 22 | 12 | 51 | 42 | 5 | |
| 3 | 23 | 13 | 52 | 43 | 6 | |
| 4 | 24 | 14 | 53 | 44 | 7 | |
| 5 | 25 | 15 | 54 | 45 | 8 | |
| 6 | 26 | 16 | 55 | 46 | 9 | |
| 7 | 27 | 17 | 56 | 47 | 10 Melus, et Paphus, [b] et Thasus, et Callista urbes conditæ. | |
| 8 | 28 | 18 | 57 | 48 | 11 | 590 |
| 9 | 29 | 19 | 58 | 49 | 12 | |
| 10 | 30 | 20 | 59 | 50 | 13 | |
| | *Sicyoniorum XVII*, [a] *EPOPEUS, an.* 35. | | | *Argis XI, LYNCEUS an.* 41. | | |
| 11 | 1 | 21 | 60 | 1 | 14 Bithynia [c] condita a Phœnice, quæ prius Mariandina vocabatur. | |
| 12 | 2 | 22 | 61 | 2 | 15 | |
| 13 | 3 | 23 | 62 | 3 | 16 | |
| 14 | 4 | 24 | 63 | 4 | 17 Linus [d] e Thebis, et Zethus, et Amphion in musica arte clarescunt. | |
| 15 | 5 | 25 | 64 | 5 | 18 | |
| 16 | 6 | 26 | 65 | 6 | 19 | |
| 17 | 7 | 27 | 66 | 7 | 20 Idæi [e] Dactyli his temporibus erant, qui et ferrum repererunt. | |
| 18 | 8 | 28 | 67 | 8 | 21 | 600 |
| 19 | 9 | 29 | 68 | 9 | 22 Amphion [f] et Ze- | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων ιζ', ἐβασίλευσε ΕΠΟΠΕΥΣ ἔτη λε'. Idem pag. 49.

Μῆλος καὶ Θάσος καὶ 'Αλκίσθη ἐκτίσθησαν. Idem ibidem.

'Αργείων ια', ἐβασίλευσε ΛΥΓΚΕΥΣ ἔτη μα'. Ex Syncello pag. 124.

Βιθηνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος, ἡ πρὶν Μεριανδινὴ καλουμένη. Syncell. pag. 126.

Λῖνος, καὶ 'Αμφίων καὶ Ζῆθος λυρικοὶ Θηβαῖοι καὶ μουσουργοὶ ἐγνωρίζοντο. Idem ibidem.

'Ιδαῖοι Δάκτυλοι σίδηρον εὑρόντες, κατὰ τούτους ἦσαν. Idem ibidem.

'Αμφίων καὶ Ζῆθος Θηβαίων... ἐβασίλευον. Idem ibidem.

## NOTÆ.

ria reprehenditur a Scaligero, quod eodem anno (quod cætera falsum est, ut vides) et Europam raptam, et Cadmum Thebis regnasse scribat, cum multa inter utrumque gestum Cadmo contigerint.

[a] Falso Scaliger docet, Pausaniæ Epopea priori loco poni antea Coraca. Κόρακος, inquit ille, δὲ ἀποθανόντος ἄπαιδος ὑπὸ τοῦτον καιρὸν 'Επωπεὺς ἀφικόμενος ἐκ Θεσσαλίας ἔσχε τὴν ἀρχήν. *Corace vero sine liberis mortuo, Epopeus, qui id temporis e Thessalia venerat, imperium sibi vindicavit.* Scias porro ipsum, quem laudamus in Græcis, Syncellum solos ei annos 32 attribuere.

[b] Vitiosa methathesi, ut vides, legitur in Græcis apud Syncellum, Ἀλκίσθη, pro Καλλίστη. Latius porro de harum urbium conditu disputat Scaliger in Notis, quem adito, si lubet. Schurzfleischius ait: Ad hunc numerum natales harum urbium revocantur etiam in Sichardina editione, et tribus PPP. libris, atque in novo codice, quem inspexit Antiquarius, qui ad primum Palatinum id notavit. Ille tamen cum veteri scripto aliter eam ordinat. Cæterum Melus Sichardinæ editioni non recte vocatur *Mellus*. Namque et apud Syncellum p. 158, edit. Paris. Μῆλος habetur. Vide de ea Strabonem lib. x, p. 484, Stephanum in ΜΗΛΟΣ, Eustathium ad Dionysium vers. 530, Scylacem p. 19, tom. I Geograph. min. et alios.

[c] Recole quæ paulo superius ad num. 567 de hac ipsa historia diximus. Diximus vero com primis peccare librariorum culpa nomen *Phœnicis*, restituendumque esse *Phinidis*.

[d] Post quatuor annos in Scaligeri editione hæc habentur, sive ad num. 600. Replicat porro in Notis, Linum Thebæum non esse hujus temporis, cum fuerit æqualis Herculi, a quo interfectus est magi-

A ster ingrato discipulo. Scilicet una illa erat de Lino apud Veteres sententia. At vero ab Apolline, cui se cantu conferebat, occisum, tradit Pausanias in Bœoticis cap. 29, alterum vero ab eo esse ac juniorem Linum, quem Hercules interfecit. Nunc notat et Clemens Alexandrinus I Stromatum. Homerus Iliad. XVIII, vers. 570. Inter alia, quæ in Achillis scuto Vulcanus efformaverat, puerum citharœdum memorat canentem Lini fata: quem locum de Latino infante Apollinis filio, qui a canibus discerptus fuit, scholiastes exponit. Aliter, atque ii quidem accuratius, explicant veteres critici in scholiis ad hunc locum nondum editis, quæ pridem fuerunt Isac. Vossii. Videsis Spanhemium ad Callimachi Hymnum in Delum v. 253. Porro autem primus Palat. ms. legit *Linus et Thebis et Amphion*, pro quo mavult Schurzfleischius legere, *Linus Thebis, et Zethus et Amphion*, etc. Scaliger habet, *Linus Thebæus*, etc.

[e] Ab Idæ montis incendio notat Clemens lib. I B Stromat. ex Thrasyllo Chronographo, quosdam sapientes, qui circa illum Phrygiæ montem incolebant, artem excoquendi ferri excogitasse. Dicti autem Dactyli, eo quod quinque essent, a digitorum numero videntur. Vide Strabonem lib. x, et apud eum Sophoclis testimonium; Diodorum quoque lib. V et XVII, auctorem Phoronidis apud scholiastem Apollonii ad lib. I, vers. 1129. Nihilo secius Chalybum hoc inventum fuisse, Callimachus, et ex eo Catullus, volunt. Scaliger ex mss. *qui ferrum repererunt*, legit, *et* vocula prætermissa.

[f] Dicemus hac de re inferius, cum eadem periocha recurret ad num. 641. Atheniensium itidem, ut hic habetur, 22.

| *Assyriorum.* | *Sycioniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | thusThebis regnabant. | |
| | | | *MENOPHIS* [b] *annis* 40. | | | |
| 20 | 10 | 30 | 1 | 10 | 23 In Dardania regnavit Erichthonius filius Dardani. | |
| 21 | 11 | 31 | 2 | 11 | 24 | |
| 22 | 12 | 32 | 3 | 12 | 25 Ea quæ de [c] Demetra, quam aiunt esse Isidem deam Ægyptiorum, et Danae, ex qua Perseus nascitur, dicuntur, his sunt gesta temporibus. | |
| 23 | 13 | 33 | 4 | 13 | 26 | |
| 24 | 14 | 34 | 5 | 14 | 27 | |
| 25 | 15 | 35 | 6 | 15 | 28 Ephyra [d] quæ nunc Corinthus vocatur, a Sisypho condita. | |
| *Assyriorum XIX* [a] *BELLEPARES*, *annis* 30. | | | | | | |
| 1 | 16 | 36 | 7 | 16 | 29 Armonia [e] rapta a Cadmo. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ιθ', ἐβασίλευσε ΒΑΛΕΤΟΡΗΣ ἔτη λ'. Syncell. pag. 117.

Αἰγυπτίων ις', ἐβασίλευσε ΜΕΝΩΦΙΣ ἔτη μ'. Eusebius apud Syncellum pag. 58.

Δαρδανίας Ἐριχθόνιος Δάρδανος ἐβασίλευσεν. Id. ibid.

Τὰ κατὰ Δήμητραν, ἣν τινες Ἶσιν φασί. Καὶ τὰ περὶ Δανάην, ἐξ ἧς ὁ Περσεὺς κ. τ. λ. Syncell. pag. 129.

Ἐφύρα, ἡ νῦν Κόρινθος, ὑπὸ Σισύφου ᾠκίσθη. Idem pag. 126.

Ἁρμονία ἡρπάγη ὑπὸ Κάδμου. Idem pag. 126.

## NOTÆ.

[a] Primus Palatin. ms. *Beelloparen*, Gobelinus Persona *Belleparem*, Scaliger in Græcis Βαλατόρην, alias Βαλατόρον vocant. Excerpta Barbaro-Latina *Belleroparum*.

[b] *Menophes* hic, teste Schurzfleischio, in ms. Palat., et Sichardina editione *Menophis* vocatur. In Scaligerana Eusebii sylloge lib. II eodem modo Μένωφις habetur. Syncellus, p. 72 ed. Par., hunc regem ab Africano Ἀμμενεμνῆν, ab Eusebio vero, p. 73, Μέμωφιν vocatum esse tradit. Ipse ille Syncellus eum, p. 160, Ἀμενοφὶν appellat, qui tamen correcte lib. I sylloges Eusebianæ, p. 3, Ἀμένωφις nominatur.

[c] Schurzfleischius ait : In primo Palatino et postrema legitur, *Ea*, *quæ Diana*, et reliqua. Secundus et tertius scribunt, *Ea*, *quæ Demetra*. Alii codd. *Danaen* in *Dannem*, vel *Danen* immutant. Etiam pro *his fuere*, nonnulli libri scripti habent, *his sunt*. Fabulam de Danae optime persecutus est scholiasta Apollonii ad lib. IV, vers. 1091, et Horatiani interpretes ad lib. III carminum, neque non Bocatius lib. II, cap. 25. De Diana nihil est in Græco textu neque apud Syncellum ed. Par. p. 161. Possit tamen fortasse locus ita scribi : *Ea*, *quæ de Demetra*, *quam Isidem esse aiunt*, *et Diand*, *et Danae*, *ex qua Perseus nascitur*, *dicuntur*, *his sunt gesta temporibus.* Isidem esse τὴν Δήμητραν, commemorat etiam Diodorus Siculus. Deinde Æschylus docuit, Dianam non Latonæ, sed Cereris esse filiam. Pausanias Arcad., cap. 37 : Δήμητρος δὲ Ἄρτεμιν, inquit, θυγατέρα εἶναι, καὶ οὐ Λητοῦς, ὄντα Αἰγυπτίων τὸν λόγον, Αἰσχύλος ἐδίδαξεν Εὐφορίωνος τοὺς Ἕλληνας. *Cereris vero filiam*, *non Latonæ*, *Dianam fuisse*, *ab Ægyptis acceptum sermonem Græcos docuit Æschylus Euphorionis filius.* Si proinde Ceres hoc tempore vixit, filiam ejus Dianam parum ab eo abfuisse, quis negabit?

[d] Videtur Scaligero hic Sisyphus debuisse inferius ad numer. 715 plus minus referri : siquidem ab eo ad Alenten (scribe *Aletem*) Heraclidam, qui Sisyphidas regno Corinthi evertit, sunt generationes sex, id est anni 200. Scilicet Paterculum, ut opinor, lib. I, cap. 3, auctorem habet Scaliger his verbis: *Aletes sextus* (editi libri *quintus*) *ab Hercule*, *Hippotis filius*, *Corinthum*, *quæ antea fuerat Ephire*, *claustra Peloponnesi continentem in isthmo condidit*, etc. Paria tamen habet Pausanias in Corinthiacis, cap. IV : *Thoas*, *Ornitionis filius* (*Sisyphi nepos*), *Corinthi mansit. Is Demophontem genuit*, *Demophon Propodam*, *Propodas Doridam et Hyantidam. His regnantibus*, *Dorienses exercitum*, *duce Alete*, *Hippotæ filio*, *contra Corinthum duxerunt*, etc. Attamen notæ melioris chronologi, quos inter, ut quempiam laudem de nomine, Simsonius, ab Sisypho ad Aletem annos ultra trecentos numerant : nec est illa generationum certa usque adeo ratio, cum et solidos centum annos pro unaquaque generatione alii supputent. Nestor apud Ovid. :

Vixi annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.

Sed et reliquæ Eusebianis calculis circumstantiæ consonant. Sisyphus uxorem duxit Meropem, Atlantis filiam, ut scribit Apollodorus lib. I. Homerus Iliad. VI, vers. 152 :

> Ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο
> Ἔνθα δὲ Σίσυφος ἔσκεν, ὁ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν
> Σίσυφος Αἰολίδης,

quam scholiastes fabulam luculentius exponit ex Pherecide. Conveniunt et illa quæ de Asopi filia Ægina narrant, cujus raptorem Jovem Sisyphus indicavit, ut legere est apud Apollodorum, lib. I, et Pausaniam in Corinthiacis cap. 5, quo loco et pactam de indicio mercedem ab Asopo commemorat, et quas propterea pœnas ipse luit apud inferos. Cæterum hunc cum cognomine Sisypho, qui Anticleam Ulyssis matrem compresserit, poetæ videntur confundere.

[e] Biennio post Scaliger periocham hanc differt; et quoad historiam in notis laudat unice Athenæum lib. XIV. Serius multo habent Palatin. ms. primus et Sichardi editio ad num, 628, qui et vitiose legunt *Armenia capta* : nec satis bene Parmensis cod. *Armonia capta*, et Victorinus *Hermiona rapta*. Porro Martis illam et Veneris filiam fuisse, poetæ fabulantur. Hesiodus,

> Κάδμῳ δ' Ἁρμονίη θυγάτηρ χρυσῆς Ἀφροδίτης
> Ἰνὼ καὶ Σεμέλην κ. τ. λ.

Paria habet Pausanias in Arcad. cap. 5. Arrianus autem apud Eustathium ad Dionys. v. 391, et Diodorus Siculus lib. V, Dardani eam et Jasionis sororem fuisse

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum,* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 17 | 37 | 8 | 17 | 30 [c] Minos, filius Europæ, regnat in Creta. | |
| 3 | 18 | 38 | 9 | 18 | 31 | 610 |
| 4 | 19 | 39 | 10 | 19 | 32 Cadmea condita est, [d] et Side in Cilicia. | |
| 5 | 20 | 40 | 11 | 20 Pelops [b] apud Argos regnavit annis 59, a quo Peloponnesus vocata. | 33 | |
| | | *Hebræor. AOD,* [a] *ex tribu Effrem, an.* 80. | | | | |
| 6 | 21 | 1 | 12 | 21 | 34 Eleusinæ Celeus regnavit, [e] coævus Triptolemo, quem Philochorus ait longa navi ad urbes accedentem distribuisse frumenta, et ob id dedisse suspicionem, quod navis ejus serpens pinnatus fuerit : et est figura quæ possit recipi. | |
| 7 | 22 | 2 | 13 | 22 | 35 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

[a] Ἑβραίων ἦρξε ΑΩΔ ἐκ φυλῆς Ἐφραΐμ ἔτη π'. Ex Chron. Pasch. pag. 63.

Ἐβασίλευσε τοῦ Ἄργους Πέλοψ. Syncell. pag. 124.

Ἀπ' αὐτοῦ ἡ Πελοπόννησος ὠνομάσθη. Idem p. 128.

Μίνως Κρήτης ἐβασίλευσεν, ὁ Εὐρώπης. Idem ibidem.

Καδμεία ἐκτίσθη, καὶ Σίδη ἐν Κιλικίᾳ. Idem ibidem.

Ἐλευσῖνος πόλεως Κελεὸς ἐβασίλευσε, καθ' ὃν Τριπτόλεμος ἦν, ὅν φησιν ὁ Φιλόχορος μακρῷ πλοίῳ προσβαλόντα ταῖς πόλεσι τὸν σῖτον διδόναι, ὑπονοεῖσθαι δὲ πτερωτὸν ὄφιν εἶναι τὴν ναῦν, ἔχειν δέ τι καὶ τοῦ σχήματος. Idem ibidem.

## NOTÆ.

docent. *Cadmus*, hic inquit, *ad Europam investigandam profectus, in Samothracem divertit, et particeps Sacrorum ibi factus, Harmoniam uxorem ducit, Jasionis sororem, non Martis filiam, ut Græci fabulantur.*

[a] Ad tituli instar in Parmensi est ms., *Hebræorum Aoth an.* 80. Tum versu novo atque numero, *I Aoth Judex ex tribu Ephraim.* In Græcis Scaligeranis illud præ cæteris male habet, quod ἐκ φυλῆς Ἰούδα hic dicitur pro *Ephraim.* Cæterum solos Aodo annos imperii νς', id est 56, tribuit ipse, quem laudamus, Chronici Paschalis auctor, a quo et reliqua de Gothonielem secuta Hebræorum servitute repetenda sunt, neque enim Eusebiana ipsa verba suppetunt hic loci.

[b] Qui Pelopem ad hæc retulerunt tempora, quos hic auctores habet Eusebius, nihil dubium est, Tantalum ejus patrem, ad ea quæ series petebat, superiora proxime retulisse, aut hoc certe Pelopis gestum aliis præcessisse patris ejus adviventis putarunt. Nullus itaque est, quem Scaliger improperat, anachronismus Eusebii, qui Pelopis imperium in Argivos his temporibus, patris vero ejus Tantali in Phrygas inferius ad num. 654 vel 657 refert. Cæterum ut scias, quam varie de his olim apud sæculum prius fuerint sententiæ, et ut poetarum magis fabulas, quam historicam probabilitatem sapiant, vide quod ait Strabo lib. IV, pag. 981, Οἱ ποιηταὶ δέ, μάλιστα οἱ Τραγικοί, συγχέοντες τὰ ἔθνη κ. τ. λ., Apollonium quoque Argonaut. lib. II, qui Paphlagonibus imperasse Pelopem dicit, cumque Ἐνετήϊον vocat; quo loco notatum scholiastæ, aliis auctoribus (puta Pindaro et Pausaniæ) Lydum dici, utramque vero sententiam Euphorioni probari. Adde his Hyginum cap. 82 et 83, inque ea loca Munkeri notas.

[c] Concinunt Parmensis et Palat. primus ms. et Sichardi editio. Scaliger biennio post refert, qui abs Clemente pariter et Tatiano ad hæc tempora sub Lynceo Minoa referri notat. Cum eo facit etiam Gobelinus Persona, qui *anno quarto Belloparis* regnasse eum tradit : atque in hoc ipso Eusebium sequi se profitetur. Quod autem Malala, pag. 105, primum Cretæ regem eum sentit exstitisse, cum plures tamen alii ante eum tum Eusebio, cum aliis scriptoribus memorentur, ex eo explicat Schurzfleischius, quod ille πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημέρωσε νόμοις καὶ πολιτείαις Id significare voluit etiam Homerus Odys., lib. XIX, vers. 178, ubi Minoa in civitate Cnosso Jovis confabulatorem per novennium fuisse canit,

. . . . ἔνθα τε Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

sive *nono quoque anno*, ut vocem illam Homeri ἐννέωρος explicat Plato in Minoe, quem videsis. Ex eo Valerius Maximus lib. I, c. 2 : *Minos, Cretensium rex, nono quoque anno in quoddam præaltum, et vetusta religione consecratum specus secedere solebat, et in eo moratus, tamquam a Jove, quo se ortum ferebat, traditas sibi leges prærogabat.* Confer Strabonem quoque, lib. X et XVI, et Aristotelem, Politic. lib. II, c. 8.

[d] Annotat Scaliger Cadmeam Thebarum fuisse arcem, ut erat Capitolium Romæ. De Side autem, hallucinatio, inquit, duplex est : primum quod nulla Side est in Cilicia, sed in Pamphylia, in qua naves suas fabricabant Cilices. Deinde quod duæ mulieres Sidæ fuerunt : altera filia Mentauri, uxor Moli, a qua dicta urbs Pamphyliæ : altera Danai filia, uxor Orionis, a qua Side, urbs Bœotiæ, de qua hic intelligendum esse duo convincunt, tempus et locus. Tempus, quod Side est σύγχρονος τῷ Λυγκεῖ, utpote filia Danai ; locus, quia Cadmia, de qua prius loquebatur, est in Bœotia : ut has duas eodem tempore, eodem loco conditas fuisse auctor is scripserit, unde hæc deprompsit Eusebius. Hæc ille ; verum Pausanias in Laconicis c. 12, a Side, Danai filia, urbem antiquissimam Laconiæ, non, ut ait Scaliger, Bœotiæ, Sidem appellatam refert. Videsis et Apollodorum lib. I, et Strabonem IX, etc.

[e] Ita ferme Justinus lib. II, cap. 6, ad ejus, qui pone sequitur, Erechthei tempora, Triptolemi gestum hoc refert. *Per ordinem*, inquit, *successionis regnum ad Erechtheum descendit, sub quo frumenti sa-*

| *Assyriorum.* | *Sicyoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 8 | 23 | 3 Post Gothonielem, Hebræos habuerunt alienigenæ subjectos annis 18, qui copulantur temporibus Aod secundum Judæorum traditiones. | 14 | 23 | 36 | |
| 9 | 24 | 4 | 15 | 24 | 37 | |
| 10 | 25 | 5 | 16 | 25 | 38 | |
| 11 | 26 | 6 | 17 | 26 | 39 | |
| 12 | 27 | 7 | 18 | 27 | 40 Achaia [a] ab Achæo condita. [b] *Atheniensium VI, ERICHTHEUS, an.* 50. | |
| 13 | 28 | 8 | 19 | 28 | 1 Fabula Proserpinæ, [c] quam rapuit Aedoneus, id est, Orcus, rex Molossorum, cujus canis, ingentis magnitudinis, Cerberus nomine, Pirithoum devoravit, qui ad raptum uxoris cum Theseo venerat, quem et ipsum jam in mortis periculo constitutum adveniens Hercules liberavit, et ob id quasi ab inferis receptus dicitur, ut scribit Philochorus in Attidis libro secundo. | 620 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀχαία ὑπὸ Ἀχαιοῦ ἐκτίσθη. Idem ibidem.

Κόρης ἁρπαγὴ Περσεφόνης ὑπὸ Ἀϊδωνέως τοῦ Μολοσσῶν βασιλέως, ὃς εἶχε κύνα παμμεγέθη τὸν λεγόμενον Κέρβερον, ᾧ τὸν Πειρίθουν ὕστερον διεχρήσατο παραγενόμενον ἐφ' ἁρπαγῇ τῆς γυναικὸς Θήσει. Θησέα δὲ παρατυχὼν Ἡρακλῆς ἐῤῥύσατο μέλλοντα διαφθείρεσθαι..... (διὰ τοῦτο) ἐξ ᾅδου νομίζεται Θησεὺς ἀνεληλυθέναι, ὡς Φιλόχορος ἱστορεῖ ἐν Ἀτθίδος δευτέρῳ. Idem ibidem.

## NOTÆ.

*tio apud Eleusin a Triptolemo reperta est*, etc. Paria habet Marmor 1 Arundellianum, cujus doctissimos interpretes adito. Videsis et quæ nos paulo superius hac ipsa de historia diximus. Porro autem legit primus Palatin., *quod navis ejus pinnatus fuerit, et figura, qua possit recipi :* minus quidem recte, *serpens enim pinnatus*, aut *pennatus* habent plures ac meliores notæ libri. Explicant alii, ut supra innuimus, Navis ejus παράσημον fuisse Draconem. Scaliger μακρὰν ναῦν putat, quam Serpentem vocarint propter longam figuram : alatum vero fingi propter vela, vel etiam remos, quæ minime insolens comparatio est apud Græcos. Verum de curru, non de navi loquuntur Veteres plerique omnes. Pausanias ipse in Achaic., cap. 18, ἅρμα vocat, et est apud nos in domestico Musæolo vetus lucerna fictilis, insignis raritatis, atque operæ, Triptolemum repræsentans vectum curru rotis instructo, quem duo alati serpentes trahunt. Servius neque currum proprie nominat, neque navim ; sed absolute *Triptolemum*, ait ab Cerere, *alatis serpentibus superpositum*. Schurzfleischius, ut ἀκύρως τὸ ἧρμα diei significet Græcis Latinisque scriptoribus, multa e recentioribus eritieis testimonia attexit, quibus id ipsum observatum est antea : puta Muretum, Gifanium, Barthium, Ph. Carolin. V. L. Gronovium, Carrionem, Meursium, Falkenburgium, Rittershusium, etc. Quod additur, *et est figura qua possit recipi*, etc. Scaliger, utpote alio sensu redditum Latine abs Hieronymo, improbat pro his, *et quidem aliquid ejus figuræ habuisse :* perinde atque certo constaret, aut uno argumento probasset ille antea, Græca apud Syncellum ἔχειν δέ τι καὶ τοῦ σχήματος, ipsa illa fuisse Eusebii, quæ S. Interpres ob oculos habebat.

[a] Scilicet, quæ in Achaia urbes sunt. Docet et Strabo, lib. VIII, Tetrapolin ab Achæo conditam : sic enim vocabatur regio, quæ quatuor hisce urbibus constabat, Oenoa, Marathone, Tricorytho, Probalintho. Cætera videsis apud Pausaniam in Achaic. cap. 1.

[b] Subdit Scaliger nova periocha, *Hic Pandionis filius fuit, sub quo cœpere mysteria :* quorum nec vola nec vestigium est in iis, quibus utimur, libris. Prætereundum tamen non est, quod illustriss. J. Mansius in Commentario de Lucensi codice, de quo initio Chronici diximus, locum hunc in exemplum affert eorum, quibus nos Scaligerum ait inclementer accepisse, eique temeritatis inussisse notam. Judicet æquus lector. Diximus, nec volam nec vestigium esse in nostris codicibus verborum quæ ille addit, *Hic Pandionis*, etc. Si Scaligerum hoc est inclementer habuisse, ac temeritatis accusasse, quid erit clementer accipere. Res prout se habet in mss. nostris refertur, nec quæ plus habent Scaligerana, verbo tenus reprehenduntur. Sed hæc missa faciamus. Ait Mansius verba illa : *Hic Pandionis filius*, etc., haberi Lucensis ms., *margini adscripta seu glossema seu mavis additamentum*. Nequaquam igitur erant inserenda textui, quæ codex ipse ad marginem rejecit. Tantum adeo abest, ut Scaligero Codex ille suffragetur, quin potius condemnet. Unum annotasse præstabat, pro *Erichtheus* legi in Lucensi ms. *Erichthonius*.

[c] Satis abunde hac de fabula dictum paulo superius. Scaliger, qui magnum anachronismum com-

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 14 | 29 | 9 | 20 | 29 | 2 | |
| 15 | 30 | 10 | 21 | 30 | 3 | |
| 16 | 31 | 11 | 22 | 31 | 4 | |
| 17 | 32 | 12 | 23 | 32 | 5 | |
| 18 | 33 | 13 | 24 | 33 | 6 | |
| 19 | 34 | 14 | 25 | 34 | 7 | |
| 20 | 35 | 15 | 26 | 35 | 8 Dionysus, [c] qui Latine Liber pater, nascitur ex Semele. | |
| | *Sicyonior. XVIII*, [a] *LAOMEDON*, 40. | | | | | |
| 21 | 1 | 16 | 27 | 36 | 9 Erichthei [d] filiam Orithyiam Boreas Astræi filius Thrax rapuit, quem fabulæ ventum confingunt. | |
| 22 | 2 | 17 | 28 | 37 | 10 | |
| 23 | 3 | 18 | 29 | 38 | 11 | 630 |
| 24 | 4 | 19 | 30 | 39 | 12 Sub hoc et mysteria cœperunt. | |
| 25 | 5 | 20 | 31 | 40 | 13 | |
| 26 | 6 | 21 | 32 | 41 | 14 Ea [e] quæ de Perseo dicuntur, tunc gesta sunt. | |
| | | | | *Argivorum XII*, [b] *ABAS an.* 23. | | |
| 27 | 7 | 22 | 33 | 1 | 15 Secundum quorumdam | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων ιη', ἐβασίλευσε ΛΑΟΜΕΔΩΝ ἔτη μ'. Syncell. pag, 99.

Ἀργείων ιβ', ἐβασίλευσεν ΑΒΑΣ ἔτη κγ'. Ex Syncell. pag. 124.

Διονύσου γένεσις ἐκ Σεμέλης. Syncell. pag. 126.

Ἐρεχθέως θυγατέρα. Βορέας υἱὸς Ἀστραίου Θρὰξ ἥρπασεν Ὠριθυίαν· ὁ δὲ μῦθος τὸν ἄνεμον, ὡς Φιλόχορος ἐν τῷ δευτέρῳ φησίν. Syncell. pag. 128.

Ἐπὶ τούτου δὲ καὶ τὰ λεγόμενα μυστήρια ἤρξατο. Idem ibidem.

Κατὰ τούτους Φρίξος, ὃς ἔδοξέ τισιν ὀχεῖσθαι ἐπὶ χρυσομάλλῳ κριῷ, ἅμα τῇ ἀδελφῇ Ἕλλῃ φεύγων μητρυιὰν ἐπιβουλεύουσαν, εὐτύχησε πλοίου, ᾧ τὸ παράσημον κριὸς ἦν. Παλαίφατος δὲ Κριόν φησι καλεῖσθαι τὸν σώσαντα αὐτοὺς τροφέα. Syncell. pag. 129.

## NOTÆ.

missum hic notat, quod longius ab his distet sæculum Thesei, minime tamen diffitetur loqui Eusebium ex Tatiani mente, quem in tempora Lyncei τὴν κόρης ἁρπαγὴν contulisse, compertum est. Cætera laudat Tzetzem, qui versibus hanc prosecutus est fabulam; in Hieronymo autem tantum non reprehendit, quod verbum διεχρήσατο verterit *devoravit*. Verum ita fuisse apud Eusebium, quod Syncellus mutarit, hoc demum loco sentire incipit.

[a] Syncellus huic tres præterea annos elargitur. Pausaniæ autem, quod et antea notatum est, non Laomedon dicitur, sed Λαμέδων.

[b] Atque hujus annos Syncellus ad triginta septem exaggerat: Scaliger in Græcis solos viginti ei tribuit. Verum ille Syncelli locus in Regio ms. plane desideratur, interpolatusque est ex Eusebio Latino: tametsi ex subsequentis Lyncæi ætate, et communi ad Mundi annos summa, triginta septem illos ab eo ascriptos fuisse, colligitur. Hujus Abantis mentio est apud Pindarum Pyth. Od. 8, quem locum, ut et scholiastæ, Scaliger laudat. Pausanias in Phocicis cap. 35, urbem Ἄβαι conditam ab hoc narrat: addit Aristoteles ab eo profectos esse civitate Abantas Eubœæ incolas, atque inde nomen accepisse. Tu videsis Strabonem lib. x. Prætus, qui hujus filius est ex Ocalea, ut refert Apollodorus lib. II, a Clemente Alexand. lib., I, Stromatum ipsi Abanti præponitur.

[c] Atque hæc de Dionysi ortu superius attigimus, et vulgatissima sunt apud Mythographos.

[d] Proxime ante Erechtheum num. 619 hanc de Orithyiæ raptu fabulam recenset Scaliger, jungitque continua serie, *ventum fuisse confingit : et sub hoc mysteria cœperunt;* quæ in Palatino primo ms. serius ad decimum quartum Erechthei annum referuntur. Recensio hæc nostra, cui et Sichardina, aliæque consentiunt, fortasse melior ipsimet demum Scaligero visa est. Latius porro ille in Notis de hac fabula, deque mysteriorum inventione agit. Propius ad rem Schurzfleischius notat, Βορεασμὸν diem festum in Boreæ honorem institutum, Athenienses celebravisse, de quo multa sunt apud Herodotum et Hesychium, multa etiam habet Spanhemius ad Callimachum, nonnulla et nos supra ad num. 544, quo primum loco occurrit. Adde quod Hermeas Platonicus apud Eustathium ad Dionys. vers. 425: βασιλικὴν παῖδα τὴν Ὀρείθυιαν κατὰ κρημνοῦ ὑπονοεῖ ὠσθῆναι ἀνέμῳ Βορρᾷ καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ λεχθῆναι ἁρπασθῆναι αὐτὴν ὑπὸ τοῦ Βορρᾶ.

[e] Superiori proxime anno primus Palatin. ms. hæc annectit, et quæ subsequentem periocham de Phrixo spectant verba, *Secundum quorumdam opinionem*, continenti serie isti subjungit. Fortasse iisdem verbis et hanc conclusit, et subsequentem auctor inchoavit: congruit enim utrique recte ea clausula. Præcedentem de Mysteriorum inventione Sichardus in unum conflavit cum ista ad hunc modum: *Sub hoc et mysteria cœperunt ea, quæ de Perseo dicuntur.* Scaliger triennio hæc de more anticipat: quod autem pronuntiat in Notis, locum Perseo hic non esse, siquidem nepos fuit Acrisii, qui 43 annis post hoc tempus regnare cœpit, in promptu est refutare ex varia Antiquorum his de rebus sententia. Vetustus chronographus apud Clementem lib. Stromat. I, ex cujus hic fortasse loquitur sensu Eusebius, annos quindecim numerat a raptu Ganymedis ἐπὶ τὴν Περσέως στρατείαν. Noster si Persei nativitatem ex Danae et Jove notat, sive illud, quod subire coactus est per mare in arca lignea cum matre conclusus, mortis discrimen, omnium optime cum illo consentiet. Verum quis nescit, quantum isthuc fabularum sit? Confer Hesiodum in Theogonia, Varronem apud Servium ad lib. v Æneidos, Zenobium Parœmiographum, et quod superest mythographorum.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | [c] opinionem, hac ætate Phrixus cum Helle sorore sua fugiens insidias novercales visus est per mare vehi ab Ariete velleris aurei. | |
| 28 . . . | 8 . . . | 23 . . . . . . | 34 . . . . . . | 2 . . . . . . . . | 16 . . . . . . . . . | |
| 29 . . . | 9 . . . | 24 . . . . . . | 35 . . . . . . | 3 . . . . . . . . | 17 . . . . . . . . . | |
| 30 . . . | 10 . . . | 25 . . . . . . | 36 . . . . . . | 4 . . . . . . . . | 18 Fuit autem navis ei parata fugienti, cujus insigne Aries erat. Porro Palæphatus affirmat, Arietem vocatum nutritorem, per quem liberatus est. | |
| *Assyriorum XI, LAMPRIDES, an.* [a] 32. | | | | | | |
| 1 . . . | 11 . . . | 26 . . . . . . | 37 . . . . . . | 5 . . . . . . . . | 19 . . . . . . . . . | |
| 2 . . . | 12 . . . | 27 . . . . . . | 38 . . . . . . | 6 . . . . . . . . | 20 . . . . . . . . . | |
| 3 . . . | 13 . . . | 28 . . . . . . | 39 . . . . . . | 7 . . . . . . . . | 21 . . . . . . . . . | 640 |
| 4 . . . | 14 . . . | 20 . . . . . . | 40 . . . . . . | 8 . . . . . . . . | 22 Thebis [d] expulso Cadmo, Amphion et Zethus regnaverunt. | |
| | | | *Ægyptiorum* [b] *DYNASTIA XIX, an.* 194. *Suo imperatore uti cœperunt quorum primus ZETHUS, an.* 55. | | | |
| 5 . . . | 15 . . . | 30 . . . . . . | 1 . . . . . . | 9 . . . . . . . . | 23 . . . . . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων κʹ, ἐβασίλευσε ΛΑΜΠΡΙΔΗΣ ἔτη λβʹ. Syncell. pag. 117.

Αἰγυπτίων ἐννεακαιδεκάτη δυναστεία βασιλέων εʹ Διοσπολιτῶν... Ὁμοῦ ἔτη ρϞδʹ. Ex Sync. pag. 58.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσε αʹ ΣΕΘΩΣ ἔτη νεʹ. Eusebius apud Syncell. pag. 58.

Ἀμφίων καὶ Ζῆθος Θηβαίων..... ἐβασίλευον. Syncell. pag. 126.

## NOTÆ.

[a] Syncellus solos *triginta* enumerat : faciunt vero cum auctore nostro etiam excerpta Barbaro-Latina, notante Scaligero.

[b] Legit Scaliger, *Ægyptii per nonam decimam Dynastiam suo imperatore uti cœperunt*, etc. In Notis monet, scriptum fortasse in Græcis αὐτοκρατορεύεσθαι ἤρξατο; sed cum alias quoque Dynastias suos αὐτοκράτορας, aut βασιλεῖς habuisse, compertum sit, quid Eusebius dicat, se non capere profitetur; ac porro præferre se alterius ms. lectionem, quæ habet *Ægypti* XIX *dynastia, quorum primus Sethus annis* 55. Ego illud ita explico ex Diodoro pag. 38 et seqq. Cum Amosim, crudelissimum regem, a suis destitutum, atque odio habitum, Actisanes Æthiops regno spoliasset, hoc mortuo, Ægyptii sui juris facti, *Mendem*, seu *Marum*, indigenam sibi præfecerunt. Hoc autem ipso summa in pace defuncto, longum ἐπὶ γενεὰς πέντε, interregnum fuit : quo demum elapso tempore, *Ceten* (Κέτην) sibi regem elegerunt. Porro non alius hic est, ab Eusebii Setho, aut certe cum nullo propius, quam cum hoc primo XIX dynastiæ rege, sive quoad nominis, sive quoad temporum circumstantias congruit. Syncello dicitur Κῆρτος, quod nullus dubito pro Κῆτος scribi, barbara terminatione ad Græcæ linguæ ingenium inflexa : Eusebii autem Σέθως, tantum non eadem scriptura est. Quod igitur hic ait, tum cœpisse Ægyptios suo imperatore uti, anarchiam illam quinque ætatum notat, qua nullo imperatore utebantur : fortasse etiam *suo* dixit, quod ab Actisane Æthiope usurpata pridem potestas fuerat. Cætera quæ hujus personam atque ætatem spectant, ediscere est a Perizonio Origin. Ægypt. c. 15.

[c] Refutat Schurzfleischius ipse Scaligerum, insultantem Hieronymianæ interpretationi, *secundum quosdam*. Quid enim, ait, sodes, tandem, κατὰ τούτους ἔδοξέ τισιν, aliud notat, quam *secundum quorumdam opinionem hac ætate ?* Religit porro locum corruptum Syncelli, ad hunc modum, κατὰ τούτους Φρίξος ἦν, ὃς ἔδοξε... ἅμα τῇ ἀδελφῇ Ἕλλῃ, φεύγων μητρυιὰν ἐπιβουλεύουσαν. Κατὰ δέ τινας ἔτυχε πλοίου, κ. τ. λ. Ac probo, inquit, quæ scripsi, e scholiis A ad Apollonii lib. I, v. 256, vetustissimis, ubi ita legitur : Λέγεται δέ, ὅτι, τῆς Ἕλλης καταπεσούσης, ἀγωνιῶντι τῷ Φρίξῳ κατὰ Διὸς βούλησιν ἐφθέγξατο, θαρσύνων αὐτὸν, ὁ κριός, διασώσειν αὐτὸν εἰς Σκυθίαν. Ἔνιοι δέ φασιν, αὐτὸν ἐπὶ κριοπρώρου σκάφους πλεῦσαι. Διονύσιος δὲ ἐν βʹ κριόν φησι Φρίξου τροφέα γενέσθαι, καὶ συμπεπλευκέναι αὐτῷ εἰς Κολχούς. Primam opinionem tuetur Pausanias Bœot. cap. 34, et plurimi τῶν μυθολόγων. Alteram probat Diodorus lib. IV, ubi ait, Διαπλεῦσαι γὰρ αὐτόν φασιν ἐπὶ νεώς, προτομὴν ἐπὶ τῆς πρώρας ἐχούσης κριοῦ. Tertiam denique sectatur Apollodorus lib. I, ubi eadem verba e Dionysii Argonauticis citantur, quæ sunt in Scholiis Apollonii, et quæ Eusebius Palæphato ascribit. Porro pro *per mare* in omnibus Palatinis legitur *per aerem*. Quidam codd. ea verba plane omittunt. *Per mare* lectionem Apollonius tuetur, quando, lib. I Argon., vers. 256, canit :

Ὡς ὄφελεν καὶ Φρίξον, ὅτ' ὤλετο παρθένος Ἕλλη,
Κῦμα μέλαν κριῷ ἅμ' ἐπικλύσαι.

B Ὤλετο Ἕλλη, scilicet, ubi ad fretum, quod inter Chersonesum et Sigeum est, perventum fuit. Ibi nempe Helle, mari exstincta, *Hellesponti* nomen mari indidit, quod omnibus est notum. Alii cum scholiasta Comici ad Nubes, vers. 256, Φρύξος, quam Φρίξος, scribere malunt. Vide Plutarchum, περὶ Ποταμῶν, circa finem, ibique Ph. Jacobum Maussacum. Demum Scaliger prolixe in Notis de insignibus navium apud Veteres, παράσημα dicebantur, et a quibus navis ipsa appellabatur, disputat, quem adito, si libet. De Palæphati autem testimonio notat, non τροφέα Arietem dici, sed ἐπὶ τρόπον τῶν χρημάτων : pro quo malim equidem τῶν πραγμάτων legi, quemadmodum in Oxoniensi, ac Londin. codd. habetur, et quod propius accedit ad *nutritorem*, quem ait Eusebius, sive pædagogum, aut œconomum. Cætera e mythologorum vulgo repete.

[d] Nomen *Thebis* Scaliger prætermittit : demum vero recte in Notis : Nycteus, inquit, sub Epopeo, rege Sicyoniorum, erat tutor Labdaci, Cadmi ex filio Polydoro nepotis. Quare ante Epopea necesse est hæc

| Assyrior. | Sicyonior. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 6 | 16 | 31 | 2 | 10 | 24 Ea quæ de Progne [a] et Philomela dicuntur, acciderunt. | |
| 7 | 17 | 32 | 3 | 11 | 25 | |
| 8 | 18 | 33 | 4 | 12 | 26 Bellum, quod sub [b] Eumolpo fuit. | |
| 9 | 19 | 34 | 5 | 13 | 27 Melampus [c] divinus agnoscitur. | |
| 10 | 20 | 35 | 6 | 14 | 28 | |
| 11 | 21 | 36 | 7 | 15 | 29 In Dardania [d] regnavit Tros, a quo Trojani nuncupati sunt. | |
| 12 | 22 | 37 | 8 | 16 | 30 | |
| 13 | 23 | 38 | 9 | 17 | 31 | 650 |
| 14 | 24 | 39 | 10 | 18 | 32 Apud [e] Pythium vates prima Phemonoe hexametris versibus futura cecinisse narratur. | |
| 15 | 25 | 40 | 11 | 19 | 33 | |
| 16 | 26 | 41 | 12 | 20 | 34 | |
| 17 | 27 | 42 | 13 | 21 | 35 | |
| 18 | 28 | 43 | 14 | 22 | 36 Phrygas rexit [f] Tantalus, qui prius Mæones vocabantur. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*Τὰ κατὰ Πρόκνην καὶ Φιλομήλαν.* Syncell. pag. 129.
*Ὁ κατὰ Εὔμολπον πόλεμος.* Syncell. ibidem.
*Μελάμπους μάντις ἐγνωρίζετο.* Idem ibidem
*Τῆς Δαρδανίας ἐβασίλευσε Τρῶος... ἀφ' οὗ οἱ Τρῶες.* Idem ibidem.

*Πυθοῖ Φημονόη χρησμῳδὸς πρώτη, δι' ἑξαμέτρων ἱστορεῖται προθεσπίσαι.* Idem ibidem.
*Καθ' οὓς Τάνταλος ἐβασίλευσε τῆς Φρυγίας, ἤτοι Μαιονίας.* Syncell. pag. 129.

## NOTÆ.

contigisse, et magnum anachronismum commissum fuisse. Horum anachronismorum culpa non in Eusebium, sed in auctores quos sequitur, conferenda est. Inde evenit, ut idem gestum pluribus locis ab eo referatur pro diversitate auctorum, quos sequitur. Hæc ille. Confer quæ paulo ante nos ac de historia diximus, quæ iterum inferius recurrit. Syncellus laudatus Schurzfleischio, primum sub Cecrope, deinde ex aliis auctoribus sub Pandione contigisse hæc affirmat.

[a] Atque hanc periocham biennio anticipant Scaliger et Palatinus primus ms. Fabulam narrant Apollodorus lib. III, Ovidius Metamorphos. lib. VI, et Servius ad Virgilii eclogam VI, ut alios præteream, et cum primis Thucydidem laudatum Schurzfleischio.

[b] Præcedenti proxime anno Palatini mss. hæc asserunt: Scaliger subsequenti. De hoc bello ita Apollodorus lib. III: *Conflato inter Athenienses, et Eleusinios bello, Eumolpus adscitus ab Eleusiniis, magno cum Thracum exercitu opem laturus advenit. Cum vero Erechtheus de eventu belli oraculum consuluisset, responsum accepit se victorem fore, si unam filiarum immolare vellet*, etc. Pausanias in Atticis, c. 38: *Commissa inter Eleusinios et Athenienses pugna, hinc Erechtheus rex, illinc Eumolpi filius Immaradus ceciderunt. Arma inde his conditionibus posita*, etc. Sed et Cicero, Orat. pro Sextio, cap. 21, ad Erechthei tempora hæc refert. Scaliger præterea Accessododorum laudat apud Scholiastem Œdipodis Colonei. Verum Clemens Alexand. Strom. I, Τὸν Εὐμόλπου πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον κατὰ Προῖτον, ait contigisse: quod si verum est, debuit in Eusebiana recensione ista, ut minimum, post adhuc annos duodecim collocari. Schurzfleischius mavult, ad ipsius Proeti annum decimum tertium referri, qui cum Erechthei postremo concurrit; idque ait etiam Petavio probari. Ego cur tamdiu usque differatur, causam nullam video. Confer Harpocrationem in Βοηδρόμια, et Jona Euripidis, ac si lubet, Scaligerum in Notis.

[c] Hæc quoque Scaliger post biennium, libris aliis contradicentibus, refert. Schurzfleischius genealogiam Melampodis e Dierichida apud Scholiastem Apollonii ad lib. I, vers. 151, laudat. Ἀμυθάονος δὲ τοῦ Κρηθέως, τοῦ Αἰόλου, τοῦ Ἕλληνος, τοῦ Διὸς καὶ Δωρίππης, γίνεται Μελάμπους. Cætera pete ab Apollodoro lib. I, et scholiaste Homeri et Theocriti ad Idyllion III. Adde et Pausaniam in Messenicis, c. 36.

[d] Subsequenti anno id Scaliger ascribit: in eo autem magis fallitur, quod Græci textus majorem partem prætermissam ait ab Hieronymo, cum non Eusebii illa sint, sed quæ Syncellus de suo exaggerat, verba. De Trois varia apud chronologos veteres ætate mox erit dicendi locus.

[e] Ita plerique omnes, iique melioris notæ codices, *Apud Pythium* legunt: alii *Phitium*, et *Pythiam*. Mallet Schurzfleischius. *Apud Pythium Pythia vates prima Phemonoe*, etc. Sane enim, inquit, προφῆτις, vel πρόμαντις, quo utroque nomine ea insignita est, Pythiam designat. Πυθὼ, et Δελφοὶ una eademque urbs erant: et quod Scaliger pronuntiat, Πυθὼ neque est Pythius, neque Pythium, omnino falsum est: Stephanus enim, annotante Salmasio, non semel Πύθιον hanc vocat. Porro laudatur etiam Scaligero Pausaniæ locus in Phocicis, c. V, qui geminus Eusebiano est. Φημονόη πρόμαντις τοῦ Θεοῦ πρώτη, καὶ πρώτη τὸ ἑξάμετρον ᾖσε. Strabo lib. IX, πρώτην Φημονόην Ἀπόλλωνος Πυθίαν vocat. Sed et Proclus in Chrestomathia apud Photium cod. 239, Phemonoen vatem Apollinis, quæ hexametris oracula edidit, primam ait τὸ μέλος invenisse: Plutarchus, lib. de Pythiæ oraculis, ipsum illud hexametrum exscribit. Sunt autem qui istud inventum ad vetustiores referant; et sane Clemens I Stromat. cum Phemonoen heroicis versibus oracula fundentem laudet, ejus tamen carminis inventionem non ei tribuit, sed Phonoteæ, quam uxorem Icarii dicit. De ejus quoque temporibus non convenit, ut ait Scaliger, inter scriptores: sunt nempe qui sub Acrisio hæc statuunt. Verum hæc levior differentia est. Quod autem ait dudum laudatus Clemens, eam εἴκοσι ἑπτὰ, *viginti septem* annis ante Orphæum claruisse, emendat perquam erudite Simsonius in ἑκατὸν καὶ ἑπτὰ, *centum et septem*: aliter longe nimis ab aliorum calculis abluderet, atque ab ipso Eusebio, qui Orphæum annis ab hinc ferme centum refert.

[f] Vitilitigat de more Scaliger, qui ex Hieronymiana interpretatione suspicionem ait posse incessere, tunc primum vocatos Mæonas, cum illis imperare cœpit Tantalus. Ad hæc hallucinationem esse ait Eusebii, aut Auctoris, unde hæc habuit, dum Phrygiæ attribuunt

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 19 | 29 | 44 | 15 | 23 *Argivorum XIII*, PROETUS, [a] *an.* 17. | 37 | |
| 20 | 30 | 45 | 16 | 1 | 38 Ob raptum Ganymedis, [b] Troi patri Ganymedis, et Tantalo bellum exortum est, ut scribit Phanocles poeta. Frustra igitur Jovis fabula, et raptrix Aquila fingitur. | |
| 21 | 31 | 46 | 17 | 2 | 39 | |
| 22 | 32 | 47 | 18 | 3 | 40 | |
| 23 | 33 | 48 | 19 | 4 | 41 | 660 |
| 24 | 34 | 49 | 20 | 5 | 42 | |
| 25 | 35 | 50 | 21 | 6 | 43 | |
| 26 | 36 | 51 | 22 | 7 | 44 Tityus convixit Tantalo. [c] Tityonis tempore fuit Latona mater Apollinis, qui cum Hercule servivit Admeto | |
| 27 | 37 | 52 | 23 | 8 | 45 | |
| 28 | 38 | 53 | 24 | 9 | 46 | |
| 29 | 39 | 54 | 25 | 10 | 47 | |
| 30 | 40 | 55 | 26 | 11 | 48 Ea quæ de Phrixo et Melicerta dicuntur, [d] sub quo celebrata sunt Isthmia. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀργείων ιγ', ἐβασίλευσε ΠΡΟΙΤΟΣ (καὶ Περσεὺς) ἔτη ιζ. Syncell. pag. 124.

Γανυμήδην Τάνταλος ἁρπάσας, υἱὸν τοῦ Τρωὸς, ὑπ' αὐτοῦ κατεπολεμεῖτο, ὡς ἱστορεῖ (Δίδυμος ἐν ἱστορίᾳ ξένῃ καὶ) Φανοκλῆς. Μάτην ἄρα τοῦ Διὸς, ὡς ἀετοῦ τοῦτον ἁρπάσαντος ὁ μῦθος καταψεύδεται. Syncell. ibidem.

Τιτυὸς συνεχρόνισε Ταντάλῳ. Κατὰ δὲ Τιτυὸν Λητὼ, ἀφ' ἧς Ἀπόλλων, ὃς καὶ σὺν Ἡρακλεῖ τῷ Ἀδμήτῳ ἐδούλευσεν. Idem ibidem.

Τὰ κατὰ Φρίξον καὶ Μελικέρτην, ἐφ' οὗ τὰ Ἴσθμια. Idem ibidem.

## NOTÆ.

A quod est Lydiæ; Lydiam enim, non autem Phrygiam, dictam esse Mæoniam a Mæone fluvio. Satis autem erudite Schurzfleischius, cum in primo Palatin. ms. male haberi, *Phrygias petit Tantalus* annotasset. Cæterum, subdit Tantalum Phrygas rexisse; qui prius Mæones sunt vocati, poetarum potius sapit fabulas, vel certe vetustissimam, quam accuratam et recentiorem geographiam. Strabo, lib. XIV, p. 665: Οἱ ποιηταὶ δὲ, μάλιστα οἱ Τραγικοὶ, συγχέοντες τὰ ἔθνη, καθάπερ τοὺς Τρῶας, καὶ τοὺς Μυσοὺς, καὶ τοὺς Λυδοὺς, Φρύγας προσαγορεύουσι, καὶ τὰ ἑξῆς. Idem lib. XII, p. 571: Οὕτω δ' ἐνήλλακται ταῦτα ἐν ἀλλήλοις, ὡς πολλάκις ἐλέγομεν, ὥστε καὶ τὴν περὶ τὸ Σίπυλον Φρυγίαν οἱ παλαιοὶ καλοῦσιν, ἄδηλον, εἴτε τῆς μεγάλης, εἴτε τῆς μικρᾶς μέρος οὖσαν, ἢ καὶ τὸν Τάνταλον Φρύγα, καὶ τὸν Πέλοπα, καὶ τὴν Νιόβην, καὶ τὰ λοιπά. Solinus, *Caput Mæoniæ Sipylus, Tantalis antea dicta*. Stephanus, CΙΠΥΛΟC πόλις Φρυγίας. Sane Pausanias Corinth. cap. 22, ἰδὼν οἶδε Ταντάλου ἐν Σιπύλῳ τάφον θέας ἄξιον. Quare tum Lydis, tum Mæonibus, tum Phrygibus, si voces B juste capias, imperasse Tantalus dici potest. At Malala, quando, p. 98, e Didymo Tantalum vocat τῆς Μυκηναίων χώρας βασιλέα, atque τοῖς τοπαρχοῦσι τῆς Εὐρώπης χώρας, accenset, λῆρον ληρεῖ. Perseus enim postmodum ἔκτισε τὰς Μυκήνας ibique regnum constituit. Vide Eusebium num. 707, et Strabonem lib. VIII, pag. 377. Deinde Mycenæ quidem Europæ erant, non vero Lydia, ubi tamen ab omnibus aliis Tantalus sedisse dicitur. Adde in Scaligeri editione biennio hæc anteverti.

[a] Huc refer Apollodorum lib. II; scholiastem quoque Homeri ad Iliad. lib. XIV, vers. 319, et Perizonium ad Ælianum lib. III, Var. Hist., cap. 42.

[b] Atque hæc Scaliger ante tres annos refert, libris plerisque aliis contradicentibus. Primus Palatinus, referente Schurzfleischio, habet, *Ob raptum Ganymedis, et Troi patris Ganymedis, et Tantali bellum*, etc., cui lectioni Sichardi, et vetus alia editio concinit: tantum quod *Trois* rectius pro *Troi* legunt. Sentit porro noster, quæ et vetustiorum auctorum sententia fuit, a Tantalo raptum Ganymedem, non ab Jove. Dicitur autem Ilus, frater Ganymedis, non Tros pater, adversus Tantalum depugnasse. Cætera notiora multo sunt, quam quæ exponi indigeant. Quod facti epocham spectat, tradit Eustathius ad Iliad Υ, visum nonnullis ὑπὸ τοῦ Μίνωος, *sub Minoe*, raptum illum contigisse: altius autem multo vetus Chronologus apud Clementem, Strom. I, repetit ab annis post Idæ incendium sexaginta quinque. Hac ratione, Trois ætas ad numer. 531 plus minus pertineret, siquidem Corybantum ævo incendium accidisse, in confesso est apud Veteres: Corybantes autem ad num. 471 referuntur. Addam de Phanocle elegiaco poeta, cujus, Ἔρωτες sive καλοὶ ab Antiquis laudantur, et quem idem Clemens, lib. VI Stromatum, Demosthene recentiorem facit.

[c] Palatin. primus ms. *Tytio*, pro *Tityus*: et mox *Tityonis autem tempore*, cum Parmensi, atque editis vetustioribus libris. Confer quæ ad geminum hunc locum ad Eusebii præfationem diximus. Denuo Schurzfleischius erudite. Tityi, inquit, ab Apolline interfecti, historiam fabulis palam accenset Strabo lib. IX, p. 423. Porro consulendus est de eo omnino Apollonii scholiasta ad lib I, vers. 760, ubi eum Apollo βούπαις, οὔπω πολλὸς ἐὼν, occidisse perhibetur. At Pindarus πυθ. δ' vers. 160, βέλει Ἀρτέμιδος confectum esse tradidit. Sane, si Phemonoe, prima Pythia, hoc tempore vixisse concedetur, Apollinem ab eo non fuisse alienum, liquido constat. Deinde, si cum Tantalo vixit Phemonoe, coævus sane fuit Tityo. Nec adeo satis perspicio, cur Scaligero adhuc videatur a Clemente Alexandrino probandum esse, τὸν Τάνταλον συγχρονίσαι τῷ Τιτυῷ. *Tantalum fuisse supparem Tytio.*

[d] In confesso est apud Veteres, ludos Isthmicos in honorem patruelis sui Melicertæ, Glaucum, Sisyphi filium, instituisse; et si Pausaniam audimus, in Corinthiacis cap. 2, ipsum Sisyphum, qui cum Melicertem *offendisset expositum, in Isthmo humavit, et Isthmicos in ejus honorem ludos instituit*. Quod igitur ait

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | *Sicyoniorum XIX, SICYON annis* [a] 45, *a quo Sicyonii nuncupati sunt qui primo Ægialæi vocabantur.* | | | | | |
| 31 . . . | 1 . . . | 56 . . . . . . | 27 . . . . . . | 12 . . . . . . . | 49 . . . . . . . . | |
| 32 . . . | 2 . . . | 57 . . . . . . | 28 . . . . . . | 13 . . . . . . . | 50 Pelops [b] Hippodamiam duxit uxorem. | |
| *Assyriorum XXI, SOSARES, annis* 20. | | | | | *Atheniensium VII, CECROPS, secundus Erichthei* [c] *frater, an.* 40. | |
| 1 . . . | 3 . . . | 58 . . . . . . | 29 . . . . . . | 14 . . . . . . . | 1 Perseus adversus Persas dimicavit, [d] Gorgo- | 670 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων κα', ἐβασίλευσεν ΣΩΣΑΡΗΣ ἔτη κ'. Syncell. pag. 117.

Σικυωνίων ιθ', ἐβασίλευσεν ΣΙΚΥΩΝ ἔτη με'. Syncell. pag. 117.

Πέλοψ Ἱπποδαμείαν ἔγημεν. Ex Syncell. pag. 128.

Ἀθηναίων ζ, ἐβασίλευσεν ΚΕΚΡΟΨ ἔτη μ', ὁ δεύτερος Ἐρεχθέως ἀδελφός. Syncell. pag. 127.

Περσεὺς τὰς στρατείας ἐπετέλει, καὶ ἐπὶ Πέρσας ἐστράτευσε, τὴν δὲ Γόργονα ἐκαρατόμησεν, ἑταίραν εὔμορφον διὰ κάλλος ἐξιστῶσαν τοὺς θεατὰς, ὡς ἀπολιθοῦσθαι δοκεῖν. Δίδυμός φησιν ἐν ἱστορίᾳ ξένῃ, καὶ παρατίθεται τὸν συγγραφέα ταύτης. Syncell. pag. 129.

## NOTÆ.

Hieronymus, *sub quo*, immo ipse etiam Eusebius ἐφ' οὗ, ut ex Græco apud Syncellum liquet, pro ἐφ' ᾧ, *propter quem*, Scaliger acri stylo reprehendit, quod et poterat benigne interpretari. Minus ipse bene hanc historiam ad num. 661 sive ante sexennium collocat, cum satius fuisset econtrario, ab hac ipsa Pontacena, et nostra, juxta melioris notæ codicum fidem, recensione uno alteroque adhuc anno posthaberi : quandoquidem et vetus Chronologus apud Clementem, lib. I Stromat., a raptu Ganymedis ad expeditionem Persei, ὅτε καὶ Γλαῦκος ἐπὶ Μελικέρτῃ τὰ Ἴσθμια ἔθηκεν, quindecim annos interponit. Demum neque illud bene habet ad veterum saltem librorum fidem, quod huic periochæ subjungit Scaliger, *eodem tempore habita sunt*. Historiam, si libet, repete ex Pausania in Atticis c. 44, et Strabone lib. VIII, etc.

[a] Supputat Syncellus solos μβ', *viginti duo*... Præterea non ab hoc demum Sicyone rege, sed ἀπό Σικυῶνος πόλεως πρώτης ἐν Πελοποννήσῳ, *a Sicyone Peloponnesi prima civitate*, appellatos Sicyonios docet.

[b] Præcedenti proxime anno Scaliger, subsequenti Palatin. primus ms. et vetustiores editiones hæc assignant. Satis æque omnes bene. Clemens I Stromatum, Κατὰ δὲ Ἀκρίσιον Πέλοπος ἀπὸ Φρυγίας ἦν διάβασις, καὶ Ἰωνός εἰς Ἀθήνας ἄφιξις. In quem locum, tametsi vulgo laudatum Chronologis, non videntur, quæ Schurzfleischius commentatus est, omittenda. Ex Pausania, ait, liquet tam Achæum, Jonis fratrem, Deucalionis fuisse ex Hellene, quam Epeum e Protogenia, pronepotem. Porro Epei temporibus OEnomaum vicisse Pelops, atque adeo Endymion, Epei pater, una generatione major fuisse Pelope, apud eumdem docetur. Consequitur proinde, quod Epeus, Ion, Achæus, Pelops, Acrisius, æquales fere fuerint. Et paucis interjectis, iterum e Pausaniæ Corinthiac., c. 16, et Apollod. lib. II, aliisque Veterum, satis liquet, fratres fuisse gemellos, Prœtum et Acrisium, filios Lycei, qui de regno inter se disceptarint. Jam si sit Pelopis ætas ad Cecropis et Prœti tempora accurate ab Eusebio relata, et saltim statuamus, Pelopem, cum Hippodamiam duceret, annos XX fuisse natum, conjungamusque e num. 704 reliquum ejus vitæ tempus cum ante acto, sequetur, μακροβίων eum fuisse e numero, et ad 115 ætatis annum pervenisse. At Malala Pelopem non per annos LVIII, sed XXXII imperasse asserit. Robinsonus ex Eusebio, et Gobelinus Persona Cosmodr. æt. III, cap. 13, per annos LIX Pelopem regnasse volunt. Ipse Eusebius in Græca Scaligeri sylloge, lib. I, pag. 30, annos tantum XXX ei ascripsit, quamvis adjiciat, alios isti LXIII alios LIII annos tribuere. Male enim pro νγ' in Eusebii Græci υγ' legitur, cum priorem scripturam Syncellus p. 10 etiam agnoscat. Ego reputo eam annorum regni varietatem inde esse ortam, quod aliqui chronologorum annos regni Pisatici tantum annotarint, aliqui regni Argivorum, aliqui denique regni Peloponnesiaci. Οὐ μόνον γάρ, inquit Eusebius, Ἀργείων, καὶ Μυκηνῶν, ἱστοροῦσι Πέλοπα βασιλεῦσαι, ἀλλὰ καὶ πάσης τῆς Πελοποννήσου. Subsumendum ergo est, multo ante quam Mycenarum imperium adipisceretur, Pisaticum eum tenuisse, ibique adeo diutius quam Mycenis, etiam regnare potuisse. Nec hoc prætereundum est, quod pro Pelope, per annos illos LVIII, Perseum Mycenarum imperio præfuisse, statuat Cappellus, Veterum testimoniis non destitutus. Alii, ut e Georgii Syncelli edit. Par., p. 156, clarum est, Pelopem tam in Argivorum quam Mycenarum Regum laterculo omittunt. Adde eumdem Syncellum p. 125, et Thucydid. α' συγγραφῆν. Integram, si libet, historiam repete a Diodoro, lib. IV, omnium luculentissime enarratam.

[c] Quamquam veteres libri omnes Perseum Erechthei fratrem dicunt, manifesta tamen, ipso teste Scaligero, luxatio verborum est, quæ ad Cecropem spectant ut in Pontacena, atque adeo nostra editione exhibentur, et Græca ipsa præferunt penes Syncellum. Quod autem ne sic quidem historiæ consulitur, cum Cecrops iste ex Veterum omnium consensu non frater Erechthei fuerit, sed filius, et natu quidem maximus (cui regnum dissidentibus reliquis fratribus, Metione et Pandoro, Xuthus Erechthei gener adjudicavit ) factum opinor memoriæ lapsu in auctore nostro, qui *fratrem* scripsit pro *filio*. Nihil quippe tam et facile admissu, et venia dignum, in eo præsertim qui temporum atque historiarum congerie tanta distinebatur. Mirum hoc magis, errorem ad hæc ferme tempora nemini suboluisse, nisi si fortasse Gobelino Personæ, qui, annotante Schurzfleischio, Cosmodr. æt. III, cap. 13, de suo videtur substituisse, *Erechthei temporibus* : aut nescio cui alio antiquario, qui ad veteris libri oram hæc olim annotavit : *Alii tamen Cecropem Erechthei filium scribunt; sed neque Perseus ejus est frater.*

[d] Parmensis, aliique codices habent *Gorgonæ* : rectius deinde Palatin. *spectatores sui* legunt pro *suæ*; Scaliger *suos*. Minus autem bene *mentis inopes*, pro

| Assyrior. | Sicyoniar. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | nis meretricis capite desecto, quæ propter eximiam pulchritudinem ita spectatores suæ mentis impotes reddebat, ut vertere eos putaretur in lapides: Didymus scribit in peregrina historia, et præbet scriptorem ejus. | |
| 2 | 4 | 59 | 30 | 15 | 2 | |
| 3 | 5 | 60 | 31 | 16 | 3 | |
| 4 | 6 | 61 | 32 | 17 | 4 | |
| | | | | Argivorum XIV, ACRISIUS an. 31. | | |
| 5 | 7 | 62 | 33 | 1 | 5 | |
| 6 | 8 | 63 | 34 | 2 | 6 | |
| 7 | 9 | 64 | 35 | 3 | 7 | |
| 8 | 10 | 65 | 36 | 4 | 8 | |
| 9 | 11 | 66 | 37 | 5 | 9 Pegasus equus velocissimus [a] cujusdam mulieris, sive ut Palæphatus scribit, Bellerophontis navis fuit. | |
| 10 | 12 | 67 | 38 | 6 | 10 | |
| 11 | 13 | 68 | 39 | 7 | 11 | 680 |
| 12 | 14 | 69 | 40 | 8 | 12 Cyrene [b] civitas condita est in Libya. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀργείων ιδ', ἐβασίλευσεν ΑΚΡΙΣΙΟΣ ἔτη λα'. Syncell. pag. 124.

Ὁ Πήγασος, τάχα τις ἵππος ὀξὺς, κτῆμα τῆς γυναικός· ὡς δὲ Παλαίφατος, Βελλερεφόντου πλοῖον ἦν ὁ Πήγασος. Syncell. ibidem.

Κυρήνη ἐκτίσθη ἐν Λιβύῃ. Idem ibide r.

## NOTÆ.

*impotes*, et *perhibet scriptorem*, pro *præbet*. Fabula apud mythologos, et poetas ita prostat, ut si quempiam laudare velis de nomine, abutaris operam.

[a] Refert hæc Scaliger triennio ante, primus Palatin. ms. post adhuc annos quinque. Schurzfleischio videtur Hieronymus legisse in Græco κτῆμά τινος γυναικὸς, pro τῆς γυναικὸς, quæ, ait, verba indicant, a Medusa Pegasum fuisse ante possessum. Mythologi etiam volunt, e Medusæ sanguine eum exstitisse. Vide Pindari ad Olympia enarratores. Scaliger multa denuo de navium parasemis, deque isto Bellerophonteæ, quod erat Pegasus alatus equus. Recitat et Palæphati verba, quæ habes cap. 29, Ὄνομα δὲ ἐν τῷ πλοίῳ Πήγασος, ὡς καὶ νῦν κ. τ. λ. Cætera pete e mythographis, Hygino, atque aliis.

[b] Atque hæc Scaliger ante biennium refert: qui cum observet in Notis ex Pindaro, debuisse conditum Cyrenarum referri diu post, sive decima septima generatione a Medea: hæc tamen perquam vere subdit, quæ interest apponere: Hæc omnia, quæ de eadem re bis, ter, quater repetuntur ab Eusebio, sunt ex diversis auctoribus. Non enim ea est cul;a Eusebii: tantum abest, ut potius eo nomine illi plurimum debeamus, quod quæ sparsa erant apud auctores, cum suis epochis signata in hunc Canonem suum conjecerit. Neque aliter debent facere qui Canones Chronicos scribunt. Hoc unum non laudo, quod nomina auctorum, unde excerpsit, non apposuit. Hactenus ille. Cætera quæ huc spectant, præoccupavit Schurzfleischius. Pro *Cyrene civitas*, alii, inquit, codices habent, *Cyrenes civitas*, quomodo *flumen Galesi*, est apud Horatium. Sane Cyrenem etiam Silius lib. XI, *antiquam Batti urbem* vocavit. Vixit autem Cyrene eodem, quo Cadmus, tempore, Ἀρισταίῳ γὰρ τῷ Ἀπόλλωνος καὶ Κυρήνης Αὐτονόην τὴν Κάδμου συνοικῆσαι, est apud Pausan. Phocic. cap. 17. Jam Cadmus secundum quosdam XIV ab hoc anno Thebis regnavit, ut patet e num. 695. Ergo potuit sane fieri, ut circa hæc tempora primum Cyrene urbs sit condita. Georgio Syncello, edit. Paris. p. 162, Κυρὶν vocatur, dialecto fortasse neogræca, nisi legendum Κυρήνη, ἢ καὶ Κίρ, ut innuatur, eam in sacris Litteris, Amos. IX, com. 7, alibique, *Kir* vocari. Aristæi illius, a Pausania memorati, meminit etiam Justinus lib. XIII, cap. 7, ubi, etsi omnia truncator ille Troii disturbet, nolim tamen cum Marshamo, aut Simsonio, Aristotelem pro eo reponere. Aristæus, non nego, ab Aristotele illo plane est diversus, neque cum eo commutandus, quod tamen ad Stephanum in voce ΚΥΡΗΝΗ fecit Thomas de Pinedo; Eum interim a Justino cum Aristotele, quia Aristæus Cyrenæ erat filius, confundi, mihi amplius non est dubium. Vide omnino optimum Apollonii Schol. ad lib. II, vers. 503. Porro ergo si Cyrene, Hypsei filia, condidit Cadmi jam tempore Cyrenem, non animadverto tantum, quantum Scaliger comminiscitur, προχρονισμόν. Nam a Batto, sive Aristotele, colonia tantum eo denique deducta multis post annis mihi videtur. Pausan., Lacon. cap. 14, Ἀγχίονιν δὲ, inquit, καὶ τῷ στόλῳ μετασχεῖν τῷ Θηραίῳ Βάττῳ, καὶ Κυρήνην οἰκῆσαι σὺν ἐκείνῳ, καὶ Λιβύων παραστρέψασθαι τοὺς προσχώρους, λέγουσιν, Eadem tradit Georgius Syncellus, p. 212, edit. Paris., cujus verba hæc sunt, Θηβαῖοι Κηρήνην ᾤκησαν κατὰ χρησμόν. Legendum Θηραῖοι. Pro Θηραῖοι νησιῶται male itidem legitur Θηβαῖοι apud Eustathium ad Dionys. vers. 209, p. 38. In locis tamen datis Kuhnius ad Pausaniam, et Eusebiana sylloge, οἰκίσαι legunt, non οἰκῆσαι. Causam nondum perspicio. Græce enim tam οἰκεῖν πόλιν, quam ἐν πόλει, recte dici, jam olim H. Stephanus probavit. Deinde sive dixerimus Cyrenem, quæ, secundum Serv. ad Æneid., lib. I, civitati nomen dedit, sive Antenoridas, qui Battum, Pindaro Πυθ. ε', auctore, benigne exceperunt, ante ipsum Battum in hac regione fuisse, ille tamen Battus κτιστὴς quidem, et οἰκητὴς etiam, Cyrenes erit, non vero τῆς πόλεως, in qua κτήτωρ tantum, seu οἰκητὴς erat, sed τῆς χώρας, quæ Dioni Cassio ἡ περὶ Κυρήνην Λιβύη vocatur. Hæc Cyrene regio, Κηρηνία etiam, ut reor, aliquando vocata est. Θεοδότου, ἐπισκόπου Κηρηνίας, memoria celebratur Menologio 2 Martii, in typo μονῆς S. Sabbæ, cap. 21, et in Horologio, S. S. a. Sic Suetonius

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Argivorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 13 | 15 | 70 | 41 | 9 | 13 Ion vir [b] fortis ex suo vocabulo Athenienses Iones vocavit. | |
| 14 | 16 | 71 | 42 | 10 | 14 | |
| 15 | 17 | 72 | 43 | 11 | 15 Gesta Persei. | |
| 16 | 18 | 73 | 44 | 12 | 16 Dionysus, qui et Liber pater, adversus Indos dimicans, [c] Nysam urbem juxta Indum flumen condidit. | |
| 17 | 19 | 74 | 45 | 13 | 17 | |
| 18 | 20 | 75 | 46 | 14 | 18 | |
| 19 | 21 | 76 | 47 | 15 | 19 | |
| 20 | 22 | 77 | 48 | 16 | 20 Amphion Thebis regnavit, quem ferunt cantu citharæ saxa movisse. Fuerunt autem duro corde, et ut ita dicam, [d] saxei quidam auditores. | |
| *Assyriorum XXII, LAMPARES, annis* 38. | | | | | | |
| 1 | 23 | 78 | 49 | 17 | 21 | 690 |
| 2 | 24 | 79 | 50 | 18 | 22 Secundum quosdam Thebis [e] regnavit Cadmus. | |
| 3 | 25 | 80 *Debbora ex tribu Ephrem* [a], *Barach de tribu Nephthalim, an.* 40. | 51 | 19 | 23 | |
| 4 | 26 | 1 Post Aod in ditionem Hebræos redigunt alieni- | 52 | 20 | 24 Europa a Cretensibus rapta est navi, cujus fuit insigne Taurus. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων κβ', ἐβασίλευσε ΛΑΜΠΑΡΗΣ ἔτη λ'. Sync. pag. 120.

Δεβώῤῥα ἐκ φυλῆς Ἐφραΐμ... Βαρὰχ ἐκ φυλῆς Νεφθαλείμ ἔτη μ'. Chronic. Pasch. pag. 64.

Μετὰ τὸ ἀποθανεῖν Ἀὼδ... ἐδούλευσαν (Ἑβραῖοι) ἔτη κ'. Idem ibidem.

Ἴων πολέμαρχος γεγονὼς Ἴωνας τοὺς Ἀθηναίους ἀφ' ἑαυτοῦ ὠνόμασεν. Idem ibidem.

Τὰ τοῦ Περσέως.

Διόνυσος ἐπὶ Ἰνδοὺς ἐστράτευσε, καὶ τὴν Νύσσαν πόλιν ἔκτισε πρὸς τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ. Syncell. p. 129.

Ἀμφίων Θηβῶν ἐβασίλευσεν, ὡς ἄλλοι. Οὗτος ἐμυθεύετο κιθαρίζων θέλγειν τοὺς λίθους, οὓς εὐλόγως ὑποληπτέον ἠλιθίους τινὰς ἀνθρώπους. Syncell. pag. 125.

Κάδμος Θηβαίων ἐβασίλευσεν. Syncell. p. 126.

Εὐρώπη... ὑπὸ Κρητῶν ἡρπάγη ἐμπόρων... τοῦ δὲ πλοίου παράσημον ἦν Ταῦρος. Syncell. pag. 129.

## NOTÆ.

c. 2 Vespas. : *Quæstor Cretam*, inquit, *et Cyrenas* A *provinciam forte cepit*, hoc est, legatus et proprætor Cretæ et Cyrenaicæ constitutus est. Vide Norisium ad Cenotaphia Pisan. dissert. II, pag. 224. Namque et ὁ Κυρηναῖος non tantum dicitur ὁ πολίτης, sed quoque, qui adjacente in regione natus est, quomodo etiam a Catullo Cyrenæ vocatæ sunt *laserpiciferæ*, quia scilicet, juxta Strabonem, lib. XVII, p. 839, ὁμορεῖ τῇ Κυρηναίᾳ γῇ ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα.

[a] Eadem in Græcis apud Syncellum ferme sunt verba, ut ab eodem Eusebiano exemplari cum ipse, tum Chronici Paschalis auctor, quem laudamus, accepisse videantur. Propositum porro tenet Eusebius qui annos Servitutis sub Alienigenis seorsum non numerat, sed cum Judicum annis comprehendit.

[b] Jure Scaliger, quod in Græco πολέμαρχος dicitur, verti maluisset *Imperator*, aut *dux belli*, quam *vir fortis*. Attamen haud puto, Eusebium illud hic gestum designare, quando ab Atheniensibus tradita Ioni fuit summa belli administrandi contra Eleusinos, ut quoniam sub Eumolpo illud gestum est bel- B lum, ita ad superiora, quæ eo spectant, tempora, sive ad num. 646 hæc de Ione ῥῆσις sit referenda. Proprie enim aliud posterius notat quando, ut ait Strabo lib. VII, post multa præclare gesta, et prudenter constituta apud Athenienses, τὴν χώραν ἐπώνυμον ἑαυτοῦ κατέλιπεν: *Regioni a se nomen factum reliquit.* Ita Athenienses Ionas fuisse appellatos, Ἴωνος οἰκήσαντος τὴν Ἀττικήν, *cum Ion habitaret in Attica*, tradit Aristoteles, teste Harpocratione. Hesychius quoque Ἰωνές, Ἀθηναῖοι. Vide et veterem Homeri Interpretem ad Iliad. XIII, vers. 685, etc.

[c] Perperam antea erat *Dionysius* in libris omnibus, quod mendum nunc demum in Notis Scaliger animadvertit: gestum vero ipsum in subsequentem annum differt. De Nyssa, quam Græce alii scribunt Νύσην, præter laudatos ab eodem, Stephanum, atque Hesychium, Nonnum, et Tzetzem, confer Strabonem lib. XV, et Eustathium in Dionysium vers. 1153. Quod ait Diodorus Siculus, lib. I Biblioth., eam urbem ab Osiride exstructam, minime ab Eusebio dissonat, ut Schurzfleischio notatum est ex Herodoto, cum Osiris non alius sit a Dionyso.

[d] Pro eo quod est in Græco ἠλιθίους, notat Scaliger lectum ab Hieronymo λιθίνους, hancque veram lectionem esse. Fabula nota e mythologis.

[e] Schurzfleischius ait, iterum in annotanda hac historia numerorum ordo turbatus est. Eam enim primus Pal. ad numerum 690; alii contra cum Sichardo ad numer. 691; alii aliis annis ascripserunt. Etiam chronographus ille, e quo Cadmi tempora Eusebius huc retulit, errasse videtur. Cum enim Cadmus Agenoris filius, et Beli nepos, fuerit, Agenoris autem frater dicatur mythologis Danaus, rectissime collocabitur Cadmus ad eum numerum 562; quamvis Scaliger ad eum numerum renitatur, aut saltim ad num. 588. Nihilominus ad Persei tempora revocatur etiam in Chronographiis Jo. Malalæ p. 45 et Georgii Syncelli p. 162, edit. Par. manifesta ἀχρονογραφησία. Nam quomodo, quæso, num. 712 Laius Chrysippum rapuisse dici potest, si avus Labdaci, quod notum est ex omnibus historicis, cujus filius fuit Laius, Cadmus ὁ Ἀγηνορίδης fuit? Alius ergo plane Cadmus hoc tempore vixisse dicendus est, cum sex, et plu-

| Assyrior. | Sicyonior. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | gensæ annis 20, qui conjunguntur temporibus Debboræ et Barach secundum Judæorum traditiones. | | | | |
| 5 | 27 | 2 | 53 | 21 | 25 | |
| 6 | 28 | 3 | 54 | 22 Pelops [b] Peloponnesi regnans, Olympiis quoque præfuit, qui postea adversum Ilium arma corripiens, superatur a Dardano. | 26 Ea quæ de Spartis [c] memorantur, quos Palæphatus scripsit, cum proximarum essent regionum, adversum Cadmum subito constitisse, et propter repentinos quasi de terra contractus, et ex omni parte confluentes Spartos vocatos. | |
| 7 | 29 | 4 | 55 Ægyptiorum [a] RAMSES, an. 66. | 23 | 27 | |
| 8 | 30 | 5 | 1 | 24 | 28 | |
| 9 | 31 | 6 | 2 | 25 | 29 | |
| 10 | 32 | 7 | 3 | 26 | 30 | |
| 11 | 33 | 8 | 4 | 27 | 31 | 700 |
| 12 | 34 | 9 | 5 | 28 | 32 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγυπτίων β', ἐβασίλευσε ΡΑΨΗΣ ἔτη ξς'. Eusebius apud Sync. pag. 58.

Πέλοψ... ἐβασίλευσε πάσης τῆς Πελοποννήσου. Οὗτος Ὀλυμπίων προέστι, καὶ στρατεύσας κατὰ Ἴλιον ἡττήθη ὑπὸ Δαρδάνου. Syncell. pag. 128.

Κάδμος... τοὺς πλησιοχώρους αἰφνιδίως ἐπανελθόντας αὐτῷ, διὰ τὸ πανταχόθεν ὡς ἀπὸ γῆς συῤῥεῖν κατ' αὐτοῦ, Σπάρτους ὠνόμασεν, ὡς Παλαίφατος ἐν πρώτῳ φησίν. Idem ibidem.

## NOTÆ.

res fortasse, Cadmi a Veteribus memorentur. De Cadmo nostro addendus est omnino Apollonii scholiasta ad lib. III, vers. 1185, Marsham. Can. Chron. p. 121, et Simson. Chron. cathol. ad annum mundi 1549, ut alios prætercam. Idem Simsonius l. d. doctissime de raptu Europæ egit, quem ad hunc numerum primus Palatinus cum Sichardina editione collocarunt, et si eumdem ad sequentem Scaliger retulerit.

[a] Syncellus ex Africano Ραψάκην, ex Manethone Ῥάψην vocat: Josephus autem ex eodem Manethone Ῥαμέσσην. Notat Scaliger, Rapsacem appellari magistrum militiæ Sennacheribi Assyriorum regis Isaiæ XXXVI. Adito cl. Perizonium Origin. Ægyptiac. cap. 17. Schurzfleischius in Curis Posterioribus: An forte, inquit, hic Rhampses Manethonis est Rampsenitus, ille ἐν Αἰγύπτῳ, de quo Celsus, apud Origenem contra Celsum, lib. II, p. 94, fabulatur, in Orco eum fuisse, καὶ συγκεκυβευκέναι ἐν ᾅδου τῇ Δήμητρι, καὶ ἀνελεῖν δῶρον παρ' αὐτῆς χειρόμακτρον χρυσοῦν φέροντα. Habet et Herodotus in Euterpe.

[b] Subsequenti anno hæc attribuit Scaliger, qui et longius a mss. fide legit, *Pelops Peloponnesiis regnavit, Olympiis*, etc. Coactum Pelopem Sipylo decedere, Pausanias quoque narrat in Corinthiac. cap. 22, ἐλάυνοντος Ἴλλου τοῦ Φρυγὸς ἐπ' αὐτὸν στρατείᾳ: *cum Illus Phryx adversus eum cum exercitu profectus est.* Laudavimus paulo superius Clementis locum Stromat. I, ubi Pelopis ex Phrygia transitus in tempora Acrisii confertur. Addesis Diodorum lib. IV.

[c] Locum Palæphati habes cap. 6, cui adde Heraclitum de Incredibilibus cap. 19, ut alios omittam, Apollodorum lib. III, qui et nomina quinque Spartorum hæc profert, Echionem, Chthonium, Hyperenorem, Pelorum, Udæum quorum primum sibi generum Cadmus ascivit. Creditum inde vulgo, a satu, quo dicuntur a terra editi, Σπαρτοὺς appellatos. Videnda tamen sunt quæ in hanc rem ex Timagora, Sthesichoro, et Androtione notavit Euripidis scholiastes ad Phœniss. v. 674, cumque iis conferenda quæ tradunt Apollonius, ejusque scholiastes ad lib. III, vers. 1154, Pausanias in Bœotic. cap. 4, Nonnus Dionysiac. lib. IV, Pindarus Isthm. Ode 1, aliique. In textu minus recte Scaliger legit, *subito exstitisse*, pro *constitisse*. Græc. ἐπανελθεῖν: tum, *ex omni parte confluctus*, pro *confluentes*, quam lectionem quidam ipsi Scaligero laudati codices præferebant, alii *confluitos, et conflictus*. Denique et otiose subjungit huic periochæ verba, *tunc gesta sunt*, quæ in mss. non habentur: et contra librorum omnium fidem huicmet numero 697, ῥῆσιν de Mida subnectit. In Notis Hieronymum reprehendit, quod sententiam quidem Eusebii reddiderit, sed multum a verborum tenore discesserit, ut et ipse Eusebius a verbis Palæphati. Quæ his reponere in animo erat, præoccupavit Schurzfleischius his verbis: Sane Scaliger locum non cepit, ut fateamur, quod verum est, Hieronymus in Græco Eusebio legit, Διὰ τὸ πανταχόθεν, ὡς ἀπὸ γῆς, σύρειν ἐπ' αὐτῷ. Depravata hæc lectio non nisi depravatam versionem parere poterat, *propter repentinos quasi de terra contractus*. Ergo cum, inepte hæc versa esse, doctus ὁ δεῖνα librarius vidisset, παρεχάραξεν illa, et consultis Græcis, ad oram libri sui vertit, *post repentinos ex omni terra confluctus*. Inde ex ora et hæc versio, tamquam melior, in textum tam hic, quam lib. I, p. 17, est recepta. Altera ad hunc numerum periocha, quæ de Mida agit, ab omnibus veteribus libris, et Sichardina quoque editione, ad numerum 40 regni Atheniensium, qui est Abrahamicus 709 refertur. Tam *Mida*, quam *Midas* recte dicitur, ut probavit egregie v. c. Rich. Bentlejus, epist. ad Millium, Malalæ annexa, pag. 71. Non video ergo, cur Sichardus contra mss. auctoritatem, *Midas* reposuerit. Phrygia, cui regnasse Mida dicitur, ἡ μεγάλη est intelligenda, ut ὁ γεωγράφος lib. XII, pag. 561, et ex eo Eustathius ad Dionys. Perieget., vers. 812, annotarunt. Ibi enim, quæ sunt eorum verba, ὁ Μίδας ἄρξαι λέγεται.

| Assyrior. | Sicyonior. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Argivorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 13 | 35 | 10 | 6 | 29 | 33 | |
| 14 | 36 | 11 | 7 | 30 | 34 | |
| 15 | 37 | 12 | 8 | 31 | 35 | |
| 16 | 38 | 13 | 9 | Argivorum [a] reges defecerunt, qui imperaverunt an. 544 usque ad Pelopem, qui regnavit ann. 59. Perseus, Acrisio non sponte interfecto, migravit ab Argis: atque regnavit post Acrisium, in Mycenas Argivorum regno translato: et hi dein reges fuerunt, Perseus, Sthenelus, [b] Euristheus, Atreus, Thyesses, Agamemnon, Ægystus, Orestes, Tisamenus, Penthilus et Cometes usque ad Heraclidar. descensum. | 36 | |
| 17 | 39 | 14 | 10 | | 37 | |
| 18 | 40 | 15 | 11 | | 38 | |
| 19 | 41 | 16 | 12 | | 39 | |
| 20 | 42 | 17 | 13 | | 40 Midas regnavit in Phrygia. [c] Ilium ab Ilo condita. | |
| | | | | | *Atheniensium VIII, PANDION, annis* 25. | |
| 21 | 43 | 18 | 14 | | 1 Laius [d] Chrysippum ra- | 710 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μετὰ Ἀκρίσιον, ὥς φασι, τῆς ἀρχῆς τῶν Ἀργείων εἰς Μυκήνας μετατεθείσης, διεγένοντο βασιλεῖς οἵδε. Περσεὺς ὃς ἀνεῖλεν ἀκουσίως τὸν Ἀκρίσιον. Σθένελος. Εὐρυσθεὺς (Πέλοψ), Ἀτρεὺς, Θυέστης, Ἀγαμέμνων, Αἴγισθος, Ὀρέστης, Τισαμενὸς, Πενθεὺς καὶ Κομήτης. Μεθ' οὓς Ἡρακλειδῶν κάθοδος. Syncell. pag. 124.

Μίδας Φρυγῶν ἐβασίλευσεν. Idem pag. 129.

Ἴλιον ὑπὸ Ἴλου ἐκτίσθη. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] In Scaligeri editione, *Argivorum regnum defecit, quod stetit annis* DXLIV *usque ad Pelopem, qui regnavit an.* LIX. Divellitur porro hinc subsequens de Perseo, atque aliis Mycenarum regibus historia *usque ad Heraclidarum descensum*, quæ in alterum ab hoc annum confertur. Legitur quoque ibi, *in Mycenas imperio translato. Et ibidem reges fuerunt Perseus, Sthenelus*, etc. Hunc regem Pontacus cum in sua recensione admisisset, in Notis jussit expungi : nos ad Parmensis aliorumque veterum librorum fidem retinuimus, Græco etiam concinente apud Syncellum textu. Primus Palatinus ms. et vetustiores editi libri priorem ῥῆσιν, iisdem atque nos verbis conceptam, ita continuant, *annos* LIX, *et in Mycenas imperio translato, post Acrisium regnavit Eurystheus filius Steleni annos* XLV. Exinde novo capitulo : *Post Acrisium, in Mycenas Argivorum, imperio translato, hi reges fuerunt, Perseus, Stenelus*, etc. Quoad facti epocham Gobelinus Persona et durasse Argivorum imperium *per annos* DXLIV non diffitetur, et defecisse tamen post biennium ab Eusebii recensione notat, *Regnum*, inquit, *Argivorum, quod duravit per annos* DXLIV *defecit, et defertur ad Mycenas, et hoc factum est anno* 18 *hujus regis* (Lamparis) *Assyriorum, et regnavit apud Mycenas primus Pelops, qui regnavit* LIX *annos*. Et Gobelini quidem rationes probat Schurzfleischius, modo in eo Eusebio rescribatur *per annos* DXLVI, vultque hæc omnia ad num. 707 esse referenda : si quidem primus annus regni Argivorum Abrahamiticus 161 fuerit. Ab eo enim anno usque ad 704 soli numerantur 543. Atque hæc ille juxta Scaligerî recensionem, quæ constat satis bene sibi, potest enim, ac debet ipse quingentesimus quadragesimus quartus annus includi. Verum in Pontacena, atque adeo hac nostra, quæ ab numero 159, Argivorum regni sumit initium, omnino ejus diuturnitas annis 546 perstitisse dicenda est, ut ab eo numero ad hunc saltem 705 recta inita ratione devenire liceat. Potuit et passim obvium illud esse Antiquariorum σφάλμα in numericis postremis notis IV pro VI transponendis : quod emendari velim.

[b] Recole superius quæ scripsimus ad num. 378 de Euristhei filia sacerdote in Argis.

[c] Trojam, quæ ab Ili patre condita est, verus Chronologus apud Clementem lib. I Stromat, triginta quatuor a Persei expeditione annis refert. Ita vero regionem ipsam vocare cum ament Græci, urbem ab illo Trois filio atque ejus conditore, Ilium vocant. Homerus, Diodorus, Strabo, denique Servius in principium Æneid. : *Troja regio est Asiæ : Ilium civitas est Troja*. Colligere hinc est, exiguo alteram alteri spatio præcessisse. Scaliger qui hanc periocham ad num. retulit 698, ait in Chonico apud Clementem, sex adhuc annis antea Ilii conditum assignari : quemadmodum habet et Petav. quem laudat Codex, num. scilicet 701 quo anno Olympia Pelopis celebrata fuerunt.

[d] Nota historia ex Pausania in Bœot. cap. 5, Apollodoro lib. III, Hygino cap. 85, Pisandro apud Eurip. Scholiastem, atque aliis : quibus colligere etiam est, quis iste Chrysippus fuerit : scilicet ipsius Pelopis ex concubina filius, quem Laius artem currulem edocuit, ejusque amore succensus rapuit. Ob id enim Pelops Laio imprecatus optavit, ut qui ex eo filius nasceretur, parricida esset. Sed et scholiasta Æschyli in ὑποθέσει τῆς Ἑπτὰ ἐπὶ Θηβῶν, Schurzfleischio laudatus, Ὅτι τὸν τοῦ Πέλοπος υἱὸν Χρύσιππον, Λαΐος ἥρπασεν, ἐραστὴς αὐτοῦ, καὶ αὐτῷ συνεγένετο, καὶ πρῶτος ἐν ἀνθρώποις τὴν ἀῤῥενοφθορίαν ὑπέδειξε, καθάπερ δὴ καὶ ὁ Ζεὺς ἐν Θεοῖς, τὸν Γανυμήδην ἁρπάσας. Eumdem memorat et Græcus interpres Pindari ad Ὀλ. α' et Euripidis ad Orestem. Scaliger notat aliis dici Chrysippum in puteum a fratribus projectum, Hippodamiæ matris instinctu :

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | *Mycenis* [a] *PERSEUS, regnat annis* 7. | puit. Templum in [b] Eleusina ædificatum. Quidam [c] his temporibus vindicant gesta Liberi patris, et ea quæ de Indis, Lycurgo, Actæone, et Pentheo memorantur, quomodo adversus Perseum consistens, occiditur in prælio, ait Dinarchus poeta, non rhetor. Qui autem voluerit potest inspicere ipsius Liberi patris apud Delphos sepulcrum juxta Appollinem Aureum. Pingitur autem Liber [d] muliebri et delicato corpore propter mulieres in suo exercitu dimicantes : Nam pariter ad arma viros ac feminas alligabat, ut Philochorus loquitur in secundo Atthidis libro. | |
| 22 . . . | 44 . . . | 19 . . . . . | 15 . . . . . | 1 . . . . . . | 2 . . . . . . | . . |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀθηναίων η', ἐβασίλευσε ΠΑΝΔΙΩΝ... ἔτη κε'. Syncell. pag. 128.

Λαΐος Χρύσιππον ἥρπασεν. Syncell. pag. 129.

Ὁ ἐν Ἐλευσῖνι νεὼς ἐκτίσθη. Idem ibidem.

Διονύσου πράξεις, καὶ τὰ περὶ Ἰνδοὺς, Λυκοῦργόν τε, καὶ Ἀκταίωνα, καὶ Πενθέα· ὅπως τε Περσεῖ συστὰς εἰς μάχην ἀναιρεῖται, ὥς φησι Δήχαρνος ὁ ποιητὴς, οὐχ ὁ ῥήτωρ· τῷ δὲ βουλομένῳ πάρεστιν ἰδεῖν αὐτοῦ τὴν ταφὴν ἐν Δελφοῖς περὶ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Χρυσοῦν... Καὶ οὕτω γράφεται θηλύμορφος... διὰ τὸ μιξοθηλύστρατον ὁπλίζειν· ὥπλιζε γὰρ σὺν τοῖς ἄῤῥεσι καὶ τὰς θηλείας, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος ἐν δευτέρῳ. Idem p. 129 et seq.

## NOTÆ.

qua de re illam ex Tzetze in versibus Politicis laciniam adducit ;

Ἀτρεὺς, Θυέστης ἀδελφοὶ, καὶ τινες ἄλλοι πλείους,
Παῖδες οἱ πάντες Πέλοπος, καὶ τῆς Ἱπποδαμείας,
Χρύσιππος τούτοις ἀδελφὸς, κ. τ. λ.

Schurzfleischius notat, pro *Laius Chrysippum rapuit*, in primo Palatino, et Sichardina editione corrupte haberi *Lagius* : in aliis, ut et quarto Palatino, *Jasius Crispum rapuit.*

[a] Pro Perseo, ejusque septem regni annis hæc Scaliger substituit, *Rex Sthenelus, in Mycenas imperio translato, regnavit annis* VIII. Sane utrumque simul jungi hac periocha, cum patre videlicet Perseo, filium Sthenelum, satius erat; at si e duobus alterutrum Eusebius posuit, nihil dubium esse debet, quin Sthenelo prætermisso, Perseum recensuerit. Ita habet et series in Procemio libri.

[b] Hanc, ut et superiorem proxime periocham, Scaliger post biennium differt. Ait vero in Notis, Tatiano sub Lynceo rege ἡ τεμένους ἐν Ἐλευσῖνι καθίδρυσις. Ab initio Lyncei ad hunc annum, intervallum est annorum 122. Sed tunc vivebat Eumolpus Thrax : hoc vero tempore Eumolpus ab illo Thrace quintus; et hunc abnepotem Mysteriorum Eleusinorum auctorem supra docuimus : et proinde sequitur et Eleusinum fanum ab eo conditum, neque de hoc dubitandum, præsertim cum alii primum illum Thraca, alii hunc postremum Mysteria docuisse scribant. Tres autem Eumolpos fuisse eodem loco diximus.

[c] Consentiunt quoad hujus periochæ situm cum vetustiores pleræque omnes editiones, tum Parmensis, et Palatinus primus ms. Scaliger post adhuc septem annos eam differt. Perperam prætereа legit, *adversus Persen*, pro *Perseum* : et in Græca quoque sylloge Πέρσῃ, pro Περσεῖ; eaque causa est, quod nescire se ait, Liberum patrem, prælio cum Perse commisso, ab eo interfectum fuisse. Nimirum Persei filius est Perses; ille autem, non iste, prælio congressus cum Baccho dicitur. Eustathius ad Dionys. vers. 105, ὅτι ὁ Περσεὺς..... γεννᾷ Πέρσην, ἐξ οὗ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχον οἱ Πέρσαι. Et Pausanias in Corinthiacis cap. 20, cum de Choria Mænade sermo incidisset, eam fuisse ait ex iis feminis quas, Bacchi castra secutas, Perseus victoria potitus occidit. Paria tradit initio capitis 22. Rursum adeo fallitur Scaliger, etiam cum vere isthæc de Perseo explicans, nihil tamen ait simile legi alibi præter Eusebium : immo nec verosimile quidem, putat, ausum esse Perseum cum Baccho congredi, siquidem profugisse illum aliquando ab hujus exercitu, Cephallion auctor est : perinde ac si animum et vires, qui semel se fuga ab hoste subduxit, sumere amplius non possit. Jam vero et Dinarchum poetam se minime agnoscere ait Scaliger. Notat vero Fabricius Biblioth. Græc., libro II, cap. 26, loqui de illo Cyrillum lib. X, contra Julianum, pag. 341 ; docetque Eusebium hic loci scriptas ab eo, Διονυσίου (leg. Διονύσου) πράξεις, qui titulus erat libri, respicere. Syncelli, qui Δήχαρνον hunc appellat, manifestum est vitium. Cætera quæ hic de Baccho atque aliis traduntur, apud mythologos ferme omnes prostant, et nobis enarrata sunt ex parte alias. Iterum Scaliger, non inemendate tamen, postrema verba sic legit : *pariter ad arma viris feminas allegebat.*

[d] Olim sciscitanti τῷ πάνυ card. Quirinio, quid mihi de percelebri suo Diptycho videretur, hocce cumprimis argumento usus sum, ut dicerem Bacchi imaginem gestumque repræsentari, siquidem hæc ejus apud Antiquos viri *muliebri forma*, absque virilibus singularitas signi. Et hac quidem expositione, cæteris consentientibus symbolis, summo tanti cardinalis judicio rem acu tetigisse visus sum. Tantum volebat ille, ut rem pluribus edissererem de mythologorum penu; quod præstare dum in dies differo (neque enim tunc suppetebat), eruperunt undique-versum doctorum hominum commentarii, quibus in alia omnia itum est, atque eo denique ventum, ut præstantissimum monimentum, si Maffeio credimus, ha-

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 23 | 45<br>*Sicyoniorum* XX, *POLYBUS, an.* [a] 40. | 20 | 16 | 2 | 3 | |
| 24 | 1 | 21 | 17 | 3 | 4 | |
| 25 | 2 | 22 | 18 | 4 | 5 | |
| 26 | 3 | 23 | 19 | 5 | 6 | |
| 27 | 4 | 24 | 20 | 6 | 7 | |
| 28 | 5 | 25 | 21 | 7<br>*Mycenis* [b] *EURYSTHEUS, annis* 38. | 8 | |
| 29 | 6 | 26 | 22 | 1 | 9 | |
| 30<br>*Assyriorum* XXIII, *PANNYAS, an.* 45. | 7 | 27 | 23 | 2 | 10 | |
| 1 | 8 | 28 | 24 | 3 | 11 | 720 |
| 2 | 9 | 29 | 25 | 4 | 12 | |
| 3 | 10 | 30 | 26 | 5 | 13 | |
| 4 | 11 | 31 | 27 | 6 | 14 | |
| 5 | 12 | 32 | 28 | 7 | 15 | |
| 6 | 13 | 33 | 29 | 8 | 16 | |
| 7 | 14 | 34 | 30 | 9 | 17 Ea [c] quæ de Dædalo | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*Ἀσσυρίων κγ', ἐβασίλευσε* ΠΑΝΥΑΣ *ἔτη με'*. Syncell. pag. 120.

*Σικυωνίων κ', ἐβασίλευσε* ΠΟΛΥΒΙΟΣ *ἔτη μ'*. Syncell. pag. 117.

*Τὰ κατὰ Δαίδαλον, ὃς ἔδοξεν ἀγάλματα κινούμενα ποιεῖν· πρῶτος γαρ διέστησε τοὺς τῶν ἀγαλμάτων πόδας, ὡς ὁ Παλεμφατὸς ἱστορεῖ, τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων συμπεφυκότας αὐτοὺς πλαττόντων· οὗτος ἀποστῆναι μυθεύεται σὺν Ἰκάρῳ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, πλοίου λαβόμενος. καὶ διαφυγὼν τὸν Μίνωα διὰ τὸ ἀνεύρετον γενέσθαι τῷ διώκοντι.* Syncell. pag. 130.

## NOTÆ.

bendum sit tamquam inutile sequioris ætatis inventum. A Nunc igitur quando et sententiæ nostræ, et auctoris quoque nostri narrationi pondus ac lucem afferre in promptu est, operæ pretium ducimus, Veterum quæ subinde occurrerunt testimonia conferre in unum. Et primo ipse sibi constans alio in opere Eusebius est, qui *θηλύμορφον*, *muliebri* scilicet *forma* repræsentari solitum Bacchum narrat Præpar. Evang. lib. III, pag. 109. Tum quod propius ad absolutam Diptychi Quiriniani explicationem accedit, Antoninus Liberalis c. 10, ex Nicandro refert, quod Minyæ filias Bacchus *puellæ sumpta forma*, *εἰκασθεὶς κόρῃ* allocutus sit. Quæ etiam ad Tethym *sub forma puellæ confugisse*, Gallæus notat. Et ut pleraque alia omittam, quæ in Diptychi ejus gratiam afferri possent, in Dempsteriana Etrur. Regal. Tab. XI in vase fictili Musei Medicei Bacchus muliebri habitu pingitur et forma, quemadmodum et Bonarrotius observat in Commentario c. 35, pag. 59. Apollodorus quoque lib. III, pag. 159, illum testatur vix dum natum Inoni B et Athamantæ traditum ad educandum *ut puellam*, *ὡς κόρην*. Phornutus vero, sive Cornutus expressis verbis testatur, quod *θηλύμορφος πλάττεται*, fingitur, seu formatur muliebri forma, ejusque rei causam aliam ab aliis referri notat. Sunt et qui causam eam memorant, quod *ἄπαιδος* occubuerit. Hinc et apud Nonnium legere est lib. XIV, vers. 164, Bacchum in virginem mutatum, et *muliebria pepla ferentem, et virginalem fasciam*; eum videsis et lib. XX, vers. 106. Taceo alios apud quos *utriusque sexus Deus* audit, ut Aristidi Orat. in Bacch. pag. 52, *ἄῤῥην τε καὶ θῆλυς ὁ Θεός*, etc. Conficiat rem tandem Lat. auctor, qui in Catalectis veter. poetarum Petronio Arbitro subjunctis formas deorum varias recenset, quas inter :

Trahitque Bacchus virginis tener formam.

[a] Tres præterea annos Polybo elargitur Syncellus : vetus tamen Scholion de corrupto ibi in numericis notis laterculo monet.

[b] Plus habet Parmensis ms., *Eurystheus filius Stheneli annis* XLV, quot quidem ei tribuunt cum vetustiores pleræque omnes editiones, tum alii, et Palatinus ipse primus ms. Marianus quoque, et qui Eusebium descripserunt alii. Scaliger tantum quadraginta tres numerat, quemadmodum et in præfixa huic libro serie nominum nobismetipsis notatum est : eaque de causa ille hanc periocham solidis quinque annis anticipat. Ac sane conciliat fidem huic numero rerum ab Eurystheo gestarum ratio, ex quo scilicet successit Sthenelo patri in regnum, ad id temporis, quo ab Heraclidis occisus est. Videsis ea de re Diodorum lib IV. Inferius quoque ad num. 762 idem, ut videtur, Eurystheus juxta alios Eusebii auctores, annis quadraginta regnasse dicitur : quo loco putat Schurzfleischius, quod quasi se correcturus, in primo, et tertio Pall., librarius scripserit, *Mycenis regnavit Eurystheus annis* XLIII, *in aliis* XL. Dicemus et nos ibi de codicum mss. lectione.

[c] Post solidos novem annos Scaliger hanc de Dædalo fabulam differt, refragantibus aliis vetustioribus libris editis ac mss. Parmensi ac Palatino. Disserit autem in Notis erudite de se moventibus simulacris a Dædalo elaboratis, quæ consuluisse non pigebit, huc enim ea transferre, quod prolixiora sint, non licet. Ad hæc legit, *eæ quæ de Dædalo fabulæ feruntur*, minus recte, taceique, *ut* voculam ante Palæphati nomen. Gobelinus Persona Ætat. III, cap. 14, laudatus Schurzfleischio, *Eo tempore*, inquit, *Dædalus fuit qui primus statuas disjunctis pedibus fecit, et inde est quod fabulæ de eo dicunt quod fecerit simulacra se moventia. Ipse dicitur primum recepisse a Minerva artem fabricandi arietes et tecta.* Idem Schurzfleischius in schedis mss. veteribus, quæ cl. Parthii olim fue-

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptior um.* | *Mycenæorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | fabulæ ferunt, qui visus est simulacra fecisse moventia: primus enim omnium pedes statuarum a se invicem separavit, aliis conjunctim eos fabricantibus, ut Palæphatus memorat. Nec non quomodo cum filio Icaro Minoem navi fugerit, et propter investigabilem fugam avolasse pennis existimatus sit. | |
| 8 | 15 | 35 | 31 | 10 | 18 | |
| 9 | 16 | 36 | 32 | 11 | 19 | |
| 10 | 17 | 37 | 33 | 12 | 20 | |
| 11 | 18 | 38 | 34 | 13 Europa [a] Agenoris filia, ut in quibusdam legimus, rapta est. His congruunt, quæ de Minoe, dicuntur, de Cadmo, et Spartis. | 21 | 730 |
| 12 | 19 | 39 | 35 | 14 | 22 | |
| 13 | 20 | 40 *Hebræorum GEDEON, an. 40.* | 36 | 15 | 23 | |
| 14 | 21 | 1 Post Deborram Hebræos in ditionem redigunt Alienigenæ annis 7, qui conjuncti sunt temporibus Gedeonis secundum Judæorum traditiones. | 37 | 16 | 24 | |
| 15 | 22 | 2 | 38 | 17 | 25 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

ΓΕΔΕΩΝ ἔτη μ'. Chronic. Paschale pag. 65.
Εὐρώπη Ἀγήνορος... ἡρπάγη, κ. τ. λ. Sync. p. 129.

Μετὰ τὸ ἀποθανεῖν Δεβώῤῥαν... ἐδούλευσαν (οἱ Ἰουδαῖοι τοῖς ἀλλοφύλοις) ἔτη ζ'. Chron. Pasch. p. 64.

## NOTÆ.

runt, scriptum ita invenit: *Dædalus aves fecit metallinas argenteas, quas volare fecit artificioso spiritu, id est, vento incluso. Dicitur etiam invenisse simulacra se moventia. Primus enim omnium pedes statuarum a se invicem separavit, aliis conjunctim eas fabricantibus; qui cum filio navi fugiens, propter investigabilem fugam pennis avolasse æstimatus est.* Atqui (pergit vir doctus) si Dædalus primus simulacra se moventia fecit, Favorinusne apud A. Gellium, N. A., libr. x, cap. 12, columbam volantem ligneam ab Archyta Tarentino primum inventam esse, dicere potuit? Nimirum Diodoro etiam lib. iv. p. 290, Dædalus tantummodo memoratur, ὁ διαβεβηκότα τὰ σκέλη τῶν ἀγαλμάτων πρῶτος ποιήσας. E quo loco apud Syncellum, p. 163. edit. Par., lubentissime rescripserim, τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων συμβεβηκότας (non συμπεφυκότας) αὐτοὺς πλαττόντων. Ibid., statim post legendum, ut est in sylloge Eusebii Scaligerana, Οὗτος ἀποπτῆναι μυθεύεται, et cætera; vertendumque Eusebii locum, *Hic arrepta navi, cum filio Icaro avolasse fingitur, eoque modo manibus Minois evasisse, propterea quod a Minoe ipsum persequente, investigari non poterat.* In Goari versione, τὸ ἀποστῆναι saltem verti debebat, *Minoi fidem non servasse.* Plutarchus in Theseo, τὸν Δαίδαλον πλοίῳ φυγεῖν εἰς Ἀθήνας, commemoravit. Adde omnino Jo. Brodæum ad Antholog., p. 497, Palladium etiam, auctore ex Apollodoro, Is. Tzetza ad Lycophronem, p. 43, Τρίπηχυ ἦν τῷ μεγέθει, τοῖς δὲ

A περὶ συμβεβηκός. Locus Apollodori est lib. iii, p. 180, de quo vide omnino Th. Reinesium V. L., lib. iii, cap. 5, p. 417. Jam vero non omittendum, *investigabilem* dici sæpe alibi pro *ininvestigabilem* abs Hieronymo, quod notatum nobis est ex *vestigo* verbo: ut est illud Pauli ad Rom., xi, 33, *investigabiles viæ ejus.*

[a] Post biennium habentur isthæc apud Scaligerum, qui denuo recte admonet in notis, hoc gestum pluribus locis legi propter diversos auctores, qui eam rem diverse tradiderunt: et sic judicandum esse de aliis, quæ bis aut ter iterantur, ne quis putet per imprudentiam hæc Eusebio excidisse. Legit porro, *quod iis congruit, quæ de Minoe dicuntur*, prætermissis etiam quæ hic subnectuntur *de Cadmo et Spartis.* Nimirum, qui Europam ad hæc tempora distulerunt, faciunt cum sua hypothesi, quæ de Minoe, Cadmo et Spartis dicuntur, concurrere. Proinde non recte Schurzfleischius, ad aliorum hæc rationes expendens, Etsi, inquit, dicatur hanc epocham alteri, de B Minoe agenti, congruere, non tamen equidem video, qui id fieri satis possit. Quod si enim hoc demum anno rapta Europa fuerit, qua, quæso te, ratione Minos, ejus filius, tum vix fortasse quinquennis infans, numero 737, Cretæ jam rex fuisse dicetur? Sed *quid non Græcia mendax audet in historia?* Ego ex ipsius loci contextu manifestum puto esse, Eusebium ex aliorum hic atque ibi sententiis loqui.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | *Atheniensium IX, ÆGEUS Pandionis filius, an.* 48. | |
| 16 . . . | 23 . . . | 3 . . . . . | 39 . . . . . | 18 Philammon [a] Delphius nobilis habetur, qui primus apud Pythium chorum statuit. | 1 [b] Pandion fugit a Metionidibus passus insidias. | |
| 17 . . . | 24 . . . | 4 Gedeon Judex ex tribu Manasse. | 40 . . . . | 19 . . . . . . | 2 Cyzicus condita [c]. | |
| 18 . . . | 25 . . . | 5 . . . . . | 41 . . . . . | 20 . . . . . . | 3 Argonautarum historia [d]. | |
| 19 . . . | 26 . . . | 6 . . . . . | 42 . . . . . | 21 . . . . . . | 4 Atreus et Thyestes post Pelopem Peloponnense imperium diviserunt. | |
| 20 . . . | 27 . . . | 7 . . . . . | 43 . . . . . | 22 . . . . . . | 5 . . . . . . . . | |
| 21 . . . | 28 . . . | 8 . . . . . | 44 . . . . . | 23 . . . . . . | 6 . . . . . . . . | 740 |
| 22 . . . | 29 . . . | 9 . . . . . | 45 . . . . . | 24 . . . . . . | 7 . . . . . . . . | |
| 23 . . . | 30 . . . | 10 . . . . . | 46 . . . . . | 25 . . . . . . | 8 . . . . . . . . | |
| 24 . . . | 31 . . . | 11 . . . . . | 47 . . . . . | 26 . . . . . . | 9 Miletus condita [e]. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἦρξε Γεδεὼν τοῦ λαοῦ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ὁ ἐκ φυλῆς Μανασσῆ. Chron. Pasch. pag. 64.

Φιλάμμων ὁ Δέλφιος ἤκμαζεν, ὁ πρῶτος στήσας Πυθοῖ χορόν. Syncell. pag. 150.

Ἀθηναίων θ', ἐβασίλευσεν ΑΙΓΕΥΣ Πανδίωνος ἔτη μη'. Syncell. pag. 128.

Κύζικος ᾠκίσθη. Syncell. pag. 170.

Τὰ κατὰ τοὺς Ἀργοναύτας. Ex eodem pag. 123.

Μετὰ δὲ Πέλοπος τελευτὴν ἐμερίσαντο τὴν ἀρχὴν Ἀτρεὺς καὶ Θυέστης. Syncell. pag. 128.

Μίλητος ἐκτίσθη πόλις. Syncell. pag. 129.

## NOTÆ.

[a] Parmensis ms. post annos quinque hanc de Philammone periocham differt. Sunt et alii mss. in quibus *Fidamon* legitur, quod ex vitiosa Græca scriptura ob Λ et Δ litterarum similitudinem factum notat Schurzfleischius. Pro *Delphius nobilis habetur*, invenit Salmasius in aliis, *divinus habetur* : omnino perperam. Ita et *Pythis* legunt alii pro *apud Pythios*, ut videatur, inquit Schurzfleischius, prima scriptura fuisse *Pythiis*. Denique Parmensis ms. *corium*, pro *choro*, et cum Scaligero alii *constituit*, pro *statuit*. Hic vero totam periocham in omnibus, ut ait, prioris exempli codicibus scriptam reperit ad hunc modum : *Philammon Delphius nobilis habetur, qui primus apud Delphos Pythiorum ludos constituit.* Vel ait : *Apud Pythium chorum constituit.* Itaque putat, duplicem lectionem in unam periocham conjectam esse, quarum unice posterior vera est; non enim Philammon Pythiorum ludos constituit primus. Et sane ante illum præmia Chrysothemis retulerat, auctore Pausania in Phocicis cap. 7. De Philammone autem, et de Choris apud Delphicum templum ab eo institutis, loquitur Plutarchus lib. de Musica, et Scholiastes Homeri ad Odys. lib. xix, vers. 432, qui et virginum choros illos exstitisse tradit.

[b] Pontacus juxta vetustiores editiones hæc de Pandionis fuga filo Mycenarum insuerat ad num. 26, qui Abrahamitico 743 respondet, quæ postmodum huc transferri meliore usus consilio, jussit. Male etiam Palatini codices, Schurzfleischio teste, ad num. 34 Hebraicum, qui est Abrahami 746, rejiciunt. Historiam cum plures ex Antiquis tradant, Apollodorus lib. iii, Strabo ix, atque alii, placet hunc modo locum apponere ex Pausania in Attic. cap. 5 : *Pandion alter, minoris Cecropis filius, a Metionidis* (Græc., Μητιονίδαις) *regno pulsus, cum ad Pylam Megarensium regem* (*cujus filiam in matrimonio habebat*) *confugisset, morbo confectus, illic diem suum obiit. Megaridis imperium, a Pyla rege Pandionum relictum, adepti sunt Athenienses.* Paulus Orosius laudatus etiam Scaligero : *Prætermitto Pandionis Atheniensium regis flebilem fugam*, etc.

[c] Schurzfleischius ait, Cyzici natalem annum pri- A mus Palatinus primum Ægei, Sichardi editio secundum, esse voluit. Sane iste vel Argonautarum expeditionem proxime debet præcedere, vel saltim comitari. Cyzici enim erat ἱερὸν τῆ Δινδυμήνης μητρὸς τῶν Θεῶν, ἵδρυμα τῶν Ἀργοναυτῶν, referente Strabone lib. xii, pag. 575, quod deinde, imperante Zenone, Mariæ τῆ τοῦ Θεανθρώπου μητρὶ, est dedicatum, ut ex Cedreno et Joanne Malala p. 95 discimus. Nomen suum ea urbs a Cyzico quodam habet, quem Apollonius lib. i, vers. 946, Δολιόνων βασιλεῦσαι narrat. Idem genealogiam quoque ejus habet, quod fuerit :

> Κύζικος ὃν κούρη δίου τεκεν Εὐσώροιο,
> Αἰνήτη. . . . . . . . .

Adde ibidem de Cyzici præterea stirpe Scholiastam. Hinc liquet secundum Apollonium quoque, Cyzici ætatem in Argonautarum tempora incidere, utpote a quibus etiam, Apollonio auctore, est interemptus. Urbis B tamen Cyzici natalem ad annum demum Abrahami 1325 alii referunt, quibuscum Syncellus facit, qui ed. Par. p. 213, sub Argeo, quinto Macedonum rege, κύζικον οἰκισθῆναι, nisi fortasse ἀνακτισθῆναι scribas, asseverat.

[d] Scaliger, qui superiorem proxime periocham de conditu Cyzici, post septem ab hac recensione nostra annos collocarat, hanc de Argonautis post novem ponit, sive ad num. 746 ad hæc legit *navigatio*, pro *historia*. In Notis, Aut, inquit, Argonautæ ante numer. 743 collocandi erant, aut Cyzicus post 744, siquidem in ipsa expeditione ab Argonautis condita. Tu repete ex Apollonii lib. i, itemque Melæ i, cap. i, quæ Scaligero reponas.

[e] Supra ad num. 730 conditum Mileti retulit Scaliger, de qua hic plane tacet. Sane et paulo antea consignanda erat ejus epocha juxta Veterum receptam vulgo sententiam, cam a Mileto, cum Minois invidiam fugeret, fuisse conditam, ac suo de nomine C vocatam. Atque eadem ratio est, si quod alii tradunt, condita fuit a Minois fratre Sarpedone, quem Miletus amabat magis. Videsis Apollonii Scholiastem lib. i, vers. 186, Ephorum apud Strabonem lib. xiii, Pausaniam denique in Achaicis cap. 2.

| *Assyrior.* | *Sycionior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 25 | 32 | 12 Tyriorum [a] civitas condita ante Templum Jerosolymorum an. 240, ut scribit Josephus in III. | 48 | 27 | 10 | |
| 26 | 33 | 13 | 49 | 28 | 11 | |
| 27 | 34 | 14 | 50 | 29 | 12 | |
| 28 | 35 | 15 | 51 | 30 Argonautarum [b] navigatio. | 13 | |
| 29 | 36 | 16 | 52 | 31 | 14 | |
| 30 | 37 | 17 | 53 | 32 | 15 | |
| 31 | 38 | 18 | 54 | 33 Orpheus [c] Thrax clarus habetur, cujus discipulus fuit Musæus, filius Eumolpi. | 16 | 750 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τύρος ἐκτίσθη πρὸ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεῷ ἔτεσι τριακοσίοις πεντήκοντα καὶ ἑνί. Chron. Pasc. pag. 64.

Ἀργοναυτῶν στόλος ἔπλευσεν. Syncell. pag. 134.

Ὀρφεὺς Θρᾲξ ἐγνωρίζετο, τούτου μαθητὴς Μουσαῖος ὁ Εὐμόλπου υἱός. Syncell. pag. 125.

## NOTÆ.

[a] Parmensis ms. ut et Palatini omnes, atque editi vetustiores libri Tyri epocham ante sex annos, sive ad numerum Abrahamiticum 738 referunt. Porro Scaliger *Tyrus* legit, pro *Tyriorum civitas*, quod melius habet, siquidem de nova Tyro, non de veteri, loquitur Eusebius. Quæ autem huc pertinet, Schurzfleischius præoccupavit, cujus hic præstat annotationem ex integro describere. Sane, inquit, Tyrii a Palætyro ita denominati, vetustissimæ sunt originis, quamquam urbs Tyrus insularis, de qua hic sermo, paulo sit recentior. Cum Eusebio sentit Josephus, qui lib. VIII Antiquitt.: Ἀπὸ δὲ τῆς οἰκήσεως, inquit, Τύρου εἰς τὴν οἰκοδομίαν τοῦ ναοῦ διεγεγόνει χρόνος ἐτῶν τεσσαράκοντα καὶ διακοσίων. At Syncellus Paris. edit. pag. 152 multo antiquiorem Tyrum fecit, cum Danai voluit tempore, Φοίνικα καὶ Κάδμον, ἀπὸ Θηβῶν τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐξελθόντας εἰς τὴν Συρίαν, Τύρου καὶ Σιδῶνος βασιλεῦσαι. Idem est apud Eusebium numero 572. Intelligenda hæc scilicet erant de Palætyro, non de Tyro, urbe in insula sita, quæ Cadmi B tempore posterior est. Palætyri illius meminit etiam Josua cap. XIX, vers 29. At Cadmi regnum Tyrium incidit in annum Josuæ XVII. Ergo aut nullus plane, aut exiguus, in Syncelli verbis anachronismus statuendus est. Quod si a Cadmi regno ad ædificationem Tyri insularis rationes ineas, sequetur, 182 annis Palætyro istam esse recentiorem. Marshamus tamen Canon. Chron. p. 305 maluit, Josuæ librum nescio cui inferioris ævi scriptori tribuere, quam veritatem fateri. Scilicet ideo hoc fecit ut p. 578 asserere posset, Palætyrum, a Nabuchodonosore excisam, ortum dedisse novæ Tyro, cum illa tamen Tyrus, quam novam vocat, stetisset jam, si Tyri expugnatio contigit, ut vult Petavius lib. IX, cap. 69, de D. T., anno Nabuchodonosoris 29, qui præcedebat uno anno primum imperii Servii, sexti Romanorum regis, per annos secundum computum Eusebianum, 711 integros. Sed Palætyrus illa Græcis, ut puto, vix satis nota erat. Meminit quidem ejus et Strabo, et Ste- C phanus. Verum, τὴν ἀρχαιότητα utriusque Tyri ἐκ πολλῶν μύθων δεδόσθαι, prior affirmavit. De Stephano vide Vossium ad Scylacem pag. 51 edit. Hudsonii. Deinde si vel maxime cum Marshamo affirmemus, novam Tyrum ortum e Palætyro, quæ *Sarræ* nomen a Romanis accepit, trahere: quomodo tamen dictis suis convenient Hieronymi verba, quæ una ad probandam suam sententiam Marshamus attulit? Hieronymus in Ezechielis cap. XXIX: *Cum viderent*, inquit, *Tyrii*, *quod percussione arietum murorum fundamenta quaterentur*, *quidquid pretiosum in auro*, *argento*, *vestibusque*, *et varia supellectile nobilitas ha-* A *buit*, *imposita navibus ad insulas* (Marshamus corrigit, *insulam*) *asportavit*, *ita ut*, *urbe capta*, *nihil labore suo dignum inveniret Nabuchodonosor*. Si accipimus emendationem Marshami qui *insulam*, ut dixi, reponit, dic, sodes, quid effari possit Hieronymus ineptius? Si Nabuchodonosor enim per 13 et ultra annos urbis maritimæ oppugnationem sustinere potuit, quis reputaverit, insulam Tyrum, quæ tunc, secundum quidem ipsius Marshami opinionem, urbe, atque adeo præsidiis quoque, caruit, et ab Alexandro postea ad continentem terram per aggerem adjungi potuit, a Nabuchodonosore non expugnatam fuisse? Si expugnatio fuit porro haud difficilis, cum stadiorum IV tantummodo intercapedine a continenti fuerit rescissa, quæ Phœnicum fuit dementia, ut eo se contulerint, ubi æque minus tuti erant, quam in Palætyro? Omnino ergo hæc sunt ἀσύστατα, retinendaque adeo est vulgata Hieronymi lectio, *insulas*. *Insulæ* dicebantur sæculo Hieronymi συνοικίαι, ἀποικίαι. Tales habuit colonias plurimas Tyrus, tacente etiam Strabone lib. XVI, p. 757, e quibus nota imprimis Carthago est trecentis circiter ante Tyrum a Nabuchodonosore excisam, annis condita. De illa Tyri colonia Appianus, Καρχηδόνα δὲ τὴν ἐν Λιβύῃ Φοίνικες ᾤκισαν ἔτεσι ν' πρὸ ἁλώσεως Ἰλίου. Præter Carthaginem e Tyri coloniis fuit insula Melita et Gaulus, uti probavit ex Euripide Samuel Petitus ad LL. Atticas p. 31 seq. In eas ergo nobiles sua cimelia asportanda curaverunt, eaque adeo manibus Babyloniorum facile eripuerunt. Postea cum iterum exscinderetur Tyrus ab Alexandro, ut supra dixi, utraque demum Tyrus per aggerem est juncta, qua de re videndus est, præter Strabonem, Plinius H. N. lib. V, c. 19, Curtius lib. IV, c. 5, Plutarchus in Alexandro t. I, CC. p. 668, Arrianus lib. II, Diodorus, alii. Hactenus ille. Addendum porro de Græco quem laudamus textu, placuisse, ut ne quid mutaremus de Paschalis Chronici verbis, cujus auctor cætera ab Eusebio descripsisse, perspicuum est, eam annorum summam retinere, tametsi ab hujus rationibus longius distet, ac solidos centum atque undecim annos exaggeret.

[b] Atque hæc Parmensis ms. post octo annos collocat: Sichardus, aliique vetustiores editi libri post duos tantum: Scaliger econtrario uno anno antevertit. Ipsam porro historiam satis erudite persecutus est Simsonius Chronici Catholici part. II, pag. 214, in quem videsis et Petri Wesselingii annotationes.

[c] In Scaligeri editione hæc de Orpheo periocha triennio ante ponitur, in vetustioribus editis libris,

| *Assyrior.* | *Sycionior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 32 | 39 | 19 | 55 | 34 | 17 | |
| 33 | 40 | 20 | 56 | 35 | 18 Ea quæ de Sphinge [b] et OEdipode et Argonautis dicuntur, in quibus fuerunt Hercules, Asclepius, Castor et Pollux. Si autem inter Argonautas fuerunt Castor et Pollux, quomodo potest eorum soror Helena credi, quæ post multos annos virgo rapitur a Theseo? Sphingam vero, scribit Palæphatus, uxorem Cadmi, propter zelum Harmoniæ a viro recedentem contra Cadmios iniisse bellum. | |
| | *Sicyoniorum XXI,* [a] *INACHUS, an.* 42. | | | | | |
| 34 | 1 | 21 | 57 | 36 | 19 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων κα', ἐβασίλευσεν ΙΝΑΧΟΣ ἔτη μβ'.

(Τὰ κατὰ Σφίγγα) τάτε περὶ Οἰδίπου [Sc. Οἰδίποδος], ὃς καὶ εἷλεν αὐτὴν, καὶ κατὰ τὴν Ἀργὼ, καὶ τοὺς Ἀργοναύτας, ἐν οἷς ἦσαν Ἡρακλῆς, καὶ οἱ Διόσκοροι, καὶ ὁ Ἀσκλήπιος· εἰ δὲ τούτοις οἱ Διόσκοροι συνήκμαζον, πῶς δύναται τούτων ἀδελφὴ Ἑλένη, εἰ μή που μετὰ πολλὰ ἔτη, παρθένος ἁρπάζεσθαι ὑπὸ Θησέως. Sync. p. 125.

Σφίγγα Παλαίφατος Κάδμου γυναῖκά φησι γενομένην, διὰ ζῆλον Ἁρμονίας ἀποστᾶσαν Καδμείοις πολεμεῖν. Idem ibidem.

## NOTÆ.

et Palatino primo ms. biennio post : demum in Parmensi post adhuc septem annos, sive ad num. 759, Euristhei 41 : nam usque ad 45, ut notatum est supra, continuat. Porro Schurzfleischius ait, An de cætero Orpheus, qui Argonautarum expeditioni interfuit, poeta ille fuerit, cujus, ut volunt, hodieque aliqua habemus, merito dubitamus. Sane si dialecto Dorica scripsit Orpheus, uti ex Metrodoro, medico Pythagoreo, vult Jamblichus cap. 34 de Vita Pythagoræ, junior sit, necesse est. Nam etiam, Philammonis oracula supposita esse, Pausanias Corinth. cap. 37 evincit, ὅτι ἐπὶ Φιλάμμωνος οὐδὲ τὸ ὄνομα τῶν Δωριέων (ἐμοὶ δοκεῖν) εἰς ἅπαντας ἠκούετο Ἕλληνας. Jam Philammonis tantum non æqualis fuit Orpheus. Ergo, si Philammonis tempore nondum Δωριστὶ scribebatur, quomodo Orphei? At hodie neque Dorica dialectus invenitur in scriptis Orphei. Quare ea vel iterum a grammatistis esse interpolata, vel olim jam aliis auctoribus attributa, videntur. Ego, quantum, ex iis, quæ Marbodeus περὶ κουραλίου, ex Orpheo habet, conjicere possum, ipsi Metrodoro ascribendum judico περὶ λίθων librum, Orphei nomen hactenus mentitum, putoque, alios etiam Orphei libros Pythagoreorum potius esse ὑποβολιμαῖα scripta, quam Orphei illius vetustissimi, qui Pelasgicis adhuc litteris usus esse a Diodoro Siculo lib. III, p. 140, dicitur, γνησίους fetus. Præterea Dionysii, Aristotelis, et Ciceronis, sententias, qui, quia Orpheus includitur in historia mythica, eum umquam exstitisse, inficiati sunt, qua de sententia Mattius Opin. lib. I, cap. 4, p. 561, et Albericus Gentilis Virgil. lect. cap. 11, pag. 105, egerunt. Addamus nunc de Musæo, quem notat Scaliger, non Eumolpi, sed Orphei filium dici Diodoro lib. IV, de Hercule. Quin immo, inquam ego, et Platoni, et aliis filius Orphei dicitur : ut etiam Justinus martyr scripsisse Orpheum dicat, πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον: verum hos liquet eo sensu accipiendos esse, ut disciplinæ ejus filium significent, et quatenus filius appellari discipulus potest. Cæterum et propius vero est, quod ait Pausanias in Phocic. cap. 5, Musæum τοῦ Ἀντιφήμου filium, Eumolpi autem secundi nepotem. Nam et Suidas, Μουσαῖος Ἐλευσίνιος ἐξ Ἀθηνῶν, υἱὸς Ἀντιφήμου, κ. τ. λ. *Musæus Eleusinius ex Athenis filius Antiphemi*, etc. Nec tamen diffitemur, aliis item ex Antiquioribus, quos Menagius ad Laertii proœmium sect. 3 laudat, videri cum Eumolpi et Selenes filium.

[a] Notatum supra ad horum seriem nominum in Proœmio, rectius hunc Pausania appellari Ἰανίσκον, *Janiscum* : tametsi cum Græcus, tum Latinus Eusebius Inachum vocet. Ad hæc, eum inter et Polybum interponi Adrastum, tam ab ipso Pausania in Corinthiac. cap. 6, quam a Servio ad VI Æneidos : quod improbat tamen Scaliger, qui Adrastum synchronum τοῖς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, docet exstitisse. Schurzfleischius hæc addit, A Manethone Picus junior, rex Aboriginum, refertur, si Eusebii incas rationes, ad num. circiter 746. Hic Inachi filiam, Io, vi rapuisse a Joanne Malala Chronograph. pp. 30 et seqq. perhibetur. Nos manifestam prioris Inachi cum posteriore confusionem agnoscimus, quam si refutaremus pluribus, bonum nostrum otium male conterere videremur.

[b] Atque hæc Scaliger post quatuor annos differt, contra librorum veterum quot scio omnium fidem, qui cum recensione hac nostra faciunt. Ad illud quod objicit Eusebius, *Si inter Argonautas fuerunt Castor et Pollux, quomodo potest eorum soror Helena credi*, respondet Servius ad Æneid. II, vers. 601 : *Si immortalis Helena non fuisset, tot sine dubio sæculis durare non posset.* Ac sane quamquam dictum hoc videatur ad eludendam difficultatem, eo certe minus satisfaciunt, quæ excogitata aliis sunt. Scaliger, hoc ἀτόπημα, inquit, veteres auctores tam mythologos, quam historicos dubitare coegit, utrum Helena major Hecuba fuerit, et si fuerit, quare Hecuba, non illa, anus vocata. Seneca epist. 88: *Hoc quidem me quærere, utrum major ætate fuit Homerus, an Hesiodus, non magis ad rem pertinet, quam scire, an minor Hecuba fuerit, quam Helena, et quare tam male tulerit ætatem.* Idem Scaliger addit in Græcis apud Syncellum πιστεύεσθαι, legitque continuo, ἢ μήπω μετὰ πολλὰ ἔτη παρθένος ἁρπάζεται : *quæ non multis post annis virgo rapitur*. Et sive, ait, culpa librariorum, sive, quod verisimilius, Hieronymi properantia, accidit, ut negatio in Latina interpretatione expressa non sit, omnino ridicula sententia efficitur. Nam quo remotior fuerit raptus Helenæ, eo credibilior erit. Contra, quo propior his temporibus, eo remotior a Trojæ excidio, ideoque minus credibile Helenæ tempus in hujus sæculi tractum incidisse. Potest vero Hieronymi sensus commodius exponi, ut illud mirum de Helena esse voluerit si-

| Assyrior. | Sicyonior. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Mycenarum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| 35 | 2 | 22 | 58 | 37 | 20 | |
| 36 | 3 | 23 | 59 | 38 Mycenarum ATREUS et Thyestes, an. 65. | 21 | |
| 37 | 4 | 24 | 60 | 1 | 22 | |
| 38 | 5 | 25 | 61 | 2 Linus magister Herculis omnibus notus efficitur. | 23 | |
| 39 | 6 | 26 | 62 | 3 | 24 | |
| 40 | 7 | 27 | 63 | 4 Ea quæ de [b] Hypsipyle memorantur in Lemno. | 25 | |
| 41 | 8 | 28 | 64 | 5 | 26 | 760 |
| 42 | 9 | 29 | 65 | 6 | 27 | |
| 43 | 10 | 30 | 66 Ægyptiorum AMENOPHIS, an. 40. | 7 | 28 | |
| 44 | 11 | 31 | 1 | 8 Mycenis regnavit EURISTHEUS, an. 40 [c]. | 29 | |
| 45 | 12 | 32 | 2 | 9 | 30 | |
| Assyriorum XXIV, SOSARMUS, an. [a] 19. | | | | | | |
| 1 | 13 | 33 | 3 | 10 | 31 Hercules [d] consummat certamina. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων κδʹ, ἐβασίλευσε ΣΩΣΑΡΜΟΣ ἔτη ιθʹ. Ex Syncell. pag. 120.

Αἰγυπτίων γʹ, ΑΜΜΕΝΕΦΘΗΣ ἔτη μʹ. Eusebius apud Syncell. pag. 58.

Μυκηνῶν... ἐβασίλευσεν ΑΤΡΕΥΣ, καὶ Θυέστης ἔτη λγʹ. κατὰ δὲ ἄλλους ἔτη ξεʹ. Syncell. pag. 128.

Λῖνος διδάσκαλος Ἡράκλεος ἐγνωρίζετο. Sync. p. 130.

Τὰ κατὰ Ὑψιπύλην ἐν Λήμνῳ. Syncell. pag. 125.

Ἡρακλῆς τοὺς ἄθλους ἐτέλει, καὶ Ἀνταῖον ἐν Λιβύῃ καταπαλαίσας ἀναιρεῖ τὸν λεγόμενον γηγενῆ, διὰ τὸ ἐπιστήμονα εἶναι τὸν λεγόμενον παρὰ τοῖς παλαισταῖς τρόπον χαμαί, ὡς ἀπὸ τῆς μητρὸς γῆς βοηθεῖσθαι δοκεῖν, κ. τ. λ. Syncell. pag. 130.

## NOTÆ.

gnificare, quod virgo tamdiu perstiterit. Ad eum A modum etiam Goarus interpretatur: *quomodo soror eorum Helena a Theseo deinceps potuit rapi, nisi forsan post annos plurimos virgo permanserit.* Jam vero quoad reliquum textum, *Sphinga* legerat Pontacus, pro *Sphingam*, quem Hieronymi metaplasmum exhibent libri plerique omnes. Addunt quoque *et* conjunctionem, *et propter zelum Harmoniæ*, etc. Omnium vero rectissime *Cadmios*, pro *Cadmum*, quemadmodum et nos duximus restituendum, Parmensis præcipue ms. ope; notum quippe, eam non Cadmo, sed Cadmeis, sive Thebanis, fuisse infestam. Denique pro *iniisse bellum*, Scaliger minus recte habet uno verbo *constitisse*. Est autem et Græce πολεμεῖν: et Latini alii codices pro *bellum*, *certamen* præferunt. Cæterum de Sphingis historia seu fabula Diodorus lib. IV: *Per id tempus*, inquit, *Sphinx, fera quædam biformis, Thebas venit, et ænigma solvendum proposuit*, etc. Paria habet Apollodorus lib. III, qui ejus formam describit facie quidem muliebri, sed pectore pedibusque et cauda B leonis, cum alis volucrum. Suidas mulierem feram et deformem vocat prædatricem, et quæ prætereuntes jugularet. Tzetzes ad Lycophronis v. 7. Ut alios magno numero omittam, omnium accuratissime hac de re egit Pausanias in Atticis cap. 26, quo loco et tertiam opinionem addit Veterum quorumdam, Sphingem Laii regis filiam fuisse notham, cui oraculum, quod Delphis Cadmus acceperat, pater revelarit pro sua in illam benevolentia. Venisse autem ad eam Œdipum, edoctum de oraculo illo arcano per somnium, quoniam ad Laii liberos, ex Epicaste natos, pertinebat, etc., quæ apud eum videsis.

[a] Tres præterea annos, id est 22, huic regi Syncellus elargitur.

[b] Scaliger hæc de Hypsipyle paulo ante ad n. 754, primus Palatinus ad insequentem 755 refert. Num Catulli *Hypsipyla* reformata ex hac est? Porro, ait Schurzfleischius, Pindarus solus fortasse ex iis, qui in nostras manus devenerunt, ea, quæ de Hypsipyle sub reditu Argonautarum in Lemno gesta esse memorantur, Πυθ. δʹ, fusius exposuit. Scaliger ineptiæ arguit eum, qui crederet, octo ab expeditione Argonautica annis hoc demum gestum contigisse. Et sane, si intra quatuor statim menses ista, ut Apollonius vult, confecta fuit, ineptum erit credere, ea, quæ narrantur, vel sub reditu contigisse. At alii de intervallo ταύτης τῆς ἀναβάσεως, aliter sentiunt. Præterea fortasse Eusebius non tam Argonautarum factum indigitavit, quam ipsarum Lemniadum, qui, quod patrem Thoantem non interfecerat Hypsipyle, ipsam eam interficere decreverunt, non post unum forte ab Argonautarum abitu annum, et interfecissent sane, nisi fuga sibi consuluisset. Tota res a Pindari Scholiasta ad Nemea satis bene explicatur, quem, si tanti est, vide.

[c] Subnectunt veteres Editiones, et Pontacena, *vel decem, ut aiunt nonnulli, Ægisthus*, quæ neque in Parmensi, quo præcipue utimur, ms., neque in iis habentur, quos Pontacus consuluit: qui et deleri ea jubet, quod neque cum præcedentibus, neque cum subsequentibus, ubi de Ægistho sermo est, conciliari possint. Scaliger etiam huic præpositam de Euristheo ῥῆσιν prætermittit. Videsis Lydiatum ad Marmor I Arundel. pag. 249.

[d] Diximus, hæc de Hercule Scaligerum statim ab superiore de Thamyri periocha ad n. 768 collocare. Primus Palatinus ms. uno adhuc anno postponit, legitque infra vitiose, cum reliquis tribus, Parmensi, atque editis vetustioribus libris *Sophistam*, pro *Sophistriam*. Platonis locum in Euthydemo Scaliger laudat, ex quo *Sophistriam* debere legi, perspicuum est. Ita habet et Græcus penes Syncellum, tametsi, ut Scali-

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 14 | 34 | 4 | 11 | 32 Antæum interficit. Ilium vastat. | |
| 3 | 15 | 35 | 5 | 12 Minos [a] mare obtinuit et Cretensibus leges dedit, ut Paradius memorat, quod Plato falsum esse convincit. | 33 Dicitur autem Antæus terræ filius, quia solorum palæstricæ artis certaminum, quæ in terra exercentur, scientissimus erat, et ob id videbatur a Terra matre adjuvari. Hydram autem callidissimam fuisse Sophistriam asserit Plato. | |
| 4 | 16 | 36 | 6 | 13 | 34 | |
| 5 | 17 | 37 | 7 | 14 | 35 | |
| 6 | 18 | 38 | 8 | 15 | 36 | 770 |
| 7 | 19 | 39 | 9 | 16 | 37 | |
| 8 | 20 | 40 | 10 | 17 | 38 | |
| | | *Hebræorum ABIMELECH, filius Gedeonis, an.* 3. | | | | |
| 9 | 21 | 1 | 11 | 18 | 39 | |
| 10 | 22 | 2 | 12 | 19 | 40 | |
| 11 | 23 | 3 | 13 | 20 Thamyris [b] Am- | 41 Bellum Lapitharum | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἑβραίων ΑΒΙΜΕΛΕΧ τοῦ Γεδεὼν ἔτη γ'. Ex Chron. Pasch. pag. 65, et Syncellus pag. 127.

Μίνως ἐθαλασσοκράτει, καὶ Κρῆσιν παρὰ Διὸς ἐνομοθέτει (κομίζων τοὺς νόμους ἐξ ἄντρου τοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐννεαετηρίδι) ὅπερ ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις ἐλέγχει. Syncell. pag. 130

Αὐτὸς Ἡρακλῆς τὸ Ἴλιον ἐπόρθησεν. Idem ibidem.

Θάμυρις ὁ Φιλάμμωνος ἤκμαζε. Syncell. p. 130.

Τὴν δὲ Ὕδραν, τὸ μυθευόμενον ζῶον, ὁ Πλάτων σοφίστριαν λέγει. Idem ibidem.

Πόλεμος Κενταύρων καὶ Λαπίθων. Κένταυροι δὲ Θεσσαλῶν ἱππεῖς ἦσαν ἄριστοι, ὥς φησι Παλαίφατος ἐν πρώτῃ ἀπίστων. Idem ibidem.

## NOTÆ.

gero etiam videtur, luxatus interpolatusque ab eo textus. Schurzfleischius emendare conatur, Τὴν δὲ Ὕδραν.. ὁ Πλάτων σοφίστριαν λέγει θείαν εἶναι. Ὁ αὐτὸς Ἡρακλῆς τὸ Ἴλιον ἐπόρθησε. Sed et Latinus hic loci manens videtur : consentaneum quippe est, de Hydra factam fuisse antea mentionem, tum quod callidissima sophistria fuerit, explicatum. Reliqua Herculis certamina notiora sunt, quam ut exponi nobis indigeant. Perstringendus modo Scaliger, qui Hieronymum culpat, quod Græca tota non verterit, et pronuntiare audet, non dubium esse, quin difficultas eum a vertendo deterruerit. Persuasum ego puto omnibus fore, qui Græce sciant, et Syncellum cum Hieronymo contenderint, eum quæ plus habet, de suo addidisse, atque interpolasse : sanctum vero interpretem ea quæ ob oculos habebat in Eusebiano exemplari, satis fideli et perspicuo sensu refudisse Latine.

[a] Videntur duo inter se Minoes confundi : qui enim Cretensibus leges dedit, Europæ filius fuit : qui maris imperium obtinuit, junior centum et quinquaginta annis plus minus, et Lycasti filius. Nec tamen Eusebii hallucinatio hæc est, sed Veterum, quorum pro Operis sui instituto sententias refert : puta Apollodori lib. III et Diodori ipsiusmet lib. V, sub finem. Strabo etiam vetustas memorias repetens lib. X : *Minos*, inquit, *ut in historiis legimus, et bonus fuit legum lator, et primus in mari imperium obtinuit*. Erroris ea causa fuerit, quod uterque mari ingenti navium classe imperarit. Gravior autem alius est, et sancti proprie interpretis error, cum dicitur Paradius hujus historiæ meminisse, qui auctor numquam exstitit, et manifesto evincitur confictus ex Græcis perperam acceptis verbis, παρὰ Διός. Scaliger, qui lapsum hunc primus animadvertit, satis tamen cum Hieronymo modeste egit, quem non propterea Hellenismi imperitum vult haberi, eoque minus insultandum tanto viro, quod aliud agens, et notario hæc dictans, perperam quædam verterit. Ego ipsam quoque accusationem posse bonis argumentis ab S. interprete repelli, autumo, Græcus Eusebii textus, ut nunc quidem

A est apud Syncellum, corruptus non uno in loco, quod mox ostendimus, mancusque est librariorum culpa : sed et in illo, quod ob oculos habebat S. Pater, exemplari jam tum eadem, aut alia scriptionis vitia insedisse, nihil est dubium. Legit enimvero ille, καὶ Κρῆσιν ὡς Παράδιος ἐνομοθέτει. Quod vertendum quidem erat, distincta scriptura, *et Cretensibus leges dedit, tamquam abs Jove :* neque enim *Paradius* Græcum est nomen ; sed fraudi fuit illi ὡς vocula, qua una Eusebius de more utitur ad alios auctores laudandos, et quæ, licet hic alio sensu, contextui utilis et ferme necessaria, in Syncellianis tamen codicibus desideratur. Ad hæc subsequentia in Græco verba, κομίζων τοὺς νόμους ἐξ ἄντρου τε ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐννεαετηρίδι, minime noster novit, parque omnino est creditu, in ejus exemplari non exstitisse. Cubant præterea gravissimo in mendo, quod neque Goarus animadvertit. Quod enim dicitur, ἐξ ἄντρου τοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐννεαετηρίδι, et vertitur, *ex antro nono quoque anno*, legendum est ac supplendum, ἐξ ἄντρου τοῦ ἐν τῇ Ἴδῃ ἰδίᾳ ἐννεαετηρίδι,
B aut quid simile, ut sensus sit, *ex antro quod erat in Ida, nono quoque anno* a Minoe leges fuisse allatas. Quippe certum est Maximi Tyrii, et quem Scaliger quoque laudat, Porphyrii, testimoniis, in Ida monte antrum illud fuisse collocatum, quod et Eusebius voluit significasse : sed factum occursu verborum perquam similium Ἴδῃ, atque ἰδίᾳ, ut altero oculos fallente vocabulo, Antiquarius hanc ipsam sententiam misere depravaret.

[b] Arbitror ego, recte pridem abs Hieronymo scriptum *Philammonis filius :* librarium vero, cum priores litteras *Phil*, quæ olim *Fil* scribebantur, pro *filius*, accepisset compendiosa nota, ratum bis idem dici, expunctis hisce litteris, *Philammonis* nomen in *Ammonis* depravasse. Certe Φιλάμμωνος, non Ἄμμωνος, filium Eusebius, et Veteres omnes Thamyrin dicunt. Historiam repete ex Pausania in Messenicis cap. 33, Plutarcho de Musica, Apollodoro lib. I, et Diodoro Siculo lib. III. S. Clemens Alexandr., quem ob oculos habuisse videtur Eusebius, Stromat. I : *Doricæ*, in-

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | *Post quem THOLA, an. 22,* [a] *alias 23 secundum Hebræos.* | | monis filius insignis habetur. | et Centaurorum, quos scribit Palæphatus libro de Incredibilibus primo, nobiles fuisse equites Thessalorum[c]. | |
| 12 | 24 | 1 | 14 | 21 | 42 | |
| 13 | 25 | 2 | 15 | 22 | 43 | |
| 14 | 26 | 3 | 16 | 23 | 44 Priamus [d] regnavit post Laomedonta. | |
| 15 | 27 | 4 | 17 | 24 | 45 Medæa Colchensis ab Ægeo discedit. | |
| 16 | 28 | 5 | 18 | 25 | 46 Septem qui adversus Thebas pugnaverunt. | 780 |
| 17 | 29 | 6 | 19 | 26 | 47 | |
| 18 | 30 | 7 | 20 | 27 Ea quæ de [b] Minotauro dicuntur, quem Philochorus | 48 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*Μετὰ τὴν τελευτὴν Ἀβίμελεχ... ἦρξε ΘΩΛΑ ἔτη κγ'.* Chron. Pasch. pag. 65.

*Τὰ περὶ τὸν Μινώταυρον... Αὐτοὶ δὲ Κνώσιοι, κ. τ. λ.* Syncellus pag. 130.

*Πρίαμος υἱὸς Λαομέδοντος... ἐβασίλευσε.* Syncellus, pag. 136.

*Μηδεία Κολχὶς ἀνεχώρησεν Αἰγέως.* Sync. p. 130.

*Οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσαν.* Idem ibidem.

## NOTÆ.

quit, *harmoniæ inventor Thamyris existimatur.* Scaliger, qui hanc periocham ante octo annos refert, eique succedere illam de Hercule statim facit: Recte, inquit, Thamyris in hoc tempus confertur, nempe sæculum Herculis, qui Eurytum Œchaliæ regem interfecit, sub quo Thamyris vixit. Inde opportune subjicitur mentio Herculis.

[a] Additionem hanc, *alias 23 secundum Hebræos*, Scaligeri editio ignorat, atque ipse Pontacus a pluribus mss. abesse notat. Et Hebræus tamen textus 23 annos Tholam judicasse Israelem docet; sed Eusebius data opera uno minus putat, ne in anno Salomonis quarto, supra quam constituerat, 480 annorum summam ab anno Exodi inclusive colligeret. Est autem verosimillimum, non temere id ac pro arbitrio fecisse, sed quod Græcum aliquod exemplar nactus esset, quod 22 tantum annos Tholæ numeraret. Interim eam additionem novisse videtur et Prosper, qui locum hunc ita invertit: *Tholam annis* XXVI (lege XXIII), *vel* XXII *ex alio codice:* Græco nempe, quo usus Eusebius est.

[b] Atque hæc de Minotauro Scaliger sexennio anticipat. Cætera quæ huc spectant, accipe a Schurzfleischio: Turbata, inquit, hoc in capitulo sunt omnia. Primus Pal. legit, *agonem statuerit*, et mox, *et ille, in agone fortissimus, in contentione universos superabat.* Quilibet αὐτόθεν perspicere potest, verba *in contentione* e glossa esse. Idem pro *Gnosios* inepte agnoscit *Gnosticos*. Reliqui tres Pall. *Gossios* habent. Legendum ergo est *Gnossios*, quamquam vulgatam lectionem damnare plane nolim. Syncellus enim p. 163 edit. Par. etiam habet, Αὐτοὶ δὲ Κνώσιοι λέγουσι. Catullus, epithalamio Pelei et Thetidis, vers. 172:

Gnosia Cecropiæ tetigissent littora puppes.

Porro Homero eodem modo, Od. Υ', Minois regia ἡ Κνωσσὸς fuisse dicitur, quem sequitur Plutarchus in Theseo. At Catullus l. d. vers. 75, *Gortynia tecta* ejus fuisse sedem regiam, mavult. Taurum, τὸν Πασιφάης νοτάριον, vocat cum Cedreno Jo. Malala χρονογρ. p. 106. Eusebius eum στρατηγὸν nuncupat, quem Hieronymus interpretatur *magistrum*. Is. Tzetzes ad Lycophronem vers. 2214, p. 125, Κνωσσός, πόλις ἐπὶ Κρήτης, ὅθεν ἦν καὶ Ταῦρος, ὁ στρατηγός, ὁ τὴν Εὐρώπην ἁρπάξας, ὁ Κνώσσιος. De vario vocis στρατηγὸς significatu vide B. Vulcanium, ad Aristotelis de Mundo librum p. 203, et Is. Casaubonum ad Athenæi lib. V, quamquam contra Casaubonum στρατηγὸν τῶν ὅπλων aliter interpretandum cum S. Petito ad LL. Attic. p. 249, censeam. Glossæ, ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ, *magistratus duumvir*. Modestino Icto, ὁ τῆς πόλεως ἄρχων ἐστὶν ὁ A στρατηγός. Non ergo audiendus est Garcia de Loaila ad Isidori Chron. p. 26, qui non *magistrum Minois*, sed *magistrum militum*, e Plutarchi Theseo, et Servio ad VI Æneid. scribendum esse asseruit. Porro Scaliger malæ versionis Eusebium arguit in iis verbis, *Ob quod Athenienses pueri tributaria pœna liberati sunt.* Non enim, inquit ille, pueri, sed Athenienses, puerorum tributo liberati sunt. Apud Syncellum ed. Par. p. 163 habetur, Συνέβη δὲ τοὺς παῖδας διασωθῆναι. Aut igitur in Hieronymi verbis enallage numeri statuenda est, ut vox *pueri* adeo generandi, non nominandi casu posita sit, aut potius ῥῆσις illa Hieronymi exprimit hæc Græca verba, Διὸ καὶ οἱ τῶν Ἀθηναίων παῖδες, ὁ δήπου παρ' Ἀθήναις κομιζόμενος δασμὸς, ἐσώθησαν. Catullus *electos juvenes simul et decus innuptarum* dapem Minotauro oblatam esse tradit. Adde Euripidis Herculem furentem, Virgilium lib. VI Æneid. Dionem Chrysost. orat. XI, et quæ Meursius in Theseo suo collegit.

B [c] Triennio ante in Scaligeri editione bellum hoc recensetur: in Palatino primo ms. biennio tantum. Illud *primo*, quod de Palæphati libro dicitur, et in Græco Syncellus, in Latino Orosius quoque legit, Scaliger cum mss. aliquot ignorat, ac porro ægre fert in Notis desiderari. Negat præterea hoc, aut quidpiam huic simile a Palæphato proditum, quem vult longe diversa ab Eusebio de Centauris scripsisse, Eusebium vero aliud egisse, cum hunc locum Palæphati in animo haberet. Hæc ejus sunt paulo fre-

[d] Idem Scaliger Priamum regem ante tres annos, Medææ autem discessum post tres alios a nostra recensione collocat. Ita et subsequentem periocham, *Septem qui adversus Thebas pugnaverunt*, post Theseum ponit ad num. 784: de Theseo autem ipso addit, *qui adversum Thebas dimicavit.* In mss. nihil invenimus, quod ejus lectioni aut rationibus suffragetur, neque it ipse inficias in Notis, expeditionem C τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, ante illud tempus exstitisse, quo pugna Thesei cum Thebanis contigit. Schurzfleischius bellum τῶν Ἑπτὰ mavult numero 785 assignare, jubetque consuli Samuelem Petitum ad LL. Atticas pag. 52. Clemens Alexandrinus Stromat. I ex vetustis chronologis bellum illud recenset decennio post Thesei expeditionem in Minotaurum, annis vero 37 ante Ilii excidium. Ducum nomina disces ex Pausania in Phocicis cap. 10. Ex his pro Polynice et Tydeo, Mecisteum, Adrasti fratrem, et Eteoclum, Iphidos filium, alii, teste Apollodoro, substituunt.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | in secundo Attidis libro scribit, magistrum Minois fuisse Taurum nomine, inhumanum atque crudelem : et quia Minos super mortem Androgei agonem statuerat, præmii nomine pueros Atticos largiens, et ille in agone fortissimus universos in contentione superabat. Tandem factum est, ut a Theseo in palæstra vinceretur, ob quod Athenienses pueri tributaria pœna liberati sunt, sicut ipsos quoque Gnosios referre testatur. | *Atheniensium* X, THESEUS, *an.* 30. | |
| 19 | 31 | 8 | 21 | 28 | 1 Androgeus [a] Athenis dolo interficitur.—Theseus cum Athenienses prius per regionem [b] dispersos in unam civitatem congregasset, ignominiose ejectus est per signa testarum, eamdem legem primus ipse constituens. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αὐτοὶ δὲ Κνώσιοι λέγουσιν εἶναι τοῦ Μίνωος στρατηγὸν, ὃς ὠνομάζετο μὲν Ταῦρος, τὴν δὲ φύσιν ὠμὸς καὶ ἀνήμερος ἦν. Ἐπεὶ δὲ Μίνως ἀγῶνα ἐπ' Ἀνδρογέῳ ἐτίθει, ὃν ἀπέκτειναν Ἀθηναῖοι, τοὺς Ἀττικοὺς δὲ παῖδας ἔπαθλον ἐδίδου· ἰσχυρὸς ὢν ὁ Ταῦρος πάντων κατεκράτει, ὡς δὲ καὶ τῷ Θησεῖ τοῦ ἀγῶνος μετεδόθη. καὶ τὸν Ταῦρον κατεπάλαισε· συνέβη δὲ τοὺς παῖδας διασωθῆναι, καὶ τὴν πόλιν ἀφαιρεθῆναι τοῦ δασμοῦ, ὡς Φιλόχορος ἱστόρησεν ἐν δευτέρᾳ Ἀττίδος. Syncell. pag. 150.

Ἀθηναίων ι', ἐβασίλευσε ΘΗΣΕΥΣ ἔτη λα'. Sync. p. 157.

Ἀνδρόγεως ἐδολοφονήθη ἐν Ἀθήναις. Syncell. p. 150.

Θησεὺς Ἀθηναίους, κατὰ χώραν διεσπαρμένους, εἰς ἓν συναγαγὼν, ἤτοι εἰς μίαν πόλιν, πρῶτος ἐξωστρακίσθη, αὐτὸς πρῶτος θεὶς τὸν νόμον. Syncell. pag. 157.

## NOTÆ.

quentoria vitilitigia. Palæphatus cap. 1 Centaurorum A nomen ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους deducens, fabulam ex eo explicat, quod juvenes in tauros Thessaliam devastantes, conscensis equis, irruerunt; antea enim equitare homines ignorabant. Factum porro ab ejus, qui equo vehitur, figura, ut qui Centauri dicti sunt, equinæ formæ crederentur, humano autem capite. ἀλλ' ἵππου [καὶ ἀνδρὸς ἰδέα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἔργου. Quidni igitur dixisse censendus est, Centauros fuisse equites, et nobiles quidem, utpote qui primi equos condocefacere celeres excogitarint? Sic enimvero ex Palæphato accepit quoque Servius ad eum locum Virgilii Georgic. III, vers. 115 :

> Frena Peletronii Lapithæ, gyrosque dedere
> Impositi dorso, atque equitem docuere sub armis
> Insultare solo, et gressus glomerare superbos.

*Peletronium*, inquit, *oppidum est Thessaliæ, ubi primum domandorum equorum repertus est usus. Nam cum quidam Thessalus rex, bobus œstro exagitatis, satellites suos ad eos revocandos ire jussisset, illique cursu non sufficerent, ascenderunt equos*, etc. *Sed hi visi aut cum irent velociter, aut cum eorum equi circa flumen Peneum potarent, capitibus inclinatis, locum fabulæ dederunt, ut Centauri biformes esse crederentur.* Paria habet Diodorus lib. IV, atque alii, quos laudare non vacat. Notissima quoque est ex eodem Diodori libro Lapitharum pugna, quam et Plutarchus in Vita Thesei narrat, describit quoque Ovidius Metamorphoseon lib. XII.

[a] Androgei cædem, quam constat ex Diodoro lib. IV, superioris proxime regis Atheniensium Ægei jussu atque insidiis præparatam, huic anno Parmensis quoque, et Palatinus ms. primus ascribunt. Scaliger post adhuc biennium, sive ad tertium Thesei refert : eoque magis ridiculum anachronismum in Notis exsibilat, atque ipsi Eusebio culpæ dat, quod quamvis e diversis auctoribus desumpserit, tamen eorum non magnum delectum videatur habuisse, qui cum videret eos auctores inter se dissentire, non monuerit lectorem absurditatis, saltem ne illi ascriberetur. Enimvero salva res erat, si fuissent hæc posita ante tres annos a recensione nostra : ac ferme non dubito, ita præstitum ab Eusebio ac Hieronymo; factum vero sequiorum temporum ac librariorum culpa, ut inferius transferrentur. Facile, quod et Schurzfleischio placet, huc spectabant quæ de Minotauro dicuntur : erantque ista de Androgeo ad illius locum, sive num. 780 referenda. Porro autem his Scaliger continuo adtexit periocham de Helena a Theseo rapta, quam nostri libri inferius adhuc recensent. Dicemus ibi ea de re.

[b] Eruditissime pro more suo Scaliger ad hunc B locum de panegyri a Theseo instituta, ac festis, quæ τὰ Θησεῖα, et Μετοίκια, demum Παναθήναια dicta sunt, disserit, quæ item aliis, et cum primis Meursio disputata sunt proprio opere, ac legisse apud eos præstabit. Quod autem ait contra Eusebium, numquam se legisse, Theseum auctorem ostracismi, immo alios contra sero tandem ab Atheniensibus institutum tradere, non usque adeo verum est. Licet enim proprie dictus ostracismus revera aliquot post Theseum sæculis introductus videatur; Scholia tamen ad Plutum Aristophanis vers. 627 testantur de Theseo, quod, *Postquam Atheniensibus democratiam concessisset, Lycus quidam sycophanta* ἐποίησεν ἐξοστρακισθῆναι τὸν ἥρωα, *Heroem in exsilium pelli per ostracismum fecit.* Et Suidas in Ἀρχὴ Σκυρίας, hæc habet :

| Assyrior. | Sicyonior. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Mycenarum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *Assyriorum XXV, MITRÆUS, an. 27.* | | | | | | |
| 1 | 32 | 9 | 22 | 29 | 2 | |
| 2 | 33 | 10 | 23 | 30 | 3 | |
| 3 | 34 | 11 | 24 | 31 | 4 | |
| 4 | 35 | 12 | 25 | 32 | 5 | |
| 5 | 36 | 13 | 26 | 33 | 6 | |
| 6 | 37 | 14 | 27 | 34 | 7 | |
| 7 | 38 | 15 | 28 | 35 | 8 | 790 |
| 8 | 39 | 16 | 29 | 36 | 9 | |
| 9 | 40 | 17 | 30 | 37 | 10 | |
| 10 | 41 | 18 | 31 | 38 | 11 | |
| 11 | 42 | 19 | 32 | 39 | 12 Minos leges ac [b] jura constituit. | |
| | *Sicyoniorum XXII PHÆSTUS, an. 8* [a]. | | | | | |
| 12 | 1 | 20 | 33 | 40 | 13 Theseus [c] Helenam rapuit, quam rursus fratres receperunt, capta matre Thesei, eo peregre profecto. | |
| 13 | 2 | 21 | 34 | 41 | 14 | |
| 14 | 3 | 22 | 35 | 42 | 15 | |
| | | *Post quem JAIR ex tribu Manasse, an. 22.* | | | | |
| 15 | 4 | 1 | 36 | 43 | 16 Philistus scribit, a [d] | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων κε', ἐβασίλευσε ΜΙΘΡΑΙΟΣ ἔτη κζ'. Syncell. pag. 120.

Σικυωνίων κβ', ἐβασίλευσε ΗΦΑΙΣΤΟΣ ἔτη η'. Ex Syncell. pag. 117.

Μετὰ Θωλὰ... ἀνέστη ΙΑΕΙΡ... ἐκ φυλῆς Μανασσῆ... ἔτη κβ'. Chronic. Paschal. pag. 65.

Μίνως .. ἐνομοθέτει. Ex Syncell. pag. 130.

Θησεὺς Ἑλένην ἥρπασεν, ἣν αὖθις ἀπέλαβον οἱ ἀδελφοὶ αὐτῆς Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης, τὴν μητέρα Θησέως αἰχμαλωτίσαντες, ἀποδημοῦντος τοῦ Θησέως. Ex Scaligeri Collectaneis pag. 123.

Καρχηδόνα φησὶ Φίλιστος κτισθῆναι ὑπὸ Ἐζώρου καὶ Καρχηδόνος τῶν Τυρίων κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. Sync. pag. 137.

## NOTÆ.

Ὀστρακισθῆναι δὲ πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα ἱστορεῖ Θεόφραστος: *Theseum Athenis primum ostracismo mulctatum fuisse, tradit Theophrastus.* Ex horum sententia, atque aliorum etiam, qui non supersunt, Eusebius dixerit, quamquam non diffiteor, aliis auctoribus aliter visum esse. Sunt qui eam legem post ejectos Athenis Pisistratidas introductam scribunt. Ælianus Clisthenem ejus auctorem facit: alii Hyppiam tyrannum, alii Hipparcum Charmi filium, sive Timarchi: tanta Veterum discordia est. Cæterum et minus recte legit Scaliger, *prius ipse constituens*, pro *primus*, etc.

[a] Huic duos, et subsequenti Sicyoniorum regi Adrasto tres supra Eusebii rationes annos Syncellus elargitur. De hoc Scaliger, Virgilius VI, *et Adrasti pallentis imago.* Servius: *Rex Sicyonis primo, post Argivorum, socer Tydei et Polynicis.* Apud Pausaniam ante Janiscum, quem Eusebius ridicule Inachon vocat, collocatur Adrastus. Homerus facit regem primum Sicyonos, si grammaticis credimus, Καὶ Σικυῶν ὅθ' ἄρ' Ἄδρηστος πρῶτ' ἐμβασίλευσεν. Sed videndum, an ibi intelligendum sit πρῶτα, ἀντὶ τοῦ πρότερον: Sicyone, ubi prius regnavit Adrastus, quam scilicet Argis imperaret. De Adrasto, et quomodo propter filiam Polybi regis, quam duxerat uxorem, regnum assecutus sit, vide omnino Scholia vetustissima in Pindarum, Nemeaco 9. Adde et Pausaniam in Bœoticis cap. V.

[b] Quidam codices, teste Schurzfleischio, *fora* legunt pro *jura*, quam vocem interpretatur per ἀγορὰν, seu *personas forenses*, quo modo φόρον vocabulum sumitur in Glossis Dufresnii p. 1690. Adiri quoque jubet de Minoe legislatore Lactantium lib. I cap. 72, Nicolaum Damascenum in Excerptis, Suetonium in Tiberio cap. 70, Meursium denique in Creta lib. III. Scaliger hunc verum esse Minois sæculi locum

A sentit.

[c] In tanta de Helenæ raptu apud mythologos atque historicos sententiarum fluctuatione, Scaliger confidentissime de anachronismo, non Eusebium quidem, sed quos ille sequitur reprehendit, quod Theseum velit, patre Ægeo regnante, Helenam rapuisse, non cum ipse regnaret. Tu quæ nos ad huic similes, alias objectiones hactenus reposuimus, huc refer. Notarum porro superius, hanc ab eo periocham solidis octo annis anteverti. Econtrario Parmensis ms. post alios ab hac recensione Pontacena ac nostra tres annos, et in Mycenarum quidem, non Atheniensium, filo refert. Serius adhuc alii differunt, et vetus quidem chronologus apud Clementem Alexandrinum Helenam a Theseo raptam notat post Amazonum expeditionem. Diodorus vero lib. IV id demum factum esse narrat post Phædræ mortem: *Pirithous,* inquit, *post Hippodamiæ uxoris obitum (ex qua filium Polypœtem susceperat) Athenas se contulit*

B *ad Theseum,* καταλαβὼν δὲ τετελευτηκυῖαν τὴν γυναῖκα τοῦ Θησέως, ἔπεισεν αὐτὸν, etc. id est, *cum vero exstinctam offendisset Thesei uxorem Phædram, auctor illi fuit, ut Helenam, Jove ac Leda natam, quæ tum decimum ætatis annum agebat, et omnes ubique feminas venustate superabat, per raptum ad se transferret.* Plutarchus in Vita Thesei, hunc refert ex Hellanico, annos jam quinquaginta natum fuisse, quando Helenam nondum maturam rapuit. Cætera persequi non libet.

[d] Altius paulo conditum Carthaginis, sive annis quinquaginta ante excidium Trojæ, ἔτεσι πεντήκοντα πρὸ ἁλώσεως Ἰλίου, repetit Appianus lib. de Bellis Punicis. Econtrario Josephus lib. VIII Antiquit. et I contra Appionem ex ipsis Tyriorum monimentis docet, annis 143 post templum Salomonis, Carthaginem fuisse demum constructam; qui annus cum Abraha-

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | [a] *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | Zaro et Carchedone, Tyriis, hoc tempore Carthaginem conditam. | |
| 16 | 5 | 2 | 37 | 44 | 17 | |
| 17 | 6 | 3 | 38 | 45 | 18 | |
| 18 | 7 | 4 | 39 | 46 | 19 | 800 |
| 19 | 8 | 5 | 40 | 47 | 20 | |
| | *Sicyonior. XXIII, ADRASTUS, annis 4.* | | *Ægyptiorum* [b] *AMMENEMES, an. 26.* | | | |
| 20 | 1 | 6 | 1 | 48 | 21 | |
| 21 | 2 | 7 | 2 | 49 Atreus [c] Argis regnat solus. | 22 | |
| 22 | 3 | 8 | 3 | 50 | 23 | |
| 23 | 4 | 9 | 4 | 51 | 24 | |
| | *Sicyonior. XXIV,* [a] | | | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων κγ', ἐβασίλευσεν ΑΔΡΑΣΤΟΣ ἔτη δ'. Ex Syncell. pag. 117.

Σικυωνίων κδ', ἐβασίλευσεν ΠΟΛΥΦΕΙΔΗΣ ἔτη λα'. Idem pag. 118.

Αἰγυπτίων δ', ΑΜΜΕΝΕΜΜΗΣ ἔτη κϛ'. Eusebius apud Syncell. pag. 58.

## NOTÆ.

mitico 1117 concurrit. Nec sane diffitendum apud auctores diverse ejus epocham referri propter diversos conditores. Cum vero tres partes Carthaginis fuerint, de antiquissima Eusebius nunc loquitur, id quod inferius, ubi ab num. 970 ejusdem urbis conditum refert, indicat verbo ἐπικτισθῆναι, ut saltem est apud Syncellum, licet iste in annis ab Eusebio dissideat. Fallitur adeo Scaliger, qui omnino vult, priorem sedem fuisse arcem Byrsam ; posteriorem, quam vocabant Karhada (dixisset *Karthada*) id est, Νεάπολιν. Penitus enim econtrario se res habet, nam Byrsa tertia demum pars fuit a Didone exstructa, quam et lingua sua בצרה, *Bosran*, id est locum munitum, sive arcem appellavit : Græci transpositis litteris, ἐκάλουν βύρσαν, ut ait Strabo lib. ult. Notissima exinde fabula de corio bubulo, quod Græce Βύρσα nomen significat, et quod ait Virgilius lib. I Æneidos, *facti de nomine Byrsa*. Karthadam autem testatur Julius Solinus cap. 30 urbem antea appellatam : quod quidem Phœnicium nomen ab Hebraico קרת, quod est, *civitas*, et חדת, ut credibile est, sive *hada*, quod est, *nova*, perquam commode derivatur. De Josephi loco, quem peccasse in calculo subducendo, notatum antea est doctis viris, dicemus infra. Notanda nunc vetus illa Græcorum hallucinatio est de Carchedone, Phœnice nescio quo conditore, quam imbibit Eustachius quoque e Stephano Ethnicographo ad Dionys. Perieg. v. 194. Ipsum enim illud est urbis nomen, quod, ut notat Drusius Observat. lib. VII, cap. 8, Καρχηδὼν per syncopem dicitur, pro κάρθα χηδὼν, ut Latinis *Carthago* per apocopen, pro *Kartha chada*. Fallitur etiam verbo tenus Schurzfleischius, scribens, eum ipsum conditorem *Carthaginem* vocari abs Hieronymo, qui eum immo *Carchedonem* dixit. Subdit ille : *Carthago* sane non est masculum nomen. Quare etiam Cicero in lib. de Natura Deorum, Carthaginem filium facit Herculis quarti, Jovis et Astartæ filii, quem Tyrii maxime colunt. Sane Herculem Tyrium ad tempora Minois anonymus scriptor apud Suidam in ΗΡΑΚΛΗΣ retulit. Videant alii, quam vera sit illa genealogia, quam nescio quonam ex historico profert Is. Tzetza ad Lycophr. v. 1706, p. 124, ὅτι ὁ Ζεὺς τῇ Θήβῃ μιγεὶς Αἴγυπτον γεννᾷ, οὗ θυγάτηρ Κάρχη, ἀφ' ὧν ἥτε τῆς Αἰγύπτου πόλις Θήβη ἐκλήθη, καὶ ἡ Καρχηδὼν νῆσος. Porro *Zorum*, non *Ezorum*, ut sylloge Eusebii Scaligerana, et Syncellus male legunt, præter Hieronymum, Carthaginis conditorem vocavit etiam Appianus Λιβυκῶν principio. *Zorus* est *Tsor*, prout Tyrum olim appellarunt. Vide quæ hac de re ante Marshamum Simsonius part. II Chron. cathol. p. 44 observavit. In quarto Palatino legitur, *Philistus scribit Azaro ac Tyriis hoc tempore Karthaginem conditam*. In secundo est, *A Roro et Carthagine*. Utraque lectio corrupta est. Consule et Petavium de Doctrina temporum lib. IX, cap. 68. Scaliger hanc periocham paulo post refert ad numer. 804, serius adhuc codex Palatinus primus post annos alios quatuor.

[a] In Parmensi et tribus Palatinis mss. *Polipedes*, pro *Polyphedes* dicitur. Hujus vero nulla, quod sciam, mentio est apud Veteres : et qui Sicyonios reges Pausanias refert in Corinthiac. cap. 6, cum alio ordine, ut diximus, istos, Adrastum, Janiscum, et Phæstum recenseat : Polyphidem, ejusque successorem Pelasgum plane tacet, Phæsto autem subjungit Zeusippum, etc., quæ pridem ad horum seriem nominum nobis annotata sunt. Ad hæc debuit ex Eusebii rationibus, quando a Græcis Troja capta est, Sicyoni Polyphides imperasse : et constat tamen ex Homero Iliad. III, 572, Sicyonem tunc temporis Agamemnoni paruisse.

[b] Hic in Parmensi, aliisque nonnullis mss. *Ammes*, pro *Ammenemes* dicitur : Syncello *Amedes*; alius enim est Ἀμενσὴς ὁ καὶ Ἀμενέμης, non, ut Schurzfleischius putat, idem atque iste. Huic porro cum solos tribuat Africanus annos quinque, acriter perstringit Scaliger Eusebii libertatem, ut leniore, inquit, vocabulo appellem, quam quo dignus est, pro factis istis. Rancidam illam scilicet instaurat calumniam de temeratis ab Eusebio dynastiis, quam supra innumeris ferme locis refutavimus. Hic uno testimonio auctorem nostrum in promptu est vindicare. Vetus Chronicon apud Syncellum annos huic regi dat 27, adhuc scilicet supra Eusebii rationes unum ; non igitur exaggeravit, ad suæ hypothesi inserviendum, Eusebius, sed ex aliis atque Africanus monimentis, cujusmodi erat hic saltem loci Syncellianum illud, accepit. Porro cl. Perizonius putat hunc, qui *Amedes* Syncello appellatur, eumdem esse, qui in dynastia XXI primus est, et ibi nominatur *Smedes*, cum et nomen in una tantum littera, et spatium regni uno tantum anno discrepet. Atque idcirco collocandus illi videtur in ista serie *Amedes*, seu potius *Smedes* post Thuorin, non ante eum : plane uti mox reges dynastiæ XXII reperimus in ista quidem serie positos post dynast. XXIII reges, sed itidem male ; videtur enim Syncellus ex uno Smede primo dynast. XXI rege, duos fecisse, *Ameden* hunc, quasi dynast. XX primum, et *Suzachim*, quasi dynast. XXI primum.

[c] Notatum paulo ante, in Parmensi ms. quæ hic de Atreo dicuntur, in Atheniensium filo, atque annis ab hinc sex referri. Scaliger post adhuc alios to-

| Assyrior. | Sicyonor. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Mycenarum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | *POLYPHIDES, an.* 31. | | | | | |
| 24 . . . | 1 . . . | 10 . . . . . | 5 . . . . . | 52 . . . . . . . | 25 Phædra Hippolytum [d] amat. | |
| 25 . . . | 2 . . . | 11 . . . . . | 6 . . . . . | 53 . . . . . . . | 26 . . . . . . . . | |
| 26 . . . | 3 . . . | 12 . . . . . | 7 . . . . . | 54 . . . . . . . | 27 Hercules in Libya occidit Antæum. | |
| 27 . . . | 4 . . . | 13 . . . . . | 8 . . . . . | 55 . . . . . . . | 28 Hercules Agonem [e] Olympiacum constituit, a quo usque ad primam Olympiadem supputantur anni 430. | 810 |
| *Assyriorum XXVI, TAUTANES, an.* 32. | | | | | | |
| 1 . . . | 5 . . . | 14 . . . . . | 9 . . . . . | 56 Theseus [b] profugus Athenas dereliquit. | 29 . . . . . . . . | |
| 2 . . . | 6 | . . 15 . . . . . | 10 . . . . . | 57 . . . . . . . | 30 Menelaus regnat [f] in Lacedæmone. *Atheniensium XI, MENESTHEUS, qui et Peteo, an.* 23 [g]. | |
| 3 Sub isto | 7 . . . | 16 [a] . . . . . | 11 . . . . . | 58 Bellum [c] Amazo- | 1 . . . . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων κϛ', ἐβασίλευσεν, Τεύτανος, ὁ καὶ ΤΑΥΤΑΝΗΣ, ἔτη λβ'. Syncell. pag. 120.

Ἐπὶ τούτου Ἴλιον (Εὐσέβιός φησιν) ἁλῶναι. Syncell. ibidem.

Θησεὺς ἔφυγεν ἀπὸ Ἀθηνῶν. Syncell. pag. 137.

Ἀμαζόνες κατὰ Ἀθηναίους ἐστράτευσαν. Sync. ibid.

Φαίδρα Ἱππολύτου ἠράσθη. Syncell. pag. 131.

Ἡρακλῆς Ἀνταῖον ἐν Λιβύῃ καταπαλαίσας ἀναιρεῖ. Syncell. pag. 130.

Ἡρακλῆς τὸν ἐν ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα ἔθηκεν, ἀφ' οὗ ἐπὶ πρώτην ὀλυμπιάδα (υο' ἔτη), κατὰ δὲ ἄλλους υλ'. Sync. pag. 137.

Μενέλαος Λακεδαίμονος ἐβασίλευσεν. Sync. p. 137.

Ἀθηναίων ια', ἐβασίλευσε ΜΕΝΕΣΘΕΥΣ Πετεῶ... ἔτη λγ'. Syncell. pag. 138.

## NOTÆ.

lidem habet, sive ad num. 816. Sane Atreum post Eurysthei demum mortem Mycenarum regno potitum, scribit Diodorus lib. IV, sed et Argis circa hoc tempus regnavit. Postremam vocem *solus*, quam libri plerique alii ignorant, Pontacus secundis curis sufficit.

[a] Quæ habes paulo infra ad primum Jephthæ annum de redactis in ditionem Hebræis post Jairum, hic loci apponit Parmensis ms., qui et recte ponit annos Servitutis 18 pro solis 8, quos Pontacus numerabat.

[b] Faciunt cum nostra Editione vetustiores pleræque aliæ et mss. Scaliger tamen hanc Thesei fugam anno insequenti ascribit. Sequatur hic lector, inquit Schurzfleischius, quod judicio suo maxime probat. Nos monemus tantum, Theseum Athenas, vel, ut supra dixit Eusebius, ἐξοστρακισθέντα, vel cum Pirithoo ad inferos profectum, ad tempus reliquisse.

[c] Eodem quo Herculis agonem anno, sive num. 810, Scaliger bellum Amazonum ascribit. Verum ne hoc quidem pacto potest cum Eusebii rationibus convenire, quod tradit Clemens Stromat. I, ex antiquis chronologis, factam expeditionem illam viginti quinque annis ante Ilii excidium, nono autem anno post Herculis agonem Olympicum. Porro autem propius ad fidem est, quod ait Scaliger, lectum abs Hieronymo κατὰ Θηβῶν, quod fuerit propositi exemplaris mendum, pro κατ' Ἀθηνῶν : nam etsi Amazones Græcos omnes ob damna per Herculem illata, singulari tamen odio in Athenienses exarserant, ob raptam a Theseo Antiopam, Hippolytæ Amazonum reginæ, sororem. Videsis Diodorum lib. IV, Pausaniam quoque in Atticis cap. 2, et Plutarchum in Vita Thesei.

[d] Rectissime huc referunt Phædræ amores mss. æque atque editi plerique omnes libri, ut et duobus ab hinc annis alteram periocham de Hercule. Peccat adeo contra eorum fidem, seriemque temporum ab A Eusebio digestam, Scaliger, qui Phædram ad quartum Menesthei annum, sive ad num. usque 816 differt. Et cum minime diffiteatur in Notis, Hippolyti amores sub Theseo contigisse, utpote adhuc Athenis regnante : quem vocat anachronismum non ferendum, solus ipsemet, vulgatas libri hujus editiones, et codd. mss. adversatus, ac temere immutans, admisit. Recole Diodorum, lib. IV.

[e] Discere est ex Apollodoro, quemadmodum Olympicum istud certamen Hercules celebravit, Pelopi aram statuit, et duodecim deorum aras deinde excitavit. Videndus et Pausanias lib. I Eliacon, cap. 13 et Pindari Olymp. ode 1. Cætera, quæ temporum rationes spectant, ubi dicuntur ab agone isto ad primam Olympiadem supputari anni 430, libet ab Sca-

[f] Superiori proxime anno, regni Thesei penultimo Parmensis, et Palatinus primus ms. cum Sichardi editione Menelaum regnasse ferunt, quem B Scaliger, solido decennio interjecto, demum ad num. 821 recenset. Ait vero Schurzfleischius, e Strabonis lib. VIII constare, Menelaum Castori et Polluci in Laconia successisse, qui Tyndareo adhuc superstite, e vita, ut ex Apollodoro patet, excesserant.

[g] Huic annos tribuit Syncellus *triginta tres*, quod ne factum putes Antiquarii errore, totidem et in summa colligit, comparatque ad alias Epochas : denique et Τούτου, ait τῷ λγ' ἔτει τὸ Ἴλιον ἥλω : *Hujus anno* 33 *Troja capta est*. Plura ad hunc locum nobis erunt de ejus annis dicenda. Interim Parmensis ms. atque alius optimæ notæ Potero laudatus ad Clementem Alexandr. dant Menestheo viginti quatuor : quot quidem in hac ipsa Chronici dinumeratione ad captam usque Trojam recensentur. Diodorus lib. I Peteum tradit Menesthei patrem fuisse, hominem Ægyptium, qui Athenis civitate, et regno potitus sit. Etiam Græca ex Syncello Μενεσθεὺς Πετεῶ dicunt, non, ὁ καὶ Πετεῶ.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | [a] *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | Zaro et Carchedone, Tyriis, hoc tempore Carthaginem conditam. | |
| 16 | 5 | 2 | 37 | 44 | 17 | |
| 17 | 6 | 3 | 38 | 45 | 18 | |
| 18 | 7 | 4 | 39 | 46 | 19 | 800 |
| 19 | 8 | 5 | 40 | 47 | 20 | |
| | *Sicyonior. XXIII, ADRASTUS, annis 4.* | | *Ægyptiorum* [b] *AMMENEMES, an. 26.* | | | |
| 20 | 1 | 6 | 1 | 48 | 21 | |
| 21 | 2 | 7 | 2 | 49 Atreus [c] Argis regnat solus. | 22 | |
| 22 | 3 | 8 | 3 | 50 | 23 | |
| 23 | 4 | 9 | 4 | 51 | 24 | |
| | *Sicyonior. XXIV,* [a] | | | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων κγ', ἐβασίλευσεν ΑΔΡΑΣΤΟΣ ἔτη δ'. Ex Syncell. pag. 117.

Σικυωνίων κδ', ἐβασίλευσεν ΠΟΛΥΦΕΙΔΗΣ ἔτη λα'. Idem pag. 118.

Αἰγυπτίων δ', ΑΜΜΕΝΕΜΜΗΣ ἔτη κς'. Eusebius apud Syncell. pag. 58.

## NOTÆ.

mitico 1117 concurrit. Nec sane diffitendum apud auctores diverse ejus epocham referri propter diversos conditores. Cum vero tres partes Carthaginis fuerint, de antiquissima Eusebius nunc loquitur, id quod inferius, ubi ab num. 970 ejusdem urbis conditum refert, indicat verbo ἐπικτισθῆναι, ut saltem est apud Syncellum, licet iste in annis ab Eusebio dissideat. Fallitur adeo Scaliger, qui omnino vult, priorem sedem fuisse arcem Byrsam; posteriorem, quam vocabant Karhada (dixisset *Karthada*) id est, Νεάπολιν. Penitus enim econtrario se res habet, nam Byrsa tertia demum pars fuit a Didone exstructa, quam et lingua sua בצרה, *Bosran*, id est locum munitum, sive arcem appellavit: Græci transpositis litteris, ἐκάλουν βύρσαν, ut ait Strabo lib. ult. Notissima exinde fabula de corio bubulo, quod Græce Βύρσα nomen significat, et quod ait Virgilius lib. I Æneidos, *facti de nomine Byrsa*. Karthadam autem testatur Julius Solinus cap. 30 urbem antea appellatam: quod quidem Phœnicium nomen ab Hebraico קרת, quod est, *civitas*, et חדת, ut credibile est, sive *hada*, quod est, *nova*, perquam commode derivatur. De Josephi loco, quem peccasse in calculo subducendo, notatum antea est doctis viris, dicemus infra. Notanda nunc vetus illa Græcorum hallucinatio est de Carchedone, Phœnice nescio quo conditore, quam imbibit Eustachius quoque e Stephano Ethnicographo ad Dionys. Perieg. v. 194. Ipsum enim illud est urbis nomen, quod, ut notat Drusius Observat. lib. VII, cap. 8, Καρχηδὼν per syncopem dicitur, pro κάρθα χηδὼν, ut Latinis *Carthago* per apocopen, pro *Kartha chada*. Fallitur etiam verbo tenus Schurzfleischius, scribens, eum ipsum conditorem *Carthaginem* vocari abs Hieronymo, qui eum immo *Carchedonem* dixit. Subdit ille: *Carthago* sane non est masculum nomen. Quare etiam Cicero in lib. de Natura Deorum, Carthaginem filiam facit Herculis quarti, Jovis et Astartæ filii, quem Tyrii maxime colunt. Sane Herculem Tyrium ad tempora Minois anonymus scriptor apud Suidam in ΗΡΑΚΛΗΣ retulit. Videant alii, quam vera sit illa genealogia, quam nescio quonam ex historico profert Is. Tzetza ad Lycophr. v. 1706, p. 124, ὅτι ὁ Ζεὺς τῇ Θήβῃ μιγεὶς Αἴγυπτον γεννᾷ, οὗ θυγάτηρ Κάρχη, ἀφ' ὧν ἥτε τῆς Αἰγύπτου πόλις Θήβη ἐκλήθη, καὶ ἡ Καρχηδὼν νῆσος. Porro *Zorum*, non *Ezorum*, ut sylloge Eusebii Scaligerana, et Syncellus male legunt, præter Hieronymum, Carthaginis conditorem vocavit etiam Appianus Λιβυκῶν principio. *Zorus* est *Tsor*, prout Tyrum olim appellarunt. Vide quæ hac de re ante Marshamum Simsonius part. II Chron. cathol. p. 44 observavit. In quarto Palatino legitur, *Philistus scribit Azaro ac Tyriis hoc tempore Karthaginem conditam*. In secundo est, *A Roro et Carthagine*. Utraque lectio corrupta est. Consule et Petavium de Doctrina temporum lib. IX, cap. 68. Scaliger hanc periocham paulo post refert ad numer. 804, serius adhuc codex Palatinus primus post annos alios quatuor.

[a] In Parmensi et tribus Palatinis mss. *Polipedes*, pro *Polyphedes* dicitur. Hujus vero nulla, quod sciam, mentio est apud Veteres: et qui Sicyonios reges Pausanias refert in Corinthiac. cap. 6, cum alio ordine, ut diximus, istos, Adrastum, Janiscum, et Phæstum recenseat: Polyphidem, ejusque successorem Pelasgum plane tacet, Phæsto autem subjungit Zeusippum, etc., quæ pridem ad horum seriem nominum nobis annotata sunt. Ad hæc debuit ex Eusebii rationibus, quando a Græcis Troja capta est, Sicyoni Polyphides imperasse: et constat tamen ex Homero Iliad. III, 572, Sicyonem tunc temporis Agamemnoni paruisse.

[b] Hic in Parmensi, aliisque nonnullis mss. *Ammes*, pro *Ammenemes* dicitur: Syncello *Amedes*; alius enim est Ἀμενσής ὁ καὶ Ἀμενέμης, non, ut Schurzfleischius putat, idem atque iste. Huic porro cum solos tribuat Africanus annos quinque, acriter perstringit Scaliger Eusebii libertatem, ut leniore, inquit, vocabulo appellem, quam quo dignus est, pro factis istis. Rancidam illam scilicet instaurat calumniam de temeratis ab Eusebio dynastiis, quam supra innumeris ferme locis refutavimus. Hic uno testimonio auctorem nostrum in promptu est vindicare. Vetus Chronicon apud Syncellum annos huic regi dat 27, adhuc scilicet supra Eusebii rationes unum; non igitur exaggeravit, ad suæ hypothesi inserviendum, Eusebius, sed ex aliis atque Africanus monimentis, cujusmodi erat hic saltem loci Syncellianum illud, accepit. Porro cl. Perizonius putat hunc, qui *Amedes* Syncello appellatur, eumdem esse, qui in dynastia XXI primus est, et ibi nominatur *Smedes*, cum et nomen in una tantum littera, et spatium regni uno tantum anno discrepet. Atque idcirco collocandus illi videtur in ista serie *Amedes*, seu potius *Smedes* post Thuorin, non ante eum: plane uti mox reges dynastiæ XXII reperimus in ista quidem serie positos post dynast. XXIII reges, sed itidem male; videtur enim Syncellus ex uno Smede primo dynast. XXI rege, duos fecisse, *Ameden* hunc, quasi dynast. XX primum, et *Suzachim*, quasi dynast. XXI primum.

[c] Notatum paulo ante, in Parmensi ms. quæ hic de Atreo dicuntur, in Atheniensium filo, atque annis ab hinc sex referri. Scaliger post adhuc alios to-

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | *POLYPHIDES, an.* 31. | | | | | |
| 24 | 1 | 10 | 5 | 52 | 25 Phædra Hippolytum [d] amat. | |
| 25 | 2 | 11 | 6 | 53 | 26 | |
| 26 | 3 | 12 | 7 | 54 | 27 Hercules in Libya occidit Antæum. | |
| 27 | 4 | 13 | 8 | 55 | 28 Hercules Agonem [e] Olympiacum constituit, a quo usque ad primam Olympiadem supputantur anni 430. | 810 |
| *Assyriorum XXVI, TAUTANES, an.* 32. | | | | | | |
| 1 | 5 | 14 | 9 | 56 Theseus [b] profugus Athenas derelinquit. | 29 | |
| 2 | 6 | 15 | 10 | 57 | 30 Menelaus regnat [f] in Lacedæmone. *Atheniensium XI, MENESTHEUS, qui et Peteo, an.* 23 [g]. | |
| 3 Sub isto | 7 | 16 [a] | 11 | 58 Bellum [c] Amazo- | 1 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων κϛʹ, ἐβασίλευσεν, Τεύτανος, ὁ καὶ ΤΑΥΤΑΝΗΣ, ἔτη λβʹ. Syncell. pag. 120.

Ἐπὶ τούτου Ἴλιον (Εὐσέβιός φησιν) ἁλῶναι. Syncell. ibidem.

Θησεὺς ἔφυγεν ἀπὸ Ἀθηνῶν. Syncell. pag. 137.

Ἀμαζόνες κατὰ Ἀθηναίους ἐστράτευσαν. Sync. ibid.

Φαίδρα Ἱππολύτου ἠράσθη. Syncell. pag. 131.

Ἡρακλῆς Ἀνταῖον ἐν Λιβύῃ καταπαλαίσας ἀναιρεῖ. Syncell. pag. 130.

Ἡρακλῆς τὸν ἐν ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα ἔθηκεν, ἀφ' οὗ ἐπὶ πρώτην ὀλυμπιάδα (υοʹ ἔτη), κατὰ δὲ ἄλλους υλʹ. Sync. pag. 137.

Μενέλαος Λακεδαίμονος ἐβασίλευσεν. Sync. p. 137.

Ἀθηναίων ιαʹ, ἐβασίλευσε ΜΕΝΕΣΘΕΥΣ Πετεῶ... ἔτη λγʹ. Syncell. pag. 138.

## NOTÆ.

fidem habet, sive ad num. 816. Sane Atreum post Eurysthei demum mortem Mycenarum regno potitum, scribit Diodorus lib. IV, sed et Argis circa hoc tempus regnavit. Postremam vocem *solus*, quam libri plerique alii ignorant, Pontacus secundis curis suffecit.

[a] Quæ habes paulo infra ad primum Jephthæ annum de redactis in ditionem Hebræis post Jairum, hic loci apponit Parmensis ms., qui et recte ponit annos Servitutis 18 pro solis 8, quos Pontacus numerabat.

[b] Faciunt cum nostra Editione vetustiores pleræque aliæ et mss. Scaliger tamen hanc Thesei fugam anno insequenti ascribit. Sequatur hic lector, inquit Schurzfleischius, quod judicio suo maxime probat. Nos monemus tantum, Theseum Athenas, vel, ut supra dixit Eusebius, ἐξοστρακισθέντα, vel cum Pirithoo ad inferos profectum, ad tempus reliquisse.

[c] Eodem quo Herculis agonem anno, sive num. 810, Scaliger bellum Amazonum ascribit. Verum ne hoc quidem pacto potest cum Eusebii rationibus convenire, quod tradit Clemens Stromat. I, ex antiquis chronologis, factam expeditionem illam viginti quinque annis ante Ilii excidium, nono autem anno post Herculis agonem Olympicum. Porro autem propius ad fidem est, quod ait Scaliger, lectum abs Hieronymo κατὰ Θηβῶν, quod fuerit propositi exemplaris mendum, pro κατ' Ἀθηνῶν: nam etsi Amazones Græcos omnes ob damna per Herculem illata, singulari tamen odio in Athenienses exarserant, ob raptam a Theseo Antiopam, Hippolytæ Amazonum reginæ, sororem. Videsis Diodorum lib. IV, Pausaniam quoque in Atticis cap. 2, et Plutarchum in Vita Thesei.

[d] Rectissime huc referunt Phædræ amores mss. atque editi plerique omnes libri, ut et duobus ab hinc annis alteram periocham de Hercule. Peccat adeo contra eorum fidem, seriemque temporum ab A Eusebio digestam, Scaliger, qui Phædram ad quartum Menesthei annum, sive ad num. usque 816 differt. Et cum minime diffiteatur in Notis, Hippolyti amores sub Theseo contigisse, utpote adhuc Athenis regnante: quem vocat anachronismum non ferendum, solus ipsemet, vulgatas libri hujus editiones, et codd. mss. adversatus, ac temere immutans, admisit. Recole Diodorum, lib. IV.

[e] Discere est ex Apollodoro, quemadmodum Olympicum istud certamen Hercules celebravit, Pelopi aram statuit, et duodecim deorum aras deinde excitavit. Videndus et Pausanias lib. I Eliacon, cap. 13 et Pindari Olymp. ode 1. Cætera, quæ temporum rationes spectant, ubi dicuntur ab agone isto ad primam Olympiadem supputari anni 430, libet ab Sca-

[f] Superiori proxime anno, regni Thesei penultimo Parmensis, et Palatinus primus ms. cum Sichardi editione Menelaum regnasse ferunt, quem B Scaliger, solido decennio interjecto, demum ad num. 821 recenset. Ait vero Schurzfleischius, e Strabonis lib. VIII constare, Menelaum Castori et Polluci in Laconia successisse, qui Tyndareo adhuc superstite, e vita, ut ex Apollodoro patet, excesserant.

[g] Huic annos tribuit Syncellus *triginta tres*, quod ne factum putes Antiquarii errore, totidem et in summa colligit, comparatque ad alias Epochas: denique et Τούτου, ait τῷ λγʹ ἔτει τὸ Ἴλιον ἥλω: *Hujus anno* 33 *Troja capta est*. Plura ad hunc locum nobis erunt de ejus annis dicenda. Interim Parmensis ms. atque alius optimæ notæ Potero laudatus ad Clementem Alexandr. dant Menestheo viginti quatuor: quot quidem in hac ipsa Chronici dinumeratione ad captam usque Trojam recensentur. Diodorus lib. I Peteum tradit Menesthei patrem fuisse, hominem Ægyptium, qui Athenis civitate, et regno potitus sit. Etiam Græca ex Syncello Μενεσθεὺς Πετεῶ dicunt, non, ὁ καὶ Πετεῶ.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Tautane[a] rege Assyriorum Troja capta est. | | | | num contra Thebas. | | |
| 4 | 8 | 17 | 12 | 59 | 2 | |
| 5 | 9 | 18 | 13 | 60 Apri Calydonii et Meleagri fabula. | 3 | |
| 6 | 10 | 19 | 14 | 61 | 4 | |
| 7 | 11 | 20 | 15 | 62 Minos[b] in Sicilia adversus Dædalum arma corripiens, a filiabus Cocali occiditur. | 5 Interfectorum posteri, qui vocabantur[c] Epigoni, adversus Thebas bellum moverunt. | |

Hercules cum in morbum incidisset[d] pestilentem, ob remedium dolorum se jecit in flammas, et sic morte finitus est anno ætatis 52. Quidam autem an. 30 periisse scribunt.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 8 | 12 | 21 | 16 | 63 | 6 | |
| 9 | 13 | 22 | 17 | 64 | 7 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κάπρου Καλυδονίου θήρα διὰ Μελεάγρου. Idem ibidem.

Μίνως ἐπὶ Σικελίαν στρατεύσας διὰ Δαίδαλον, ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν Κοκάλου θυγατέρων. Sync. p. 331.

Ἡρακλῆς... λοιμώδει νόσῳ ἀγνωσίας παραπεσὼν, εἰς πῦρ ἐνήλλατο, καὶ οὕτως ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο, βιώσας τὰ πάντα ἔτη νβ', τινὲς δὲ... ἱστοροῦσι πλείονα ἔτη ζῆσαι αὐτόν. Syncell. ibidem.

Οἱ Ἐπίγονοι τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐστράτευσαν. Sync. pag. 131.

## NOTÆ.

liggro suismet verbis audire: Quinque, inquit, annis A Eusebius plus dicit. Hoc enim congruit num. 815, ad quem, ab Olympiis primis Pelopis, anni sunt 114, hoc est Cycli Lunares sex. Rursus ab illo, quod in honorem ejusdem Pelopis, instauravit Atreus filius, anni 19, id est, Cyclus unus. Itaque hinc colligimus ipsos Græcos tunc celebrasse Olympia, quotiescumque novilunium incidebat in 9 Julii. Et sane a Pelope, usque ad multos annos infra Herculem, novilunium competebat in eam diem, quotiescumque numerus aureus erat 16. Tunc enim epacta erat 17, quæ congruit diei 9 Julii. Et paucis interjectis: Illæ igitur periochæ de Olympiis Pelopis, Atrei, et Herculis, quia characterem cœlestem habent, utpote novilunia, non sinunt nos dubitare, quibus temporibus Pelops, Atreus, et Hercules fuerunt, cum tantam scriptorum de hac re inconstantiam passim in hoc Canone Eusebiano videamus. Apud Clementem vero legimus a bello Thebano, ἐπὶ τὸν ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα, ὃν Ἡρακλῆς ἔθηκεν ἐπὶ Πέλοπι, ἔτη τρία. Ita ut bellum B Thebanum congruat num. Eusebiano 812. Itaque error in optimo Chronico apud eumdem Clementem, ex cujus rationibus agon Olympicus Herculis congruit numero 800. Nam 15 annis minus dicit. Porro apud Georgium legimus: ἐν ὀλυμπίᾳ πρῶτον ὑφ' Ἡρακλέους ἀγῶνα ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους Σαμψὼν ἀριθμῶν εὑρήσεις ἔτη υλ', ἕως πρώτης ὀλυμπιάδος. Habebat hunc locum in animo.

[a] Alias *Tautano*, ut et Græce apud Syncell. alibi, Ταύτανος. Antiquarius Salmasio laudatus, *Alius*, ait, *codex hæc non habet:* quæ Schurzfleischius tantum in tertio Palatino admonet desiderari. Notatum præterea, Eusebium hæc a Cephalione ac Diodoro habere: Diodorum vero, cum narrat, duce Memnone, auxilium ab isto Priamum accepisse, Teutamum cum Tithono videri confudisse, cujus nempe filium Memnonem fuisse, statuunt rerum Troicarum scriptores. Ac sane Damis apud Philostratum lib. VI. Vit. Apollonii c. 4, Memnonem auxiliares copias ad Trojam duxisse, atque ibi occubuisse eum, pernegat. Et C in Heroicis cap. 3, exstitisse quidem in Æthiopia Memnonem Trojani belli temporibus, non inficiatur: sed alium fuisse cum docet ab illo, qui Trojanis suppetias tulerit. Et propiora quidem hæc vero videntur. Nihilosecius aliorum, qui cum Virgilio Æneid. I,

. . . Eoasque acies et nigri Memnonis arma

commemorant, Veterum magno numero consensus est. Ex recentioribus, Gobelinus Persona Cosmodrom. æt. III, cap. 31, anno Tautanis 16 bellum cœpisse Trojanum, tradit: quod tamen in Eusebio explicite non habetur. Jornandes de Regnorum successione p. 3 etiam docet, Tautanis tempore Græcos Trojam diripuisse.

[b] Sunt qui ab ipso Caucalo per fraudem, et calidi balnei æstu nimio Minoa suffocatum tradant: plerique autem alii filias ejus accusant: Athenæus lib. I, et Zenobius parœmiographus, qui dum Minos lavaret, a Cocali filiabus ardenti pice infusa, necatum refert. Præter laudatos Scaligero auctores, videsis Diodorum lib. IV, Herodotum lib. VII, cap. 170, Strabonem lib. VI, Justinum IV, cap. 2, etc. Urbem in qua Cocalus imperabat Κάμικον, *Camicum* vocant Aristoteles Politic. lib. II cap. 8, Strabo loco laudato, Ethnicographus, aliique. Scaliger hanc periocham annis quatuor antevertit.

[c] Differtur hæc apud Scaligerum ῥῆσις annos buinque, unde intervallum ab expeditione τῶν Ἑπτὰ ad istam τῶν Ἐπιγόνων, apud eum est ann. 39, quæ in nostra recensione tantum est 37. Verum quid hæc sunt ad Apollodori sententiam, qui solos decem annos facit intercedere lib. III, quem locum et Scaliger laudat? *Post decem*, inquit, *annos, cæsorum filii, qui Epigoni appellantur, paternas cædes ulturi, contra Thebanos exercitum ducere statuerunt.*

[d] A num. 825 sive annis ab hinc septem hanc de Herculis fato periocham Scaliger differt. Pontacus autem minus recte legerat in textu, *morte functus est* pro *finitus*, et in fine alterum cum Sichardina editione glossema addiderat, *alii vero ante* 30 *annos lethum suscepisse ferunt*, quod cum neque in Parmensi, quo utimur, neque in aliis optimæ notæ mss. et castigatioribus editis libris habeatur, manifesto etiam appareat variantem ex aliis codicibus lectionem eam fuisse antecedentis pericopæ in margine olim annotatam, atque intrusam deinde temere in textum, expungere nihil dubitavimus. Sed et pro illis, *quidam autem anno* 30 *periisse*, melioris notæ codices legunt, *quidam ante tricesimum eum periisse:* Scaliger, *quidam ante triginta annos*, etc., perperam primus Palatinus, *ante* 20 *annos*. In Græcis legit Scaliger: Ἡρακλῆς νόσῳ λοιμώδει περιπεσὼν, καὶ μανεὶς, εἰς πῦρ ἑαυτὸν ῥίψας τελευτᾷ, βιώσας κ. τ. λ., quæ longius ab eo, quem laudamus penes Syncellum, textu abeunt. Habes porro historiam, sive fabulam ab Diodoro lib. 4 omnium luculentissime enarratam, cui adde, si libet, Apollodorum lib. II.

| Assyrior. | Sicyonior. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Mycenarum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | *Hebræorum* JEPHTE, *an.* 6. | | | | |
| 10 . . . | 14 . . . | 1 Post Jair Hebræos in ditionem redigunt suam Ammanitæ [a] an. 18, qui cum temporibus posteriorum Judicum copulantur secundum Judæorum traditiones. | 18 . . . . . | 65 . . . . . . . | 8 Alexander [c] Helenam rapuit. Trojanum bellum decennale surrexit: causa mali, quod trium mulierum de pulchritudine certantium præmium fuit, una earum Helenam Pastori judici pollicente. | 820 |
| | | | | *Mycenar.* [b] AGAMEMNON *an.* 15. | | |
| 11 . . . | 15 . . . | 2 Jephte in libro Judicum ab ætate Mosis usque ad semetipsum ait | 19 . . . . . | 1 Mycenis imperat Agamemnon an. 35, cujus regni 15 anno Troja capitur. | 9 . . . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ὁ Ἰεφθαὲ τὰ ἀπὸ Μωσέως ἕως αὐτοῦ τ' λέγει εἶναι ἐν τῷ βίβλῳ τῶν Κριτῶν. Syncell. pag. 131.

Μυκηνῶν ἐβασίλευσεν ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ ἔτη ιη', κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους, ἔτη λε'. Τῷ η' ἔτει Ἀγαμέμνονος, ὁ κατὰ τῆς Τροίας ἤρξατο πόλεμος... καὶ διήρκεσεν ἔτη ι' ἕως ἁλώσεως Ἰλίου, ἥτις τῷ ὑποκειμένῳ ιη' ἔτει Ἀγαμέμνονος γέγονεν. Ex Syncell., pag. 135 et 136.

Ἀλέξανδρος Ἑλένην ἥρπασε. Ex Syncell. pag. 135.

Ὁ Τρωϊκὸς πόλεμος συνέστη ἕνεκα μήλου χρυσοῦ, ὃ κάλλους ἔπαθλον ἦν γυναικῶν τριῶν, ὑπὸ μιᾶς αὐτῶν προτεθείσης Ἑλένης τῷ κριτῇ· βουκόλος δ' οὗτος ἦν Ἰλιεύς. Syncell. pag. 138.

## NOTÆ.

[a] Alias, *Ammonitæ* : peccatum vero graviter in Pontacena editione, quæ annos Servitutis solos octo putabat, pro *decem et octo*. De hisce Servitutum annis cum posteriorum Judicum annis copulandis, subsequente annotatione dicimus.

[b] Priorem de Agamemnone periocham Scaliger omnino ignorat : in altera annos legit *quindecim*, ubi *triginta quinque* numerantur. Haud equidem puto, ex Eusebii mente : quid enim, si quindecim tantum regnasse annos Agamemnonem dixerat, continenti orationis serie ejus regni *decimum quintum*, pro ultimo cum Troja capta componit? Contextus loci clamat alium, eumque majorem fuisse pridem annum annotatum. Ad hæc Latini libri omnes, et quæ laudamus ex Syncello, Græca fragmenta, cum pari consensu ad ejus regni decimum quintum referant excidium Trojæ, ipsi tamen regi annos tribuant duodeviginti, vel etiam juxta aliorum rationes, triginta quinque. Ac sane illa verosimilior sententia est, siquidem et Palatinus primus ms. habet, *Mycenis imperat Agamemnon annis* 18, *cujus regni anno* 15, *Troja capitur;* et Clemens Alexandrinus Stromat. I, pag. 321, ex Veterum chronologia, Agamemnonem cum fratre Menelao successisse Atrei regno annis septemdecim ante Trojæ subversionem, tradit. Verum ne hac quidem ratione salva res est : ut enim omittamus vetustiores editiones, quæ ipso decimo octavo regni anno (tribuunt vero illi in universum 35) casum Trojæ assignant, repugnat alia ex parte series historiæ, quæ fert eum regem, statim atque victor domum e bello Trojano rediit, ab Ægistho, qui uxorem ejus abduxerat, occisum. Neque vero licet longius intervallum putare ex rerum, quas narrat Homerus Odyss. Δ serie : statim enim ad Maleam montem venit, unde abrepta vento classis ad eam appulit Peloponnesi partem, quam Ægisthus tenebat : atque ibi, ut ait Virgilius,

> Conjugis infandæ prima intra limina dextra
> Oppetiit.

Quin immo, ait Schurzfleischius, Agamemnon ultra mensem reditum a Trojæ oppugnatione non distulit, si Senecam sequimur, ut taceamus Æschylum, qui eodem die, quo eversum fuit Ilium, reducem quoque Agamemnonem præstare satagit. Vide Sam. Petitum ad LL. Attic. p. 57. Græca, tametsi Eusebianis non usque adeo bene respondeant, ex illis tamen accepta apparent : nos illa etiam uno alterove loco emendamus.

[c] Placuit Scaligero, ut et Potero ad Regii ms. fidem, hanc de Helena a Paride abducta periocham post quinque adhuc annos, sive ad 14 Atheniensium referri, ea scilicet de causa, ut ab eo raptu, et bello quod consecutum est, ad Trojæ casum non plus decennio intercederet. Contra ego, et ea quidem de causa, maluissem hæc quatuor saltem annis antevertì, ut ab hinc vicesimo Troja subversa diceretur. Enimvero decem annos ad belli apparatum absumptos notat Dio Chrysostomus Orat. XI, atque ipsa apud Homerum Iliad. Ω', vers. 675. Helena paulo ante urbis excidium ibi jam ab annis viginti se ait agere,

> Ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδε εἰκοστὸν ἔτος ἐστίν,
> Ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην, καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης.
>
> Jam enim nunc mihi hic *vicesimus annus* est,
> Ex quo huc veni, et ex mea decessi patria.

Interim pari omnes consensu Palatini mss. quatuor, et Sichardi editio insequenti anno, sive num. 821 hæc ascribunt; notat vero in primo Palatino Antiquarius Salmasianus, *Superscripta historia in codice antiquo ad num.* 6 *Mycenarum habetur, in novo ponitur ut hic.* Omnino autem falso legit ipse Scaliger in textu, *causa belli* pro *causa mali*, aurei scilicet pomi, atque, ut in Græco dicitur, ἕνεκα μήλου χρυσοῦ : tum illud paulo post minus recte, quod scribit, *pastorali judici*, pro *pastori*, etc. Sed et laudatus Potero ms. Regius male, *de pulchritudine certamen fuit*, prætermisso, quod et in Græco resonat textu, *præmium*, ἔπαθλον. Quæ sequuntur ibi, ὑπὸ μιᾶς αὐτῶν προτεθείσης Ἑλένης τῷ κριτῇ : perperam omnino, et contrario sensu vertit Goarus, *reliquis una earum Helena a judice præposita*.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | supputari [a] an. 300. | | | | |
| 12 | 16 | 3 | 20 | 2 | 10 | |
| 13 | 17 | 4 | 21 | 3 | 11 | |
| 14 | 18 | 5 | 22 | 4 | 12 | |
| 15 | 19 | 6 | 23 | 5 | 13 | |
| | | *Post quem* ***HESEBON*** *an.* 7. | | | | |
| 16 | 20 | 1 | 24 | 6 | 14 | |
| 17 | 21 | 2 | 25 | 7 | 15 | |
| 18 | 22 | 3 | 26 | 8 | 16 [d] Mopsus regnavit in Cilicia, a quo Mopsucrene et Mopsistiæ. | |
| | | | *Ægyptiorum* [c] ***THUORIS,*** *an.* 7. | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

[*] Μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰεφθαὲ ἦρξε..... ΕΣΣΕΒΩΝ ἔτη ζ΄. Chronic. Pasch. pag. 66.

Αἰγυπτίων ε΄ ΘΟΥΩΡΙΣ.., ἔτη ζ΄. Eusebius apud Syncell. pag. 58.

## NOTÆ.

[a] Ita habes Judic. cap. xi, vers. 26. Verum Syncellus subducendos ab hac summa Alienigenarum imperii numeros contendit, quod, inquit, minime cavit ὁ Εὐσέβιος συναριθμῶν τοῖς τῶν Κριτῶν χρόνοις τοὺς τῶν ἀλλοφύλων, καὶ μὴ λογιζόμενος αὐτοὺς ἰδίως ἑκάστους, ὡς ἡ γραφή: *Eusebius, qui Judicum annos alienigenarum temporibus annumerat, nec uniuscujusque proprios annos supputat, quod facit Scriptura.* Et Syncellum quidem ipsum ex parte Scaliger reprehendit, quod putare voluerit illos 300 annos ab eo tempore, quo Allophyli Israelitas oppresserunt. Goarus hoc ipsum qua jure, qua injuria ex auctoris sui sensu exponere, et tueri nisus est. Cætera Eusebium prætermittunt, quem vindicare debuissent, atque in hoc maxime probare, quod ab eo est, si quid alias, recte ac sapienter in re Chronologica excogitatum. Nempe cum tempus interceptum ab Exitu Israel de Ægypto ad quartum Salomonis annum, quo jacta sunt Templi fundamenta, ex libro quidem Judicum annis quingentis nonaginta octo constitisse videatur, in tertio autem Regum cap. vi solis quadringentis octoginta definitum sit: huic minori numero, quod expresse in Scriptura notetur, suas rationes aptare se velle Eusebius, luculentissime professus est. Nulla porro conciliandis Textibus erat proprior ad veritatem via, quam si Servitutis anni cum proximorum Judicum annis miscerentur: maxime cum ipsæ calculum Hebræorum traditiones adderent. Ab hoc autem loco, ex quo Ammonitica, seu quinta Servitus inchoatur, ac deinceps, cum de sexta dicitur, sive Philistina, longe gravissimum ipsius Scripturæ momentum accedit, quæ eorum tempori quietem nullam imputat, nec addit solemne illud, ותשקט הארץ, *quievitque terra*: et Samson tamen judicasse dicitur, *in diebus Philistiim viginti annis.* Consentanea quoque est illa hypothesis rationi atque historiæ, quæ ad hunc satis commode modum exponitur: Ammonitica Servitus annorum 18 Jairis quinto anno cœpit, quamquam ab ejusdem 22 absoluta est, Jephte vindice, cui in Galaaditarum regimine Abesan, Ahialon, et Abdon unus post alium successerunt. Ab eodem temporis intervallo, alia sub Philisthinis Servitus, quæ fuit annorum 40, in aliis tribubus agebatur, quibus et alii Judices præerant. Puta hanc ipsam ab eo, quem diximus Jairis quinto incepisse, siquidem uno utraque Servitus contextu memoratur Judic. x, 7, et anno demum nono Ahialon, Samsonis ultimo desiisse. Hoc pacto intra quadraginta novem annorum spatium, id est, intra quintum Jairi, et octavum Abdonis, qui itidem fuerit Heli quadragesimus, anni continentur centum sexaginta septem, detractisque illis quadraginta novem, reliqui erunt centum decem et octo, quos cum ab libri Judicum numero 598 subduxeris, remanebunt quatuor centum octoginta, illa nimirum summa, quam probat Eusebius ex Regum libro.

[b] Hæc est Septuagintaviralis in codice Alexandrino hujus nominis scriptio, Ἐσεβών, ut cur *Hesebon*, pro *Abæsan*, Eusebio dicatur, mirari desinat Scaliger, eoque minus ab illo putet, id genus deformationes nominum, tamquam ab earum auctore, alios accepisse.

[c] Addit ipse Eusebius cum in hujusce libri præfatione, cum infra, et apud Syncellum, ὁ παρ' Ὁμήρου καλούμενος Πόλυβος, *qui Homero Polybus vocatur.* Qua de re Scaliger criminatus Eusebium, quod dynastias interpolarit, ut hunc regem cum temporibus Trojanis compararet. Neque, ait, vidit quantam absurditatem incurrit, cum ultimum annum hujus regis claudit cum excidio Ilii, ut præcise ibi eum statuat desiisse in humanis esse, ubi et Ilium quoque desiit esse. Atqui superfuisse Ilio Polybum, quem Thuorin esse volunt, testis Homerus ipse, qui Menelaum ab eo exceptum, et muneribus donatum canit. Alioquin bene conveniebat huic regi esse eum quem Polybum Homerus vocat, quandoquidem eum regnasse Thebis Ægyptiis dicit, et ipse Thuoris quoque est ultimus hujus dynastiæ, quæ Thebanorum, sive Diospolitanorum fuit. Sed cum sex dumtaxat anni ab Africano illi attribuantur, commentum non procedit. Nam ab initio hujus regis ad excidium Ilii, anni sunt 33. Quod si 35 aut 36 anni illi assignati fuissent, nihil erat, quod huic argumento opponi posset. Hactenus ille satis erudite, tantum ab Eusebio calumniando abstinuisset; non enim ut suæ hypothesi inserviret, Trojanis ille temporibus Thuorim, qui et Polybus, comparavit, sed ab antiquioribus, atque ipso Manethone et Africano accepit. Ipse etiam Africanus septem illi annos, non ut Scaliger putat, sex tribuit: Manetho autem, atque ex eo Syncellus, quinquaginta. Homeri testimonium quod spectat, notatum ante nos doctis viris, ex eo certam hominum ætatem constitui nullo modo posse, siquidem ille undecumque illustres viros arripuit, ad poema suum explendum atque ornandum. Dicemus hac de re plura inferius.

[d] Quæ huc pertinent, præoccupavit omnia Schurzfleischius. Mopsum, inquit, regnasse in Cilicia, innuit etiam Strabo lib. xiv, p. 776. Ab hoc ergo denominationem accepit, tam Mopsuhestia, quam Mopsucrene, quæ tamen diversa sunt oppida. Mopsuhestia vocatur in omnibus Pall. libris *Mopsiistie*, vel *Mopsistie*, Μόψου ἱστίη, videlicet. Neogræce tamen, Μόψου ἱστία, *Mopsiistiæ*, recte dicitur. Ibi a Malala memoratur, χρονογρ. part. ii, pag. 14, Constantius Aug. decessisse. Contra Cedrenus, Zonaras, Aurelius Victor, Hieronymus, alii, Mopsucrena id contigisse asserunt. Videtur ergo Malala Mopsucrenem, πολίχνιαν τῆς Κιλίκιας, ut Photio cod. 258, p. 1416, vocatur, male cum Mopsuhestia, famigeratissima

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 19 | 23 | 4 | 1 | 9[b] Memnon et Amazones Priamo auxilia tulere. | 17 | 830 |
| 20 | 24 | 5 | 2 | 10 | 18 | |
| 21 | 25 | 6 | 3 | 11 | 19 | |
| 22 | 26 | 7<br>*Hebræorum LABDON, an.* 8. | 4 | 12 | 20 | |
| 23 | 27 | 1 Post Hesebon in libro Hebræorum fertur Judex [a] Aelon rexisse populum an. 10, qui non habetur apud LXX Interpretes. | 5 | 13 | 21 | |
| 24 | 28 | 2 | 6 | 14 | 22 | |
| 25 | 29 | 3 | 7 | 15 | 23 | |

TROJA CAPTA. A captivitate Trojæ usque [c] ad primam olympiadem fiunt anni CCCCVI.
Colligitur omne tempus usque in præsentem diem secundum Assyrios a 43 regni Nini, anni DCCCXXXV.

## GRÆCA FRAGMENTA.

ΤΡΟΙΑΣ ΑΛΩΣΙΣ.

Ἑβραίων ΛΑΒΔΩΝ ἔτη η'. Chronic. Pasch. p. 66.

Μετὰ τὸν Ἐσέβωνα... Ἀειλὼν κριτὴς ἔκρινε τὸν Ἰσραὴλ ἔτη ι'. Syncell. pag. 131.

Ἀμαζόνες Πριάμῳ συνεμάχησαν. Sync. p. 137.

## NOTÆ.

urbe, confudisse. De varia in mss. vocis *Mopsuhestiæ* scriptura vide ad Cicer. lib. III, ep. fam. 8, notas Jani Gebhardi, et Jac. Gronovii, qui ultimus illam etiam urbem aliquando *Mopsian*, vel *Mospean*, dictam fuisse ariolatur. Mopsucrenæ cæteroqui Constantium Aug. decessisse, propter scriptores a nobis allegatos, affirmat etiam Nicephorus, H. E. lib. IX, c. 50.

[a] In aliis libris *Elon* dicitur. Ms. quidam Pithœanus *Ælæon*, Regius, teste Pottero, *Elaon*, Vulgata *Ahialon* vocat. Sed illud mirum magis, quod ait Eusebius, eum fuisse a LXX prætermissum, cum legatur tamen Judicum XII, vers. 11 : καὶ ἔκρινεν μετ' αὐτὸν τὸν Ἰσραὴλ Αἰλὼμ ὁ Ζαβουλωνίτης. Significare fortasse voluit, annos illos decem in Græco codice non haberi : si omnino deerat hæc ῥῆσις, ejus fuit, quod ob oculos habebat, exemplaris defectus.

[b] Diximus paulo superius de Memnone, quem suppetias tulisse Priamo, Philostratus, Scaligero etiam laudatus, negat. Consuli præterea jubet Schurzfleischius hac super re Disquisitiones Matt. Del-Rio ad Claudian. lib. I de Laudib. Stiliconis, v. 268; Freinshemium ad Curtium lib. IV, cap. 8, et Fabretum ad Tabellam Iliad. p. 351. Amazones quoque an Trojanis auxilia tulerint, apud Veteres dubia res est. Negat Strabo lib. XII, eo adductus argumento, quod ipse contra Amazonas Priamus aliquando dimicarit. Affirmat alia ex parte Diodorus Biblioth. lib. II, et laudati Scaligero, Virgilius I Æneid., Justinus lib. II, Q. Smyrnæus lib. primo, aliique. Hanc porro ipsam periocham post quatuor annos, refragantibus plerisque aliis omnibus libris, Scaliger recenset.

[c] Hanc a Trojæ captivitate ad primam olympiadem annorum summam subsequentibus reliquis collectionibus epocharum Scaliger in fine postponit : legit etiam, *fiunt anni numero quadringenti sex.* In Notis contendit, ab Eusebio uno anno minus dici; nam, inquit, sunt anni 407 : itaque excidium Trojæ contigit anno Eusebiano 834, non autem 835. Ratio petenda est ex causis Tetraeteridon Atticæ, quarum indicio Ephorus, et post eum Dionysius Halicarnassensis casum Ilii divinitus eruerunt, cum a 33 Targelionis, ad κέντρον θερινὸν, essent 17 περιτταὶ ἡμέραι. Ex quo consequens est, hunc casum congruere anno undecimo periodi Atticæ, 5531 periodi Julianæ : de quibus si deducantur per perpetuam regulam, 2697, remanebit epocha Ilii capti in numero Eusebiano 934 ; itaque uno anno plus dicit. Unde consequens est, ut anno minus sit intervallum, ad primam olympiadem. De variis sententiis super mense, aut anni tempore, quo Troja capta fuit, vide τὴν συναγωγὴν in historia Ἀβδὼν Judicis. Æschylus vult captum Ilium, κατὰ τὴν Πλειάδος δύσιν.

ἀσπιδηφόρος λεὼς
Πήδημ' ὁρούσειν ἀμφὶ Πλειάδος δύσιν.

Sentit econtrario Dodwellus lib. de Veteribus Græcorum Romanorumque cyclis, Eusebium uno anno plus dicere, cum spatium illud inter excidium Trojæ primamque olympiadem annorum 406 fuisse statuit, cum solos re ipsa 405 annos impleat. Atque hoc, inquit, aliter verum esse, non potuit, quam si excidium urbis Trojanæ ad annum retulerit Menesthei, non, ut antea, ultimum, sed quod fecit Auctor Chronici Marmorei Oxoniensis, penultimum. Sic annus ipse primæ olympiadis ab Ilii clade fuerit 407. Quo pacto Veteres etiam illos supputasse probavimus, qui diem ætatemque Lunæ, et spatium a Solstitio, quo contigerit in cyclo Metonico retrorsum acto designarunt, Diss. 1, § 19. Et sane ita rem se habere, necesse erat, si et veri fuerint numeri, quos illis assignavit Eusebius, et tertius Æschyli annus, pro ejusdem sententia, cum prima committatur olympiade, et decimus ultimi decennalis archontis annus ad primum referatur annum olympiadis 24, ut illum in Canone suo retulit Eusebius. In eo certe sibi consonus, ab aliis discrepat, quod primum annuum archontem Creontem designatum illo anno tantummodo censuerit, sequenti autem anno gestum ab eo magistratum. Contra autem Fasti plerique Archontici ipso illo illius olympiadis anno gestum a Creonte magistratum agnoscunt. Nobis, donec de anno regni Menesthei, quo capta Troja est, disputemus, visum est operæ pretium, duos hosce doctissimos in re chronologica viros suismet verbis, de præcipua anteactorum temporum epocha, ex unius ejusdemque Eusebii sensu aliter edisserentes inducere, ut et viam lectori sterneremus, et ne eadem infra repetere necesse esset.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|

Secundum Hebræos a [a] primo anno nativitatis Abraham anni DCCCXXXV.
Secundum Sicyonios a 22 Europis anni similiter DCCCXXXV.
A nativitate vero Mosis anni CCCCX.
Menestheus [b] moritur in Melo regrediens a capta Troja, post quem Athenis regnavit Demophoon.
A primo anno Cecropis, qui primus apud Atticam regnavit, usque ad captivitatem Trojæ, et usque ad 23 [c] annum Menesthei, cujus Homerus meminit, computantur anni CCCLXXV. Similiter a 35 ætatis Mosis anno, fiunt an. [d] CCCLXXV.

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μενεσθεὺς ἐπανιὼν ἀπὸ Τροίας ἐν Μήλῳ τῇ νήσῳ τελευτᾷ. Syncell. pag. 138.

## NOTÆ.

[a] Iterum Scaliger, cujus non licet tam insigni loco ipsamet verba dissimulare : A nato, inquit, Abraham ad Ilii excidium, sunt anni 820. Quindecim anni sunt μεταχρονισμοῦ, de quibus toties monuimus. Memineris hæc distinguere, ut supra docuimus. In intervallis Scripturæ Eusebius peccat προχρονισμῷ 15 annorum : in intervallis historiæ exoticæ, si comparentur cum intervallis scripturæ, peccat μεταχρονισμῷ totidem annorum. Revera enim Abraham natus est numero 16, non primo. Exodus contigit numero 520, non 505; conditus Templi numero 999, non 984. Contra evenire necesse est, si ab Abraham nato, ad casum Trojæ, aut ad primam olympiadem intervalla putentur. Tunc enim reperies illos 15 annos esse μεταχρονισμόν, non προχρονισμόν. Sic a nato anno Abraham, ad excidium Trojæ putat annos 910 secundum rationes suas. Sed quia est μεταχρονισμὸς 15 annorum, a nato Abraham, ad excidium Ilii, fuerint anni 895 dumtaxat. Denique in numero Eusebiano a primo anno ipsius numeri, ad aliud intervallum scripturæ, est προχρονισμὸς 15 annorum. Contra a primo anno ipsius numeri, ad aliquod intervallum exoticæ historiæ, est μεταχρονισμὸς totidem annorum. Sed a conditu templi Salomonici incipit variare numerus, ut suo loco disputabitur.

[b] Significare voluit Eusebius, in ipso reditu Menestheum vita excessisse. Adeo non dissentit, ut Scaliger putat, a Clemente Alexandrino, qui ex veteribus Chronologis pag. 321 Trojæ subversionem facit cum anno ultimo regis Menesthei concurrere, βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτος Μενεσθέως. Nec abludit ab his Dionysius Argivus apud eumdem Clementem, Ἴλιον ἑάλω Δημοφῶντος Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, *Troja subversa est, cum Demophon Thesei filius Atheniensibus regnaret anno primo.* Plutarchus in Theseo ait, Demophonta, et Acamanta, Thesei filios, qui Elephenorem ad Trojam secuti erant, defuncto illic Menestheo, reversos regnum resumpsisse. Audi nunc Lydiatum ad Marmor I Arundellianum rem de integro edisserentem.

Cæterum, inquit, de anno regni Menesthei, quo capta fuerit Troja, nonnihil controvertitur. Auctores, quos sequitur Clemens Alexandrinus primo Stromateo, referunt captam anno ejus postremo, ac Demophontis primo : Eusebius in Chronico, anno Menesthei vicesimo tertio, tamquam ultimo, addens regredientem a capta Troja (quo præfectus Classis Atheniensium cum cætera classe Græcorum profectus fuerat, juxta Homerum in Navium Catalogo ita canentem, Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς, mortuum esse in Melo insula. Apud Lycophronis Scholiastem legitur, eum, cum Melum advenisset, regno insulæ potitum esse, Polyanacte ejus rege defuncto. Quod ridiculum Scaligero visum. Quomodo enim, inquit, spreto regno suo Atticæ, alienum et nihil ad se pertinens prætulisset? Mirum vero hominem tanto ingenii acumine præditum, non conjecisse causam moræ Menesthei in Melo : quam apparet fuisse, quod Demophon legitimus regni Attici hæres jam vir factus, et occasione absentiæ Menesthei ad Trojam desidentis usus, vel siquidem ipse A quoque eodem projectus fuerat, ante hunc domum reversus, confirmata sua factione, possessionem ejus occupasset; e quo Menestheus (ut post Plutarchum in vita Thesei, scribit Ælianus libro IV Variæ Historiæ, cap. 5) Tyndaridarum ope, patrem illius Theseum ejecerat. Ita calamitosa fuit Menestheo Trojæ obsidio, perinde ac ipsi Regi Regum Agamemnoni, et plerisque omnibus Græcorum ducibus eodem profectis, utpote quos inde reduces eæ exceperint calamitates, quæ ipsos vel Trojanorum reliquiis miserandos reddere potuerint : adeo quidem ut ingens illa mille ducentarum navium classis non tam ad Trojæ excidium, quam ad Græciæ exitium comparata fuisse videretur, certe ad exitium Græcorum ducum in Trojæ excidium Aulide conjuratorum, ubi Agamemnon, nescio an furiosus, ut Stoico Horatiano visus, haud dubie male sanus filiæ suæ Iphigeniæ immolatione, id est, suo sanguine deos, sc. pacaverat, aut verius irritaverat. Atqui Scaliger, B sive diuturnioris moræ Menesthei in Melo probabilitatem, sive alicujus antiqui exemplaris Chronici Eusebiani fidem (quod ad liberandam fidem suam prudentius haud tacuisset), sive Excerptorum Barbaro-Latinorum Menestheo ascribentium tantummodo 19 annos auctoritatem aliquousque saltem secutus, pro eo quod Pontacus in omnibus suis exemplaribus, quæ erant sane plurima, legit, *usque ad captivitatem Trojæ, et usque ad 23 annum Menesthei*, habet tantummodo, *usque ad vigesimum annum Menesthei*. Putassem equidem typographi erratum fuisse; nisi etiam in annotationibus idem repetitum invenissem, *ad vigesimum annum Menesthei*. Verum donec manifestior et certior reddatur ratio retrahendi excidium Ilii ad vicesimum annum Menesthei, vel aliquod antiquius Exemplar in lucem proferatur, quod ita scriptum habeat, Menestheo in Excerptis ascriptos annos XIX errore numeri (quales fere innumeri in iis occurrunt) existimare licet, pro XXI, transposita unitatis nota, inquam, undeviginti pro uno et viginti, C completis usque ad captam Trojam, inde autem ad compensationem duorum postremorum in Chronico Eusebiano ei ascriptorum, quos in reditu a Troja, et tamquam exsul in Melo insula absumpserit, ascriptos esse totidem plures (videlicet 35 pro 33) regno Demophontis, qui interea Athenis patrio regno recuperando et stabiliendo occupatus fuit, ideoque perinde ac inter 20 sive 21 et 23 medium ferit; item verissimum apparet, quod Marmoreo Chronico significatur, anno Menesthei secundo supra vicesimum Trojam captam esse; quod etiam alibi idem Scali-

[c] Falso in Scaligeri editione legitur, *usque ad vicesimum annum*, tantum. Error, quem dudum Lydiatus exagitabat, ex ipsa temporum dinumeratione, et comparatione inter se epochæ utriusque liquet.

[d] Atque hic falso Scaliger annos supputat 385 pro solis 375. Nempe tricesimus quintus annus Mosis, annus est Abrahamiticus 360, a quo Cecropis in D Attica regnum auspicatur. Idem liquet et ex illa conciliatione epochæ in adversa pagella, ubi a Nativitate Mosis ad hunc diem anni numerantur 410, a quibus si istos 35 detrahas, reliqui erunt 375.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræor.* | *Ægyptior.* | *Mycenarum.* | *Atheniensium.* | *Ann ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Thuoris [a] rex Ægypti ab Homero Polybus vocatur, maritus Alcandræ, cujus meminit in Odyssea, dicens, post Trojæ captivitatem Menelaum et Helenam ad eum divertisse. | | | | | | |
| | | | *De tertio* [b] *tomo Manethonis. Ægypti XI, dynastia Diospolitanorum an.* 178. | | *Atheniens. XII, DEMOPHOON, annis* 33. | |
| 26 . . . | 30 . . . | 1 Post Labdon Hebræos in ditionem redigunt Allienigenæ annis | 1 . . . . . . . . . . . . . | | 1 . . . . . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Θούωρις... οὗτός ἐστι παρ' Ὁμήρῳ Πολύβους Ἀλκάνδρας ἀνὴρ, ἐν Ὀδυσσείᾳ φερόμενος. παρ' ᾧ φασι τὸν Μενέλαον σὺν τῇ Ἑλένῃ μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας κατῆχθαι πλανώμενον. Syncell. pag. 135.

Μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Λαβδών... Ἑβραῖοι ἐδούλευσαν τοῖς Φυλιστιείμ ἔτη μ'. Ex Chron. Pasch. pag. 66.

## NOTÆ.

ger, quamquam imprudens, suffragio suo comprobat, nempe secundo libro Canonum Isagogicorum, capite tertio, in primæ Atheniensium dynastiæ regum Catalogo, asserens Menesthei anno penultimo Ilion deletum esse, modo intelligatur penultimo ante vitæ finem contingentem quasi completo vicesimo tertio anno regni sui initio; alioqui vero juxta Clementis Alexandrini auctores, ultimo: quandoquidem circa initium anni 22 ac tempus captæ Trojæ, revera regno exciderit, utpote occupato a Demophonte, annis 33, juxta Excerpta ante finem regni et vitæ hujus. Troja itaque capta est anno 22 regni Menesthei, ac 433 ante epocham Olympicam, juxta marmoream inscriptionem. Serus autem domum reditus Græcorum ducum post captam Trojam effecit, ut decennium integrum bello Trojano imputaretur; quamquam post novennium exactum capta fuerit, adultoque vere sub initium æstatis anni decimi ab eo suscepto nuper incepti, capta et excisa urbe, reditus institutus, perinde uti Marmoreo Chronico significatur: quemadmodum etiam cecinit Propertius Elegiarum quarto...... *Danaum decimo vere redisse duces:* quod item novem pullos passerinos Aulide a serpente devoratos portendisse, prædixit Calchas vates Homericus Iliade secunda.

Hæc de industria (tametsi, ut vides, haud æque nobis omnia probentur, dixerimus autem, quid vero propius videatur) ipsismet doctorum hominum verbis huc retulimus, ut integrum lectori demum sit, in quam malit ipse sententiam concedere.

[a] Adde jam isthæc his quæ dicebamus paulo superius de Thuori. Eum cl. Perizonius potius quam cum Polybo Homeri, conferre mavult cum Thoni, quem idem poeta Odyss. Δ, 228 memorat: in quem locum Eustathius, *Ferunt*, ait, *ipsum regem fuisse isthic, ubi ostium erat Nili juxta Canobum, et inventorem medicinæ apud Ægyptios. Ab eo appellatum isthic quoque oppidum, Thonin, et primum apud Ægyptios mensem Toth.* Videtur autem hic docto viro confundere Thuorin, et Athothin, qui apud Syncellum proxime post illum positus reperitur, et ad hunc referre, quæ Manetho de antiquissimo Athothi, Menis primi omnium regis filio, et primæ dynastiæ secundo rege, tradit: scilicet primum ἰατρικὴν ἐξασκῆσαι, *medicinam excoluisse*, et quod vulgo perhibetur, Thoth mensi nomen imposuisse. Cæterum et Strabo lib. I Thonin vocat Ægyptiorum dynastam, qui Menelaum atque Helenam hospitio susceperit. Verum non regem eum fuisse, sed ab rege, cui Proteus nomen erat, ostio Canobitico præfectum, scribit Herodotus in Euterpe. Hic adeo auctor, et Diodorus quoque, Protea Memphitem regem istius temporis memorant apud Ægyptios, ad quem missi fuerint abs Thoni Paris atque Helena. Hanc nempe cum Paride, Herodotus cap. 116 narrat, degisse in Ægypto, quo tempore Troja obsessa, et capta est: id quod Trojanis omni cum asseveratione affirmantibus Græci numquam adduci potuerunt ut crederent. Enimvero ne ipse quidem credo: velim modo animadverti inter ipsos, qui Thonin et Protea huc referunt, dissidium esse, quod nec sane modicum habet temporis interceptum spatium a Paride cum Helena profugo, ad Menelaum cum eadem reduce post Trojæ casum. Dixerint vero plerique de Menelao, ut et Virgilius Æneid. XI:

> Atrides Protei Menelaus ad usque columnas
> Exsulat.....

Hic certe Proteus Ægyptius, non ut rex quidam Homero, sed ut ἅλιος γέρων, *marinus senex*, et Ἀθάνατος Πρωτεὺς Αἰγύπτιος, *Deus marinus in Ægypti littoribus*, memoratur Odyss. Δ 385, ut neque hoc possit poeta testimonium trahi ad faciendam historiæ fidem. Nec pluris facio quod tradit Eustathius ad eum locum, *fuisse eum virum Memphitem, cui secundum linguam Græcorum nomen fuerit Proteus:* notatum quippe dudum laudato Perizonio, Eustathium hæc ex Herodoto accepisse ac Diodoro, ut quem Homerus Deum, isti regem dicunt, pro uno eodemque haberet; nihil vero esse, quod nos ducat in viam ad inveniendum in dynastiis Manethonis Ægyptium hunc regem. Præterea *Thuorim* illum regem fuisse, si fides Manethoni, post Protea, Rhamsen, et Amenemmen: non ergo potuisse sub Proteo præfecturam Canobitici ostii agere, neque si ex præfecto ejus oræ, rex postea evasit, potuisse esse sub Proteo, neque capti Ilii tempore, quod posterius tamen Manetho dicit, licet eo tempore Proteus rex fuerit Ægypti, et ejus filius Ramses, vel Rhampsinitus. Jam vero quid dicemus de nostro Plinio, qui Hist. Nat. lib. XXXVI, cap. 14, Trojæ excidium ad Ramisem refert? *Ramises*, inquit, *quo regnante Ilium captum est.* Etenim duo sunt in dynastia XVIII, Manethonis apud Josephum *Ramesses*, tametsi alter *Armesses* dicatur, longo ante Thuorim intervallo: quorum primum, cui ne biennium quidem regni datur, Perizonius Sesostrim fuisse existimat. Est et alius apud Africanum Ramesses quartus dynastiæ XIX rex; atque hic quidem annis ex ejusdem serie ante Thuorim pl. min. 65. Illum porro eumdem esse volunt, quem Tacitus lib. II Annal. Rhamsen, Diodorus lib. I Ῥεμφὶν, Josephus cont. Appion. Romphem, Herodotus in Euterpe Rhampsinitum vocat. Ego in tanta rerum obscuritate, ac sententiarum pugna, ut certi nihil excudi posse sentio, ita Scaligeri confidentiam, qui Eusebium criminari de temeratis dynastiis audet, mirari non desino.

[b] Quidam mss. cum primo Palat. *de libro tertio* legunt. Constare autem hinc docent Scaliger et Schurzfleischius, plures non fuisse a Manethone de Ægyptiis dynastiis libros conscriptos.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræor.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | 40, qui copulantur temporibus Judicum [b] posteriorum secundum Judæorum traditiones. | | | | |
| 27 . . . | 31 . . . | 5. . . . . . | 2. . . . . . | | 2 Mycenis regnat [f] Ægisthus. | |
| | *Sicyoniorum XXV,* [a] *PELASGUS an.* 20. | | | *LATINIS, qui postea Romani nuncupati sunt, post* [c] *tertium annum captivitatis Trojæ, sive, ut quidam volunt, post octavum regnavit ÆNEAS, an.* 3. *Ante Æneam, Janus, Saturnus, Picus, Faunus,* [d] *Latinus in Italia regnaverunt circiter an.* 150. | | |
| 28 . . . | 1 . . . | 6. . . . . . | 3. . . . . . | 1 . . . . . . . | 3 . . . . . . . . . | |
| 29 . . . | 2 . . . | 7. . . . . . | 4. . . . . . | 2 . . . . . . . | 4 . . . . . . . . . | |
| 30 . . . | 3 . . . | 8. . . . . . | 5. . . . . . | 3 . . . . . . . | 5 Mycenis post necem [g] Ægisthi Orestes regnavit an. 15. | 840 |
| | | *Post quem SAMSON, an.* 20. | | *Post quem, II, ASCANIUS, annos* 38. | | |
| 31 . . . | 4 . . . | 1 Samson for- | 6. . . . . . | 1 Ea quæ [e] de Ulys- | 6 . . . . . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων κε', ἐβασίλευσε ΠΕΛΑΓΟΣ ἔτη κ'. Syncell. pag. 118.

ΣΑΜΨΩΝ ἔτη κ'. Chronic. Pasch. pag. 66.

Τὸν Σαμψών... ἰσχύϊ διάσημον γεγονέναι... καὶ παρά τισι τὰς πράξεις αὐτοῦ παραβάλλεσθαι ταῖς τοῦ Ἡρακλέως φασί. Chronic. Pasch. ibidem.

Αἰνείας βασιλεύει ἔτη γ'... Τινὲς ἔτη η', φασὶ τὸν Αἰνείαν βασιλεῦσαι Λατίνων ἔτη δ' μετὰ τὴν ἅλωσιν Τροίας, ἕτεροι δὲ τρία μνα βασιλεῦσαι ἀπὸ τοῦ θ' ἔτους μετὰ τὴν αὐτὴν ἅλωσιν. Sync. pag. 137.

Λατίνων β', ἐβασίλευσεν ΑΣΚΑΝΙΟΣ ἔτη λζ'. Syncell. pag. 142.

Μυκηνῶν ἐβασίλευσε Αἴγισθος. Syncell. pag. 136.

Μυκηνῶν ἐβασίλευσεν Ὀρέστης ἔτη κγ'. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Diximus, hunc apud Pausaniam non haberi, videri autem pro eo poni *Lacestadem*. Fortasse rectius in Parmensi ms. juxta Græcum *Pelagus* dicitur : in reliquis tamen libris omnibus, *Pelasgus*.

[b] Codex Parmensis *posteriorum* non addit : econtrario contendit Scaliger, ex Græcis debuisse amplius hæc addi, *temporibus Samsom, et Judicum posteriorum*. Nimirum ex præconcepta illa falsa opinione, quod omnia ex Eusebii profecta sint calamo, quæ Syncellus exaggeravit de suo : atque hoc potissimum loco, quo ad majorem creandam Eusebio invidiam, spatiatur.

[c] Et vero propior, et Veteribus receptior multo sententia hæc est de Ænea, tertio post Trojæ captivitatem anno, in Italiam appulso, quam et Eusebius probat. Ex his qui ejus adventum post octo annos differunt, laudat Scaliger illum ex Virgilio locum Æneid. I, v. 760 :

Nam te jam septima portat
Omnibus errantem terris et fluctibus æstas.

Verum ad Homeri exemplar videtur poeta ibi, Æneæ errores exaggerasse. Econtrario Jul. Solinus cap. 2 tradit ex Cassii Heminæ Annalibus, Æneam æstate ab Ilio capto secunda Italiæ littoribus appulisse. S. autem Augustinus lib. XVIII de Civit. Dei, cap. 19, laudatus etiam Schurzfleischio, videtur eo ipso quo capta Troja est, anno ascribere : siquidem sub Menestheo id contigisse asserit: *Eo tempore post captam Trojam atque deletam, Æneas cum viginti navibus, quibus portabantur reliquiæ Trojanorum, in Italiam venit, regnante ibi Latino, et apud Athenienses Menestheo*, etc. Idipsum et recentioribus nonnullis probari, quos inter Constantinus Phrygio, idem Schurzfleischius affirmat. Cætera legi merentur apud Strabonem lib. V, et Livium I.

[d] Præterquam quod inverso ordine hæc de Latinis atque Ænea Scaliger refert, prætermittit etiam hic verba, *Latinus in Italia*, atque adeo solos quatuor pro quinque ante Æneam reges censet. Ad eorum regni summam quæ annorum dicitur circiter CL notatum in primo Palatino ms. ab Antiquario toties laudato al. *annos circiter* DCL. Quæ, inquit Schurzfleischius, scriptura non inepta esse videtur. Nam Latinis ante Cecropem quoque τὸν διφυῆ Saturnus regnasse memoratur. Immo Cedrenus, a quo multum excerpta, Joanni Malalæ χρονογρ. p. 19 inserta, abludunt, Saturnum cum Nembrodo eumdem fuisse voluit, ὃ δὲ μὲν ὅμως ἐστὶν αἴτημα λίαν μέγα. At prior lectio cum computo Syncelli convenit, quem consulere de hac controversia, atque cum Gobelino Persona, Cosmodrom. æt. III, c. 22 componere, operæ pretium erit. Equidem vulgatam scripturam et ipse prætulerim. Quinque enim quinque dictorum regum ætates, si γενεὰ secundum Herodotum pro 30 ann. spatio sumatur, annos 150 constituunt.

[e] Hæc de Ulysse Scaliger quatuor post annos differt. Græca etiam, quæ quidem mutila videntur, ita restituit : Τὰ περὶ Ὀδυσσέως μυθευόμενα, πῶς τριήρη τὴν Τυῤῥηνῶν Σκύλλαν διέφυγε, τοὺς ξένους συλᾶν εἰωθυῖαν. In Notis Hieronymum, quem τριήρει legisse in Græco, pro τριήρη, contendit, totam, ait, sententiam Eusebii dissimulavisse. Nam Eusebius dicit,

[f] Hanc Scaliger periocham de Ægistho penitus prætermisit : Syncellus econtrario ejus quoque regni ἔτη ε', *annos quinque* addidit. Mallem ego ad septem usque produci, quemadmodum legere est apud Homerum Odyss. lib. III, vers. 305 :

Ἑπτάετες δ' ἤνασσε πολυχρύσοιο Μυκήνης.

[g] Minus antea recte, *post mortem*. Syncellus Orestis annos ad viginti tres usque protrahit : eo autem magis exaggerant recentiores chronologi, qui eum septuaginta annis regnasse scribunt. Strabo, lib. XIII, in Arcadia eum tradit obiisse. Vide et Pausaniam in Arcadicis.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræor.* | *Ægyptiorum.* | *Latinorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | tissimus omnium fuit, ita ut a quibusdam facta ejus gestis Herculis comparentur. | | se fabulæ ferunt, quomodo trierem Tyrrhenorum Scyllam fugerit, spoliare hospites solitam, scribit Palæphatus in Incredibilium libro I, Sirenas quoque fuisse meretrices, quæ deciperent navigantes. | | |
| 32 | 5 | 2 | 7 | 2 | 7 Lydi [c] mare obtinuerunt. | |
| *Assyriorum XXVII,* [a] *TAUTEUS, an. 40.* | | | | | | |
| 1 | 6 | 3 | 8 | 3 | 8 | |
| 2 | 7 | 4 | 9 | 4 | 9 | |
| 3 | 8 | 5 | 10 | 5 | 10 | |
| 4 | 9 | 6 | 11 | 6 | 11 | |
| 5 | 10 | 7 | 12 | 7 | 12 | |
| 6 | 11 | 8 | 13 | 8 | 13 | |
| 7 | 12 | 9 | 14 | 9 | 14 | |
| 8 | 13 | 10 | 15 | 10 | 15 | 850 |
| 9 | 14 | 11 | 16 | 11 | 16 | |
| 10 | 15 | 12 | 17 | 12 | 17 | |
| 11 | 16 | 13 | 18 | 13 | 18 | |
| 12 | 17 | 14 | 19 | 14 Hectoris [b] filii | 19 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων κζ΄, ἐβασίλευσε ΤΕΥΤΑΙΟΣ ἔτη μ΄. Ex Syncell. pag. 120.

Τὰ κατὰ Ὀδυσσέα, καὶ Σκύλλαν, καὶ Χάρυβδιν, καὶ Σειρῆνας. Syncell. pag. 138.

Οἱ Ἕκτορος παῖδες τὸ Ἴλιον ἀνεκτίσαντο τοὺς Ἀντηνορίδας ἐκβαλόντες Ἑλένου γνώμῃ, κ. τ. λ. Id. p. 136.

Λυδοὶ (οἱ καὶ Ναίονες) ἐθαλασσοκράτησαν (ἔτη ϛβ΄). Idem p. 137.

## NOTÆ.

Ulyssem effugisse Tyrrhenorum trierem piraticam, quæ vocabatur Scylla : Hieronymus vero, Ulyssem effugisse Scyllam, monstrum marinum trieri sua, sive navi qua vehebatur. Sic enimvero cum ipse Scaliger, tum Pontacus, et vetustiores pleræque editiones legerant *trieri*, vel *triremi* : quæ quidem lectio sensum illum reddit historiæ contrarium. Verum ex Parmensi apud nos, et Palatino primo ms. plurimisque aliis, teste Schurzfleischio, qui *trierem* præferunt (quemadmodum et nobis repositum est ex eorum fide), jam liquet, ipsum immo Scaligerum falsa Latini textus lectione fuisse deceptum, quam et libenter, ut facere amat, videtur retinuisse, ut in Hieronymianam interpretationem liberius animadverteret. At Hieronymus recte, si quid alias *trierem*, aut *triremem* accusandi casu vertit, retulitque ad Tyrrhenorum navem : recteque adeo τρίτη legit in Græco, non τριήρει, et Eusebium suum Palæphato plane consentaneum reddidit. Quidam ex modo laudatis mss. inemendate legunt in subsequentibus, *Tyrrhenorum navem fugerit*, prætermisso *Scyllam*, quod nomen ab antiquario Salmasiano in primo Palatino supra scriptum, suppleri quoque in aliis placet Schurzfleischio. Ego, ut istud sufficiam, illud *navem*, quod præcedit, et in aliis libris desideratur, ibi malim expungi : leviora quidem alia in textu castigamus. Palæphati testimonium habes cap. 21 : Τυῤῥηνῶν νῆες (non νῆσοι, *insulæ*) ἦσαν αἳ ἐλῄζοντο τὰ περίχωρα τῆς Σικελίας.. . ἦν δὲ ναῦς τριήρης ταχεῖα, τό τε ὄνομα Σκύλλα, κ. τ. λ. Adde Hesychium, Σκύλλα, ναῦς τις πολεμικὴ, ἴσως ἀπὸ τοῦ σκυλεύειν. Deinde Heraclitum cap. 2 et Heraclidis Allegorias in fine, et Apollonii Scholiastam ad Argonaut. lib. IV, vers. 828. Videtur etiam Virgilius Æneid. V, vers. 122, ad eam Tyrrhenorum triremem respexisse, ubi Cloantho navem eodem nomine appellatam tribuit.

[a] Dictum pridem ad horum seriem nominum, *Tauteum*, aut *Teuteum*, vel cum dpihthongo *Tautæum*, propiorem vero esse scripturam. Priori modo A primus Palatinus ms. altero Jornandes legit : Pontacus autem vetustiores editiones secutus, *Tanteum*. Dissentit quoque Syncellus in ejus regni annis, quos ad 44 usque exaggerat.

[b] Annis ab hinc octo hanc demum recenset periocham Scaliger, mss. quos scio omnibus, editisque libris contradicentibus. Tum mirari non desinit in Notis, quomodo Ilium Hectoridæ repetiverint, jam deletum et solo æquatum. Deinde qui sint isti Antenoridæ, præter posteritatem Antenoris, qui Venetiis occupatis, Patavium condidit? Ad hæc quomodo Helenus potuit esse auctor hujus expeditionis, qui semper post excidium Trojæ in Epiro vixit? Postremo quos Hectoridas hic intelligere debemus, omnibus liberis Hectoris, etiam puero Astyanacte, interfectis? Quæ omnia, cum Troicarum rerum memoriis pugnantia accepisse ait Eusebium a supposititiis scriptoribus, Dictye Crete, et Darete Phryge. Nihilosecius non diffitetur, apud Dionysium Halic. lib. I dici, Ascanium restituisse in paternum imperium B τοὺς Ἑκτορίδας ὑπὸ Νεοπτολέμου ἐξ Ἑλλάδος ἀφειμένους, quod sentit habere aliquid commune cum historia hac, quam tangit Eusebius. Addendus autem

[c] Notatum ante nos doctis viris, hæc de maris imperio penes Lydos, Eusebium e Castoris Rhodii libro περὶ τῶν θαλασσοκρατούντων, accepisse. Quod interserit in Græco Syncellus, οἱ καὶ Μαίονες ex eorum videtur sententia derivatum, qui hosce Græcos ex Mæonia in Italiam venisse crediderunt. Monet vero Simsonius Chronic. Cathol. part. II, Mæones, qui post Troicum sæculum Lydi denominati sunt, aut nondum, aut quod verius existimat, numquam maris imperium obtinuisse. Ipse Lydorum Nomine Tyrrhenos intelligi arbitratur. Sed et θαλασσοκρατίας annos ϛβ΄ addit Syncellus, et quod primi Lydi inter maris dominos fuerint, omnino enim illud πρῶτοι huc pertinere, non redundare, ut Goaro videbatur, aut ad sequentem rubricam referendum esse, Schurzfleischius evicit.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræor.* | *Ægyptiorum.* | *Latinorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | Ilium receperunt, expulsis Antenoris posteris. Heleno eis subsidium ferente. | | |
| 13 . . . | 18 . . . | 15 . . . . . . | 20 . . . . . . | 15 . . . . . . . | 20 Pyrrhus [b] Delphis in templo Apollinis ab Oreste occiditur proditione sacerdotis Machærei: quo tempore quidam Homerum fuisse dicunt. | |
| 14 . . . | 19 . . . | 16 . . . . . . | 21 . . . . . . | 16 . . . . . . . | 21 . . . . . . . . . | |
| 15 . . . | 20 . . . *Post quem Sicyonior. XXVI, ZEUSIPPUS,* [a] *an.* 32. | 17 . . . . . . | 22 . . . . . . | 17 . . . . . . . | 22 . . . . . . . . . | |
| 16 . . . | 1 Quidam ad hujus memoriam servandam balneas Byzantiorum multo post tempore appellatas putant. | 18 . . . . . . | 23 . . . . . . | 18 . . . . . . . | 23 . . . . . . . . . | |
| 17 . . . | 2 . . . | 19 . . . . . . | 24 . . . . . . | 19 . . . . . . . | 24 . . . . . . . . . | |
| 18 . . . | 3 . . . | 20 . . . . . . | 25 . . . . . . | 20 Secundum quos- | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σικυωνίων κς', ἐβασίλευσε ΖΕΥΞΙΠΠΟΣ ἔτη λ'. Syncell. pag. 121.

Ὀρέστης Πύῤῥον (τοῦ Ἀχιλλέως) ἀναιρεῖ ἐν Δελφοῖς εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν προδοθέντα ὑπὸ Μαχαιρέως ἱερέως. Syncellus pag. 136.

## NOTÆ.

erat et Strabo lib. XIII, p. 596, qui nonnulla Troici campi loca ex Homeri testimonio Antenoris filiis attribuit: atque illud cum primis, quod Scamandrium, sive Astyanacta, Hectoris filium, ejusque posteros, diu circa Scepsin tradit regnasse. Ipse etiam Homerus vaticinium de Æneæ, posterorumque ejus regno intra Troicos fines videtur conclusisse, ex quo eum in Italiam venisse cum Historici quidam, tum Bochartus multis argumentis in epist. ad v. cl. de Segrais contendit, licet melioribus fortasse aliis a Thoma Rikyo refutatus. Porro quod aiunt Astyanacta ab Antenore expulsum ab Ænea contra Antenoridas fortiter dimicante, regiis sedibus restitutum, legere est in Servii Commentariis ad lib. IX Æneidos vers. 264. Atque hoc ferme est (ut se res habuerit) quod ex operis sui instituto refert Eusebius. Cæterum et Pausanias in Phocicis c. 27 Glaucum et Eurimachum Antenoris filios memorat Trojano bello superstites, quibus alii addunt Helicarnem, Polybum, Laodocum, etc. Notus quoque Collis Antenoridarum ex Symmacho, seu potius Lisymacho vetusto scriptore apud scholiastem Lycophronis, etc. Schurzfleischius ait, Antenoridæ ergo non tam urbem Trojanam tenuerunt; eam enim restaurarunt Hectoridæ: quam ditionem Troicam possederunt. In Eusebii tamen Eclogis Scaligeranis, τὸ Ἴλιον ἀνεκτήσαντο legitur, pro ἀνεκτίσαντο. Legit quoque Scaliger in Latino, *Heleno sibi subsidium*, etc., pro *eis*.

[a] Solos triginta Syncellus numerat: quamquam λβ' in Græcis Collectaneis Scaliger notet, ex Latina, ut videtur, interpretatione. Ab utroque discedit Parmensis ms., qui 31 non hic solum loci Romanis notis, sed et cohærenter in subnexa dinumeratione, annos computat. Totam porro subsequentem periocham de Balneis Zeusippi apud Byzantios, librariorum, ut credere par est, oscitantia, idem ms. prætermittit. Scaliger mavult *Byzantinorum* legere. Satis autem erudite in Notis, multos meminisse ait, λουτροῦ τοῦ λεγομένου Ζευξίππου, in urbe Byzantina; quos inter Cedrenus, qui a Jove Ζευξίππῳ, in cujus templo constructum fuit, appellatum vult. Meminerunt etiam epigrammata Græca in Anthologia. Præter omnes luculenter Petrus Gilius Aquitanus, vir doctissimus lib. II cap. 7 Topographiæ Constantinopoleos. Addit hisce auctoribus Schurzfleischius, et consuli jubet, Chronicon Paschale pag. 620 edit. Par. Joann. Malalam pag. 584, et Dufresnium in CPoli Christiana lib. I, sect. 27.

[b] Receptior isthæc apud Veteres sententia est, Pyrrhum fuisse ab Oreste occisum, conjugis ereptæ causa, ut canit Virgilius Æneidos III:

> Ast illum ereptæ magno inflammatus amore
> Conjugis, et scelerum furiis agitatus Orestes
> Excipit incautum, et patrias obtruncat ad aras.

In eamdem opinionem Velleius Paterculus et alii concesserunt. Strabo autem lib. IX, pag. 645, traditum fabulis narrat, illum *a Machæreo, Delpho homine, interemptum, quod Pyrrhus pœnas a Deo paternæ* (Achillis) *cædis posceret, vel quod probabilius est, quod templi opes invaderet.* Nec fere dissentit ab eo Pausanias in Phocicis, ubi Pyrrhum ab Apollinis ipso sacerdote tradit occisum: quam cædem jussu Pythiæ patratam scribit in Atticis. Alii alia; nam et quidam casu, contentione orta inter sacrificulos, in eo tumultu interfectum, alii factum aiunt consilio atque opera Pyladis, non solum ob Orestis amicitiam, sed etiam ut proavum suum Phocum ulcisceretur, et cætera, quæ persequi diutius non vacat. Quoad Latinam lectionem, Parmensis et Palatinus primus ms. *Macherei* legunt, Pontacus aliique *Machærei:* quod ex Græcis, Schurzfleischio jubente, castigamus in *Machæræi*. In fine Scaliger habet, *quo tempore etiam quidam*, etc.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Latinorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | dam [b] Heraclidarum Descensus. | 25 | 860 |
| | | *Post quem HELI* [a] *Sacerdos an.* 40: | | | | |
| 19 | 4 | 1 In Hebræorum libro XL anni inveniuntur; in LXX autem interpretatione, 20. | 26 | 21 Ascanius, derelicto novercæ suæ regno [c] Lavinii, Albam Longam condidit, et Sylvium Postumum fratrem suum Æneæ ex Lavinia filium cum summa pietate educavit. | 26 Mycenis [d] regnavit Tisamenus filius Orestis. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μετὰ ταῦτα ἦρξεν Ἠλεὶ ὁ ἱερεὺς ἔτη μ'. Ex Chron. Pasch. pag. 67.

Ἠλεὶ ἱερεὺς ἡγήσατο τοῦ Ἰσραὴλ ἔτη κ', κατὰ τοὺς Ο', κατὰ δὲ τὸ Ἑβραϊκὸν... ἔτη μ'. Syncell. pag. 141.

Ἡρακλειδῶν κάθοδος. Syncell. pag. 142.

Ἀσκάνιος... ἔκτισεν Ἄλβαν τὴν νῦν καλουμένην Λόγγαν. Idem ibidem, et pag. 155.

Μυκηνῶν ἐβασίλευσε Τισαμενός. Ex Sync. p. 124.

## NOTÆ.

[a] Conferendus secum ipso est Eusebius hac super re Præparat. Evang. lib. X, cap. 14. Theophilus juxta LXX numerat annos 20; Clem. I Stromat. juxta Hebræum 40. Tota discrepantiæ ratio ex eo videtur repetenda, quod Heli partim solus, partim cum Saule regnum administraverit. Dicemus ad Saulem de hoc ipso iterum. Eusebius, ut vides, Hebræorum numerum præfert: et quod alias notatum nobis est, contra receptam hactenus vulgo sententiam non ideo præfert, quod minor sit illo, quem reddunt Septuaginta Interpretes, cum econtrario sit altero tanto major; sed quod Hebræo archetypo fidelissime adhærere, semel propositum habuerit. Hanc Auctoris nostri mentem neque Syncellus assecutus est, qui cum plane immerito suggillat hic loci, quod τὸ Ἑβραϊκὸν ἠκολούθησεν οὐχ οὕτως ἐπαγγειλάμενος, *Hebraicam litteram, contrarium etiam pollicitus, sequitur*. Putat scilicet, dixisse alias Eusebium, velle se minorem num. ἁπλῶς sequi, non quia Hebraici textus, sed quia minor esset: cum omnino, Hebræi archetypi rationem habere se velle dixerit, atque ibi minorem, ut est fere semper alias: hic majorem numerum, eadem illa de causa probet. Jam vero neque illud prætereundum est, quod in Scaligerana atque aliis nonnullis antiquis edit. continenti serie huic periochæ subjungitur. *Hebræi hunc tradunt esse Phineem.* Nihil simile neque nostri habent, neque alii magno numero, quos consuluit Pontacus mss. libri, æque atque editi. Videtur etiam criticis fraudi fuisse nominum Heli atque Eliæ similitudo, ut huc referrent ad pontificem, quæ ex Rabbinorum sensu ad Eliam prophetam pertinebat: inter cætera enim, quæ gens illa somniis cudendis nata, de Phinee commenta est, habetur hoc ipsum, quod sub Eliæ persona ac nomine venturus sit. De Heli autem quod ipse sit Phinees, numquam apud eos legi. Falsus Hieronymus in Quæstion. Hebraicis in appendice tomi tertii ex recensione nostra ad I Regum II, non de Heli pontifice, sed de viro Dei, qui illum est allocutus, hæc refert: *Hunc virum Dei Judæi Phineem dicunt, quem et Eliam autumant.* Videsis quæ in hunc locum nobis annotata sunt. Scaliger, hallucinatione ista non animadversa, plura huc congerit, quæ parum ad rem faciunt.

[b] Post adhuc sex annos Scaliger, contradicentibus mss. editisque pluribus libris, Heraclidarum descensum refert. Sane et veteres chronologi in his recensendis variant: sunt siquidem qui in trigesimum a Trojæ excidio et qui in quinquagesimum, aut sexagesimum, denique et in octogesimum usque annum conjiciant. Causa inde petitur, quod Heraclidæ sæpius hunc descensum tentarint, successu parum prospero. Et primo quidem, duce Hyllo, ipsomet Herculis filio, deinde hujus filio Cleodæo, postea Aristomacho Cleodæi F. Herculis pronepote. Demum voti compotes facti sint, Procle et Eurysthene ducibus, Aristomachi nepotibus ex Aristodemo. Videndus Diodorus lib. IV, sine quo, ut ait Scaliger, hæc capere non potes. Interim ex his, qui octogesimo post Trojæ casum anno, reditum Heraclidarum contigisse scribunt, est omnium vetustissimus apud Clementem Stromatum lib. I Eratosthenes, qui τοὺς χρόνους ὧδε ἀναγράφει· ἀπὸ μὲν Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ὀγδοήκοντα: *tempora sic describit, a Troja quidem capta ad Heraclidarum descensum, anni octoginta.* Rationes istas Paterculus quoque lib. I, cap. 2, probat, *Tum*, inquiens, *fere anno octogesimo post Trojam captam, centesimo et vigesimo quam Hercules ad deos excesserat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore, pulsis Heraclidis, Peloponnesi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur. Duces recuperandi imperii fuere Temenus, Cresphontes, Aristodemus, quorum abavus* (Hercules) *fuerat.* Cætera videsis, ex quo isthæc delibavimus, Simsonium Chronici Cathol. part. de universa illa historia luculentissime edisserentem. Confer, si libet, etiam quæ de Apollinis Responso obscurissimo ad Heraclidas observavit Œnomaus apud nostrum Eusebium lib. V Præparat. Evang. cap. 20.

[c] Omnino perperam, et contra veterum librorum fidem Scaliger hanc de condita ab Ascanio Alba periocham ante annos retulit duodeviginti. Et Eusebium tamen in notis de ingenti prochronismo accusat, quem sua ipsemet culpa admisit: ac temere ait, condonandum illi auctori, Romanarum originum ignaro, quisquis is fuit, qui Eusebio persuasit, Ascanium initio regni sui condidisse Albam, cum eam condiderit postquam novercale Lavinium reliquisset. Nempe hoc faciunt proxime ad verum accedere cum Pontacus, et quos ille consuluit mss. libri atque editi, tum nostri omnes, et quatuor Palatini, juncta Sichardi editione apud Schurzfleischium, qui pari consensu ad num. huncce Latinum 21, sive Abraha-

[d] Tisamenum Scaliger ante annos quinque recensuit, solido juxta ejus rationes decennio ante Heraclidarum descensum. Quia in re nec sibi quidem constat, nam Heraclidarum illud gestum ideo sex annis a recensione hac nostra distulit, ut, Tisameno in Peloponneso rerum potiente, accidisse significaret: et hunc tamen, sui immemor, tanto fecit intervallo præcedere, ut neque posset cum ejus vita gestum illud concurrere. Enimvero Tisamenum, ut et fratrem ejus Penthilum, solo post Orestis patris obitum triennio regnasse, scribit Velleius Paterculus lib. I, cap. 1. Proinde rectius fortasse in primo Palatino ms. isthæc periocha ad num. 26 Latinum, qui est Abrahamiticus 867, refertur. Alii Palatini codices minus recte *Tysamenum*, ut et Sichardi editio *Tissamenum*, legunt.

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Latinorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 20 | 5 | 2 | 27 | 22 | 27 | |
| 21 | 6 | 3 | 28 | 23 | 28 | |
| 22 | 7 | 4 | 29 | 24 | 29 | |
| 23 | 8 | 5 | 30 | 25 | 30 | |
| 24 | 9 | 6 | 31 | 26 | 31 | |
| 25 | 10 | 7 | 32 | 27 | 32 | |
| 26 | 11 | 8 | 33 | 28 | 33 *Atheniens. XIII*, [c] *OXYNTES, an.* 12. | |
| 27 | 12 | 9 | 34 | 29 | 1 | |
| 28 | 13 | 10 | 35 | 30 Ascanius Julium [a] procreavit a quo familia Juliorum orta, et propter ætatem parvuli, quia necdum regendis civibus idoneus erat, Sylvium Posthumum fratrem suum regni reliquit hæredem. | 2 | 870 |
| 29 | 14 | 11 | 36 | 31 | 3 Amazones [d] Ephesi templum succenderunt. | |
| 30 | 15 | 12 | 37 | 32 | 4 | |
| 31 | 16 | 13 | 38 | 33 | 5 | |
| 32 | 17 | 14 | 39 | 34 | 6 | |
| 33 | 18 | 15 | 40 | 35 | 7 | |
| 34 | 19 | 16 | 41 | 36 | 8 | |
| 35 | 20 | 17 | 42 | 37 | 9 | |
| 36 | 21 | 18 | 43 | 38 Agon Lyciorum [b] primus actus. | 10 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ὁ τῶν Λυκίων ἀγὼν πρῶτος ἐτέθη. Sync. p. 142.

Ἀθηναίων ιγ', ἐβασίλευσεν ΟΞΥΝΤΗΣ ἔτη ιβ'. Syncell. pag. 138.

Ἀμαζόνες τὸ ἐν Ἐφέσῳ ἱερὸν προσενέπρησαν. Idem ibidem.

## NOTÆ.

miticum 762, hæc referunt. Legit præterea minus recte Scaliger, *derelicto novercæ suæ Laviniæ regno. Albam condidit*, etiam cognomento, *Longam*, prætermisso. Quod quidem et primus Palatinus tacet, et *Lavinum* habet, pro *Lavinii* : ex quo mallet rescribere Schurzfleischius, *derelicta noverca sua Lavinii, longam Albam condidit* : et suæ emendationi favere Plinium lib. I cap. 3 contendit. Falsum enim, subdit, est, ideo Ascanium statim regnum dereliquisse, quia Albam maluit esse metropolim. Deduxit potius Ascanius, filius, ut Dionysius voluit, Laviniæ, verius vero ejus privignus, coloniam, condiditque, μετὰ τῶν ἀπὸ τοῦ Λαβίνιου Λατίνων, Τρώων ὄντων, Albam longam. Nihilo minus rex Latinorum esse non desiit, neque Lavinia ejus loco dominata esse, apud ullum scriptorem legitur, vel etiam Romanum imperium divisum fuisse. Suspicatur tamen Dionysius Halicarnassensis, sub muliebri aliquando tutela regnum Latinorum fuisse, cum nondum fuerit post obitum Æneæ Ascanius imperio maturus, nec diffitetur tamen, omnia esse ἄπορα καὶ παραδόσεων γεμοῦντα quæ eruant, οἱ τὰ Διὸς ἐνύπνια asseculi. Adde nunc ex Aurelio Victore isthæc, *Ascanius completis in Lavinio 30 annis, recordatus novæ urbis condendæ tempus advenisse* (*ex numero porcorum, quos pepererat sus alba*) *circumspectis diligenter finitimis regionibus, speculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe quæ in eo condita est, Albanus nuncupatur, civitatem communit, eamque ex forma* (*quod ita in longum porrectus esset*) Longam : *ex colore suis* Albam *cognominavit*. Veriorem etymologiam profert Diodorus Siculus laudatus Syncello, ab Alba fluvio, quem sequens ætas Tiberim dixit : ἣν ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ τότε μὲν Ἄλβα καλουμένου, νῦν δὲ Τιβέριος ὀνομαζομένου.

[a] Addunt nonnulli libri et Scaliger, *filium*. Primus Palatinus ms. *Julum* vocat : notatumque ibi Antiquario Salmasiano al. *Julium Sylvium* legi, quam lectionem, inquit Schurzfleischius, retinent tres Pa-

A latini mss. et Sichardina editio. Ac porro pergit ille, Julum sane vocant Strabo lib. XIII, p. 595, et plerique alii. *Sylvium* si retinemus, meminerimus, quod dicatur numero 879 omnes a Sylvio Postumo, Albanorum rege, *Silvios* esse dictos. Ὁ τρόπος, ἀναχρονισμός. Οὔπω γὰρ ἦν ὁ Σιλούϊος ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἡ τῶν βασιλέων ἐπωνυμία. Adde eclogas ex Eusebio Scaligeranas, lib. I, p. 34, et Syncellum p. 177, ubi utrobique vocatur Σιλούϊος Ἰούλιος. Cæterum neque hujus loci, neque proxime antecedentis suppetunt Græca : quamobrem Scaliger suspicatur, hæc de suo Hieronymum exaggerasse, qui ab excidio Trojæ in hoc Chronico se multa de Historia Latina aspersisse dicit.

[b] Atque hæc Scaliger triennio ante collocat. In Notis de Lycæorum Agone (sic enim legi vult pro *Lyciorum*, nam et sacra, non Λύκια, sed Λύκαια Antiquis appellantur) satis erudite, prolixe autem fortasse nimis ex Pindaro ejusque veteri Scholiaste, B Pausania in Arcadicis, Theophrasto apud Porphyrium, atque aliis, quæ huc tamen referre, minime ad rem videtur. Hæc summa rei est, Lycaonem Jovi Lycæo sacra Lycæa olim instituisse, cum in monte Lycæo urbem Lycosuram condidisset. Porro Lycaonem Nyctimi patrem fuisse : sub Nyctimo diluvium, atque adeo antiquiora multo esse Lycæa : nunc vero dici instituta, quia fortasse instaurata. Sic Olympias ab Iphito instituta dicitur, cum ille Agon a Pelope institutus, ab Hercule, et Atreo instauratus, ab Iphito in Tetracteridas inductus fuerit. Cæterum Lycæorum videri omnium vetustissimum.

[c] Perperam, et duobus verbis, scribitur apud Syncellum, ὁ Ζύντις : tribuuntur quoque illi anni duntaxat decem. Quidam Latini mss. *Oxintes* legunt.

[d] Tradunt econtrario Veteres, quod et Scaliger ex parte notat, Dianæ templum fuisse Ephesi ab Amazonibus constructum : Pindarus, Callimachus, aliique. Vicissim vero alii, e quibus Pausanias, negant, id perpetrasse Amazonas, sed Crœsum, ho-

| *Assyrior.* | *Sicyonior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Latinorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 37 . . . | 22 Castoris [a] chronographi de Sicyoniorum regno. *Exponemus Sicyoniorum reges ab Ægyaleo usque ad Zeusippum, qui omnes regnaverunt an. 962, et sacerdotes Carnii, qui præfuerunt ann. 33, post quos sacerdos constitutus est Caridemus, qui impensas non sustinens fugit.* | 19 . . . . . | 44 . . . . . | 39 . . . . . . | 11 . . . . . . . . . | |
| | | | | *Latinorum III, SYLVIUS Æneæ filius, an. 29.* | | |
| 38. . . . | 23 . . . | 20 . . | . 45 . . . . . | 1 Sylvius Posthumus, [b] quia post | 12 . . . . . . . . | 880 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κάστορος, περὶ τῆς βασιλείας τῶν Σικυωνίων. Παρατίθεμεν δὲ καὶ τοὺς Σικυῶνας βασιλεύσαντας, ἀρχομένους μὲν ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος, λήγοντας δὲ ἐπὶ Ζεύξιππον· οἱ μὲν οὖν βασιλεῖς κατέσχον ἐτῶν χρόνον υνθ΄, μετὰ δὲ τοὺς βασιλεῖς κατεστάθησαν ἱερεῖς τοῦ Καρνείου ἕξ, οὗτοι δ' ἱεράτευσαν ἔτη λγ΄, μεθ' οὓς κατεστάθη ἱερεὺς Χαριδήμοσος, καὶ οὐχ ὑπομείνας τὴν δαπάνην, ἔφυγεν. Syncell. pag. 78.

Λατίνων γ΄, ΣΙΛΟΥΙΟΣ Αἰνείου ἐβασίλευσεν ἔτη κθ΄. Syncell. pag. 142.

## NOTÆ.

minem indigenam, et Ephesum Caystri filium. Straboni primus ejus templi conditor Chersiphron nominatur; combussisse autem illud, Herostratus nescio quis dicitur. In tanta sententiarum pugna, nemo unus tamen Amazonibus ascribit incendium: tametsi mulieres Amazonici generis circa templum habitasse dicant. Unus est Clemens Alexandrinus in Protreptico, laudatus Scaligero, ex quo colligere liceat, ex duobus incendiis templi Ephesini, prius illatum fuisse ab Amazonibus. Τοῦτο τὸ πῦρ τὸν ἐν Ἄργει νεὼν... κατέφλεξε... καὶ τὸν ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος δεύτερον μετὰ Ἀμαζόνας. Ex eo noster Eusebius acceperit.

[a] Decennio post memorantur isthæc ab Scaligero. Parmensis ms. cum hic loci, pari cum aliis mss. consensu: cum Pontacena, atque adeo hac nostra recensione facit: tum etiam subsequentem periodum, nullo interposito annorum spatio, subjungit. De Castore Chronographo, quem Scaliger male confundit cum cognomine illo, qui interfectus dicitur a Dejotaro rege Galatiæ, ut scriptum exstat apud Suidam, nos supra diximus, ad num. 170, eamque cavimus hallucinationem, ostendentes alium hunc fuisse natione Rhodium, testimonio Apollodori l. II et Plutarchi in Quæstionibus Roman. Porro quod textum spectat, ita Schurzfleischius: In tribus, ait, Palatinis, mss. *Sacerdotes carnis*, inepte legitur. Sacerdotes Carnii sunt οἱ τοῦ Καρνείου (Ἀπόλλωνος) ἱερεῖς. Hi, cum reges defecissent, non quidem reges fuere, summam tamen apud Sicyonios auctoritatem obtinuere, quemadmodum apud Hebræos etiam non semel est factum. Per ann. 33 eos gubernationi imperii præfuisse, apud Syncellum etiam p. 97 dicitur, qui tamen inemendate Χαριδήμοσον vocat ultimum, non Χαρίδημον. [*Ex latino textu legendum esse patet*, Χαρίδημον, ὃς οὐχ ὑπομείνας, etc. EDIT.] In Latinis co Id. etiam hoc nomen corrupte scribitur. Quidam enim libri *Cariademum*, primus Pal. *Chariademum*, habet. In eodem legitur: *Castoris Chronographi de Sicyoniorum regno, exponimus*, et quæ sequuntur. Puto huic ῥήσει in Græcis exemplaribus suprascriptum fuisse, ΚΑΣΤΟΡΟΣ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΟΥ ΠΕΡΙ ΣΙΚΥΩΝΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ. Ita enim Græci ἐλλειπτικῶς, ut vel ex Anthologia Græca patet, loqui amant. Marshamus omnia hæc ἀγνοήματα ἱστορικά, quæ Castor Rhodius prodidit, suspecta habet, qui omnino, cum non contemnendis argumentis pugnet, hanc in rem p. 15 et 353 Can. Chron. videndus est. Torniellus tamen, Labbæus, Cappellus, aliique recentiorum Chronologorum, Eusebium κατὰ πόδα secuti sunt. Adde quod Syncellus locis laudatis, annos quibus Sicyoniorum imperium stetit, nongentos sexaginta septem supputat, id est quinque supra Eusebii rationes, qua de re videsis Goarum in Notis.

[b] Hæc facile adducar, ut credam, fuisse de suo abs Hieronymo assuta: præterquam enim quod in Græcis desiderantur, etymologia illa Sylvii Posthumi, Eusebium hominem Græcum non sapit. Fuit autem Hieronymus in illa grammaticorum sententia, Posthumum ideo dictum Sylvium Æneæ filium, quod post humationem, id est, sepulturam patris in lucem sit editus. Quæ quidem recentioribus criticis minime probatur, qui posthumam prolem ab eo dicunt appellatam, quod postremo loco post alios liberos nata sit: quod et docuit Cesellius Vindex, teste Gellio lib. II: Quamobrem, sicut ab *citra* CITUMUS, ab *extra* EXTUMUS, atque his similia deducuntur: ita et *postumum* a *post* dici. Et porro in Vetustiorum scriptis sine aspiratione *postumum* legi, non *posthumum*: quod Canterus, Taubmanus, et novissime Perizonius, adductis in medium exemplis evincunt. Denique et hunc esse celeberrimi Virgiliani loci Æneidos VI sensum,

Primus ad auras
Ætherias Italo commistus sanguine surget
Sylvius, Albanum nomen, tua postuma proles,

| Assyrior. | Sicyonior. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Latinorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | mortem patris editus, ruri fuerat educatus, et Sylvii et Posthumi nomen accepit, a quo omnes Albanorum reges Sylvii vocati sunt. | *Post quem* APHIDAS XIV, *anno* 1. | |
| 39 | 24 | 21 | 46 | 2 | 1 | |
| | | | | | *Post quem* THYMOETES [a] XV, *an.* 8. | |
| 40 | 25 | 22 | 47 | 3 | 1 Castoris [b] de regno Atheniensium. *Exponemus autem et Atheniensium reges cognomento Erechtheidas, a Cecrope Diphye usque ad Thymœten, quorum omne tempus invenitur an.* 429. *Post quos suscepit regnum Melanthus Pyliensis Andropompi filius et hujus filius Codrus, qui imperaverunt simul an.* 58. | |
| *Assyriorum* XXVIII, THINÆUS, *an.* 30. | | | | | | |
| 1 | 26 | 23 | 48 | 4 | 2 | |
| 2 | 27 | 24 | 49 | 5 | 3 | |
| 3 | 28 | 25 | 50 | 6 | 4 | |
| 4 | 29 | 26 | 51 | 7 | 5 | |
| 5 | 30 | 27 | 52 | 8 | 6 | |
| 6 | 31 | 28 | 53 | 9 | 7 | |
| 7 | 32 | 29 | 54 | 10 | 8 | |
| | | | | | *Post quem* MELANTHUS [c] XV, *an.* 37. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων κη', ἐβασίλευσε ΘΙΝΑΙΟΣ ἔτη λ'. Syncell. pag. 123.

Ἀθηναίων ιδ', ἐβασίλευσεν ΑΦΕΙΔΑΣ ἔτος ἕν. Syncell. pag. 138.

Ἀθηναίων ιε', ἐβασίλευσε ΘΥΜΙΤΗΣ ἔτη θ'. Syncell. pag. 142.

Ἀθηναίων ις', ἐβασίλευσε ΜΕΛΑΝΘΟΣ Ἀνδροπόμπου Πύλιος ἔτη λζ'. Syncell. pag. 142.

## NOTÆ.

Quem tibi longævo serum Lavinia conjux
Educet silvis regem, regumque parentem, etc.

In quem locum Servius iisdem pene atque Hieronymus verbis, *Postea Albani omnes reges dicti Sylvii sunt ab hujus nomine*, etc.

[a] Minus recte apud Syncellum Θυμίτης hic scribitur: anni quoque illi novem pro octo tribuuntur. Pausanias in Corinthiacis cap. 18: Θυμοίτης Θησειδῶν ἔσχατος ἐβασίλευσεν Ἀθηναίων; *Thymœtes Theseidarum ultimus Athenis regnavit*. Leonides Demon apud Athenæum lib. III, cap. 7, laudatus etiam Scaligero, tradit *Athidantem* proximum *Atheniensium regem ab hoc Thymœte fratre juniore* (*qui nothus fuit*) *occisum*, regnumque usurpatum.

[b] Recole, quæ de scriptore isto chronologo dudum observavimus. Scaliger *Erechthidas* pro *Erechtheidas* legit: haud ita ferentibus mss. Plura autem, et graviora scripturæ vitia nos e Pontacena editione sustulimus.

[c] Nihil dubium, quin ab Erechtheo, sexto Atheniensium rege, nomen acceperit tota regum Atticorum series, tametsi fortasse, quod Scaliger quæri jubet, numquam alias *Erechtheidæ* vocati sint βασιλεῖς Ἀττικοί, ab ipso Cecrope ad Melanthum. Certe Homero etiam Iliad. β, Athen. ab Erechtheo vocantur Δῆμος Ἐρεχθῆος; et Pindaro Pyth. 7, Ἐρεχθέως ἀστοί; et Isthm. 2 hoc ipso vocabulo Ἐρεχθεΐδαι. Porro historiam de horum destructione imperii, quam Eusebius perstringit, luculentissime edisserunt Pausanias in Corinthiacis et Bœoticis, Conon Narratione 39 apud Photium, Frontinus Stratagematum lib. II, c. 5, aliique. Moveat fortasse quempiam, A quod Melanthum tradunt pari consensu Veteres, Pausanias, Strabo, Conon, etc., Athenas venisse a Pylo et Messenia pulsum ab Heraclidis, qui in Peloponnesum descenderunt, et tamen Eusebius Heraclidarum descensum multo inferius post ferme annos 26 suo demum sensu referat; nam quod superius ad num. 460 eumdem commemoret, ex aliorum fecisse sententia, apposita *secundum quosdam* clausula, non obscure indicat. Verum opinari malim (quandoquidem propter varios Heraclidarum conatus, varie descensus ille a chronologis recensetur, ut superius laudato loco ostendimus), Eusebium ex eorum nunc loqui sententia, quos ibi laudaverat: ac videri commode posse, Melanthum Messenia pulsum sub tempus alterius expeditionis, duce Aristomacho, qui tamen in pugna contra Peloponnesios occubuit, Athenas concessisse. Certe ille, a quo noster accepit, ita rationes suas subduxerit, ut nullo προχρονισμῷ laborarent. Cæterum nota et festa Apa- B turia, et Melanthi fallacia, qui cum Xantho congrediens singulari certamine, cum exclamavit, contra pactum alterius viri auxilio stipatum processisse: cumque admiratus ille, quisnam se comitaretur, respexisset, Melanthus aversum uno ictu confecit. Vide lexicographos veteres voce Ἀπατούρια, et Scholiastem Aristophanis in Acarnenses, Scaligerum quoque, si libet, hæc latius edisserentem. In Latino contextu nonnulla nos emendavimus perperam posita, ut erat *Boetius*, pro *Bœotius*, etc. In fine vetustiores editiones habent, *qui ad victoriam fraude processerat*; alii libri, *processerit*,

| Assyrior. | Sicyonior. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Latinorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 8 | Reges [a] Sicyoniorum defecerunt, qui regnaverunt ann. 962, post quos Sacerdotes Carnii constituti sunt. | 30 | 55 | 11 | 1 Erechtheidarum imperio destructo, Atticorum principum regnum ad aliud genus translatum est: cum Thimœten provocasset ad pugnam Xanthus Bœotius, et Thimœte recusante, Melanthus Pyliensis Andropompi filius suscepisset singulare certamen, ac deinde regnasset. Hinc et Apaturion, id est, *fallaciarum solemnitas celebratur*; quia victoria fraude processerat. | 890 |
| 9 | | 31 | 56 | 12 | 2 | |
| 10 | | 32 | 57 | 13 | 3 | |
| 11 | | 33 | 58 | 14 | 4 | |
| 12 | | 34 | 59 | 15 | 5 | |
| 13 | | 35 | 60 | 16 | 6 | |
| 14 | | 36 | 61 | 17 | 7 | |
| 15 | | 37 | 62 | 18 | 8 | |
| 16 | | 38 | 63 | 19 | 9 | |
| 17 | | 39 | 64 | 20 | 10 | |
| 18 | | 40 Mortuo [b] Heli sacerdote, Arca testamenti ab alienigenis possidetur: ac deinde in domo Aminadab fuit an. 20. *Hebræorum SAMUEL, et SAUL* [c] *an. 20.* | 65 | 21 | 11 | 900 |
| 19 | | 1 Saul primus rex Hebræorum ex tribu Benjamin. | 66 | 22 | 12 | |
| 20 | | 2 | 67 | 23 | 13 | |
| 21 | | 3 | 68 | 24 | 14 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*Σικυωνίων βασιλεία... κατεπαύθη... μεθ' οὓς κς' βασιλεῖς, ἠρχοῦντο αὐτῶν οἱ ἱερεῖς τοῦ Καρνείου ἔτη λγ'.* Ex Syncell. pag. 121.

Τελευτήσαντος Ἠλεὶ τοῦ Ἱερέως, ἡ κιβωτὸς ὑπὸ ἀλλοφύλων γίνεται. καὶ μετὰ ταῦτα ἄγεται εἰς οἶκον Ἀμιναδὰμ ἔτη κ'. Syncell. pag. 141.

Ἑβραίων ΣΑΜΟΥΗΛ, κ. τ. λ. Chron. Pasch. p. 68.

ΣΑΟΥΛ πρῶτος ἐβασίλευσε τοῦ Ἰσραὴλ ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν ἔτη μ'. Syncell. pag. 141.

Ἐπὶ τούτου ἡ τῶν Ἐρεχθειδῶν βασιλεία κατελύθη παρὰ Ἀθηναίοις Ἀττικῶν λεγομένη, καὶ μετῆλθεν εἰς ἕτερον γένος. Θυμίτην γὰρ προσκαλεσαμένου Ξάνθου τοῦ Βοιωτίου, καὶ μὴ ὑπακούσαντος τοῦ Θυμίτου, Μέλανθος Ἀνδροπόμπου Πύλιος ἀναδεξάμενος ἐμονομάχησε, καὶ νικήσας ἐβασίλευσεν ἐν Ἀθήνησιν. Sync. pag. 142.

Ἡ τῶν Ἀπατουρίων ἑορτὴ ἄγεται, διὰ τὸ σὺν ἀπάτῃ γενέσθαι τὴν νίκην. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Scaliger, qui hanc superiori proxime periocham A præposuerat ad hunc numerum 889 in notis, Præsenti, inquit, anno accedant 52 Ægialei primi regis: item 21 præteriti de regno Europis. Colliguntur 962 ut antea. S. August. ab eodem laudatus de Civit. Dei lib. XVIII, cap. 19, supputat triennio minus; nec dubium tamen, quin istud Eusebio Hieronymianum Chronicon ob oculos habuerit. *Quarto*, inquit, *Latinorum rege Sylvio Æneæ filio Posthumo.... Assyriorum autem vicesimo et nono Oneo* (Legend. Thinoeo) *et Melantho Atheniensium sextodecimo, judice autem Hebræorum Heli sacerdote, regnum Sicyoniorum consumptum est, quod per annos nongentos quinquaginta et novem traditur fuisse porrectum.* Sed et sacerdotes Apollinis Carnii (non *Carni*, ut antea legebatur), qui successisse perhibentur, Marshamus in dubium vocat, cujus legi merentur argumenta Chronic. sæcul. XIII.

[b] Græca, quæ Scaliger obtrudit, Μετὰ τελευτὴν Ἠλεὶ τοῦ ἱερέως ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης εἰς οἶκον Ἀμιναδὰβ κοινὴ ἔτη κ', minime Eusebiana sunt. Atque adeo temere ille atque injuria, attentionem in interprete Hieronymo requirit, qui per properantiam præpostero hæc verterit: falsoque ait in Græcis nullam mentionem esse possessæ arcæ post mortem Heli. Manifesta res est ex eo, quem nos laudamus Græco apud Syncellum textu, vere Eusebiano, quem fidus interpres Hieronymus Latine ad verbum refudit. Cætera notum ob id ipsum quod Arca in Alienigenarum manus devenisset, Heli sacerdotem animi dolore correptum occubuisse. Rursum Scaliger legit in Latino *facit*, pro *fuit*. Interim notet lector, nos hæc dicere, quæ de Heli Syncellus recitat, videri *vere Eusebiana*, non quæ de Samuele subsequuntur, ut mendacissimus auctor libelli *de Chronicis duobus libris Eusebii* de more calumniatur.

[c] Diximus ad Heli paulo superius, admittendum in Samuelis et Saulis annis synchronismum: alii enim, ut et Clemens Strom. I, *viginti* dumtaxat annos Sauli tribuunt, quod et Theophilus facit. Hac ratione significare etiam Eusebius voluit, quod Saul regnum partim cum Samuele, partim solus administraverit. Luculentissime omnium Zonaras, ἐβασίλευσε δὲ Σαοὺλ, ζῶντος ἔτι τοῦ Σαμουὴλ, ὀκτωκαίδεκα ἔτη· B ἐκείνου δὲ ἀποθανόντος δύο καὶ εἴκοσι. Pontacus secundis curis suppleri jubet, atque apponi nescio cui *anno Saulis*, *prophetabat Samuel*. Chronologi, qui Samuelis annos ab illis Saulis separant, anno illius nono prophetiam illam ascribunt, *Testis Dominus*,

| *Assyrior.* | *Hebræorum.* | *Ægyptiorum.* | *Latinorum.* | *Atheniensium.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 22 | 4 | 69 | 25 | 15 | |
| 23 | 5 | 70 | 26 | 16 | |
| 24 | 6 | 71 | 27 | 17 | |
| 25 | 7 | 72 | 28 | 18 | |
| 26 | 8 | 73 | 29 | 19 | |
| | | | *Latinorum IV*, [a] *ÆNEAS SYLVIUS*, *an.* 31. | | |
| 27 | 9 | 74 | 1 In [b] alia historia | 20 Homerus [c] secundum quorumdam | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λατίνων δ', ἐβασίλευσεν ΑΙΝΕΙΑΣ ΣΙΛΟΥΙΟΣ ἔτη λα'. Ex Scaligeri Collectaneis.

Ὅμηρον τὸν παρ' Ἕλλησι μέγαν ποιητὴν οἱ μὲν πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶ γεγονέναι περικρατήσαντα, οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένην μετὰ ἔτη ρ' τῶν Τρωϊκῶν, οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν μετὰ ἔτη ρ'· οἱ δὲ περὶ Φιλόχορον τὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας συγγραφέα, καθ' ἕνα τῶν διὰ βίου Ἀρχόντων Ἀθήνησιν, Ἄρχιππον, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἔτεσιν ρπ'· οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον τὸν Ἀθηναῖον, ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν σμ'· ἄλλοι μικρὸν πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων, ἔτεσι υ' ἐγγὺς μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν, καὶ ἕτεροι κατὰ Ἀρχίλοχον, περὶ τὴν κγ' ὀλυμπιάδα, μετὰ ἔτη φ' που τῆς ἁλώσεως Τροΐας, κ. τ. λ. Syncell. pag. 144.

## NOTÆ.

*et testis Deus hodie*. Ita sane Chronic. Paschale p. 68 : Προεφήτευσε Σαμουὴλ, Μάρτυς κ. τ. λ. Scaliger 10 Samuelis anno ascribit. Pericopem illam nostri mss. aliique editi libri ignorant.

[a] Syncellus quartum Latinorum regem Σιλούϊον Ἰούλιον *Silvium Julium* vocat : et Æneæ Sylvio, quem subsequenti loco ponit, annos tribuit ν, *quinquaginta :* ut quæ Latino textui Græca respondeant, ex Scaligeri Collectaneis accipere necesse fuerit.

[b] Hæc iterum de suo Hieronymum addidisse, verosimile est. Quis autem Melampus ille fuerit, pater Latini, cum Scaligero pariter ignoramus. Cæterum primus Palatin. ms. aliique nonnulli, teste Schurzfleischio, habent, *reperimus quarto Latinum Silvium.... et quinto qui nunc hic ponitur quartus Silvius, Æneam Postumi filium*. In aliis est, *Silvium Ænea Postumi filium*. Priorem idem Schurzfleischius probat magis, quod cum omnes Albanorum reges Silvii vocati sint, quartus Silvius nemo alius fuerit, quam quartus rex Latinorum. Subdit tamen posse etiam legi, *qui nunc hic ponitur quartus Silvius, Silvium Æneam, Silvii Postumi filium*.

[c] Nimis multa sunt, quæ ad locum hunc pertinent. Dicamus primo, quod magis nostra interest, de Veterum testimoniis, quo ordine ab Eusebio recitantur, et quæ ille ex Tatiano accepit, ut ex ejusdem Præparat. Evangelic. libro x exploratum est. Prius illud Cratetis, cujus nomen Syncellus, ac fere sententiam dissimulat, ita effert Tatianus : Τούτων δὲ οἱ περὶ Κράτητα πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδυτέρῳ τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν. *Ex istis fuit Crates, qui ante descensum Heraclidarum floruisse eum dicit post bellum Trojanum intra octoginta annos*. Eadem Clemens habet paulo aliis verbis. Quod subsequitur Eratosthenis, ita apud Tatianum, atque iisdem fere verbis apud Clementem : οἱ δὲ περὶ Ἐρατοσθένη μετὰ ἑκατοστὸν ἔτος τῆς Ἰλίου ἁλώσεως : mendose Scaliger in Collectaneis, μετὰ ἔτη ρτ'. Θρωικῶν, cum abnormis ipsa numeri summa indicet, τ litterulam articulum supplere Τρωϊκῶν, non numericam notam esse. Negotium facessit alterum Aristarchi, quod habet, οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον, κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἥ ἐστι μετὰ ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Ἰλιακῶν. Scilicet Tatianus, eique consentiens Clemens, Ionicam coloniam centesimo quadragesimo anno ab excidio Trojæ constituit, quam noster centesimo tantum ascribit. Concinit tamen in Philochoro : Φιλόχορος μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρχίππου, τῶν Ἰλιακῶν ὕστερον ἔτεσι, ἑκατον ὀγδοήκοντα. Ex quo sit verosimillimum, fuisse etiam ab Eusebio scriptum, μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν : quemadmodum et quos describit, Tatianus et Clemens præferunt; ac porro unice veram Latinæ interpretationis lectionem hanc esse, quam et Pontacus probavit, *post emigrationem Ionicam*. Certe Schurzfleischius plane immerito Goarum χρητίζοντα vocat, quasi de suo hanc obtruderit, et commentus sit, cum antea Scaliger legisset, *emigrationis Ionicæ tempore*, atque ita in Sichardina editione et primo Palatino ms. habeatur. Ut enim utraque lectio Latinorum veterum codicum nitatur fide : sane Eusebius eumdem hunc locum in Præparat. Evang. lib. x referens, addit etiam temporis spatium ab Ionica emigratione, nempe *annis quadraginta*, ἔτεσι μ', quam notam sunt qui ipsius Tatiani contextui addi velint : et si quidem haberetur apud Clementem, qui eadem descripsit, nihil esset, cur non addi debuisset. Cætera missa faciamus, quæ contra Goarum, pro Scaligero urget Schurzfleischius : nobis quippe persuasum est, neutrum satis bene Syncelli locum pridem a librariis depravatum restituisse : non Scaligerum, qui legit, Οἱ δὲ περὶ Φιλόχορον ἐπὶ τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας καθ' ἕνα, κ. τ. λ.; eo autem minus Goarum, qui de suo γραφέα substituit, sensumque alium, ut hic vides in Græcis Fragmentis reddit, quem et novo errore cumulat in Latina versione ista, *Philochorum, rerum Ionicarum et coloniarum scriptorem, qui sequuntur, circa unius perpetui Atheniensium principis*, etc. Satius erat, pro mendosa codicis Græci lectione ΤΟΝ, rescribere μετὰ, aut quid simile, cum et Scaliger illud ΕΠΙ ex ingenio suo cuderit. Porro autem de Archippo ita Schurzfleischius, Archippum hunc Tzetzes Grammaticus, ad Hesiodum prolegomenis, Ἀρξίππον vocavit. Ita enim ille, οἱ μὲν, inquit, προγενέστερον εἶναι Ἡσίοδον Ὁμήρου διϊσχυριζόμενοι, ἐν ἀρχαῖς φασιν Ἀρξίππου ἀρχῆς Ἡσίοδον· Ὅμηρον δὲ ἐν τῷ τέλει, βιῶναι. Secundum Eusebium ad numerum 1015, si quidem 180 anni inter Homeri ætatem et halosim Trojæ intercedere debent, qui est Archippi 12, poetæ tempora referenda sunt. Syncellus edit. Par. p. 172, anno Menesthei ultimo Trojam captam ait. Ab eo usque ad ultimum Archippi annum, colliguntur intercessisse 188 anni. Sequitur ergo omnino, circa annum 11 Archippi Homerum secundum calculum Syncellianum floruisse, non tempore Thersippi, quod voluit Goarus. Pergamus ad illud Apollodori : Οἱ δὲ περὶ Ἀπολλόδωρον, μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν ἔτεσιν ἑκατὸν, ὅπερ γένοιτο ἂν ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν διακοσίων πεντήκοντα. Clemens τεσσαράκοντα habet, quæ lectio et in Basileensi Tatiani editione apponitur ad libri oram, probatur autem Eusebio cum hic loci, tum laudato libro Præparat. Evangelicæ, ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι διακοσίοις τεσσαράκοντα. Hunc numer. Latini quoque libri editi et mss. magno consensu præferunt, quamquam in tribus Palatinis ipso dicitur 240 *anno eversionis Ilii*. Jure adeo Schurzfleischius : Miror, ait, Scaligerum, non tam, quod dicat, in omnibus codd. fuisse 260, quam se primum emendasse 240. Utrumque enim

| Assyrior. | Hebræorum. | Ægyptiorum. | Latinorum. | Atheniensium. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | reperimus quartum Latinum Sylvium regnasse Laviniæ et Melampodis filium, uterinum fratrem Posthumi, et quintum, qui nunc hic quartus ponitur, Sylvium Æneam Posthumi filium. | opinionem his fuisse temporibus judicatur. Quanta autem de eo apud veteres dissonantia fuerit, manifestum esse poterit ex sequentibus. Quidam eum, ex quibus Crates, ante descensum Heraclidarum ponunt 80 an. post bellum Trojanum. Eratosthenes post 100 an. Trojanæ captivitatis. Aristarchus Ionica emigratione, sive post an. 100. Philochorus post emigrationem Ionicam sub Archippo Atheniensium magistratu, et post captam Trojam an. 180. Apollodorus Atheniensis post 240 annum eversionis Ilii. Exstiterunt alii, qui modico tempore antequam olympiades inciperent, 400 retro annis Trojanæ captivitatis eum fuisse puteut, licet Archilochus XXIII olympiadem, et quingentesimum Trojanæ eversionis ann. supputet. | |
| 28 | 10 | 75 | 2 | 21 | 910 |
| 29 | 11 | 76 | 3 | 22 | |
| 30 | 12 | 77 | 4 | 23 | |
| Assyriorum XXIX, [a] DERCYLUS, an. 40. | | | | | |
| 1 | 13 | 78 | 5 | 24 | |
| 2 | 14 | 79 | 6 | 25 | |
| 3 | 15 | 80 | 7 | 26 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ἐβασίλευσε ΔΕΡΚΥΛΟΣ ἔτη μ'. Syncell. pag. 123.

## NOTÆ.

falsum est, nisi suos tamen codd. tantum intellexerit. Sed Sichardina editio quoque, ne Scaligero injuria videatur facta, conceptis verbis habet, 240 *anno.* Porro neque Philochorus, neque Aristarchus, quod Scaliger ait, Ionicam migrationem anno ab eversa Troja 140 statuunt. Sed Aristarchus quidem anno tantum 100, ut supra dictum est, Philochorus vero an. 180. Neque tamen conveniunt Eratosthenes, et Aristarchus, prout videri posset omnino. Eratosthenes enim τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον post Trojam captam anno 80 contigisse apud Clem. Alex. Στρωμ. α' affirmat. Porro post Heraclidarum reditum an. 40 colonia Ionica deducta est. Vixit ergo Homerus, secundum Eratosthenem annis XX ante coloniam deductam Ionicam. Sed Aristarchus ipse coloniæ istius deductæ tempore vixisse Homerum memorat, scilicet, quia cum Strabone anno 60 post Trojam captam, Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἀναγράφει. Philochorus tempore quidem deductæ coloniæ Ionicæ Homerum vixisse scribit, sed annis 80 posteriorem eam fecit, quam Aristarchus, ut adeo Homeri ævum secundum Philochorum in annum 180 post captam Trojam conveniat. Ut redeamus ad Apollodorum, quæ ex eo Tatianus exaggerat, et facit eam anno centesimo post Ionicam emigrationem concurrere, eadem ad ejus scriptoris testimonium, sanctus quoque Clemens apponit, Ἀπολλόδωρος δὲ μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας, κ. τ. λ. Jam vero qui postremo loco laudatur Archilochus, alium ferme reddit sensum penes Tatianum· Ἕτεροι δὲ κάτω τὸν χρόνον ὑπήγαγον, σὺν Ἀρχιλόχῳ γεγονέναι τὸν Ὅμηρον εἰπόντες· ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ ὀλυμπιάδα τρίτην καὶ εἰκοστήν, κατὰ Γύγην τον Λυδόν, ὕστερον τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι πεντακοσίοις. *Alii ad inferius tempus descendunt, superem Archilocho fuisse Homerum dicentes. Archilochus autem floruit circa vigesimam tertiam Olympiadem tempore Gygis Lydii, annis a bello Trojano quingentis.* Hieronymus ita supputare ait ipsum Ar- A chilocum, quod alio quidem sensu dicitur : sed et reliqua a laudato Tatiani textu nonnihil abludunt, neque adeo videtur Eusebius hic loci, eadem illa verba descripsisse. Interim et Cicero Tusculanar. Quæst. lib. I, init. : *Cum*, inquit, *apud Græcos antiquissimum sit e doctis genus poetarum : siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam, Archilocus regnante Romulo*, etc. Quod spectat Latinam lectionem, habet Scaliger, 400 *retro annis a Trojana captivitate.* Tum Palatini mss., *Archilochus vicesima tertia olympiade, et quingentesimum Trojæ eversionis ann. supputet.* Quo loco fortasse, ait Schurzfleischius, excidit post vocem *olympiade*, vel *affirmat*, vel simile verbum, vel legendum est, *circiter quingentesimum*, prout in Græco textu est, μετὰ ἔτη φ' που τῆς ἁλώσεως. Ego sextum ibi pro accusandi casu, qui veterum librariorum solemnis error est, positum malim existimare. Cæterum de Homeri ætate poterant multo plures Antiquorum opiniones recenseri : et B Clemens quidem aliorum præter laudatos Auctorum inter se diversas sententias collegit, exposuitque Stromat. I. Schurzfleischius laudat Plinium, qui lib. VII Hist. Nat. ante annos prope mille Homerum floruisse voluit : ut cum ille anno Titi primo historiam suam scripserit, ab eo retro numeres annos mille, ad numerum Abrahamiticum 1185 Homeri ætas sit referenda. Nos ut hæc, idque genus alia missa faciamus, operæ tamen pretium fore sentimus ea consulere, quæ Marshamus ad sæculum XV, et quæ Dodwelius dissert. III, de Veterum Græcorum Romanorumque Cyclis a pag. 155 ad 160 observavit.

[a] Minus recte editi antea libri *Dercilium* hunc vocant per *i*. Nostram scripturam primo Parmensis ms., tum alius antiquissimus apud Schurzfleischium, et Jornandes, denique et Græcus textus probat. S. Augustinus de Civit. Dei lib. XVIII, cap. 19, quod et Scaligero observatum est, *Oneum* eum dicit, fortasse quod hoc fuerit Dercyli cognomentum.

| Assyrior. | Lacedæmoniorum. | Hebræorum. | Ægyptior. | Latinor. | Atheniens. | Corinth. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | *In Lacedæmone regnavit primus* [a] *EURYSTEUS an.* 42. | | | | | *Corinthior.* [c] *primus ALETES, an.* 35. | |
| 4 | 1 | 16 | 81 | 8 | 27 | 1 Heraclidarum [d] Descensus in Peloponnesum | |
| 5 | 2 | 17 | 82 | 9 | 28 | 2 | |
| 6 | 3 | 18 | 83 | 10 | 29 | 3 | |
| 7 | 4 | 19 | 84 | 11 | 30 | 4 | |
| 8 | 5 | 20 | 85 | 12 | 31 | 5 | 920 |
| 9 | 6 | 21 | 86 | 13 | 32 | 6 | |
| 10 | 7 | 22 | 87 | 14 | 33 | 7 | |
| 11 | 8 Eurystheus et Procles Spartam obtinuerunt. | 23 | 88 | 15 | 34 | 8 | |
| 12 | 9 | 24 | 89 | 16 | 35 | 9 | |
| 13 | 10 | 25 | 90 | 17 | 36 | 10 | |
| 14 | 11 | 26 | 91 | 18 | 37 | 11 | |
| | | | | | *Atheniensium XVII, CODRUS Melanthi filius, an.* 21. | | |
| 15 | 12 | 27 | 92 | 19 | 1 | 12 | |
| 16 | 13 | 28 | 93 | 20 | 2 | 13 | |
| 17 | 14 | 29 | 94 | 21 | 3 | 14 | |
| 18 | 15 | 30 | 95 | 22 | 4 | 15 | 930 |
| 19 | 16 | 31 | 96 | 23 | 5 | 16 | |
| 20 | 17 | 32 | 97 | 24 | 6 Iones profugi [b] Athe- | 17 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λακεδαιμονίων α', ἐβασίλευσεν ΕΥΡΥΣΤΕΥΣ ἔτη μβ'. Syncell. pag. 143.

Εὐρυσθεὺς καὶ Πρόκλης Σπάρτης ἐκράτησαν. Syncell. ibidem.

Ἀθηναίων ιζ', ἐβασίλευσε ΚΟΔΡΟΣ Μελάνθου ἔτη κα'. Syncell. pag. 142.

Ἴωνες εἰς Ἀθήνας κατέφυγον (ἐκπεσόντες Ἀχαίοις). Syncell. ibidem.

Κορινθίων α', ἐβασίλευσεν ΑΛΗΤΗΣ ἔτη λε'. Syncell. pag. 144.

Ἡρακλειδῶν κάθοδος εἰς τὴν Πελοπόννησον. Ex Syncell. pag. 142 et 209.

## NOTÆ.

[a] Aliis, et vetustioribus quidem auctoribus Græcis hic Εὐρυσθένης, *Eurysthenes*, appellatur. Quod primus eorum asseritur, qui in Lacedæmone regnaverunt, cum undecim tamen reges præcesserint, a Lacedæmone ad Tisamenum, ea causa est, quod Eusebius ab Heraclidis exorditur, qui Tisamenum ejecere anno regni tertio, ut Velleius lib. I tradit, vel decimo, ut noster maluit. Pulso autem Tisameno, regum Laconicum Heraclidis ex familia Eurysthenidarum, sive Agidarum obtigit. Ac primo duobus Aristodemi filiis, Eurystheni, sive Eurystheo, et Procli : duæque inde apud Spartam familiæ, e quibus duo simul reges. Atque hi quidem Eurysthenidæ, ii vero Proclidæ appellati : paulo autem post, utroque mutato nomine, qui prius Eurysthenidæ erant, dicti sunt Agidæ, et qui ex Procle, Eurypontidæ. Eusebius deinceps solos Eurysthenidas ponit, nam ejus familia præ altera honoratior erat, quod ille primogenitus haberetur. Verum in hoc ipso proposito peccans, dure ab Scaligero vapulat, quod novem tantum Eurysthenidas, reliquis ex eadem familia omissis, recenseat, ac porro post nonum regem monuerit, regnum Lacedæmonis defecisse. Quam quidem culpam haud scio quam bene amovere ab Eusebio possim, cum manifesto constet ex Anonymo de Reg. Lacedæm., Pausania, atque aliis, Alcameni, qui nonus Eusebio rex est, filium Polydorum successisse, huic Eurycratem Polydori filium, atque ita deinceps magno numero alios ex eadem continuo familia ac stirpe. Dicemus tamen ea de re inferius, cum ad eum locum ventum erit : ut si nihil aliud, melius certe perspectam habeamus mentem auctoris nostri, quo nemo forte Græcorum regum ac magistratuum seriem persecutus est diligentius. Interim est illud animadversione dignum, quod primo huic regi Eurystheo annos tantum 42 assignat Eusebius, cum alii eum tradant totis 46 regnasse. Videsis Petavium lib. XIII de Doctrina temporum. Porro quod rem ferme eamdem subsequenti pericopa de Spartano regno ab Eurystheo et Procle occupato annis ab hinc octo Eusebius tradit, juxta aliorum sententias facit, eadem diversis locis replicans, prout apud Auctores reperit, quod sæpe alias notatum est.

[b] Scaliger ante tres annos Ionicam migrationem hanc posuit ; mss. autem codices, teste Schurzfleischio, et Sichardi editio antecedenti proxime anno, qui est Abrahamiticus 919. Parmensis cum Pontacena, atque adeo nostra jam recensione facit. Idem porro Scaliger hæc contigisse sub Melantho, non sub Codro, contendit ex Pausania in Achaicis : accu atque adeo Eusebium de metachronismo. Tuetur ex adverso Schurzfleischius : Ac, sciendum, inquit, erat post Melanthi mortem, Codri tempore Heraclides bellum denuo Atticæ movisse, Megaricaque ditione occupata, incolas ex Ionibus Dores fecisse. Probatque id ex Strabone lib. IX, pag. 393 : *Cum exsulum frequentia faceret, ut copia virorum floreret Attica, metuentes sibi Heraclidæ, instigantibus eos maxime Corinthiis et Messeniis, illis ob vicinitatem, his quod cum Codrus Melanthi filius regnum Atticæ tenebat, bellum Atticæ intulerunt : victique prælio, et ex Attica profligati, Megaricam tamen occupaverunt, et Megaris urbe condita, incolas ex Ionibus fecerunt Dorienses.*

[c] In primo Palatino ms., *Aletes primus rex regnavit in Corintho*, etc. Vide omnino Pausaniam in Corinthiac. cap. 4, et Pindari Scholiastem ad Nem. VII, historiam plenius enarrantes. Quidam ex Diodoro

[d] Recole quæ de Heraclidarum descensus epocha superius ad num. 860 atque alibi diximus.

| *Assyrior.* | *Lacedæmoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptior.* | *Latinor.* | *Atheniens.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | nas se contulerunt. | | |
| 21 | 18 | 33 | 98 | 25 | 7 | 18 | |
| 22 | 19 | 34 | 99 | 26 | 8 | 19 | |
| 23 | 20 | 35 | 100 | 27 | 9 Peloponnenses[d] contra Athenas dimicant. | 20 | |
| 24 | 21 | 36 | 101 | 28 | 10 | 21 | |
| 25 | 22 Incursus in Asiam Amazonum pariter et[a] Cimmeriorum. | 37 | 102 | 29 | 11 | 22 | |
| 26 | 23 | 38 | 103 | 30 | 12 | 23 | |
| 27 | 24 | 39 | 104 | 31 | 13 | 24 | |
| | | | | *Latinorum V, LATINUS SYLVIUS an. 50.* | | | |
| 28 | 25 | 40 | 105 | 1 | 14 | 25 | 940 |
| | | *Hebræorum[b] prim. rex ex tribu Juda DAVID, an. 40.* | | | | | |
| 29 | 26 | 1 | 106 | 2 | 15 | 26 | |
| 30 | 27 | 2 | 107 | 3 | 16 | 27 | |
| 31 | 28 | 3 | 108 | 4 | 17 | 28 | |
| 32 | 29 | 4 | 109 | 5 | 18 | 29 | |
| 33 | 30 | 5 Hebræorum[c] pontifex Abiathar clarus habetur. | 110 | 6 | 19 | 30 | |
| 34 | 31 | 6 | 111 | 7 | 20 | 31 | |
| 35 | 32 | 7 | 112 | 8 | 21 Codrus juxta responsum seipsum morti tradens, interimitur bello Peloponnesiaco, in quo Erechtheidarum regnum destructum est,[e] quod | 32 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀμαζόνες τῇ Ἀσίᾳ ἐπῆλθον ἅμα Κιμμερίοις. Syncell. pag. 142.

ΔΑΒΙΔ ἐκ Φυλῆς Ἰούδα ἐβασίλευσεν ἔτη μ'. Syncell. pag. 141.

Ἑβραίων Ἀρχιερεὺς Ἀβιάθαρ ἐγνωρίζετο. Chronic. Pasch. pag. 68.

Λατίνων ε', ἐβασίλευσε ΛΑΤΙΝΟΣ ΣΙΛΟΥΙΟΣ ἔτη ν'.

Ex Syncell. pag. 142.

Πελοποννήσιοι ἐστράτευσαν ἐπ' Ἀθήνας. Sync. ibid.

Τοῖς Πελοποννησίοις..... ἑαυτὸν ἐξέδωκε διὰ χρησμὸν Κόδρος Μελάνθου. Καὶ οὐκέτι βασιλεῖς, Ἄρχοντες δὲ διὰ βίου τοῖς Ἀθηναίοις καθίσταντο..... πρῶτος ΜΕΛΟΔΩΝ ἔτη κ'. Ex Syncell. pag. 143.

## NOTÆ.

Siculo tribuunt illi regni λη', 38, facile pro λε', Eusebii. Scaligeri certissimam conjecturam ad Velleii Paterculi lib. I, cap. 3, locum, ubi *Aletes sextus ab Hercule* dicitur, pro *quintus*, Lipsius, Simsonius, atque alii probant.

[a] Non videtur iste Cimmeriorum incursus ex iis esse, quos memorat laudatus etiam Scaligero Strabo lib. I, pag. 57 : ἡνίκα Μίδαν αἵματι ταύρου πιόντα φασὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸ χρεών : *quo tempore Midas, hausto tauri sanguine, occubuit* : aliter erat hoc gestum conjiciendum multo post in annum 1319, cui et mors Midæ ascribitur. Sæpius autem Cimmerios incursiones fecisse in Asiam, idem ipse Strabo testatur, et nunc quidem in τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ Πόντου, καὶ τὰ συνεχῆ αὐτοῖς, ποτὲ μὲν ἐπὶ Παφλαγόνας, ποτὲ δὲ καὶ Φρύγας, etc., *in dextram Ponti partem, et loca contigua, modo in Paphlagoniam, alias in Phrygiam*, etc.

[b] Apud Scaligerum, *David primus ex tribu Juda regnavit apud Hebræos*, etc. Græca apud eumdem liberius interpolata.

[c] Hæc, et quæ subsequitur pericopa paulo post, ad eumdem numerum 947 refertur Scaligero contra veterum librorum fidem. Certe prophetas *Gad, Nathan*, etc., etiam primus Palatin. et Sichardi editio,

A teste Schurzfleischio, numero 40 Hebræo, ut hic, sive Abrahamitico 950 ascribunt.

[d] Hæc pericopa in Parmensi ms., tum, annotante Schurzfleischio, in primo Palatino, et Sichardina editione binis in locis, videlicet hic ad num. 18 Spartanum, et mox ad 37 Lacedæmonium visitur. Scaliger semel recensuit, nec tamen alterutro ex his locis, sed ad num. 946, qua de re mox dicemus. Tres quoque posteriores Palatini mss. *Peloponeses*, primus *Peloponnesses* legunt, quod factum ex parte videtur veteri scribendi more.

[e] Rescripsimus juxta Scaligerum *annis* 487, cum antea solos 482 Pontacus et vetustiores nonnullæ editiones, necnon mss. quidam veteres supputarent. Re enim vera, quod et Schurzfleischio notatum est, a Cecrope usque ad hunc numerum anni quadringenti octoginta septem intercedunt : errorque ille est e vetustiore scriptura, ita numericas notas exhibente, *CCCCLXXXII*, ubi postremo crassiori *X*, haberi debet impositum *V*. Sed et Antiquarius Salma-
B sianus in aliis codicibus *annis CCCCLXXXVII* legi annotavit. Historia ex Græcis Latinisque scriptoribus notissima. Vide si libet Cononem Narrat. 26 apud Photium, Justinum lib. II, Velleium I, etc.

| *Assyrior.* | *Lacedæmoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Atheniens.* | *Corinthior.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | 487 an. perseveraverat. *Post quem,* [e] *principes sive magistratus, quos mors finiebat : quorum primus MEDON, Codri filius, an.* 20. | | |
| 36 | 33 | 8 | 113 | 9 | 1 | 33 | |
| 37 | 34 | 9 | 114 | 10 | 2 | 34 | |
| 38 | 35 | 10 Prophetant Gath, Nathan, Asaph. | 115 | 11 | 3 | 35 | 950 |
| | | | | | | *Corinthior., II,* [f] *IXION, annis* 37. | |
| 39 | 36 | 11 | 116 | 12 | 4 | 1 | |
| 40 | 37 Peloponnenses [b] contra Athenienses dimicant. | 12 | 117 | 13 | 5 | 2 | |
| *Assyriorum XXX,* [a] *EUPALES, an.* 38. | | | | | | | |
| 1 | 38 | 13 | 118 | 14 | 6 | 3 | |
| 2 | 39 | 14 | 119 | 15 | 7 | 4 | |
| 3 | 40 | 15 | 120 | 16 | 8 | 5 | |
| 4 | 41 | 16 | 121 | 17 | 9 | 6 | |
| 5 | 42 | 17 | 122 | 18 | 10 | 7 | |
| | *Lacedæmoniorum II, AGIS,* [c] *anno* 1. | | | | | | |
| 6 | 1 *Post quem ECHESTRATUS, an.* 35. | 18 | 123 | 19 | 11 | 8 | |
| 7 | 1 Pelasgi [d] mare ob- | 19 | 124 | 20 | 12 | 9 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων ἐβασίλευσε. ΕΝΠΑΚΜΗΣ ἔτη λη'. Syncell. pag. 127.

Πελοποννήσιοι ἐστράτευσαν ἐπ' Ἀθήνας. Idem p. 142.

Λακεδαιμωνίων β', ἐβασίλευσεν ΑΓΙΣ ἔτος ἕν. Syncell. pag. 143.

Λακεδαιμονίων γ', ἐβασίλευσεν ΕΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ἔτη λε'. Syncell. ibidem.

Πελασγοὶ [β',] ἐθαλασσοκράτησαν (ἔτη πε'). Syncell. pag. 144.

Γὰδ καὶ Νάθαν καὶ Ἀσὰφ προεφήτευον. Syncell. pag. 141, et Chron. Pasch. pag. 68.

Κορινθίων β', ἐβασίλευσεν ΙΞΙΟΝ ἔτη λη'. Syncellus pag. 144.

## NOTÆ.

Quod autem dicitur ab hoc tempore *Erechtheidarum regnum*, sive, ut habet Scaliger, *imperium destructum*, cum manifestum sit, Codro filium Medonta successisse, ita videtur accipiendum, ut regum nomen cum Codro ademptum fuisse significet, Archontis nomine substituto. Tametsi vulgo scriptores Græci, Pausanias, et Marmor Arundellianum, ipseque Eusebius, et demum Syncellus perpetuos archontes βασιλεῖς vocant, et βασιλεύειν eos, non ἄρξαι dicunt; ea scilicet de causa, ut Perizonius ad Ælianum lib. v Var. Hist. monet, quod inter reges et perpetuos archontes non usque adeo magnum discrimen intercederet.

[a] Scaliger in Græcis Africani legit Εὐπάκμης.

[b] Idem atque illud quod paulo superius ad numerum 937 gestum eo diversorum refertur sententia. Scaliger tametsi bis haberetur in his etiam, quibus ipse utebatur mss., priore loco penitus expunxit, ac semel, pro arbitratu suo, posuit ad numer. 946, proxime ante Codri mortem : neque enim aliud Peloponnensium in Athenienses bellum innui sentit, quam illud, in quo Codrus, animam suam hostibus devotavit. Atque est hoc quidem verosimillimum : sed nullus tamen est vetus liber, cujus fide Scaligeri illa recensio nitatur, sive qui semel, atque eo loci gestum hoc referat.

[c] Minus recte alibi, et apud Pontacum scribitur *Ægis*, et *Egis*. Notum ex eo Agidas nuncupatos. Qui subsequitur *Echestratus* in aliis codicibus, teste Schurzfleischio, dicitur *Archestratus* : eodem, inquit, modo, quo Ἀρχέλαος ὁ Πενθίλου vocatur Straboni lib. III, qui Pausaniæ in Laconicis cap. 2 Ἐχέλατος ὁ Πενθίλου dicitur : ut adeo E cum syllaba AP a librariis non raro commutatum fuisse videatur. Recte plerique alii omnes libri *Echestratum* dicunt, quod et in primo Palatino Antiquarius Salmasio laudatus notat.

[d] Hæc in Parmensi ms. periocha desideratur. Græca econtrario plus habent, et quod secundi, nimirum post Lydos, domini Pelasgi fuerint maris, et quod per annos octoginta quinque illud obtinuerint.

[e] Sapiunt glossatoris ingenium quæ Scaliger, nec sine mendis, substituit : *Post Codrum principes*, quod (pro *quos*) *mors finiebat : quorum primus Medon regnum in finem vitæ obtinuit Athenis, et post eum cæteri reges*. Nimirum hoc est, quod dicebamus abolitum nomen : præterquam quod et majestas in hoc imminuta potissimum quod cum uni antea rerum esset summa commissa, deinceps in novem principum magistratum divisa potestas est. Corrigendus Syncellus, qui Μελόδων, pro Μέδων legit : ex eo enim, ut nemo ignorat, et testatur Velleius lib. I, *posteri apud Atticos dicti Medontidæ*. Vide Pausaniam in Achaicis cap. 2 et in Messenicis 5.

[f] Uno amplius, sive annos 38, non Syncellus modo, sed et Diodorus Siculus Ixioni tribuunt. Notatu quoque dignum, quod ab hoc rege ad Cypseli usque tyrannidem, perpetuo observatum est, ut ὁ πρεσβύτατος, sive *natu maximus*, posterorum, regno Corinthiaco præesset.

| Assyrior. | Lacedæmoniorum. | Hebræorum. | Ægyptior. | Latinorum. | Atheniens. | Corinthior. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | tinuerunt. Magnesia [a] in Asia condita. | | | | | | |
| 8 | 2 | 20 | 125 | 21 | 13 | 10 | 960 |
| 9 | 3 | 21 | 126 | 22 | 14 | 11 | |
| 10 | 4 | 22 | 127 | 23 | 15 | 12 | |
| 11 | 5 | 23 | 128 | 24 | 16 | 13 | |
| 12 | 6 | 24 | 129 | 25 | 17 | 14 | |
| 13 | 7 Mycena [b] condita in Italia, quæ nunc Cumæ. | 25 | 130 | 26 | 18 | 15 | |
| 14 | 8 | 26 | 131 | 27 | 19 | 16 | |
| 15 | 9 Myrena [c] condita. | 27 | 132 | 28 | 20 *Atheniensium II*, [e] *ACASTUS*, *an*. 36. | 17 | |
| 16 | 10 Ephesus [d] condita ab Androclo [*Al.* Androco], sive ab Andronico. | 28 | 133 | 29 | 1 | 18 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κύμη ἐκτίσθη ἐν Ἰταλίᾳ. Sync. p. 144.
Μυρῖνα... ἐκτίσθη. Idem ibidem.

Ἔφεσος ἐκτίσθη ἐν Ἀσίᾳ ὑπὸ Ἀνδρονίκου. Id. ibid.
Ἀθηναίων Ἄρχων β', ΑΚΑΤΟΣ ἔτη λε'. Idem. p. 143.

## NOTÆ.

[a] Cum duæ sint Magnesiæ, altera ad Mæandrum A fluvium, altera, quam Pactolus alluit, ad radices Sipyli montis sita, Scaliger de posteriore hac putat Eusebium dixisse, quia ei mox adjungitur Myrina vicina Magnesiæ sub Sipylum. De ista mox dicemus : at de illa erudite Simsonius contra Scaligerum ostendit, priorem Magnesiam ad Mæandrum debere intelligi. Magnetes quippe, qui a Magnete Æoli filio denominati sunt, et Magnesiam sub Pelio monte olim habitabant, post bellum Trojanum, ad quod, Prothoo duce, profecti fuerant, in Asiam e Creta migrantes, Magnesiam hancce ad Mæandrum condidisse, testatur luculentissime Strabo lib. XIV, qui illam Magnetum Thessalicorum et Cretensium coloniam vocat. Paria habet Scholiastes Apollonii Rhodii ad lib. I, vers. 584. Historiam paulo latiorem repete ex Photio in Excerptis ex Cononis Narratione 69.

[b] Ita et nostri, et Palatini mss. et vetustiores denique editi libri cum Pontaco habent : quamquam uno alterove anno, quoad facti epocham, variant. Et est tamen manifestum lectionis mendum; quid enim Mycenis et Cumis, aut quæ Mycena urbs condita est in Italia? Scaliger rescribit ex ingenio, *Cyme condita in Italia, quæ nunc Cuma :* cui emendationi suffragatur quidem Græcus apud Syncel. contextus, et quod ipse observat, Hieronymum primum voluisse reddere nomen Græcum *Cyme*, deinde Latinum apposuisse, *Cuma*. Suffragatur etiam Schurzfleischius, cui videtur librarius oscitabundus, quia *Myrina* præcesserat (in nostra autem recensione subsequitur), syllabam primam ejus vocis repetiisse, monstrumque illud lectionis inde efformasse. Ipse autem longe verisimilius putat, Hieronymum *Misenum*, non *Mycena* scripsisse, illamque urbem cum Cumis confudisse, quia ea a Cumis non procul distabat. Dio lib. XLVIII, Ἐν τῇ Κύμῃ, inquit, τῇ Καμπανίδι χωρίον τι μεταξὺ Μισηνοῦ καὶ Πυτεόλων, μηνοειδές ἐστι. Tacitus Annal. lib. XV, cap. 46 : *Et gravi*, ait, *Africo, dum promontorium Miseni superare contendunt, Cumanis littoribus impacti, triremium plerasque amiserunt.* C Strabo lib. XV, pag. 243 : Πλησίον δὲ τῆς Κύμης τὸ Μισηνὸν ἀκρωτήριον. Etiam Abrahamus Ortelius in Thesauro Geographico, voce *Mycena*, suspicatus est, duo diversa loca ab Hieronymo hac in periocha confundi. Sed si *Misenum* scriptum ab eo est, quod quidem pronum est ad fidem, significare fortasse voluit, in Miseni regione, quæ tum latius protenderetur, conditum fuisse Cumarum oppidum. Miseni vetustior origo est, tametsi fabulosum nomen a tubicine Æneæ, ibidem sepulto, quod Virgilius Æneid. VI narrat. Cumarum paulo sequior conditus : Calidensium et Cumæorum opus, ut ait Strabo, ex eo fortassis, quod alterius populi colonia esset, ab altero nomen accepisset. Nec tamen ignoramus, Salmasio ad Solinum pag. 52, longe antiquiorem urbem dici, rejicique ejus primordia ante Trojani belli tempora.

[c] Parmensis ms. et vetustiores editiones hanc periocham non habent. Scaliger, ut diximus, eam ante conditum Cumarum refert, scilicet ad num. 984. In Notis Hieronymum paulo iniquius reprehendit, quod non omnia verterit, omiseritque quod præcipuum erat, ἡ παρά τισι Σμύρνα λεγομένη. At Syncelli, quod tam sæpe monuimus, illa sunt, ut est omnino par credere, non Eusebii verba. Pontacus legerat *Myrena :* in nummis Gordiani et Juliæ Domnæ cum diphthongo scribitur ΜΥΡΕΙΝΑΙΩΝ. Vide Diodorum lib. III, qui a Myrina Amazonum duce conditam atque appellatam urbem scribit : et confer cum eo Tzetzem ad Alexand. Lycophronis v. 243 : his enim B piget diutius immorari.

[d] Parum abfuit, quin ad ms. Parmensis fidem, atque eorum quos Scaliger consuluit, postrema verba, *sive ab Andronico*, expungerem, non enim ab alio quam Androclo, Codri filio, sive condita, seu verius occupata, atque instaurata est Ephesus. Attamen plerique alii mss. atque editi libri *ab Androco*, *sive Andronico*, habent : sed et in Græcis Syncelli ὑπὸ Ἀνδρονίκου. Schurzfleischius putat tam in Latino quam Græco solum postremum hoc nomen olim fuisse : postea doctum librarium ad marginem apposuisse, eum aliis auctoribus *Androclum* vocari : unde et illud ipsum in textum receptum. Pergit porro idem, Athenæus, inquiens, lib. VIII, e Creophylo narrat, partem Ephesi, Τρηχεῖαν dictam, ab Androclo oppido esse inclusam. Atqui hoc non erat, totam Ephesum condidisse. Arbitror ergo in Græco textu fuisse, Ἐφέσου πόλις, quod male vertit interpres, *Ephesus*. Πόλεις enim dicebantur non semper integræ urbes, sed interdum etiam partes urbis majoris, e quibus urbs integra coalescebat. Hinc Syracusæ et Athenæ μεγαλοπόλεις vocantur a Pindaro in Pythiis, ipsique Stephano Κορισσός, ὑπὲρ ὄν, teste Strabone, ἡ Τρηχεῖα ἦν παρώρειος, πόλις τῆς Ἐφεσίας vocatur. Videsis Pausaniam in Achaicis cap. 2. Arripit hinc Scaliger occasionem Hieronymo detrahendi,

[e] Solos, ut vides, triginta quinque annos Syncellus huic tribuit : tametsi legat ex eo Scaliger in Græcis λϛ'. In Latinis aliquot mss. *Agastus*, pro *Acastus* dicitur.

| Assyrior. | Lacedæmoniorum. | Hebræorum. | Ægyptior. | Latinorum. | Athenien. | Corinthior. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 17 | 11 | 29 | 134 | 30 | 2 | 19 | 970 |
| 18 | 12 | 30 | 135 | 31 | 3 | 20 | |
| 19 | 13 Carthago [a] condita est, ut quidam volunt, a Carchedone Tyrio: ut vero alii, a Didone filia ejus post Trojanum bellum an. 143. | 31 | 136 | 32 | 4 | 21 | |
| 20 | 14 | 32 | 137 | 33 | 5 | 22 | |
| 21 | 15 | 33 | 138 | 34 | 6 | 23 | |
| 22 | 16 | 34 | 139 | 35 | 7 | 24 | |
| 23 | 17 | 35 | 140 | 36 | 8 | 25 | |
| 24 | 18 | 36 | 141 | 37 | 9 | 26 | |
| 25 | 19 | 37 | 142 | 38 | 10 | 27 | |
| 26 | 20 Ionica [b] migratio, in qua quidam fuisse Homerum scribunt. | 38 | 143 | 39 | 11 | 28 | |
| 27 | 21 | 39 | 144 | 40 | 12 | 29 | |
| 28 | 22 | 40 | 145 | 41 | 13 | 30 | 980 |
| | | *Hebræorum II*, ***SOLOMON filius David, an. 40.*** | | | | | |
| 29 | 23 | 1 | 146 | 42 | 14 | 31 | |
| 30 | 24 | 2 | 147 | 43 | 15 | 32 | |
| 31 | 25 | 3 | 148 | 44 | 16 | 33 | |
| 32 | 26 | 4 Solomon templum in Jerosolymis ædificare cœpit, [c] consummavitque opus annis 7. | 149 | 45 | 17 | 34 | |
| 33 | 27 | 5 | 150 | 46 | 18 | 35 | |
| 34 | 28 | 6 | 151 | 47 | 19 | 36 | |
| 35 | 29 | 7 Colligitur autem omne tempus a Mose, et egressu Israel ex Ægypto | 152 | 48 | 20 | 37 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Καρχηδὼν ἐπεκτίσθη ὑπὸ Καρχηδόνος τοῦ Τυρίου, ὡς δὲ ἄλλοι, ὑπὸ Διδοῦς τῆς ἐκείνου θυγατρὸς μετὰ τὰ Τροϊκὰ ἔτεσι ρλγ'. Syncell. pag. 145.

Ἰωνικὴ ἀποικία.

Δεύτερος Ἑβραίων ἐβασίλευσε ΣΟΛΟΜΩΝ υἱὸς Δαβὶδ ἔτη μ'. Chron. Pasch. pag. 73.

Σολομὼν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν οἰκοδομεῖν ἤρξατο... ὃ καὶ συνετέλεσεν ἔτεσιν ὀκτώ. Chron. Pasch. ibid.

Καὶ συναγάγεται ὁ πᾶς χρόνος ἀπὸ πα' Μωϋσέως καθ' ὃ ἡ ἐξ Αἰγύπτου πορεία γέγονεν, ἐπὶ Σολομῶντα, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς τοῦ ἱεροῦ κατασκευῆς, ἔτη [χλ'] κ. τ. λ. Idem ibidem.

## NOTÆ.

quod in procemio Commentariorum III ad Ephesios scripserit, *Ephesus in Latina lingua interpretatur voluntas, sive consilium meum in ea, vel certe anima mea in ea*. Nos ad eum locum, atque alibi ad librum de Nominibus tomo III ostendimus, Hieronymum id genus etymologias, quæ parum sæpe ipsi probarentur, ex vetere Nominum Hebraicorum libro, qui vulgo obtinebat, proferre. Plura videsis laudatis locis.

[a] Recole quæ superius ad num. 797 de hujus conditu urbis diximus. In Græcis verbo ἐπεκτίσθη, ejus amplificatio, seu novæ civitatis additamentum, rectius videtur significari: licet in temporis notatione ab Eusebio Syncellus dissideat. In annis a Trojano bello adscribendis, secum ipso Scaliger pugnat; in textu enim 143, ut hic habetur, in notis solos 133 juxta Græcum Syncelli præfert: recenset vero hanc ipsam periocham post annos septem, sive ad num. 978. Porro autem longius ab omni veri specie abest, quod ait, Eusebium hic joculari hallucinatione accepisse, quod scribit Josephus priore contra Appionem, Carthaginem conditam fuisse post templum Salomonis annis 143, ac putasse post bellum Trojanum dici. Ut enim nullo mera isthæc calumnia argumento nititur, ita nec confutationem meretur. Josephi locus, quem inferius laudabimus, non hic certe venit Eusebio in mentem.

[b] Minus recte Pontacus *Jonica* legerat. Scaliger periocham recensuit triennio ante: quod et probarim ipse magis, tantum mss. suffragarentur. Enimvero Eratosthenes quoque apud Clementem Stromat. I annos centum et quadraginta a Troja excisa ad Ionicam migrationem numerat. Chronicum Marmoreum Oxoniense juxta Marshami rationes, solos centum triginta septem. Eo adhuc minus Philostratus in Euphorbo solos centum viginti septem. Qui ad usque centum quadraginta tres numeret, ut consequens est in Pontacena adque adeo hac nostra recensione, scio neminem. Ita vero præferunt, a quorum fide discedere nefas est, veteres libri. Historiam repete ex Pausania in Achaicis cap. 2, Strabone lib. XIV, Velleio lib. I, cap. 4, a quo tamen peccatum certe est non levi metachronismo; omnino enim ea tempora, de quibus eo loci agit, migratio isthæc præcessit. Quod subjungitur, *in qua quidam fuisse Homerum*, etc., in Parmensi ms. non habetur, et ut vere scriptum fuerit ab Eusebio et Hieronymo (quemadmodum superius observatum est, ubi de Homeri ætate), ita commode ad ejus migrationis tempus, non ad personas est referendum.

[c] Scaliger, *consummavitque annis octo*, prætermisso pressius ad Græcum *opus*, quod nomen et nonnulli e suis mss. agnoscebant. Sed et quod *octo* legit pro *septem*, quos dumtaxat impensos operi,

| Assyrior. | Lacedæmoniorum. | Hebræorum. | Ægyptior. | Latinorum. | Atheniens. | Corinthior. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | [a] usque ad præsentem an. 480, ut Regnorum lib. tertius in testimonium est,[b] A diluvio usque ad Mosem an. 1447. [c] Ab Adam usque ad diluvium an. 2242. Simul omnes an. 4169. | | | | | |
| | | | | | | *Corinthiorum III, AGYLAUS, an.* [f] 37. | |
| 36 | 50 | 8 | 153 | 49 | 21 | 1 | |
| 37 | 51 | 9 | 154 | 50 | 22 | 2 | |
| | | | | *Latinorum VI, ALBA SYLVIUS, Sylvii Æneæ* [e] *filius, annis* 39. | | | |
| 38 | 52 | 10 | 155 | 1 | 23 | 3 | 990 |
| *Assyriorum XXXI, LAOSTHENES, an.* 45. | | | | | | | |
| 1 | 53 | 11 Sadoch [d] He- | 156 | 2 | 24 | 4 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων λα', ἐβασίλευσε ΛΑΩΣΘΕΝΗΣ ἔτη με'. Syncell. pag. 127.

Ἑβραίων ἀρχιερεὺς ἀπ' Ἀαρὼν η' Σαδὼκ... ἐγνωρίζετο. Chron. Pasch. pag. 74, et Sync. 145.

Λατίνων ς', ἐβασίλευσε ΣΙΛΟΥΙΟΣ ἔτη λ'. Syncell. pag. 142.

Κορινθίων γ', ἐβασίλευσε ΑΓΕΛΑΣ ἔτη λς'. Syncell. pag. 144.

## NOTÆ.

non diffitetur, juxta ejusdem Syncelliani textus vestigia, et fidem est. Cæterum *octo* legit etiam Prosper: atque ita potuit revera ab Eusebio scribi.

[a] Videtur etiam hæc Scaliger, non ut par erat, ad Hieronymianorum codicum fidem, sed ad Græcum Syncelli deformasse, *usque ad Salomonem, et ædificationem Templi in principiis annorum* 480, *ut Regnorum liber tertius testimonio est*. In Notis locum Syncelli recitat singillatim, qui veterem ac tralatitiam quæstionem de annorum summa ab Exodo ad Salomonem juxta librum Judicum, atque Acta Apostolorum contra Eusebium instaurat: qua de re piget, quæ ab aliis solidis voluminibus tractata sunt, ac nobis, quoad ejus intererat, suis locis exposita, replicare. Erit vero operæ pretium adire Goarum in Notis ad eum locum pag. 44 et seq., ubi perquam vere atque erudite contra Scaligerum disserit, eumque et depravati Eusebiani textus, et perperam acceptæ sententiæ, ex Syncelli mente pluribus reprehendit.

[b] In Pontacena et vetustioribus aliquot Editionibus, ut et mss. nonnullis iterum isthæc additur collectio: *Secundum tertium librum Regnorum a Mose et egressu Israel ex Ægypto usque ad Salomonem, et ædificationem Templi computantur anni* 480. Quæ nos verba ad aliorum codicum fidem juxta Scaligerum inde amovimus, utpote quæ plane superflua sunt, ac se manifesto produnt, ex variante lectione ad libri oram annotata, postmodum intrusa. Vetustiores, quas diximus, editiones nonnullæ, ut hæc lectoribus probarent, significarentque alia esse a præcedentibus, in priore isocolo *librum primum Regum*, pro tertio laudant. Sed factum illud temere, et longius ab Eusebii mente, mss. quot scio omnium in tertio libro ibi laudando consensus evincit, etiam eorum, inquam, qui utramque collectionem retinent. Scis porro, Eusebium in hujus præfatione libri solos 479 pro 480 annos ab Exodo ad Salomonis templum supputare: qua de re vide iterum, si lubet, modo laudatum Goarum.

[c] Hasce a diluvio ad Moysem, et ab Adamo ad Diluvium, ut et subsequentem collectionem annorum 4169, ab Eusebii calamo profectas esse, vix credam, aut ne vix quidem. Ad rem certe faciunt omnino nihil: siquidem Auctor hoc in Opere ita sibi proposuit, solos ab Abrahamo annos digerere, ut præcedentes a mundi conditu semel atque obiter et verbo tenus in libri præfatione memoret. Tu videsis quæ ad eum locum col. 26 et seq. nobis observata sunt. Ex eo parergo studiosus nonnemo hæc acceperit: accepit certe Syncellus pag. 145, ubi ait, ab Adamo ad 9 Salomonis annos supputari κατὰ Εὐσέβιον δρο', *juxta Eusebium* 4170, uno supra ipsius Eusebii rationes. Nihilosecius ea rejicere contra mss. fidem non licuit: quin immo *Simul* pro *Similiter*, quod mendose legebatur, in postrema summa emendavimus eorumdem ope.

[d] Hunc restituimus propriæ sedi in Hebræorum filo, cum inter Lacedæmonios antea peregrinus ageret. In Parmensi ms. non 8, sed 9 *ab Aaron sacerdos* dicitur. Syncellus tamen fidejussor Eusebianæ recensionis: Ἑβραίων, inquit, ἀρχιερεὺς η' ἀπὸ Ἀαρὼν Σαδὼκ ἐγνωρίζετο κατὰ τὸν Εὐσέβιον, κατὰ δὲ τὸν ἀκριβῆ λόγον ια' ἐστὶν ὁ Σαδὼκ ἀπὸ Ἀαρὼν, κ. τ. λ. *Summus Hebræorum pontifex juxta Eusebium octavus*

[e] Verba *Sylvii Æneæ filius*, Parmensis ms. tacet. Dissentit in annis Syncellus; sed manifestis aliis in Latinorum Regum serie describenda mendis non caret.

[f] Emendare præstat Syncellum ex alio apud ipsummet loco Diodori de Corinthiorum imperio pag. 143, ubi Ἀγέλας ἔτη λζ', quemadmodum apud Eusebium, regnasse dicitur.

| *Assyrior.* | *Lacedæmoniorum.* | *Hebræorum.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Atheniens.* | *Corinthior.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | bræorum sacerdos VIII ab Aaron, habetur illustris. | | | | | |
| 2 | 34 | 12 | 157 | 3 | 25 | 5 | |
| 3 | 35 | 13 | 158 | 4 | 26 | 6 | |
| | *Lacedæmonior. IV, LABOTES, an.* 37. | | | | | | |
| 4 | 1 | 14 | 159 | 5 | 27 | 7 | |
| 5 | 2 | 15 Prophetabant [c] Sadoch, Achias Silonites, Samæas. | 160 | 6 | 28 | 8 | |
| 6 | 3 | 16 | 161 | 7 | 29 | 9 | |
| 7 | 4 | 17 | 162 | 8 | 30 | 10 | |
| 8 | 5 | 18 | 163 | 9 | 31 | 11 | |
| 9 | 6 | 19 | 164 | 10 | 32 | 12 | |
| 10 | 7 | 20 | 165 | 11 | 33 | 13 | 1000 |
| 11 | 8 | 21 | 166 | 12 | 34 | 14 | |
| 12 | 9 | 22 | 167 | 13 | 35 | 15 | |
| 13 | 10 Carthago [a] secundum nonnullos conditur a Didone. Alii vero supra scriptum tempus vendicant. | 23 | 168 | 14 | 36 | 16 | |
| | | | | | *Atheniensium III, ARCHIPPUS, an.* 19. | | |
| 14 | 11 | 24 | 169 | 15 | 1 | 17 | |
| 15 | 12 | 25 | 170 | 16 | 2 | 18 | |
| 16 | 13 | 26 | 171 | 17 | 3 | 19 | |
| 17 | 14 | 27 | 172 | 18 | 4 | 20 | |
| 18 | 15 | 28 | 173 | 19 | 5 | 21 | |
| 19 | 16 | 29 | 174 | 20 | 6 | 22 | |
| 20 | 17 | 30 | 175 | 21 | 7 | 23 | 1010 |
| 21 | 18 | 31 | 176 | 22 | 8 | 24 | |
| 22 | 19 Tertio mare [b] obtinuerunt Thraces annis 19. | 32 | 177 | 23 | 9 | 25 | |
| 23 | 20 | 33 | 178 | 24 | 10 | 26 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λακεδαιμονίων δ', ἐβασίλευσε ΛΑΒΩΤΗΣ ἔτη λζ'. Syncell. pag. 143.

Καρχηδὼν ἐπεκτίσθη, ὡς ἄλλοι, ὑπὸ Διδοῦς... Idem pag. 144.

Τρίτοι ἐθαλασσοκράτησαν Θρᾶκες ἔτη οθ'. Id. p. 145.

Προεφήτευε Σαδὼκ... καὶ Ἀχίας ὁ Σιλωνίτης, καὶ Σαμαίας, κ.τ.λ. Chron. Paschal. pag. 74, et Syncell. p. 145.

Ἀθηναίων γ', ἐβασίλευσεν ΑΡΧΙΠΠΟΣ ἔτη ιθ'. Syncell. pag. 148.

## NOTÆ.

*ab Aarone Sadoch recensetur, qui juxta diligentioris laterculi ordinem undecimus invenitur.* Reponit octavo loco, ut vides, ex Eusebio etiam Chronici Paschalis Auctor. Scaliger ait : In posteritate Aharon duo fuere Sadoc : prior undecimus ab Aharon (I Chron. VI, 8), posterior decimus octavus ab eodem Aharon (Ibid. 12). Is vixit sub Davide (II Samuel. VIII, 17). Hoc autem anno 985 sacerdotio fungebatur non iste Sadoc, sed Azarias proavus istius Sadoc, quod miror (I Chron. VI, 10). Erat enim quintus decimus ab Aharon. Quare nodus ille meliore vindice indiget, quam me. Sed quod hic dicitur, hunc Sadoc fuisse octavum ab Aharon, aut deest nota denarii numeri, cum fuerit octavus decimus, aut est error solennis Auctoris. Tu, ne longiores æquo hic simus, adito Criticos sacros maxime in III Regum I.

[a] In Scaligerana editione ante duos annos hæc refertur sententia : legitur quoque *condita* pro *conditur*. Ilis quæ multa diximus de hujus conditu urbis superius ad num. 798 et ad num. 971 adde nunc tantopere vexatum Josephi locum Antiquit. lib. IX, cap. 14 : *Hujus* (Pygmalionis) *regni anno septimo soror Dido in Africæ civitatem ædificavit Carthaginem. Itaque colligitur tempus a regno Hirami, usque ad ædificationem Carthaginis annorum* 155 *et mensium* 8. *Cum vero duodecimo anno hujus regni in Jerosolymis ædificatum sit Templum, fit ab ædificatione Templi, usque ad constructionem Carthaginis tempus annorum* 143, *mensium* 8. Verum hanc summam ex præcedentium imperiorum annis haud confici, notatum est ante nos doctis viris. Sunt adeo qui putant, Josephum non modo summas illas per summam oscitantiam transposuisse : sed et in annis Pygmalionis peccasse, cum septimum pro quadragesimo septimo scripsit. Eam culpam alii malunt in librarios rejicere. Consentit tamen Josepho Velleius Paterculus lib. I, cap. 6, ubi Carthaginem per id temporis conditam a Didone refert, quo Lycurgus Lacedæmoniis legum auctor fuit. Scilicet a Lycurgo ad annum proxime Olympiadas præcedentem, Eratosthenes apud Clementem Alexandr. annos 108 tradit fluxisse, qui juxta Josephi mentem in annum Carthaginis conditæ primum incidit.

[b] Primus Palatin. ms. hanc ῥῆσιν anno subsequenti : Scaliger insequenti alio apponit. Quod dicitur in Græco ἔτη οθ', annos 79, Thraces maris imperium obtinuisse, colligas ex Syncelli contextu, librariorum esse vitium pro ιθ', 19.

[c] In Scaligeri editione hæc post adhuc tres annos periocha differtur.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | *PRINCIPIUM Hebræorum, qui in Samaria* [b] *erant. Apud Hebræos, qui in Samaria erant et vocabantur Israel, primus regnavit JEROBOAM, an. 22.* | *Ægyptiorum XXI, dynastia regnavit* [c] *SMENDIS, ann. 26.* | | | | |
| 24 . . . | 21 . . . . . . | 34 . . . . . | | 1 . . . | 25 . . . | 11. . . | 27 . . . | |
| 25 . . . | 22 . . . . . . | 35 . . . . . | | 2 . . . | 26 . . . | 12. . . | 28 . . . | |
| 26 . . . | 23 . . . . . . | 36 . . . . . | | 3 . . . | 27 . . . | 13. . . | 29 . . . | |
| 27 . . . | 24 Quidam [a] Homerum, et Hesiodum his fuisse temporibus aiunt. | 37 . . . . . | | 4 . . . | 28 . . . | 14. . . | 30 . . . | |
| 28 . . . | 25 . . . . . . | 38 . . . . . | | 5 . . . | 29 . . . | 15. . . | 31 . . . | |
| 29 . . . | 26 . . . . . . | 39 . . . . . | | 6 . . . | 30 . . . | 16. . . | 32 . . . | |
| 30 . . . | 27 . . . . . . | 40 . . . . . *Hebræor. Judæ III, ROBOAM, an. 17.* | | 7 . . . | 31 . . . | 17. . . | 33 . . . | 1020 |
| 31 . . . | 28 . . . . . . | 1 Post mortem Solomonis, seditione orta in gente Judæorum, et regno bifariam diviso, in Samaria decem tribubus regnavit Jeroboam. | 1 . . . | 8 . . . | 32 . . . | 18. . . | 34 . . . | |
| 32 . . . | 29 . . . . . . | 2 . . . . . | 2 . . . | 9 . . . | 33 . . . | 19. . . *Atheniensium IV, THERSIPPUS an. 41.* | 35 . . . | |
| 33 . . . | 30 . . . . . . | 3 . . . . . | 3 . . . | 10 . . . | 34 . . . | 1. . . | 36 . . . | |
| 34 . . . | 31 . . . . . . | 4 . . . . . | 4 . . . | 11 . . . | 35 . . . | 2. . . | 37 . . . *Corinthiorum IV, PRYMINAS* [d], *an. 35.* | |
| 35 . . . | 32 . . . . . . | 5 . . . . . | 5 . . . | 12 . . . | 36 . . . | 3. . . | 1 . . . | |
| 36 . . . | 33 . . . . . . | 6 . . . . . | 6 . . . | 13 . . . | 37 . . . | 4. . . | 2 . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κατὰ δέ τινας ἤκμαζε Ὅμηρος... καὶ Ἡσιόδος. Ex Syncell. pag. 145.

Μετὰ τὴν τελευτὴν Σολομῶντος, στασιάσαντος τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ τῆς βασιλείας αὐτῶν διαιρεθείσης, ἐν Σαμαρίᾳ δέκα φυλῶν ἡγεῖται τοῦ Ἰσραὴλ Ἱεροβοάμ. Chron. Pasch. pag. 71.

ΙΕΡΟΒΟΑΜ [πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐπὶ Ἰσραὴλ ἔτη κβʹ. Idem ibidem.

Αἰγυπτίων πρώτη καὶ εἰκοστὴ Δυναστεία (βασιλέων Τανιτῶν ἑπτὰ) αʹ. ΣΜΕΝΔΙΣ ἔτη κϛʹ. Eusebius apud Syncell. pag. 59.

Ἀθηναίων δʹ, ἐβασίλευσε ΘΕΡΣΙΠΠΟΣ ἔτη μʹ. Ex Syncell. pag. 148.

Κορινθίων δʹ, ἐβασίλευσε ΠΡΥΜΝΗΣ ἔτη λεʹ. Syncell. pag. 144.

## NOTÆ.

[a] Hæc refert Scaliger ante annos duodecim: quæ et putat abs Hieronymo assuta. Porro ita rationes suas init ex isto Gellii loco: *Homerum ante Romam conditam vixisse, Silviis Albæ regnantibus, annis post bellum Trojanum, ut Cassius in primo Annalium de Homero atque Hesiodo scriptum reliquit, plus centum atque sexaginta: ante Romam conditam, ut Cornelius in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum et sexaginta.* Tempus convenit. Nam anni 160, cum numero 935, in quo Trojæ casus, compositi conflant numerum præsentem 995, uno anno minus, quod est negligendum. Atque hæc ex historia Latina Cassii, vel potius ex Gellio, Hieronymus hic annotavit. Tu recole quæ superius nos de Homeri atque Hesiodi ætate observamus.

[b] Ms. Parmensis, *erant, et vocabantur Israel. Apud eos primus*, etc.

[c] Apud Scaligerum *Semendis*, et Græce Σέμενδις, reliquis omnibus libris contradicentibus. African. Σμεδὴν, al. Σμεδρὴν vocat. Oppido autem gravius peccat in ejus regni annis Scaliger, qui solos ei tribuit 19, cum integros 26 assignent Eusebius atque Africanus ex libro tertio Manethonis, ac totidem Hieronymiani quoque codices pari consensu præferant. Cf. Perizonius cap. 4 Ægypt. Orig. non dubitat, quin rex LVII, *Amedes*, sit idem, qui in hacce dynastia XXI primus est *Smedes*, cum et nomen in una tantum littera, et spatium regni uno tantum anno discrepet. Recole quæ superius dicta sunt de *Ammenemme* ad num. 803.

[d] Ita et nostri codices præferunt, et vetustiores editiones. Primo Palatino *Prymnias* dicitur: Scaligero *Prumnis*, et Græce Προύμνις, quemadmodum et Pausaniæ in Corinthiacis cap. 4. Diodoro apud Syncellum pag. 143, Προύμνης: ipse autem præfert Πρύμνης.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 37 . . . | 34 . . . . . | 7 Roboam filius Solomonis regnavit in Jerusalem duabus tribubus sibi subjectis, quæ vocabantur Juda, [b] ob reges Judæorum, qui ex Judæ stirpe descenderant, et universa gens Judæ nomen sortita est. | 7 . . . | 14 . . . | 38 . . . | 5. . . | 3 . . . | |
| 38 . . . | 35 . . . . . | 8 . . . . . | 8 . . . | 15 . . . | 39 . . . *Latinorum*[c] *VII. SYLVIUS ATHYS, sive Ægyptus, an. 24. Sylvius Athys, sive Ægyptus, Albæ superioris regis filius fuit.* | 6. . . | 4 . . . | |
| 39 . . . | 36 . . . . . | 9 . . . . . | 9 . . . | 16 . . . | 1 . . . | 7. . . | 5 . . . | |
| 40 . . . | 37 . . . . . *Lacedæmonior. V, DORISTHUS*[a]*, an. 29.* | 10 . . . . . | 10 . . . | 17 . . . | 2 . . . | 8. . . | 6 . . . | 1030 |
| 41 . . . | 1 Samos condita, et Smyrna * in urbis modum ampliata. | 11 . . . . . | 11 . . . | 18 . . . | 3 . . . | 9. . . | 7 . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λακεδαιμονίων ε', ἐβασίλευσε ΔΟΡΥΣΘΟΣ ἔτη κθ'. Syncell. pag. 143.

Ἰούδα δὲ καὶ Βενιαμὶν ἐν Ἱερουσαλὴμ βασιλεύει ΡΟΒΟΑΜ υἱὸς Σολομῶντος, οἷς ἐπώνυμον Ἰουδαῖοι, διὰ τὸ ἐκ φυλῆς Ἰούδα κρατεῖν τοὺς βασιλεῖς· ὅθεν καὶ τὸ πᾶν ἔθνος τὴν τῶν Ἰουδαίων εἴληφεν ἐπωνυμίαν. Chronic. Pasch. pag. 74.

Λατίνων ζ', ἐβασίλευσεν ΑΤΥΣ, ἤτοι ΑΙΓΙΠΟΣ ἔτη κδ'. Ex Scaligeri Collectaneis.

## NOTÆ.

[a] Rectius in Scaligerianis Eclogis, et apud Pausaniam in Laconicis *Doryssus* hic dicitur, ubi et Agesilaus Doryssi filius ac successor memoratur: Τοὺς δὲ ἐφεξῆς βασιλεύσαντας τῆς οἰκίας ταύτης, Δόρυσσον τὸν Λαβώτα, καὶ Ἀγησίλαον Δορύσσου. *Jam qui in regnum ex hac familia successerunt, Doryssum Labotæ filium, et Agesilaum Doryssi.* Latini quidam mss. *Dorintus* et *Dorinthus* vitiose habent.

[b] Idem ferme habetur in Græcis, ἐκ φυλῆς Ἰούδα: quod est quidem commode accipiendum; neque enim, ut ait Scaliger, Judæi dicti, quod reges eorum essent ex tribu Juda, aut stirpe: sed quod ipsi ex ea tribu essent, adeoque reges Juda dicti sunt Roboami successores, quod in ea tribu regnarint, non quod fuerint ex ea stirpe. Quamquam neque illa distinctio regum Juda atque Israel perpetuo observatur, ut videre est II Paralip. XXI, 2, et XXVIII, 19; notumque præterea Judæ præter Benjamin etiam Simeonitas accensitos esse, et Danitarum partem.

[c] Penes Scaligerum, sub uno titulo, *Latinorum VII. Sylvius Atius, sive Ægipus, Albæ superioris filius, regnavit annis* 24. In ms. Palatinis *Athys* dicitur, in aliis *Athis*, ut apud Eutropium. Sane, inquit Schurzfleischius, nomen Romanum est *Atys*. Eugenius V. C. Epigrammate inter Fragmenta Petroniana relato:

Dux Atis, armiger at Scæva, Rufinus eques.

A Alius est *Atys ille Phryx*, *abscissus*, secundum Arnobium lib. I adversus Gentes, *et spoliatus viro*, qui etiam *Attos*, et *Attis*, et *Attin* scribitur, et de quo plura in Galliambo suo Catullus. Videtur acceptum a Lydis nomen. Herodotus lib. I, cap. 94, *Atyn* memorat Lydi patrem, quem Strabo unum ex Herculis et Omphales nepotibus fuisse arbitratur. Sed et *Atys* alter e Crœsi filiis appellabatur. Græca apud Syncellum luxatione, mendisque aliis laborant. Qui septimus illi est, Ἀγχίσης Σιλουΐου dicitur, ac solis regnasse annis decem perhibetur; qui Αἰγύπτιος Σιλούϊος appellatur, octavum locum tenet; regnatque annis viginti. Necesse adeo fuit, Græca ex Scaligero describere.

* E duodecim urbibus, quas in Asiæ oris maritimis Iones condiderunt, una est Samus, quam tradunt Proclen occupasse cum magno Epidauriorum, quos secum adducebat, numero, ejusque priores incolas vi adegisse, ut se suosque in penatium societatem reciperent. Porro insulam olim, cum eam Cares B tenerent, dictam fuisse Partheniam, deinde Anthemusam, post Melamphyllum, denique Samum, postquam eo traducta colonia fuit e Cephallenia, quæ Σάμος et Σάμη olim dicebatur; ut ex Strabonis lib. XIV et Plinii V cap. 31 compertum est. Vide et laudatos Scaligero, Velleium, et Jamblichum, et præterea Nicandrum Alexiph. v. 148 ejusque Scholiastem. Ad Smyrnam quod attinet, audiendus in

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 42 . . . | 2 . . . . . . | 12 . . . . . . | 12 . . . | 19 . . . | 4 . . . | 10. . . | 8 . . . | |
| 43 . . . | 3 . . . . . . | 13 . . . . . . | 13 . . . | 20 . . . | 5 . . . | 11. . . | 9 . . . | |
| 44 . . . | 4 . . . . . . | 14 . . . . . . | 14 . . . | 21 . . . | 6 . . . | 12. . . | 10 . . . | |
| 45 . . . | 5 . . . . . . | 15 . . . . . . | 15 . . . | 22 . . . | 7 . . . | 13. . . | 11 . . . | |
| *Assyriorum* [a] *XXXII, PIRITIADES, an.* 30. | | | | | | | | |
| 1 . . . | 6 Thraces [b] Bebryciam, quæ nunc Bithynia nuncupatur, transeuntes a Strymone, occupaverunt. | 16 Susachim [c] rex Ægyptiorum contra Judæos dimicans, Templum spoliat. | 16 . . . | 23 . . . | 8 . . . | 14. . . | 12 . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων λβ', ἐβασίλευσε ΠΕΡΤΙΑΔΗΣ ἔτη λ'. Ex Syncell. pag. 127.

Θρᾶκες ἀπὸ Στρύμωνος διαβάντες, κατέσχον τὴν νῦν Βιθυνίαν, τότε δὲ Βεβρυχίαν καλουμένην. Idem p. 145.

Σουσακεὶμ βασιλεὺς Αἰγύπτου... ἀναβὰς εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἐσύλησε τὸν ναὸν, κ. τ. λ. Chron. Pasch. p. 75.

## NOTÆ.

antecessorum Schurzfleischius, qui cum supra ad A num. 964 dictum sit de Myrinæ conditu, quod aliis Smyrna dicebatur : Quid ergo, ait, si hoc loco Hieronymus velit, partem urbis Ephesiæ, τὴν μεταξὺ Τρηχείης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς, quæ Smyrna, teste, ex Hiponnacte Strabone lib. xiv Γεωγρ., p. 633, vocabatur, hoc tempore esse conditam? Nemini tamen obtrudimus sententiam nostram : At hoc tantum adjungimus, inscriptionem veteris nummi, a Palatino evulgati, ΕΠΙ ΑΡΧΙΕΡ. ΑΣΚΛΗΠ. ΕΦΕ. ΠΑΡΑΛΙ, ΣΜΥΡΝΑΣ, inde mihi videri explicandam. Patinus putat, de tribus diversis locis, Epheso, ora maritima, et Smyrna, quorum Asclepiades Pontifex esset, agi. Spanhemius de duobus locis, Epheso, et Smyrna, quia utraque παραλία dicta, inscriptionem accipit. Nos eam de una Epheso interpretamur, sed nec tamen de tota, verum de ista tantum ejus parte, vel πόλει, quæ mare versus sita erat, quæque Ἐφέσου παραλίας Σμύρνα vocata est. Sane illam Ephesi partem παραλίαν fuisse mentio Λέπρης ἀκτῆς, quæ eo loci erat, satis declarat, et potest idem e reliquis Strabonis verbis haud difficulter colligi. Et in Curis posterioribus, Smyrnam, inquit, Lydiæ fuisse ascriptam, probat Janus Rutgersius V. L. lib. ii, cap. i. Potuit Smyrna suburbanus vicus Ephesi esse, ut Chalcedon Cpoleos suburbium fuit apud Nicephorum lib. xv, cap. 3. Ita ille. Sed neque absimile veri autumo, significare voluisse, sive Eusebium, sive Hieronymum, hoc ipso quo rem ordine enarrant, Smyrnam in duodecim Ionicarum urbium, e quarum quidem numero non erat, fuisse hoc tempore adlectam societatem, id quod Strabo sub initium lib. xiv luculentissime tradit, Αὗται μὲν δώδεκα Ἰωνικαὶ πόλεις· προσελήφθη δὲ ὕστερον καὶ Σμύρνα εἰς Ἰωνικὸν, ἐναγαγόντων τῶν Ἐφεσίων. *Hæ sunt duodecim Ionicæ urbes : postea etiam Smyrna in Ionicam societatem assumpta est, auctoribus Ephesiis.* Notatum quippe eidem Straboni atque Eustathio in Dionysium Perieget. v. 828 antiquitus una habitasse, ipsamque Ephesum aliquando Smyrnam appellatam. Quod laudatus etiam Scaligero, Velleius Paterculus lib. i cap. 4 docet, Æolicæ migrationis tempore, ipsisque ab Æolis conditam, confirmat etiam carmen Homero tributum, quo cæcitatem suam deflet v. 6, atque Herodotus lib. i, cap. 149, qui addit, dirutam fuisse postea ab Ionibus, qui eum sibi agrum vindicaverunt. Instaurarunt iidem haud multo post : erat enim Homeri ætate, quod notat Herodotus in ejus Vita, ἐμπόριον ἡ Σμύρνη. Quamquam plus simplici vice inter Ionas fuisse transcriptam, colligas ex Vitruvio lib. iv Archit. c. 1, qui eam Attali et Arsinoes beneficio receptam prodidit. Sed quæ ejus fuerint subinde fata, scire nihil nostra interest. Herodotus modo laudatus in Vita Homeri, *Anno*, ait, *duodevicesimo postquam Cuma fuit habitata, Cumæi Coloniam in Smyrnam deduxerunt.* Tum, *nomen imposuit Smyrnam Theseus ab uxoris suæ nomine*, etc. *Hic Theseus e primariis Thessalorum fuit, qui Cumam condiderunt.* Aristides Orat., tom. i, p. 463, Atheniensem hunc Thesea dicit, quod sentit etiam laudatus Scaligero Auctor Epigrammatis in Pisistratum lib. iv Antholog. c. 4. Cætera, quæ de Smyrnæorum Conventu Scaliger ex Plinio memorat, confer cum his quæ Cellarius habet Geograph. Antiq. lib. iii, cap. 5 : neque enim his vacat longius immorari. Unum addo, pro *ampliata*, in Parmensi ac primo Palatino ms. legi *amplificata.*

[a] Apud Jornandem et Scaligerum *Pyritiades*, et Græce Πυρτιάδης : in Palatinis aliquot mss., *Pertiades*, et *Partiades*, denique et *Piriciades* in vetustioribus editis libris dicitur. Impressam scripturam Parmensis et Palat. primus ms. probant.

B [b] Huic numero et loco assignant hanc ῥῆσιν cum vetustiores editiones, tum Parmensis et Palatinus primus ms. et Freherianus optimæ notæ apud Scaligerum, qui maluit tamen decennio post eam referre. Porro de ipsa Historia idem prolixe agit in notis, quas confer, si libet. Schurzfleischius Berkelium de Bebrycibus edisserentem ad Stephanum laudat, additque de suo isthæc : Strabo profecto lib. xii, pag. 541, τοὺς βέβρυκας Θρᾶκας εἰκάζει. Neque aliud vult Apollonius lib. ii Argon. initio. Sane enim et Bithyni Thraces erant. Thucydides lib. iv : Βιθυνῶν Θρακῶν, οἵ εἰσι πέραν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, meminit. Ibi Scholiasta p. 302 ed. Stephani, Σημειοῦται, inquit, ὅτι καὶ οἱ Βιθυνοὶ Θρᾶκες. Sallustius apud Isidorum, *Bithynia*, ait, *multis nominibus appellata fuit. Nam prius Bebrycia dicta, deinde Mygdonia*, et reliqua. Hinc mythologi Bithyniam ἀπὸ Βιθυνοῦ τοῦ Διός καὶ Θράκης τῆς Τιτανίδος, apud ἐθνογράφον, dictam volunt. Arianus etiam περίπλῳ πόντου Εὐξείνου, pag. 14 vol. I Geogr. min., C μέχρι τοῦ δὲ, inquit, Θρᾶκες οἱ Βιθυνοὶ, ὧν καὶ Ξενοφῶν ἐν τῇ συγγραφῇ (Ἀναβά lib. vi, c. 3) μνήμην ἐποιήσατο, ὅτι μαχιμώτατοι εἶεν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν.

[c] Atque hæc Scaliger solido decennio anticipat. In textu *rex Ægypti* legit, et *spoliavit*, pro *spoliat*. In notis denuo calumniose multa ait fuisse abs Hieronymo prætermissa, quæ certum est, Syncellum exaggerasse de suo. Quoad facti historiam, hic qui *Susachim* Græco metaplasmo dicitur, ille est *Sesac* III Reg. xiv, 25, et II Paralip. xii memoratus. Quod rex dicitur Ægypti, cum Smedes adhuc regnaret, alium ab eo significari putandum est, qui in diversa Ægypti parte, Libya scilicet, atque Æthiopia, ut

| Assyrior. | Lacedæmonior. | Hebr. Judæ. | Hebr. Isr. | Ægyptior. | Latinorum. | Athen. | Corinth. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2 | 7 | 17 *Post quem ABIA IV, an.* 3. | 17 | 24 | 9 | 15 | 13 | |
| 3 | 8 | 1 | 18 | 25 | 10 | 16 | 14 | |
| 4 | 9 | 2 | 19 | 26 *Post quem*[c] *PSEUSENNES, ann.* 41. | 11 | 17 | 15 | |
| 5 | 10 | 3 *Post quem V, ASA*[a], *an.* 41. | 20 | 1 | 12 | 18 | 16 | 1040 |
| 6 | 11 | 1 Hebræorum pontifex[b] maximus Abimelech illustris habetur. | 21 | 2 | 13 | 19 | 17 | |
| 7 | 12 | 2 Prophetabant | 22 | 3 | 14 | 20 | 18 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τοῦ Ἰούδα δ', ἐβασίλευσεν ΑΒΙΑ ἔτη γ'. Sync. p. 149.

Τοῦ Ἰούδα ε', ἐβασίλευσεν ΑΣΑ ἔτη μα'. Syncell. pag. 149.

Ἑβραίων ἀρχιερεὺς Ἀβιμέλεχ ἐγνωρίζετο· Προεφήτευον δὲ Ἀχίας, Σαμαίας, καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ ἐν Σαμαρείᾳ θυσιαστηρίου Ἰηοῦ, Ἰωὴλ, Ἀζαρίας (καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ζαχαρίας), ὃς Ἰώδη, Ἀνανία, καὶ Ἰωπάς. Sync. ibid.

Αἰγυπτίων β', ΨΟΥΣΕΝΝΗΣ ἔτη μα'. Eusebius apud Syncell. pag. 59.

## NOTÆ.

alias contigisse manifestum est, regnum obtineret. Scaliger cum sentiat, pro uno eodemque habitos ab Eusebio, cæcultat in hac ipsa sua hypothesi : si unus, inquiens, rex tunc erat in Ægypto, isque binominis fuit, nullus alius esse potest præter septimum XXI dynastiæ nomine Susemnem, qui an. regni sui 13 hanc expeditionem in Judæam fecerit. Pace dixerim docti viri, abnormis ratiocinatio hæc est : Si Smedes et Susachim unus idemque rex erat, Susemnes hic erat. Ille, quem διώνυμον punit, primus hujus dynastiæ rex est : iste, ad quem repente delabitur, septimus, sive ultimus. Nimirum ipse, non Eusebius, ita rationes suas ex Manethone composuit, ut Roboami et Susemnis tempora convenirent. Pendent vero isthæc ex alia, quam Scaliger tractat, et quæ eruditorum ingenia exercet etiamnum, quæstione de Susachim, num ipse sit, qui exoticis scriptoribus, certe Herodoto, Sesostris appellatur. Unus pro cunctis Josephus Antiq. lib. VIII, c. 10 : *Deus autem Susacum, Ægyptiorum regem mittit, qui contumeliarum in ipsum pœnas exigeret. De quo in errorem lapsus Herodotus, ejus res gestas Sesostridi attribuit. Hic enim Susacus anno regni Roboami quinto exercitum contra illum adduxit multis militum myriadibus constantem. Illum enim ex Ægypto comitati sunt currus numero quidem mille ducenti, equitum vero sexaginta millia, peditumque quadringenta millia. Adductorum plerique Libyes erant, et Æthiopes. Cum igitur in Hebræorum regionem irrupisset, validissimas Roboami urbes absque pugna cepit, iisque præsidio firmatis, postremo Jerosolyma invasit.* Et paulo post : *Cum autem Susacus urbem absque pugna in suam potestatem redegisset, Roboamo præ metu eum intra muros accipiente, pactis quibus convenerant non mansit, sed Templum diripuit, thesaurosque cum Deo sacros, tum regios exinanivit, myriadibus innumeris auri argentique exportatis, ut nihil prorsus relictum esset.* Ex hoc præcipue loco pugnant, tam qui asserunt Sesacum eumdem atque Sesostrim fuisse, viri doctissimi, Torniellus, Scaliger, Marshamus, Carpentarius, Bochartus, Stillingfletus, aliique; tum qui contra illos omnes sentit, Cl. Perizonius Ægyptiacar. Origin. cap. 8 et seqq., usque ad 17. Si enim, inquit, credidisset Josephus, quod volunt, utrumque fuisse revera eumdem, et tantum *Sesostrim* nominari ab Herodoto, qui Susacus nominatur ab Hebræis, simpliciter absque erroris crimine id memorasset, cum exigua sit discrepantia inter *Sesacus*, vel *Sisacus*, et *Sesostris*, et in omnibus ferme S. Scripturæ nominibus, quæ et apud

A Græcos scriptores occurrunt, longe major reperiatur. Nihilosecius integrum Josephi contextum Perizonii sententiæ non astipulari, quin potius abesse, egomet sentio, et si quidem per notarum angustias liceret, probaturum æquis lectoribus confido. Vide interim Guglielmum Iamesonium in Spicilegio Antiquitatum Ægypti cap. 13, 14 et 15, ex parte, ubi singula Perizonii argumenta ad examen revocat, refutatque : et non Josephum modo, sed et reliquos omnes auctores antiquos quos laudat, Manethonem, Herodotum, Flaccum, Plinium, Justinum, Jornandem, Orosium, etc., causam ipsius plane jugulare, ipsum denique sibi Perizonium contradicere ostendit.

[a] Interserit Scaliger de suo *justus*, neque enim in ullis sive mss. sive editis libris cognomentum istud reperire est. Habet tamen quid simile Josephus Antiq. lib. VIII, c. 12, initio : *Asanus Jerosolymorum rex erat, vir moribus optimis, ac Dei studiosissimus, qui nihil vel faceret, vel cogitaret, quod non* B *pietatem, legumque observantiam respiceret.*

[b] Pontificem maximum Abimelechum, quem Scaliger ignorat, et quo nomine nullum fuisse pontificem maximum, affirmare audet, facile Eusebius accepit ex Clemente Alexand. Strom. I, qui et divisum Hebræorum regnum sub ejus pontificatu narrat. Scitum porro in antiquis libris sæpius Abimelechum et Achimelechum ob similitudinem confundi. Proinde Scaliger, cum in Chronico, ut vocat, Casauboniano scriptum invenisset Ἀχιμέλεχ, denuo confidenter pronuntiat, ita sine dubio scripsisse Eusebium, divinando ex I Paralip. XXIV, 3; falli autem splendide, cum locus ille ad ævum Davidis, non ad Asæ pertineat. Nemo qui veteres libros norit, et quod diximus, ex Clemente Eusebium hausisse, non sentiet, temere istud atque injuria dici.

[c] Africano, Ψουτένης ἢ Ψουνίσης : qui et annos ei tribuit μς', non, ut falso supputat Scaliger, μϛ'. Syncellus ex vetere Chronico Ψούενον vocat, eique annos solos 25 ascribit. Parmensis ms., *Psousemnem*, C quemadmodum et Palatini quidam, teste Schurzfleischio, alii *Psousemenem*, vel *Pseusemnem*, primus *Psusemnem*, denique vetustiores editi cum Sichardo *Pseusensem* appellant. Scaligero doctisque aliis viris non alius hic videtur esse a Sesaco, sive Susachim illo, qui, ut paulo superius notatum est, Roboamum invasit, thesaurosque Templi expilavit. Sunt adeo et qui pro *Pseusennes*, rescribi *Seusec-nes* velint. Tu videsis quæ superius diximus ad Smendem, et paulo post dicemus ad *Senscorim*.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Achia, Samæas, [b] et is qui fuerat apud altare Samariæ, Hieu, Joede, Azarias, qui et Addo, Anani. | *Hebræor. Israel II, NADAB, an. 2.* | | | | | |
| 8 | 13 | 3 | 1 | 4 | 15 | 21. | 19 | |
| 9 | 14 | 4 | 2 | 5 | 16 | 22. | 20 | |
| | | | *Hebræor. Israel III, BAASA, an. 24.* | | | | | |
| 10 | 15 | 5 | 1 | 6 | 17 | 23. | 21 | |
| 11 | 16 | 6 | 2 | 7 | 18 | 24. | 22 | |
| 12 | 17 Thraces [a] mare obtinuerunt. | 7 | 3 | 8 | 19 | 25. | 23 | |
| 13 | 18 | 8 | 4 | 9 | 20 | 26. | 24 | |
| 14 | 19 | 9 | 5 | 10 | 21 | 27. | 25 | |
| 15 | 20 | 10 | 6 | 11 | 22 | 28. | 26 | 1050 |
| 16 | 21 | 11 Principium [c] sexagesimi primi Jubilæi secundum Hebræos. | 7 | 12 | 23 | 29. | 27 | |
| 17 | 22 | 12 | 8 | 13 | 24 | 30. | 28 | |
| | | | | | *Latinorum VIII. CAPIS [d] SYLVIUS, ann. 28.* | | | |
| 18 | 23 Thraces mare obtinuerunt. | 13 | 9 | 14 | 1 | 31. | 29 | |
| 19 | 24 | 14 | 10 | 15 | 2 | 32. | 30 | |
| 20 | 25 | 15 | 11 | 16 | 3 | 33 | 31 | |
| 21 | 26 | 16 | 12 | 17 | 4 Capissu- | 34. | 32 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

[Τρίτοι] ἐθαλασσοκράτησαν Θρᾶκες [ἔτη οθ']. Syncell. pag. 145.

Θρᾶκες ἐθαλασσοκράτουν. Syncell. ibidem.

Ἑβραίων τοῦ Ἰσραὴλ β', ἐβασίλευσε ΝΑΔΑΒ ἔτη β'. Syncell. pag. 150.

Ἑβραίων τοῦ Ἰσραὴλ γ', ἐβασίλευσε ΒΑΑΣΑ ἔτη κδ'. Syncell. ibidem.

Λατίνων ἐβασίλευσεν η', ΚΑΠΥΣ ἔτη κη'. Ex Scaligeri Collectaneis.

## NOTÆ.

[a] Hanc, et quæ gemina occurrit post sex annos periocham Scaliger penitus prætermisit, cum tamen in Freheriano optimo omnium ms. fuisse simplici saltem vice ad num. 1036 annotatam, non diffiteatur. Semel quoque in primo Palatino ms. ad num. 1 Latinorum : in aliis vero tribus, ut et Parmensi apud nos, bis eadem recurrit. Ac fuisse quidem ab Eusebio gemino loco ex diversorum placitis appositam, ipse, quem laudamus ex Syncello, Græcus textus ac series indicio sunt.

[b] Scripserat Clemens loco dudum laudato, quem ob oculos habuisse Eusebius videtur, *Prophetabat autem Achias Silonites, et Samæas filius Amame*, καὶ ὁ ἐξ Ἰούδα ἀπελθὼν ἐπὶ Ῥοβοὰμ, καὶ προφητεύσας ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, *et qui ex Juda abiit ad Roboamum, et prophetavit adversus altare*. Nec fere dissentiunt Græca, quæ ex Syncello laudamus. Hieronymus tamen alio sensu, *apud altare* interpretatur pro *adversus :* tum ipsi Samariæ altare illud attribuit. Atque hæc mirum magis, Scaligerum non animadvertisse, qui tam sæpe, et cum bene habent, S. Interpretis verba cavillatur. Porro nec vere quidam ex Antiquis, eum qui e Juda profectus, adversus altare Betheliticum prophetavit, Samæam ipsum fuisse arbitrantur, aut certe ita appellant. Tertullianus de Jejun. cap. 6 : *Samæas, homo Dei, cum exitum prophetasset idololatriæ introductæ a rege Jeroboam, post manum ejus regis arefactam*, etc. Alii *Adoiam*, vel *Jadon*, et *Addo* vocant. Qui subsequitur *Hieu*, alias *Jeu* dicitur, et aspiratione interposita, *Jehu*. Pro *Joede*, vel, ut alii editi habent, *Joed*, Græca Ἰωὴλ, *Joel* præferunt. Videtur et Scurzfleischio intelligendus Ἰωδαὲ ὁ θεοφιλὴς ἀρχιερεύς, ut Syncello pag. 150. Jam quæ sequuntur apud eumdem, et nos parenthesi inclusimus, indicio sunt ex Hieronymiana interpretatione librariorum solemni lapsu ob similis ferme vocis occursum, excidisse statim ab Azaria isthæc, *et ejus filius Zacharias :* quæ cum sequentibus alio, atque impressi reddunt, sensu connectuntur; neque enim Azarias *Addo* cognominatus, sed ejus filius Zacharias dicitur. Pro *Anani* postremo apud Scaligerum est *Ananias*. Adito criticos sacros.

[c] Dispunxit hæc Scaliger, quæ in duobus codicibus in margine 9 anni Asa repererat. Absunt vero etiam a Parmensi, quo præcipue utimur, ms., nec in Palatinis quatuor, quos Schurzfleischius consuluit, memorantur. Ad hæc Scaliger : Erat, inquit, annus ab Adam 2996, qui sunt 61 Jobel, et una Hebdomas absoluta. Itaque erat annus septimus 62 Jobel.

[d] Qui Κάσπος Σιλούϊος Syncello appellatur, nono donatur loco, annisque regni λα'. Attamen et in primo Palatino ms. *Caspis* dicitur, plerisque aliis *Capys*. Græce Κάπυν vocat Strabo, quem et Capuæ conditorem facit. Scaliger hanc subsequenti periochæ ita nectit uno sensu, *Capis Silvius Attii superioris regis filius, annis* 28. Sed illud additum *Silvius*, libri non pauci ignorant ; alterum vero *Attii* nomen ne unus quidem, quem scio, habet.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | perioris regis filius. | | | |
| 22 | 27 | 17 | 13 | 18 | 5 | 35. | 33 | |
| 23 | 28 | 18 | 14 | 19 | 6 | 36. | 34 | |
| 24 | 29 | 19 | 15 | 20 | 7 | 37. | 35 | |
| | *Lacedæmonior. VI, AGESILAUS, an. 44.* | | | | | | *Corinthiorum V, BACCHIS, ann. 35. (A quo reges* [e] *Bacchidæ cognominati.)* | |
| 25 | 1 | 20 | 16 | 21 | 8 | 38. | 1 | 1060 |
| 26 | 2 | 21 | 17 | 22 | 9 | 39. | 2 | |
| 27 | 3 | 22 | 18 | 23 | 10 | 40. | 3 | |
| 28 | 4 | 23 | 19 | 24 | 11 | 41. | 4 | |
| | | | | | | *Atheniensium V,* [d]*PHORBAS, an. 31.* | | |
| 29 | 5 | 24 | 20 | 25 | 12 | 1. | 5 | |
| 30 | 6 | 25 | 21 | 26 | 13 | 2. | 6 | |
| *Assyriorum XXXIII,* [a]*OPHRATHEUS, an. 20.* | | | | | | | | |
| 1 | 7 | 26 | 22 | 27 | 14 | 3. | 7 | |
| 2 | 8 | 27 | 23 | 28 | 15 | 4. | 8 | |
| 3 | 9 | 28 | 24 | 29 | 16 | 5. | 9 | |
| | | | *Post quem IV,* [b]*HELA, an. 2.* | | | | | |
| 4 | 10 | 29 | 1 | 30 | 17 | 6. | 10 | |
| 5 | 11 | 30 | 2 | 31 | 18 | 7. | 11 | 1070 |
| | | | *Post quem V AMBRI, an. 12.* | | | | | |
| 6 | 12 | 31 | 1 | 32 | 19 | 8. | 12 | |
| 7 | 13 | 32 | 2 | 33 | 20 | 9. | 13 | |
| 8 | 14 | 33 | 3 | 34 | 21 | 10. | 14 | |
| 9 | 15 | 34 | 4 | 35 | 22 | 11. | 15 | |
| 10 | 16 | 35 | 5 | 36 | 23 | 12. | 16 | |
| 11 | 17 | 36 | 6 | 37 | 24 | 13. | 17 | |
| 12 | 18 | 37 | 7 | 38 | 25 | 14. | 18 | |
| 13 | 19 | 38 | 8 | 39 | 26 | 15. | 19 | |
| 14 | 20 | 39 | 9 | 40 | 27 | 16. | 20 | |
| 15 | 21 | 40 | 10 | 41 | 28 | 17. | 21 | 1080 |
| | | | | *Ægyptiorum* [c] *NE-* | | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων λγ', ἐβασίλευσεν ΟΦΡΑΤΑΙΟΣ ἔτη κ'. Ex Syncell. pag. 127.

Λακεδαιμονίων ς', ἐβασίλευσεν ΑΓΗΛΑΟΣ ἔτη μδ'. Syncell. pag. 148.

Τέταρτος ἐβασίλευσε τοῦ Ἰσραὴλ ΗΛΑ ἔτη β'. Chron. Pasch. pag. 77.

Πέμπτος ΑΜΒΡΙ ἔτη ιβ'. Chronic. Pasch. pag. 78.

Αἰγυπτίων γ', ἐβασίλευσε ΝΕΦΕΡΧΕΡΗΣ ἔτη δ'. Eusebius apud Syncell. pag. 59.

Ἀθηναίων ε', ἐβασίλευσε ΦΟΡΒΑΣ ἔτη λ'. Syncellus pag. 148.

Κορινθίων ε', ἐβασίλευσε ΒΑΚΧΙΣ ἔτη λε'. Ἀφ' οὗ οἱ μετὰ τοῦτον βασιλεῖς ἐκλήθησαν Βακχίδαι. Syncellus pag. 144.

## NOTÆ.

[a] Jornandi *Ophratheus*, dicitur, Parmensi ms. A aliisque Palatinis, teste Schurzfleischio, *Ophrates*. Syncellus ex Africano uno anno plus, sive 21 ei tribuit

[b] Josepho Antiquit. lib. VIII, cap. 6, Ἦλανος nuncupatur, ut et Ἀμαρῖνος, qui subsequitur, et qui in Palatinis quoque tribus mss. *Amrias dicitur*.

[c] Africano Νεφελχερης dicitur : Syncello ex vetere Chronico Νεφεχέρης : quamquam apud eum et inverso ordine subsequenti Amenophi postponitur, ac duobus supra aliorum rationes regni annis donatur.

[d] Meminit laudatus Scaligero Pausanias Eliacor. poster. cap. 19, ejus temporis, *cum Phorbas summæ Reipublicæ apud Athenienses præesset* : Ἀθήνησιν ἄρχοντος Φόρβαντος.

[e] Ex Parmensi et primo Palatino. Antea erat *Bacis*, et *Bacidæ*, apud Scaligerum æque bene *Bachiadæ*. Luculenter Diodorus Siculus apud Syncellum, *Bacchis nobilitate cunctos majores supereminuit, ideoque evenit*, τοὺς μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντας, οὐκέτι Ἡρακλείδας, ἀλλὰ Βακχιάδας προσαγορεύεσθαι, *ut qui deinceps regnum tenuerunt, non Heraclidæ amplius, sed Bacchiadæ appellarentur*. Nimirum Aletæ posteri hactenus dicti Heraclidæ : quod significare voluit et Pausanias in Corinthiacis cap. 4, ubi Heraclidarum ab Aleto quinque ætates, totidemque alias Bacchiadarum a Bacchi supputat. De his Strabo lib. VIII, pag. 580, διακοσία ἔτη σχεδόν τι κατέσχον τὴν ἀρχὴν, *ducentis fere annis imperium obtinuerunt*. Plura hac de re Sylburgius ad Pausan. Eliacor. lib. I, cap. 19, quæ, teste Schurzfleischio, digna lectu sunt.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | *PHERCHERES, ann. 4.* | *Latinorum IX,* [d] *CARPENTUS SYLVIUS, an. 13. (Hic fuit filius regis superioris Capis).* | | | |
| 16 . . . | 22 . . . . . | 41 . . . . . *Hebræor. Judæ VI, JOSAPHAT, an. 25.* | 11 . . . | 1 . . . | 1 . . . | 18. . . | 22 . . . | |
| 17 . . . | 23 . . . . . | 1 . . . . . | 12 . . . *Hebræor. Israel VI, ACHAB, an. 22.* | 2 . . . | 2 . . . | 19. . . | 23 . . . | |
| 18 . . | 24 . . . . . | 2 . . . . . | 1 . . . | 3 . . . | 3 . . . | 20. . . | 24 . . . | |
| 19 . . . | 25 . . . . . | 3 . . . . . | 2 . . . | 4 . . . *Ægyptiorum* [c] *AMMENOPHIS, an. 9.* | 4 . . . | 21. . . | 25 . . . | |
| 20 . . . *Assyriorum XXXIV,* [a] *OPHRATANES, an. 50.* | 26 . . . . . | 4 . . . . . | 5 . . . | 1 . . . | 5 . . . | 22. . . | 26 . . . | |
| 1 . . . | 27 . . . . . | 5 Apud Hebræos prophetabant [b] Abdias, Hieu, Ozias, et Michæas. | 4 . . . | 2 . . . | 6 . . . | 23. . . | 27 . . . | |
| 2 . . . | 28 . . . . . | 6 . . . . . | 5 . . . | 3 . . . | 7 . . . | 24. . . | 28 . . . | |
| 3 . . . | 29 . . . . . | 7 . . . . . | 6 . . . | 4 . . . | 8 . . . | 25. . . | 29 . . . | |
| 4 . . . | 30 . . . . . | 8 . . . . . | 7 . . . | 5 . . . | 9 . . . | 26. . . | 30 . . . | |
| 5 . . . | 31 . . . . . | 9 . . . . . | 8 . . . | 6 . . . | 10 . . . | 27. . . | 31 . . . | 1090 |
| 6 . . . | 32 . . . . . | 10 Pseudoprophetæ erant | 9 . . . | 7 . . . | 11 . . . | 28. . . | 32 . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων λδ', ἐβασίλευσεν ΟΦΡΑΚΤΕΝΗΣ ἔτη ν'. Ex Scaligeri Collectaneis.

Ἑβραίων τοῦ Ἰούδα ἐβασίλευσεν ἕκτος ΙΩΣΑΦΑΤ ἔτη κε'. Ex Chron. Pasch. pag. 77.

Προεφήτευον Ἀβδιοῦ... Ἰηοῦ... Ὀζιήλ, καὶ Μιχαίας. Chronic. Pasch. ibidem.

Ψευδοπροφῆται δὲ Σεδεκίας, Ἐλιέζερ καὶ ἕτεροι. Syncell. pag. 149, et Chron. Pasch. pag. 77.

Ἑβραίων τοῦ Ἰσραὴλ ἕκτος ἐβασίλευσε ΑΧΑΑΒ ἔτη κβ'. Idem pag. 78.

Αἰγυπτίων δ', ἐβασίλευσε ΑΜΕΝΩΦΘΙΣ ἔτη θ'. Euseb. apud Syncell. pag. 59.

Λατίνων θ', ἐβασίλευσε ΚΑΛΠΕΤΟΣ ἔτη ιγ'. Ex Scaligeri Collectaneis.

## NOTÆ.

[a] Plano abit in diversa Africanus, sive Syncellus, ab Eusebio in hujus et subsequentis, postremorum Assyriæ regum, nominibus, regnique eorum annis recensendis. Hic illi dicitur Ἐφεχερής, *Ephecheres*, cui et annos 52 tribuit. Noster, quod credere par est, sua ex aliis atque illi monimentis Veterum hausit. Nemo sane facile credat, quod obloquitur Scaliger, excidisse verum nomen Eusebio, adhuc prioris Ophrataei nomen in animo habenti. In primo Palatino *Ofraganes*, in reliquis *Ofratanes* scribitur. Jornandes bis aspirat *Ophratanem*, Scaliger *Ophratenem* maluit. Variat et Græce Ἐφαχερῆς, et Ἐφεχεσής.

[b] Augustin. lib. XVIII de Civit. Dei cap. 31: *Tres Prophetæ de minoribus, Abdias, Naum, et Ambacum, nec sua tempora dicunt ipsi, nec in Chronicis Eusebii et Hieronymi quando prophetaverint invenitur. Abdias enim positus est quidem ab eis cum Michæa, sed non eo loco ubi notantur tempora, quando Michæam prophetasse ex ejus litteris constat: quod errore negligenter describentium labores alienos, existimo contigisse. Duos vero alios commemoratos, in codicibus Chronicorum, quos habuimus, non potuimus invenire.* Hieronymus tamen in Abdiam c. I, *Hunc*, inquit, *esse aiunt Hebræi, qui sub rege Samariæ Achab, et impiissima Jezabel pavit centum prophetas in specubus, qui non curvaverunt genu ante Baal:* quibus plane confirmat, eum fuisse ætate Josaphat regis Juda. Facile vero Augustinus, quod ipsemet suspicatur, mendoso utebatur exemplari.

[c] Penes Africanum, nisi scribarum illud est mendum, Ἀμενενωφθής appellatur, in vetere Chronico apud Syncellum Ἀμμενώφης. In Latinis quoque libris *Ammonephas*, et *Amenophas*, et *Amenophthis*, ut in primo Palatino ms. reperire est. Dictum quoque alias ad horum seriem Regum de varia nominis hujus scriptura.

[d] Neque hic potuit abs Syncello excudi. In primo Palatin. ms. annotante Schurzfleischio, *Carpentius*, penes Cobelinum Personam et Sichardum, *Capetus*, ad libri oram, *al. Carpentus*, et *Calpetus*. Postremam hancce scripturam, quam et Scaliger in Græco præfert, veteris metaplasmi litterarum *a* in *al*, exempla multa confirmant. De more autem Scaliger uno sensu habet, *Carpentus Silvius superioris regis Capis filius annis* 13.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Sedechias, [b] Eliezer. | | | | | | |
| 7 . . . | 33 . . . . . . | 11 . . . . . | 10 . . . | 8 . . . | 12 . . . | 29. . . | 33 . . . | |
| 8 . . . | 34 . . . . . . | 12 . . . . . | 11 . . . | 9 . . . | 13 . . . | 30. . . | 34 . . . | |
| | | | | *Ægyptiorum* [c] *OSOCHOR, ann.* 6. | *Post quem X, TIBERINUS SYLVIUS* [e] *an.* 8. (*Tiberinus Carpenti filius a quo et fluvius appellatus est Tiberis, qui prius Albula dicebatur.*) | | | |
| 9 . . . | 35 . . . . . . | 13 . . . . . | 12 . . . | 1 . . . | 1 . . . | 31. . . *Atheniensium VI,* [f] *MEGACLES, an.* 30. | 35 . . . *Corinthiorum VI, AGELAS, ann.* 30. | |
| 10 . . . | 36 . . . . . . | 14. . . . . | 13 . . . | 2 . . . | 2 . . . | 1. . . | 1 . . . | |
| 11 . . . | 37 . . . . . . | 15. . . . . | 14 . . . | 3 . . . | 3 . . . | 2. . . | 2 . . . | |
| 12 . . . | 38 . . . . . . | 16 . . . . . | 15 . . . | 4 . . . | 4 . . . | 3. . . | 3 . . . | |
| 13 . . . | 39 . . . . . . | 17 . . . . . | 16 . . . | 5 . . . | 5 . . . | 4. . . | 4 . . . | |
| 14 . . . | 40 . . . . . . | 18 . . . . . | 17 . . . | 6 . . . | 6 . . . | 5. . . | 5 . . . | |
| | | | | *Ægyptiorum* [d] *PSINACES, ann.* 9. | | | | |
| 15 . . . | 41 Quarto [a] mare obtinuerunt Rhodii, an. 23. | 19 . . . . . | 18 . . . | 1 . . . | 7 . . . | 6. . . | 6 . . . | 1100 |
| 16 . . . | 42 . . . . . . | 20 . . . . . | 19 . . . | 2 . . . | 8 . . . | 7. . . | 7 . . . | |
| | | | | | *Latinor. XI, AGRIPPA SYLVIUS, Tiberini filius, an.* 40. | | | |
| 17 . . . | 43 . . . . . . | 21 . . . . . | 20 . . . | 3 . . . | 1 . . . | 8. . . | 8 . . . | |
| 18 . . . | 44 . . . . . . | 22 . . . . . | 21 . . . | 4 . . . | 2 . . . | 9. . . | 9 . . . | |
| | *Lacedæmonior. VII, ARCHELAUS, an.* 60. | | | | | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τέταρτοι ἐθαλασσοκράτησαν Ῥόδιοι ἔτη κγ'. Syncell. pag. 145.

Λακεδαιμονίων ζ', ἐβασίλευσεν ΑΡΧΕΛΑΟΣ ἔτη ξ'. Syncell. pag. 148.

Αἰγυπτίων ε', ἐβασίλευσεν ΟΣΟΧΩΡ ἔτη ς'. Euseb. apud Syncell. pag. 59.

Αἰγυπτίων ς', ἐβασίλευσε ΨΙΝΑΧΗΣ ἔτη θ'. Eusebius apud Syncell. pag. 59.

Λατίνων ι', ἐβασίλευσε ΤΙΒΕΡΙΟΣ ἔτη να'. Ἀφ' οὗ ποταμὸς Τίβερος προσηγορεύθη, ὁ πρὶν Ἀλβᾶς καλούμενος. Syncell. pag. 147.

Λατίνων ια', ἐβασίλευσεν ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΣΙΛΟΥΙΟΣ ἔτη μ'. Ex Scaligeri Collectaneis.

Ἀθηναίων ς', ἐβασίλευσε ΜΕΓΑΚΛΗΣ ἔτη κη'. Syncell. pag. 148.

Κορινθίων ς', ἐβασίλευσεν ΑΓΕΛΑΣ ἔτη λ'. Syncell. pag. 144.

## NOTÆ.

[a] Juxta aliorum sententias quintos in maris dominatu Rhodios dici, notatum Syncello est.

[b] Haud satis jure suspectum hunc habet Scaliger, cum monimenta, e quibus Eusebius hausit, nos lateant.

[c] Hic in vetere apud Syncellum Chronico desideratur : anni autem hujus sex Nephecheri tribuuntur.

[d] Antea mendose lectum *Spinaces*: in aliquot mss. teste Schurzfleischio, *Pinaces*, ferme juxta Africanum Πιναχής, legitur.

[e] Syncellus, ut vides, ad quinquaginta unum usque elargitur. Et Scaliger quidem pro νο', quæ una antea erat numeralis nota, commode reposuit κ' ad Hieronymianæ interpretationis exemplar, similitudine etiam η et ν litterarum adductus. Verum contra Syncelli mentem factum id esse, reliquæ rationes, A et regiarum ætatum summa manifesto evincit. Mox pro *Carpenti*, quod restituimus ex Parmensi ms., haud cohærenter, *Capeti* retinuerat Pontacus. Scaliger, expuncto altero nomine, *Tiberinus*, utramque ῥῆσιν de more uno sensu nectit. Postremum verbum *dicebatur*, pro quo *vocabatur* apud Scaligerum, in Parmensi aliisque codicibus reticetur. Græcum reliquum textum ita restitui jubet Schurzfleischius, Ἀφ' οὗ καὶ ὁ ποταμὸς Τίβερις προσηγορεύθη, ὁ τὸ πρὶν Ἄλβουλα καλούμενος. Omnino enim Τίβερος, et Ἀλβᾶς corrupta nomina esse judicat, et Goarum id genus menda dissimulantem satis acerbe perstringit. Cæterum nota historia ex Livio, Eutropio, atque aliis.

[f] Quod solos, ut vides, annos 28, Syncellus huic tribuit, ab aliorum fide monimentorum discedit.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 19 | 1 | 23 | 22 | 5 | 3 In [d] Latina historia ad verbum hæc scripta reperimus : *Agrippa apud Latinos regnante, Homerus in Græcia claruit, ut testantur Apollodorus Grammaticus, et Euphorbus Historicus, ante urbem Romanam conditam an. 124, et ut ait Cornelius Nepos, ante Olympiadem primam, an.* 100. | 10 | 10 | |
| | | | *Hebræor. Isr. VII, OCHOZIAS, an.* 2. | | | | | |
| 20 | 2 | 24 | 1 | 6 | 4 | 11 | 11 | |
| 21 | 3 | 25 | 2 | 7 | 5 | 12 | 12 | |
| | | *Hebræor. Judæ VII, JORAM, an.* 8. | *Post quem VIII, JORAM, an.* 12. | | | | | |
| 22 | 4 | 1 | 1 Prophetabant Elias et [a] Elisæus. | 8 | 6 | 13 | 13 | |
| 23 | 5 | 2 | 2 | 9 | 7 | 14 | 14 | |
| | | | | *Ægyptiorum* [c] *PSUSENNES, an.* 35. | | | | |
| 24 | 6 | 3 | 3 | 1 | 8 | 15 | 15 | |
| 25 | 7 | 4 | 4 | 2 | 9 | 16 | 16 | 1110 |
| 26 | 8 | 5 | 5 | 3 | 10 | 17 | 17 | |
| 27 | 9 | 6 | 6 Elias [b] rapitur. | 4 | 11 | 18 | 18 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἑβραίων τοῦ Ἰούδα ζ, ἐβασίλευσεν ΙΩΡΑΜ ἔτη η'. Ex Syncell. p. 149, et Chron, Pasch. p. 78.

Μετὰ Ἀχαὰβ ἕβδομος ἐβασίλευσε τῷ Ἰσραὴλ ΟΧΟΖΙΑΣ ἔτη β. Chron. Pasch. pag. 79.

Μετὰ Ὀχοζίαν ὄγδοος ἐβασίλευσε τοῦ Ἰσραὴλ ΙΩΡΑΜ... ἔτη ιβ. Chron. Pasch. pag. 80.

Προεφήτευον Ἠλίας... καὶ Ἐλισσαῖος. Ex Syncello pag. 149.

Ἠλίας ἐξ ἀνθρώπων ἀπῆλθεν. Chronic. Pasch. p. 78. Syncell. 149. Ἠλίας... ἀνελήφθη.

Αἰγυπτίων ζ, ἐβασίλευσε ΨΟΥΣΕΝΝΗΣ ἔτη λε'. Euseb. apud Syncell. pag. 59.

## NOTÆ.

[a] Hæc in Parmensi ms. periocha penitus desideratur : sed neque habetur continenti serie in Græco. Ad hæc *Elizeus* antea scribebatur.

[b] Atque hæc de Eliæ raptu Parmens. ms. ignorat.

[c] Corrupta lectio illa est Africani, qua solos ιδ', pro λ', ut ad oram libri emendatur, sive annos 14, pro 30, Psusenni tribuuntur : ac porro falsum est quod ait Scaliger, Eusebium 21 annos de suo dare, ut rationes suas æquet.

[d] Nemo non sentit istud ex Latina historia testimonium, non ab Eusebio additum fuisse, sed abs Hieronymo. Scaliger, qui hanc periocham biennio anticipat, injuria etiam accusat S. Scriptorem de quadraginta annorum προχρονισμῷ, quod annus 124 ante Romam conditam conveniat num. 1160. Ut enim se ita res habeat, non suo tamen ille sensu calculos istos posuit, sed quod ad Agrippæ regis ætatem testimonium pertinebat, ascripsit. Par ratio est, ubi de Cornelio Nepote, cujus supputatio ann. 100 ante primam olympiadem, num. 1138 refert : ideoque eo magis, quod licet non ab olympiadum epocha, sed ( ut testatur A. Gellius Noct. Attic. lib. XVII, c. 21) ab *annis circiter centum sexaginta ante Romam conditam*, Homeri ætatem Nepos constituat : annorum tamen juxta ejus rationes summa ab eodem illo num. Abrahamitico fuerit ineunda. Adeo non aliud Hieronymus hic loci, quam variorum sententias, *ad verbum ex Latina historia*, retulisse voluit. Et est revera apud Eutropium, *quod Silvii Agrippæ tempore in Græcia Homerus floruerit.* Cætera de Euphorbo historico, ut in Parmensi etiam ms. dicitur, præoccupavit Schurzfleischius, *Euphorbium*, inquiens, historicum nesciunt quidem eruditi. *Euphorbus* vocatur a primo Palatino, quomodo Marianus quoque legit. Rectissime Scaliger reposuit *Ephorus*, qui Tatiano, et Plutarcho, atque A. Gellio, de Homero scripsisse dicitur. Sane Εὔφορος pro Ἔφορος scriptum etiam invenies apud Eustathium ad Iliad. Δ, p. 363, tametsi indicis in hunc Scholiastam auctores apud Fabricium lib. XI Bibliothecæ Græcæ, tamquam diversum ab Ephoro scriptorem, eum considerarint. Novi tamen alios, qui malunt *Euphorion* in Hieronymo rescribere. Suspicantur enim eum in ἀπάκτοις suis hac de re egisse. Et verum est, quod et ipse sæpius ἱστορεῖ, ut apud Scholiastam Pindari ad Πυθ. β', ὑποθέσει, et Eustathium ad Od. Υ, p. 1870, dicatur. Verum illi abundent suo sensu. Nos, cum Scaligero facere, tutius putamus. De Ephoro enim constat, quod Hesiodum Homero Hesiodi ἀνεψίῳ, multo majorem esse voluerit, istiusque ætatem ad numerum Abrahami 881 retulerit. Vide Syncellum edit. Paris. pag. 173, et quæ ad num. 1207 dicemus. Contra Euphorion apud Clementem Alexandrinum Homerum Gygis æqualem credidit, cujus regni initium Olympiadi XVIII, quæ incidit in num. 1309, assignavit.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 28 . . . | 10 . . . . . . | 7 . . . . . . | 7 . . . | 5 . . . | 12 . . . | 19. . . | 19 . . . | |
| 29 . . . | 11 . . . . . . | 8 . . . . . . *Postquem VIII, OCHOZIAS, anno* 1. | 8 . . . | 6 . . . | 13 . . . | 20. . . | 20 . . . | |
| 30 . . . | 12 . . . . . . | 1 . . . . . . *Post quem IX, GOTHOLIA mater, annis* [b] 7. | 9 . . . | 7 . . . | 14 . . . | 21. . . | 21 . . . | |
| 31 . . . | 13 . . . . . . | 1 Jonadab filius Rechab clarus habetur. | 10 . . . | 8 . . . | 15 . . . | 22. . . | 22 . . . | |
| 32 . . . | 14 . . . . . . | 2 . . . . . . | 11 . . . | 9 . . . | 16 . . . | 23. . . | 23 . . . | |
| 33 . . . | 15 . . . . . . | 3 . . . . . . | 12 . . . *Post quem IX, HIEU, an.* 28. | 10 . . . | 17 . . . | 24. . . | 24 . . . | |
| 34 . . . | 16 . . . . . . | 4 Joade [*Al.* Joiadas] [c] apud Hebræos insignissimus habetur pontifex, qui solus post Mosen vixit an. 130. | 1 . . . | 11 . . . | 18 . . . | 25. . . | 25 . . . | |
| 35 . . . | 17 . . . . . . | 5 . . . . . . | 2 . . . | 12 . . . | 19 . . . | 26. . . | 26 . . . | 1120 |
| 36 . . . | 18 . . . . . . | 6 . . . . . . | 3 . . . | 13 . . . | 20 . . . | 27. . . | 27 . . . | |
| 37 . . . | 19 . . . . . . | 7 . . . . . . *Post quam X, JOAS, an.* 40. | 4 . . . | 14 . . . | 21 . . . | 28. . . | 28 . . . | |
| 38 . . . | 20 . . . . . . | 1 . . . . . . | 5 . . . | 15 . . . | 22 . . . | 29. . . | 29 . . . | |
| 39 . . . | 21 . . . . . . | 2 . . . . . . | 6 . . . | 16 . . . | 23 . . . | 30. . . *Atheniensium VII,* [d] *DIOGNETUS, an.* 28. | 30 . . . *Corinthiorum VII,* [e] *EUDEMUS, an.* 28. | |
| 40 . . . | 22 Quinto mare obtinuerunt [a] Phryges an. 25. | 3 . . . . . . | 7 . . . | 17 . . . | 24 . . . | 1. . . | 1 . . . | |
| 41 . . . | 23 . . . . . . | 4 . . . . . . | 8 . . . | 18 . . . | 25 . . . | 2. . . | 2 . . . | |
| 42 . . . | 24 . . . . . . | 5 . . . . . . | 9 . . . | 19 . . . | 26 . . . | 3. . . | 3 . . . | |
| 43 . . . | 25 . . . . . . | 6 . . . . . . | 10 . . . | 20 . . . | 27 . . . | 4. . . | 4 . . . | |
| 44 . . . | 26 . . . . . . | 7 . . . . . . | 11 . . . | 21 . . . | 28 . . . | 5. . . | 5 . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Φρύγες πέμπτοι ἐθαλασσοκράτησαν ἔτη κε'. Sync. pag. 145.

Μετὰ Ἰωρὰμ, ὄγδοος ἐβασίλευσε τοῦ Ἰούδα ΟΧΟΣΙΑΣ ἔτος ἕν. Ex Chronic. Paschal. pag. 79, et Syncell. pag. 150.

Μετὰ Ὀχοζίαν ἐβασίλευσεν... ἡ μήτηρ αὐτοῦ ΓΟΘΟΛΙΑ ἔτη ζ'. Ex Chron. Pasch. 79 et Sync 150.

Ἰωναδὰβ υἱὸς Ῥηχὰβ ἐγνωρίζετο. Chronic. Pasch. pag. 80.

Ἰωδαὲ παρ' Ἑβραίοις ἀρχιερεὺς ἐγνωρίζετο μόνος μετὰ Μωϋσέα βιώσας ἔτη ρλ'. Chron. Pasch. pag. 81.

Μετὰ Γοθωλίαν ἐβασίλευσεν ΙΩΑΣ ἔτη μ'. Ex Chron. Paschal. pag. 81, et Sync. 150.

Μετὰ Ἰωρὰμ, ἔννατος ἐβασίλευσε τοῦ Ἰσραὴλ ΙΗΟΥ ἔτη κη'. Chronic. Pasch. pag. 81.

Ἀθηναίων ζ', ἐβασίλευσε ΔΙΟΓΝΗΤΟΣ ἔτη κη'. Ex Syncell. pag. 148.

Κορινθίων ζ', ἐβασίλευσεν ΕΥΔΗΜΟΣ ἔτη κϛ'. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

[a] Pro *Phryges* ms. Parmensis *Phrygenas* habet, ut et tres Palatini, totidemque Pontaco laudati codices, unus Palat. *Phrygene :* in quem locum probe notatum ante nos Schurzfleischio, fortasse legendum *Phrygiani*, ex Stephano juxta Salmasii emendationem, τὸ ἐθνικὸν Φρὺξ, καὶ Φρύγιος καὶ Φρύγιανός. Ad hæc, cum addat Syncellus Græcis Eusebii, κατὰ δέ τινας ϛ', ut vox ἔτη desit, videri Casaubono ad Polyb. p. 194, illud ϛ' non pro *sex* annor. nota accipiendum, sed pro ἕκτοι, ut sensus sit, *juxta quosdam, sextos* pro *quintos* dici Phrygas dominos maris : quod est quidem ex Syncelli contextu verosimillimum. Cæterum hanc periocham Scaliger in Latino post duos, in Græcis post tres annos differt.

[b] In Parmensi ms. *Athalia* scribitur : solos autem *sex* annos ei tribuunt tum ipsum, quod laudamus, Paschale Chronicon, tum S. Theophilus ad Autolycum lib. III, cap. 24. Et septimo tamen regni sui anno cæsam Athaliam II Paralip. XXIII, I et seq., et II Reg. XI, 4 et seq., legere est; atque ipse ita alias in Præpar. Evangelica Eusebius statuit. Exaggerat S. Clemens ad usque ὀκτὼ elargitus.

[c] Mosem solos 120 annos vixisse, ex Deuteron. cap. XXXIV colligas. Alii, quod minime diffitemur, centum viginti et quinque ei tribuunt. Verum cum Eusebio I Paralipomen. cap. XXIV, 15, et laudatus Scaligero Suida ρλ', *centum triginta..*

[d] Antea erat *Diogenetus*, quod nomen ad melioris notæ mss. fidem, Græcumque textum etiam in marmore Arundelliano emendavimus in *Diognetum*.

[e] Invenit Schurzfleischius scriptum in primo Palatino ms. *Eudamon, vel Eudamus*. Ipse putat *Eudamus* Δωριστὶ, pro Εὔδαμος scriptum : nam et Εὔδημος dicitur Diodoro Siculo, et Syncello ; quamquam ibi Goarus de suo Εὔδημος reposuerit.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 45 | 27 [b] Lycurgus insignis habetur. | 8 | 12 | 22 | 29 | 6 | 6 | 1130 |
| 46 | 28 | 9 Hebræorum propheta [c] Zacharias occiditur. | 13 | 23 | 30 | 7 | 7 | |
| 47 | 29 | 10 | 14 | 24 | 31 | 8 | 8 | |
| 48 | 30 | 11 | 15 | 25 | 32 | 9 | 9 | |
| 49 | 31 | 12 | 16 | 26 | 33 | 10 | 10 | |
| 50 | 32 | 13 | 17 | 27 | 34 | 11 | 11 | |
| *Assyriorum XXXV, [a] ACRAZAPES, an. 42.* | | | | | | | | |
| 1 | 33 | 14 | 18 | 28 | 35 | 12 | 12 | |
| 2 | 34 | 15 | 19 | 29 | 36 | 13 | 13 | |
| 3 | 35 | 16 | 20 | 30 | 37 | 14 | 14 | |
| 4 | 36 | 17 | 21 | 31 | 38 | 15 | 15 | |
| 5 | 37 | 18 | 22 | 32 | 39 | 16 | 16 | 1140 |
| 6 | 38 | 19 | 23 | 33 | 40 | 17 | 17 | |
| | | | | | *Latinorum XII, AREMULUS SYLVIUS an. 19.* | | | |
| 7 | 39 | 20 | 24 | 34 | 1 Sylvius Aremulus, sive [d] Remulus, Agrippæ superioris regis filius, præsidium Albanorum inter montes, | 18 | 18 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων λε', ἐβασίλευσεν ΑΚΡΑΓΑΝΗΣ ἔτη μβ. Syncell. pag. 127.

Λυκοῦργος ἐγνωρίζετο. Ex Syncell. pag. 48.

Παρ' Ἑβραίοις Ζαχαρίας ὁ προφήτης ἀναιρεῖται, κ. τ. λ. Syncell. pag. 150.

Λατίνων ιβ', ἐβασίλευσεν ΑΡΕΜΟΥΛΟΣ ΣΙΛΟΥΙΟΣ ἔτη ιθ'. Οὗτος ἐκεραυνώθη διὰ πολλὴν ἀσέβειαν. Ex Sync. pag. 148.

## NOTÆ.

[a] Quemadmodum in vetustioribus editis, et duobus Palatinis mss. libris, ita et in Parmensi *Ocrazapes* hic dicitur, et Græce semel Ὀχραζάπης Scaligero. Cæterum et *Acratabes*, et *Octazapes*, et juxta Africanum *Acracarnes*, præter Ἀκραγάνην Syncelli, apud alios appellatur. Jubet Schurzfleischius inquiri, num hic sit *Asbazareth* ille magnus, qui memoratur II Esr. v, 69.

[b] Lycurgum floruisse ante primam olympiadem ἔτεσιν ἑκατὸν, πεντήκοντα, *ann.* 150, Clemens Strom. I scribit. Tatianus vero apud ipsum Clementem, solis ἑκατὸν, *centum* : quod congruit num. 1140 post hunc annis ferme decem. Quæ levis quidem momenti differentia, fortasse etiam debet levioris esse, sive annor. tantummodo sex : siquidem hanc periocham post adhuc annos quatuor, seu ad num. 1134. Palat. primus ms. cæteris præstantior omnibus differt. Scaliger post duos tantum, qui tamen in eo splendide fallitur, quod contendit, sine dubio, ut ejus verbo utar, deesse in Trojano quinquaginta illos annos, quos Clemens insuper addidit, eamque notam congruere Eusebiano num. 1091. Atqui penitus econtrario, Clementem suo sensu exaggerasse, vel esse de ipso Lycurgi ortu accipiendum, nihil vero addendum textui Tatiani, quem facile in animo habebat Eusebius, ex aliorum testimoniis evincitur. Nimirum idem ille Dieuchidas, quem Clemens, ex eoque Scaliger laudant, ἐν τετάρτῳ Μεγαρικῶν περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἐνενηκοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἁλώσεως τὴν ἀκμὴν Λυκούργου φέρει : *sentit circa ducentesimum nonagesimum annum a Troja capta Lycurgum floruisse.* Vix quinque demum annis minus quam Tatianus. Sed et Eusebius ipsemet alias lib. x Præparat. Evang. c. 3, multum quidem post Trojæ casum, ante olympiadas autem solis ἔτεσιν ἑκατὸν, Lycurgum, refert. Ad hæc laudati Scaligero, Phlegon, qui a Lycurgo ad primam olympiadem putat annos 118, et propius ad verum Porphyrius, qui solos 108 ponit. Verum multæ erant de Lycurgi ætate atque invicem diversæ Veterum sententiæ ; nec desunt qui solis 30 annis prima olympiade antiquiorem eum faciant cum Thucydide, cujus videsis Annales a Dodwello adornatos pag. 39. Cum primis vero consule Meursium lib. II cap. 1 Miscellan. Lacon.

[c] Pontacus in Corrigendis, pro *Zacharias* rescribendum *Azarias* jussit, cui tamen emendationi mss. non suffragantur. Videndus, quem laudat et Scaliger, Hieronymus, in Matth. XXIII, 35. Eadem ῥῆσις bis infra occurrit.

[d] Tres Palat. mss., *sive Romulus*, teste Schurzfleischio, qui *et Romulum Silvium* dici Livio, annotat; cæteris, Aurelio scilicet Victori c. 18, Orosio lib. I c. 22, Syncello, atque aliis *Aremulum.* Ovidio lib. IV Fastor., *Remulum.* Dionysius Halicarn. Ἀλλάδην, sive, Ἀλλάδιον vocat : Orosius solos 18 ei annos regni impertitur. Quæ subsequuntur de præsidio Albanorum, etc., Scaliger sentit abs Hieronymo addita fuisse ex historia Latina, ea nimirum de causa, quod tantum illa, *ob impietatem fulminatus interiit*, Græce apud Syncellum supersint. Laudati auctores de hoc ipso mortis genere inter se dissentiunt. Hiatu terræ absorptum fuisse, prolapsa simul cum eo regia in Albanum lacum, vetustiores tradiderunt.

| Assyrior. | Lacedæmonior. | Hebr. Judæ. | Hebr. Isr. | Ægyptior. | Latinorum. | Athen. | Corinth. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | ubi Roma, nunc est posuit, qui ob impietatem postea fulminatus interiit. Hujus filius fuit Julius proavus Julii Proculi, qui cum Romulo Romam commigrans fundavit Juliam gentem. | | | |
| 8 | 40 | 21 | 25 | 35 | 2 | 19 | 19 | |
| | | | | *Ægyptiorum XXII, dynastia* [a] *SENSCORIS, an.* 21. (Hujus [b] Senscoris Ægyptii regis pater fuit Siparis. Hunc ferunt quidam post mortem, ab Ægyptiis deum nuncupatum, eumque Serapin appellatum.) | | | | |
| 9 | 41 | 22 | 26 | 1 | 3 | 20 | 20 | |
| 10 | 42 | 23 | 27 | 2 | 4 | 21 | 21 | |
| 11 | 43 | 24 | 28 | 3 | 5 | 22 | 22 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγυπτίων εἰκοστὴ δευτέρα δυναστεία. α', ΣΕΣΕΓΧΩΣΙΣ, ἔτη κα'. Eusebius apud Sync. pag. 59.

## NOTÆ.

[a] Mira hujus nominis ποικιλογραφία. In ms. Parmensi *Sensecorus*, in Palatino primo *Sesonchosis*, in aliis *Sensecoris* dicitur. Scaligero *Sysonchosis* : in Græcis Africano Σέσογχις, Eusebio ac Syncello Σεσέγχωσις : tametsi qui huic ordini apud Syncellum respondet, *Petuhastes* proprie sit, cui et annos quadraginta quatuor impertitur. Impressa lectio vetustiorum, et Sichardinæ editionis est. Cætera *Sesonchim*, ut aliis appellatur, sunt qui *Susachim* illum S. Scripturæ, de quo paulo superius ex Eusebii mente dicebamus, esse velint. Et maxima quidem nominis similitudo intercedit : notatumque præterea cl. Perizonio, abs Josepho de Bel. Jud. VII, 18, Sesacum ipsum appellari Ἀσωχαῖον, vel forte Σασωχαῖον, quod nomen convenit quam maxime cum *Asychi* Herodoti II, 136; hunc autem ab ipso Herodoto in tale tempus conferri, quod possit in Salomonis regnum congruere. Nihilosecius incertum hoc esse ex nominum similitudine argumentum, atque oppido incertiorem temporum in universum componendorum rationem : Eusebium porro cum ad Smendis an. 12 refert *Susachimi regis Ægypti* historiam, videri, pro eodem Smendim ac Susachim habuisse. Postremum quidem istud minime nobis probatur, et salva tamen, ut ubi ostendimus, res est. Verum et Scaliger ipse, cum pridem, ut diximus, arbitratus esset, Susachim non alium esse, quam præcedentis proxime dynastiæ ultimum Susemnem, atque ita Manethonis dynastias aptasset, ut Roboami et Susemnis in idem tempus regna concurrerent : in Canonibus Isagogicis mutata sententia, hunc ipsum Sesonchim pro Susachim habet, qui fuerit Susemnis filius, et patre adhuc vivo, expeditionem illam in Judæam et Roboamum fecerit. Ejus autem ratiocinationi et calculis jure opponit laudatus Perizonius, ab omni ratione dynastiarum alienum esse, certe rarissimum, ut primus novæ dynastiæ rex fuerit ultimi superioris dynastiæ filius. Adjectus enim et ille superiori dynastiæ fuisset, ad quam æque ac pater referebatur. Deinde recedere hanc sententiam ab auctoritate Eusebii et Syncelli, ac niti solis annorum numeris, qui singulis regibus tribuuntur in dynastiis Manethonis. Eos vero diversos esse apud Africanum, Eusebium, et Syncellum, corruptos, atque incertos, ut adeo illis solis inniti non liceat. Cætera, quæ de hujus ætate regis erant ex Veterum placitis annotanda, Schurzfleischius præoccupavit. Sesonchosis, inquit, tempora, si Dicæarchum audimus, in annum ante primam olympiadem 2936 incidunt. Apollonii Scholiasta ad Argonaut. lib. IV, vers. 275 : Δικαίαρχος, inquit, ἐν πρώτῳ μετὰ τὸν Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος Ὧρον βασιλέα γεγονέναι Σεσόγχωσιν λέγει, ὥστε γίνεσθαι ἀπὸ τῆς Σεσογχώσιδος βασιλείας μέχρι τῆς Νείλου, ἔτη βφ', ἀπό δὲ τῆς τοῦ Νείλοῦ βασιλείας μέχρι τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος, ἔτη υλϛ', ὡς εἶναι ἑξῆς τὰ πάντα ὁμοῦ, ἔτη β ͵ϡλϛ'. Et paulo ante, Σεσόγχωσις Αἰγύπτου πάσης βασιλεὺς μετὰ Ὧρον τὸν Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος παῖδα. Et iterum : Θεόπομπος δὲ ἐν τρίτῳ Σέσωστριν αὐτὸν καλεῖ. Orus ille idem erat cum Serapide. Vide Plutarchum περὶ Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος libro; Eustathius ad Odyss. M. : Ὁμήρου φασὶ τὴν τροφὸν προφῆτίν τινα θυγατέρα Ὥρου, ἱερέως Ἴσιδος. Legendum videtur, υἱέως Ἴσιδος. Etiam Σεσύγχωρις olim fortasse lectum est. Vide Syncellum edit. Par. p. 60, et adde Goari chronographicum in Syncellum canonem p. 427, ubi tamen *Sesonchoris* vocatur. Sed et alius Ἀχεγχερής, Ori filius, in ejusdem χρονογρ., p. 151, habetur. Suidas, ΣΕΣΟΩΣΙΣ, ὄνομα κύριον. Ita puto a Diodoro Siculo Sesonchosin fuisse appellatum: quemadmodum Paulinus apud Ausonium *Sesoostrem* eum nominavit. His adjice, quæ Marshamus in Canone chronico a p. 370 de eodem rege observavit. Confer et cl. Perizonium Ægypt. Origin. c. 17, ex illo Dicæarchi testimonio dudum laudato, pro suo Sesostride multis edisserentem.

[b] Prætermittit Scaliger hæc omnia de Senscoris filio Sipari in deos relato, ac Serapin cognominato : quæ quidem et a Parmensi ms. aliisque duobus Palatinis absunt. Nihilominus non videntur repudianda, cum plerique libri alii omnes fide sua esse jubeant. Schurzfleischius putat, si ab alia manu sunt, a manu sane esse librarii alicujus haud indocti : cum non absimilia legere sit apud Syncellum edit. Par. p. 73, ubi Ægyptios reges, τῆς πάλαι Μεστραίας recensens, septimum *Serapin*, octavum *Sesonchosin* ponit. Denuo confer cl. Perizonium loco laudato.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Jud.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | *Hebræor. Israel X, JOACHAB annis* 17. | | | | | |
| 12 | 44 | 25 Helisæus propheta moritur. | 1 | 4 | 6 | 23 | 23 | |
| 13 | 45 | 26 | 2 | 5 | 7 | 24 | 24 | |
| 14 | 46 | 27 | 3 | 6 | 8 | 25 | 25 *Corinthiorum VIII,* [e] *ARISTOMEDES, an.* 35. | |
| 15 | 47 Sexto [a] mare obtinuerunt Cyprii an. 32. | 28 | 4 | 7 | 9 | 26 | 1 | 1150 |
| 16 | 48 | 29 | 5 | 8 | 10 | 27 | 2 | |
| 17 | 49 | 30 | 6 | 9 | 11 | 28. *Atheniensium VIII,* [d] *PHERECLUS, an.* 19. | 3 | |
| 18 | 50 | 31 | 7 | 10 | 12 | 1 | 4 | |
| 19 | 51 | 32 | 8 | 11 | 13 | 2 | 5 | |
| 20 | 52 | 33 | 9 | 12 | 14 | 3 | 6 | |
| 21 | 53 | 34 | 10 | 13 | 15 | 4 | 7 | |
| 22 | 54 | 35 | 11 | 14 | 16 | 5 | 8 | |
| 23 | 55 | 36 Zacharias [b] propheta a rege Joas interficitur. | 12 | 15 | 17 | 6 | 9 | |
| 24 | 56 | 37 | 13 | 16 | 18 | 7 | 10 | |
| 25 | 57 | 38 | 14 | 17 | 19 *Latinorum XIII, AVENTINUS SYLVIUS, an.* 37. (Aventinus [c] Remuli superioris regis major filius, in eo monte qui nunc pars Urbis est, mortuus et sepultus æternum loco vocabulum dedit.) | 8 | 11 | 1160 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἐλισσαῖος προφήτης ἐτελεύτησεν. Syncell. pag. 150.

Ζαχαρίας ὁ προφήτης... ὑπὸ Ἰωὰς βασιλέως ἀνῃρέθη. Ex Chronic. Pasch. pag. 81.

Μετὰ Ἰηοῦ, δέκατος Ἑβραίων ἐβασίλευσε τοῦ Ἰσραὴλ ΙΩΑΧΑΖ ἔτη ιζ΄. Chron. Pasch. pag. 85.

Λατίνων ἐβασίλευσεν ιγ΄, ΑΒΕΝΤΙΝΟΣ ΣΙΛΟΥΙΟΣ ἔτη λζ΄. Scaliger in Collectaneis.

Ἀθηναίων η΄, ἐβασίλευσε ΦΕΡΕΚΛΗΣ ἔτη ιθ΄. Ex Syncell. pag. 148.

Κορινθίων η΄ ἐβασίλευσεν ΑΡΙΣΤΟΜΗΔΗΣ ἔτη λε΄. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

[a] Atque hæc Scaliger penitus omisit, ea, ut videtur, de causa, quod neque in Græco Syncellus servarit. Latini autem libri cum editi, tum mss., pari consensu habent, et ad hunc quidem locum : tametsi primus Palatin. *quinto* dicat pro *sexto*, et annos 25 præferat pro 32, quemadmodum ibi Antiquarius Salmasio laudatus in aliis quoque libris haberi notat. Etiam Eratosthenes apud Strabonem lib. XIV, sub finem, navium fabricationem et classium, ἤδη πλεομένης ἀδεῶς τῆς θαλάττης καὶ μετὰ δυνάμεων, Cypriis ascribit.

[b] In Parmensi ms. locus hic vacat : Scaliger bis recenset, id est, etiam ante annos sexdecim. Quod porro ex Petaviano codice assumentum laudat, laudat et A Pontacus in Notis. Confer hac de re ipsa, quæ dicta sunt nobis paulo superius.

[c] Scaliger legit *Aremuli :* tum, quod sane vitiosum est, et contra mss. fidem, tacet *major*, ubi dicitur, *major filius*. Historiam repete ex Eutropio, ex quo ipse videtur Hieronymus hausisse.

[d] Verior scriptura est *Pherecles*, ferme ut in primo Palatino ms. dicitur juxta Græcum. Scaliger tamen etiam ibi Φέρεκλον mavult.

[e] Perperam legit Scaliger *Aristodemus*, et in Græcis Collectaneis Ἀριστόδημος : nec recte codices duo Palatini *Restomedes*, editi vetustiores *Aristhemedes*. Videsis Diodorum apud Syncellum pag. 143, ubi solis tamen annis triginta regnasse ille dicitur : sed et

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Jud.* | *Hebr. Is.* | *Ægyptior.* | *Latinor.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ob Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 26 . . . | 58 . . . . . . | 39 . . . . . . | 15 . . . | 18 . . . | 1 . . . | 9. . . | 12 . . . | |
| 27 . . . | 59 . . . . . . | 40 . . . . . . | 16 . . . | 19 . . . | 2 . . . | 10. . . | 13 . . . | |
| | | *Hebræor. Judæ XI, AMASIAS annis* [c] 29. | | | | | | |
| 28 . . . | 60 . . . . . . | 1 . . . . . . | 17 . . . | 20 . . . | 3 . . . | 11. . . | 14 . . . | |
| | *Lacedæmonior. VIII,* [a] *TELECLUS, an.* 40. | | *Hebræor. Israel XI, JOAS, an.* 16. | | | | | |
| 29 . . . | 1 Carthaginem [b] hac ætate quidam conditam putant: alii vero ut supra memoravimus. | 2 . . . . . . | 1 . . | 21 . . . | 4 . . . | 12. . . | 15 . . | |
| | | | | *Ægyptior.* [d] *OSORTHON, an.* 15. | | | | |
| 30 . . . | 2 . . . . . . | 3 . . . . . . | 2 . . . | 1 . . . | 5 . . . | 13. . . | 16 . . . | |
| 31 . . . | 3 . . . . . . | 4 . . . . . . | 3 . . . | 2 . . . | 6 . . . | 14. . . | 17 . . . | |
| 32 . . . | 4 . . . . . . | 5 . . . . . . | 4 . . . | 3 . . . | 7 . . . | 15. . . | 18 . . . | |
| 33 . . . | 5 . . . . . . | 6 . . . . . . | 5 . . . | 4 . . . | 8 . . . | 16. . . | 19 . . . | |
| 34 . . . | 6 . . . . . . | 7 . . . . . . | 6 . . . | 5 . . . | 9 . . . | 17. . . | 20 . . . | |
| 35 . . . | 7 . . . . . . | 8 . . . . . . | 7 . . . | 6 . . . | 10 . . . | 18. . . | 21 . . . | 1170 |
| 36 . . . | 8 . . . . . . | 9 . . . . . . | 8 . . . | 7 . . . | 11 . . . | 19. . . | 22 . . . | |
| | | | | | | *Atheniensium IX,* [e] *ARIPHRON an.* 20. | | |
| 37 . . . | 9 . . . . . . | 10 . . . . . . | 9 . . . | 8 . . . | 12 . . . | 1 Sub Ariphrone Assyriorum regnum destructum, [f] ut | 23 . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λακεδαιμονίων η', ἐβασίλευσε ΤΗΛΕΚΤΟΣ ἔτη μ'. Syncell. pag. 148.

Τοῦ Ἰούδα ια', ἐβασίλευσεν ἈΜΑΣΙΑΣ ἔτη κθ'. Ex Syncell. pag. 159, et Chronic. Pasch. pag. 82.

Τοῦ Ἰσραὴλ ια', ἐβασίλευσεν ἸΩΑΣ ἔτη ις'. Syncell. pag. 161.

Αἰγυπτίων β', ΟΣΩΡΘΩΝ ἔτη ιε'. Eusebius apud Syncell. pag. 59.

Ἀθηναίων θ', ἐβασίλευσεν ΑΡΙΦΡΩΝ ἔτη κ'. Ex Sync. pag. 148.

Κατὰ τοῦτον τὸν Ἀρίφρονα ἡ τῶν Ἀσσυρίων κατελύθη ἀρχὴ, ὡς (πάντες συμφωνοῦσι). Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

alio apud eumdem loco, quem laudamus in Fragmentis, anni tantummodo λα' ascribebantur : reposuimus autem λς', ex Goaro. A

[a] Depravate tam vetustiores editi cum Pontaco *Thelecus*, quam mss. tres Palatini *Telechus*, et primus *Teleuchus*, præferunt. Græce etiam male apud Syncellum, nec satis bene apud Scaligerum Τηλέκτος pro Τήλεκλος legitur, quam scripturam Pausanias quoque in Laconicis et Messenicis probat.

[b] Hanc Scaliger post quatuor annos periocham differt; consentiunt vero nostræ, atque adeo Pontacenæ recensioni, veteres plerique libri. Quoad facti historiam videtur etiam Scaligero, Josephi sententiam de Carthagine a Tyriis condita laudari hic loci : qua de re velim ut recolas, quæ paulo superius de illo Josephi testimonio, per librarios depravato, ut ex eo certas rationes inire jam non liceat, disputamus. Addit Scaliger Servii sententiam tradentis, Carthaginem conditam 70 annis ante prima Palilia, quod concurrere ait num. 1194 ; melius Trogum 73 annis ante primam olympiadem, hoc est, eo ipso anno 1167, ad quem hæc ille retulerat. B

[c] Adeo quod in Præpar. Evang. ἔτη μθ', sive annos 49, huic tribuit, mendum est amanuensis μ' ponentis pro κ'. Certe minor hic numerus cum Scripturæ supputatione II Reg. XIV, 2, et II Paralip. XXV, 1, consentit. Clemens tamen, et Theophilus 39 enumerant.

[d] Sequioribus Palatinis mss. tribus, Schurzfleischio teste, *Osortona* dicitur, Africano *Osoroth* : qui et tres alios anonymos reges per annos 25 ei tradit successisse, quos alii penitus ignorant.

[e] In Parmensi ms. atque aliis quos laudat Schurzfleischius libris hic *Amphron* appellatur, quod librariorum est vitium.

[f] Non cavit Scaliger insigne mendum, quo veteres libri magno numero, atque ipse Parmensis ms. apud nos laborat hic loci, verbis, *et Sardanapalus*, perperam huc ex Assyriorum columna intrusis, quæ sensum omnino depravant, lectoremque transversum agunt. Sunt et quidam vetustiores editi, nec non mss. e quorum Parmensis est numero, qui et reliqua cum sequenti periocha fili Assyriorum ita continuant, et cumulant errore novo, *regnum destructum, et Sardanapalus* (al. *Sardanapalo*) *ut nonnulli scriptitant, eodem tempore Tarsum, atque Anchialum condidit, et in prælio victus*, etc. Veram lectionem impressam, quam et Græci contextus comparatio probat, recti sensus et mss. ope Pontacus ante nos restituerat. Leviora menda prætterimus, ut est illud *sub Amphrone*, vel *Aristone*, vel *Antiphrone*, ut in aliis libris, pro *Ariphrone*, pro quo conjicit Schurzfleischius legendum *sub Archonte hoc*, haud sane recte. Græcus movet me textus ; pro eo enim quod vertit Hieronymus, *ut nonnulli scriptitant*, Syncellus habet, ὡς πάντες συμφωνοῦσι, *ut omnes consentiant*.

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | nonnulli scriptitant. | | |
| 38 | 10 | 11 | 10 | 9 | 13 | 2 | 24 | |
| 39 | 11 | 12 | 11 | 10 | 14 | 3 | 25 | |
| 40 | 12 | 13 | 12 | 11 | 15 | 4 | 26 | |
| 41 | 13 | 14 | 13 | 12 | 16 | 5 | 27 | |
| 42 | 14 | 15 | 14 | 13 | 17 | 6 | 28 | |
| *Assyriorum XXXVI, TONOS CONCOLEROS* [a], *qui vocabatur Græce Sardanapalus, an. 20.* | | | | | | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀσσυρίων λϛʹ, ἐβασίλευσε ΘΟΝΟΣ, ὁ λεγόμενος ΚΟΝΚΟΛΕΡΟΣ, ἑλληνιστὶ Σαρδανάπαλος ἔτη κʹ. Ex Syncell. pag. 132.

## NOTÆ.

Atque antea quidem in Syncelliano exemplari, pro πάντες, quod Goarus substituit, erat πάντα, id est, *omnia*, puta rerum seriem, annor. summas cum aliis epochis collatas, auctorum opiniones, et si qua sunt alia, quæ consensum illum constituant. Hanc re ipsa Eusebii fuisse mentem, immo et scripturam, Schurzfleischius putat, Quia, inquit, si ab eo affirmatur, omnes auctores in eo consentire, quod in Ariphronis præturam quadret regni Assyriaci destructio, quomodo ipse primus ab eorum sententiis, nulla ratione addita, abiit, atque eam 6 anno sequentis archontis Thespiei contigisse num. 1197 tradidit? Verum hæc ipsa ratio, quod minime diffitendum est, neutrum aut scripsisse Eusebium, aut sensisse, persuadet. Aut enim *omnia* in eo dixerit consentire, aut *omnes* auctores, omnino contra atque par erat, hanc ipsam catastrophem imperii in aliud tempus, vel ex sua, vel ex aliorum sententia contulisset: quin eo etiam magis, si *omnia*, facti scilicet argumenta, quam si auctorum opiniones laudabat. Igitur non alius, quam qui abs Hieronymo exponitur, sensus Eusebii fuit. Græca Syncellus suopte ingenio exaggeravit, aut quod opinari ex variante scriptura licet, Criticus nonnemo, pro eo quod erat, ὥς τινες συγγραφοῦσι, aut quid simile, de suo, ὡς πάντα συμφωνοῦσι, rescripsit.

[a] Ita cum Eusebio ac Hieronymo scribunt Jornandes, atque ipse Syncellus loco laudato, e recentioribus Gobelinus Persona, atque alii. Non adeo videtur cum Simsonio ex Suida, cui dicitur Κονοσκογκόλερος, putandum in Eusebii textu fuisse perperam κ mutatum in Θ, hancque veriorem esse nominis ejus scripturam. Quis enim Suidæ consentit? Alias Syncellus Μακοσκόλερον vocat. De nominis origine, quam volunt nonnulli Græcam, cui altera *Sardanapalus*, manifesto Assyriaca respondeant, otiose, siquid alias, ac temere disputatum. Schurzfleischius, pro Ἑλληνιστὶ Σαρδανάπαλος, putat dici debuisse, Ἕλλησιν ὀνομαζόμενος Σαρδανάπαλος. Scaligero *Thonos Concoleros* nihil spirare Assyrium præ alio videtur: et est tamen, ut sentio, ex eadem lingua, tametsi inflexione donatum Græca. Enimvero plura sibi nomina aptabant olim Orientis reges, quæ aliarum gentium historici ad suæ quisque linguæ ingenium paulo diverse efferebant, ex quo tanta apud Græcos scriptores, qui ex Orientalium monimentis acceperunt, rerum orta confusio est. Asueri Græcis frequentes, omnino sunt Orientalibus ignoti: et est tamen par credere, tres, quatuorve Assueros, non alios ac Cyaxares totidem esse, ex *Ki* verbo, quod *Dominum* notat, et *Azare*, quod *Axuerum*, vel *Assuerum* suggerit menti. Ita et Nabuchodonosor, Nabucodrosor, et Nabocolassar, idem est regis nomen. Exempla id genus alia prætereo; est enim hoc ipsum Sardanapali satis insigne. Verosimillimum quippe est, non aliud hoc esse nomen ab *Assarhaddon*, ut in Scripturis nominatur, quidquid olim Hubertus, nuper Schurzfleischius huic sententiæ opponant. Magna cum primis est nominis convenientia, quod enim Hebraice scriptum est, אסר־חדון, priore, quod usuvenit, ח litterula neglecta, facile Græci enuntiarint, nam Hebraice etiam *Sarmoth*, pro *Asarmoth*, atque his similia passim occurrunt. Certe א sive duplex *hh* in *hhadon*, ipsi etiam neglexerunt Septuaginta Interpretes, legentes Ἀσορύαν. Exotici scriptores Σάρδαν appellarunt. Quod additur ἁπαλὸς, cave repetas, ut vulgo fit, ex Græca etymologia, id est, *mollis*; est enim פל, *pal*, sive *Phal*, quod in Assyriorum regum nominibus aliis resonat, ut in Phul, Teglathphalasar, Nabopalasar, etc. Cognomentum alterum Assarhadonis, quod non obscœni quidpiam (ut vulgo putant, atque olim ait Cicero de Repub. III, *Sardanapallus vitiis, quam nomine ipso deformior*), sed vel *gigantem*, et *magnum* sonat, vel *Deum*, si a *Baal*, ut quidam volunt, vel *Pal*, litteris unius organi permutatis, contractoque Baal in Bal, derivatur. Integrum nomen hoc sensu venerit, *Dominus princeps magnus*, aut *Deus*. Itaque non Græce Sardanapalus vocatur, sed ita a Græcis Assyrium nomen inflectitur. Verum illud est oppido gravius ab Eusebio cum plerisque aliis chronologis atque historicis antiquis peccatum, quod duos nempe Sardanapalos, ætate ac moribus inter se longe dissitos, in unum confundit. Ab isto Ocrazatis, sive Acraganis filio, quem et Ctesias memorat, apud Diodorum lib. II, cap. 7, alius fuit filius Anacyndaraxæ, quem Ctesias ignoravit, memorat Adagiorum Appendix Vaticana. Sed et Hellanicus in Persicis, quod monet Aristophanis Scoliastes ad Aves, v. 1020, duos fuisse constituit: et Callisthenes apud Suidam verbo Σαρδανάπαλος, ubi mollem alterum, alterum strenuum tradit exstitisse. Denique ipsa quæ narrantur gesta atque exitus, diversos ab invicem fuisse evincunt. Ille otio torpens, et voluptatibus ad stoliditatem usque deditus, rebellionem movente Arbace, fuga se subtrahens, reliquit imperium Corto, et Anchiale in Cilicia, iisdem quibus assueverat deliciis senex immortuus est. Iste qui in Fragmento Alexandri Polyhistoris apud Syncellum, *Sarac*, in Ptolemæi Canone *Chiniladon* dicitur, cum Nabopolassar in Ninivem arma convertisset, non semel impetus rebellium fregit: demum ne in hostium manus veniret, semetipsum cremavit, incensa regia. Intercedit inter utrumque ann. supra ducentorum spatium, a primo scilicet defectore Arbace, sub quo tamen nec Ninive destructa

| *Assyrior.* | *Lacedæmonior.* | *Hebr. Judæ.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 15 | 16 | 15 | 14 | 18 | 7 | 29 | |
| 2 | 16 | 17 | 16 *Post quem XII, HIEROBOAM, an. 41.* | 15 *Post quem* [b] *TACHELOTIS, an. 13:* | 19 | 8 | 30 | |
| 3 | 17 | 18 | 1 | 1 | 20 | 9 | 31 | 1180 |
| 4 | 18 | 19 | 2 | 2 | 21 | 10 | 32 | |
| 5 | 19 | 20 | 3 | 3 | 22 | 11 | 33 | |
| 6 | 20 Septimo [a] Phœnices mare obtinuerunt an. 45. | 21 | 4 | 4 | 23 | 12 | 34 | |
| 7 | 21 | 22 | 5 | 5 | 24 | 13 | 35 *Corinthiorum IX,* [e] *AGEMON, an. 16.* | |
| 8 | 22 | 23 | 6 | 6 | 25 | 14 | 1 | |
| 9 | 23 | 24 | 7 | 7 | 26 | 15 | 2 | |
| 10 | 24 | 25 | 8 | 8 | 27 | 16 | 3 | |
| 11 | 25 | 26 | 9 | 9 | 28 | 17 | 4 | |
| 12 | 26 | 27 | 10 | 10 | 29 | 18 | 5 | |
| 13 | 27 | 28 | 11 | 11 | 30 | 19 | 6 | 1190 |
| 14 | 28 | 29 *Hebræor. Judæ XII, AZARIAS, qui et Ozias, an. 52.* | 12 | 12 | 31 | 20 *Atheniensium X, THESPIEUS, an. 27.* | 7 | |
| 15 | 29 | 1 | 13 | 13 | 32 | 1 Thespieo Ariphronis filio, Athenis regnante, [d] Assyriorum regnum deletum est. | 8 | |
| 16 | 30 | 2 | 14 | *Ægypti XXIII dynastia.* [c] *PETUBASTIS, an. 25.* 1 | 33 | 2 | 9 | |
| 17 | 31 | 3 | 15 | 2 | 34 | 3 | 10 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τοῦ Ἰούδα ιβ', ἐβασίλευσεν ΑΖΑΡΙΑΣ, ὁ καὶ Ὀζίας ἔτη νβ'. Syncell. pag. 159, et Chron. Pasch. p. 83.

Τοῦ Ἰσραὴλ ιβ', ἐβασίλευσεν ΙΕΡΟΒΟΑΜ ἔτη μα'. Syncell. pag. 161 et Chron. Pasch. pag. 85.

Αἰγυπτίων γ', ΤΑΚΕΛΛΩΘΙΣ ἔτη ιγ'. Eusebius apud Syncell. pag. 59.

Εἰκοστοτρίτη δυναστεία Τανιτῶν βασιλέων τριῶν α', ΠΕΤΟΥΒΑΣΤΗΣ ἔτη κε'. Euseb. apud Sync. pag. 60.

Ἀθηναίων ι', ἐβασίλευσε ΘΕΣΠΙΕΥΣ, ἔτη κζ'. Ex Syncell. pag. 156.

Κορινθίων θ', ἐβασίλευσεν ΑΓΗΜΩΝ ἔτη ις'. Syncell. pag. 148.

## NOTÆ.

est, nec Assyriorum imperium desiit, ad alterum Nabuchodonosor, seu Nabopolassar, qui junctis cum Cyaxare Medo viribus, exitium fatale urbi regnoque intulit. Igitur tametsi Assarhadon præter nomen in eo etiam referat Sardanapalum, quod Medi ab eo desciverint, eaque rerum similitudine Chronologis antiquis ansam errandi fecerit, in aliis tamen, ut sunt ipsius regis casus, urbis regnique interitus, quæ alium Sardanapalum posteriorem omnino denotant, diversus est.

[a] Hanc periocham veteres editiones infra ad num. 1191. Scaliger ad insequentem refert, nec addit de annis quidquam, qui, pro 45, in alio apud Schurzfleischium libro soli *quatuordecim* numerantur. Nihil est apud Syncellum, quod eo spectet.

[b] Apud Scaligerum *Tachelothes :* et apud vetustiores editiones *Tachelotis :* semel quoque variat Syn- A cellus ex vetere Chronico, ubi Τακελῶφις appellatur.

[c] Africanus apud Syncel., pag. 59, Πετουβάστην hunc vocat, cui et annos *quadraginta* elargitur : immo et primam olympiadem, eo regnante, duxisse initium tradit, in quod spatium ferme quinquaginta ab hoc numero anni abeunt. In secundo Palatino ms. apud Schurzfleischium *Petubristis* appellatur.

[d] Recole quæ paulo ante hac de re multa diximus.

[e] Minus videbatur recte scribi *Agemnon* apud Pontacum, pro eo qui in aliis est libris *Agemon*. Male in primo Palatino ms. teste Schurzfleischio, *Agamon;* in tertio, ut et Sichardina editione, *Egemnon;* in quarto *Egennas* nuncupatur. Hunc refert Diodorus apud Syncellum, cum patruus esset et curator Telestis pueri, filii Aristomedis, ei gentile regnum abstulisse.

| Assyrior. | Lacedæmonior. | Hebr. Jud. | Hebr. Is. | Ægyptior. | Latinorum. | Athen. | Corinth. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 18 Sardanapalus eodem tempore Tarsum atque [a] Anchialem condidit: et in prælio victus ab Arbace Medo, semet incendio cremavit. | 32 . . . . . | 4 . . . . . | 16 . . . | 3 . . . | 35 . . . | 4. . . | 11 . . . | |
| 19 . . . | 33 . . . . . | 5 . . . . . | 17 . . . | 4 . . . | 36 . . . | 5. . . | 12 . . . | |
| 20 . . . | 34 Lycurgus Lacedæmoniis jura componit. | 6 . . . . . | 18 . . . | 5 . . . | 37 . . . | 6. . . | 13 . . . | |

Usque ad id tempus fuisse reges Assyriorum, historia refert, et fiunt simul an. 1197.
Omnes autem anni regni Assyriorum a primo anno Nini supputantur 1240.

*Medorum.*

*ARBACES primus* [b]

*Latinorum XIV PRO-*

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σαρδανάπαλος Ταρσὸν ᾤκησε καὶ Ἀγχιάλην τὰς πόλεις ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Syncell. pag. 132.

Μήδων α', ἐβασίλευσεν ΑΡΒΑΚΗΣ ἔτη κη'. Syncell. pag. 158.

Λακεδαιμονίοις Λυκοῦργος ἐνομοθέτει. Scaliger in Collectaneis, ex Syncello.

Ἕως τοῦδε... διαρκέσασα ἡ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία... κατελύθη, κ. τ. λ. Syncell. p. 132.

## NOTÆ.

[a] Tradit Athenodorus apud Stephan. Byzant. de A sua ipsius patria scribens, citato teste Diodoro grammatico, qui convenit cum Ptolemæo rege, ab Anchiale Japeti filia cognominem hancce urbem conditam. Nec tamen tacet Stephanus aliorum opinionem, qui ad Sardanapalum referebant. Etiam vetus inscriptio ejus monumento et simulacro apposita, quam laudant Ethnicographus, et Aristobulus apud Strabonem lib. XIV, Clearchus apud Athenæum lib. XII, aliique, fert ab eo conditas Ἀγχιάλην καὶ Τάρσον ἐν ἡμέρῃ μιᾷ, quod quidem et Syncellus dixit, *una die*: noster, *eodem tempore*, eo propius ad fidem, quod etiam Arrianus lib. II testatur, ex ambitu Anchiali ac fundamentis murorum conjici, præpotentem olim ac magnam urbem exstitisse. Cætera, quæ continuo sensu subjungit Eusebius de Sardanapalo ab Arbace victo, suique incendio atque interitu, finem regno Assyriorum imponente, monstrant, quod dicebamus paulo superius, fuisse ab eo duos cognomines Sardanapalos in unum ex falsa aliorum opinione con- B fusos. Cujus erroris consecutio est gravissimum in re Chronologica peccatum; si enim hisce temporibus, Azaria scilicet Hebræorum Judæ regnum obtinente, imperium Assyriorum defecit, translatumque est ad Medos, unde sunt illi quos Scriptura deinceps commemorat, Assyriæ reges potentissimi, Phul, Thiglath-Pilesser, Salmanassar, Senacherib, atque alii? Quid quod conceptis verbis dicitur IV Reg. XVII, 6, Media Assyriorum regi subjecta, cum Achaz rex esset Judæ? Ad hæc Nahumi prophetia de Ninive excidio, itemque Tobiæ testimonium cap. ultimo, fatum Assyriaci regni ad posteriora ducentis ferme annis tempora pertinere, evidentissime demonstrant. Frustra sunt, qui hæc aliter conciliare student, ut ex Syncelli mente Goarus in notis, qui vult, Salmanassarem fuisse quidem Assyriorum principem, sed Arbacis potestati omnino subjectum: ac porro pugnant cum Diodori ac Strabonis auctoritate, quin etiam ipsius Ctesiæ opinioni adversantur, qui recidivum illud imperium, instaurationemque urbis C Ninive comminiscuntur. Cætera quæ de Arbace, et Medorum regno Eusebius subnectit, ex eadem hypothesi profecta, ad historiæ amussim expendere, propositi nostri ratio non patitur, quæ solidis essent libris edisserenda.

[b] In Medos, quos in libertatem Arbaces vendicaverat, imperium continuo resumpserunt Assyrii: tametsi suis uti eos legibus permitterent, nihil regis suprema potestate, ac majestate imminuta. Adeo quos Ctesias, et quos Africanus, ac noster demum Eusebius Medis reges attribuunt usque ad Dejocem, non Medi reges sunt, sed Assyrii. Quatuor ab Arbace numerat Eusebius, totidem Africanus apud Syncellum, sex Ctesias. Verum et regum nominibus, et regnorum annis plurimum inter se dissident, quod ex subjecto laterculo ediscere in antecessum præstat.

| *Ctesias.* | | *Africanus.* | | *Eusebius.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| Arbaces an. | 22. | Arbaces an. | 28. | Arbaces an. | 28. |
| Mandeuces | 50. | Mandauces | 20. | Sosarmus | 30. |
| Sosarmus | 30. | Sosarmus | 30. | Medidus | 40. |
| Artias | 50. | Artycas | 30. | Cardiceas | 13. |
| Arbianes | 21. | | | | |
| Arsæus | 40. | | | | |

Nihil tamen negotii facessat, quod horum nomina ab iis, quibus appellat Scriptura reges Assyrios per id temporis, tam longe absint: siquidem aliorum exemplis dudum ostensum est diversa apud Græcos scriptores fuisse regum Orientalium nomina, ab iis quæ apud vernaculos obtinebant, atque ea cum primis de causa, quod plura sibi cognomenta reges illi adsciscerent. Hæc certe una ratio est, qua possint cum sacris Litteris, quæ semel, idque serius eversam Ninivem, et destructum Assyriorum imperium, credere nos jubent, Ctesias atque Herodotus in concordiam venire. Sosarmus ille igitur apud Ctesiam sit idem ac Phul: Artias, Teglath-phalassar: Arbianes, Salmanassar: et Arsæus, Sennacherib. De convenientia, quam hæc habent cum Africani, atque eo magis cum Eusebii recensione, suis deinde locis dicemus. Arbaces in aliis libris *Arbacus* dicitur, Justino *Arbactus*, Velleio *Pharnaces*. *Dejoces*, qui mox memoratur, perperam scribebatur in vetustioribus, et Pontacena editione, *Diocles*. Eusebius totam hanc pericopam videtur ex Herodoti loco, quem et Scaliger laudat, expressisse.

| Medorum. | Lacedæm. | Heb. Jud. | Heb. Is. | Ægyp. | Latinorum. | Athen. | Corinthior. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *regnavit Medis annis* 28. | | | | | *CAS SYLVIUS, an.*[c] 23. (Hic fuit Aventini superioris regis filius.) | | | |
| 1 Arbaces Medus, Assyriorum imperio destructo, regnum in Medos transtulit, et interim sine principibus res agebatur usque ad Dejocem regem Medorum. In medio autem tempore [a] Chaldæi prope prævalebant quorum separatæ quædam successiones regum feruntur. Reliquæ quoque gentes propriis regibus utebantur. | 35 . . . | 7. . . | 19. . . | 6 . . | 1 . . . | 7. . . | 14 Phidon[d] Argivus mensuras et pondera primus invenit. | |
| 2. . . . . . | 36 . . . | 8. . . | 20. . . | 7 . . | 2 . . . | 8. . . | 15 . . . | |
| 3. . . . . . | 37 Templum [b] Junonis incensum. | 9. . . | 21. . . | 8 . . | 3 . . . | 9. . . | 16 . . . | 1200 |
| | | | | | | | *Corinth. X, ALEXANDER, ann.* 25 [e]. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀρβάκης καταλύσας τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴν, κ. τ. λ. Ex Syncell. pag. 158.

Λατίνων ιδ, ἐβασίλευσε ΠΡΟΚΑΣ ΣΙΛΟΥΙΟΣ ἔτη κγ. Ex Syncell. pag. 153.

Φείδων Ἄργους κρατῶν... μέτρα καὶ στάθμια πρῶτος ἐφεῦρεν... Syncell. pag. 158.

Κορινθίων ι, ἐβασίλευσεν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ἔτη κε. Syncell. pag. 148.

## NOTÆ.

[a] Operæ pretium est, ipsos Babylonis reges, qui per hæc tempora usque ad Dejocem Medum regnarunt, ex Antiquorum monumentis erutos lectori sistere. Decem enumerantur: Belesis, sive Baladan, regni auctor, quod tenuit annis viginti, continuo tamen (ut videtur juxta Ctesiam, et Nicolaum Damascenum) regis Assyriorum clientelæ addictum. Successisse aiunt, quos Ælianus memorat, Scachoram, tum ejus ex filia nepotem Thilgamum. Quarto loco ponunt Nanybrum, a Nicolao Damasceno memoratum, sub quo Parsondas, aut Parsodes historia, quam Diodorus quoque Siculus narrat. Quinto Nabonassarum, cujus nulli non nota est ex astronomis epocha. Hujus et reliquorum quinque subsequentium ætatem ac seriem ex Ptolemæo, qui Canonem illum longe celeberrimum digessit, accepimus. Dicitur ibi annis quatuordecim regnasse; Nadius, qui successit, duobus tantum, Chozirus, et Porus quinque, totidemque Jugæus. Hunc excepit Mardo-Kempadus, sive Merodac-Baladan, ut Isaiæ xxxix, 1, et IV Reg. xx, 12, appellatur, qui cum Dejocis temporibus concurrit, et est vulgo notus. Quod textum spectat, apud Scaligerum fortasse rectius, *proprie prævalebant*, quam *prope*, legitur. Græce fuerit κυρίως. In fine ubi dicitur, *propriis regibus utebantur*, malim ego rescribi, *legibus*.

[b] Nihil hac de re Scaliger, sed neque Parmensis apud nos, aliique melioris notæ mss. habent. Denique et Syncellus tacet.

[c] Superaddit Syncellus novem, sive annos numerat 32.

[d] Post annos viginti, quod sane non modicum discrimen est, Scaliger periocham hanc differt. Contra Parmensis et Palatini omnes mss. aliique Pontaco inspecti huc referunt; ac porro *invenit* legunt pro eo quod Scaliger habet *instituit*. Injuria etiam Hieronymum hic reprehendit, quod cum in Græco dicatur Ἄργους κρατῶν verterit *Argivus*, pro *Argorum compos factus*. Propius enimvero est ad fidem, scriptum ab Eusebio ὁ Ἀργεῖος, quemadmodum et scriptoribus aliis Græcis, Latinisque absolute nominatur. Id porro ipsum de inventis a Phidone mensuris ac ponderibus tradunt veteres, auctor Chronici marmorei Oxoniensis, Strabo lib. viii, Plin. lib. vii cap. 56, Pollux lib. ix cap. 6, Scholiastes Pindari ad Olymp. xix, Herodotus lib. vi, aliique, quorum laudare testimonia non vacat. Verum in eo difficultas haud levis est, quod Herodotus, Strabo, et maxime Pausanias in Corinthiacis narrat, a Phidone agonem Olympiacum Eleis fuisse invidia præreptum, idque fuisse octava olympiade ab eo perpetratum. Quamobrem Lydiatus in annotationibus ad Marmor. Arundellianum duos Phidones distinguit, primum qui mensuras invenerit, alterum qui octava olympiade, summotis Eleorum Agonothetis, Agonem posuit in Olympia, prioris nepotem aut abnepotem. Sed nec satis ita bene rationes constant: et si quidem duos Phidones comminisci oporteat, priorem illum putarim, qui per vim ludis præfuit, octavam olympiadem ab Iphito supputans, non a Corœbo. Eusebius pro Carani fratre huncse habere, manifesto indicat: sed ipse Caranus antiquior videtur; Phidon autem ipse in laudato Oxoniensi marmore archontis Phericlis tempore fuisse, et Lycurgo suppar ostenditur. Vide Marschamum Chronic. sæc. xv.

[e] Editorum aliquot æque atque mss. codicum error est, quem et Pontacus retinuit, ut solos hic quindecim annos, in subnexa autem recensione solidos viginti quinque annumerent.

| Medorum. | Lacedæmon. | Macedon. | Hebr. Jud. | Hebr. Is. | Ægyp. | Latinor. | Athenien. | Corinth. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4 | 38 | | 10 | 22. | 9 | 4 | 10. | 1. | |
| 5 | 39 | | 11 | 23. | 10 | 5 | 11. | 2. | |
| 6 | 40 | | 12 | 24. | 11 | 6 | 12. | 3. | |
| | *Lacedæmoniorum IX* [a] *ALCAMENES, ann.* 37. | [c] *Macedon. primus Rex CARANUS an.* 28. | | | | | | | |
| 7 | 1 | 1 | 13 | 25. | 12 | 7 | 13. | 4. | |
| 8 | 2 | 2 | 14 | 26. | 13 | 8 | 14. | 5. | |
| 9 | 3 | 3 | 15 | 27. | 14 | 9 | 15. | 6. | |
| 10 | 4 | 4 | 16 | 28. | 15 | 10 | 16. | 7. | |
| 11 | 5 Hesiodus [b] insignis habetur, ut vult Porphyrius. | 5 | 17 Prophetabant apud Hebræos Osee, Amos, Esaias et Jonas prophetæ. | 29. | 16 | 11 | 17. | 8. | |
| 12 | 6 | 6 | 18 | 30. | 17 | 12 | 18. | 9. | |
| 13 | 7 | 7 | 19 | 31. | 18 | 13 | 19. | 10. | 1210 |
| 14 | 8 | 8 | 20 | 32. | 19 | 14 | 20 Trieris [d] prima navigatio in Corintho. | 11. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λακεδαιμονίων θ', ἐβασίλευσεν ΑΛΚΑΜΕΝΗΣ ἔτη λζ'. Syncell. pag. 148.

Ἡσίοδος ἐγνωρίζετο, κ. τ. λ. Syncell. pag. 138.

Μακηδόνων α', ἐβασίλευσε ΚΑΡΑΝΟΣ ἔτη λ'. Syncell. pag. 158.

Προφήτευον Ὠσηὲ... Ἀμὼς, καὶ Ἰωνᾶς... Chron. Pasch. pag. 83.

Πρώτη ἐναυπηγήθη Τριήρης. Ex Syncell. pag. 169.

## NOTÆ.

[a] Petavius duos Alcameni annos addit. Sunt vero qui usque ad quinquaginta septem regnasse illum velint, ut constet, quod tradit Pausanias in Messenicis cap. 4, eum nonæ olympiadis anno secundo bellum Messeniacum inchoasse.

[b] Ante annos sexdecim in Parmensi ms. Hesiodus recensetur, apud Scaligerum differtur post adhuc duos. Palatini omnes mss. anno proxime superiori collocant, referente Schurzfleischio, qui et notat in Excerptis Barbaro-Latinis addi huic periochæ, *in Historia Philosophica*, quam sane citat etiam ὁ ἐθνογράφος. Emendat præterea Syncelli locum, ubi supino errore ὁμοῦ legitur pro Ὁμήρου. Et marmor quidem Arundellianum vetustiorem Homero Hesiodum facit: sed συγχρόνους eos fuisse, pleraque alia Veterum testimonia docent, nec male ostendit Dodwellus Dissert. 5 de Cyclis: tametsi de tempore quo floruerunt, multo aliter sentiat.

[c] Caranus, referente Suida, unus ex Herculis posteris, collecto exercitu, e Græcia venit in Macedoniam, regionem jam tum celebrem, ibique regnavit, et regni successores habuit usque ad Philippum. Confer Julium Solinum cap. 15, Julianum imp. in Encomio Eusebiæ, Justinum lib. VII, cap. 1. Denique et laudatos Scaligero. Theocritum, et Paulini versum, citante Ausonio epist. 19:

> Et Caranus, Pelæa dedit qui nomina regum.

Fallitur Velleius Paterculus lib. I, cap. 6, ubi *Caranum sextum decimum ab Hercule* recenset, atque inde *Magnum Alexandrum septimum decimum*: nam Phidonem, quo de supra diximus, Carani fratrem ἑνδέκατον ἀφ' Ἡρακλέους exstitisse, cum alia monimenta, tum marmor Arundellianum, et Syncellus testantur.

[d] Confert Scaliger ferme cum primo Palatino ms. hanc periocham in num. 1230; perperam vero legit, *navigat in Corinthum*, pro *in Corintho*: et quem denique sensum ipse depravavit, per summam injuriam Eusebio exproperat. Porro quæ de Triremium apud Veteres constructione, et causis, cur ita dictæ sint, disputat, otiosa illa quidem, et quæ parum aut nihil ad Eusebiani loci intelligentiam faciunt, tum vero absurda et falsa, cum earum navium differen- A tiam in remorum ordinibus et numero tabulatorum constituit, ut remiges alii aliis, juxta altitudinem incumberent: atque imus ordo propior aquæ esset, superior propior foris navis, medius inter imum et supremum: ille Thalamitarum locus, alter Zygitarum, summus denique fuerit Thranitarum. Suggerunt quidem, ut minime diffiteamur, hanc Triremium constructionem nonnulla perperam accepta Veterum testimonia, quibus ex præconcepta opinione post Scaligerum Isaac Vossius, aliique magno numero, qui in hoc perdifficili argumento versantur, sibi fucum fieri passi sunt. Recta autem ratio, sensusque ipse veterum auctorum probe intellectus persuadet, minime in altum, sed in longum fuisse remorum ordines a prora ad puppim: remiges vero, qui bini, terni, aut plures singulis remis adhibebantur (ex quo biremium, triremium, quadriremium, quinqueremium, etc., facile orta appellatio est), a Catastromate ad foros navis quasi per gradus descendisse. B Erat nempe illud convexum pavimentum navis ad ferme dorsi Asinini formam, ut qui summam remi partem impellebat e medio Catastromate, altior cæteris esset: qui proxime jungebatur, paulo minus, atque ita deinceps ad tertium usque, aut quartum, aut quintum, etc., dejectiores, quo magis extimo navis lateri accedebant. Id est, quod Virg. lib. V Æneidos canit,

> Triplici pubes quam Dardana versu
> Impellunt, triplici consurgunt ordine remi.

Et Lucanus de Quadriremi lib. III:

> Quosque quater surgens exstructi remigis ordo
> Commovet, et terno consurgunt ordine remi.

Verum hæc, ne dissimulasse videamur, quæ Scaliger prolixa oratione contra Baylium commentus est: si enim exponere pro eo atque merentur, velim, relatis huc Veterum, et cum primis Vegetii, et Pausaniæ testimoniis, vix demum longo Commen- C tario expediam. Quod igitur textus lectionem spectat, cum, ut nunc est, verborum aliquot trajectione laborare arbitror. Quidam mss. *trieres*, et *triremis*, pro *trieris* habent, et *navigat*, pro *navigatio*: verum hæc eodem recidunt, nec restituendo loco sufficiunt.

| *Medorum.* | *Lacedæm.* | *Heb. Jud.* | *Heb. Is.* | *Ægyp.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corinthior.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *regnavit Medis annis* 28. | | | | | *CAS SYLVIUS, an.*[c] 23. (Hic fuit Aventini superioris regis filius.) | | | |
| 1 Arbaces Medus, Assyriorum imperio destructo, regnum in Medos transtulit, et interim sine principibus res agebatur usque ad Dejocem regem Medorum. In medio autem tempore [a] Chaldæi prope prævalebant quorum separatæ quædam successiones regum feruntur. Reliquæ quoque gentes propriis regibus utebantur. | 35 . . . | 7. . . | 19. . . | 6. . | 1 . . . | 7. . . | 14 Phidon[d] Argivus mensuras et pondera primus invenit. | |
| 2. . . . . . . | 36 . . . | 8. . . | 20. . . | 7. . | 2 . . . | 8. . . | 15 . . . | |
| 3. . . . . . . | 37 Templum[b] Junonis incensum. | 9. . . | 21. . . | 8. . | 3 . . . | 9. . . | 16 . . . | 1200 |
| | | | | | | | *Corinth. X, ALEXANDER, ann.* 25[e]. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀρβάκης καταλύσας τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴν, κ. τ. λ. Ex Syncell. pag. 158.

Λατίνων ιδ΄, ἐβασίλευσε ΠΡΟΚΑΣ ΣΙΛΟΥΙΟΣ ἔτη κγ΄. Ex Syncell. pag. 153.

Φείδων Ἄργους κρατῶν... μέτρα καὶ στάθμια πρῶτος ἐφεῦρεν... Syncell. pag. 158.

Κορινθίων ι΄, ἐβασίλευσεν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ἔτη κε΄. Syncell. pag. 148.

## NOTÆ.

a Operæ pretium est, ipsos Babylonis reges, qui per hæc tempora usque ad Dejocem Medum regnarunt, ex Antiquorum monumentis erutos lectori sistere. Decem enumerantur: Belesis, sive Baladan, regni auctor, quod tenuit annis viginti, continuo tamen (ut videtur juxta Ctesiam, et Nicolaum Damascenum) regis Assyriorum clientelæ addictum. Successisse aiunt, quos Ælianus memorat, Scachoram, tum ejus ex filia nepotem Thilgamum. Quarto loco ponunt Nanybrum, a Nicolao Damasceno memoratum, sub quo Parsondas, aut Parsodes historia, quam Diodorus quoque Siculus narrat. Quinto Nabonassarum, cujus nulli non nota est ex astronomis epocha. Hujus et reliquorum quinque subsequentium ætatem ac seriem ex Ptolemæo, qui Canonem illum longe celeberrimum digessit, accepimus. Dicitur ibi annis quatuordecim regnasse; Nadius, qui successit, duobus tantum, Chozirus, et Porus quinque, totidemque Jugæus. Hunc excepit Mardo-Kempadus, sive Merodac-Baladan, ut Isaiæ XXXIX, 1, et IV Reg. XX, 12, appellatur, qui cum Dejocis temporibus concurrit, et est vulgo notus. Quod textum spectat, apud Scaligerum fortasse rectius, *proprie prævalebant*, quam *prope*, legitur. Græce fuerit κυρίως. In fine ubi dicitur, *propriis regibus utebantur*, malim ego rescribi, *legibus*.

b Nihil hac de re Scaliger, sed neque Parmensis apud nos, aliique melioris notæ mss. habent. Denique et Syncellus tacet.

c Superaddit Syncellus novem, sive annos numerat 32.

d Post annos viginti, quod sane non modicum discrimen est, Scaliger periocham hanc differt. Contra Parmensis et Palatini omnes mss. aliique Pontaco inspecti huc referunt; ac porro *invenit* legunt pro eo quod Scaliger habet *instituit*. Injuria etiam Hieronymum hic reprehendit, quod cum in Græco dicatur Ἄργους κρατῶν verterit *Argivus*, pro *Argorum compos factus*. Propius enimvero est ad fidem, scriptum ab Eusebio ὁ Ἀργεῖος, quemadmodum et scriptoribus aliis Græcis, Latinisque absolute nominatur. Id porro ipsum de inventis a Phidone mensuris ac ponderibus tradunt veteres, auctor Chronici marmorei Oxoniensis, Strabo lib. VIII, Plin. lib. VII cap. 56, Pollux lib. IX cap. 6, Scholiastes Pindari ad Olymp. XIX, Herodotus lib. VI, aliique, quorum laudare testimonia non vacat. Verum in eo difficultas haud levis est, quod Herodotus, Strabo, et maxime Pausanias in Corinthiacis narrat, a Phidone agonem Olympiacum Eleis fuisse invidia præreptum, idque fuisse octava olympiade ab eo perpetratum. Quamobrem Lydiatus in annotationibus ad Marmor. Arundellianum duos Phidones distinguit, primum qui mensuras invenerit, alterum qui octava olympiade, summotis Eleorum Agonothetis, Agonem posuit in Olympia, prioris nepotem aut abnepotem. Sed nec satis ita bene rationes constant: et si quidem duos Phidones comminisci oporteat, priorem illum putarim, qui per vim ludis præfuit, octavam olympiadem ab Iphito supputans, non a Corœbo. Eusebius pro Carani fratre hunc se habere, manifesto indicat: sed ipse Caranus antiquior videtur; Phidon autem ipse in laudato Oxoniensi marmore archontis Phericlis tempore fuisse, et Lycurgo suppar ostenditur. Vide Marschamum Chronic. sæc. XV.

e Editorum aliquot æque atque mss. codicum error est, quem et Pontacus retinuit, ut solos hic quindecim annos, in subnexa autem recensione solidos viginti quinque annumerent.

| *Medorum.* | *Lacedæmon.* | *Macedon.* | *Hebr. Jud.* | *Hebr. Is.* | *Ægyp.* | *Latinor.* | *Athenien.* | *Corinth.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 4 . . . | 38 . . . . . | | 10 . . . | 22. . . | 9 . . | 4 . . | 10. . . . . | 1. . . | |
| 5 . . . | 39 . . . . . | | 11 . . . | 23. . . | 10 . . | 5 . . | 11. . . . . | 2. . . | |
| 6 . . . | 40 . . . . . | | 12 . . . | 24. . . | 11 . . | 6 . . | 12. . . . . | 3. . . | |
| | *Lacedæmoniorum IX* [a] *ALCAMENES, ann.* 37. | [c] *Macedon. primus Rex CARANUS an.* 28. | | | | | | | |
| 7 . . . | 1 . . . . . | 1 . . . | 13 . . . | 25. . . | 12 . . | 7 . . | 13. . . . . | 4. . . | |
| 8 . . . | 2 . . . . . | 2 . . . | 14 . . . | 26. . . | 13 . . | 8 . . | 14. . . . . | 5. . . | |
| 9 . . . | 3 . . . . . | 3 . . . | 15 . . . | 27. . . | 14 . . | 9 . . | 15. . . . . | 6. . . | |
| 10 . . . | 4 . . . . . | 4 . . . | 16 . . . | 28. . . | 15 . . | 10 . . | 16. . . . . | 7. . . | |
| 11 . . . | 5 Hesiodus [b] insignis habetur, ut vult Porphyrius. | 5 . . . | 17 Prophetabant apud Hebræos Osee, Amos, Esaias et Jonas prophetæ. | 29. . . | 16 . . | 11 . . | 17. . . . . | 8. . . | |
| 12 . . . | 6 . . . . . | 6 . . . | 18 . . . | 30. . . | 17 . . | 12 . . | 18. . . . . | 9. . . | |
| 13 . . . | 7 . . . . . | 7 . . . | 19 . . . | 31. . . | 18 . . | 13 . . | 19. . . . . | 10. . . | 1210 |
| 14 . . . | 8 . . . . . | 8 . . . | 20 . . . | 32. . . | 19 . . | 14 . . | 20 Trieris [d] prima navigatio in Corintho. | 11. . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λακεδαιμονίων θ', ἐβασίλευσεν ΑΛΚΑΜΕΝΗΣ ἔτη λζ'. Syncell. pag. 148.

Ἡσίοδος ἐγνωρίζετο, κ. τ. λ. Syncell. pag. 138.

Μακεδόνων α', ἐβασίλευσε ΚΑΡΑΝΟΣ ἔτη λ'. Syncell. pag. 158.

Προφήτευον Ὠσηέ... Ἀμὼς, καὶ Ἰωνᾶς... Chron. Pasch. pag. 83.

Πρώτη ἐναυπηγήθη Τριήρης. Ex Syncell. pag. 169.

## NOTÆ.

[a] Petavius duos Alcameni annos addit. Sunt vero qui usque ad quinquaginta septem regnasse illum velint, ut constet, quod tradit Pausanias in Messenicis cap. 4, eum nonæ olympiadis anno secundo bellum Messeniacum inchoasse.

[b] Ante annos sexdecim in Parmensi ms. Hesiodus recensetur, apud Scaligerum differtur post adhuc duos. Palatini omnes mss. anno proxime superiori collocant, referente Schurzfleischio, qui et notat in Excerptis Barbaro-Latinis addi huic periochæ, *in Historia Philosophica*, quam sane citat etiam ὁ ἀνόγράφος. Emendat præterea Syncelli locum, ubi supino errore ὁμοῦ legitur pro Ὁμήρου. Et marmor quidem Arundellianum vetustiorem Homero Hesiodum facit: sed συγχρόνους eos fuisse, pleraque alia Veterum testimonia docent, nec male ostendit Dodwellus Dissert. 5 de Cyclis: tametsi de tempore quo floruerunt, multo aliter sentiat.

[c] Caranus, referente Suida, unus ex Herculis posteris, collecto exercitu, e Græcia venit in Macedoniam, regionem jam tum celebrem, ibique regnavit, et regni successores habuit usque ad Philippum. Confer Julium Solinum cap. 15, Julianum imp. in Encomio Eusebiæ, Justinum lib. VII, cap. 1. Denique et laudatos Scaligero. Theocritum, et Paulini versum, citante Ausonio epist. 19:

> Et Caranus, Pelæa dedit qui nomina regum.

Fallitur Velleius Paterculus lib. I, cap. 6, ubi *Caranum sextum decimum ab Hercule* recenset, atque inde *Magnum Alexandrum septimum decimum:* nam Phidonem, quo de supra diximus, Carani fratrem ἑνδέκατον ἀφ' Ἡρακλέους exstitisse, cum alia monimenta, tum marmor Arundellianum, et Syncellus testantur.

[d] Confert Scaliger ferme cum primo Palatino ms. hanc periocham in num. 1230; perperam vero legit, *navigat in Corinthum*, pro *in Corintho :* et quem denique sensum ipse depravavit, per summam injuriam Eusebio exproperat. Porro quæ de Triremium apud Veteres constructione, et causis, cur ita dictæ sint, disputat, otiosa illa quidem, et quæ parum aut nihil ad Eusebiani loci intelligentiam faciunt, tum vero absurda et falsa, cum earum navium differentiam in remorum ordinibus et numero tabulatorum constituit, ut remiges alii aliis, juxta altitudinem incumberent : atque imus ordo propior aquæ esset, superior propior foris navis, medius inter imum et supremum : ille Thalamitarum locus, alter Zygitarum, summus denique fuerit Thranitarum. Suggerunt quidem, ut minime diffiteamur, hanc Triremium constructionem nonnulla perperam accepta Veterum testimonia, quibus ex præconcepta opinione post Scaligerum Isaac Vossius, aliique magno numero, qui in hoc perdifficili argumento versantur, sibi fucum fieri passi sunt. Recta autem ratio, sensusque ipse veterum auctorum probe intellectus persuadet, minime in altum, sed in longum fuisse remorum ordines a prora ad puppim : remiges vero, qui bini, terni, aut plures singulis remis adhibebantur (ex quo biremium, triremium, quadriremium, quinqueremium, etc., facile orta appellatio est), a Catastromate ad foros navis quasi per gradus descendisse. Erat nempe illud convexum pavimentum navis ad ferme dorsi Asinini formam, ut qui summam remi partem impellebat e medio Catastromate, altior cæteris esset : qui proxime jungebatur, paulo minus, atque ita deinceps ad tertium usque, aut quartum, aut quintum, etc., dejectiores, quo magis extimo navis lateri accedebant. Id est, quod Virg. lib. V Æneidos canit,

> Triplici pubes quam Dardana versu
> Impellunt, triplici consurgunt ordine remi.

Et Lucanus de Quadriremi lib. III :

> Quosque quater surgens exstructi remigis ordo
> Commovet, et terno consurgunt ordine remi.

Verum hæc, ne dissimulasse videamur, quæ Scaliger prolixa oratione contra Baylium commentus est : si enim exponere pro eo atque merentur, velim, relatis huc Veterum, et cum primis Vegetii, et Pausaniæ testimoniis, vix demum longo Commentario expediam. Quod igitur textus lectionem spectat, eum, ut nunc est, verborum aliquot trajectione laborare arbitror. Quidam mss. *trieres*, et *triremis*, pro *trieris* habent, et *navigat*, pro *navigatio :* verum hæc eodem recidunt, nec restituendo loco sufficiunt.

| *Med.* | *Lacedæm.* | *Maced.* | *Hebr. J.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyptior.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Corint.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 15 | 9 | 9 | 21 | 33 | 20 | 15 | 21 | 12 | |
| 16 | 10 | 10 | 22 | 34 | 21 | 16 | 22 | 13 | |
| 17 | 11 | 11 | 23 | 35 | 22 | 17 | 23 | 14 | |
| 18 | 12 | 12 | 24 | 36 | 23 | 18 | 24 | 15 | |
| 19 | 13 | 13 | 25 | 37 | 24 | 19 | 25 | 16 | |
| 20 | 14 | 14 | 26 | 38 | 25 | 20 | 26 | 17 | |
| | | | | | *Ægypti* **OSORTHON** [a], *an.* 9. (Ægyptii regem suum Osorthon Herculem cognominaverunt.) | | | | |
| 21 | 15 | 15 | 27 | 39 | 1 | 21 | 27 | 18 | |
| | | | | | | | *Atheniensium* [d] **XI, AGAMESTOR**, *an.* 20. | | |
| 22 | 16 | 16 | 28 | 40 | 2 | 22 | 1 | 19 | |
| 23 | 17 | 17 | 29 | 41 | 3 | 23 | 2 | 20 | 1220 |
| | | | | | | *Latinorum* **XV, AMULIUS SILVIUS**, *an.* 44. [b] (Numitor [c] Procæ superioris regis filius major, fratre Amulio regno pulsus, in agro suo vixit. Filia ejus, adimendæ spei partus gratia, virgo Vestalis lecta, quæ cum 27 patrui sui anno geminos edidisset infantes, juxta legem in terram viva defossa est. Verum parvulos prope ripam Ti- | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μεθ' ὃν β', ΟΣΩΡΘΩΝ, ἔτη θ'. Ὃν Ἡρακλέα Αἰγύπτιοι ἐκάλεσαν. Eusebius apud Syncell. pag. 60.

Λατίνων ιε', ἐβασίλευσεν ΑΜΟΥΛΙΟΣ ΣΙΛΟΥΙΟΣ ἔτη μδ' (λβ'). Syncell. pag. 153.

Ἀθηναίων ια', ἐβασίλευσεν ΑΓΑΜΗΣΤΩΡ ἔτη κ'. Ex Syncell. pag. 155.

## NOTÆ.

*In Corintho* quod dicitur, ita accipito, ut ab ea civitate in alias oras prima triremis navigarit. Quod autem *primam* vocat, cum diu ante ad num. 841, *trierem Tyrrhenorum Scyllam* memorarit, istud per πρόληψιν dictum puta, ut est illud quod dudum laudavimus ex Virgilio,

Triplici consurgunt ordine remi;

In quem locum monet Schurzfleischius, consuli Brodæum lib. iii Miscel. cap. 3, et Albericum gentilem lect. Virgilianar. cap. 3. Dicemus nos iterum hac de historia ad Olympiad. secundam.

[a] Penes Africanum, quod et Scaligero notatum est, Ὀσορχῶ dicitur, eique anni dumtaxat octo tribuuntur.

[b] Huc jubet Pontacus in Corrigendis referri periocham de Remi ac Romuli ortu, quam infra habes ad num. 1245. Præposterum autem hoc visum est fieri, neque adeo obsecuti sumus; nam et dudum laudatus Hieronymus ep. 18, ad Damas., suæmet recensionis fidejussor, *post Oziæ mortem*, *Romulum Romani Imperii conditorem natum esse*, ex hoc ipso Temporum libro testatur. Porro Syncellus solos λβ', triginta duos, regni annos Amulio tribuit.

[c] Scaliger præponit proxime Amulio hanc de Numitore historiam, quam et abs Hieronymo assutam fuisse, propius ad verum sentit. Legit porro *adimendi partus gratia*, pro *adimendæ spei partus*, etc.: quod rectius multo habet, tametsi videtur Schurzfleischio vox *partus* fortasse glossatoris alicujus esse, quod olim posteri omnes spei nomine venirent: tum *electa* legit pro *lecta*, et *cum septimo patrui anno*, pro *vigesimo septimo* (quod sane non modicum discrimen est) *patrui sui anno*, et mox *in terra* pro *in terram*. Ad hæc *juxta ripam* pro *prope*: denique, *Unde ad nostram memoriam*, pro impressa lectione, *Propter quod ad nostram usque memoriam*, quam et præferunt libri plerique omnes.

[d] Hieronymi locum in epist. 18, ad Damasum, de Seraphim ubi Agamestoris mentio est, Scaliger ex corrupto exemplari legit, ex quo quid sibi velit S. Doctor, se fatetur non intelligere. Verba jam emendata digna sunt, quæ hic describantur: *Regnavit Ozias annis quinquaginta duobus, quo tempore apud Latinos Amulius, apud Athenienses Agamestor undecimus* (Scaliger legit *undecim annis*, manifesto vitio) *imperabat. Post cujus mortem Isaias propheta hanc visionem, quam explanare nunc nitimur, vidit, id est, eo anno quo Romulus Romani imperii conditor natus est; sicut manifestum esse poterit his, qui voluerint legere Temporum librum, quem nos in Latinam linguam ex Græco sermone transtulimus.* Perturbant vero calculos Chronologorum prætoris hujus anni, in quibus annotandis satius putare est, peccatum fuisse jamdiu olim a librariis, quam quod Cappellus atque alii faciunt, eos qui subsequenti Æschylo tribuuntur, imminuere. Ejus erroris indicio est ipsum Antiquorum dissidium; nam pro viginti annis, quos Eusebius putat, Syncellus solos ascribit decem et septem. Notatque præterea alios esse auctores, qui ad quadraginta usque exaggerant. Confer quæ de Æschyli annis mox dicemus.

| Med. | Lacedæm. | Maced. | Hebr. J. | Hebr. Isr. | Ægyptior. | Latinorum. | Athen. | Corint. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | *Israel XIII* *ZACHARIAS, mensibus* 6. | | beris expositos Faustulus regii pastor armenti ad Arcam Laurentiam uxorem suam detulit: quæ propter pulchritudinem et rapacitatem corporis quæstuosi, *Lupa* a vicinis appellabatur, unde ad nostram usque memoriam meretricum cellulæ *lupanaria* dicuntur. Pueri cum adolevissent, collecta pastorum et latronum manu, interfecto apud Albam Amulio, avum Numitorem in regnum restituunt.) | | | |
| 24 | 18 Lycurgi [b] leges in Lacedæmone, juxta sententiam Apollodori, hac ætate susceptæ. | 18 | 30 | 1 *Post Quem SELLUM, XIV, diebus* [d] *Post quem MANAEM. XV, an.* 10. | 4 | 1 | 3 | 21 | |
| 25 | 19 | 19 | 31 | 1 | 5 | 2 | 4 | 22 | |
| 26 | 20 | 20 | 32 | 2 | 6 | 3 | 5 | 23 | |
| 27 | 21 | 21 | 33 | 3 | 7 | 4 | 6 | 24 | |
| 28 | 22 | 22 | 34 | 4 | 8 | 5 | 7 | 25 | |
| *Medorum II* [a] *SOSARMUS, an.* 30. | | | | | | | | *Corinthiorum XI,* [e] *TELESTES, an.* 12. | |
| 1 | 23 | 23 | 35 | 5 | 9 *Post quem PSAMMUS, an.* 10. | 6 | 8 | 1 | |
| 2 | 24 | 24 | 36 | 6 | 1 | 7 | 9 | 2 | |
| 3 | 25 | 25 | 37 | 7 | 2 | 8 | 10 | 3 | |
| 4 | 26 | 26 | 38 | 8 | 3 | 9 | 11 | 4 | |
| 5 | 27 | 27 | 39 | 9 | 4 | 10 | 12 | 5 | 1230 |
| 6 | 28 | 28 | 40 | 10 *Post quem PHACEAS XVI, an.* 10. | 5 | 11 | 13 | 6 | |
| | | *Macedonum II, COENUS* [c], *an.* 12. | | | | | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μήδων β', ἐβασίλευσε ΣΟΣΑΡΜΟΣ ἔτη λ'. Ex Syncell. pag. 158.

Ἀπολλόδωρος τὰ Λυκούργου νόμιμα ἐν Λακεδαιμονίᾳ τούτοις τοῖς χρόνοις καταδεχθῆναι γράφει. Ex Sync. p. 148.

Μακεδόνων β', ἐβασίλευσε ΚΟΙΝΟΣ ἔτη ιβ'. Ex Syncell. pag. 159.

Τοῦ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσεν ιγ' ΖΑΧΑΡΙΑΣ μῆνας ς'. Μεθ' ὃν ιδ', ΣΙΛΟΥΜ, ἡμέρας λ'. Μεθ' ὃν ΜΑΝΑΗΜ, ι', ἐβασίλευσεν ἔτη ι'. Ex Syncell. pag. 161.

Τοῦ Ἰσραὴλ ις', ἐβασίλευσε ΦΑΚΕΣΙΑΣ ἔτη ι'. Syncell. pag. 161.

ΨΑΜΜΟΣ, γ', ἔτη δέκα. Eusebius apud Sync. p. 60.

Κορινθίων ια', ἐβασίλευσε ΤΕΛΕΣΤΗΣ ἔτη ιβ'. Syncell. pag. 148.

## NOTÆ.

[a] Huic præponit Syncellus ex Africano, atque ipse Ctesias Mandaucem: qui fortasse idem est atque ille, quem Eusebius postponit, ac Medidum vocat. Recole quæ de his diximus paulo superius.

[b] Parmensis ms. hæc plane omittit: primus Palatinus post annos quatuor differt, Scaliger econtrario anticipat tribus: minus etiam recte *a Lacedæmone* legit, pro *in Lacedæmone.* Græca ex Syncelli luxato depravatoque aliis mendis textu paulo liberius excudimus, prout res tulit. Confer Laertium in *Solone*, ubi librorum Apollodori περὶ νομοθετῶν meminit: quamquam videri possit *Chronicorum* librorum intellexisse. De Lycurgi ætate ex aliorum placitis satis multa superius diximus. Scaliger putat id ipsum hoc tempus esse, quod designabat Thucydides. Hic enim ab eo tempore, quo Lacedæmonii A Lycurgi legibus uti cœpere, ad finem belli Peloponnesiaci, quod refertur ad numerum Eusebianum. 1612, supputat annos 400, quos si ab eo numero detrahas, remanet numerus 1212, vix novem annis, quæ levissima differentia est, præsenti Eusebiano brevior.

[c] Syncellus autem ad viginti novem usque exaggerat.

[d] Scaliger *dies tres* legit: omnino autem *triginta* supputandos esse, cum Græcus apud Syncellum textus, tum maxime persuadet IV Reg. xxxv, 31. Qui subsequitur Manahem verissime dicitur Eusebio solis decem annis regnasse: exaggerant vero præter sacri textus fidem, Syncellus et Chronici Paschalis auctor, ut alios nunc prætercam, qui duodecim illi annos elargiuntur.

[e] Diodoro Siculo apud Syncellum, Alexandrum sustu-

| Medor. | Laced. | Maced. | Heb. J. | Heb. Is. | Ægyptiorum. | Latinor. | Atheniens. | Corinthiorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 7 | 29 | 1 | 41 | 1 | 6. Ægyptii post Phœnices mare obtinuerunt. | 12 | 14 | 7 | |
| 8 | 30 | 2 | 42 | 2 | 7 | 13 | 15 | 8 | |
| 9 | 31 | 3 | 43 | 3 | 8 | 14 | 16 | 9 | |
| 10 | 32 | 4 | 44 | 4 | 9 | 15 | 17 | 10 | |
| 11 | 33 | 5 | 45 | 5 | 10. XXIV Dynastia, [a] BOCCHORUS, an. 44. | 16 | 18 | 11 | |
| 12 | 34 | 6 | 46 | 6 | 1 | 17 | 19 | 12. Post quem AUTOMENES [c], an. 1. (Post hos, reges in Corintho non fuerunt, sed annui Prytani constituti.) | |
| 13 | 35 | 7 | 47 | 7 | 2 | 18 | 20. Atheniens. XII, [b] ÆSCHYLUS, an. 23. | Lydorum rex I, [d] ARDISUS, annis 36. | |
| 14 | 36 | 8 | 48 | 8 | 3 Bocchorus Ægyptiis jura constituit, sub quo agnus locutus est. | 19 | 1 | 1 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Εἰκοστὴ τετάρτη δυναστεία; ΒΟΓΧΩΡΙΣ Σαΐτης ἔτη μδ'. ἐφ' οὗ ἀρνίον ἐφθέγξατο. Eusebius apud Syncell. p. 60.

Ἀθηναίων ιβ', ΑΙΣΚΥΛΟΣ ἔτη κγ'. Ex Sync. p. 156.

Μεθ' ὃν ΑΥΤΟΜΕΝΗΣ ἔτος ἕν. Μεθ' οὓς ἐνιαύσιοι Πρυτάνεις. Ex Syncell. pag. 144.

Λυδῶν α', ἐβασίλευσεν ΑΡΔΥΣΟΣ ἔτη λς'. Syncellus pag. 191.

## NOTÆ.

lisse hic traditur, qui paterno regno elisus fuerat, etc. A

[a] De Bocchore, et qui subsequentis Dynastiæ primum obtinet locum, Sabacone hæc tradit Diodorus, *Exinde regnum suscepit Bocchoris, corpore exili et despecto, sed ingenio et prudentia ante se Regibus præcedens. Post multas hinc tempestates, regno Ægypti præfuit Sabaco, natione Æthiops, deorum cultu et benignitate antecessoribus cunctis superior.* Syncellus autem ex Eusebio, nullo temporis spatio interposito, Sabaconem tradit Bocchori successisse, quem in captivitatem redactum, vivum combussit, proque eo regnavit annis octo. Contraria utrique refert Herodotus lib. II, cap. 137, vultque, non Bocchori, sed Anyso cæco regnante, Sabaconem Æthiopum regem in Ægyptum irrupisse, eoque fugato in paludes cæco, regnum annis 50 obtinuisse: post quos Æthiopiam repetierit, rursumque e paludibus egressus Anysis imperium receperit. Alia ex parte disputant criticorum filii, quis hic tandem Sabaco fuerit; et cl. quidem Perizonius unum eumdemque esse contendit cum Taracone Æthiope, qui postremus est hujus Dynastiæ princeps: idque ex nominum Sabaconis et Taraconis similitudine, et quodam etiam in idem tempus concursu, probat. Id vero ipsum paribus, ut ego quidem sentio, argumentis licet ire inficias: ac sane in tanta opinionum varietate quod certo teneas, nihil est. Portentum porro, quod sub eo rege evenisse, infra dicitur, longe incredibilius facit Ælianus de Animalibus libro II, magnum nempe illum pedibus octo et cauda gemina fuisse natum.

[b] Solos autem quatuordecim annos huic tribuit Syncellus, quod ab aliorum fide monimentorum abhorret. Nec probarim rationes Cappelli, qui tribuit duodeviginti; manifeste enim vigesimus ejus primus in marmoreo Oxoniensi Chronico memoratur. Annum porro ejus quartum, non tertium, aut secundum cum prima olympiade committendum esse, contendit Dodwellus in Veterum Cyclis pag. 694, quem adito.

[c] Addit Parmensis ms. notam 12, quod verum est: duodecimum quippe locum Automenes obtinet. In C

A aliis libris teste Schurzfleischio, depravate dicitur *Atomenes*, et *Antomenes*. Pro subsequenti periocha Scaliger habet, *Corinthiorum reges defecerunt. Post hos in Corintho constituti sunt annui Prytani*, quo pacto postremum hocce verbum recte effert etiam primus Palatin. ms. Vitiose alius *principatus*, et vetustiores editi *principes*. Rem narrat Diodorus Siculus apud Syncellum: *Teleste a gentilibus interempto, Automenes annum regnavit. Tum ab Hercule orti Bacchiadæ plures ducentis regnum occuparunt, omnesque communi potestate rempublicam administrarunt: sed quotannis Prytanim ex se crearunt, qui regis loco esset, idque per annos nonaginta usque ad Cypselli tyrannidem, a quo in ordinem redacti sunt.* Sed et Pausanias in Corinthiacis cap. 4: Πρυτάνεις *ex Bacchiadarum gente annum tenuere imperium, quos Cypsellus Eetionis filius, tyrannide occupata, expulit.*

[d] Additur in Parm. ms. *filius Altatis*, minus emendate, sed et Schurzfleischius ait, Lydorum rex primus B a primo Palat. codice *Ardisius, filius Alyattis*, vocatur. Reliqui pessime legunt, *filius Alvatis*. Edd. ea verba omittunt. Ex Atyadis eum fuisse, Herodotus lib. I, cap. 7, docuit. Etiam Syncellus, edit. Par. p. 239, male habet, Ἄρδυσος Ἀλύτου pro Ἀλυάττου. Utrumque enim scribitur. Sylloge Scaligeri Eusebiana, l. II, p. 149, ita de hoc negotio ait, Λυδῶν ἐβασίλευσε πρῶτος Ἄρδυσος Ἀλυάττου, ἔτη λς'. Malala p. 195: Καὶ ἐβασίλευσεν, inquit, τῶν Λυδῶν πρῶτος ὁ Ἀρδεὺς, ἔτη λς'. Utrobique legendum esse puto Ἄρδυς, cujus nomine rex inter Lydos etiam numero 1254 memoratur, quamquam et eum Ἄρδυσον Syncellus vocaverit. Porro Lydorum regnum cum multo vetustius facit Marshamus, accipiendum id esse cum grano salis videtur. Sane quidem Lydia vetustiores Ardye reges habuit, sed eo tempore, cum multo plures Asiæ non tam reges essent, quam Tyranni. Hos postea in potestatem suam plurimos Lydi redegerunt, et ab hoc Ardy usque Asiæ quasi fuerunt monarchæ: unde et marmor Arundellianum, linea 56, Κροῖσον τῆς Ἀσίας βασιλεύοντα vocavit. Ne-

| Hebr. | Laced. | Maced. | Heb. J. | Heb. Is. | Ægyptiorum. | Latinor. | Atheniens. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 13 | 37 [a] Lacedæmoniorum reges defecerunt. | 9 | 49 | 9 | 4 | 20 | 2 | 2 | 1240 |

[b] A captivitate Trojæ usque ad olympiadem primam anni 405, Æschyli Atheniensium judicis secundo anno prima olympias acta, quæ [*Al.* quo] erat Agon gymnicus, in quo Corœbus Heliensis exstitit victor. Helii agunt quinquennale certamen, quatuor annis in medio expletis, in quibus principes annui constituuntur quatuor; quam olympiadem Iphitus filius Praxonidis, sive Hæmonis, primus constituit. Ab hoc tempore Græca de temporibus historia vera creditur: nam ante hoc, ut cuique visum est, diversas sententias protulerunt.

## GRÆCA FRAGMENTA.

Οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς... ἕως τοῦδε τοῦ χρόνου διήρκεσαν. Ex Syncell. pag. 148.

Αἰσχύλου τῷ β' ἔτει πληρουμένῳ καὶ ἀρχομένῳ τῷ γ' αὐτοῦ ἔτει..... ἡ πρώτη ὀλυμπιὰς ἤχθη. Ex Syncello pag. 156.

Ἡ πρώτη ὀλυμπιὰς ἤχθη παρὰ τοῖς Ἠλείοις, ἥτις ἐστὶ τετραετηρὶς, ἣν Ἴφιτος ὁ Αἵμονος, κατὰ δὲ ἄλλους Πραξωνίδου τινὸς τῶν ἀπὸ Ἡρακλέους Ἠλεῖος ἀνῆγεν· ἐντεῦθεν Ἕλληνες τοὺς χρόνους ἀκριβοῦν ἐνόμισαν, πάντων συγκεχυμένων, καὶ κατὰ μηδὲν αὐτοῖς τῶν πρὸ τοῦ συμφωνούντων. Scaliger in Collectaneis ex Syncello.

## NOTÆ.

que enim aliud quoque causæ subest, quam istud, cur a minus potentibus Lydiæ regulis regum Lydiæ seriem auctores pertexere noluerint.

[a] Diximus ad Euristheum, sive ad Lacedæmonii juxta Eusebium regni primordia, mirum videri, quod scripserat, hoc anno quo acta est prima olympias, sub Alcamene reges istos desiisse: quin etiam id ei culpæ tribui, cum gravissimis aliis testibus, Anonymo de Reg. Laced., Pausania, Polyæno, atque aliis constet, Polydorum filium Alcameni in regno successisse, atque exinde Eurycratem Polydori, Anaxandrum Eurycratis, atque alios deinceps magno numero ex eadem continuo familia ac stirpe. Ac posset quidem utcumque Africani apud Jo. Malalam exemplo Eusebiana hypothesis defendi: siquidem hic etiam ab Euristheo, qui regnum tenuit annos quadraginta duos, solos memorat ἄλλους μετ' αὐτὸν ὀκτὼ reges, atque in universum constitisse regnum illud ἔτη τριακόσια, καὶ εἴκοσι πέντε, *annis trecentis viginti quinque* asserit. Paria habet, immo eadem Cedrenus ferme ad verbum. Verum sequiores auctores isti hanc ipsam ab Eusebio recensionem ac seriem mutuati sunt, nec suppetias ejus hypotesi auctoritate sua ferunt. Intelligimus autem ab auctore nostro, quæ sua mens fuerit, eaque probe percepta, nihil demum esse quod illi opponi jure possit, dignoscimus. Nempe voluit Euristenidarum regum seriem, usque ad illud temporis, quo *in Lacedæmone ephori, quod magistratus est nomen, constituti sunt*, tantum exposuisse: tametsi eo etiam inducto magistratu, regum dignitas ex eadem illa familia perseverarit. Erat quippe nonnihil immutata forma regiminis, quam repræsentare satius pro Operis instituto suo duxit: hocque sensu ait, Lacedæmonios reges post Alcamenem desiisse, quod ephori tunc temporis creati sint in eum finem, quemadmodum Plato apud Plutarchum in Vita Lycurgi tradit, ut instar freni regum jam ferocitatem ac luxuriantem potentiam inhiberent. Dicemus hac de re plura inferius, ex quibus comperta magis Eusebii mens erit: hæc eum interim ab Scaligeri criminationibus vindicant. Addesis tamen, si lubet, Meursium de regno Lacedæmonior. cap. 10, qui in verbis Eusebii nihil veri, nihilque recti scit reperire: Etenim, inquit, nec primæ familiæ ultimus Alcamenes fuit; nec secundæ per hæc tempora sex dumtaxat regnaverunt, cum Charilaus qui illius septimus fuit regnum tenuerit cum collega Archelao item septimo prioris familiæ, uti constat ex Pausania et Plutarcho.

[b] Impressæ lectionis series eadem atque ordo est in Parmensi ac Palat. primo mss. aliisque editis vetustioribus libris cum Sichardo, ac demum penes Gobelinum Personam, quem ad hunc plane modum in suo olim exemplari legisse, perspicuum est. Scaliger omnia susdeque vertit prout lubitum fuit. Priore pericocha ista de annis a captivitate Trojæ ad primam olympiadem, reliquis in fine postposita, habet: *Hic constituitur olympias prima, secundo anno Æschyli, Atheniensium judicis, in qua Corœbus Æliensis exstitit victor. Hanc Africanus temporibus Joatam regis*, etc., laudatis Africani verbis, quibus statim subnectit: *Hoc tempore Teglath-Phalassar rex Assyriorum magnam partem Judæorum populi in Assyrios transtulit, rege Phacee: quo tempore Arctinus Milesius versificator prope omni metro et opere clarus habetur:* quæ postmodum iisdem fere verbis altero ab hoc anno repetit. Hinc, *Elii quinquennale certamen agunt*, etc... *sententias protulerunt. Porro et nos in prima olympiade Joatham posuimus:* quasi postrema isthæc non Africani essent, sed Eusebii verba. In fine grandioribus litteris: *Hinc decedentibus* et *succedentibus regnis, novus ordo consurgit.* Nunc de singulis juxta Pontacenam atque adeo nostram recensionem. Spatium illud inter Trojæ excidium ac primam olympiadem, haud scio quam vere ait Scaliger, in omnibus scriptis editisque libris, et apud Bedam solis 405 annis definiri, cum, ut quibus utimur, codices prætermittamus, vetustiores quoque editi libri cum Sichardo præferant, *an.* 406, *alias* 405, et quod ipse ille minime diffitetur, constet ex proœmio hujusmet libri totidem ann. intervallum, quod et recte inita ratione comprobatur. Addit Eratosthenem putare an. 407, Diodorum 408. causamque harum diversitatum pendere ex notitia Tetraeteridos Græcæ: Omnes enim, inquit, qui certius rem putarunt, uno ore definiunt, 23 Thargelionos Ilium captum (unus aut alter aliam diem assignant), sed in configuratione lunæ inter eos non convenit. Alii enim plenilunio, alii septima luna, alii vicesima tertia captum scribunt. Quare si luna silente hic casus contigit, hoc fuerit anno primo Tetraeteridos: si octava luna, secundo anno: si plenilunio, tertio: si vicesima luna, quarto: ut qui volunt Ilium captum an. 408 ante primam olymp., ii putent hoc contigisse plenilunio. Hæc ex iis quæ dicenda mox sunt, clarius constabunt. Cæterum et Julius Solinus 408 post excidium Trojæ ann. computat. Monet vero Schurzfleischius, ut qui auctorum sententias de distantia ann. inter primam olympiadem, et Trojæ eversionem, cognoscere cupit, adeat Censorinum de die natali c. 21, et addat quæ de egregio plane loco illo disputarunt, præter alios, Marshamus Canon. Chronic. p. 320, et Petavius de Doctr. Tempor. lib. IX, cap. 45. Jam de anno Æschyli, quem Atheniensium *judicem* proprio demum vocabulo Hieronymus vocat, vulgata sententia est, quam et noster probat, anno ejus secundo olympiadas institutas. Verum cum aliunde constet, cœptas ann. periodi Julianæ 3938, Æschyli autem secundus annus in ejus periodi ann. incurrat 3936, transfert Dodwellus, quod paulo ante dicebamus, olymp. initia in ejus prætoris ann. quartum. Alii ex Græco penes Syncellum textu, ubi dicitur, Αἰσχύλου τῷ δευτέρῳ ἔτει πληρουμένῳ, τῷ τρίτῳ αὐτοῦ ἔτει, ita explicant, ut secundo jam expleto, et tertio

*Medor.* *Maced.* *Heb. J.* *Heb.Is.* *Ægyptiorum.* *Latinor.* *Atheniens.* *Lydorum.* *Ann. ab Abr.*

[a] **PRIMAM OLYMPIADEM** Africanus temporibus Joathan regis Hebræorum fuisse scribit. Nostra quoque supputatio iisdem temporibus eam exhibuit. Scribit autem Africanus, ut verba ejus ponam, ad hunc modum : *Æschylus Agamestoris filius apud Athenienses obtinuit principatum annis 28 : qua ætate Joathan regnabat in Jerusalem. Porro nos in prima olympiade Joathan posuimus.*

## GRÆCA FRAGMENTA.

### ΠΡΩΤΗ ΟΛΥΜΠΙΑΣ.

Τὴν α' ὀλυμπιάδα ὁ Ἀφρικανὸς κατὰ Ἰωαθὰμ Ἑβραίων τοῦ Ἰούδα βασιλέα συνάγει. Καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ κανὼν κατὰ τὸν αὐτὸν παρίστησι· Γράφει δὲ ὁ Ἀφρικανὸς ὧδε πρὸς λέξιν· Αἴσχυλος ὁ Ἀγαμήστορος ἦρξε τῶν Ἀθηναίων ἔτη κγ'· ἐφ' οὗ Ἰωαθὰμ ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ. Καὶ ὁ ἡμέτερος κανὼν, λέγει, Ἐπὶ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος τὸν Ἰωαθὰμ βασιλέα Ἰούδα συνείληφεν. Chron. Pasch. pag. 84.

## NOTÆ.

jam vertente anno, ludi ejus primordia contigerint. Sensisse autem videtur Syncellus anno Æschyli ιδ', sive 14, assignandam facti epocham : mavultque adeo Goarus rescribi eo loci, *Anno undecimo expleto, et ineunte duodecimo.* De aliorum auctorum in definiendis Æschyli annis, diximus paulo ante : quamquam et vetus auctor anonymus, qui olympiadum ἀναγραφὴν composuit, secundo illius prætoris anno cum Eusebio ascribit. Jam vero quod causas naturamque olympiadum perspectas habemus, acceptum referimus magno Scaligero, cui primum id scire contigit, et cujusmet verbis rem præstat exponere : Pythium, inquit, consulentibus Græcis de recto sacrificiorum et solemnium ritu, responsum est, bene illis cessurum, si κατὰ τὰ πάτρια καὶ κατὰ τρία sacrificarent, hoc est, κατ' ἐνιαυτοὺς, κατὰ μῆνας, κατὰ ἡμέρας. Post multas ann. formas frustra tentatas, quibus putabant oraculo satisfieri, tandem elegantissimam, ut erat captus illorum temporum, rationem inierunt, ut annus esset dierum 360 cum duabus appendicibus : quas veteres Athenienses ἀνάρχους ἡμέρας vocabant : ita tamen ut in quatuor annis, unus mensis cavus esset. Unde accidebat, ut quatuor anni fierent dierum 1467 quæ fiunt syzygiæ 44 minus scrup. 1, 16, 40. Ita quinti anni neomenia prima incidebat in novilunium. Aliquando etiam mensis unus intercalabatur : et tunc Tetraeteris erat dierum 1477. Sic oraculo satisfactum putabant. Nam secundum annum, et mensem sacrificabant, quod menses essent pleni, utpote tricenorum dierum : item annus ex plenis mensibus constitutus per embolismum ad sua initia redibat, saltem proxime ad caput accedebat. Hæc causa est, quare quinto quoque anno majores Græcorum Πανηγύρεις per quadriennia in orbem redibant. Nam Olympia in Elide, et Panathenæa Athenis, et Pythia Delphis, et Carnea Lacedæmone quinto quoque anno plenilunio celebrabantur. Si enim ex oraculi præcepto menses pleni omnes esse debent, et plenilunio mensis primi solemne celebrandum, hoc non potest fieri in illa anni forma, nisi quinto anno redeunte. Nos hallucinationem Pausaniæ olim castigavimus, qui scribit, Herculem Olympicum agonem quinto quoque anno ideo instituisse, quod ipse et fratres ejus erant quinque numero. Atqui non quinto anno expleto, sed ineunte, olympias instaurabatur, quatuor solidis inter duas olympiadas relictis. Porro hujus præstantissimæ observationis nostræ tantus fructus est, ut sine hac doctrina frustra omnis opera collocetur in ratione temporum Græcorum. Hactenus ille. Τὰ ὀλύμπια itaque fiebant quarto quoque anno exacto in plenilunio ejus mensis, cujus novilunium proxime ad solstitium æstivum accedebat : atque hæc quidem prima olympias juxta Scaligeri rationes celebrata est 23 Julii, numero aureo 5, cyclo solis Romano 18. Juxta autem Eusebii, quas et Hieronymus sequitur, rationes, notante Henrico Leonardo Schurzfleischio in Dissert. chronologica ad periodum Græco-Romanam pag. 110, inchoatur anno ejus periodi 4717, cyclo solis 17, A. G. lunæ 4, Indict. 7, et quidem a kalendis Septembris anno populari, cum quo annum Incarnationis, aliarumque epocharum Eusebius auspicatur. Atque adeo verissimum est, quod hæsitan-

A ter proponit Petavius part. II Rationarii Tempor. lib. I, cap. 10, ab autumno antecedente olympiadas vulgares Eusebium olympiadas suas exordiri : quod et dicendum est de Hieronymi continuatione usque ad Valentis imp. mortem, annum scilicet Christi 378. Scribit enim ad eum usque annum olympiadicos fluxisse 1155, cum soli sint 1154 communes a paucis mensibus inchoati, ut rationes ineunti constabit. Verum illud est etiam sedulo animadvertendum, quod videtur Scaligerum latuisse, olympiadem, qua Corœbus stadium vicit, non vere primam esse, sed primam earum quæ numeratæ sunt, τῶν ἀριθμουμένων, ut vere notatum Syncello est : a qua ad vere primam, cum floruit Iphitus, interjectæ sunt priores aliæ 27, sive anni centum et octo. Id ille ex Aristodemo, itemque Polybio hausit, qui historiam olympiadum auctores vetustissimi contexerunt. Quibus et Phlegon in fragmento Olymp. tom. IX Antiquit. Græc. p. 1291 concinit : denique et Callimachus apud laudatum Syncellum : B tametsi solas tredecim velit præcessisse, omissas referri in tabulis, atque istam, qua Corœbus victor pronuntiatus est, fuisse decimam quartam, contendat. Hæc qui antea ignorabant chronologi atque historici, vix dicta est, in quas temporum ambages, erroresque inciderint. Ad reliqua properemus. Iphitus, qui perquam hic bene scribitur *filius Praxonidis, sive Hæmonis*, sane perperam hujus nepos dicitur Scaligero, qui legit *filius Paraxonidis, filii Æmonis.* Præterquam quod illam lectionem et nostri mss. et Palatini ad unum omnes, denique et vetustiores editi libri cum Sichardo præferunt, probat etiam luculentissimo testimonio Pausanias in Eliacis cap. 4 : *Inscriptio*, inquit, *quæ in Olympia est, Iphitum testatur Hæmonis filium fuisse : Græcorum plerique non Hæmonis eum, sed Praxonidæ filium dixere.* Quin ipse etiam Scaliger in Sylloge Eusebiana, Ἦν Ἴφιτος, ὁ Αἱμόνος, κατὰ δὲ ἄλλους Πραξωνίδου τινὸς τῶν, κ. τ. λ. Nempe cum de ejus genere constituendo dissentiant Veteres, aliis a C Praxonida, aliis ab Hæmone deducentibus, utramque sententiam voluit annotare Eusebius, nec sane cum potuit Hæmonis nepotem dicere, quod nemo Veterum umquam somniavit. Ab Oxylo genus duxisse, Pausanias loco laudato, nemine quod sciam diffitente, tradit, certumque præterea est ex Antiquorum, Pausaniæ, scilicet Aristotelis, et maxime Phlegontis, ut alios taceam, consensu hac in re, quidquid Simsonio aliisque recentioribus chronologis visum sit, eum Lycurgi legislatoris, et Cleosthenis Pisæi æqualem extitisse, quibuscum ludos Olympicos instauravit. Quod enim hic dicitur in Græco ἀνῆγεν, accipi jubet Schurzfleischius pro eo quod ait etiam Pausanias, διέθηκε, sive ut et Hieronymus vertit, *constituit*, sive *ordinavit ;* nam et ita viguisse tum temporis ludos istos, probat Kuhnius ad Pausaniam, ut non tam de eorum instauratione, quam de dispositione, et ut ait Phlegon in Fragmento sæpius laudato, certarint Græci, essent necne victores deinceps coronandi. Notum in fine, tempus quod D olympiadas præcedit Græcis μυθικὸν dici. Cætera videsis Samuelem Petitum ad LL. Atticas a p. 54 ad 60.

[a] Quin immo, ait Syncellus, Africanus Eusebii

| Olymp. | Med. | Macedonum. | Hebrœ. Jud. | Hebr. Isr. | Ægyp. | Latinorum. | Athen. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | 16. . | 10 [a] Arctinus Milesius versificator florentissimus habetur. | 50 . . . . | 10 . . . | 5. . . | 21 . . . | 3. . . | 3 . . . | |
| | | | | *Hebr. Isr. XVII*, [c] *PHACEE, an.* 20. (Sub quo [d] Theglath Phalassar rex Assyriorum magnam partem populi Judæorum in Assyrios transtulit.) | | | | | |
| | 17. . | 11 . . . . . | 51 . . . . | 1 . . . | 6. . . | 22 . . . | 4. . . | 4 . . . | |
| | 18. . | 12 . . . . . | 52 . . . . | 2 . . . | 7. . . | 23 . . . | 5. . . | 5 . . . | |
| | | *Maced. III*, [b] *TY-* | *Hebrœorum* | | | | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀκτίων (leg. Ἀρκτῖνος) Μιλήσιος ἤκμαζεν. Syncell. pag. 169.

Μακεδόνων γ', ἐβασίλευσε ΤΥΡΜΑΣ ἔτη λη'. Ex Syncell. pag. 170.

Τοῦ Ἰσραὴλ ιζ', ἐβασίλευσε ΦΑΚΕΕ ἔτη κ'. Ex Sync. pag. 162, et Chron. Pasch. pag. 86.

Ἐν ταῖς ἡμέραις Φακεὲ ἀνέβη Θεγλὰθ Φανασσὰρ βασιλεὺς Ἀσσυρίων, καὶ ἔλαβε πόλεις θ'... καὶ τοῦ λαοῦ πλεῖστον ἀπῴκησεν εἰς Ἀσσυρίους. Ex Chron. Pasch. pag. 86, et Sync. pag. 162.

## NOTÆ.

sententiam opposita destruit auctoritate, ad Achaz tempus Olympiadem primam tertio et quarto Historicorum libro apertis hisce verbis initium habuisse affirmans: *Olympiadem primam, quæ tamen quarta et decima fuit, cum stadio victor Corœbus renuntiatus est, ad Achaz in Jerusalem regnantis annum primum revocandam censeo.* Subjungit in quarto: *Achaz porro regni fuit hic annus primus, in quem Olympiadem primam incidere demonstravimus.* Hinc Scaliger, Si, inquit, Africanus primam olympiadem comparat cum primo anno Achaz, falso Eusebius anno primo Joathan illam eum assignare scribit. Goarus imprudentiam Syncelli culpat, qui modo Africani, modo Eusebii codicibus usus, mendosis quandoque calculis oberrarit, adeo non unius librarii, sed ipsius nonnumquam Auctoris qui occurrunt proprios esse errores, a quibus ea solummodo ratione, quod opus non relegerit, vel recensuerit, vindicandus videatur. Pergit porro Scaliger, Quod si concedamus primo Joathan anno olympiadem primam collatam esse ab Africano, quare Eusebius dicit, *Nostra quoque supputatio iisdem temporibus eam exhibuit?* Falsum enim, ab Eusebio eam primo anno Joathan assignari, cum ad quinquagesimum Azariæ eam annotarit. Verum in hoc ipse hallucinatur Scaliger: cum enim solidis quatuor annis Olympias constet, ut vere Eusebius dixerit, satis est, quod intra hujusce tetraeteridos terminos ille sit positus; neque enim ait, ut perperam Scaliger accepit, se ab anno primo Joathan olympiades supputare. Nihilosecius Africanum nondum dicere quod voluit Eusebius, contendit Petavius libro IX de Doctrina Tempor. cap. 56, quem sane operæ pretium erit consuluisse. Sed et Jacobus Basnagius in Notis ad Prosperi Chronicon, Eusebium inconstantiæ reprehendit, quod et a quadragesimo nono Azariæ anno olympiadum initium ducat, et primum ejusdem annum cum illius quinquagesimo faciat in recensione concurrere. Atque hoc quidem verum est, nec ideo tamen minus sibi Eusebius constat; præcedenti enim anno quadragesimo nono solum memorat ipsam olympiadem actam, sive ludum atque agonem commissum. Cætera sunt etiam qui a quinquagesimo primo Azariæ anno olympiadas dinumerare incipiunt. Laudat in hanc sententiam Schurzfleischius anonymum Chronici scriptorem, nondum publici juris factum apud Garciam de Loaisa, ad Isidori Chronicon pag. 35, ubi, ἔτει να' Ὀζίου, dicitur, τοῦ καὶ Ἀσαρίου, βασιλέως Ἰούδα, πρώτη ὀλυμπιὰς ἐτέθη ὑπ' Ἰφίτου. Penitus econtrario chronologi recentiores antevertere epocham olympiacam respectu annorum Oziæ student: et Simsonius quidem anno ejus regis trigesimo quarto, Scaliger trigesimo septimo assignat: alii aliis. Tu recole modo laudatum Petavii librum de Doctrina Tem. cap. 56.

[a] In Parmensi ms., *Artinus;* in primo Palatino, *Arctimus;* pessime in tertio, *Aretinus.* In Græco quoque textu varia scriptura est: apud Syncellum, Ἀκτίων; in vulgatis Dionysii Halic. codicibus, Ἀρατῖνος; optime apud Suidam, Ἀρατῖνος; Pro *florentissimus*, in aliis libris est *clarus.* Scaliger ubi hanc ῥῆσιν primo retulit ante biennium, legit *versificator prope omni metro, et opere clarus habetur.* Laudatus modo Dionysius Halicarn. lib. I antiquissimum poetam hunc vocat: sunt et qui Homeri discipulum faciunt. Videsis Fabricium Biblioth. Græc. tom. I, pag. 8 et seq. de ejus ætate et scriptis edisserentem. Erit iterum nobis dicendi locus de ejus scriptis inferius.

[b] Ita et in Parmensi ms. et vetustioribus editis libris: alii *Triminas* habent: variat et in Græco Τυριμμᾶς, et Τύρμας. Verior scriptura est *Tyrimnas*, observante Schurzfleischio, Τουριμνου, Thyatireni Dei indigenæ, mentionem quoque fieri in ara apud Sponium, ignotorum deorum aris num 43. Quamquam Sponium, quod male *Tyrimnum* nuncuparit, castiget Gronovius Præfat. ad tom. VII Antiq. Græcarum. Quoad regni annos, Dexippus apud Syncellum pag. 209 septem superaddit, sive integros quadraginta quinque illi elargitur.

[c] Eadem est in sacro textu IV Reg. XV, 27, summa annorum Phacee εἴκοσιν ἔτη. Syncellus autem, citatus etiam Scaligero, ἔτη κη'. id est, *annos* 28, mavult: quin etiam acriter eo nomine Eusebium perstringit, quod solos 20 supputarit. Eum autem numerum se ait ille invenisse in quodam vetusto exemplari ex bibliotheca Cæsareæ Cappadociæ, quod olim S. Basilius Magnus cum antiquioribus compararit, ac summo studio correxerit. Ut ut se res illa habuerit, reliqui omnes codices refragantur. Ulterius tamen pergit Chronici Paschalis auctor, qui totos triginta Phacee attribuit, nec quodpiam laudat in rem suam testimonium.

[d] Voluimus hanc periocham ad primum Phacee

| Olymp. | Med. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Hebr. Isr. | Ægyp. | Latinorum. | Athen. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | RIMAS, an. 38. | Judæ XIII, JOATHAN, an. 16. | | | | | | |
| | 19 | 1 Athenis primum [a] Trieres navigavit, Aminocleo cursum dirigente. | 1 | 3 | 8 | 24 | 6 | 6 | |
| 2 | 20 | 2 | 2 | 4 | 9 | 25 [c] Remus et Romulus generantur, ex Marte et Ilia. | 7 | 7 | |
| | 21 | 3 | 3 Prophetabant qui et supra. | 5 | 10 | 26 | 8 | 8 | |
| | 22 | 4 | 4 | 6 | 11 | 27 | 9 | 9 | |
| | 23 | 5 | 5 | 7 | 12 | 28 | 10 | 10 | |
| 3 | 24 | 6 Hesiodus secundum quosdam clarus habetur. Cynæthon [b] Lacedæmonius poeta, qui Telegoniam scripsit, agnoscitur. | 6 | 8 | 13 | 29 | 11 | 11 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀθήνησι πρώτη ἐναυπηγήθη τριήρης ὑπ' Ἀμεινοκλέους. Ex Syncello pag. 169.

Ἡσίοδος (κατά τινας) ἐγνωρίζετο. Ex Sync. p. 138.

Τοῦ Ἰούδα ἐβασίλευσεν ιγ', ΙΩΑΘΑΜ ἔτη ις'. Ex eodem pag. 159 et Chron. Pasch. pag. 84.

Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος ἐγεννήθησαν Ἄρει καὶ Ἰλίᾳ τῇ μητρί. Ex Syncell. pag. 153.

## NOTÆ.

annum referri, quod et Scaligero probatur, tametsi eamdem, paucis mutatis, semel ille, ut diximus, proxime ante primam olympiadem, atque iterum hic loci recenseat. Sane contra auctoris mentem ad quintum Phaceæ visus est Pontacus differre. Enimvero S. ipse Interpres in fine libri I Commentariorum in Oseam, *Legamus*, inquit, *Regum, et Paralipomenon libros, et inveniemus sub rege Phacee, qui regnabat decem tribubus, venisse Teglath Phalassar regem Assyriorum, et magnam partem populi Samariæ in Assyrios transtulisse : quo tempore apud Græcos secundus annus primæ olympiadis fuit, et apud Latinos, necdum Roma condita, Albæ vicesimo* (fort. addendum est, *primo*) *anno Amulius imperabat, quem postea Romulus regno pepulit*. Nec tamen usque adeo bene ad invicem epochæ istæ singulæ singulis comparantur.

[a] Equidem si Eusebii sunt Græca, quæ laudamus ex Syncello, jure Scaliger Latinam interpretationem reprehendit. Vertendum erat, *Athenis prima constructa est trieris ab Aminocle*. Meminit ejus laudatus etiam Scaligero Thucydides lib. I, pag. 4, quo tamen loco Samiis naves fabricasse eum tradit, fuisse autem patria Corinthium. Potuit prius ipse quidem Atheniensibus fabricasse; sed si recte hoc gestum in Eusebiano Canone ad hunc numerum, sive, ut Scaliger habet, post adhuc annos decem, collocatur: ut constet Thucydidis auctoritas, necesse est, ut diu multumque Aminocles iste vixerit; cum enim Samiis operam suam collocavit, Scaligero ex auctore rationes ita subducente (trecentis scilicet annis ante finem belli Peloponnesiaci), currebat annus Abrahamiticus 1312, ante hunc nempe 57 Scaliger, inquam, post tertium subsequentis olympiadis annum hæc differt. Cætera quæ de Trieris prima constructione superius dicta sunt, recole.

[b] Cynæthonis Lacedæmonii Ἡρακλείαν laudat Scholiastes Apollonii : quod opus non aliud videtur ab hoc ipso, quod *Telegonia* inscribitur. Meursius IV, 17, Miscell. Lacon. legendum hic apud Hieronymum contendit, *Genealogiam*, juxta Pausaniæ in Corinthiacis cap. 3 testimonium, ubi ait Cynæthonem ἐν ἔπεσι γενεαλογεῖσθαι. At vero hoc ipsum propositum etiam in Telegonia persequi potuit. Scaliger post adhuc annos novem periocham hanc distulit. Sive ad quintæ olympiadis annum tertium, refragantibus, ut cætera bene habeant, mss. libris plerisque omnibus. Schurzfleischius ait : Primus Palatinus recte vocavit opus hoc *Thelegoniam*, nisi quod, *Telegoniam* scribendum est. Sic *Theleboas* librarii interdum scribunt pro *Teleboars*, ut jam animadversum Theodoro Ryckio ad Tacitum p. 58. Reliqui Palatini omnes inemendate habent *Thegeloniam*, unde fortasse *Theogoniam* conjecit legendum esse Gyraldus, tacito nomine propterea a Scaligero jam notatus. Vide ad eum, quæ viri docti commentantur. Scripsere et alii olim Telegonias, inter quos est Eugamon, ὁ Κυρηναῖος, ὁ τὴν Τηλεγονίαν ποιήσας, memoratus in Eusebiana Scaligeri Sylloge, lib. I, p. 1, et Hieronymo, numero 1449, atque Syncello edit. Par. p. 239, necnon et Eustathio ad Odyss. II, p. 1800, ubi tamen κατ' ἐξοχὴν vocatur ὁ Κυρηναῖος : quo nomine gaudet alioqui Callimachus. Giraldus, Dial. III de Poet., tom. II Opp. 126, male eum Eugamum Cyrenæum nuncupavit, tametsi doctissimus ejus editor nihil monuerit. Adde his Fabricium modo laudatum Biblioth. Græc. tom. I, p. 378.

[c] Pontacus, ut diximus, hanc periocham volebat ad primum Amulii annum superius revocari : quod minime quidem probamus : tametsi uno illam alterove anno præponi maluissemus, quo propius accederet ad Dionysii Halic. quem et Scaliger laudat, aliorumque Romanæ Historiæ auctorum sententiam, qui Romulum 18 aut 19 anno ætatis suæ Romam condidisse aiunt. Dicemus vero hac de re plura suo loco inferius. Accedat nunc ipse Hieronymus dudum laudata epist. 18, ad Damasum : *Post Azariæ*, inquit, *mortem, Isaias propheta hanc visionem, quam explanare nunc nitimur, vidit, id est, eo anno, quo Romulus Romani imperii conditor natus est, sicut manifestum poterit esse his, qui voluerint legere Temporum librum, quem nos in Latinam linguam ex Græco sermone transtulimus*. Igitur non ante Azariæ mortem gemelli fratres procreati sunt. Porro quod in Græco Ῥῶμος dicitur, qui in Latino *Remus*, consonat qui-

| Olymp. | Med. | Macedonum. | Hebr. Jud. | Hebr. Is. | Ægypt. | Latinorum. | Athen. | Lydor. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Eumelus [a] poeta, qui Pagoniam et Europiam scripsit : et Arctinus qui Æthiopicam et Iliacam vastationem composuit. | | | | | | | |
| 25 | 7 | | 7 Prophetabant Osee, [c] Joel, Isaias, Oded. | 9 | 14 | 30 | 12 | 12 | 1250 |
| 26 | 8 | | 8 | 10 | 15 | 31 | 13 | 13 | |
| 27 | 9 | | 9 | 11 | 16 | 32 | 14 | 14 | |
| 4 28 | 10 | Theræi [b] Cyre- | 10 | 12 | 17 | 33 | 15 | 15 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Θηραῖοι Κυρήνην ᾤκισαν κατὰ χρησμόν· οἰκιστὴς δὲ αὐτῆς Βάττος, ὁ καὶ Ἀριστοτέλης. Syncell. pag. 170.

Προφήτευον Ὠσηὲ, Ἰωὴλ, Ἡσαΐας, Ὠδήδ. Chron. Pasch. p. 84.

## NOTÆ.

dem Plutarcho et Straboni : aliis tamen *Romus* primo appellatus traditur, qui postea *Romulus*. Servius ad Æneid. I, 276 : *Exstinctus est Remus, et a Romi nomine Romani appellati : ut autem pro Romo Romulus diceretur, blandimenti genere factum est, quod gaudet diminutione.* Credat Judæus Apella.

[a] In Parmensi ms. tota isthæc periocha ab *Eumelus*, ad *Iliacam vastationem composuit*, desiderantur. Eumelus autem iste domo Corinthius, aliis dicitur etiam *Eumolpus*. Eum Pindari Scholiastes, ad olymp. 13, antiquissimum historicum vocat. Primum ejus opus, quod hic laudatur, Scaliger ex antiquis libris *Bugoniam* appellavit; nos, quando de ejus vocis vera lectione nondum constat, retinuimus cum Pontaco *Pagoniam*. Mox pro *Archimus*, quod olim legebatur, restituimus, ipso jubente in Notis Pontaco, *Arctinus*. Audiendus vero in antecessum Schurzfleischius, qui Omnia hic, ait, corrumpit Sichardi editio. Nam et Eumelum vocat *Cumelum*, et Bugoniam *Bugomam*, et Arctinum *Archimum*. De Eumelo accurate egit Lil. Gregorius Gyraldus dial. III de Poetis, et T. Faber ad lib. IV Phædri. Corinthium eum vocavit, præter alios, Joannes Tzetzes ad Hesiodi principium. Hinc ejus Κορινθίαν συγγραφὴν aliquoties in Corinthiacis laudavit Pausanias, etsi dubitavit, εἰ δὴ Εὐμήλου ἡ συγγράφη. Bugoniam Scaliger interpretatur, *opus de apibus agens*. Sane Βουγενεῖς apes sunt. Varro de R. R. lib. II : *Denique*, ait, *ex bove putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres, a quo eas Græci* Βουγενεῖς *appellant*. Bianor quoque lib. I Anthologiæ cap. 57, epigr. 16 :

Φεῦ, Βρέφος ὡς ἀδίκως εἵλετε βουγενέες.

Antigonus Carystius, παραδόξων συναγωγῇ, cap. 33, p. 21 : Προσαγορεύει οὖν, inquit, καὶ Φιλήτας τὰς μελίσσας ΒΟΥΓΕΝΕΙΣ λέγων·

Βουγενέας φάμενος προσεβήσαο μακρὰ μελίσσας.

Hæc etsi vera sint, vellem nihilominus, Scaligerum satius probasse, quod *Bugoniam*, quæ Βουγενογονία hoc modo potius esset dicenda, Eumelus scripserit. Equidem repono, invitis etiam omnibus libris, *Theogoniam*. Constat enim e Clementis Alexandrini στρωμ. ϛ′ p. 629, Eumelum Corinthium Hesiodi Theogoniam, καταλογάδην expressam, pro sua venditasse. Εὐρωπίαν ejus præter Clementem τὸν στρωματέα, citavit etiam Scholiasta Homeri minor, quem Didymum vulgo vocant, ad Iliad. Ζ′ vers. 130. Non ergo, *Europam* hoc loco contra tam mss. quam editionum fidem, reponendum est. Sine quidem Pausanias, Bœot. cap. 4, τοῦ τὰ ἔτη τὰ ἐς Εὐρώπην ποιήσαντος meminit, nomen vero auctoris non addidit. Quare merito, secus quam Scaliger facit, diversum hoc opus ab Eumeli Europia esse autumo, et potius Εὐρώπην, quam Eumeli, alius denique cujuscumque, intelligo. Deinde in primo Palatino legitur : *Et Archimus, qui Æthiopicam composuit, et Iliacam vastationem*. Eodem modo habet et Sichardina editio. Est tamen etiam *Archinus* aliquis, cujus Θεσσαλικὰ allegat Scholiasta Pindari ad Pyth. γ′. Ἀρχῆνος aliquis, si lectio sana est, citatur a Stephano in ΔΩΤΙΟΝ. Reliqui Palatini ultima verba legunt, *et ibi Persis agnoscitur*, plane inepte. De Arctino vide Suidam, qui eum, ut Cyrillus, circa olympiadem 9 vixisse dixit. Syncellus, Ἀκτίων corrupte legit pro Ἀρκτῖνος, ut Scaliger emendavit. His adde quæ doctus vir reliqua nobis fecit. Pro *Æthiopicam* (al. *Æthiopiam*), *et Iliacam vastationem*, legendum suadent mss. *Æthiopidam, et Ilii Persin*. Et Græce quidem vox *πέρσις vastationem* significat; neque in hoc est, quod Hieronymum suggillent Salmasius, et Clericus, quasi Ἰλίου πέρσιν, Græca verba, non intellexerit, et præcipue πέρσιν, rariorem vocem : ut enim facile compertum attendenti erit, ipsum libri titulum Hieronymus voluit repræsentare, ipsamque vocem Πέρσιν, *Persin*, de industria retinuit. Fortasse etiam vertit, *Ilii Persin, id est, vastationem.* Potius illud in Fabretti Tabula, qua ΤΡΟΙΚΑ, seu gesta Græcorum ac Trojanorum apud Ilium anaglyptico opere exhibentur juxta Homerum, Stesichorum, Arctinum Milesium, et Leschem Pyrrhæum, notatu dignum, quod ΑΙΘΙΟΠΙΣ quidem ΚΑΤΑ ΑΡΚΤΙΝΟΝ ΤΟΝ ΜΙΛΗΣΙΟΝ, *Æthiopis juxta Arctinum Milesium*, sed ΙΛΙΟΥ ΠΕΡΣΙΣ ΚΑΤΑ ΣΤΗΣΙΧΟΡΟΝ, *Ilii Persis*, sive excidium, *juxta Stesichorum*, apponantur. Cæterum ideo Αἰθιοπίδα librum suum inscripsit Arctinus, quod de rebus ageret Memnonis Æthiopis, qui in auxilium Trojanorum venit. Male autem Scaliger in Notis confundit hunc cum cognomine Arctino, quem Diomedes lib. III auctorem iambi pedis laudat, et qui tamen alius omnino ac recentior putandus est.

[b] Differt hanc ῥῆσιν Scaliger post sex annos contra mss. et cum primis Parmensis, ac primi Palatini, tum et vetustiorum editorum codicum fidem, qui et pro verbis, *Oraculo sic jubente*, legunt *ex responso Phœbi* : plerique etiam pro *Aristeus*, quod postremum est nomen, *Aristoteles* præferunt. Et Scaliger quidem ait, *Aristeus* inepte scribi, quod minime pronuntiare ausim, cum non hic solum apud auctorem nostrum, sed et apud Diodorum Siculum Biblioth. lib. IV, eo conditor Cyrenarum nomine appelletur, et luculentissime apud Justinum lib. XIII, cap. 7 : *Cyrene condita fuit ab Aristæo, cui nomen Battus propter linguæ obligationem fuit.* Nec tamen diffiteor, dici aliis *Aristotelem* : quin testimoniis laudatis Scaligero, Callimachi scilicet Hymn.

[c] Ex Parmensi ms. pro *Amos*, quem hic Pontacus nominabat, *Joel* substituimus. Hanc lectionem præter Græcum textum, Scaliger quoque probat : periocham autem ipsam post adhuc tres annos differt. Alii quidam mss. *Obed* legunt pro *Oded*. Videsis Pontacum.

| *Olymp.* | *Med.* | *Macedonum.* | *Hebr. Jud.* | *Hebr. Isr.* | *Ægyp.* | *Latinorum.* | *Athen.* | *Lydorum.* | *Anni ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | nen condiderunt, oraculo sic jubente, et conditor urbis Battus, cujus proprium nomen Aristeus. | | | | | | | |
| | 29 | 11 | 11 | 13 | 18. | 34 | 16. | 16 | |
| | 30 | 12 | 12 | 14 | 19. | 35 | 17. | 17 | |
| | *Medor. III,* [a] *MEDIDUS, an.* 40. | | | | | | | | |
| 5 | 1 | 13 | 13 | 15 | 20. | 36 | 18. | 18 | |
| | 2 | 14 [b] Aradus insula conditur. In Lacedæmone primus Ephorus, [c] quod Magistra- | 14 | 16 | 21. | 37 | 19. | 19 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μήδων ἐβασίλευσε γ', ΜΕΔΙΔΟΣ ἔτη μ'. Ex Scaligeri Collectaneis.

Ἐν Λακεδαιμονίᾳ πρῶτος Ἔφορος κατεστάθη. Ex Syncell. pag. 148.

## NOTÆ.

in Apollinem v. 76, Οὖλος Ἀριστοτέλης, et Scholiastæ Pindari Pyth. IV: addo alterum Heraclidis de Polit., Κυρήνην ᾤκισε Βάττος, ὃς ἐκαλεῖτο πρώτερον Ἀριστοτέλης, *Cyrenem Battus condidit, qui prius Aristoteles appellabatur*. Vide Spanhemium ad laudatum Callimachi locum. Historiam quod attinet, confer præter laudatos auctores Herodotum lib. I cap. 159, Pausaniam in Phocicis c. 15 et Laconicis cap. 14, Solinum cap. 30, Strabonem lib. I pag. 54 et lib. ultimo pag. 971, Sallustium in Jugurtha cap. 19. Eustathium denique ad Dionys. perieg. v. 213. Quoad facti epocham, notatum Scaligero, Eusebio cum Pindari rationibus ferme convenire, qui conditam Cyrenem ait decima septima generatione a Medea, a qua juxta Eusebianos calculos ad annum præsentem, sunt generationes prope sedecim absolutæ, sive boni quingenti, et quod excurrit. Longius e contrario a Solini opinione recedere, qui ad quadragesimam primam olympiadem conditum urbis differt. Hæc ejus sunt verba cap. 30 : *Major Syrtis ostentat oppidum* (*Cyrenas vocant*) *quod Battus Lacedæmonius olympiade prima et quadragesima*, *rege Marcio res Romanas tenente*, *anno post Trojam captam quingentesimo octavo condidit*. Et in hanc quidem sententiam recentiores plerique concedunt.

[a] Idem videtur qui Ctesiæ, et Africano *Mandeuces* dicitur : tametsi alium apud eos locum tenet.

[b] Jungit hanc Scaliger periocham sequenti alteri de Cyzico, ac differt utramque ad numer. usque 1267; denuo contra reliquorum codicum, eorum saltem, quibus nos utimur, fidem. De Arado, quam hic accipito, oppidis atque habitatoribus occupatam dici, multa Veteres memoriæ tradiderunt, et cum primis Strabo pag. 518, Plinius lib. V cap. 20, Stephanus in Ἄραδος, Mela lib. II cap. 7, quem locum laudat et Scaliger, ubi *Arados* dicitur, *in Phœnice parva, et quantum patet, tota oppidum, frequens tamen, quia etiam super* (al. *subter*) *aliena tecta sedem ponere licet*. Memorat et S. Interpres Com. in cap. XXVII Ezechiel pag. 309 : *Aradum insulam, quæ tota sit civitas, et contra se positum oppidum, Antaradum, habeat, vicinaque sit Tyro*, etc.

[c] Hæc vero Scaliger duobus annis anticipat. Paulo adhuc citius, sive ad Oziæ an. quinquagesimum introductos in Spartanam rempublicam ephoros Cappellus censet. Differunt alii ad quartum usque septimæ olympiadis annum. Verum ex Antiquis Herodotus, cumque eo Xenophon Ephoros diu ante, et sub ipso Lycurgo ponunt. Contra alii, a quorum stat partibus Scaliger, centum et triginta circiter annis post Lycurgum sub Theopompo, et ab ipso quidem
A Reges institutos volunt. Plutarchus in Vita Lycurgi, Aristoteles Politic. lib. V cap. 14, Cicero de Legibus lib. III cap. 7, atque alii. Nec tamen difficile usque adeo esset, dissidia isthæc Auctorum componere, si nostrarum id partium esset. Vide Cragium lib. II de Repub. Lacedæm. Notum ephoros quotannis quinque numero creatos, quorum primarius annum, eo ferme pacto quo Athenis archontes, signabat, ob eamque causam ἐπώνυμος dicebatur. Quæ subdit Auctor, adeo sub regibus Lacedæmonem fuisse annis 350, exposuimus ex parte paulo superius, ubi cum regnum istud sub Alcamene defecisse dixisset, hanc causam introducti annui magistratus ephororum prætendimus. Hic quod alios annos ferme viginti quinque post Alcamenem addit, siquidem inita ratione, Lacedæmoniis regibus solos 325 annos videtur tribuisse, ea causa est, quod proprie sensit, ephoros institutos sub Theopompo, suppare quidem Alcameni rege, sed ex alia, Proclidarum scilicet, familia, ex
B qua utpote minus insigni, reges Lacedæmonis percensere omisit. Quæ Scaliger de ephoris, deque isto intervallo notat, falsæ opinationis præjudicio laborant : quod optime cavit Schurzfleischius, ex quo isthæc subnectimus. Illa, inquit, verba, scilicet, *Fuit autem sub regibus Lacedæmon annis* CCCL, Scaliger capit, quasi Hieronymus de duratione ephororum loquatur : quod non puto. Etsi enim de archontibus Atheniensium constet, βασιλεύσαντας eos aliquando dictos fuisse, de ephoris tamen non memini id me legere. Arbitror igitur, neque etiam de annis Agidarum ullam ibi disputationem esse, sed eos ab Hieronymo numerari annos, per quos Proclidarum familia sine ephoris regnavit. Equidem satis scio, antiquis Scriptoribus non quoque convenire in annis regum ex Agidis familia determinandis. Eusebius enim, ex Africano, Dorysso et Agesilao ὁμοῦ tribuit annos 73, cum tamen Pausanias, Lacon. cap. 2, testetur, quod utrumque, Doryssum scilicet, et Doryssi filium Agesilaum, mors δι' ὀλίγου, *brevi*, oppresserit.
C Sequitur ergo, Pausaniam, si quidem in reliquis cum Eusebio convenit, non ultra 300 annum Lacedæmonii imperii epocham extendisse. At Hieronymus, eumque secutus Syncellus, cum ad annum 350 istam protendunt, non dicunt, ut supra dixi, quot per annos Agidæ, neque quot per annos cum Ephoris Proclidæ, annumeratis nimirum Eurysthei annis, neque etiam, quot per annos ephori imperarint, sed tantummodo, quot per annos absque inspectione ephororum Proclidæ, Agidarum imperio jam rescisso, fuerint. Hoc tamen ab Hieronymo referendum erat ad num. 1265, siquidem 350 anni a primo Eury-

| Olymp | Med. | Macedonum. | Hebr. Jud. | Hebr. Is. | Ægyp. | Latinorum. | Athen. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | tus nomen est, constituitur : Fuit autem sub regibus Lacedæmonis annis 350. | | | | | | | |
| | 3 | 15 | 15 | 17 | 22 | 38 | 20 | 20 | |
| | 4 | 16 | 16 | 18 | 23 | 39 | 21 | 21 | |
| | | | *Hebræorum Judæ XIV, ACHAS, an.* 16. | | | | | | |
| | 5 | 17 | 1 | 19 | 24 | 40 | 22 | 22 | 1260 |
| 6 | 6 | 18 Cyzicus [a] condita. | 2 | 20 | 25 | 41 | 23 | 23 | |
| | | | | *Hebr. Isr. XVII, OSEE, an.* 9. | | | *Atheniensium XIII*, [b] *ALCMÆON, an.* 2. | | |
| | 7 | 19 | 3 | 1 | 26 | 42 | 1 | 24 | |
| | 8 | 20 | 4 | 2 | 27 | 43 | 2 | 25 | |
| | | | | | | | *Atheniensium XIV* [c], *CAROPS, ann.* 10. (Athenis | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κύζικος ᾠκίσθη. Sync. pag. 170.

Τοῦ Ἰούδα ιδʹ, ἐβασίλευσεν ΑΧΑΖ ἔτη ιςʹ. Syncell. pag. 159.

Τοῦ Ἰσραὴλ ἐβασίλευσεν ιηʹ ΩΖΗΕ ἔτη θʹ. Ex Chron. Pasch. pag. 86.

Ἀθηναίων ιγʹ, ἐβασίλευσεν ΑΛΚΜΑΙΩΝ ἔτη βʹ. Sync. pag. 169.

Ἀθηναίων ιδʹ, ἐβασίλευσε ΧΑΡΟΥ ἔτη ιʹ. Id. ibid.

## NOTÆ.

sthei numerandi veniunt, et non ad num. 1256, vel A etiam 1257, ut est in eclogis Græcis, vel 1260, ut est in aliis editionibus. Plutarchus, in vita Lycurgi, p. 43 tom. I opp. testatur, Theopompi tempore, alterius ex Proclæ familiæ rege ἔτεσί που μάλιστα ρλʹ, μετὰ Λυκοῦργον, τὴν τῶν Ἐφόρων δύναμιν κατασταθῆναι. Si ἐπὶ Θεοπόμπου id factum, quod sane et Aristoteles lib. v Πολιτ., et Cicero lib. III de LL., et alii, scribunt, post primam id factum est olympiadem, cujus annus 1, secundum Sosibium apud Clementem Alexandrinum, quartus et vicesimus Nicandri, Teopompi Patris, fuit. Supra diximus, Suidæ fide, annum mortis Lycurgi incidere in annum Abrahami 1207. Adde 130 annos, et dicet Plutarchus, ephoros anno Abrahami 1337 esse introductos : quod satis differt ab Eusebio, nisi Plutarchus alium, quam Suidas, fatalem Lycurgi annum, de quo jam olim disceptatum fuit, intellexerit. Enimvero aliter rationes sunt ineundæ. Lycurgum cum Iphito olympiadas instaurasse, auctor est Aristoteles, quem Plutarchus B id refert e disco Olympico didicisse. Hunc alii magno consensu secuti sunt, Pausanias nimirum lib. I. Eliac. cap. 4, Polybius, Aristodemus apud Syncellum edit. Par. p. 196, et si qui plures. Intercedunt inter primam olympiadem, in quo Corœbus stadio vicit, et illam ἀνολυμπιάδα primam ab Iphito διατεθεῖσαν, olympiades 27, ut ex Polybio et Aristodemo, Syncellus d. l. docet, hoc est, anni 108. Iis subjice, ut constituantur anni illi 130 Plutarchi, alios 22, et dicet Plutarchus, circa annum 2 Olympiadis 6, qui est Abrahamiticus 1262, ephoros esse constitutos, quod tempus proxime accedit ad calculum Eusebianum.

[a] Vetustiores editiones *Cyzius* legunt, quod et Pontacus retinuit, cujus videsis Notas. Parmensis ms. cum Palatinis, atque editi alii libri *Cyzicus*, quod et nos prætulimus. De ejus urbis conditu dictum superius ad num. 738.

[b] Vitiose legerat Pontacus *Alcamenon*. Velleius lib. I, c. 8 : *Athenis perpetui archontes esse desierunt, cum fuisset ultimus Alcmenon.* C

[c] Atque hic Paterculo memoratur, sed et Dionysio Halicar. lib. I Antiq. Roman p. 57, in quem locum, utpote qui Eusebianis rationibus una ex parte consentit, alia adversatur, omnino prætermitti non possunt, quæ pridem cedro digna edisseruit cl. Dodwellus de Veter. Cyclis pag. 694. Dionysius, inquit, Archontis decennalis. Charopis anno primo Urbem conditam statuit. Nec enim verum illud esse potuit, pro epocha, quam sequitur Dionysius Catoniana. Nostræ autem Tabulæ illum Charopis annum cum olymp. sextæ anno 3 componunt, qui Urbi natalis erat, pro epocha Varroniana. Hausit ergo illa Dionysius ex auctore aliquo Varroniano, quæ tamen imprudens ad ann. olymp. septimæ 1, qui, pro Catonianis suis rationibus, Urbis primus erat, aptavit ipse Dionysius. Nescio enim quo casu sit factum, ut de Varronis epocha nihil rescivisse videantur, non Dionysius modo, verumetiam Italus ipse Livius. Non est ergo, cur, propter illud Dionysii testimonium, de Charopis initio dubitemus. Non me fugit, propter testimonium Pausaniæ dubitasse hactenus eruditos, num decennia integra expleverint archontes decennales. Est autem præter Eusebium, eosque qui ex iisdem, unde Eusebius, originibus, sua hauserint, testis, hac in causa disertissimus Velleius, qui decennalium archontum annos agnoscit in universum 70. Lib. I, c. 8. Fefellit ergo ipsos, ni fallor ipse, Pausaniæ lectio tantummodo a librariis vitiata. Messenici belli finem statuit, ἔτει πρώτῳ τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης ὀλυμπιάδος, ἣν Δάσμων Κορίνθιος ἐνίκα στάδιον, Ἀθήνησι Μεδοντιδῶν τὴν ἀρχὴν ἔτι ἐχόντων τὴν δεκέτιν, καὶ ἔτους Ἱππομένει τετάρτου τῆς ἀρχῆς ἠνυσμένου. Sed pro τετάρτου reponatur τετάρτῳ, et nostrarum tabularum chronologiæ ita non obstabunt verba Pausaniæ, ut contra potius illam sint mirifice confirmatura. Erat enim Hippomenes decennalium archontum revera quartus. Et primus erit illius annus, quem cum olymp. 17 anno primo commisit Pausanias. Plane ut in nostris repræsentatur tabulis. Non autem in Eusebianis. Hanc ergo Chronologiam (siqua his tam vetustis Græcæ historiæ temporibus

| Olymp. | Med. | Macedonum. | Hebr. Jud. | Hebr. Is. | Ægyp. | Latinorum. | Athen. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | | [c] principes, qui quoad vixissent, reipublicæ præerant desierunt : et in 10 ann. (Magistratuum consuetudo versa est: regnavitque primus Carops filius Æschyli.) | | |
| | 9 | 21 | 5 | 3 | 28 | 44 Nonnulli[a] Romani Scriptores Romam conditam ferunt. — Roma Palilibus, qui nunc dies festus est, condita. *Romanorum I rex*, ROMULUS, *ann.* 38. | 1 | 26 | |
| 7 | 10 | 22 | 6 | 4 | 29 | 1 | 2 | 27 | |
| | 11 | 23 | 7 | 5 | 30 | 2 | 3 | 28 | |
| | 12 | 24 Mare obli- | 8 | 6 | 31 | 3 [b] Consualibus | 4 | 29 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥώμη κατά τινας ἐκτίσθη. Scaliger in Collectaneis, ex Syncello.

Ῥωμαίων πρῶτος ἐβασίλευσε ΡΩΜΥΛΟΣ ἔτη λη', Syncell. pag. 156.

Ἀθήνησιν ἡ διὰ βίου κατελύθη Ἀρχὴ..., κατεστάθησαν δὲ Ἄρχοντες δεκαετεῖς, ὧν πρῶτος Κάροψ, κ. τ. λ. Idem, p. 169.

## NOTÆ.

vera sit) veræ proximam fuisse crediderim. Hactenus ille. Quod igitur eodem ipso loco laudato, Dionysius et primum Charopis annum facit cum primo septimæ olympiadis concurrere, et simul Urbis conditum eo ipso primo Charopis anno asserit, nec sibi, neque cum Eusebiana hypothesi constat : potest tamen alterum juxta illud, quod dudum monuimus de olympiacorum annorum cum Romanis comparatione, accipi.

[a] Satis habuit Scaliger annotasse, Varronem anno 3 sextæ olympiadis, Catonem 4 Romæ conditum ascripisse. Enim vero, præterquam quod nullus erit dicendi finis, si quæ aliis hac super re disputata sunt, huc referas, tertia illa opinio Dionysii Halicarn. et Verii Flacci, cui Fasti Capitolini tribuuntur, ac fert conditam Romam primo septimæ olympiadis anno, illa, inquam, eodem recidit : cum enim anni Urbis a 21 Aprilis inchoentur, anni autem olympici post duos ferme menses, seu circiter 21 Junii, si exeuntem intelligas quartum sextæ olympiadis, cum ineunte primo septimæ conveniet : ac vicissim exeuntem tertium sextæ, pro ejusdem quarto ineunte accipies. Hoc certe quidem pacto summi e recentioribus Chronologis, Panvinius, et Petavius in suam quisque sententiam pertrahit, ille Catonianam, iste Dionysianam epocham. Uno verbo annus Romanus duos olympicos attingebat, ultimam scilicet præcedentis partem, et priorem subsequentis : ac porro tota in quarto olympiadis sextæ anno differentia vertitur, aliis ad priorem ejus partem, aliis ad postremam Romæ conditum referentibus. Certum vetere fama et constanti Scriptorum traditione est, jacta fundamenta in Palilibus ludis, qui celebrari quotannis XI kal. Maias consueverant. Notus ea de re Ovidii locus Metamorph. lib. XIV, 774 :

Festisque Palilibus Urbis
Mœnia conduntur. . . .

Et Propertii lib. IV Elegg. v. 19 :

Urbis festus erat, dixere Palilia Patres,
Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

A Demum et Ciceronis lib. II de Divinat. cap. 47 : *L. Tarrutius Firmanus, familiaris noster, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, Urbis etiam nostræ natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus.* Vides hæc Ciceroni *Parilia* dici quemadmodum et Fasti Marmorei, Festus, Athenæus, Suidas appellant; quæ præter laudatos modo Ovidium et Propertium, Varro, inquam, lib. IV de Ling. Lat., Tibullus lib. II, aliique vetustiores, *Palilia*, cum Eusebio, et Hieronymo vocant : quin etiam a Pale, pastorum Dea, nominis etymologiam derivant, quod propius ad fidem est, quam quod Festus indicat, exponitque Victorinus Afer, *Parilia a pariendo*. Quod spectat lectionem textus. Scaliger verba, *condita ferunt*, omittit, tum serie continua, ut et in Palatino ms. habetur, subjungit, quæ apud nos infra est periocham, *Remus rutro* (al. *rastro*) *pastorali a Fabio Romuli duce occisus, ob transmissum saltu vallum* : quæ postrema verba libri alii plerique ignorant. Dicemus hac de re iterum suo loco. Adhæc B primum Romuli ann. cum Ahazi sexto, et Romæ conditum cum quinto recte demum concurrere, infra ostendemus ad Numæ initium, et ad 17 Hostilii.

[b] Exaggerat de suo, ut videtur, Scaliger ita, *Circensibus Consualibus ludis adornatis*, *Sabinæ*, etc. S. Hieronymus, de cujus penu hanc esse periocham, par credere est, in Vita S. Hilarionis tom. II, pag. 22 : *Hoc*, inquit, *in Romanis urbibus jam inde servabatur a Romulo, ut propter felicem Sabinarum raptum, Conso, quasi Consiliorum Deo, quadrigæ septeno currant circumitu*, etc. Vide in hunc locum quæ annotata pridem sunt nobis ex Varrone, Plutarcho, Tertulliano, atque aliis. Mox idem Scaliger *Thalassium* legit, pro *Thalasso*, quod libri plerique alii ha-

[c] Apud Scaligerum antecedit hæc proxime superiorem periocham : legitur quoque, *qui usque ad mortem suam*, *Reipublicæ*, etc. Id ipsum Pausanias in Messenicis cap. 5 luculentissime testatur, cautum C fuisse ab Atheniensi populo, ne magistratus sui ultra decem annos continuarent imperium.

| Olymp. | Med. | Macedonum. | Hebr. Jud. | Hebr. Isr. | Ægyp. | Romanorum. | Athen. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | nuerunt Milesii annis 18, construxeruntque urbem in Ægypto Naucratim [a]. | | | | ludis Sabinæ raptæ anno ab Urbe condita tertio, et una virginum pulcherrima cunctorum acclamatione rapientium Thalasso duci Romuli decernitur : unde in nuptiarum solemnitatibus *Thalasso* vulgo clamitant, quod scilicet talis nupta sit quæ Thalassum habere mereatur.—Remus [e] rastro pastorali a Fabio Romuli duce occiditur. | | | |
| | 13 | 25 | 9 | 7 | 32 | 4 Ob Asyli impunitatem magna Romulo multitudo conjungitur. Romani, Tatio Sabinorum rege regnante cum Romulo, a Curibus [d] Quirites appellati. | 5 | 30 | |
| 8 | 14 | 26 Thales [b] Milesius physicus philosophus. | 10 | 8 | 33 | 5 | 6 | 31 | |
| | 15 | 27 | 11 | 9 | 34 | 6 | 7 | 32 | 1270 |

**Captivitas Israel prima, Decem tribus gentis Judææ, quæ vocabantur Israel, et erant in parte Samariæ victæ a Sennacherib [e], qui et Salmanasar, rege Chaldæorum, translatæ sunt in monte Medorum : regna-**

## GRÆCA FRAGMENTA.

Θαλῆς Μιλήσιος φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο. Ex Syncell. pag. 170 et 190.

Τούτῳ τῷ ἔτει θ' τῆς βασιλείας Ὠσηὲ πρώτη αἰχμαλωσίᾳ γέγονε τοῦ Ἰσραὴλ τῶν δέκα φυλῶν, βασιλευομένων μὲν ἐν Σαμαρείᾳ, νῦν δὲ μετῳκισθεισῶν εἰς ὄρη Μήδων... ἐπιστρατεύσαντος αὐτὴν Σαλμανάσαρ τοῦ τῶν Χαλκαίων βασιλέως... Ἐβασιλεύθησαν δὲ ἐν Σαμαρείᾳ ἔτεσι διακοσίοις πεντήκοντα. Ex Chron. Pasch. p. 87.

## NOTÆ.

bent : nonnulli *Thalassiam*. Est huic geminus Plutarchi locus in Vita Romuli, Ἀφ' οὗ δὲ τὸν Ταλάσιον ἄχρι νῦν, κ. τ. λ., quæ laudat Schurzfleischius, jubens præterea consuli aliorum hac de re sententias, nec non Livium, Catullum, Festum, atque e recentioribus ad Anonymi de Viris illustribus c. 2, Andream Schottum, ac M. Mantuam Benavidium, Polymath. lib. VII, c. 12.

[a] Ante tres annos locum habet hæc de Milesiis periocha penes Scaligerum, qui etiam *annos* 18, quibus maris dominatum obtinuerunt, tacet. Schurzfleischius ab illo anno ad 1284, quo refert idem Scaliger, Caras in eo dominatu successisse, notat solidos 19 intercedere, atque adeo fortasse unius anni ἀναρχίαν fuisse interserendam. Verum et grandiores multo lacunæ in superioribus interjacent, et nihil videtur aliud in hac serie præter ordinem, ex his qui supersunt libris, sive editis, sive mss. inter se dissentientibus, certo constitui posse. Apud Pontacum, quem sequimur, qui Milesios exceperunt Cares, annis ab hinc triginta duobus distant. De Naucrati porro ipsa iisdem ferme atque Eusebius verbis Stephanus : Ναύκρατις πόλις Αἰγύπτου ἀπὸ Μιλησίων τότε θαλασσοκρατούντων. Strabo autem, ex cujus testimonio Scaliger immanem Eusebio anachronismum improperat, tradit lib. XVII, pag. 1153, sub Psammitico, et Cyaxaris, qui Medorum rex fuit, ætate, Milesios cum appulissent ad Bolbiticum ostium, ibique monimentum construxissent, tempore post in Saiticam præfecturam navigantes, Inaro navali prælio superato, Naucratim urbem condidisse. Consequitur ergo, ut citius, ab anno Abrahamitico 1390, id est, post ferme 130, a præsenti numero, esse conditum ejus urbis repetendum. Verum aut de instauratione aliqua putandus est Strabo loqui, aut minime est illi adhibenda fides : tantum abest, ut contra Eusebium locus ille vim habeat. Enim vero annis ab hinc septuaginta, ut summum, sive *olympiade vigesima tertia*, urbem illam fuisse jampridem mercatura insignem, ut eam naves e multis regionibus adirent, testis est omni exceptione major Naucratites ipse Athenæus lib. XV, cap. 5, ex Polycharmi itidem Naucratitis Auctoris libro, quem de Venere inscripserat. Igitur ante annos ferme sexaginta, quam Straboni condita dicatur, florebat emporio, nec sane potest non verosimillimum videri, quod abit juxta Eusebii rationes temporis intervallum ab ejus conditu, ad eam urbis celebritatem Herodoto lib. II, cap. ultimo, sola dicitur olim Ægypti emporium.

[b] Haud facile credam, additum *Milesius* ab auctore nostro, sive Interprete : qui enim domo Milesius fuit, Thales ille celeberrimus, longo ab hoc temporis spatio natus est, olymp. 36 ; qui autem huc pertinet, et floruit circa olympiadum initia, Cretensis est Thales, sive Thaletas. Vide Fabricium Biblioth. Græc. lib. I, c. 35.

[c] Scaliger *rutro*, quod verius puto. Quid fuerit instrumentum istud rusticum, disces ex Catone de Re Rust. cap. 11, quo nimirum loco *rutra* a rastris distinguit. *Rutra*, inquit, *quatuor*, *rastros quadridentes*, etc. Item Palladio lib. I, cap. 15, Vitruvio, atque aliis. Quæ subjungit Scaliger, *ob transmissum saltu vallum*, in aliis, quibus utimur, libris non sunt.

[d] Concinit demum huic alliterationi Ovidius Fastor. lib. II, vers. 480 :

Seu quia Romanis junxerat ille Cures.

Cætera videsis Plutarchum Qu. Rom. sect. 86, Dionysium Halicarn. lib. II, Servium ad lib. I Æneid. vers. 296, et Vetus Glossarium in *Quirinus*, Græc. Ἐνυάλιος.

[e] Unam atque alteram Eusebii hallucinationem, quæ hac periocha continentur, et quas pridem magnus Scaliger, deinde chorus eruditorum omnis notavit, dissimulare jam non licet. Rem, ut probe teneas, paucissimis, quoad fieri potest, exponam. Salmanassar Samariam, quam per ferme triennium obsidebat, tandem anno regis Oseæ 9 expugnavit : quo casu destructum est regnum Israel, ac decem tribus in captivitatem redactæ, partim in Assyriam, sive remotiores Assyriæ præfecturas, partim in Mediam traductæ sunt. Post quinque aut sex annos,

| *Olymp.* | *Med.* | *Macedonum.* | *Hebr. Jud.* | *Ægyp.* | *Romanor.* | *Athen.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| tumque est in Samaria annis 250. | | | | | | | | |
| Sennacherib [a] rex Chaldæorum ad custodiendam regionem Judææ accolas misit Assyrios, qui æmulatores Judææ legis facti, Samaritæ nuncupati sunt : quod Latina lingua exprimitur, *custodes*. | | | | | | | | |
| | 16 | 28 | 12 | 35 | 7 Ceninenses [b], Antemnates, | 8 | 33 Lacedæmonii contra [c] Mes- | |

## NOTÆ.

mortuo Salmanassare, Sennacheribus ejus filius in Assyriæ regnum successit, qui cum de subigenda etiam Judæa cogitaret, jamque aliquot civitates occupasset, accepta ab Ezechia rege pecunia, aliorsum arma vertit : sed iterum Judææ infensus, ac Hierosolymam oppugnaturus, terribili clade illa percussus est ab angelo Domini, qua centum octoginta quinque millia hominum in una nocte perierunt. Ipse se fuga recipiens Ninivem in regiam sedem, ibi adorans in templo Nisroch, a duobus filiis occiditur. Tertius natu minor Assarhaddon patrio regno potitur : et post aliquot annos, cum jam Ezechiæ in Judæ regnum Manasses successisset, Babyloniorum coloniam in Samariam misit, quam avus Salmanassar vastaverat. Complectitur hæc rerum series, ut vides, annos pl. min. quadraginta : perque tres consequentes Assyriæ reges sunt gestæ. Eusebius omnia tamquam uno eodemque anno acta refert : et male in primis Salmanassarem cum filio Sennacheribo confundit, quos recte diserteque distinguit Tobiæ Historia I, 18. In qua hallucinatione habuit quidem præeuntem Demetrium apud Clementem Alexandrinum, quem Scaliger laudat : haud scio tamen quantum ejus, aut aliorum, si qui sunt, exempla momenti habeant. Fucum fortasse illis, certe quidem recentioribus nonnullis Eusebianæ hypotheseos patronis, fecit perperam acceptus locus III Regum XVIII, 33, ubi *manu* sua jactat Sennacheribus ex Oratoris sui ore, Samariam in captivitatem redegisse : sed ibi *manus* potentiam Assyriorum in universum notat. Cætera nec si patris expeditionum socius forte ipse fuerit, ideo potest Salmanassar dici, neque res ejus virtute atque auspiciis gestas sibi arrogare. Nec porro locus dubitandi est, num ita scriptum ab Eusebio fuerit : quamquam codices Palatini, teste Schurzfleischio, verba illa *qui et Salmanassar*, ignorant : esset econtrario, si tacuissent Sennacheribum. Jam vero, quod regem Chaldæorum Eusebius vocat, pro Assyriorum, non adeo male est, ut Scaliger priori hallucinationi alterum portentum adhiberi dicat. Nos paulo superius ostendimus, quatenus Assyriis regibus Chaldæi parerent ; Babyloniæ autem quamdam partem Salmanassarem tenuisse, atque adeo ex parte Chaldææ regionem, ipse minime diffitetur Scaliger de Emend. Tempor. p. 370, cum neget tamen fuisse eum regem Babylonis, velitque (quod ejus commentum videtur) aliud esse quod de Babylonia aiunt sacræ Litteræ, aliud quod de urbe Babylone. In fine quod ait Eusebius, regnatum esse in Samaria annis 250, puta a decem tribuum divisione, sive a Jeroboamo, ad Oseam, confer cum Syncelli animadversione p. 165 et Goari Notis. Vide et Petavium de Doctr. Temp. lib. IX, c. 62. Fullerum quoque Miscell. lib. II c. 5, Usserium, etc.

[a] Diximus, quo sensu Chaldæorum regem Salmanassarem, sive Sennacheribum, putandus sit Eusebius appellasse : neque enim, ut recentiores quidam criminantur, eos cum Nabonassare, novo errore, confundit, quod certe quidem Syncellus fecit. Et perstant tamen in ea opinione, Conringius et Goarus, qui ex IV Reg. XVII, 14, ubi sine proprii nominis notatione rex quidam Assyriæ coloniam istam ex Babylonia in terras Samariticas deduxisse dicitur, contendunt factum id quidem sub Salmanassare juxta receptam vulgo Antiquorum sententiam, sed ab ipso tamen Nabonassare, quem Satrapam principis supremi Salmanassaris fuisse aiunt, atque ejus militasse stipendiis. Verum Esdræ testimonium cap. IV, vers. 2, ubi aiunt conceptis verbis Samariæ, *Asar-Haddan rex Assur adduxit nos huc*, plane, ut mihi quidem persuasum est, evincit, non ab alio fuisse deductam eam coloniam, quam ab Assarhaddone, quem diximus natu minimum filium Sennacheribi, ejusque successorem in regno. Qui quidem et Chaldæorum rex verissime dicitur, eratque re ipsa decimus sextus a Beloso, postquam Babyloniam in ditionem suam recepit, eamque Assyriæ regno iterum junxit. Attamen subsequentes ejus rei circumstantiæ minus accurate ab auctore nostro exponuntur, ob quam culpam satis acerbe vapulat ab Scaligero. Enim vero non ad *custodiendam regionem*, sed ad replendam, novi incolæ ex Babylonia, Cuthia, aliisque locis deducti sunt. Satis etiam incongrue et præter rem *Judæa* dicitur regio illa, quæ peculiari vocabulo Samaria appellari debuerat : nusquam enim, ut ait Scaliger, religiosius servanda fuit distinctio Samariæ a Judæa, quam hic ubi agitur de Samaritis. Denique frustra nominis Samaritani hinc repetitur etymologia, quam etiam verosimile est, de suo Hieronymum in fine addidisse.

[b] Schurzfleischius ait, *Caninenses* in ms. primo Palatino *Cenitenses*, in aliis *Caninenses*, corrupte vocantur. Quartus Palatinus *Cæninenses*, per diphthongum scriptum legit : quod rectum est, habeturque etiam apud Livium lib. I, cap. 9, et apud Jornandem. Stephanus, ΚΑΙΝΙΝΗ, *πόλις Θυῤῥηνῶν, ἡ ἀπὸ Ῥωμύλου ἁλοῦσα. Τὸ ἐθνικὸν Καικῖται.* At *Cenitem* conditorem ejus vocat Festus. Mallem in Stephano legere, *Καινινῖται* quomodo et Salmasio olim ad Florum est visum. Suidas, ΚΑΙΝΗ, *πόλις*. Lege, ΚΑΙΝΙΝΗ. Adde Cluverum lib. II Ital. antiqu. cap. 9, *Cenitenses ;* tamen fortasse non plane improbandum est. Nam et Stephani vetustiores tam editi, quam scripti codd. habent, ΚΑΙΝΙΤΗ, non ΚΑΙΝΙΝΗ: quod ex Xylandri demum officina est. Iterum nova forma *Ceninus* occurrit apud Propertium. lib. IV, eleg 10. Pro *Crustumeni*, in quibusdam codicibus est *Crustumeri*, quod etiam rectum. Virgilius lib. VII Æneid. :

Ardea, Crustumerique, et turrigeræ Antemnæ.

Notius tamen est gentile, *Crustuminus*, vel e Varrone, *Crustumerinus :* quamquam *Crustumerini* Varronis videntur potius a *Crustumerio* dicti, oppido, quod memorat Livius lib. I, cap. 38. At *Crustumeni* eidem Livio lib. I, cap. 9, *Crustumini* dicuntur. Adde et de hac urbe Stephanum, ejusque explanatores.

[c] Apponit hoc gestum Scaliger ad annum primum 9 olympiadis, altero videlicet ab hoc numero. Ego, si veteres libri suffragarentur, mallem uno adhuc anno differri, siquidem testatur Pausanias in Messenicis cap. 5, *ἔτει δευτέρῳ τῆς ἐνάτης ὀλυμπιάδος, anno secundo nonæ olympiadis, qua Xenodocus Messenius de Stadio victor renuntiatus est*, prima fuisse in eo bello suscipiendo Lacedæmoniorum exordia. Quamquam in reliquis, quas subjungit, temporum notis, minime possit cum Eusebianis rationibus convenire. Initium enim belli ab Amphea capta repetit. Idque ipsum comparat cum eo tempore, quo *Æsimedes Atheniensis Æschyli filius quintum jam annum summæ reipublicæ præerat.* Qua in re notatum quoque ejus interpretibus, Sylburgio, atque aliis, eum nonnihil recedere a recepta annorum numeratione. Constat tamen ipse sibi, cum et per-

| Olymp. Med. | Macedonum. | Hebr. Jud. | Ægyp. | Romanor. | Athen. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | Crustumini, Fidenates, Veientes, qui propter Sabinarum raptum bellum moverant, vincuntur a Romulo. | | senios vicennale bellum habebant. | |
| 17... | 29... | 13.... | 36... | 8... | 9... | 34... | |
| 9 18... | 30... | 14.... | 37... | 9... | 10... | 35 Eumelus [b] Corinthius versificator agnoscitur, et Sibylla Erythræa. | |
| | | | | | *Athenien.* ***XV*** [a] ***ÆSIMEDES***, *an.* 10. | | |
| 19... | 31... | 15.... | 38... | 10... | 1... | 36... | |
| | | | | | | *Lydorum II*, [c] ***ALYATTES***, *an.* 14. | |
| 20... | 32... | 16.... | 39... | 11... | 2... | 1 Mydas [d] regnavit in Phrygia. | |
| | | *Hebr. Jud.* ***XV***, ***EZECHIAS***, *an.* 29. | | | | | |
| 21... | 33... | 1.... | 40... | 12... | 3... | 2 Naxus [e] condita in Sicilia. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τοῦ Ἰούδα ιε', ἐβασίλευσεν ΕΖΕΧΙΑΣ ἔτη κθ'. Syncell. pag. 159, et Chron. Pasch. pag. 92.

Ἀθηναίων ιε', ἐβασίλευσεν ΑΙΣΙΜΙΔΗΣ ἔτη ι'. Ex Syncell. pag. 169.

Τούτῳ τῷ ἔτει Σιβύλλα ἡ Ἐριθραία... ἐγνωρίζετο. Chron. Pasch. pag. 87.

Λυδῶν β', ἐβασίλευσεν ΑΛΥΑΤΗΣ ἔτη ιδ'. Syncell. pag. 191.

Μίδας Φρυγῶν ἐβασίλευσεν. Syncell. pag. 129.

Ἐν Σικελίᾳ Νάξος ἐκτίσθη. Syncell. pag. 170.

## NOTÆ.

durasse bellum annos viginti pene absolutos, et finem habuisse primo decimæ quartæ Olympiadis anno scribit cap. 13. Vide quæ mox dicemus ad Hippomenem num. 1294.

[a] In Parmensi, ac tribus Palatin. mss. *Æsimides*. Græce apud Pausaniam in Messen. cap. 5, et apud Scaligerum Αἰσιμήδης scribitur.

[b] De Eumelo dictum paulo superius, quibus adde, pro ea nos stare adhuc vetere lectione, ubi dicitur *Bugoniam* scripsisse, quidquid Salmasio, sive Schurzfleischio visum fuerit, ex Clementis loco reponendum *Theogoniam* : neque enim Clemens, qui Eumelum Hesiodi carmina mutasse tradit εἰς πέζον λόγον, sibique ascripsisse, titulum libri ejus memorat : nec sane ab Eumelo, qui fucum lectori facere voluit, eum fuisse retentum, verosimile est. Ad hæc *Bugoniam* præfert etiam M. Varro lib. II, cap. 5, de Re Rustica, *non minus satisfaciam tibi, quam qui Bugoniam scripsit :* quibus verbis Eumeli librum alludi, eruditi consentiunt. De Sibylla Erythræa, contra atque Eusebius sentit, S. Augustinus lib. XVIII de Civit. Dei cap. 23, et ante eum Lactantius lib. I, cap. 6. Veterum testimonia multa laudat, quibus fuisse illam Trojanis temporibus supparem, docent. Omnium incertissima ejus est ætas : sunt etiam qui dubitent, an exstiterit umquam inter mortales.

[c] Dicitur in Parmensi ms. *Aliatres*.

[d] Refert Scaliger hanc periocham inferius ad sextum Alyattis : malim econtrario, ut ante annos multos ipse Eusebius recensuisset. Quamquam enim minus explorata res est apud eruditos, tempus, quo Midas floruit : fuisse tamen eum multo antiquiorem, persuadent quæ de illo tradunt Herodotus lib. I cap. 14, Pausanias in Atticis IV, Justinus lib. XI cap. 7, aliique. Ægidius Menagius, ad Laertium lib. I paragraph. 89, eum mallet ad Codri regis Atheniensium ætatem revocari. Dicemus nos hac de re plura inferius ad num. 1319, quo mors ejus consignatur.

[e] Si recte rationes inivit Eusebius, initium olympiadum in secundum Æschyli annum conjiciens, videtur Naxi origo, ut et Syracusarum, quas Archias Corinthius ex Heraclidarum genere condidisse perhibetur, altius repetenda. Enim vero Chronicon marmoreum Oxoniense anno ejusdem Æschyli vigesimo primo, fuisse notat deductam coloniam, Marshamo interprete, *Ex quo* (in 47 Marm. I) *Archias Evageti F. decimus a Tameno, e Corintho deduxit coloniam Syracusas, regnante Athenis Æschylo, anno ejus vigesimo primo.* Hic autem annus in olympiadis quintæ postremum incurrit, et Eusebianum numerum solidis viginti sex annis antevertit. Eamdem tamen epocham postulare videtur etiam Eumeli ætas, quem, ut superius notatum est, et Clemens Alexandrinus Stromat. I supparem Archiæ facit, et ipse Eusebius ante annos viginti octo recensuit. Neque id porro noster ignoravit, siquidem iterum Eumeli mentionem ante duos tresve annos facit, ex aliorum scilicet sensu, qui eum poetam cum Archiæ gestis conferebant. Verum Scaliger, cui nihil tale venit in mentem, et post alios sex annos Naxi conditum refert, et quod gravius peccatum est, facit ab ejus conditu ad Syracusas triennium intercedere. Et noverat tamen reclamare Thucydidem lib. VI initio, ubi ait : *Anno proxime sequente* (Naxi natales) *Archias-Corinthius Heraclidarum unus, Syracusas, pulsis Siculis, condidit*. Sed et Strabo lib. VI : *Syracusas*, ait, *condidit*

| *Olymp.* | *Medor.* | *Macedor.* | *Hebr. Jud.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Atheniens.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 | 22. . . | 34. . . | 2 Apud Hebræos prophetabant Esaias, Osee. | 41 . . . | 13 . . . . . . . | 4 . . . | 3 Syracusæ conditæ in Sicilia. | |
| | 23. . . | 35. . . | 3 . . . | 42 . . . | 14 . . . . . . . | 5 . . . | 4 Catinia in Sicilia conditur. | |
| | 24. . | 36. . . | 4 . . . | 43 . . . | 15 . . . . . . . | 6 . . . | 5 Messena [b] a Lacedæmoniis capitur. | |
| | 25. . . | 37. . . | 5 . . . | 44 . . . *Ægyptior. XXV Dynast.*, [a] *SA-* | 16 . . . . . . . | 7 . . . | 6 . . . . . . . | 1280 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Προεφήτευον Ἡσαΐας, Ὠσηὲ, κ. τ, λ. Syncell. p. 159. ἔτη ιβ, Eusebius apud Syncell. pag. 60.
Αἰγυπτίων εἰκοστὴ πέμπτη δυναστεία· α΄, ΣΑΒΒΑΧΩΝ

## NOTÆ.

*Archias*, *navibus a Corintho in Siciliam advectus sub idem tempus, quo Naxus et Megara sunt conditæ.* Ab hinc annis quatuor abesse Catanæ conditus debet; Theocles enim et Chalcidenses, qui Naxum condiderant, hanc etiam exstruxerunt, *anno quinto post habitatas Syracusas*, ita fide jubente eodem Thucydide, ἔτει πέμπτῳ μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας. Reformanda est igitur Eusebiana Chronologia, non ad Scaligeri quidem rationes, aut Huberti Goltzii in Sicilia pag. 21; sed juxta Thucydidem, et Auctorem marmorei Chronici, qui centum quinquaginta circiter annis post Thucydidem epochas illas digessit.

[a] Hunc Marshamus, atque Usserius eum volunt esse *Soum*, quem memorat S. Scriptura IV Regum capp. XVII, et XVIII, quocum ait inisse consilia regem decem tribuum Oseam contra Assyrium: quæ hypothesis, ut aliis non urgeatur difficultatibus, certe ad Eusebii mentem, qui Oseæ cladem, et decem tribuum captivitatem ante annos decem recensuit, quam iste regnum iniverit, accedere vix potest, aut re vix quidem. Præterea de rege illo Ægyptiorum, non Æthiopum, ita passim chronologi sacri in diversa alia abeunt, ut æque omnia incerta videri debeant. Perizonius eum fecit Zethum, ultimum dynast. XVIII, quem porro eumdem esse cum Herodoti Sethone contendit. Pezronius in Herodoteo quidem Sethone concinit, verum hunc ipsum arbitratur esse Sevechum Manethonis, Sabachonis successorem, in quo Sous lateat. Alii, quos inter Simsonius, hunc existimant Bocchorim Saitem a patria *So*, vel *Sa*, Ægypti provincia ita appellatum: in quam sententiam trahunt et Josephum. Alii alia. Sed et de ipso Sabachone, juxta eam modo rationem, quam in regum Ægyptiorum serie tenet, dissentiunt plerique inter se. Diodorus eum *post multas* a Bocchore *tempestates* regno Ægypti præfuisse, præstasse etiam benignitate antecessoribus cunctis, tradit, Econtrario Africanus, noster Eusebius, et Syncellus illum significant Bocchori continuo successisse, quem in captivitatem redactum, per summam sævitiam vivum combusserit. Ab omnibus dissentit Herodotus lib. II, cap. 137 et seqq., ubi eum docet, per vim perque injuriam Ægyptum irrupisse, cum regnum teneret Anysis cæcus, quo fugato in paludes, solidis *quinquaginta annis* regnarit: demum admonitu deorum sponte Ægypto decedens, Æthiopiam repetierit. Et probatur tamen immanis isthæc supputatio annorum Sabachonis Pezronio, tametsi solos illi Africanus octo, Eusebius et Syncellus duodecim tribuant, quin etiam solis quadraginta, aut quadraginta quatuor juxta eos tota dynastia constet. Verum includit ille in quinquaginta annis Sabachonis tum ipsos duodecim juxta Eusebium, tum Sevechi ejus, ut ipse ait, filii totidem, deinde viginti illos Tarachi nepotis (hos enim sentit patris ac patrui absentis vices in regno administrando egisse), denique sex alios ad explendam summam, quibus post mortem Tarachi, Sabachonem ex Arabia reducem per se iterum regnasse in Ægypto, fingit. Nec præstare tamen commento hoc potuit, quin hujus Dynastiæ terminos prætergrederetur. Plura contra eum Perizonius cap. 10; quæ videas, si lubet. Ipse aliud ex eodem Herodoto comminiscitur contra Eusebii atque aliorum Veterum mentem. Sabachonem non alium fuisse contendit, quam Tarachum regem, idque his potissimum argumentis: primo, quod inter nomina Sabachonis et Taraconis exigua prorsus sit differentia: deinde quod in idem tempus Sennacheribi, seu Ezeciæ referantur: demum, quod nullus, præter Manethonem, utrumque simul, tamquam duos diversos, memoret: sed omnes, qui unum nominant, alterum ignorent. Quibus reponere est, primo non eam esse nominum similitudinem, quin possint duo homines ex ipso statim vocabulo utriusque distingui. Deinde, constare ex Herodoti quidem sententia, post Sabachonis discessum, fuisse ab Anyso receptum imperium: ac demum Sethonem regnum obtinuisse, quo tempore *Sennacheribus*, *Arabum Assyriorumque rex, cum magnis copiis Ægyptum invasit*, ut annos haud sane paucos ante Sennacheribum, regnare desiisse Sabachonem, par quoque sit opinari. Eo autem manifestius id confici ex Africani atque Eusebii calculis, qui pro quinquaginta, solos octo, aut duodecim annos ei tribuunt. Denique nec tertio argumento quidquam evinci, cum tanta in reliquis aliorum Auctorum, puta Strabonis, Herodoti, Diodori, pugna, ac dissensio sit, ut non satis tuto liceat, ex eorum rationibus disputare, duosque illos diversos reges peculiari Manethonis commento ascribere. Cæterum digna lectu sunt, quæ doctissimus vir congessit eo loci, iisque adjungenda cum primis quæ disputat Campegius Vitringa ad Esaiæ cap. XIX.

[b] Miratur Scaliger, qui hoc fieri potuit, si bellum inivit anno juxta ejus rationes primo 9 olympiadis, et, quod nemo diffitetur, fuit vicennale, Messena capta a Lacedæmoniis dicatur anno ultimo olympiadis undecimæ, fuit enim hic belli finis. Alia, ut vides, est in Pontacena atque adeo nostra recensione supputandi ratio: nihilo tamen secius ex vicennali factum esse bellum istud pl. min. duodecennale. Addit ille ad rei augendum miraculum, varietatem mss.: Bongars. enim, inquit, ponit ad annum primum olympiad. 12, Freher. ad primum 10 olymp., Petav. anno secundo undecimæ. Ego, si probe mentem Eusebii sum assecutus, varias existimo hac ipsa recensione auctorum apponi sententias: primo eorum, qui ab eo temporis belli initia auspicabantur; deinde eorum, qui cum impositum nunc bello finem ex aliis monimentis Veterum supputarent, altius

| Olymp. | Medor. | Macedon. | Hebr. Jud. | Ægyptior. | Romanorum. | Atheniens. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | *BACHON Æthiops, an. 12.* | | | | |
| 11 | 26. . . | 38. . . | 6 . . . | 1 Sabachon Æthiops [b] Bocchorum vicit, et vivum exussit, Ægyptoque regnavit. | 17 . . . . . . . | 8 . . . | 7 . . . . . . . | |
| | | *Macedon. IV, PERDICA [a], an. 51.* | | | | | | |
| | 27. . . | 1. . . | 7 . . . | 2 . . . | 18 . . . . . . . | 9 . . . | 8 . . . . . . . | |
| | 28. . . | 2. . . | 8 . . . | 3 . . . | 19 . . . . . . . | 10 . . . | 9 . . . . . . . | |
| | | | | | | *Atheniens. XVI, CLIDICUS [e], an. 10.* | | |
| | 29. . . | 3. . . | 9 . . . | 4 . . . | 20 Tarpeia [c] clypeis Sabinorum obruta: unde mons Tarpeius, in quo nunc Capitolium. | 1 . . . | 10 . . . . . . . | |
| 12 | 30. . . | 4. . . | 10 . . . | 5 . . . | 21 Romulus [d] pri- | 2 . . . | 11 . . . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακηδόνων δ', ἐβασίλευσε ΠΕΡΔΙΚΚΑΣ ἔτη να'. Sync. pag. 170.

Σαββάκων... Βόκχωριν αἰχμάλωτον ἑλὼν ἔκαυσε ζῶντα. Eusebius apud Sync. pag. 60.

Ῥωμύλος πρῶτος ἐκ τοῦ δήμου ἐστράτευσε ἄνδρας, συγκλητικούς τε ρ' γέροντας ἐποίησε, καὶ Πατρικίους τοὺς ἐξ αὐτῶν ἐκάλεσε. Ναούς τε καὶ τείχη ἐν Ῥώμῃ ᾠκοδόμησεν. Syncell. pag. 156, et Chronic. Pasch. pag. 90 et seq.

Ἀθηναίων ις', ἐβασίλευσε ΚΛΕΟΔΙΚΟΣ ἔτη ι'. Ex Syncell. pag. 169.

## NOTÆ.

exordia repetebant. Quod ego ad lectoris eruditionem cum primis conducere existimo: tametsi ejus, quam apponit Eusebius, sententiæ auctores non laudet. Velim tamen, ut recolas, quæ superius ex Dodwello lib. de Cyclis pag. 694 retulimus: Pausaniam quoque in Messenicis cap. 13, ubi captam Messanam refert anno primo olympiadis 14. Denique Schurzfleischium, cujus hæc sunt: Ephorus apud Strabonem, lib. VI, pag. 279, certamen hoc, ob occisum a Messeniis Teleclum, ortum esse, tradit, vicesimoque post cædem ejus anno Messenam esse captam. Hæc si vera sunt, referenda Historia erat ad numerum 1223. At Tyrtæus, referente eodem Strabone, lib. VIII, pag. 362, τὴν πρώτην κατάκτησιν ἐν τοῖς ποιήμασι κατὰ τοὺς τῶν πατέρων πατέρας γενέσθαι, dixit. Vixit Tyrtæus σύγχρονος τοῖς ζ' κληθεῖσι σοφοῖς, ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν λε' ὀλυμπιάδα, circa quæ tempora, si tres generationes retro numerentur, et unaquæque earum 30 annis constituatur, Messena videtur posse dici capta.

[a] Solos tamen annos quadraginta octo Syncellus, et vetus apud eum laterculum tribuit. Ad hæc Solinus primum eum dicit Macedoniæ regem constitutum, quod etiam Herodotus indicat lib. VIII his verbis, Περδίκκης ὁ κτησάμενος τὴν ἀρχήν. Plura ibidem de ejus origine ex Temeno, deque fratribus Gavane et Æropo, quibuscum Argis profugiens ad Illyrios, et inde in superiorem Macedoniam transgressus, se ad mercenariam operam regi locavit. Mentio quoque est ejus apud Thucydidem lib. II.

[b] In Pontacena editione hæc ad finem regni Sabachonis, sive ad annum ejus decimum differebantur, quæ nos ad veterum librorum fidem huc revocavimus. Restituimus quoque ea verba quæ deerant, *et vivum exussit*, ex Parmensi ms. et quatuor Palatinis, Græco id etiam exigente textu. Scaliger, ut et recens ms. qui in nostras nunc demum manus devenit, periocham istam penitus ignorant. Βόχορις, notante ad hunc locum Schurzfleischio, dicitur etiam Diodoro lib. I, Athenæo lib. X, Plutarcho περὶ Δυσωπίας. Aliter Constantino Manassi Βόκχορος. Videtur autem librarii mendum, quod scribitur apud Suidam Βάκχυρις, nec rectum, quod habet Goarus, Βόγχωρις.

[c] Multo pridem hæc retulit Scaliger, sive ad numer. 1270. Pontacus econtrario cum ad vigesimum Romuli antea collocasset, uno adhuc anno postponi, ut hic habetur, in Notis jussit. Historiam repete ex Livio lib. I, Varrone lib. IV de Lingua Latina, Servio in Æneidos lib. VIII, Floro, Aurelio Victore, atque aliis.

[d] Hæc vero a primo statim Romuli anno, quod sane non modicum discrimen est, in Scaligeri editione collocantur. Adhæc plane omittitur periocha illa verborum ultima, *Templa quoque et muros*, etc. Pontacum nos sequimur, quocum faciunt mss. plerique alii et Parmensis. In Græco, quod habet Syncellus Πατρικίους pro Πατέρας, quod facile Eusebius scripserit (certe quidem *Patres* Hieronymus vertit), factum videtur, ad ejus dignitatis exprimendum rationem ac nomen, quod suis temporibus præcipua in Græco imperio esset.

[e] Quæ huc pertinent, præoccupavit Schurzfleischius: *Clidicum*, inquiens, hunc *Melidicum* vocant tres posteriores Palatini. *Elidicum* dicit Sichardina editio, facili unius litteræ lapsu. *Clidicus* recte scribitur in primo Palatino. Κλείδικον enim cum Eusebio vocat etiam Pausanias, Attic. cap. 3. Nihilominus in eclogis Eusebianis nominatur Κλεόδικος, quomodo videlicet exstat etiam apud Syncellum. In eodem Palatino primo Syracusarum conditus ad numerum 1287 apponitur, ad quem sane annum refertur etiam a Cluverio in Ital. antiq. Vide et Stephanum, cujus locus secundum Scaligeri mentem a nuperis editoribus plane erat corrigendus.

| Olymp. | Medor. | Maced. | Hebr. Jud. | Ægyptior. | Romanorum. | Atheniens. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | mus milites sumit ex populo, et nobilissimos centum senes ob ætatem *Senatores*, ob similitudinem curæ, *Patres* appellavit. Templa quoque et muros Romanæ urbis exstruxit. | | | |
| | 31 | 5 | 11 | 6 | 22 | 3 | 12 | |
| | 32 | 6 | 12 | 7 | 23 | 4 | 13 | |
| | 33 | 7 | 13 | 8 | 24 | 5 | 14 | |
| | | | | | | | *Lydorum* III, [d] *MELES*, *an.* 12. | |
| 13 | 34 | 8 | 14 | 9 | 25 | 6 | 1 | |
| | 35 | 9 | 15 | 10 | 26 | 7 | 2 | 1290 |
| | 36 | 10 | 16 | 11 | 27 | 8 | 3 | |
| | 37 | 11 | 17 | 12 | 28 | 9 | 4 | |
| | | | | *Ægyptior.* [b] *SEBICHUS*, *an.* 12. | | | | |
| 14 | 38 | 12 | 18 | 1 | 29 | 10 | 5 | |
| | | | | | | *Post quem* [c] *HIPPOMENES*, *XVII*, *an.* 10. | | |
| | 39 | 13 | 19 | 2 | 30 | 1 | 6 | |
| | 40 | 14 | 20 | 3 | 31 | 2 | 7 | |
| | *Medor.* *IV*, [a] *CARDICEAS*, *an.* 13. | | | | | | | |
| | 1 | 15 | 21 | 4 | 32 | 3 | 8 Mare [e] obtinuerunt Cares. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μήδων ἐβασίλευσε δʹ ΚΑΡΔΙΚΕΑΣ ἔτη ιγʹ. Ex Scaligeri Collectaneis.

Αἰγυπτίων βʹ, ἐβασίλευσε ΣΕΒΗΧΟΣ ἔτη ιβʹ. Euseb. apud Syncell. p. 60.

Ἀθηναίων ιζʹ, ἐβασίλευσεν ΙΠΠΟΜΕΝΗΣ ἔτη ιʹ. Sync. pag. 169.

Λυδῶν γʹ, ἐβασίλευσε ΜΙΛΗΣ ἔτη ιβʹ. Sync. p. 191.

## NOTÆ.

[a] Hunc Ctesias *Artiam*, Syncellus *Artycam* appellat : cui ille annos regni quinquaginta hic triginta elargitur. Videtur ille idem esse, quem Melodacus Babyloniæ rex profligavit.

[b] Diximus, sub *Sevechi* nomine videri Pezronio latere Soum illum, cujus mentio est IV Regum cap. XVII et sequenti. At non Sevechus ille dicitur apud Herodotum qui Sabachoni succedit, sed Sethon : quo quidem nomine haud scio an aliis Antiquorum innotuit, nam qui Σέθως Syncello appellatur ex Manethone, alius plane est, et Trojanis temporibus vetustior. Diodorus lib. I statim a Sabachone anarchiam duorum annorum, tum dodecarchiam, sive duodecim regulorum, vel nomarcharum regnum collocat. In Græco scriptum invenire est Σεύηχος, et Σεβήχων : perperam omnino *Secucus*, in quarto Palatino, et recentiore alio apud nos ms., appellatur. Africanus quatuordecim ei annos regni impertitur, non sexdecim, ut Schurzfleischius putat.

[c] Totus in eo est Scaliger, ut metachronismo annorum quatuor aut quinque laborare Eusebianam hypothesim significet ex Pausaniæ testimonio in Messenicis cap. 13, quo loco ait, finem habuisse bellum Messeniacum *anno primo decimæ quartæ olympiadis*, cum apud Athenienses Medontidæ jam decimum, summum cepissent civitatis honorem, et *Hippomeni quidem quartus jam exactus esset imperii annus*. Verum ne vindicando ab erroris nota Eusebio laboremus, quo pacto in concordiam optime cum Pausania veniat, docuit pridem eruditiss. Dodwellus de Cyclis pag. 694, cujus verba et paulo ante laudata hic lubet replicare : Non me, inquit, fugit, A propter testimonium Pausaniæ dubitasse hactenus eruditos, num decennia integra expleverint Archontes decennales. Est autem præter Eusebium, eosque qui ex iisdem, unde Eusebius, originibus, sua hauserint, testis, hac in causa disertissimus Velleius, qui decennalium archontum annos agnoscit in universum 70, lib. I, cap. 8. Fefellit ergo ipsos, ni fallor ipse, Pausaniæ lectio tantummodo a Librariis vitiata. Messenici Belli finem statuit ἔτει πρώτῳ τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης ὀλυμπιάδος, ἣν Δάσμων Κορίνθιος ἐνίκα στάδιον, Ἀθήνησι Μεδοντιδῶν τὴν ἀρχὴν ἔτι ἐχόντων τὴν δεκέτιν, καὶ ἔτους Ἱππομένει τετάρτου τῆς ἀρχῆς ἠνυσμένου. *Anno primo decimæ* (falso in vulgata Versione *vicesimæ*) *quartæ olympiadis*, *qua Dasmon Corinthius in stadio vicit*, *cum apud Athenienses Medontidæ jam decimum, summum cepissent civitatis honorem*, *et Hippomeni quidem quartus jam exactus esset imperii annus*. Sed pro τετάρτου reponatur τετάρτῳ, et nostrarum Tabularum Chronologiæ ita non obstabunt verba B Pausaniæ, ut contra potius illam sint mirifice confirmatura. Erat enim Hippomenes decennalium archontum revera quartus. Et primus erit illius annus quem cum olymp. 14, anno primo commisit Pausanias.

[d] in Parmensi autem ms. propius ad Græcam lectionem, *Miles* appellatur. Cætera altum de illo silentium est apud Veteres.

[e] Duodecim annos ante apud Scaligerum posita hæc sunt. Notatumque illi ex Thucydide lib. I iterum hoc esse, quod mare obtinuerint Cares, nam prius imperium illis ademit Minos. Vide Strabonem, si lubet, lib. XIV, pag. 734.

| Olymp. | Medor. | Maced. | Hebr. Jud. | Ægyptior. | Romanorum. | Atheniens. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 15 | 2 | 16 | 22 | 5 | 33 | 4 | 9 Bellum [d] quod in Thyrea inter Lacedæmonios et Argivos gestum est. | |
| | 3 | 17 | 23 | 6 | 34 | 5 | 10 | |
| | 4 | 18 | 24 | 7 | 35 | 6 In Sicilia [c] Chersonesus condita. | 11 | |
| | 5 | 19 | 25 | 8 | 36 | 7 | 12 *Lydorum IV*, [e] *CANDAULES*, *an.* 17. | 1300 |
| 16 | 6 | 20 | 26 | 9 | 37 Romulus apud paludem [a] Capræ nusquam comparuit, et suadente Julio Proculo *Quirini* nomine apud suos consecratus est. *Mortuo Romulo per quinos dies Senatores Rempublicam rexerunt, atque ita* [b] 1 *an. ex-* | 8 | 1 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἐν Σικελίᾳ Χερσόνησος ἐκτίσθη. Syncell. pag. 170.

Λυδῶν δ', ἐβασίλευσε ΚΑΝΔΑΥΛΗΣ ἔτη ιζ'. Syncell. pag. 191.

## NOTÆ.

[a] Rectius puto, *ad paludem Capræ*, Parmensis ms. legit. Ita et Livius lib. I, cap. 16 : *Cum ad exercitum recensendum Romulus concionem in campo ad* CAPRÆ *paludem haberet, subito coorta tempestas*, etc. Vide et Plutarchum in Romuli Vita. In primo Palatin. *Capriæ* legi, testatur Schurzfleischius, qui et Græce scribi annotat apud Veteres καπρία, et καπρίαι, et καπρέα, adde et καπρέαι. Mox duo verba *apud suos*, sive *a suis*, ut habet laudatus Palatin. ms., Scaliger tacet. Plutarchus loco laudato, *Proclus*, inquit, *nobilis vir, vidisse sublimem se cum armis raptum Romulum adjuravit, vocemque audivisse, Quirinum appellari se jubentis*. Hæc porro et subsequens periocha de Romulo, luxatione antea laborabant : et prior quidem ad ejus annum 36, altera post primum Numæ referebantur.

[b] Adcensendus hic annus est annis Numæ, cujus adeo tertius opponetur Manassis primo, In Scaligeriana editione, post verba *interregnum appellatum*, ponitur in medio : *Senatores anno uno*. Tum ordine inverso, *Romanorum secundus Numa, qui et Pompilius annis* 40; unde et separatim numeratur Senatorum annus, et Numæ soli 40 tribuuntur : denique et ejus secundus, non tertius, primo Manassis opponitur. Prosper cum Pontaco facit. Verum ex sequenti Tulli Hostilii annorum supputatione, ubi ejus annus 17 opponitur primo Ammonis, qui est quartus olympiadis trigesimæ, plane econtrario consequitur, primum annum Numæ, ne cum primo quidem Manassis concurrere, sed cum 28 sive penultimo Ezechiæ, qui eum præcessit. Et siquidem Romulo 38 anni dantur, ejus primus, non cum quinto, sed cum sexto Achazi conveniet. Vid. infra ad ann. 17 Hostilii. De illo autem interregno post Romulum videsis Panvinium in Commentar. ad Fastos Roman. lib. I.

[c] Nimirum annotante Scaligero, urbs in ea condita, quæ Μύλαι dicebatur, : in quam rem laudat et Scholia Apollonii lib. IV : Μύλαι δὲ Χεῤῥόνησον Σικελίας : cui quidem testimonio haud scio, num reperire sit geminum apud Veteres; nam etsi Mylæ notissimæ apud Polybium, Plinium, Strabonem, Scylacem, Ptolemæum, atque alios, nemo tamen ejus Cherronesi meminit. Cæterum post adhuc duos annos differt periocham hanc Scaliger : primus autem Palatin. ms. teste Schurzfleischio, longo ab hinc spatio, sive ad ultimum regni Candaulis.

[d] Thyrea locus est, de quo contenderunt inter se Lacedæmones atque Argivi. Pugna apud Veteres omnium celebratissima. Interest vero hoc sedulo animadvertere, iterum fuisse certamen istud, post multos annos redintegratum ; cum enim Argivi, qui trecenti cum totidem Lacedæmoniis pugnaverant, sibi victoriam arrogarent, quod ex ipsis duo superstites prælio fuissent, cæsis Lacedæmoniis ad unum omnibus : ex his Othryades, tametsi multis vulneribus saucius, antequam exspiraret, fultus hastilibus semifractis, mortuorum hostium scuta abstulit, de quibus tropæum erexit, suorumque vulnerum sanguine, Jovi τροπαιούχῳ inscripsit. Exinde cum duo illi superstites ex Argivis litem integrarent, Amphictyones in rem præsentem venerunt, litemque secundum Lacedæmonios dederunt. Historiam ita refert Plutarchus ex Chrysermo in Parallelis. Ea de causa ventum iterum fuisse ad arma, testatur Suidas, *Othryades*, inquiens, *in causa fuit, ut Lacedæmonii* (πάλιν) *iterum de Thyrea certamen susciperent, ac prælio commisso victoriam reportarent*. Hoc est porro bellum, quod Herodotus lib. I, n. 82, cum superiore pugna illa trecentorum videtur confundere, scribens Crœsum Sardibus a Cyro obsessum suppetias a Lacedæmoniis impetrare non potuisse, quod essent id temporis bello Thyreatico occupati. Quod cum Scaliger non animadvertisset, debuisse ait Eusebium, juxta Herodoti testimonium, bellum istud in Crœsi tempora conferre : quem cum scribat longo ab hinc intervallo captum, anno primo olympiadis quinquagesimæ nonæ, ingentem anachronismum tantum non ei singillatim, certe quidem auctoribus quos secutus est, culpæ vertit. Intelligis puto qua injuria : quem enim ipse admisit in interpretando Herodoto, errorem aliis attribuit. Cæterum haud multum aberrant ab Eusebii recensione alii, et cum primis Pausanias in Laconicis c. 7, ubi, *Regnante*, ait, *Theopompo inter Argivos et Lacedæmonios de Thyreatum finibus dimicatum*. Solinus c. 13 laudatus etiam Scaligero, recenset ante annos ferme sexdecim, si modo vacant mendo numericæ notæ, ubi legitur, *Cardamilæ, ubi quondam fuit Thyrea, nunc locus dicitur : in quo anno 17 regni Romuli inter Laconas et Argivos memorabile fuit bellum*.

[e] Herodotus lib. I, c. 7, dicitur : *Sardium rex, quem Græci Myrsilum nominant*, filium scilicet Myrsi.

| Olymp. | Medor. | Maced. | Hebr. Jud. | Ægyptior. | Romanorum. | Atheniens. | Lydorum. | Ann ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | *pletus, quod tempus Interregnum appellatum est.* Romanorum II, *NUMA POMPILIUS, an.* 41. | | | |
| | 7 . . . | 21 . . . | 27 . . . | 10 . . . | | 9 . . . | 2 . . . . . . | |
| | 8 . . . | 22 . . . | 28 . . . | 11 . . . | 1 . . . . . . . | 10 . . . | 3 Sibylla Samia [d] quæ Herophila appellabatur, in Samo insignis habetur. | |
| | | | | | | *Atheniens.* *XVIII, LEOCRATES, an.* 10. | | |
| | 9 . . . | 23 . . . | 29 . . . *Hebræor. XVI, MANASSES, an.* 55. | 12 . . . *Ægyptior.* [b] *TARACHUS Æthiops, an.* 20. | 2 . . . . . . . | 1 . . . | 4 . . . . . . . | |
| 17 | 10 . . . | 24 . . . | 1 Manasses impius Esaiam interfecit, statuamque suam posuit [a] quin- | 1 . . . | 3 Numa Pompilius duos menses anno addidit Januarium, Februarium, cum ante [c] hoc tantum decem menses apud Romanos fuis- | 2 . . . | 5 Nicomedia [e] condita, quæ prius Astacus vocabatur. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τοῦ Ἰούδα ιϛ', ἐβασίλευσε ΜΑΝΑΣΣΗΣ ἔτη νε'. Sync. pag. 171, et Chron. Pasch. pag. 95.

Ἡσαΐας ὁ Προφήτης πρισθεὶς ὑπὸ Μανασσοῦ, κ. τ. λ. Chronic. Pasch. pag. 95.

Αἰγυπτίων γ', ἐβασίλευσε ΤΑΡΑΧΟΣ ἔτη κ'. Euseb. apud Syncell. pag. 60.

Ῥωμαίων β', ἐβασίλευσε ΝΟΥΜΑΣ ΠΟΜΠΙΛΙΟΣ ἔτη μα'. Syncell. pag. 168.

Ἀθηναίων ιη', ἐβασίλευσε ΛΕΟΚΡΑΤΗΣ ἔτη ι'. Syncell. pag. 169.

Σίβυλλα Σαμία χρησμῳδὸς, ἡ καὶ Ἡροφίλα, ἐγνωρίζετο. Syncell. pag. 170.

## NOTÆ.

Confer Justinum lib. I c. 7, Ciceronem de Officiis lib. III cap. 9, et Plutarchum in Symposio.

A

[a] Simulacrum illud quatuor, non quinque frontibus instructum fuisse, ut scilicet ingredientes templum undique intueretur, ac omnes cogeret ad adorandum, tradunt alii. Basil. Hom. de pœnit. Τετραπρόσωπα εἴδωλα vocat: ita Cedrenus, Syncellus, Suidas, etc.

[b] Hic ille est תרהקה. *Tirhaca*, aut *Tharaca*, qui IV Regum cap. XIX et Isaiæ XXXVII: *Rex Cuschi*, sive Æthiopiæ dicitur, et *processisse, ut pugnaret contra Sennacheribum*, fœdere nempe inito cum rege Ægypti. Eum Josephus Θαρσίκην vocat Antiquit. lib. X, cap. 1, mendo ut videtur librario, pro Ταράκην: Manetho *Taracum*. Strabo *Tearconem*. Præstat vero hunc Auctorem lib. I, pag. 106, atque iterum lib. XV sub initium adire, quandoquidem haud scio num exoticorum scriptorum alius tantæ famæ regis meminerit. Ibi ille *Tearconem Æthiopem usque in Europam processisse* tradit; quod tamen cum stricturis aliquot accipiendum est, Schurzfleischius ait. Hanc periocham primus Palatinus scribit, *Tarachus: Sebico interfecto, Ægyptiis regnavit annis* 20, in eclogis Eusebianis, Ταράκης vocatur, prout etiam est in Syncello. Ab Africano, apud eumdem Syncellum, Τάρκος nuncupatur, atque per duodeviginti tantum annos imperasse perhibetur, ut puta rescinderentur hic duo illi, quos Sevecho supra superaddiderat, anni.

B

[c] Vetustiores editi libri, et Palat. primus ms. *ante hunc*, ferunt. Scaliger *antehac*, qui tum male verba, *adeo ut ultimus December diceretur*, prætermittit. Postrema autem illa, *Nullum cum finitimis bellum gessit*, hinc avulsa proxime a primo Numæ anno ascribit. Quæ fuerit anni ab hoc rege correcti atque aucti ratio, disces ab Ovidio lib. II Fastor. atque ejus interpretibus. De Congiario plura Scaliger in Notis, ubi tertium genus figlinorum nummorum omissum abs Hieronymo queritur: sed et Auctor Chronici Paschalis duo tantum memorat, prætermittit vero σκύτινα. Consule Suidam in Ἀσσάρια.

[d] Hæc porro, si fides ipsi res suas enarranti adhibenda est, diu ante de se ipsa testatur vixisse. Nimirum ante Trojana tempora; siquidem Helenam Asiæ atque Europæ perniciem fore prædixerat. Aiunt etiam fuisse eam ædit1uam Apollinis Sminthei, et Somnium Hecubæ, ita ut rei eventus probavit, fuisse interpretatam. Vide Pausaniam in Phocicis c. 12. Cum *Samia* vocetur, atque in Samo insignis, ipsa se tamen Marpesso Troadis urbe natam testatur. Schurzfleischius ait, Historiam de Herophila primus Palatinus ad præcedentem num. 1304 retulit, scripsitque, *Sibylla Samia, quæ et Herophila dicebatur, insignis habetur*. *Samiam* putat Sibyllam Eusebius, et Cassiodorus, dictam fuisse Herophilen, secus, quam alii volunt; Suidas enim, in ΗΡΟΦΙΛΗ, *Erythræam* ita appellatam esse asserit. Per Herophilam *Delphicam* intellexit Solinus, cui consentit Pausanias, Phocic. cap. 12, qui eam Trojano etiam excidio antiquiorem fecit. Addatur et Scaliger ad Tibulli lib. II, eleg. 5, ubi Pausaniæ locus recensetur, et quæ ad ἐπιτομὴν χρόνων Casaubonianam diximus. Eadem hæc periocha infra quoque ad numerum 1349 habetur, quam tamen primus Palatinus ad num. 1351 transtulit.

[e] Dixisse debuerat Eusebius, Quæ nunc Nicomedia, antea Astacus dicebatur, urbs condita est. Trebellius Pollio in Gallieno c. 4: *Scythæ Astacum, quæ postea Nicomedia dicta est, incensam graviter vastaverunt*. Et, *Astacum, secuto tempore Nicomediam a rege cognominatam*. Videsis Salmasium in hunc locum. Tamenetsi Strabo lib. XII diversas fuisse urbes istas innuit, ubi ait Astacum urbem a Lysimacho deletam, atque ejus incolas Nicomediam translatos: cui et

| Olymp. | Medor. | Maced. | Hebr. Jud. | Ægyptior. | Romanorum. | Atheniens. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | que facies habentem. | | sent, adeo ut ultimus December diceretur, Capitolium quoque a fundamentis ædificavit, et Congiarium dedit asses ligneos et scorteos. Nullum cum finitimis bellum gessit. | | | |
| | 11 | 25 | 2 | 2 | 4 | 3 | 6 | |
| | 12 | 26 | 3 | 3 | 5 | 4 | 7 | |
| | 13 | 27 | 4 | 4 | 6 | 5 | 8 Croton [c] et Parium et Sybaris conditæ. | |
| | Medor. V. [a] DIOCLES, an. 54. | | | | | | | |
| 18 | 1 Ecbatanam [b] condidit. | 28 | 5 | 5 | 7 | 6 | 9 Hi qui Parthenii [d] vocabantur, Tarentum condiderunt, tunc et Corinthii Corcyram. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μήδων ε', ἐβασίλευσε ΔΙΟΙΚΗΣ ἔτη νδ'. Διοίκης ὁ Μήδων βασιλεὺς ἔκτισεν Ἐκβάτανα, κ. τ. λ. Syncell. pag. 158.

Ὁ αὐτὸς τὸ Καπιτώλιον ἐκ θεμελίων ᾠκοδόμησεν. Ὁ αὐτὸς τῷ ἐνιαυτῷ δύο μῆνας προσέθηκε, τόντε Ἰανουάριον καὶ Φεβρουάριον, δεκαμηνιαίου τοῦ ἐνιαυτοῦ πρὸ τούτου χρηματίζοντος, ὁ αὐτὸς γογγιάριον ἔδωκεν, ἀσσάρια ξύλινα, καὶ σκύτινα, καὶ ὀστράκινα. Sync. pag. 168.

## NOTÆ.

Constantinus Porphyrogeneta de Them. lib. I, c. 5, ferme consentit. Conferendus idem Strabo lib. VI, et Eustathius ad Dionysium v. 377. Denominata dicitur Nicomedia a Nicomede rege, non Prusiæ quidem, ut vulgo putant, patre, sed avo: siquidem vere docuit Vaillantius in istorum regum historia ex nummis, docetque ipse Memnon, ex Nicomede, qui Zipœtæ filius fuit, natum Zelam, cujus filius est Prusias.

[a] Hic demum verus primusque Medorum rex est, quem sibi Medi præfecerunt, cum non ita pridem in libertatem se vindicassent. Ita locupletissimus Auctor Herodotus sentit lib. I, n. 96, quem tandem, Castore ac Ctesia valere jussis, Eusebius quoque noster sequitur. Concinit ex parte etiam Polyænus Strategemat. lib. VII, c. 1, quem videsis. Nihil sane verosimilius ac propius ad fidem est, quam defecisse Medos ab Assyriis, cum illam horribilem cladem Sennacheribi audissent: ac porro Deiocem Phraortæ filium, jam ad tyrannidem aspirantem, regem appellasse. Nihil econtrario magis incredibile, ut superius ostendimus, quam quod alii tradunt, et cum primis Ctesias apud Diodorum, qui reges Medis ante annos centum quinquaginta octo dedit, et decem memorat ante Cyrum. Jam vero quod *Diocles* hic scribitur, tametsi minus placet, haud ausim tamen omnino improbare contra mss. atque editorum codicum magno numero consensum, quibus suffragatur Græca quoque scriptura apud Polyænum, Δηΐοκλῆς. Nec tamen inficias ibo, *Dejocis* nomen notius multo esse. Quoad regni annos, uno minus, sive solos quinquaginta tres Herodotus illi impertitur.

[b] Consentit, remque ipsam narrat Herodotus loco dudum laudato: *Imperio potitus Dejoces, Medos compulit unum oppidum condere, ut hoc uno communito, aliorum non ita magnam curam haberent. Hac in re obsequentibus Medis, mœnia Dejoces constituit ampla simul et valida, quæ nunc Ecbatana appellantur.* Sic neutro genere ac plurium numero Græci vocare amant. Cognominem urbem in Syria fuisse, idem Herodotus tradit; meminit utriusque Stephanus, qui a Veteribus Ἀγβάτανα dici testatur. Scaliger sentit, compositum nomen esse: et prius membrum, *Ec*, vel *Ac*, monosyllabum, nomen fortasse proprium exstitisse: alterum *Bethan*, sive *Baithan*, *palatium*, sive *regium* significare. Scribit adeo, אך ביתן sive אג־ביתן. Conjicit econtrario Bochartus in Phaleg. lib. III, c. 14, Ecbatana a colorum varietate appellari, quia Persice *agbatha* id significat. Addit eo facere, quod ipsa coloribus interstincta mœnia, *Ecbatana* dicerentur. Malim ego arbitrari הגא prius membrum esse, quod notat *splendidum*, *magnum*, *admirandum*, *eximium*, atque his similia, dicique adeo illam eo vocabulo *magnificam regiam*.

[c] Nedum quod ait Scaliger, et vulgaris fert opinio, eodem ferme tempore quo Syracusæ, condita est Croton: sed et paulo ante, si Straboni fides adhibenda est, ubi ait lib. VI, p. 402, cum Archias Syracusas peteret, jam condenda Crotone Myscellum fuisse occupatum. Parion quoque diu antea condita videtur Scaligero, qui de instauratione ejus urbis sermonem hic esse, arbitratur; condita enim dicitur Stephano, Eustathio, Ammiano, atque aliis a Pario filio Jasonis. Denique et Sybaris initia priora his videntur, si verum est, quod laudatus Scaligero Marcianus Periegetes scribit, eversam fuisse a Crotoniatis, cum stetisset annis 210. Ejus autem eversio anno quarto olympiadis 68 ascribitur, a quo deductis 210 remanebit tempus conditus ejus, num. 1218. Verum cum deleta atque instaurata plusquam simplici vice fuerit ea civitas, quam accurate possint rationes istæ subduci, non video. Postulant præterea hæc proprii operis libros. Vide, si lubet, Simsonium ad annos 3387, 3497, demum et 3557.

[d] Fere sæpius, ut et in Scaligeri editione est, *Parthenia*, Παρθενίαι appellantur spurii illi, quorum notissima, tametsi in aliquibus discrepans, historia est apud veteres. Conferendi tamen Ephorus apud Strabonem lib. VI, Justinus lib. III cap. 4, atque e nostris Lactantius Firmianus lib. I cap. 20. Dicuntur etiam Ephoro dudum laudato profecti in Italiam, Tarentum condidisse, κτίζουσι τὴν Τάραντα: tametsi Græci alii scriptores diu ante illorum adventum conditum urbis repetant a Tarante quodam heroe, quem faciunt Neptuni filium, et referri aiunt effigie illa juvenis delphino insidentis, quam nummi Tarentino-

| *Olymp.* | *Medor.* | *Maced.* | *Hebr. Jud.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Atheniens.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 2. | 29. | 6 | 6 | 8 | 7 | 10 | |
| | 3. | 30. | 7 | 7 | 9 | 8 | 11 | 1310 |
| | 4. | 31. | 8 | 8 | 10 | 9 | 12 | |
| 19 | 5. | 32. | 9 | 9 | 11 | 10 | 13 | |
| | | | | | | *Atheniens.* *XIX, APSANDER, an.* 10. | | |
| | 6. | 33. | 10 | 10 | 12 | 1 | 14 | |
| | 7. | 34. | 11 | 11 | 13 | 2 | 15 | |
| | 8. | 35. | 12 | 12 | 14 | 3 | 16 | |
| 20 | 9. | 36. | 13 | 13 | 15 | 4 | 17 | |
| | | | | | | | *Post quem* [b] *GYGES V, an.* 36. | |
| | 10. | 37. | 14 | 14 | 16 | 5 | 1 Mydas cum apud [c] Phrygas regnaret, sanguine tauri potato exstinctus est. | |
| | 11. | 38. | 15 | 15 | 17 | 6 | 2 | |
| | 12. | 39. | 16 | 16 | 18 | 7 | 3 | 1320 |
| 21 | 13. | 40. | 17 | 17 | 19 | 8 | 4 | |
| | 14. | 41. | 18 | 18 | 20 | 9 | 5 | |
| | 15. | 42. | 19 | 19 | 21 | 10 | 6 Glaucus [d] Chius primus ferri inter se glutinum excogitavit. | |
| | | | | | | *Atheniens.* *XX,* [a] *ERYXIAS, an.* 10. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀθηναίων ιθ', ἐβασίλευσεν ΑΨΑΝΔΡΟΣ ἔτη ι'. Sync. pag. 169.

Ἀθηναίων κ', ἐβασίλευσεν ΕΥΡΥΞΙΑΣ ἔτη ι'. Sync. pag. 169.

Μεθ' ὃν ε', ΓΥΓΙΣ ἔτη λβ'. Idem pag. 191.

Μίδας ὁ Φρυγίας βασιλεὺς αἷμα ταύρου πιὼν ἐτελεύτησεν. Scaliger in Collectaneis.

## NOTÆ.

rum præferunt. Justinus eos tradit, *occupata arce Tarentinorum, expugnatisque veteribus incolis, sedes ibi constituisse*. Paria habet Pausanias in Phocicis cap. 10, atque alii, quos laudare longum est. Schurzfleischius ait : Conditores *Parthenii* vocantur in omnibus scriptis libris, et Sichardina editione, atque ita nominavit eos Lactantius libr. I cap. 20, Suidas, et Hesychius. Nihil enim ibi corrigendum est, quamquam id tentet Simsonius Chron. cathol. part. III. Παρθενίους enim *spurios* honestiori nomine notari, jamdudum ex Homero demonstravit Dio Chrysostomus λόγῳ ζ', quem vide. Corcyram quod spectat, satis bene Eusebio convenit cum Strabone lib. VI, p. 414 : *Cum*, inquit, *in Siciliam navigaret* (Archias), *cum parte exercitus reliquit Chersicratem, genus ab Herculis posteritate ducentem, ut Corcyram, quæ ante Scheria fuit nominata, occuparet. Is igitur, expulsis Liburnis, insulam obtinuit*. Hujus coloniæ Thucydides quoque lib. I non longe ab initio meminit. Cum primis vero laudatus Scaligero Diodorus lib. V, ubi a Carthaginis ad Corcyræ conditum annos ἑκατὸν ἑξήκοντα supputat, a quo Eusebius septem tantum annis abludit : siquidem juxta Phœnicum Annales Carthago condita est numero 1142.

[a] Parmensis cum Palatino primo ms. *Erysiam* hunc vocat : alii, teste Schurzfleischio, *Erisium* : sed et *Erygiam* invenire est.

[b] Hunc ait Herodotus regnasse duobus supra Eusebii rationes annis, δυοῖν δέοντα μ' ἔτεα. Notat vero Clemens Alexandr. ex Euphorione *duodevicesima olympiade* fuisse illum regno potitum ; quod ita videtur accipiendum, ut regni, quod invaserat, tum demum jure donatum significarit. Sunt nimirum chronologi qui eodem quo Romulus anno occubuit, Candaulem Gygis decessorem ab eodem obtruncatum fuisse putent. Scaliger Dionysium Halicarn. laudat, qui libro περὶ τῶν Θουκιδίδου ἰδιωμάτων, annis CCL, putat ab Gyge ad transitum Xerxis. Contigit ille numero 1537, e quibus deductis 250, annus remanet 1297, qui præsentem juxta Eusebium solidis 21 præcedit. Sed locum, inquit, Dionysii corruptum esse fidem fecerit alius in epistola ejusdem ad Cn. Pompeium, in qua non ρμ' legitur, sed ρκ', ac sæpius μ' et κ' apud Græculos librarios commutari, manifestum est.

[c] Innuimus supra, videri Mydam hoc tempore antiquiorem. Scaliger Strabonem laudat, qui mortem ejus regis dicit tunc contigisse cum Cimmerii Asiam inundarunt, quod spectat num. 939. Contendit porro suo ipse sensu fuisse Midam Homero æqualem ex decantato illo versu :

Χαλκῆ παρθένος εἰμί. Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι.

quem in Midæ epitaphio, rogantibus ejus amicis, Homerus fertur condidisse. Atque hoc quidem Herodotus lib. de Vita Homeri, cap. 11, narrat ex Cumanorum relatione : exstatque versus ille apud Platonem in Phedro, et lib. III Anthologiæ, cap. 7. Nihilosecius multo est verosimilius quod Diogenes Laertius lib. I, sect. 89, tradit, carmen illud ἐπιτάφιον non ab Homero, sed a Cleobulo Lindio fuisse compositum, quod probat testimonio Simonidis, qui Cleobulum reprehendit, quod impositam Midæ sepulcro columnam illam æneam, perpetuo dixerit fore mansuram : Οὐ γὰρ εἶναι Ὁμήρου τὸ ἐπίγραμμα πολλοῖς ἔτεσι προέχοντος, φασί, τὸν Μίδαν. *Negant enim Epigramma illud Homeri esse, qui multis annis Midam præcessit*. Vide Ægidium Menagium.

[d] Hæc Scaliger post annos 18, sive ad num. 1340, demum recenset : additque in fine pericopæ verba, *et junxit*. De hoc ferri compactore primo atque uno videndus Herodotus lib. I, cap. 25, qui pateram parvam ab illo compactam ex ferro, tradit fuisse ab Alyatte Lydorum rege apud Delphos dedicatam. Laudat Herodoti testimonium hoc Stephanus in Αἰθάλη, sed manifesta contra ejus mentem hallucinatione. Laudat et Polybium, qui non Chium, sed Lesbium fuisse Glaucum tradiderit. Videsis adeo quæ in eum locum Stephani editores et Scaliger pridem annotavit.

| Olymp. | Medor. | Maced. | Hebr. Jud. | Ægyptior. | Romanorum. | Atheniens. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 16 | 43 | 20 | 20 | 22 | 1 | 7 | |
| | | | | *Ægyptior.* XXVI *dynastia.* [a] *MERRES ÆTHIOPS regnavit an.* 12. | | | | |
| 22 | 17 | 44 | 21 | 1 | 23 | 2 | 8 In Sicilia [b] Gela, in Pamphylia Phaselis conditur. | |
| | 18 | 45 | 22 | 2 | 24 | 3 | 9 | |
| | 19 | 46 | 23 | 3 | 25 | 4 | 10 | |
| | 20 | 47 | 24 | 4 | 26 | 5 | 11 | |
| 23 | 21 | 48 | 25 | 5 | 27 | 6 | 12 Hipponax [c] philosophus notissimus redditur. | |
| | 22 | 49 | 26 | 6 | 28 | 7 | 13 | 1330 |
| | 23 | 50 | 27 | 7 | 29 | 8 | 14 | |
| | 24 | 51 | 28 | 8 | 30 | 9 | 15 Calchedon [d] condita. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγυπτίων ἕκτη καὶ εἰκοστὴ δυναστεία· α', ΑΜΜΕΡΙΣ Αἰθίοψ, ἔτη ιβ'. Euseb. apud Sync. pag. 61.

## NOTÆ.

[a] Ignotus hic quidem est Africano : nihil tamen dubium quin ille idem sit qui Ἀμάης, *Amaes*, in vetere apud Syncellum Chronico appellatur. Falsum adeo est, de quo Scaliger Eusebium culpat, adjecisse eum *Merrem* hunc, sive, ut in Græcis legitur, Ἀμμερῆν, de suo, et quam laxissimis habenis uti, quas adducat et remittat prout voluntas illi, non ratio dictavit. Falsum quoque id cum egisse in contrahendis aut extendendis annis regum hujus dynastiæ, ut Vaphrem ad tempus excidii Jerosolymorum perduceret. Contende, quod satis erit ad repellendam calumniam, cum Africano Eusebium, qui ut solis sex annis ejus rationes in universum (a Stephinate ad Amosin) exsuperat : ita manifesto se prodit, ab aliis, et dignioribus quidem fide monimentis, sua descripsisse. Vetus illud Syncellianum Chronicum longe amplius singulorum ferme regum annos exaggerat : exemplo sit primus iste *Amaes*, cui solidos triginta octo pro duodecim Eusebii impertitur. Psammacheritem, quem pro isto habet Africanus in fine, nemo alius, quantum scio, Veterum novit. Addo Merrem in Græcis Syncelli, non ut Scaliger excudit, Ἀμμερῆν vocari, sed Ἄμμεριν.

[b] Ad eumdem num. 1340, Scaliger refert, annis scilicet ab hinc quindecim. Oportuerat vero prorsus econtrario, quoad per mss. auctoritatem liceret, primordia istarum urbium ad superiora tempora referri. Nimirum auctor est Thucydides lib. vi, p. 146, Gelam anno post conditas Syracusas quadragesimo quinto fuisse exstructam. Phaselis eadem initia habuit ab Lacio Antiphemi, qui Gelam condiderat, fratre, ut notavit ex Aristæneto Stephanus in Γέλα. Lindios eos fuisse odoratur Scaliger ex Herodoti Polyhymnia, notatumque ait Philostephano apud Athenæum lib. vii, cap. 13. Qua quidem in re fallitur; neque enim ita Philostephanus ipse existimabat, quippe qui Λάκιον τὸν Ἀργεῖον dixit, sed alii quos non nominat : ὄν τινες μὲν Λίνδιον εἶναι λέγουσιν. Id ipsum indicavit etiam Thucydides modo laudatus, qui Antiphemum novæ urbi quam exstruxerat, Lindiorum nomen imponere voluisse, auctor est, non alia, ut videtur, de causa, quam in patriæ memoriam. Herodotus lib. ii cap. 178, Phaselidem non in Pamphylia, ut Eusebius, sed inter Doricas urbes recenset.

[c] Schurzflei-chius ait : Scripti libri omnes legunt, *Hipponax phs notissimus redditur*. Sichardus inde legit, *Hipponax philosophus*. Sed merito dubitat Lydiatus p. 45, ad marmora Arundelliana, an umquam Hipponax aliquis philosophus vixerit. Equidem veteres critici omnes, poetam philosophiæ partes calere debere autumabant; interim nondum statim ideo antiquis illis temporibus *poeta* et *philosophus* erant synonyma, nisi fortasse, πρὶν Πυθαγόραν γεγονέναι philosophos comminiscaris. Nugamur proinde, nisi aliam lectionem afferamus. Scaliger vocem icorruptam plane omisit. Nos non præter rem esse putamus, quod omnes libri scribant, *phs*. Hinc enim in autographo *ephus*, vel εφς, hoc est, Ἐφέσιος, *Ephesius* fuisse, dicere ausim. Suidas, ΙΠΠΩΝΑΞ, Ἐφέσιος, ἰαμβογράφος. Interim male tamen omnino ad hanc ætatem Hipponax ab eo, unde hæc habet Eusebius, relatus est, cum eum olympiade 60 vixisse, e Plinii H. N. lib. xxxvi, cap. 5, et marmoris Arundelliani linea 57, constet. Infra Hieronymus, numero 1474, *Hippicus*, inquit, *carminum scriptor, agnoscitur*. Quis *Hippicus* ille sit, nemo adhuc eum dicere potuit. Neque enim locum critici satis emendarunt, quippe in quo legendum erat *Hipponax carminum scriptor*. Ille nempe *carmina*, prout Horatius odarum libros vocavit, composuit. Nihilominus etiam Dionysius Petavius, libro xiii de D. T., anno Juliano 4174, Hippicum et Hipponactem diversos fecit, quod sane erat ἀνιστόρητον. Colligo etiam aliunde, recentiorem esse Hipponactem, quam, ut ad hæc tempora referri possit. Est apud Strabonem fragmentum ejus, lib. xiv Γεωγραφ. pag 636, et Suidam in Βίαντος Πριήνεως δίκη :

Δικάζεσθαι
Βίαντος (ἐστι) τοῦ Πριηνέως κρέσσων.

Si hoc λείψανον nullam haberet utilitatem aliam, satis tamen est, quod ex ea quadamtenus Hipponactis ætatem eruere possimus. Colligimus enim ex isto, saltim Biante Hipponactem fuisse recentiorem, cujus in illa ῥήσει fit mentio. Jam constat, Biantem unum de septem sapientibus fuisse qui numero 1435, anno secundo olympiadis 49, vixisse dicuntur : post cujus anni adeo tempora Hipponactem floruisse, firmissimum exinde argumentum deducitur. Eum ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Λυδίας ἰάμβων citavit scholiasta Nicandri, ad Θηριακῶν vers. 633, pag. 43, ed. Soteris, nisi tamen, quod valde vereor, lectio corrupta est. Nam critici hunc librum Hipponactis prætereunt. Adde his quæ de hoc Poeta Fabricius disputat tom. I Bibliothec. Græc. pag. 581 et seq. De Hippico, sive Ibyco dicemus infra nos suo loco ad an. primum olympiadis 60.

[d] Dicitur Straboni lib. xii, *a Megarensibus condita*; Pomponio Melæ lib. i, cap. 19, *ab Archia Megarensium principe :* Hesychio e Megaris quidem, sed a Dineo. Dicemus hac de re iterum, ubi de Byzantio.

| Olymp. | Medor. | Maced. | Hebr. Jud. | Ægyptior. | Romanorum. | Atheniens. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 2 | 29 | 6 | 6 | 8 | 7 | 10 | |
| | 3 | 30 | 7 | 7 | 9 | 8 | 11 | 1310 |
| | 4 | 31 | 8 | 8 | 10 | 9 | 12 | |
| 19 | 5 | 32 | 9 | 9 | 11 | 10 | 13 | |
| | | | | | | *Atheniens.* *XIX, APSANDER, an.* 10. | | |
| | 6 | 33 | 10 | 10 | 12 | 1 | 14 | |
| | 7 | 34 | 11 | 11 | 13 | 2 | 15 | |
| | 8 | 35 | 12 | 12 | 14 | 3 | 16 | |
| 20 | 9 | 36 | 13 | 13 | 15 | 4 | 17 | |
| | | | | | | | *Post quem* [b] *GYGES V, an.* 36. | |
| | 10 | 37 | 14 | 14 | 16 | 5 | 1 Mydas cum apud [c] Phrygas regnaret, sanguine tauri potato exstinctus est. | |
| | 11 | 38 | 15 | 15 | 17 | 6 | 2 | |
| | 12 | 39 | 16 | 16 | 18 | 7 | 3 | 1320 |
| 21 | 13 | 40 | 17 | 17 | 19 | 8 | 4 | |
| | 14 | 41 | 18 | 18 | 20 | 9 | 5 | |
| | 15 | 42 | 19 | 19 | 21 | 10 | 6 Glaucus [d] Chius primus ferri inter se glutinum excogitavit. | |
| | | | | | | *Atheniens.* *XX,* [a] *ERYXIAS, an.* 10. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀθηναίων ιθ', ἐβασίλευσεν ΑΨΑΝΔΡΟΣ ἔτη ι'. Sync. pag. 169.

Ἀθηναίων κ', ἐβασίλευσεν ΕΥΡΥΞΙΑΣ ἔτη ι'. Sync. pag. 169.

Μεθ' ὃν ε', ΓΥΓΙΣ ἔτη λβ'. Idem pag. 191.

Μίδας ὁ Φρυγίας βασιλεὺς αἷμα ταύρου πιὼν ἐτελεύτησεν. Scaliger in Collectaneis.

## NOTÆ.

rum præferunt. Justinus eos tradit, *occupata arce Tarentinorum, expugnatisque veteribus incolis, sedes ibi constituisse.* Paria habet Pausanias in Phocicis cap. 10, atque alii, quos laudare longum est. Schurzfleischius ait : Conditores *Parthenii* vocantur in omnibus scriptis libris, et Sichardina editione, atque ita nominavit eos Lactantius libr. I cap. 20, Suidas, et Hesychius. Nihil enim ibi corrigendum est, quamquam id teniet Simsonius Chron. cathol. part. III. Παρθενίους enim *spurios* honestiori nomine notari, jamdudum ex Homero demonstravit Dio Chrysostomus λόγῳ ζ', quem vide. Corcyram quod spectat, satis bene Eusebio convenit cum Strabone lib. VI, p. 414 : *Cum*, inquit, *in Siciliam navigaret* (Archias), *cum parte exercitus reliquit Chersicratem, genus ab Herculis posteritate ducentem, ut Corcyram, quæ ante Scheria fuit nominata, occuparet. Is igitur, expulsis Liburnis, insulam obtinuit.* Hujus coloniæ Thucydides quoque lib. I non longe ab initio meminit. Cum primis vero laudatus Scaligero Diodorus lib. V, ubi a Carthaginis ad Corcyræ conditum annos ἑκατὸν ἑξήκοντα supputat, a quo Eusebius septem tantum annis abludit : siquidem juxta Phœnicum Annales Carthago condita est numero 1142.

[a] Parmensis cum Palatino primo ms. *Erysiam* hunc vocat : alii, teste Schurzfleischio, *Erisium :* sed et *Erygiam* invenire est.

[b] Hunc ait Herodotus regnasse duobus supra Eusebii rationes annis, δυοῖν δέοντα μ' ἔτεα. Notat vero Clemens Alexandr. ex Euphorione *duodevicesima olympiade* fuisse illum regno potitum; quod ita videtur accipiendum, ut regni, quod invaserat, tum demum jure donatum significarit. Sunt nimirum chronologi qui eodem quo Romulus anno occubuit, Candaulem Gygis decessorem ab eodem obtruncatum fuisse putent. Scaliger Dionysium Halicarn. laudat, qui libro περὶ τῶν Θουκιδίδου ἰδιωμάτων, annis CCL, putat ab Gyge ad transitum Xerxis. Contigit ille numero 1537, e quibus deductis 250, annus remanet 1297, qui præsentem juxta Eusebium solidis 21 præcedit. Sed locum, inquit, Dionysii corruptum esse fidem fecerit alius in epistola ejusdem ad Cn. Pompeium, in qua non ρμ' legitur, sed ρκ', ac sæpius μ' et κ' apud Græculos librarios commutari, manifestum est.

[c] Innuimus supra, videri Mydam hoc tempore antiquiorem. Scaliger Strabonem laudat, qui mortem ejus regis dicit tunc contigisse cum Cimmerii Asiam inundarunt, quod spectat num. 939. Contendit porro suo ipse sensu fuisse Midam Homero æqualem ex decantato illo versu :

Χαλκῆ παρθένος εἰμί. Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι.

quem in Midæ epitaphio, rogantibus ejus amicis, Homerus fertur condidisse. Atque hoc quidem Herodotus lib. de Vita Homeri, cap. 11, narrat ex Cumanorum relatione : exstatque versus ille apud Platonem in Phedro, et lib. III Anthologiæ, cap. 7. Nihilosecius multo est verosimilius quod Diogenes Laertius lib. I, sect. 89, tradit, carmen illud ἐπιτάφιον non ab Homero, sed a Cleobulo Lindio fuisse compositum, quod probat testimonio Simonidis, qui Cleobulum reprehendit, quod impositam Midæ sepulcro columnam illam æneam, perpetuo dixerit fore mansuram : Οὐ γὰρ εἶναι Ὁμήρου τὸ ἐπίγραμμα πολλοῖς ἔτεσι προέχοντος, φασί, τὸν Μίδαν. *Negant enim Epigramma illud Homeri esse, qui multis annis Midam præcessit.* Vide Ægidium Menagium.

[d] Hæc Scaliger post annos 18, sive ad num. 1340, demum recenset : additque in fine pericopæ verba, *et junxit.* De hoc ferri compactore primo atque uno videndus Herodotus lib. I, cap. 25, qui pateram parvam ab illo compactam ex ferro, tradit fuisse ab Alyatte Lydorum rege apud Delphos dedicatam. Laudat Herodoti testimonium hoc Stephanus in Αἰθάλη, sed manifesta contra ejus mentem hallucinatione. Laudat et Polybium, qui non Chium, sed Lesbium fuisse Glaucum tradiderit. Videsis adeo quæ in eum locum Stephani editores et Scaliger pridem annotavit.

| *Olymp.* | *Medor.* | *Maced.* | *Hebr. Jud.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Atheniens.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 16. | 43. | 20 | 20 *Ægyptior. XXVI dynastia.* [a] *MERRES ÆTHIOPS regnavit an.* 12. | 22 | 1 | 7 | |
| 22 | 17. | 44. | 21 | 1 | 23 | 2 | 8 In Sicilia [b] Gela, in Pamphylia Phaselis conditur. | |
| | 18. | 45. | 22 | 2 | 24 | 3 | 9 | |
| | 19. | 46. | 23 | 3 | 25 | 4 | 10 | |
| | 20. | 47. | 24 | 4 | 26 | 5 | 11 | |
| 23 | 21. | 48. | 25 | 5 | 27 | 6 | 12 Hipponax [c] philosophus notissimus redditur. | |
| | 22. | 49. | 26 | 6 | 28 | 7 | 13 | 1330 |
| | 23. | 50. | 27 | 7 | 29 | 8 | 14 | |
| | 24. | 51. | 28 | 8 | 30 | 9 | 15 Calchedon [d] condita. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*Αἰγυπτίων ἕκτη καὶ εἰκοστὴ δυναστεία· α΄, ΑΜΜΕΡΙΣ Αἰθίωψ, ἔτη ιβ΄.* Euseb. apud Sync. pag. 61.

## NOTÆ.

[a] Ignotus hic quidem est Africano : nihil tamen dubium quin ille idem sit qui Ἀμάης, *Amaes*, in vetere apud Syncellum Chronico appellatur. Falsum adeo est, de quo Scaliger Eusebium culpat, adjecisse eum *Merrem* hunc, sive, ut in Græcis legitur, Ἀμμερῆν, de suo, et quam laxissimis habenis uti, quas adducat et remittat prout voluntas illi, non ratio dictavit. Falsum quoque id eum egisse in contrahendis aut extendendis annis regum hujus dynastiæ, ut Vaphrem ad tempus excidii Jerosolymorum perduceret. Contende, quod satis erit ad repellendam calumniam, cum Africano Eusebium, qui ut solis sex annis ejus rationes in universum (a Stephinate ad Amosin) exsuperat : ita manifesto se prodit, ab aliis, et dignioribus quidem fide monimentis, sua descripsisse. Vetus illud Syncellianum Chronicum longe amplius singulorum ferme regum annos exaggerat : exemplo sit primus iste *Amaes*, cui solidos triginta octo pro duodecim Eusebii impertitur. Psammacheritem, quem pro isto habet Africanus in fine, nemo alius, quantum scio, Veterum novit. Addo Merrem in Græcis Syncelli, non ut Scaliger excudit, Ἀμμερῆν vocari, sed Ἄμμεριν.

[b] Ad eumdem num. 1310, Scaliger refert, annis scilicet ab hinc quindecim. Oportuerat vero prorsus econtrario, quoad per mss. auctoritatem liceret, primordia istarum urbium ad superiora tempora referri. Nimirum auctor est Thucydides lib. VI, p. 146, Gelam anno post conditas Syracusas quadragesimo quinto fuisse exstructam. Phaselis eadem initia habuit ab Lacio Antiphemi, qui Gelam condiderat, fratre, ut notavit ex Aristæneto Stephanus in Γέλα. Lindios eos fuisse odoratur Scaliger ex Herodoti Polyhymnia, notatumque ait Philostephano apud Athenæum lib. VII, cap. 13. Qua quidem in re fallitur; neque enim ita Philostephanus ipse existimabat, quippe qui Λάκιον τὸν Ἀργεῖον dixit, sed alii quos non nominat : ὅν τινες μὲν Λίνδιον εἶναι λέγουσιν. Id ipsum indicavit etiam Thucydides modo laudatus, qui Antiphemum novæ urbi quam exstruxerat, Lindiorum nomen imponere voluisse, auctor est, non alia, ut videtur, de causa, quam in patriæ memoriam. Herodotus lib. II cap. 178, Phaselidem non in Pamphylia, ut Eusebius, sed inter Doricas urbes recenset.

[c] Schurzflei-chius ait : Scripti libri omnes legunt, *Hipponax phs notissimus redditur*. Sichardus inde legit, *Hipponax philosophus*. Sed merito dubitat Lydiatus p. 45, ad marmora Arundelliana, an umquam Hipponax aliquis philosophus vixerit. Equidem veteres critici omnes, poetam philosophiæ partes callere debere autumabant; interim nondum statim ideo antiquis illis temporibus *poeta* et *philosophus* erant synonyma, nisi fortasse, Πρὶν Πυθαγόραν γεγονέναι philosophos comminiscaris. Nugamur proinde, nisi aliam lectionem afferamus. Scaliger vocem icorruptam plane omisit. Nos non præter rem esse putamus, quod omnes libri scribant, *phs*. Hinc enim in autographo *ephus*, vel εφς, hoc est, Ἐφέσιος, *Ephesius* fuisse, dicere ausim. Suidas, ΙΠΠΩΝΑΞ, Ἐφέσιος, ἰαμβογράφος. Interim male tamen omnino ad hanc ætatem Hipponax ab eo, unde hæc habet Eusebius, relatus est, cum eum olympiade 60 vixisse, e Plinii H. N. lib. XXXVI, cap. 5, et marmoris Arundelliani linea 57, constet. Infra Hieronymus, numero 1474, *Hippicus*, inquit, *carminum scriptor, agnoscitur*. Quis *Hippicus* ille sit, nemo adhuc eum dicere potuit. Neque enim locum critici satis emendarunt, quippe in quo legendum erat *Hipponax carminum scriptor*. Ille nempe *carmina*, prout Horatius odarum libros vocavit, composuit. Nihilominus etiam Dionysius Petavius, libro XIII de D. T., anno Juliano 4174, Hippicum et Hipponactem diversos fecit, quod sane erat ἀνιστόρητον. Colligo etiam aliunde, recentiorem esse Hipponactem, quam, ut ad hæc tempora referri possit. Est apud Strabonem fragmentum ejus, lib. XIV Γεωγραφ. pag 636, et Suidam in Βίαντος Πριήνεως δίκη :

Δικάζεσθαι
Βίαντός (ἐστι) τοῦ Πριηνέως κρέσσων.

Si hoc λείψανον nullam haberet utilitatem aliam, satis tamen est, quod ex ea quadamtenus Hipponactis ætatem eruere possimus. Colligimus enim ex isto, saltim Biante Hipponactem fuisse recentiorem, cujus in illa ῥήσει fit mentio. Jam constat, Biantem unum de septem sapientibus fuisse qui numero 1435, anno secundo olympiadis 49, vixisse dicuntur : post cujus anni adeo tempora Hipponactem floruisse, firmissimum exinde argumentum deducitur. Eum ἐν τῷ πρώτῳ τῆς Λυδίας ἰάμβων citavit scholiasta Nicandri, ad Θηριακῶν vers. 633, pag. 43, ed. Soteris, nisi tamen, quod valde vereor, lectio corrupta est. Nam critici hunc librum Hipponactis prætereunt. Adde his quæ de hoc Poeta Fabricius disputat tom. I Bibliothec. Græc. pag. 581 et seq. De Hippico, sive Ibyco dicemus infra nos suo loco ad an. primum olympiadis 60.

[d] Dicitur Straboni lib. XII, *a Megarensibus condita*; Pomponio Melæ lib. I, cap. 19, *ab Archia Megarensium principe* : Hesychio e Megaris quidem, sed a Dineo. Dicemus hac de re iterum, ubi de Byzantio.

| Olymp. | Medor. | Maced. | Hebr. Jud. | Ægyptior. | Romanorum. | Atheniens. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | Macedon. V, [a] ARGEUS, an. 37. | | | | | | |
| 24 | 25 | 1 | 29 | 9 | 31 | 10 | 16 | |
| | 26 | 2 | 30 | 10 | 32 | Athenis [d] annui principes constituti sunt. | 17 Cyzicus [e] condita est et Locri in Italia. | |
| | 27 | 3 | 31 | 11 | 33 | | 18 | |
| | 28 | 4 | 32 | 12 Ægyptior. [b] STEPHINATIS, an. 7. | 34 | Cessantibus regibus, novem principes ex nobilibus urbis electi Atheniensibus præfuerunt. Atheniensium regnum defecit. | 19 | |
| 25 | 29 | 5 | 33 | 1 | 35 | | 20 | |
| | 30 | 6 | 34 | 2 | 36 | | 21 | |
| | 31 | 7 | 35 | 3 | 37 | | 22 | |
| | 32 | 8 | 36 | 4 | 38 | | 23 | 1340 |
| 26 | 33 | 9 | 37 | 5 | 39 | | 24 | |
| | 34 | 10 | 38 | 6 | 40 | | 25 | |
| | 35 | 11 | 39 | 7 | 41 | | 26 | |
| | | | | Ægyptior. [c] NICHE- | | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακηδόνων ε′, ἐβασίλευσεν ΑΡΓΑΙΟΣ ἔτη λη′. Ex Syncell. pag. 170.

Αἰγυπτίων β′, ΣΤΕΦΑΝΑΤΙΣ ἔτη ζ′. Eusebius apud Syncell. pag. 61.

Αἰγυπτίων γ′, ΝΕΚΕΥΩΣ ἔτη ς′. Eusebius apud Syncell. ibidem.

Μετὰ τούτους, Ἄρχοντες ἐνιαύσιοι εὑρέθησαν ἐξ εὐπατριδῶν, ἐννέα τε ἀρχόντων Ἀθήνησιν ἀρχὴ κατεστάθη. Sync. pag. 169.

Κύζικος ᾠκίσθη. Syncell. pag. 170.

## NOTÆ.

Scaliger post decem annos conditum urbis refert : et Petav. tamen apud eum ms. num. 1230 ascribebat. Recole et quæ multo antea ad Carthaginis conditum, de Carchedone dicta sunt.

[a] Latine *Argeus*, et *Argæus* scriptum reperire est : Græce Ἀργαῖος, et Ἀργεῖος. Hoc porro Scaliger reponendum ubique censet, ut *Argeus* Latine sit, non *Argæus*; nam, inquit, et Sibyllæ reges Macedonum Ἀργεάδαι nuncupati sunt : eo scilicet versu, quem jacet :

Ἄρχοντες βασιλεῦσι Μακηδόνες Ἀργεάδησι.

Atqui Herodoto Ἀ'ραῖος vocatur : tametsi putare malim corruptum locum pro Ἀργαῖος. Videsis Justinum lib. VII, c. 2. Syncellus annos ejus solos 32 supputat.

[b] Atque hujus annos Vetus Ægyptiorum Chronicon apud Syncellum auget usque ad viginti septem : bene autem est Eusebio cum Africani computo. Varia scriptura est, *Stephinathes*, *Stephinates*, et *Stephanathis*.

[c] In Parmensi ms. *Nicepsos*, in aliis *Neckipso* : sed et *Nerepsos* Africano dicitur, et *Necepses* in vetere Chronico, quod et annos illi tredecim elargitur. Quæ subsequuntur Italico charactere descripta, *Nichepsus magicæ artis peritus cujus scripta medicinalia feruntur*, Scaliger respuit, nec in Parmensi quidem ms. sunt. Ausonius tamen epist. 4, ad Paulinum :

Quique magas docuit mysteria vana Necepsus.

Sed et scriptorum ejus meminere Ætius in Tetrabibl. pluribus locis, Manetho in Apotelesmaticis, Vettius Valens Antiochenus in sua Ἀνθολογία, Galenus lib. Simplic. medicamentor., denique Julius Firmicus Astronomic. lib. IV et VIII. Videsis Fabricium Biblioth. Græc. lib. II. c. 20, et Marshamum in Canone Chronico.

[d] Anachronismum in Eusebiano hypothesi comminiscenti Scaligero, ex pervulgato illo Pausaniæ loco in Messenicis, facient satis quæ superius recitata sunt ad Caropem ex Dodwello, ne eadem hic repetere pigeat. Audiendus nunc Lydiatus ad Marmor 1 Arundellianum p. 258 : A quo, inquit, annus Archon Athenis exstitit primus Creon, numerantur Chronico Marmoreo anni 420, id est, ante Evangelium 712, qui annus erat primus olymp. 24. Hæc nimirum epocha ferme convenit calculo Eusebiano æque juxta Scaligeranam editionem tum Latinam, tum Græcam referentem postremi archontis decennalis annum postremum ad primum olympiadis 24, ac juxta Pontaci editionem intra annum, utpote qua primus archon annuus refertur ad annum secundum ejusdem olympiadis, perinde atque Excerptis Barbaro-Latinis, atque etiam ipso Africano apud Georgium recensente annuos archontes 903 usque ad olympiadem 250. Cæterum a calculo Dionysii Halicarnassei, ut dudum cum in nostra serie exposui, biennii differentiam præfert, utpote referentis eumdem ad tertium annum ejusdem olympiadis, annis 70 post initium Charopis primi decennalis archontis relatum anno primo olympiadis 7. Altrinsecus vero exhibet quadriennii differentiam a calculo Pausaniæ in Messenicis, referentis quintum annum Hippomenis quarti decennalis archontis ad primum annum decimæ quartæ olympiadis, et Tlesiam, ut videtur, sequentem archontem annuum ad quartum annum olympiadis vicesimæ tertiæ. Sed Marmoreum

[e] Dictum superius satis abunde de Cyzico, quo ex loco intelliges cur in Palatino primo ms. hic *recondita* dicatur pro *condita*. De Locris, *sunt*, ait Strabo lib. VI, *hi Locri colonia eorum Locrorum qui in Crissæo sinu habitant. Evanthes eam deduxit, non multo post Crotonem et Syracusas conditas. Fallitur autem Ephorus, qui eos Locrorum Opuntiorum facit colonos.* Vide Eustathium in Dionys. vers. 364.

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | *PSOS*, *an.* 6. (Nichepsos magicæ artis peritus, cujus scripta medicinalia feruntur. | *TULLUS HOSTILIUS III*, *an.* 32. | | |
| | 36 | 12 | 40 | 1 | 1 Tullus [a] Hostilius primus regum Romanorum purpura et fascibus usus est, ac deinceps cum sua domo fulmine conflagravit. | 27 Post Cares, [c] mare obtinuerunt Lesbii, an. 68. | |
| 27 | 37 | 13 | 41 | 2 | 2 | 28 Nudipedalia [d] primum acta in Lacedæmone. | |
| | 38 | 14 | 42 | 3 | 3 | 29 | |
| | 39 | 15 | 43 | 4 | 4 | 30 | |
| | 40 | 16 | 44 | 5 | 5 | 31 | |
| 28 | 41 | 17 | 45 | 6 | 6 Tullus Hostilius [b] post longam pacem bella reparavit, Albanos, Ve- | 32 Sibylla, [e] quæ et Herophila, in Samo nobilis habetur. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν γ' ΤΟΥΛΛΟΣ ΟΣΤΙΛΙΟΣ ἔτη λβ'. Syncell. pag. 169.

Οὗτος πρῶτος πορφύραν περιβάλλεται, καὶ ῥάβδον κατέσχεν... οὗτος τῆς οἰκίας αὐτοῦ καταφλεχθείσης σκηπτῷ συγκαυθεὶς τελευτᾷ. Idem ibidem, et Chron. Pasch. pag. 97.

Γυμνὴ παιδεία πρῶτον ἐν Λακεδαιμονίᾳ ἤχθη. Syncell. p. 170.

Σίβυλλα Σαμία χρησμῳδὸς, ἡ καὶ Ἡροφίλα, ἐγνωρίζετο. Syncell. pag. 170.

## NOTÆ.

Chronicon, quo medium attingit propius, eo videtur probabilius. Adito et Marshamum in Canone Chronico. Quod textus lectionem spectat, in primo Palatino ms. referente Schurzfleischio, verba *constituti sunt*, puncto terminantur, deindeque legitur, *Urbis electi Atheniensibus præfuerunt*; in Scaligeri editione, *Urbis electi præfuerunt annuo imperio Reipublicæ*. Sed et tacet Scaliger, quæ paulo post sequitur, periocham, *Atheniensium regnum defecit*, quæ quidem in Parmensi etiam ms. infectis minio litteris, est. Pro *novem principes*, mallet idem, Latine reddidisset Hieronymus *novem magistratus*, quod est ejus vitiligium. Cæterum nulli non nota ejus regiminis in novem archontas distributio. Primus archon ὁ ἐπώνυμος, Thesmothetæ sex, Basileus, et Polemarchus. Videsis Pausaniam in Laconicis c. 11, Scholiastem Aristophanis sub finem Acharnensium, Synesium lib. de Regno, Polyænum lib. VIII, cap. 23 et seq., denique Meursium lib. I de Archontibus.

[a] Auctor vero est Livius lib. I, c. 22, post Numæ mortem ad interregnum rem rediisse, postea Tullum Hostilium in regem a populo allectum. Probe adeo notatum Dionysio Halicarn. lib. III: *Hic annus, quo principatum* (Tullus) *accepit, secundus fuit vicesimæ septimæ olymp., qua victoriam e Stadio reportavit Eurybates Atheniensis, Archont.* (Athenis) *Leostrato.* Quod dicitur, *et fascibus usus est*, Scaliger non convenire cum Græca lectione, καὶ ῥάβδον κατέσχεν, falsa subtilitate contendit. Suspicatur etiam legendum καὶ ῥάβδους κδ' ἔσχεν, quod sibi videatur Hieronymus ita legisse. Mitto alias apud eum Græcæ lectionis diversitates, ut est, τῆς οἰκίας αὐτοῦ κεραυνωθείσης συγκατεφλέχθη αὐτῇ, ἀπέθανεν etc. Conferendus hac de re Livius c. 31, cum Dionysii Halicarn. lib. III, ubi Hostilium insidiis Anci Marci cum uxore ac liberis interfectum, domo incensa, tradit.

[b] Revocavit hæc Scaliger ad primum Tulli annum: legit quoque in fine periochæ, *Urbem valli ambitu ampliavit.* Primus Palatinus octo annis antevertit, ac porro legit, *adjecto monti Cœlio Urbem applicavit*, bene, Schurzfleischio judice: qui notat præterea id tribui Anco Marcio apud Strabonem lib. V, p. 358: *Ancus Martius Cellium montem, et Aventinum, campumque his interjectum.... adjecit.* Sed et duo ipsi reges olim in serie permiscebantur, quod testatur Syncellus: *Tullum historicorum nonnulli quartum a Romulo ponunt, alii quintum eum numerant*, etc. Dicitur et Virgilio Æneid. VI:

> Otia qui rumpet patriæ, residesque movebit
> Tullus in arma viros.

[c] Variat in mss. editisque libris periochæ hujus situs. In primo Palatin. ad num. 1333, in Scaligerana editione, post octo exinde annos refertur.

[d] Recte, si quid alias, notatum Scaligero, fucum fecisse Hieronymo Græcam scripturam, quod Γυμνοπόδια legerit pro Γυμνοπαιδεία, vel, ut est apud Syncellum, Γυμνὴ παιδεία. Aliud proinde est ab Eusebii mente, quod vertit *Nudipedalia*, quæ pœnitentium propria erant, et pro pluvia impetranda, teste Tertulliano, a paganis indicebantur. De his monet Schurzfleischius, consuli Matthæum Larroquanum in Adversar. Sacris lib. II, cap. 19, et Thomasinum de Donariis cap. 5. Gymnopædia autem quam hic notat Eusebius, festum erat, ac Saltatio in eorum memoriam, a Lacedæmoniis instituta, qui Thyreatico bello occubuerunt: atque ita appellata a choro puerorum qui saltabant nudi, canebantque inter saltandum Diis hymnos, laudesque Spartiatarum. Historia apud Antiquos notior quam ut laudari eorum testimonia oporteat. Videsis Pausaniam in Laconicis cap. 11, Athenæum lib. XV cap. 6, Suidam, Hesychium, etc.

[e] Hanc habet Scaliger periocham hic loci semel, quæ etiam ante annos 46 superius occurrit in editis æque atque mss. libris, ex aliorum nempe qui de ejus Sibyllæ ætate tractarunt, diversa sententia. Recole quæ ibi annotata sunt.

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | ientes, Fidenates vicit, et adjecto monte Cælio, Urbem ampliavit. | | |
| | | | | *Ægyptior.*[a] *NECHAO, an.* 8 | | | |
| | 42 | 18 | 46 | 1 | 7 | 33 | 1330 |
| | 43 | 19 | 47 | 2 | 8 | 34 | |
| | 44 | 20 | 48 | 3 | 9 | 35 [c] Archilochus et Simonides, et Aristoxenus musicus illustres habentur. | |
| 29 | 45 | 21 | 49 | 4 | 10 | 36 | |
| | | | | | | *Lydorum VI, ARDYS, an.* 37. | |
| | 46 | 22 | 50 | 5 | 11 | 1 Zeleucus legum lator apud Locros crebro sermone celebratur. | |
| | 47 | 23 | 51 | 6 | 12 | 2 | |
| | 48 | 24 | 52 | 7 | 13 | 3 | |
| 30 | 49 | 25 | 53 | 8 | 14 | 4 | |
| | | | | *Ægyptior.*[b] *PSAMMITICHUS, an.* 44. | | | |
| | 50 | 26 | 54 | 1 | 15 | 5 Cypsellus [d] in Corintho tyrannidem exercet, annis 28. | |
| | 51 | 27 | 55 | 2 | 16 | 6 Byzantium [e] conditum. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγυπτίων β', ἐβασίλευσε ΝΕΧΑΩ ἔτη η'. Eusebius apud Syncell. pag. 61.

Αἰγυπτίων ε', ἐβασίλευσε ΨΑΜΜΙΤΙΧΟΣ ἔτη με'. Eusebius apud Syncell. pag. 61.

Ἀρχίλοχος, ὁ καὶ Σιμωνίδης καὶ Ἀριστόξενος μουσικοὶ ἐγνωρίζοντο. Syncell. p. 170.

Λυδῶν ς', ἐβασίλευσεν ΑΡΔΥΣΟΣ ἔτη λη'. Syncell. pag. 191.

Ζάλευκος ὁ νομοθέτης Λοκρῶν ἤκμαζεν. Syncellus pag. 170.

Κύψελλος Κορίνθου ἐτυράννησεν ἔτη κη'. Sync. ibid.

## NOTÆ.

[a] In Vetere Chronico *Nechaab* appellatur. In ejus regni annis plerique omnes consentiunt.

[b] Dissentiunt auctores immane quantum in annis regni. Africanus usque ad quinquaginta quatuor exaggerat, Vetus Chronicon apud Syncellum solos ei quatuordecim tribuit.

[c] Postponit hæc Scaliger Ardyso, sive annis ab hinc duobus refert : tacet quoque *Musicus*, quod dicitur de Aristoxeno. Cætera præoccupavit Schurzfleischius, qui, Vocatur, inquit, rex iste in pr. Palatino *Ardiis*, in reliquis *Ardis*. Legendum est, ut supra monuimus, *Ardys*. Apud Syncellum, ed. Paris. pag. 239, Ἄρδυσος habetur, ubi etiam per annos 39 imperasse dicitur. Vide quæ diximus supra ad numer. 1239. Periocham de Archilocho, Simonide, et Aristoxeno, primus Palatinus ad num. 1333 retulit, in quo, quemadmodum etiam in aliis editionibus, ultimus vocatur *Musicus*. De Archilocho Cornelius Nepos, lib. I Chronici, ab A. Gellio, N. A. lib. XVII, cap. 21 laudatus : *Archilochus*, inquit, *Tullo Hostilio Romæ regnante, jam tum poematis clarus et nobilis*. Vide de eo loco Andream Schottum ad Cornelii fragmenta. Herodotus lib. II, cap. 12, ad Candaulis et Gygis tempora eum retulit. Ex hoc loco alii ad olympiadem 15, suis rationibus non destituti, eum collocant. Simonides multo junior est, et ad olympiadem circiter 56 vel 62 reponendus. Vide scholia Comici ad Σφῆκας, vers. 1361. Aristoxenum Musicum, cujus harmonicorum elementorum libros III hodieque habemus, rectius ad olympiadem 111 a Suida relatum esse, nullus est qui nesciat. Mox legitur in primo Palatino, *Apud Locros crebro sermone celebratur*, pro quo Scaliger habet, *frequentibus præconiis*. Locri intelligendi sunt Epizephyrii, quod et ipsum jam observarunt viri docti.

[d] Initium tyrannidis Scaliger ab anno secundo olympiadis 31 repetit, ex quo prochronismus quinquennii exsurgit. Herodotus lib. V, cap. 92 et seqq., tyrannidem occupasse Cypsellum tradit, cum adhuc Bacchiadæ, πρυτάνεις annui, civitatis gubernacula tenerent. Vulgo autem creditur per centum viginti circiter annos Bacchiadas administrasse rempublicam : at Strabo lib. VIII, pag. 380, διακόσια ἔτη σχεδόν τι, *ducentos fere annos* numerat. Hinc grandius intervallum ad Cypselli tempora. Propius ad verum Cicero Tusculan. Quæst. lib. V, cap. 37 : *Demaratus Tarquinii nostri pater, tyrannum Cypsellum, quod ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, et ibi suas fortunas constituit*, etc. Herodotus cum scribit regnasse annos triginta.

[e] Parmensis et Palat. primus ms. hæc referunt biennio ante, Scaliger econtrario subsequenti proxime anno assignat. Eum olim quæcumque de Byzantio dici poterant, compendii facere jussit opus egregium Petri Gylii Albiensis de Bosporo Thracio: nobis nihil ferme reliqui Dufresnius fecit. Hos adeant qui de vetere ac nova Constantinopoli scire aliquid cupiunt. Interim non prætereundum, quod et Scaliger ex parte notat, Cassiodorum, qui ad verbum Eusebianum describere solet, hanc periocham cum ea conjungere, quæ supra num. 1332 de conditu Chalcedonis habetur, ac simul utramque in annum Manassis trigesimum octavum conjicere. Facti causam eam puto, quod senserit fuisse Byzantium deductam coloniam a Megaris, quod et Marcianus Periegetes, et in Periegetem Dionysium v. 803 Eustathius quoque tradit. Tum odoratus sit ab Hesychii libro de rebus patriis Constantinopoleos, Dineum

| *Olymp.* | *Medorum.* | *Macedon.* | *Hebræor. Judæ.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | *Hebræorum Judæ XVII*, *HAMMON*, *an.* 12. (Hammon secundum LXX interpretationem [a] 12 annis regnavit : secundum autem Hebræos ann. 2.) | | | | |
| 32 | 28 | 1 | | 3 | 17 [b] | 7 Alcmæon [c] clarus | 1360 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τοῦ Ἰούδα ιζ', ἐβασίλευσεν ἍΜΩΣ ἔτη ιβ'. Eusebius apud Syncell. pag. 171.

Ἀμὼς κατὰ τοὺς Ο' ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ'· κατὰ δὲ τὸ Ἑβραϊκὸν ἔτη β'. Eusebius apud Sync. pag. 171.

Λέσχης Λέσβιος, ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα ποιήσας, καὶ Ἀλκμαίων ἤκμαζεν. Syncell. pag. 170.

## NOTÆ.

tunc fuisse Megarensium ducem, qui certe et Byzantium occupavit, et Chalcedonis dominus et conditor, ducta e Megaris colonia, fuit, ut idem Hesychius scribit. Attamen Dineus ille, si fides Herodoto lib. IV, c. 144, decem et septem annis ante Byzantium Chalcedonem, quæ e regione est, urbem exstruxerat. Ad hæc receptior vulgo sententia est, conditum Byzantium a Byzante, cujus et galeatam προτομὴν cum titulo ΒΥΖΑΣ nummo impressam videre est in Goltzii Græcia tab. XXVII, et cujus statuam, ut et uxoris ejus Phidaleæ, in Basilica dedicasse perhibetur Calliades in Antologia lib. IV. Denique Hesychius Argivorum eam coloniam fuisse tradit. Aliorum sententias non moror.

[a] Scaliger, quæ ejus est confidentia, perinde atque omnes ex LXX Seniorum versione codices lustrasset oculis, pernegat exstitisse umquam qui 12 ann. Ammoni tribuerit, mentiri autem ait dedita opera Eusebium, ut suæ hypothesi inserviat, cum apud LXX ne minima quidem ejus rei suspicio exstet. Mitto quibus eum insectatur convicia, et Syncellianum illud, Ψεύδεται δὲ Εὐσέβιος, quod iniquiore adhuc sensu explicat. Si nullum revera exemplar superesset Græcæ ejus versionis, quod δώδεκα, pro δύο ἔτη de Ammone legeret, jure tamen deneganda fides non erat Scriptori nostro, rem prodenti sui temporis : in qua si tam projectæ frontis temeritate, quæ ne in sanæ quidem mentis hominem, ne dicam Eusebium, caderet, fuisset mentitus, poterat statim a lectore quocumque de mendacio reprehendi, immo scelere nefario, quo sacras Scripturas adulterasset. Omnino autem non potuit, quin falsi argueretur a S. Interprete Hieronymo, quo nemo hominum (dicendum est enim) Scripturas melius novit, nemo diligentius Hebræa cum Græcis contendit. At vero quid? cum superet hodienum unus ex ejusmodi codicibus, quos Eusebius laudat : atque ille quidem cæteris præstantior, certe antiquior omnibus. Nimirum qui Alexandrinus vulgo audit, et ad ejus Ecclesiæ usus pertinebat : fortasse autem magis, in aliquot saltem libris, Palæstinorum ritus et consuetudines respicit, ut ex lectionibus aliis, atque Hypothesibus Eusebianis ostendi potest. Præfert porro iste conceptis verbis IV Reg. cap. XXI, vers. 19 : Ἀμμὼν δώδεκα ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλήμ. Minime hinc ego conclusum ierim, contra Hebræi textus fidem, unice veram hanc esse, quam codex iste præfert lectionem, quin immo malim econtrario, rescribi etiam eo loci δύο; sed hoc aio Eusebii fidem liberari; et quoniam quærere non cessat Scaliger, quis sit ille codex Bibliorum LXX Seniorum, qui soli Eusebio notus fuerit, vetustissimis autem scriptoribus ignotus, in medium profero, et licuisse Eusebio ejus uti calculis contendo.

[b] Recole quæ paulo superius ad Numam observamus de hoc decimo septimo Hostilii anno cum Ammonis primo concurrente. Prosper de ipso sic habet, *Hujus* (Ammonis) *regni initio Tullius Hostilius Romæ septimum decimum imperii sui gerebat annum, regnavitque annis* 32. Et vero si decimus septimus Hostilii cum Ammonis primo concurrit, primus ejusdem Hostilii cum Manassis quadragesimo, ut hic quoque ascriptum est, conveniat. Hinc retrorsum numerando primus Numæ cum Ezechiæ vigesimo octavo, et primus Romuli cum Achazi sexto, Roma condita cum ejusdem quinto concurrant, necesse est.

[c] Iterum Schurzfleischius, *Alchmeon*, inquit, in Palat. mss. primo, et tertio *Alchmeon*, in secundo *Almeon*, in quarto *Alcmeon*, in aliis libris *Alcimeon* vocatur. *Alcmeon* in *Alcman* igitur mutare nolim, quidquid tandem de confusione horum nominum præter Scaligerum dicat Ægidius Menagius ad Laertii lib. VIII, segm. 83. Alius noster est ab *Alcmæone* τῷ φυσικῷ, Antigono Carystio cap. 92, pag. 76, παραδόξων συναγωγῆς, memorato. Sane τὸ Ἀλκμὰν Doricum est, et ex Ἀλκμαίων factum. Notus est vel e Pausania Alcmæon frater Amphilochi. Hunc eodem modo, Dorica dialecto usus Pindarus Ἀλκμᾶνα vocavit, Πυθ. η', v. 66. Sed nec cum Scaligero Laconem eum fuisse crediderim, verum Lydum potius. Laconica enim dialecto usus est, quia Græcam linguam Spartæ demum didicit. Nam quod, quia Lydus fuit, Ionica potius ipsi dialectus fuerit usurpanda, unde demum probatur? Neque Lydi enim Græce loquebantur, sed, cum Phrygibus et Mysis, barbaris accensebantur. Hactenus ille : manifesto enim in eo hallucinatur quod subdit vetere epigrammate, in quo Alcmanum putat de se dicere Spartæ demum civem factum, et Græcis litteris eruditum. Habetur illud apud Plutarchum lib. de Exsilio sub init. in hæc verba :

Καὶ μούσας ἐδάην Ἑλληνίδας, αἵ με τυράννῳ (non τυράννου)
Θῆκαν Δασκυλίδεω κρείσσονα καὶ (al. τοῦ) Γύγεω.

Græcæ, quas novi, Musæ fecere tyranno
Ut sim Dascylida ditior ipse Gyge.

At non de se ibi Alcman loquitur, neque id sine Plutarchus verbo significavit. Econtrario docuit Salmasius ad Solinum p. 578, quo loco epigramma illustrat, illud esse Alexandri Ætoli, qui ferme quingentis ab hinc annis vixit, et cui, utpote germano auctori, in Schedis quoque mss. tribuitur. Pergit porro idem Schurzfleischius, Novi, inquiens, tamen, Laconem eum vocari, Demetrio Triclino ad Sophoclis Ajacem μαστιγοφόρον, περὶ μέτρων, pag. 435, Clementi Alexandrino lib. I Στρωμ. pag. 308, Suidæ, et aliis. Plura de hac re, et certiora fortasse, sciremus, si ad nostram ætatem pervenissent, vel quæ Sosibius Laco, vel, quæ Philochorus, ἐν τοῖς περὶ Ἀλκμᾶνος dixere. Priorem laudavit Athenæus, Δειπνοσ. lib. III,

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | | habetur, et Lesches Lesbius, qui fecit parvam Iliada. | |
| 31 | 53 | 29 | 2 | 4 | 18 | 8 | |
| | 54 | 30 | 3 | 5 | 19 | 9 Histrus [b] civitas in Ponto condita. | |
| | *Medor. VI*, [a] *PHRAORTES*, *an.* 24. | | | | | | |
| | 1 | 31 | 4 | 6 | 20 | 10 Acanthus condita, et Stagera. | |
| | 2 | 32 | 5 | 7 | 21 | 11 Phalaris [c] apud Agrigentinos tyrannidem exercet. | |
| 32 | 3 | 33 | 6 | 8 | 22 | 12 Lampsacus [d] condita, et Abdera. | |
| | 4 | 34 | 7 | 9 | 23 | 13 | |
| | 5 | 35 | 8 | 10 | 24 | 14 | |
| | 6 | 36 | 9 | 11 | 25 | 15 | |
| 33 | 7 | 37 | 10 | 12 | 26 | 16 In Sicilia [e] Selinus condita. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μήδων ς', ἐβασίλευσεν 'ΑΦΡΑΑΡΤΗΣ ἔτη κδ'. Syncell. pag. 170.

'Εν Πόντῳ πόλις Ἴστρος ἐκτίσθη. Syncell. ibidem.

Ἄκανθος καὶ Στάγειρα ἐν Ἑλλάδι ἐκτίσθησαν Idem ibidem.

Φάλαρις Ἀκραγαντίνων ἐτυράννησεν. Idem ibidem.

Λάμψακος καὶ Ἄβδηρα ἐκτίσθησαν. Idem ibidem.

'Εν Σικελίᾳ Σελινοῦς ἐκτίσθη. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

cap. 50, posteriorem Suidas in ΦΙΛΟΧΟΡΟΣ. Statim A post in Eusebio Latino *Lesches Lesbius*, corrupte in tribus Palatinis *Lescolesius* vocatur. Leschis meminit præter alios, Jo. Tzetzes in inedita Homeri metaphrasi, apud Dodwellum, de Cyclis, pag. 801. Dorica, prout reliqui etiam Lesbii poetæ, dialecto usus est. Plura de eo apud R. Fabretum ad tabulam Iliacam, pag. 349 habentur. Confer et Fabricium Bibliothec. Græc. lib. II, cap. 2. Pyrrhæus patria Auctor fuit, erat autem Pyrrha civitas Lesbi.

[a] Solos viginti duos ei tribuit Herodotus lib. I, cap. 102. Digna quæ huc referantur ejus verba sunt: *Phraortes solo imperio Medorum non contentus, bellum ante omnes intulit Persis, eosque primos in potestatem Medorum redegit. His duabus nationibus, valida utraque, potitus Phraortes, mox reliquam Asiam subegit, aliam deinceps atque aliam invadendo gentem, donec ad Assyrios oppugnandos pervenit, qui Ninum incolebant, quondam omnino principes, sed tunc a sociis desertos, alioqui per se bene habentes. Adversus hos expeditione suscepta, Phraortes cum pleraque exercitus sui* B *parte periit, cum duos et viginti annos regnasset.* Syncellus multo amplius dicit, et ad quinquaginta unum usque ad Phraortis annos impertitur.

[b] Præpostero ordine apud Scaligerum primo Achantus et Stagera, deinde Histrus recensentur. Hæc urbs sæpius absque aspiratione Istrus scribitur. Eam Scymnus Chius tradit a Milesiis conditam, ab Istro autem flumine nomen accepisse. Nummi antiqui ΙΣΤΡΙΗΩΝ pro Ἰστριέων Ionice habent. De reliquis ita Schurzfleischius, *Stagiræ*, inquit, nomen varie in scriptis libris pingitur. Pr. Palat. legit *Stagera in Asia*, sec. *Statira*, tertius *Starira*, quartus cum Sichardo *Stagera*. Potest sane retineri *Stagera*. Græce enim ea urbs dicitur Στάγειρα, unde ὁ Σταγειρόθεν σοφὸς apud Eustathium vocatur Aristoteles. Vide Nunnesium in libello de hujus philosophi Vita. At Stagira neque erat Asiæ, sed vel Macedoniæ, vel Thraciæ Europææ, neque ante Aristotelis ætatem ullo modo celebris. C Syncellus, Ἄκανθος, inquit, καὶ Στάγειρα ἐν Ἑλλάδι ἐκτίσθησαν. Recte ἐν Ἑλλάδι. Eo enim et Macedonia pertinebat. Στάγειρον, ἑνικῶς, in Strabonis libro VII Epitom., non procul fine, invenitur. Equidem totum Hieronymi locum hoc modo legerim, *Achantus condita, et Stagera in Thracia*. Stephanus, ΑΚΑΝΘΟΣ, πόλις Θρᾴκης.

[c] Ante duos annos hanc, ut et aliam de Selinunte periocham Scaliger recenset. Eusebius iterum infra post annos ferme nonaginta, ex aliorum scilicet sententia, Phalaridem, ejusque tyrannidis initia collocat. Equidem nihil incertum magis puto esse in tota antiquitatis memoria, quam ejus tyranni ætas. Disputatum de illa acriter in utramque partem a doctissimis viris: e quibus Henric. Dodwellus singulari Exercitat. de ætate Phalaridis, sec. 14 et 19, videtur propius ad verum, primordia ejus tyrannidis serius olympiade quinquagesima tertia repetere. Ipsa Agrigentinorum urbs, quam occupavit, non ante olympiadem quinquagesimam condita existimatur. Stratagema quo usus est exponit Polyænus libro V, cap. 1. Vide et Bentleium Dissertat. de Phalaridis epist.

[d] Lampsacum Milesiorum coloniam facit Strabo libro XIII, pag. 881. Stephanus, Φωκαίων κτίσμα. Verum jamdiu olim et mythicis temporibus exstitisse, dictamque Homero Πιτύεσσαν a pinorum multitudine, idem ex Epaphrodito refert. Eadem sunt Abderæ primordia ab Hercule, si fides Apollodoro libro II, qui eum tradit urbem condidisse in honorem Abderi, quem Diomedis equæ discerptum interemerant. Alii ab ipsa Diomedis sorore conditam, suoque de nomine appellatam tradunt. Omnino autem ad rem nostram Solinus, laudatus etiam Scaligero: *Hanc Abderam*, inquit, *olympiade prima et trigesima senio collapsam Clazomenii ex Asia ad majorem faciem restitutam, oblitteratis, quæ præcesserant, nomini suo vindicarunt*. In quem locum Scaliger, Vides, ait, tempus a Solino assignatum præsenti anno convenire. Unde male editi. in annum secundum olympiadis 32 conjiciunt. Igitur olympiade 31 Tei et Clazomenii vicini ambo in altera peninsulæ Ionicæ ora siti simul huic coloniæ deducendæ communicarunt. Unde proverbium:

Ἄβδηρα καλὴ Τηίων ἀποικία.

[e] A Syracusanis conditam tradit Thucydides libro VI, pag. 412; a Megarensibus Marcianus Periegetes laudatus Scaligero, et Strabo lib. VI, pag. 419, Σελινοῦντα δ' αὐτόθι (Siciliæ) Μεγαρεῖς ἔκτισαν. Revocant ejus conditum Parmensis et Palatinus primus mss. ad num. 1366; iidemque libri, cum omnibus reliquis scriptis, non minus quam editis, annotante Schurzfleischio, *Selinis* legunt: quæ minime corrupte scri-

| *Olymp.* | *Medorum.* | *Macedonum.* | *Hebr. Judæ.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 8 | 38 *Macedon. VI*, [a] *PHILIPPUS, an.* 38. | 11 | 13 | 27 | 17 | 1370 |
| | 9 | 1 | 12 *Post quem* [b] *JOSIAS, XVIII, an.* 32. | 14 | 28 | 18 | |
| | 10 | 2 | 1 | 15 | 29 | 19 | |
| 34 | 11 | 3 | 2 Hebræorum pontifex maximus Elchias. | 16 | 30 | 20 In Ponto [e] Boristhenes condita. | |
| | 12 | 4 | 3 | 17 | 31 | 21 | |
| | 13 | 5 | 4 | 18 | 32 *Romanorum IV, ANCUS* [c] *MARTIUS, an.* 23. | 22 Terpander [f] musicus insignis habetur. | |
| | 14 | 6 | 5 | 19 | 1 Thales [d] | 23 Oraculo [g] Dodonæo | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων ς', ἐβασίλευσε ΦΙΛΙΠΠΟΣ ἔτη λη'. Sync. pag. 190.

Τοῦ Ἰούδα ιη', ἐβασίλευσε ΙΩΣΙΑΣ ἔτη λα'. Ex Sync. pag. 371, et Chron. Pasch pag. 95.

Ἑβραίων Χαλκίας Ἀρχιερεύς. Ex Syncell. pag. 171, et Chron. Pasch. pag. 97.

Ῥωμαίων δ', ἐβασίλευσεν ΑΓΚΟΣ ΜΑΡΚΙΟΣ ἔτη κγ'. Syncell. pag. 189.

Θαλῆς Ἐξαμίου Μιλήσιος φιλόσοφος... ἐγνωρίζετο. Λέγεται ζῆσαι ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη. Sync. p. 170.

Ἐν Πόντῳ Βορισθένης ἐκτίσθη. Idem ibidem.

Τέρπανδρος μουσικὸς ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Δωδώνης τῷ μαντείῳ κατὰ τούτους Ἕλληνες τοὺς χρόνους ἐχρήσαντο. Idem ibidem.

## NOTÆ.

plura videri potest, siquidem Virgilius, lib. III, vers. 705:

Teque datis linquo ventis, palmosa Selinis.

Iterum Silius lib. XIV, *palmis quoque onusta Selinis*. Ita utrobique libri scripti constanter legunt, et Servius Honoratus, quem cum Erythræo in indice Virgiliano vide. Omnino autem vitiose apud Syncellum Goarus legerat Σιλήνους pro Σελινοῦς, quod rescripsimus.

[a] Varia apud Syncellum lectio est λε' et λζ', 35 et 37.

[b] Hic haud scio equidem, cujus auctoritate exemplaris, anno Josiæ uno supra sacrar. Scripturarum testimonia (IV Reg. XXII, et II Paral. XXXIV) Eusebius augeat. Et est tamen par credere, non sine codicis alicujus suffragio hanc eum summam suis rationibus aptasse : tametsi ejusmodi, quantum scio, nullus nunc superet. Notatum autem est etiam Bedæ, quem et Scaliger laudat, Hebræi textus esse, quod 31 *tantum annis regnasse Josias legitur. In LXX* vero *Interpretibus* 32 dici. Fuerit ea igitur Bedæ temporibus Septuagintaviralis versionis lectio, ut quid enim in re tam obvia falli eum cum Scaligero dicamus? maxime cum Eusebium alia de causa conetur excusare. Ait enim : *Sed et Eusebius inter regnum ejus* (*Josiæ*) *et Joachim alium de suo adjecit annum propter menses bis ternos, quibus Joachaz vel Joachin regnaverat. Verum quid veritas habeat, Jeremias pandit, qui se a decimo tertio anno Josiæ usque ad annum quartum Joachin* 23 *annis prophetasse perhibet.*

[c] Inter Hostilium et Martium nescio quod interregni tempus Livius cognoscit, qui præterea Martium Numæ ex filia nepotem exstitisse annotat. Confer et Dionysium Halicarn. lib. III, Plutarchum quoque in Numa. Unum ei supra Eusebii rationes regni ann. addunt iidem Dionysius, Livius et Solinus : cum Eusebio faciunt Cassiodorus et Eutropius.

[d] Dictum de Thalete paulo superius. Quæ ad hunc proprie locum pertinent, Simsonius pridem, tum Schurzfleischius præoccuparunt. Hic cum prænotasset, *Examili filium*, in pr. Palat. ms. minus correcte appellari, Mileti, inquit, ille natus, Phœnicia oriundus est, quod Herodotus testatur. Pro *agnoscitur*, mallem legere *nascitur*. Apollodorus enim apud Laertium, et Cyrillus Alexandrinus, κατὰ τὸ ἔτος τῆς λε' πρῶτον ὀλυμπιάδος, natum eum asserunt : Suidas tamen, Γεγονὼς πρὸ Κροίσου ἦν ἐπὶ λε' ὀλυμπιάδος. Apud Syncellum corrupte est, Θάλλης Ἐξαμοίου pro Θάλης Ἐξαμίου. Ἐξάμιον enim parentem ejus omnes vocant scriptores.

[e] Nomen a fluvio acceperunt. Plinius lib. IV, *Flumen Borysthenes, lacusque, et gens eodem nomine*. Et Propertius lib. II, Eleg. 7 :

Gloria ad Hibernos lata Boristhenidas.

Notat Scaliger, quod et Strabo testatur, et Stephanus, conditam a Milesiis urbem, unde Μιλητόπολις, Ὀλβιόπολις dicta sit. Verum duo hæc videntur fuisse oppida, quorum unum alii ex Antiquis, alii alterum nominant. Saltem Olbiam et Borysthenidem a Miletopoli distinguunt. Ut vero duobus illis, ut ait Plinius, *antiquis nominibus*, urbs eadem appellaretur, vetustius tamen est illud *Borysthenidis*. Anonymus in Periplo, *Prius Olbia Savia dicta, post rursus* (πάλιν) *a Græcis Borysthenes*. Notum hodie vocari *Nieper*, aut *Dnieper*. Confer Cellarium lib. II, cap. 6.

[f] Ante annos quinque refert Terpandrum Scaliger : cui et notatum est (ex Sosimo scilicet apud Athenæum lib. XIV, cap. 4, et Hellanico, vetere historico) eum Musicum in Carneis primum victoriam retulisse, idque gestum cum num. 1341 concurrere. Schurzfleischius ait : *Terpandri* ætatem ad num. 1376 Palatini codices referunt. Anno hanc sententiam Sichardina editio antevertit. De eo vide, quæ Plutarchus περὶ μουσικῆς, marmor Arundellianum linea 49, et e recentioribus, Simsonius Chron. cathol. part. III, et Fabricius Biblioth. Græc. lib. I. cap. 35, retulerunt.

[g] Tantum, inquit Scaliger, abest, ut ab hoc tempore oraculi Dodonæi usus esse cœperit, ut potius defecisse videatur. Revera multa sunt Veterum testimonia, quæ jam inde ab Homero, immo et Trojanis temporibus oraculum illud exstitisse, persuadeant. Schurzfleischio teste, hanc periocham primus Palatinus ad numerum 1379 his verbis apponit, *Oraculo Dodonæo primum Græcia uti ausa est*. Eodem modo reliqui scripti libri, et Sichardina edit. habent. Enimvero, inquit, antea fortasse non tam Græci, quam accolæ barbari, eo oraculo usi sunt. De oraculo Dodonæo fusissime egit Stephanus in fragmento Segueriano, et ad istud Gronovius, Eusta-

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | Milesius Examii filius, primus physicus philosophus agnoscitur, quem vixisse aiunt usque ad quinquagesimam octavam olympiadem. | primum Græcia usa est. | |
| 35 | 15 | 7 | 6 | 20 | 2 | 24 | |
| | 16 | 8 | 7 | 21 | 3 | 25 | |
| | 17 | 9 | 8 | 22 | 4 | 26 Messena [b] a Lacedæmoniorum societate discessit. | |
| | 18 | 10 | 9 | 23 | 5 | 27 | 1380 |
| 36 | 19 | 11 | 10 Hieremias [a] prophetare orsus. | 24 | 6 | 28 | |
| | 20 | 12 | 11 | 25 | 7 | 29 | |
| | 21 | 13 | 12 Olda mulier apud Hebræos prophetabat. | 26 | 8 | 30 Scythæ [c] usque ad Palæstinam penetraverunt. | |
| | 22 | 14 | 13 | 27 | 9 | 31 | |
| 37 | 23 | 15 | 14 | 28 | 10 | 32 Mistheus [d] Atheniensis poeta agnoscitur. | |
| | 24 | 16 | 15 | 29 | 11 | 33 Battus [e] condidit Cyrenem. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἱερεμίας... ἤρξατο προφητεύειν. Chronic. Paschal. pag. 96.

Ὀλδὰ γυνὴ Ἑβραία προεφήτευσεν. Syncell. pag. 171, et Chron. Pasch. pag. 96.

Σκύθαι τὴν Παλαιστίνην κατέδραμον. Sync. p. 171.

Μυρταῖος Ἀθηναῖος ποιητὴς ἐγνωρίζετο. Syncellus pag. 170.

Βάττος Κυρήνην ἐπέκτισεν. Σινώπη ἐκτίσθη. Id. ibid.

## NOTÆ.

thius ad Od. Ξ, Spanhemius ad Callimachum pag. 496, et cui non dictus Hylas? Interim nemo tamen hunc Hieronymi locum solide excussit. Syncellus, Δωδώνης, inquit, τῷ μαντείῳ κατὰ τούτους Ἕλληνες τοὺς χρόνους ἐχρήσαντο. Latet inveteratum lectionis monstrum, aut ignoratur historia, quæ facit, quo minus sententia hujus loci plana sit.

[a] Rectius, ut videtur, et Bedæ proxime laudato loco placet, auctor Chronici Paschalis ad 13 Josiæ annum prophetiarum Jeremiæ initium differt.

[b] Quæ Scaligero notata sunt ad hunc locum, minime sunt prætereunda. Bellum, inquit, primum Messeniacum finem cepit anno primo olympiadis 14. Per 39 solidos annos nihil hostile Messenii adversus victores moliti sunt. Tandem quadragesimo anno bellum, quod communicatis cum Achivorum gente clandestinis consiliis instruxerant, Lacedæmoniis indicunt. Auctor Pausanias. Quadragesimus annus putatus a primo olympiadis 14 convenit in quartum olympiadis 23 qui fuit primus secundi belli Messeniaci, cum tamen hic assignetur anno tertio olympiadis 25 quadraginta septem annorum metachronismo. Finitum vero hoc bellum anno primo olympiadis 28, Athenis magistratu Autosthene, Ira a Lacedæmoniis capta. Auctor Pausanias. Ἑάλω δὲ ἡ Εἶρα, καὶ ὁ πόλεμος ὁ δεύτερος Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων τέλος ἔσχεν, Ἀθηναίοις ἄρχοντος Αὐτοσθένους, ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε καὶ εἰκοστῆς ὀλυμπιάδος ἦν, ἐνίκα Χίονις Λάκων. Duravit igitur secundum bellum annis 17, primum 19. De tertio, quod contigit post tempora Persica, nihil dicimus. Apud Ælianum Var. Hist. XIII, cap. 42, legimus, Messenem ab Epaminonda instauratam annis 330 postquam vastata fuit. Instaurata vero anno quarto olympiadis 102 num. 1648, de quo deductis 330 superest initium secundæ rebellionis Messeniorum, num. 1318. Itaque differentia est annorum 61. Immanis anachronismus. Confer quæ superius nos diximus.

[c] Historiam ex parte attigimus superiori annotatione: repetenda vero est integra ex Herodoto lib. I, cap. 103 et 106. Scythæ, Cimmeriis ejectis, dum fugientes insequuntur, in Mediam usque penetrarunt, atque hinc recta in Ægyptum contendebant, cum jam Syriam Palæstinam ingressis occurrit Psammitichus, et qua precibus, qua donis impetravit, ne ulterius progrederentur. Scaliger hanc post subsequentes quatuor periochas differt, ac num. 1386 assignat; Hieronymum quoque reprehendit de memoriæ lapsu, quod scripserit in Epitaphio Fabiolæ, epist. 77 in recensione nostra, num. 8: *Hanc gentem* (Scytharum) *Herodotus refert sub Dario rege Medorum, viginti annis Orientem tenuisse captivum, atque ab Ægyptiis et Æthiopibus annuum exegisse vectigal:* quæ quidem nos, qua defendi ratione possunt, in Notis ad eum locum diximus.

[d] Rescribit Scaliger *Tyrthæus*, quod et nobis quidem probatur præ *Misthæus*, et *Mysteus* et *Myrteus*, et *Myrieus*, et si qua alia sunt in antiquis libris nominum commenta, quæ nec Græcam originem sapiunt. Sane et Tyrthæum vocat Plutarchus in Apophthegmatibus, et Horatius de Arte Poetica v. 402:

> Tyrtæusque mares animos in Martia bella
> Versibus exacuit.

Denique Suidas, qui Τυρταῖος, ait, ἤκμαζε κατὰ τὴν λε' ὀλυμπιάδα, quo loco perperam Simsonius rescribendum contendit κε', id est 25 olympiadem. Ibi enim Suidas æqualem eum facit septem Sapientibus, quorum olympiade 35 maxime famam increbuisse, compertum est. Superest hujus poetæ non contemnendum fragmentum in Oratione Lycurgi rhetoris contra Leocratem. Vide et Strabonem lib. VIII, Justinum III, etc. Quod eum Atheniensem facit Eusebius, comprobat et Pausanias in Messenicis cap. 15. Suidas autem falso Laconem, vel etiam Milesium dicit. Adde et Scholion Græcum ad Dionis λόγον β'.

[e] Apud Scaligerum præpostero ordine primum

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | *Medorum VII*, [a] *CYAXARES*, *an.* 32. | | | | | | |
| | 1 . . . | 17 . . . . . | 16 . . . . . | 30 . . . | 12 . . . . | 34 Sinope condita in Ponto. | |
| | 2 . . . | 18 . . . . . | 17 Prophetabant Hieremias, et Sophonias. | 31 . . . | 13 . . . . | 35 Lipara condita. | |
| 38 | 3 . . . | 19 . . . . . | 18 . . . . . | 32 . . . | 14 . . . . | 36 Apud Corinthios tyrannidem exercuit [b] Periander. | |
| | 4 . . . | 20 . . . . . | 19 . . . . . | 33 . . . | 15 . . . . | 37 . . . . . . . *Lydorum VII*, [c] *SADYATTES*, *an.* 15. | 1390 |
| | 5 . . . | 21 . . . . . | 20 . . . . . | 34 . . . | 16 Ancus Mar- | 1 Prusias [d] condita. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μήδων ζ, ἐβασίλευσε ΚΥΑΞΑΡΗΣ ἔτη λβ'. Syncell. pag. 170.

Προφητεύουσιν... Σοφωνίας καὶ Ἱερεμίας.. Chronic. Pasch. pag. 97.

Λιπάρα ἐκτίσθη. Syncell. p. 170.

Κορινθίων Περίανδρος ὁ Κυψέλλου ἐτυράννησεν. Idem ibidem.

Λυδῶν ζ, ἐβασίλευσε ΣΑΔΥΑΤΗΣ ἔτη ιε'. Syncell. pag. 191.

Προύσια ἐκτίσθη. Syncell. pag. 170.

## NOTÆ.

Sinope, deinde Lipara, tertio Cyrene recensentur. A De hac dictum satis ad olympiadem 4, quo loco eadem ῥῆσις occurrit. De Sinope, quam Critias Cous condidisse perhibetur, vide Stephanum, Herodotum quoque lib. iv, et Strabonem xii, et, ut alios omittam, Plutarchum in Vita Luculli. Demum et de Lipara, Strabonem lib. vi, Marcianum Periegetem, et ex recentioribus Cellarium; neque enim his vacat immorari.

[a] Huic annos supra Eusebii rationes octo, sive integros quadraginta tribuit Herodotus lib. i, c. 102, quem auctor sum, ut huc referas. Hermannus Conringius in Adversar. Chronologic. c. 2 reprehendit hic loci Scaligerum, quod male contulerit cum periodo Juliana Ctesianam Medorum æram. Eam docti viri animadversionem, cum maxime spectet auctorem nostrum, describere ex parte non piget. Latet, inquit, error partim in quinque supposititiis Astyagis annis, partim, et quidem potissimum in eo, quod Scaliger loco certissimi argumenti habuerit, Cyaxarem Medorum regem cœpisse anno secundo olymp. B septimæ tricesimæ: *Actum*, inquit, *lib.* iii *Canon. Isagog. p.* 314, *tum de epocha Beli atque regibus Medis esset, tum etiam de epocha Arbacis, nisi initium Cyaxaris haberemus, quem anno secundo olymp.* 37 *imperium iniisse, et Eusebius noster, et alii veteres auctores sunt. Deprehenso itaque Cyaxaris initio, non solum Arbacis, sed etiam Beli initium adipiscimur. Jamdudum mendum apud Diodorum notavimus, apud quem legimus, Cyaxarem regnum iniisse anno* 2 *olymp.* 17, *cum legendum sit*, ὀλυμπιάδος λζ, *non autem* ιζ, *est enim error librarii, non auctoris*. Videtur quidem Eusebius id dicere, quod ait Scaliger; possit tamen videri initium Cyaxaris in primum olympiadis illius 37 collocare potius quam in alterum, si Latinum sane videas Chronicon Eusebianum. Dixerit vero id Eusebius. Nondum certo tamen constat, vero etiam consentaneum id esse, aut omnino tale, cui statim tuto possis credere. Certe ipsemet Scaliger Eusebiana plerumque solet accusare neglectæ τῆς ἀκριβείας, C atque interdum perstringit acerrime. Diodorus vero non loquitur de vero Cyaxare, Astyagis patre, sed de Dejoce, quem per μνημονικὸν ἁμάρτημα, ut arbitror, Cyaxaris appellat nomine. Certe Herodoti ille sententiam recitat de tempore Medorum regni satis recte, tantum quod primum regem appellet Cyaxarem, qui Dejoces est. Dejocem vero non quidem secundo, tertio tamen olympiadis 17 cœpisse, omnino verum est: cum Cyri initium pertineat ad annum 1 olympiadis quinquagesimæ quintæ, et Medorum regnum βασιλευτὸν duraverit annos 150; quod postremum docuit nos Herodotus.

[b] Successit Cypsello patri in tyrannide, quam et per quadraginta annos tenuit. Auctores Herodotus lib. v, cap. 93, et Laertius lib. i, sect. 98. Consentit et Scaliger, recte hic initia Periandri collocari. Confer, si libet, Aristotelem Politic. lib. iii, cap. 9.

[c] Solos huic annos duodecim impertitur Herodotus lib. i, cap. 16. Scribitur et *Sadiates* in aliis libris.

[d] Codicum varia scriptura est, in quibus et *Prusia*, et *Prusias*, et *Prusina*, demum et *Perusina* legitur. Et Schurzfleischius quidem contendit reponendum esse, *Perusia condita*, urbs scilicet illa Etruriæ notissima; quod sane veri speciem nullam habet, ut et illud nihil ad rem est, quod laudat Taciti testimonium lib. i, cap. 50, ubi Perusia *inter cladium publicarum nomina* recensetur. Minime diffitendum, Bithyniæ civitatem ab Eusebio innui: sive autem illa sit Prusa Olympi, sive alia cognominis sub Hypio monte, seu demum Prusias ad Cianum, quærant ii, quibus tantum otii suppetierit.

Cl. Mazzocchius, Diatriba de V Prusis in Commentario ad Kalend. Marmor. p. 356, Prusæ conditum ad 27 (nisi sit typothetæ vitio pro 37) olympiadis annum ultimum refert. Additque: Atqui hæc urbs diversa ab olympica Prusa fuit; hæc enim Prusiæ illius opus exstitit, qui sive cum Crœso (ex Strabone) sive cum Cyro (ex Stephano) bellum gessit, sive potius Prusiæ illius, qui *Cierum* (uti emendat Palmerius) expugnavit. Atqui utcumque statueris; certe immanis erit ab olympiade 37 (fuit igitur superius typothetæ mendum) ad Prusiam Prusæ Olympenæ conditorem hiatus. Quocirca non alia in Eusebio urbs intelligenda venit, quam celebratissima illa ad Hypium amnem Prusa, cujus conditus (a nemine præter Eusebium traditus) antiquissimus fuit, æqualis Anci Martii regis Romani temporibus. Subdit laudatus Mazzochius p. 360: Equidem sic statuo Prusam illam sive Prusiadem, cujus conditum Ovidius refert, non aliam fuisse quam illam, quæ Hypio amni insidebat. Ut sic censeam, non illa tantum me movet ratio, quod cæterarum initium est valde recens, quia ad aliquam ex Prusiis (uti supra ostendimus) refertur, verum id potissimum quod in Eusebii Chronico absolute *Prusias* sine additamento vocatur. Atqui de sola illa ad Hypium, quippe cæterarum cognominum mater (unde in Tristani Nummo μητρόπολις Προυσιέων ob antiquitatis prærogativam inscribitur) absolute *Prusa* sive *Prusias* vocabatur.

| *Olymp.* | *Medorum.* | *Macedonum.* | *Hebr. Judæ.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | tius Numæ [b] ex filia nepos Aventinum montem, et Janiculum Urbi addidit, et supra mare XVI ab Urbe milliario Ostiam condidit : ad extremum morbo periit. | | |
| | 6 Cyaxares [a] adversum Assyrios dimicans Ninum civitatem capit. | 22 | 21 | 35 | 17 | 2 Epidamnus [d] condita, quæ postea vocata est Dyrrachium. | |
| 39 | 7 | 23 | 22 | 36 | 18 | 3 | |
| | 8 | 24 | 23 | 37 | 19 | 4 | |
| | 9 | 25 | 24 | 38 | 20 | 5 Phalaridis [e] tyrannis destructa. Draco [f] legumlator, ut quibusdam videtur, agnoscitur. | |
| | 10 | 26 | 25 | 39 | 21 | 6 | |
| 40 | 11 | 27 | 26 | 40 | 22 | 7 | |
| | 12 | 28 | 27 | 41 | 23 *Romanorum V, TARQUINIUS* [c] *PRISCUS, an.* 37. | 8 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἄγχος Μαρκίων... ὃς ἐκ θυγατρὸς Νουμᾶ Πομπιλίου γέγονεν, κ. τ. λ. Cedrenus pag. 119.

Ὀστίαν [*Supp.* ἔκτισε] ἑκκαίδεκα που σημείοις ἀπέχουσαν Ῥώμης· οὗτος τελευτᾷ ἐν Ῥώμῃ καταστήματι. Ex Scaligeri Collectaneis, et Chronic. Pasch. pag. 104.

Ῥωμαίων ε', ἐβασίλευσε ΤΑΡΚΥΪΝΟΣ ΠΡΙΣΚΟΣ ἔτη λζ'. Syncell. pag. 189.

Ἐπίδαμνος, ἡ νῦν καλουμένη Δυῤῥάχιον, ἐκτίσθη. Idem pag. 170.

Φάλαρις τυραννῶν κατελύθη. Idem ibidem.

Δράκων κατά τινας ἐνομοθέτει. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

[a] Scaliger post quinque adhuc annos, sive ad primum olympiadis quadragesimæ gestum hoc differt : quo quidem pacto frustra Eusebii rationes promovere studet, si de vera Nini captivitate, atque excidio per Cyaxarem hic eum loqui existimabat. Spectat illa inferiora adhuc tempora, et ut minimum, annos ab hinc viginti. Eusebius ipse eam subversionem infra ad secundum olympiadis 43 annum refert : ad quem locum plura nobis dicenda contra Scaligeri sententiam erunt. Hic eum puto primum Cyaxaris conatum in Assyrios significare, quem Herodotus quoque narrat lib. I, cap. 103. Jam enim rex ille Assyrios prælio fuderat, Ninumque obsidebat, cum ingruit ingens Scytharum exercitus, quocum improspere congressus, nedum coactus est Nino recedere, sed et Asiæ imperium amisit. Istud interim octo et viginti annis Scythæ obtinuerunt; quousque Cyaxares novo usus stratagemate, junctisque cum Nabuchodonosore viribus, receptoque imperio, Ninum cepit ac delevit.

[b] Pompilia scilicet, Numæ filia, non ex Tatia quidem conjuge, sed ex Lucretia, quam uxorem duxit, postquam regno potitus est. Vide Plutarchum in Numa. De Ostia, quam dicitur Ancus condidisse, vide Dionysium Halicarn. lib. III, et Festum, consentientes pervulgato etymo, quod in Tiberis ostio fuerit, idcirco Ostiam nominatam. Strabo autem scribit Τὰ Ὄστια. In fine quod ait Hieronymus *morbo*, et Græce νόσῳ Scaliger ex Latino, ut videtur, obtrudit, ab Eusebii mente alienum apparet, quem a Paschalis Chronici Auctore discimus, scripsisse καταστήματι, quod proprie sonat, naturali habitu corporis, animique constitutione eum mortem obiisse : alias dixeris ἰδίῳ θανάτῳ.

[c] Totidem Rufus, Messalla, Eutropius, et Solinus A regni annos huic tribuunt; Dionysius autem et Livius uno plus dicunt, sive triginta octo, quos Panvinius et Petavius probant, ea nimirum de causa, quod etiam Urbis conditum integro anno prævertunt. Subsequentis statim periochæ verbis, *Capitolium construxit*, subjungitur in Scaligeriana editione, *et Jovi dedicavit*. Sed et quæ infra est ad Tarquinii ann. vigesimum, huicmet primo in ea editione additur, Tacitus Histor. lib. III, c. 72, quem locum Scaliger ipse laudat, consentit quidem, a Tarquinio exstructum Capitolium, dedicatum vero ait ab Horatio Pulvillo iterum Consule. Confer Strabonem lib. VI, et quæ paulo superius ad Numam observamus.

[d] De Epidamno, cujus pone sequitur conditus, videndus Thucydides lib. I, et quæ gemina sunt Eusebianis Scholiastæ verba, Ἐπίδαμνος τὸ νῦν Δυῤῥάχιον. Adeundi et Stephani interpretes, admonente Schurzfleischio, Vossius ad Melam, Cluverius, aliique. Nunc *Durazzo* ea dicitur : ac sane Veteres *Durachium* B pro *Dyrachium* appellabant. Vide, si libet, etiam Scaligerum; his enim prout merita res est, exponendis, solidis libris opus esset.

[e] Dictum superius de Phalaridis tyrannide, quæ ad posteriora his tempora omnino referri debeat. Adde his quæ a Carolo Boylio, et Richardo Bentleio disputata sunt. Videsis præterea Fabricium in Biblioth. Græca lib. II, c. 10.

[f] Olympiade tricesima nona Draconem Atheniensibus leges tulisse, non Tatianus modo, et Clemens Stromat. I, Scaligero laudati, sed et Suidas in Δράκων testatur. Plura de illo A. Gellius lib. XI c. 18, et Pausanias in Bœoticis c. 36 atque in Eleacis c. 11, quo et referas insignem Æschinis locum Orat. in Ctesiphontem.

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 13 . . . | 29 . , . . . . . | 28 . . . . . . | 42 . . . | 1 . . . . . | 9 . . . . . . . . | |
| | 14 . . . | 30 . . . . . . | 29 . . . . . . | 43 . . . | 2 Tarquinius Priscus Capitolium exstruxit. | 10 . . . . . . . . | 1400 |
| 41 | 15 . . . | 31 . . . . . . | 30 . . . . . . | 44 . . . | 3 . . . . . | 11 Arion [b] Methymnæus clarus habetur, qui a Delphino in portum Tænarum dicitur transportatus. | |
| | | | | Ægypti, secundus [a] NECHAO, qui et NECHEPSOS, an. 6. | | | |
| | 16 . . . | 32 . . . . . . | 31 . . . . . | 1 . . . | 4 . . . . . | 12 . . . . . . . . | |
| | 17 . . . | 33 . . . . . . | 32 Josias rex Judæorum cum Nechaone Ægyptiorum rege congressus occiditur. * At | 2 . . . | 5 . . . . . | 13 Panætius [c] primus in Sicilia arripuit tyrannidem. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰωσίας βασιλεὺς Ἰούδα συμβαλὼν Νεχαὼ, τῷ καὶ Νεχαψῶ, ἀναιρεῖται ὑπ' αὐτοῦ... Καί μοι θαυμάζειν ἔπεισι, πῶς συνέδραμον οἱ χρόνοι κατὰ τὸν προκείμενον Κανόνα, ὡς ἀντιπρόσωπον (εἶναι) τοῦ Ἰωσίου τὸν τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα Νεχαὼ, τὸν καὶ Ψαμμιτιχὸν, ὃν καὶ ἡ θεία τοῦ Ἱερεμίου γραφὴ Φαραὼ Νεχαὼ ὀνομάζει. Chron. Pasch. pag. 97.

Αἰγυπτίων ς', ἐβασίλευσε ΝΕΧΑΩ δεύτερος ἔτη ς'. Eusebius apud Syncell. pag. 61.

Ἀρίων ἐγνωρίζετο Μηθυμναῖος, οὗτος ἐπὶ δελφῖνος εἰς Ταίναρον διεσώθη. Idem pag. 170.

## NOTÆ.

[a] De hoc demum Ægypti rege cum Scriptura, IV Regum XXIII, 29, aliorum auctorum maxima ex parte consensus est. Tantum in annorum, per quos regnum obtinuit, numero, ejusque peculiari notatione, quo pugnavit cum Josia, dissentiunt ab Eusebio Herodotus et Vetus Chronicon apud Sync. Ille tamen qui decem supra Eusebii rationes annos huic regi tribuit, sive in universum sexdecim, propius multo ad fidem, rerumque ab eo gestarum historiam facit. Econtrario Eusebius, cumque eo Syncellus, aliique recentiores Chronologi, qui ex testimonio Jeremiæ cap. XLVI occisum hunc regem ferunt a Nabuchodonosore anno quarto Joachimi, dantque adeo solos illi sex annos, videntur perperam accepisse Jeremiæ verba, certe quidem, quod Perizonius observat, Græca ejus loci interpretatione decepti. Quod enim ibi dicitur Nechao ἐν Χαρμᾶς ON ἐπάταξε Ναβουχοδονόσορ, in Hebræo est אשר relativum, quod ad exercitum quidem, sive copias Nechaonis, quæ percussæ sunt, non ad ejus personam refertur. Colligere etiam est ex IV Regum XXIV, 7, post pugnam illam, qua victus est a Nabuchodonosore Joachimus, Nechaonem superstitisse, utpote qui dicitur, non perrexisse amplius excurrere ex terra sua, quia rex Babylonis occupaverat a rivo Ægypti usque ad Euphratem omnia quæ fuerant regis Ægyptii. Denique sunt multo plura Nechaonis gesta, quam quæ possint brevi illo sex annorum spatio concludi. Huc modo refer celeberrimam fossam illam, a Nilo ad Sinum Arabicum, qua fodienda centum viginti hominum millia decursu temporis periisse, Herodotus prodit: ut sane non paucos tanto facinori annos impensos putes.

[b] Recte ad Periandri tempora Arion refertur, siquidem testatur Herodotus lib. I, c. 24: *Periandro Corinthi tyranno maximum miraculum fuisse oblatum..... Arionem Metymnæum delphino insidentem ad Tænaron fuisse evectum.* Solinus laudatus etiam Scaligero, c. 13: *Tænaron*, inquit, *est promontorium adversum Africæ, in quo fanum est Methumnæi Arionis, quem delphino eo advectum, imago testis est, ad effigiem casus, et viri operis expressa ære: prælerea tempus signatum, olympiade enim undetrigesima* (legendum, *undequadragesima*, quod minime Scaliger animadvertit, eaque de causa temere de metachronismo Eusebium reprehendit), *qua in certamine Siculo idem Arion victor scribitur, id ipsum gestum probatur.* Consentit ferme etiam Suidas, qui de hoc ipso gesto, non de Arionis ortu, putandus est loqui, ubi κατὰ τὴν λη' ὀλυμπιάδα, *duodequadragesima olympiade*, Arionem refert. Confer Ælianum de Animalib. lib. XII c. 45, Pausaniam quoque in Laconicis c. 25, et Pindari Interpretes ad olymp. 13. Pro verbis *in portum Tænarum*, nonnulli mss. *in Tænaro* legunt. Vide Stephanum ad hanc vocem.

[c] Scaliger, qui Panætium superiore proximo anno refert, Modum, inquit in Notis, quem illa vulpes in Leontinorum tyrannide occupanda instruxit, vide apud Poliænum lib. V. Tum vero, si primus tyrannus Siciliæ Panætius fuit, quid ergo faciemus Phalaride, quem tot annis antea tyrannidem Agrigentinorum arripuisse notavit? Ne ἀντιλογίαν Eusebio, aut, quos sequitur ille, auctoribus tribuas, par credere est, diversam Siciliæ partem ab iis occupatam significari.

* Editio Scaligeri, et vetus codex Potero ad Clement. Alexandrin. laudatus, *At mihi miraculo est, quo modo ad unum tempus uterque convenerit.* Primus Palatinus et Parmens. ms., *in præsens tempus ista conveniant.* Re ipsa IV Reg. XXIII et II Paralipomen. XXXV narratur, qui fuerit occisus Josias ab Ægyptio ascendente contra regem Assyriorum, Nechaone: et est sane Scriptorum, quot scimus, omnium consensus, Nechaonem ad Josiæ tempora referentium. De vero autem Eusebiani hujus loci intellectu, et num recte auctoris sui mentem S. Interpres assecutus sit, disputant contra Scaligerum Perizonius, et Schurzfleischius. De ipso (inquit ille Ægypt. Orig. cap. 23) Nechaone satis ambiguum est et incertum, quo regni sui anno, et quo in loco, pugnaverit cum Josia. Nec mirum, cum ipsi in universum Nechaonis hujus anni multum in Auctoribus varient, quippe cujus regno Herodotus II, c. 159, tribuit 16 annos; Syncellus in sua *Regum Serie*, 9; Africanus et Eusebius, 6: qui eos in Joiakimi quarto jam anno, vel quinto ineunte, finiunt. Quam etiam ob rem Eusebius in *Canone* suo ad annum secundum Nechaonis refert cladem et mortem Josiæ, ac sibi gratulatur in eo, vel miratur ipse, quod in suo Canone tempus Josiæ Judæi et Ne-

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Ægyptior. | Rommorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | mihi miraculum subit, quomodo in præsens tempus sibi uterque convenerit, maxime cum Scriptura divina hunc eumdem Pharaonem, Nechaonem appellet. *Hebr. Jud. XIX, JOACHAS, mens. 3. Post quem* [a] *ELIACHIM, XX, qui et Joachim, annis.* 11. | | | | |
| | 18 . . . | 34 . . . . . . | | 3 . . . | 6 . . . . | 14 . . . . . . . | |
| 42 | 19 . . . | 35 . . . . . . | 1 . . . . . . | 4 . . . | 7 . . . . | 15 Stesichorus poeta [b] clarus habetur. *Lydorum VIII, ALYATTES, an.* [c] 49. | |
| | 20 . . . | 36 . . . . . . | 2 . . . . . . | 5 . . . | 8 . . . . | 1 . . . . . . . | |
| | 21 . . . | 37 . . . . . . | 3 Anno tertio | 6 . . . | 9 . . . . | 2 [d] Alcmau, ut qui- | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἑβραίων Ἰούδα ἐβασίλευσεν ιθʹ ΙΩΑΧΑΣ μῆνας γʹ. Μεθ' ὃν ΕΛΙΑΚΕΙΜ, ὁ καὶ ἸΩΑΚΕΙΜ, ἔτη ιαʹ. Ex Syncell. pag. 173, et Chron. Pasch. pag. 97.

Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος τὴν Ἰουδαίαν χειρωσάμενος γ̄κ̄γ [Fort. γʹ, καὶ] τῶν Ἰουδαίων αἰχμαλώτους λαβὼν, καὶ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῶν ἐν τῷ ναῷ τὰ πλεῖστα λαβὼν, φόρον τε τῷ Ἐλιαχεὶμ ἐπιτάξας, ἀνεχώρησεν. Scaliger in Collectaneis ex Cedreno pag. 91.

Λυδῶν ηʹ, ἐβασίλευσεν ΑΛΥΑΤΗΣ ἔτη μθʹ. Syncell. pag. 191.

Ἀλκμὰν, κατά τινας, ἐγνωρίζετο. Sync. pag. 170.

## NOTÆ.

chaonis Ægyptii ultro tam bene concurrit. Hic enim sensus est verborum Eusebii, sed quæ et Hieronymus male vertisse, et Scaliger præjudicio quodam ex Hieronymi versione concepto abreptus, male quoque accepisse videtur. Verba Eusebii sunt : Καί μοι θαυμάζειν, κ. τ. λ... τὸν καὶ Ψαμμέτικον ( forte τὸν Ψαμμετίχου : *filius* enim fuit *Psammetichi*, et hac ratione recte distinguitur ab altero, seu primo Nechaone, hujus secundi avo ) ὃν καὶ ἡ θεία τοῦ Ἱερεμίου γραφὴ Φαραὼ Νεχαὼ ὀνομάζει. H. e : *Et me admiratio subit, quomodo tempora in proposito hoc Canone concurrerint* ultro et sua sponte, *ita ut Josia e regione consistat rex Ægyptiorum Nechao, qui et Psammetichus* ( vel *qui Psammetichi filius* ) *quem etiam sacra Jeremiæ Scriptura Pharao Nechao nominat.* At Hieronymus hæc ita accepisse videtur, quasi non debuissent concurrere in idem tempus duo illi reges, et ideo hunc concursum miratus esset Eusebius. Vertit, *At mihi miraculo*, etc. Recte Scaliger, Hieronymum *multa omisisse* notat, ac subjicit dein verba Eusebii bene ab se versa. Sed miror dein eum addere, quasi Eusebii et Hieronymi eadem foret mens aut ratiocinatio, *Ego vero, qui meus stupor, non capio hoc argumentum, tempus Ægyptii Nechaonis non potuisse concurrere cum tempore Josiæ, quia rex Ægyptius ab Hieremia propheta Pharao vocetur.* Etenim non voluit, nec dixit id Eusebius, qui tantum ad describendum aut illustrandum Nechaonem, addidit illud de Jeremia. Ex ipso ergo Eusebio castiganda erat Hieronymi versio. Schurzfleischius culpam in veteres amanuenses vertit, et salva Eusebii æque Hieronymi auctoritate : Post verba, ait, *congressus occiditur*, vel hæc, vel similia plane excidisse reor, *Hunc quidam Psammitichum fuisse volunt.* Græca id aperte confirmant cum primis, ὡς ἀντιπρόσωπον τοῦ Ἰωσίου τῶν Αἰγυπτίων βασιλέα Νεχαὼ εἶναι, τὸν καὶ Ψαμμιτικὸν. Verte, *Ut rex Ægyptiorum Nechao, Psammitichus alias dictus, Josiæ e regione in folio chronographico ponatur.* Scaliger sublecta fide, et nullo bono sensu, transtulit, *ut rex Ægyptiorum, qui et Necepses, e regione regni Josiæ oppositus sit.* Hoc vult Eusebius, se non posse perspicere, qua tandem ratione ab illis, qui Nechaonem volunt esse Psammitichum (cum ante duos jam annos iste mortuus fuerit), dici nunc demum possit, cum Josia esse congressus. Porro Eusebius addit, Nechaonem hunc *Necepsi* etiam nomine venisse. Νεχαὼ eum vocat quoque Africanus, non *Necepson*, si fides est Syncello edit. Par. pag. 75. Ipse Syncellus p. 210, eum Νεχαὰβ appellat. Puto olim in Eusebio lectum esse, Νεχαὼ, ὁ καὶ Νεκὼς, non, ὁ καὶ Νεκέψως. Putabant enim librarii, quia haud ita multo ante τοῦ Νεκέψω nomen præcesserat, truncatam hic esse vocem. Sane enim Νεκὼς vocatur Herodoto, lib. II, cap. 158, qui Νεχάως est Josepho, lib. X Antiq. cap. 11. Vide et appendicem ad notas in Malalam pag. 245. At quis ille sit, qui putavit Pharaonem Necho, cujus Jeremias meminit, esse Psammitichum, quemque hac periocha perstrinxit Eusebius, non habeo dicere, nisi quod ὁ δεῖνα ille secutus fuisse videatur Herodotum. Cum enim Herodotus 54 imperii annos Psammiticho tribuat, ille, Herodotum jam secutus, approbato in reliquis superiori Eusebii computo, Josiam cum Psammiticho congressum esse anno regni sui 46, et non cum Nechaone, falso asseruit.

[a] Hunc scilicet, Joachazo submoto, abductoque in Ægyptum, Nechao substituit, et pro Eliachimo, appellari Joachimum voluit. Ea causa est, cur male illud pro isto nomen proponi Schurzfleischius dicat. Vide IV Reg. XXIII, 32, et II Paralip. XXXVI, 3.

[b] De Stesichoro, cujus ætatem ad numer. subsequentem primus Palatin. ms. refert, Parmensis ad proxime antecedentem, vide Fabricium Bibliothec. Græc. lib. II, cap. 15. Natus perhibetur a Suida olympiade 37, Simonide, qui ejus meminit apud Athenæum lib. IV, antiquior.

[c] Parmensis ms. uno plus dicit, sive annos 50. Eo autem plus Herodotus lib. I, cap. 18, qui solidos regni annos septem et quinquaginta ei regi tribuit. Videsis apud eum plura de Alyatte isthoc secundo, Sadyattæ filio.

[d] Hunc ascribit subsequenti proxime anno Scaliger. Recole quæ paulo superius de Alemæone diximus : atque iterum Fabricium Bibliothec. Græc.

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Joachim Nabuchodonosor rex Babyloniæ Judæam capit, et in ditionem suam redactis plurimis Judæorum, cum etiam partem vasorum templi invasisset, et tributarium fecisset Joachim, victor ad patriam revertitur. | | | busdam videtur, agnoscitur. | |
| | | | | *Post quem* [b] *PSAMMITES, alius qui et Psammetichus, ann.* 12. | | | |
| | 22 | 38. *Post quem VII,* [a] *EUROPUS, an.* 26. | 4 | 1 | 10 | 3 | |
| 43 | 23 | 1 | 5 | 2 | 11 | 4 Pittacus [c] Mitylenæus, qui de VII Sapientibus fuit, cum Phrynone Atheniense Olympionice congressus eum interfecit. | |
| | 24 Cyaxares | 2 | 6 | 3 | 12 | 5 | 1410 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων ζ΄, ἐβασίλευσεν ΑΕΡΟΠΑΣ ἔτη κϛ΄. Ex Syncell. pag. 190.

Μεθ' ὃν ζ΄, ἐβασίλευσε ΨΑΜΜΟΥΘΙΣ ἕτερος, ὁ καὶ Ψαμμιτιχὸς ἔτη ιβ΄. Euseb. apud Sync. pag. 61.

## NOTÆ.

lib. II, cap. 15, ne quæ aliis observata sunt, otiose A repeticemus.

[a] Atque hic Herodoto lib. VIII, c. 139, rectius appellatur *Aeropus*. Justinus cum Eusebio, sive Hieronymo facit. Syncellus annos ei solos 25 impertitur.

[b] Sex tantum huic annos Herodotus tribuit lib. II, cap. 161 : *Psammis*, inquit, *cum* (ἓξ ἔτεα μοῦνον) *sex tantum regnasset annos in Ægypto, facta in Æthiopiam expeditione, mox vita defunctus est.* Nec plures ei dat Africanus, reliqui autem scriptores, nec tamen inter se invicem consentientes, vel duodecim cum Eusebio Latino, vel decem et septem cum Syncello, ac vetere apud eum Chronico elargiuntur. Propior ad verum Herodoti supputatio est, quam et e recentioribus plerique probant, ut scilicet penultimo, aut ultimo Joachimi regnare cœperit, et quarto vel quinto Sedechiæ mortuus sit. Marshamum vero, qui intra hoc regni ejus sexennium contigisse scribit Sedechiæ defectionem, Hierosolymorum Tyrique excidia, et Ægypti vastationem per Nabuchodonosorum, adeo ut expeditio Æthiopica de regis hujus B fuga intelligi possit, pluribus refellit Perizonius Orig. Ægypt. cap. 24, ea ostendens ad varios Ægypti reges spectare, tamque latius temporis intervallum complecti, ut ne suæ quidem chronologiæ Marshamus in iis recensendis conveniat. Adde quod sola illa in Æthiopiam expeditio nota sit ex Herodoto : Diodorus vero ejus nec verbo tenus meminerit. Vocatur, ut vides, *Psammis* et *Psammites*, et *Psammuthis*. Nugari videtur Schurzfleischius, cum in Græco pro Ψαμμοῦθις ἕτερος, legere mavult uno verbo, nec uno tamen loco, Ψαμμουθισέτερος : quod alius Psammuthes non præcesserit. At vero præcessit, qui cognominis est, Psammetichus. In reliquo, quem laudamus, Græco textu, visus est Syncellus corrupto Eusebiano exemplari usus, annos ιζ΄ legisse pro ιβ΄, ut ex Latino restituimus.

[c] Atque hanc ῥῆσιν Scaliger post duos annos differt. De Pittaco plura habet Strabo lib. XIII pag. 895, Aristoteles Politicor. lib. II cap. 10, Laertius lib. I sect. 76, Plutarchus in Convivio, atque alii. De Phrynone, quem libri alii *Phrenonem* corrupte vocant, deque stratagemate, quo eum Pittacus interfecit, Polyænus agit lib. I, cap. 25. Eam fraudem, sive ut vocant, factum Pittaci præcipuum, quod ipse hic Eusebius narrat, omissum fuisse ab Herodoto, Plutarchus in libello de Herodoti cacoethia notat. Schurzfleischius purgare conatur a Plutarchi criminatione Herodotum, quem lib. V ejus facti meminisse indicat. At vero cædem ipsam Phrynonis, quam dolo malo Pittacus perpetravit, in Herodoto Plutarchus desiderabat : non quod revera lib. V, cap. 94, tametsi jejune, dissidium ac pugnam inter Mitylenæos atque Athenienses de Sigæo narrat. Notat vero idem vir doctus ex Africano in eclogis Eusebianis Scaligeri lib. I Græce haberi ad hunc modum, Τριακοστὴ ἕκτη ὀλυμπιάς, Φρύνων Ἀθηναῖος, ὃς Πιττακῷ μονομαχῶν ἀνηρέθη, στάδιον. Pergit porro : Intercedunt ergo inter ejus victoriam et hoc gestum anni 29. Pittacus porro ultra 40 annos post hanc pugnam vixit, siquidem verum est, quod de eo narrat Tzetzes ad Hesiodi lib. II Ἔργων, Ὅτι ἐξ ἱερείου τὴν γλῶτταν, ὡς κάλλιστόν τε καὶ χείριστον, Ἀσωπίδι τῷ Αἰγυπτίῳ ἀνέσταλκεν. Atqui anno post eam 37, τῷ τρίτῳ δήπου ἔτει τῆς πεντηκοστῆς δευτέρας ὀλυμπιάδος mortuum esse Pittacum, auctor est in ejus vita Diogenes Laertius. Fortasse igitur de Pittaco juniore id intelligendum est, cui video, viros non indoctos tribuere epistolium illud, sub Pittaci nomine ad Crœsum perscriptum, quod apud eumdem Laertium, lib. I exstat.

| *Olymp.* | *Medorum.* | *Macedonum.* | *Hebr. Judæ.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Medus [a] subvertit Ninum civitatem. | | | | | | |
| | 25 . . . | 3 . . . . . | 7 . . . . . | 4 . . . | 13 . . . . | 6 . . . . . . . . | |
| | 26 . . . | 4 . . . . . | 8 In Babylone Daniel, Ananias, Azarias, et Misael clari habentur. | 5 . . . | 14 . . . . | 7 . . . . . . . . | |
| 44 | 27 . . . | 5 . . . . . | 9 . . . . . | 6 . . . | 15 . . . . | 8 . . . . . . . . | |
| | 28 . . . | 6 . . . . . | 10 . . . . . | 7 . . . | 16 . . . . | 9 . . . . . . . . | |
| | 29 . . . | 7 . . . . . | 11. *Hebræor. Judæ XXI*, [b] *JOACHIM, qui et Jechonias, menses 3. Post quem SEDECHIAS*, [c] *an. 11.* | 8 . . . | 17 . . . . | 10 Perinthus [d] condita. | |
| | 30 . . . | 8 . . . . . | 1 . . . . . | 9 . . . | 18 . . . . | 11 Camerina urbs condita. | |
| 45 | 31 . . . | 9 . . . . . | 2 Et hunc rex | 10 . . . | 19 . . . . | 12 Sappho et [e] Alcæus | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἑβραίων τοῦ Ἰούδα ἐβασίλευσεν κα' ἸΩΑΧΕΙΜ, ὁ καὶ ἸΕΧΟΝΙΑΣ, μῆνας γ'. Ex Syncell. pag. 175.

Ἑβραίων τοῦ Ἰούδα ἐβασίλευσεν κβ' ΣΕΔΕΚΙΑΣ ἔτη ια'. Syncell. ibidem.

Πείρινθος ἐκτίσθη. Syncell. pag. 190.

Καμαρίνα πόλις ἐκτίσθη. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Eusebius Nini subversionem ad ann. hunc referens, sensisse se cum Herodoto innuit, Scythas a priore contra Cyaxarem pugna octo et viginti annos imperium Asiæ tenuisse, cum solos viginti, ut paulo superius notatum est, Hieronymus in Epitaphio Fabiolæ putet. Rerum quoque series, atque ejus excidii circumstantiæ postulare id temporis videntur, et cum primis Cyaxaris cum Nabopolassaro societas, tum quæ hujus consecuta mors est paulo post, denique Nechaonis expeditio post captam Ninum, quam Josephus narrat, atque id genus alia. Affirmant, porro hoc ipsum de urbe illa a Medis funditus eversa, Diodorus, et Strabo conceptis verbis lib. XVI initio: Νῖνος πόλις ἠφανίσθη παραχρῆμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν: sed et Lucianus in Dialogo, qui Χάρων, sive Ἐπισκοποῦντες inscribitur, ita æquatam solo eam fuisse tradit, ut ne vestigium quidem superesset. Omitto Nahumi prophetiam c. III, vers. 17, quam tempore Nabuchodonosoris, qui Cyaxaris junctus erat viribus, et (si fides Alexandro Polyhistori apud Syncellum p. 168) etiam affinitate, impletam fuisse, sine dubitatione credendum est. Nihilominus Scaliger in Notis ad hunc locum, et in Canonibus Isagogicis, in eo perstat, ut pernegat, Ninum fuisse excisam, quam integram adhuc stetisse ævo Ammiani Marcellini, qui Nini veteris mentionem facit, contra omnium Scriptorum fidem, nec ipso Ctesia excepto, pertinaciter asseverat, ac denique pro *subvertit*, vertendum hic fuisse contendit ab Hieronymo, *cepit*, *expugnat*. Et sunt tamen qui ejus opinationi indulgeant etiamnum docti viri, e quibus Montfauconius Dissert. de veritate historiæ Judith. Unum eorum argumentum ex eo ducitur, quod Herodotus ibi diserte non dicat urbem a Cyaxare deletam, sed captam duntaxat; verum illud ipsum affirmat alio loco, sive c. 178, ubi Ninum ἀναστάτην γενομένην, *jam eversam*, dicit, quo tempore Babylon celeberrimi nominis ac validissimum oppidum esse cœpit. Nimirum sub ipso Nabuchodonosoro, statim ab excidio Nini.

[b] Scribendus hic est *Joachin*, et qui proxime antecedit, *Joacim*, si, quam tradit ipse S. Interpres in Commentar. in Matthæi cap. primum, et initio Danielis, regulam observavit. *Prior*, inquit, *per* c *et* m, *sequens per* ch *et* n, *scribitur*. Vide quæ ibi annotavimus. Græci autem Scriptores vix media una litera distinguunt Ἰωαχίμ et Ἰωακίμ, vel Ἰωακείμ. Scaliger alterum *Ioakim*, alterum *Ioachim* scribit.

[c] Uno plus dicit ipse in Præparat. Evang. Eusebius, vel quod proxime præcedentis Joachini menses una computarit, vel quod ipse Sedechias aliquot menses post undecim annos compleverit. Sequitur in Parmensi ms.: *Hunc rex Babylonis captum secum pertraxit, secundo veniens ad Judæam*: quæ verba Scaliger ad Joachinum refert, subjungitque ad tituli instar, *Hic annus per diversos impletur*. De Sedechia nihil additur. Vide IV Reg. XXIV, 10.

[d] Notatum Scaligero, deductam coloniam a Samiis, non conditam primo urbem hic dici. Plura item de Perintho, et variis ejus nominibus: quibus adde quæ cl. Cellarius Geograph. Antiq. lib. II, cap. 15, sect. 50, disputat: in his enim diutius nobis immorari non vacat. Schurzfleischius ait, Omnia hic in scriptis libris turbata sunt. Perinthi conditus ad numerum 1415; Massiliæ, ad numerum 1417, refertur. *Camarina*, quæ hic dicitur, etiam in nostris libris omnibus *Camerina* vocatur. Nollem, hanc lectionem a Scaligero mutatam esse. Nam habetur etiam ita in Virgilio, lib. III, vers. 700, atque Servio Honorato, apud quem etiam pag. 318, ed. Petri Danielis, in adductis Græcis verbis καμέρινα habetur. In Taubmanni tamen et Ruæi nupera editione male est *Camarina*. Nam Danielis lectionem Guellius Valens Pimpontius recte sequitur, et probat cl. Dausquius, Orthogr. vol. II, pag. 73. Eodem modo e καμάρα Græco fit Latinorum *Cameræ*, quanquam etiam hujus vocis mediam syllabam per *a* maluerit scribere apud Fl. Sosipatrum lib. I Verrius Flaccus, euphonia sane contradicente. Olympiade 45 Camerinam esse conditam, tradit quoque Pindari scholiasta ad ὀλυμπ. ε' εἶδος, quem vide.

[e] Sapphonem, et Alcæum Scaliger ante tres annos retulit: huc vero cum plerique alii editi libri, tum vetustiores mss. Parmens. et primus Palatinus, in quo et legitur, referente Schurzfleischio, *Sappho Poetria, et Alcæus poeta clari habentur*. Re etiam ipsa huc spectare Alcæi ætatem, discimus ex Diogene Laertio, ubi Pittacum poetæ conviciis laceratum refert; discimus et e Strabone lib. XIII, Aristotele Politic. lib. III, cap. 10, Valerio Maximo, atque aliis. Fuit vero illi ferme æqualis Sappho, quod ex Aristotelis I Rhetoric. cap. 9, atque ex poe-

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Hebr. Judæ. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab. Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | Babylonius captum Babyloniam duxit, oculosque ei eruit. | . . . | . . . . | poetæ clari habentur. . . | |
| | 32 . . . | 10 . . . . . | 3 . . . . . | 11 . . . | 20 Tarquinius Priscus [d] Circum Romæ ædificavit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos instituit, muros et cloacas ædificavit, ad extremum ab Anci filiis occisus est, regis ejus, cui ipse successerat. | 15 . . . . . . | |
| | *Medorum VIII, ASTYAGES, ann. 38.* [a] | | | | | | |
| | 1 . . . | 11 . . . . . | 4 Prophetabant [b] Hieremias et Baruch. | 12 . . . | 21 . . . . | 14 Massilia [e] condita civitas Galliæ. | |
| | | | | *Ægypti VAPHRES, ann. 30.* [c] | | | |
| | 2 . . . | 12 . . . . . | 5 . . . . . | 1 . . . | 22 . . . . | 15 Epimenides [f] Athenas emundavit. | 1420 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μήδων ἐβασίλευσεν η' ΑΣΤΥΑΓΗΣ ἔτη λη'. Scaliger ex Sync. pag. 166, et Chron. Pasch. pag. 113.

Προεφήτευον Ἱερεμίας καὶ Βαρούχ. Ex Chron. Pasch. pag. 104.

Αἰγυπτίων η', ἐβασίλευσεν ΟΥΑΦΡΙΣ ἔτη λ' [Ed. κε']. Eusebius apud Syncell. pag. 61.

Πρίσκος Ταρκύνιος ὑπὸ τῶν Μαρκίου παίδων, τοῦ πρότερον δυναστεύοντος τῆς Ῥώμης..., ἀναιρεῖται. Cedren. pag. 119.

## NOTÆ.

triæ ipsius loco apud Demetrium de Locutione A § 145 compertum est. Si plura de his scire libet, adito Fabricium Bibl. Græc. lib. ii, cap. 15.

[a] Huic solos annos triginta quinque Herodotus tribuit lib. i, cap. 107, nec sane ultra illud temporis spatium videtur vitam produxisse, juxta ea quæ Xenophon. lib. i Cyropæd. pag. 18 narrat : cui Cyaxares secundus, Cyri regis avunculus successit.

[b] Isthæc pericopa in Parmens. ms. desideratur.

[c] Nemo est ex Ægyptiis regibus, de quo plura cum exotici scriptores, tum sacri tradiderint. Dicitur in sacro textu *Ophra*; a LXX Interpretibus, *Vaphres*; a Latino, *Ephree*; Herodoto lib. ii, 177, *Apries*; Hellanico autem apud Athenæum lib. xv, *Partamis*: quod etsi longius ab aliis nomen distat, dubitare tamen, quin ille idem sit *Vaphres*, non sinit rerum, quas de eo narrat, series, contextusque loci. Jure adeo cl. Perizonius Marshamum, et Pezronium castigat, qui hunc ab illo distinguunt, ac novum regem faciunt : ille ad explendum intervallum a Nechaonis initio usque ad Cyrum : iste sex annos Vaphris regno B ademptos, ex corruptis Africani numeris, huic tribuens, cujus nec nomen, nec regnum Africanus novit. Gravior porro in ejus regni annis dissensio est. Diodorus viginti duos putat. Africanus undeviginti. Vetus Ægyptiorum Chronicon, cumque eo Syncellus triginta quatuor. Solus cum Eusebio facit Herodotus, quorum est tamen et cæteris gravior auctoritas, et propior ad faciendam fidem sententia, ex rerum dinumeratione quas Vaphres gessit, et quæ certis temporum notis commodius denotari queunt, ut suis infra locis ostendemus.

[d] Non prætereundus locus Livii lib. i, cap. 38 : *Nam et muro lapideo, cujus exordium operis Sabino bello turbatum erat, Urbem, qua nondum munierant, cingere parat, et infirma Urbis loca circa forum aliasque interjectas collibus convalles, quæ ex planis locis haud facile evehebant aquas, cloacis e vestigio in Tiberim ductis, siccat.* Cæterum eo fit verosimilius fuisse isthæc abs Hieronymo adsuta ex Romana Historia, quod nulla ferme Græci textus vestigia occurrant apud Veteres, qui Eusebium descripserunt. Scaliger tamen laciniam hanc ipsam, quamquam alio ordine conceptam ex Cedreno adsensuit, a quo nos pauca modo illa verba, quæ Latinis Hieronymi utcumque respondent, idque obiter, adscivimus.

[e] Scaliger uno citius anno in editione sua conditum Massiliæ refert : in Animadversionibus vero adhuc altius revocat duobus annis, hoc est, ad 12 Alyatris, quod ex Timæi testimonio colligit. In eam rem et Pontacus duos laudat mss. libros : plerique autem alii, ut et vulgati omnes huic recensioni Pontacenæ favent. Ita et Prosper, qui ejus urbis primordia anno 21 Tarquinii Prisci conceptis verbis adscribit, atque adeo Alyattis 14. Fuit illa Phocæensium colonia, de qua vide Cellarium Geograh. antiq. lib. ii, cap. 2.

[f] Sunt alii Pontaco, itemque alii Scaligero laudati mss. qui *subvertit* pro *emundavit* legunt. Ac sane Scaliger erudite, utramque lectionem ab eodem Græco verbo, sine accentuum apicibus, ut olim scribi consueverat, expressam notat. Est enim καθαιρεῖ, *subvertit*; καθαίρει, *emundat*. Et etiam verosimilius, utroque sensu Hieronymum fuisse interpre-

| *Olymp.* | *Medorum.* | *Macedonum.* | *Hebr. Judæ.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 46 | 3 . . . | 13 . . . . . | 6 . . . . . | 2 . . . | 23 . . . . | 16 . . . . . . . | |
| | 4 . . . | 14 . . . . . | 7 . . . . . | 3 . . . | 24 . . . . | 17 Solon, Draconis [a] legibus antiquatis, extra eas quæ ad sanguinem pertinebant, sua jura constituit. | |
| | 5 . . . | 15 . . . . . | 8 . . . . . | 4 . . . | 25 . . . . | 18 . . . . . . . | |
| | 6 . . . | 16 . . . . . | 9 . . . . . | 5 . . . | 26 . . . . | 19 . . . . . . . | |
| 47 | 7 . . . | 17 . . . . . | 10 . . . . . | 6 . . . | 27 . . . . | 20 . . . . . . . | |
| | 8 . . . | 18 . . . . . | 11 . . . . . | 7 . . . | 28 . . . . | 21 . . . . . . . | |

JUDÆA GENS CAPITUR. Nabuchodonosor rex Chaldæorum Hierosolymis captis [b] templum incendit, quod ab initio ædificationis suæ manserat annis 442. Sententiæ autem nostræ etiam [c] Clemens congruit in primo Stromate, 47 olympiade Captivitatem Judæorum factam esse contestans, regnante apud [d] Ægyptios Vaphre, apud Athenas Phenippo : et supputari 70 annos desolationis templi usque in secundum annum Darii.

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σόλων τοῦ Δράκοντος τοὺς νόμους ἠθέτει. Ex Cedreno pag. 67.

Αἰχμαλωσία τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους... καθ' ἣν ὁ τῶν Χαλδαίων... βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ πολιορκήσας τὰ Ἱεροσόλυμα... τὸν νεὼν πυρπολεῖ, διαρκέσαντα ἀπὸ πρώτης οἰκοδομῆς ἔτεσι υμϐ. Συνᾴδει δὲ ἡμῖν ὁ Κλήμης καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ Στρώματι, φάσκων, ἐπὶ τῆς μδ' ὀλυμπιάδος, τὴν εἰς Βαϐυλῶνα αἰχμαλωσίαν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ γενέσθαι, βασιλεύοντος μὲν Αἰγυπτίων Οὐαφροῦ, ἄρχοντος δὲ Ἀθήνησιν Φιλίππου· συνάγεσθαί τε τὰ ο' ἔτη τῆς ἐρημίας τοῦ τόπου ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου. Ex Chron. Pasch. pag. 110.

Τοῦ ἑνδεκάτου τοίνυν ἔτους πληρουμένου, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἑπομένου, βασιλεύοντος Ἰωαχεὶμ, ἡ αἰχμαλωσία εἰς Βαϐυλῶνα γίνεται ὑπὸ βασιλέως Ναβουχοδονόσορ, τῷ ἑϐδόμῳ ἔτει βασιλεύοντος αὐτοῦ Ἀσσυρίων, Αἰγυπτίων δὲ Οὐαφρῆ βασιλεύοντος τῷ δευτέρῳ ἔτει, Φιλίππου δὲ Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς ὀλυμπιάδος. Clemens Strom. I.

## NOTÆ.

tatum, altera lectione ad libri oram apposita, quam pro ejus verbo *subvertit*, alius postea, quibus nota historia erat, supposuisse *emundavit*. Ut ut se res habeat, neque hoc ipsum satis bene est pro *lustravit*, *expiavit*, hisque similibus. Nulli non nota historia sceleris in cæde Cylonis admissi, quod accitus Creta Epimenides, lustratis Athenis, expiavit. Uno saltem ab hinc anno facti recensionem Eusebius distulisset; consentiunt enim in hoc ferme Auctor Anonymus Olympiad., Diogenes Laertius in Vita Epimenidis sect. 110, et Suidas, a scelere Cylonio purgatas Athenas κατὰ τὴν μϛ' ὀλυμπιάδα, *olympiade quadragesima sexta*. Omnino autem aberrat Scaliger qui post sex annos, sive ad primum quadragesimæ septimæ olympiadis differt. Plato, de LL. lib. I, decennio ante Persicam expeditionem tradit venisse Athenas Epimenidem ; proinde esset, annotante Schurzfleischio, προχρονισμὸς annorum ferme centum. Satius adeo est, Platonem cogere, ut in concordiam cum Auctoribus aliis veniat, quam duos ob eam rem Epimenides, quod facit Dodwellus de Pythagoræ ætate, comminisci.

[a] Scaliger, cum antecedenti proxime anno ῥῆσιν de Solone assignent, sentit unius tamen esse anni προχρονισμόν, siquidem ille tertio demum olympiadis 46 archon fuit, Laudat præterea Ælianum Var. Hist. lib. VIII, cap. 10, eadem quæ Eusebius de Solone tradentem, quem videsis.

[b] Eusebius, ut ab hoc Sedechiæ ultimo, Judaicæ Captivitatis annos septuaginta inchoaret, habuit et quos sequeretur, magni nominis auctores, et quibus suam hypothesim confirmaret, non contemnenda rationum momenta, quæ potissimum ab incendio Templi duxit, ad ejusdem reparationem, atque ex rerum serie, quæ hoc temporis intervallo continentur, maxime autem a desolationis fine, quem visa sunt Scripturarum vaticinia imponere. Proferre nunc ea singillatim non vacat, suntque aliis disputata sexcentis libris; nemo est enim chronologorum, ex iis maxime qui sacram chronologiam tradunt, qui in hac perdifficili quæstione non sit versatus. Nec tamen diffitemur, malle utique nos juxta recentiores, ac magis accuratos, primum Captivitatis annum altius repetere, ab Jechonia scilicet abducto Babylonem cum populi flore, anno Nebu-

A cadnezaris ferme octavo, ita ut undecimus jam ejus Captivitatis ageretur, cum Jerosolyma expugnata est, ac Templum incensum : atque adeo postremus, cum Cyrus, juncto Dario Medo, Babyloniam cepit. Sentimus nihilosecius, bene sibi in Eusebiana hypothesi rationes constare, ac nullum plane esse, quem Scaliger comminiscitur, duplicem Eusebii errorem : alterum, quod solidos undecim annos attribuit Sedechiæ, alterum quod ejus postremum annum hic statuit, qui in sequentem tertium olympiadis 47 debuisset incurrere. Enim vero Eusebius nonnisi incuntem undecimum Sedechiæ putat, quod et paulo ante demonstravimus; et qui cum eo jungitur primus Captivitatis, bene, ut ex serie ipsa liquet, ad tertium dictæ olympiadis devenit. Cætera quam recte exitium ejus regis huc Eusebius contulerit, ne ipse quidem Scaliger diffitetur, tametsi casu factum hoc, non judicio, velit. Lectu autem non indigna ejus est annotatio in hunc locum. Chronicon Pa-
B schale, ut vides, olympiadem 44 dicit.

[c] Subnectimus Clementis verba ipsa Græcis Fragmentis ut cum Eusebianis contendas : neque enim videtur Noster probasse in universum Clementis rationes, et quem instituit epocharum concursum, sed illud fortasse unum, quod sub quadragesima septima olympiade hæc narrat contigisse. Atque in hoc tamen ipso dissentit Clemens, qui quadragesimam octavam olympiadem, ejusque primum annum nominat : unde et hic loci apud Eusebium 48 pro 47 Scaliger legit : perperam, et ut nihil aliud, invito Eusebio. Enimvero librarii mendum esse in numericis apud Clementem notis, rescribendumque juxta Eusebii testimonium ἑϐδόμης pro ὀγδόης, sive ζ' pro η' laudati in Potteri editione Pithœani mss. codices persuadent. Sed et in reliquis, quod et Scaligero notatum est, in diversa ab auctore nostro abit : et ab Jechoniæ quidem deportatione dicit incipere annos septuaginta Captivitatis, non a Sedechiæ casu : deinde a vero etiam discedit, quod ait, eum fuisse
C secundum annum Vaphris. Fortasse autem hic etiam numerus depravatus est olim ab Antiquariis; neque enim video, qui possit cum aliis Scriptoribus, atque Eusebio, sed ne secum ipso quidem in concordiam venire.

[d] In ipso etiam Parmensi ms. *Phenippo* (sic) legi-

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Jud. Captivitas. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Capta Hierosolyma, ab Assyriis ad Vaphrem, regem Ægypti, reliqui Judæorum transfugerunt. Hujus Vaphris [a] Hieremias propheta meminit. | | | | | | |
| | His temporibus, certantibus in agone [b] tragus, id est, hircus præmio dabatur : unde aiunt tragœdos nuncupatos. | | | | | | |
| | Corinthiorum [c] monarchia destructa est. | | | | | | |
| | | | *Hebræorum captivitatis, et exterminii templi, quod fuit in Jerusalem, an.* 70[d]. | | | | |
| | 9 . . . | 19 . . . . . | 1 Primus annus captivitatis Jerusalem. | 8 . . . | 29 . . . . | 22 . . . . . . . | |
| | 10 . . . | 20 . . . . . | 2 . . . . . | 9 . . . | 30 . . . . | 23 . . . . . . . | |
| 48 | 11 . . . | 21 . . . . . | 3 . . . . . | 10 . . . | 31 . . . . | 24 . . . . . . . | |
| | 12 . . . | 22 . . . . . | 4 . . . . . | 11 . . . | 32 . . . . | 25 Solis [e] facta defectio, cum futuram eam Thales ante dixisset. | 1430 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Οὐαφρὶ τῷ Αἰγυπτίων βασιλεῖ προσέφυγον, ἁλούσης ὑπὸ Ἀσσυρίων τῆς Ἱερουσαλήμ, οἱ τῶν Ἰουδαίων ὑπόλοιποι. Eusebius apud Syncell. pag. 61.

Μέμνηται δὲ τοῦ Οὐαφρὶ καὶ Ἱερεμίας ὁ προφήτης. Scaliger in Collectaneis.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους τοῖς ἀγωνιζομένοις παρ' Ἕλλησι τράγος ἐδίδοτο, ἀφ' οὗ Τραγικοὶ ἐκλήθησαν. Syncell. pag. 90.

Ἡ τῶν Κορινθίων κατελύθη μοναρχία. Sync. ibid.

Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας καὶ ἀφανισμοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼ ἔτη ο'. Πρῶτον ἔτος... αἰχμαλωσίας, κ. τ. λ. Chronic. Pasch. pag. 109.

Θαλῆς Μιλήσιος ἔκλειψιν ἡλίου σύμπασαν προεῖπεν. Syncell. pag. 90.

## NOTÆ.

tur. Græce aut Φαινίππου, aut Φινίππου fuerit. Schurzfleischius ait, Pro *Phænippo* male tam primus Palatinus *Ænippo*, quam reliqui *henippe*, legunt. Scaliger, Ἀναγραφῇ ὀλυμπιάδων, p. 316 b, eodem modo Φίνιππον vocavit. At in eclogis Eusebii a Scaligero collectis, tam libro I, pag. 44, quam libro II, pag. 170, Chronico Paschali, Syncello, et Clemente Alexandrino, Φίλιππος iste, non Φαίνιππος, vocatur : quamquam hos omnes corrigendos esse arbitretur Simsonius Chronici cathol. part. III, p. 103, Phænippum quemdam prætorem Athenis fuisse anno olympiadis 72 tertio, e Plutarchi Aristide scimus. Favet Scaligeranæ lectioni, quod ille Φαίνιππος ὁ δεύτερος vocetur in linea 62 marmoris Arundelliani. Præcessit enim ob hanc rationem aliquis Φαίνιππος, ὁ πρῶτος λεγόμενος. Interim, cum incertum sit, quando magistratum ille gesserit, nolim tot auctoribus contradicere. Mox in omnibus libris editis et scriptis habetur, *usque in secundum annum Darii*.

[a] In Scaligeri editione, et laudatis Potero mss. *Hieremias quoque Propheta certo loco meminit.* Habet Jerem. XLIV, 30 : *Ecce ego tradam Pharaonem Ephree, regem Ægypti, in manu inimicorum ejus.* Adito loci ejus Interpretes, nec non Marshamum Canonis Chronici pag. 571.

[b] Vide Josuam Barnesium in Prolegomenis ad Euripidem, nc, quod et veritus est Scaliger, actum agamus. In mss. editisque libris variat hujus periochæ situs, quod ipsum tamen singillatim annotare, nihil interest.

[c] Periandri, ut et Scaligero videtur, morte. At illum vetus auctor Sosicrates apud Laertium lib. I, sect. 95, refert obiisse tertio, non primo olympiadis 48 anno. Ad hæc Strabo lib. VIII, et Ælianus Var. Hist. lib. VI, cap. 13, Cypsellidarum tyrannidem ad tertiam usque generationem, mansisse affirmant. Ut vero in his Periandri filium Lycophronem non putes, nescio quem Psammetichum Gordiæ filium, qui post Periandrum, cujus et frater fuisse videtur, annis tribus tyrannidi Corinthiorum incubarit, nominat Aristoteles Politicor. lib. V, cap. 12.

[d] Eadem hic rursum verba, *qui supputantur usque in secundum annum Darii*, in Scaligerana editione, et mss. aliquot subjunguntur. Quæ subsequitur periocha, *Primus annus Captivitatis Jerusalem*, in Parmensi ms. non habetur. Ejus loco in vetustissima editione est : *Iste numerus incipit a Captivitate Judæorum, et finit ut sequitur.*

[e] Clemens Stromat. I, pag. 302, a Simsonio emendatus : *Thalem*, inquit, *Eudemus Historicus Astrologicus dixit, prædixisse defectum solis, qui fuit eo tempore, quo inter se manus conseruere Medi, et Lydi, regnante Astyage Cyaxaris filio in Media, Alyatre autem Crœsi patre in Lydia.* Annotat et tempus, ἀμφὶ τὴν πεντηκοστὴν ὀλυμπιάδα, id est *circa quinquagesimam olympiadem*. Audiendus Schurzfleischius Commentario in Annum Romanorum Julianum p. 194 et seq. Hujus, inquit, deliquii tempus, etsi longa sæculorum serie præteriit, tamen illud etiamnum Chronologis crucem figit. Alii enim illud ad annum mundi 3386, ut Buntingus; alii ad annum mundi 3345, ut Sethus Calvisius : alii ad annum P. I. 4117, Julii die 9, ut Petavius; alii ad an. P. I. 4133, ut Capelius, referunt. Ego vero in tot sententiarum divortiis ad Plinii sententiam accedo, qui lib. II, cap. 12, ait : *Defectus solis Alyatte rege* (Ἀλυάττης erat Gygis pronepos, Sardium tyrannus, Crœsi pater, qui Alyatticus ideo ab Horatio appellatur) *est factus Urbis conditæ anno* 170. Statim hic circa annum observari par est, quod Chiffletius pariter atque Latius, annotante Harduino, non recte numerent annos, eosque frustra mutent. Anno enim 168, Thales, primus omnium apud Græcos, hanc solis defectionem prædixit, prout narrant Herodotus lib. I Clio c. 74, Laertius in *Thalete* p. 6 ex historico Eudemo, ex quo id etiam se hausisse ait Clem. Alexandrinus I Stromatum, Plutarchus XII de Placitis Philosophor. c. 24, Tzezes Chil. II vers. 869, quæ post biennium esset futura, hoc est anno, ut Plinius recte scripsit, CLXX, sive P. I. 4129. Buntingus a Keplero laudatus Astron. Opt. c. 8, p. 290, Plinii verba multis argumentis approbat, huncque solis defectum ex calculo Prutenico ad annum a Plinio assignatum refert; sed in eo insigniter fallit, quod annotaverit eclipsin, quæ in Lydia non conspecta est, et calculum subduxerit a præsenti instituto alienum. Nec refragatur Langius de *Annis Christi* p. 293. At eos in Astyagis imperio, et Herodoti errore non consentientes habemus, cum tamen horum rationes chronologicæ utrumque omnino flagitent. Existimamus enim deliquium solis non Cyaxaris, ut mendose scribit Herodotus, sed Astyagis temporibus accidisse, quod et confirmant Tullius I *de Divinat.*, Solinus c. 20, et Eusebius in Chronico ad annum Abrahami 1430 et olympiadem 48, quos et

| *Olymp.* | *Medorum.* | *Macedonum.* | *Jud. Captivitas.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 13 . . . | 23 . . . . . . | 5 . . . . . . | 12 . . . | 33 . . . . . | 26 . . . . . . . . | |
| | 14 . . . | 24 . . . . . . | 6 . . . . . . | 13 . . . | 34 . . . . . | 27 . . . . . . . . | |
| 49 | 15 . . . | 25 . . . . . . | 7 In Babylone prophetabant Daniel et Ezechiel. | 14 . . . | 35 . . . . . | 28 Alyattes [b] et Astyages dimicaverunt. | |
| | 16 . . . | 26 . . . . . . *Macedon. VIII, ALCETAS, an.* 29. | 8 . . . . . . | 15 . . | 36 . . . . . | 29 . . . . . . . . | |
| | 17 . . . | 1 . . . . . . | 9 . . . . . . | 16 . . . | 37 . . . . . | 30 Isthmia [c] post Melicertem, et Pythia primum acta. | |
| | | | | | *Romanor. VI,* [a] *SERVIUS, an.* 34. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων η', ἐβασίλευσεν ΑΛΚΕΤΑΣ ἔτη κη'. Sync. pag. 190.

Ἐν Βαβυλῶνι προεφήτευον Δανιὴλ καὶ Ἐζεκιήλ. Ex Chronic. Pasch. pag. 111.

Ῥωμαίων ς', ἐβασίλευσεν ΣΕΡΟΥΙΟΣ ἔτη λδ'. Ex Syncell. pag. 189.

Ἴσθμια καὶ Πυθία πρῶτον ἤχθη μετὰ Μελικέρτην. Syncell. pag. 190.

## NOTÆ.

sequitur Hermolaus Barbarus. Eusebio autem adversatur Petavius, et errore lapsum esse putat, lib. x *de Doctrina temporum* c. 1, p. 153. Idemque defectionem solis ad olymp. 48 anni quarti, conditæ vero Urbis annum CLXX refert quidem, sed 9 digitorum, 22 minutorum, eam tantum fuisse, haud obscure declarat. Sed quo minus hanc Petavii sententiam amplecti, et probare queam, multæ rationes me impellunt. Hactenus ille, a quo et reliqua repetas, si libet. Usserius enim ad an. mundi 1343 ex tabulis Ptolemæi probat, eclipsin solarem novem digitorum in se satis magnam sub *Cyaxare* fuisse: quod adeo nomen retinendum apud Herodotum contendit, ut et *Astyagis* in Plinio. Vide et Marshamum in Canone Chronic. p. 603. Pro *ante dixisset*, quæ mss. lectio est, Scaliger habet *prædixisset*.

[a] Ex Livii quidem ac Dionysii Halicarn. testimoniis apparet, Servium annos regnasse 44. Eutropius tamen solos illi 37 attribuit, Cassiodorus adamussim cum Eusebio facit. In hac autem Antiquorum supputatione tam varia, lector dijudicet, jurene, an injuria Scaliger Eusebium criminetur, solido decennio annos Servii regis mutilasse, mutilasse autem *ideo sine dubio*, quia quæ a quibusdam scriptoribus notata videbat, sub regibus Romanis ea non poterant convenire, nisi annos aliorum regum truncaret, aliorum extenderet. Apage ridiculas calumnias. Idem Dionysius lib. IV, initio, regnare cœpisse Servium, non hujus, sed subsequentis olympiadis quinquagesimæ anno quarto, tradit, archonte Athenis Archestratide. Cicero eum Soloni et Pisistrato synchronum fuisse docet in Bruto cap. 10. In Græco perperam ὁ καὶ Τοῦλλος dicitur, ubi saltem Τούλλιος emendare licuit.

[b] Alia hæc videtur pugna atque illa, quam Herodotus narrat lib. I, cap. 74, ubi ait Alyattem et Cyaxarem (non Astyagem) cum in procinctu essent ad confligendum, die derepente in noctem converso, a prælio committendo destitisse, Scaliger, qui unum idemque gestum vult esse, miris se modis torquet: et modo Eusebium reprehendit, quod post solis defectionem hæc referat, quæ ex Herodoti testimonio eam præcedere debuissent; modo ipsum Herodotum, quem fugerit ratio de Cyaxare. Solinum autem cæteris acerbius habet, quod dicat contigisse hoc bellum anno post Ilium captum 604, qui primus est olympiadis quinquagesimæ, nec sibi adeo constet, cum olympiadem quadragesimam nonam referet; continuo etiam erret, et cum contra hypothesim, quadragesimam nonam pro quinquagesima prima olympiade ponit, et cum annum dicit a capto Ilio 604, pro 598. Ita Scaliger longius ab auctorum, qui hæc tradunt, fide discedere coactus est. Nos, siquidem recte duo diversa prælia fuisse conjecimus, propius quoque ad verum existimamus, duas etiam exstitisse solis eclipses, alteram exeunte anno tertio olympiadis 48, alteram post quatuor annos, Martii decimo sexto, quo eam refert etiam Cappellus. Hac certe ratione venire auctores illi in concordiam possunt; nec enim utramque solis defectionem (quod altera nec fuerit a Thalete prædicta, nec tot digitorum obscurationis) necesse fuit ut Eusebius, aut alii commemorarent. Cætera quæ Scaliger magno conatu, instructa etiam regum Babyloniorum chronologica synopsi, huc congerit, ut probet, Nabonidum origine Medum exstitisse, electumque Babylonis regem post perpetratam Baltasaris necem, docti viri pro meris commentis habent, quin ipsi Vossio dicuntur somnia tanto viro indigna. Vide, si lubet, Prideaux tom. II Hist. Hebr. p. 228. Palatini mss. minus recte Astyagis pugnam cum Alyatte post duos annos, atque adeo Isthmia post tres alios differunt.

[c] Recte huc referri Isthmiorum instaurationem (quod nec Scaliger it inficias) auctor est de iis loquens Solinus cap. 13: *Hoc*, inquit, *spectaculum per Cypsellum tyrannum intermissum, Corinthii olymp. 49 solemnitati pristinæ reddiderunt*: annis ferme septingentis septuaginta octo postquam fuerant a Glauco in honorem patruelis Melicertis instituta. Notum, ea secundo quoque anno exacto celebrari solita, quemadmodum et Nemea. Videndus præ cæteris Pindari interpretibus Erasm. Schmidius in Prolegomenis. Instaurata quoque sunt Pythia, sed, ut videtur, paulo ante, anno scilicet tertio olympiadis quadragesimæ octavæ. Eorum fuere præsides Amphictyones, ut laudatus Pindari interpres notat. Habebatur solemnitas quarto quoque anno elapso, simili cum olympiadibus ratione. Monet vero Dodwellus Dissert. v, de Cyclis Veterum sect. 2, Pythiades, annis olymp. secundis exeuntibus, respondisse, quod Pythia ipsa, a quibus tetraeteridis exordium ducebatur, constet ex Thucydidis certissimo testimonio, non alterius fuisse anni, quam secundi Olympici. Eapropter Scaligerum in Notis ad hunc locum, atque e Veteribus Pausaniam et Diodorum erroris insimulat, quod hæc ab anno tortio repetierunt. Præcipue in eo Scaliger hallucinatur, quod mensem Delphicum *Busium*, qui Attico *Munychioni* respondebat, et quo Pythiades agebantur, putavit cum Thargelione concurrere. Vide laudatam Dodwelli Dissertationem.

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Jud. Captivitas. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 18 | 2 | 10 | 17 | 1 Servius [b] ancillæ, sed nobilis captivæ filius, tres montes Urbi addidit, Quirinalem, Viminalem et Exquilinum: fossas circum muros duxit: census Romanorum civium primus instituit, et ad extremum Tarquinii Superbi generi sui, superioris regis filii, scelere occisus est. | 31 Septem Sapientes appellati. | |
| 50 | 19 | 3 | 11 | 18 | 2 | 32 | |
| | 20 | 4 | 12 | 19 | 3 | 33 Astyages contra [c] Lydos pugnat. | |
| | | | | | | 34 | |
| | 21 | 5 | 13 | 20 | 4 | 35 Anaximander [d] Milesius physicus agnoscitur. | 1440 |
| | 22 | 6 | 14 | 21 | 5 | | |
| 51 | 23 | 7 | 15 | 22 | 6 | 36 Agon [e] Nemeacus primum ab Argivis actus, post eum qui sub Archemoro fuerat. | |
| | 24 | 8 | 16 | 23 | 7 | 37 | |
| | 25 | 9 | 17 | 24 | 8 | 38 | |
| | 26 | 10 | 18 | 25 | 9 | 39 | |
| 52 | 27 | 11 | 19 Mortuo [a] Na- | 26 | 10 | 40 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μετὰ Ναβουχοδονόσορ διεδέξατο τὴν Χαλδαίων ἀρχὴν ὁ υἱὸς αὐτοῦ ΕΥΕΙΛΑΔ-ΜΑΡΟΔΑΧ... μεθ' ὃν βασιλεύει ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ΒΑΛΤΑΖΑΡ, κ. τ. λ. Ex Chron. Pasch. pag. 111.

Σέρβιος Τούλλιος... τεχθεὶς ἐκ γυναικὸς εὐγενοῦς μὲν, αἰχμαλώτου δὲ καὶ δούλης κατὰ τὴν συμφορὰν γενομισμένης... οὗτος ἔτι προσέθηκε τῷ μεγέθει τῆς πόλεως, καὶ τάφρον ὅτι μεγίστην περὶ τὸ τεῖχος ἤλασε, καὶ πρῶτος ἁπάντων τὸ τῶν Ῥωμαίων πλῆθος ἠρίθμησε... διαφθείρεται δὲ δολοφονηθεὶς ὑπὸ Ταρκυνίου Σουπέρβου. Ex Cedreno pag. 149.

Οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ὠνομάσθησαν. Syncell. p. 190.

Ἀστυάγης Λυδοὺς κατεπολέμει. Idem ibid.

Ἀναξίμανδρος Μιλήσιος φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Νέμεα [F. νεμεακός] πρῶτος ἤχθη ἀγὼν ὑπ' Ἀργείων μετὰ τὸν ἐπ' Ἀρχεμόρῳ. Idem pag. 191.

## NOTÆ.

[a] Schurzfleischius ait, Si secundo anno Nabuchodonosoris, qui est Joachim quintus, Pharao Necho, uti Syncellus p. 221 tradit, ab eo victus fuit, ipseque ille Chaldæorum rex, ut Syncellus p. 220 tradit, per annos 25 regnavit, sequitur, hanc periocham ad num. 1348 esse referendam. Totidem sane annos regnasse quoque eum, ait Berosus, apud Josephum lib. I contra Appion. Ego tamen nihil mutandum esse censeo. Malala enim p. 191 ita de ea re scribit: Ἐν τῷ πέμπτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ναβουχοδονόσορος πᾶσα ἡ αἰχμαλωσία τῶν Ἰουδαίων ἐγένετο ἐν Βαβυλῶνι, καθὼς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐχρονογράφησεν. Obiter corrige in Malala, πρώτη ἡ αἰχμαλωσία. Nam πᾶσα illa contigit demum anno ejusdem imperii 25. Jam si regnavit Nabuchodonosor annos 43, ultimusque ejus regni annus Abrahamitico 1444 respondet, sequitur sane sponte sua, primum Nabuchodonosoris imperii ann. in Abrahamiticum 1402 incidere; atque hoc modo Malala recte scripsit, Eusebium in quintum Nabuchodonosoris annum primam Judæorum captivitatem conjicere. Possis tamen etiam veterem Malalæ lectionem retinere, si excidere arbitreris ante vocem ἔτει καὶ εἰκοστῷ. Sic Chronologia eodem redibit. At Berosus, a Syncello p. 220 et Josepho loc. laud. adductus, rectius primo anno Nechonem a Nabuchodonosore debellatum, victumque esse, asseruit. De Nabuchodonosore vide et Suidam. Strabo, lib. XV, e Megasthene tradit, τὸν Ναυοκοδρόσορον, τὸν παρὰ Χαλδαίοις εὐδοκιμήσαντα, Ἡρακλέους μᾶλλον. καὶ ἕως στηλῶν, ἐλάσαι. Casaubonus ibi addit, *Nabuchodonosor hic est Josephi, quem regem e Græcis præter Strabonem nemo, quod sciam, nominat.* Megasthenis locum adduxit tamen etiam Syncellus, Josephus l. d. et A lib. X, c. 11, atque Eusebius lib. X, c. 41, Præpar. Evang. Receptior sententia est, regnasse Nabuchodonosorem annis 45; Evilmerodachum, qui ei successit, fuisse post duos annos occisum a Neriglissore; hunc post quatuor in bello contra Cyrum et Medos periisse, successisse autem Laborosachodum filium paucis mensibus, quo e vivis sublato, Baltasar filius Evilmerodachi, primus Nabonida, imperium annis decem et septem tenuerit.

[b] Hæc ex Eutropio Hieronymum addidisse, Scaliger notat. Paria autem habent Livius, Dionysius, Florus, aliique. Montes, Exquilinum quidem et Viminalem, Urbi adjectos a Servio, consentit etiam Strabo lib. V, p. 358. Quirinalem vero antea munitum cum Capitolio et Palatio. Censum, quem illi primum Scriptorum omnium consensus defert, Petavius regni ejus anno duodecimo adscribit, alii ad vigesimum usque differunt, quæ Panvinii sententia est. Vide si libet Valer. Maxim. lib. III.

B [c] Eadem videtur, de qua modo dictum est, pugna: ex aliorum autem rationibus Eusebius loqui. Scaliger hanc post tres annos periocham differt.

[d] Atque hanc post biennium Scaliger differt. Natalem Anaximandri diem auctor Olympiadum anonymus tertio olympiadis 42 anno assignat; obitum vero secundo olymp. 58 ascribit Laertius lib. II, sect. 2, docetque eum ætatis suæ sexagesimum quartum tunc egisse. Eusebius hic trigesimum quartum aut sextum, quo floruerit, notat.

[e] Post septem annos Nemea in Scaligeri editione recensentur. Fiebant hæc etiam, perinde atque Isthmia, de quibus paulo ante diximus, secundo quoque anno exacto, et tertio ineunte. Scitum, ce-

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Jud. Captivitas. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | buchodonosor, Babyloniorum rege, suscepit imperium EVILMERODAC, cui successit frater ejus BALTASAR, sub quo Daniel eam scripturam, quæ in pariete apparuerat, interpretatus est, significantem imperium Chaldæorum in Medos et Persas transferendum. | | | | |
| | 28 | 12 | 20 | 27 | 11 | 41 Abaris [b] de Scythia venit in Græciam. | |
| | 29 | 13 | 21 | 28 | 12 | 42 Phalaris [c] tyrannidem exercuit an. 16. | |
| | 30 | 14 | 22 | 29 | 13 | 43 | |
| 53 | 31 | 15 | 23 | 30 | 14 | 44 Eugamon [d] Cyrenæus, qui Telegoniam scripsit, agnoscitur. | |
| | | | | *Ægyptior.* [a] *AMASIS, annis* 42. | | | |
| | 32 | 16 | 24 | 1 | 15 | 45 Agon gymnicus, [e] quem Panathenæon vocant, Athenis actus. | 1450 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν Ὁ ΑΜΩΣΙΣ ἔτη μβ'. Euseb. apud Syncell. pag. 61.

Ἄβαρις ἦλθεν ἐκ τῆς Σκυθίας εἰς Ἑλλάδα. Syncell. pag. 190.

Εὐγάμων Κυρηναῖος, ὁ τὴν Τηλεγονίαν ποιήσας ἐγνωρίζετο. Idem pag. 191.

Ὁ τῶν Παναθηναίων ἀγὼν ἤχθη. Idem ibidem.

## NOTÆ.

lebrari solita primo et tertio olympiadis : primi Hiberna, tertii Æstiva erant. Fallitur Petitus ex perperam accepto Diodori loco, cum primis, tertiisque olympiadum annis Nemea statuit. Quod nos spectat, tametsi non exiguum illud, quod notamus, inter Scaligeranam, et Pontacenam, atque adeo nostram recensionem intervallum temporis intercedit, bene tamen in utraque cum primo olympiadis concurrunt.

[a] Hunc miro consensu Veteres, Manetho, Herodotus, Ctesias, Diodorus, atque alii, Vaphri successisse tradunt, in Ægyptio regno constitutum a Nebuchadnezare Babylonio, qui illud pene funditus devastaverat. Fuerit vero præfectus reliquis Ægypti, non proprie rex, quamdiu saltem sub Nebuchadnezare Babyloniorum potentia stetit : post ejus quippe mortem, et regiam majestatem homo plebeius arripere, et regnum restituere in pristinum potuit. Exaggerant Herodotus et Diodorus, cum eum adeo felicem prædicant, ac potentem, ut viginti millia urbium possederit. Vide Perizonium Orig. Ægypt. c. 24, sub finem. Quoad regni annos, Herodotus atque Africanus quadraginta quatuor ei tribuunt, quod exiguum discrimen est ab Eusebii computo, apud quem Pontacus ipse olim quadraginta tres numerabat. Recte autem habet uno minus, ut ex Græco apud Syncellum liquet. Laudatus Perizonius paulo aliter rationes instituit, vultque quadraginta quatuor illos initium capere ab anno undevigesimo destructæ Jerosolymæ, Nabuchadnezaris trigesimo octavo : desinere autem in ann. quartum exeuntem Cambysis, quo Amasis mortuus sit. Comparat vero cum octo annis superstitis Nebuchadnezaris, duobus Evilmerodachi, quatuor Neriglissoris, decem et septem Nabonadii, novem Cyri ex Canone Ptolemaico, denique quatuor Cambysis : ex quibus ὁμοῦ collectis summa illa exsurgit.

[b] Palat. mss. post duos annos, Scaliger post octo Abaridis in Græciam adventum collocant. Eum Pythagoræ supparem facit Jamblichus de ejus Philoso- A phi Vita c. 19, et, ut videtur, Clemens Stromat I. Simsonius hinc colligit, alium fuisse Abaridem illum, qui olympiade tertia legatus de Scythia venisse in Græciam dicitur. Hunc certe de quo Eusebius, tradit quoque Pindarus, teste Harpocratione, κατὰ Κροῖσον advenisse. Tempora conveniunt : confer et Scaligerum, si lubet. Corrupte in Parmensi ms. legitur, *Barbari de Scythia venerunt in Græciam.*

[c] Recole quæ superius nec semel de Phalaridis ætate observamus. Scaliger post quinque annos reliquis plerisque omnibus libris contradicentibus, periocham hanc differt.

[d] Eusebius ipsemet alibi, Præpar. Evang. lib. X, c. I, *Eugrammonem* hunc vocat. Laudatus etiam Scaligero Clemens Stromat. VI cum tradit integrum librum de Thesprotiis e Musæo transcripsisse. Schurzfleischius ait, in primo Palat. ms. vocatur *Eugamnon.* Eodem modo, quamvis corrupte, Sichardus legit. Idem *Theogoniam* scribit. Palatini codices, ut supra, *Tegeloniam*, vel *Tegoleniam*, habent. Vide, quæ diximus ad numerum 1259. B Quin vera lectio *Telegonia* sit, non videtur dubitandum, Græco etiam textu Τηλεγονίαν præferente. Videsis Fabricium Bibl. Græc. lib. I cap. 16, et lib. II cap. 7. Hanc quoque periochen Scaliger post duos annos refert.

[e] Plura de Agone isto Scaliger, quæ cum postea solidis libris, multoque diligentius pertractata sint, temporis compendium facere nos jubent. Adito Meursium, et Potterum, Marshamum quoque in Canone Chronico. Cum primis vero confer Seldenum ad Marmor Arundellianum pluribus locis, itemque Thomam Lydiatum ad idem Marmor, etc. Schurzfleischius ait, In primo Palatino, et Sichardi editione legitur, *quem Panathenaicum vocant, Athenis actus.* Quidam codices scribunt *Panaton :* male. Marcellinus sub Hippoclide archonte id factum tradit. Hunc ergo prætorem Atheniensem huic anno assignat Dodwellus, de Cyclis, pag. 713. Adde de Panathenaicis Pindari Scholiastam Νέμ. ι' εἶδος.

| Olymp. | Medorum. | Macedonum. | Jud. Captivitas. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab. Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 33 | 17 | 25 | 2 | 16 | 46 | |
| | 34 | 18 | 26 | 3 | 17 | 47 Æsopus [a] interimitur a Delphis. | |
| 54 | 35 | 19 | 27 | 4 | 18 | 48 Pisistratus [b] Atheniensium tyrannus in Italiam transgreditur. | |
| | 36 | 20 | 28 | 5 | 19 | 49 *Lydorum IX*, [c] *CROESUS, an.* 15. | |
| | 37 | 21 | 29 | 6 | 20 | 1 Anaximenes [d] Physic. Philosoph. agnoscitur. Stesichorus [e] poeta moritur. Simonides [f] clarus habetur. | |
| | 38 *Principium* * *regni Persarum.* Cyrus Medorum | 22 | 30 | 7 | 21 | 2 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κῦρος τὸν Ἀστυάγην καθελὼν, τὴν Περσικὴν εἰσῆξε βασιλείαν. Syncell. pag. 188.

Αἴσωπος μυθοποιὸς ἐγνωρίζετο, ὃς ὑπὸ Δελφῶν ἀπώλετο. Syncell. pag. 191.

Πεισίστρατος Ἀθηναίων ἐτυράννησε, καὶ εἰς Ἰταλίαν παρῆλθεν. Idem ibidem.

Λυδῶν ἐβασίλευσεν θ' ΚΡΟΙΣΟΣ ἔτη ιε'. Id. ibid.

Ἀναξιμενίδης φυσικὸς ἐγνωρίζετο. Chron. Pasch. 114.

Στησίχορος τέθνηκεν. Syncell. pag. 191.

Σιμωνίδης... ἐγνωρίζετο. Idem, pag. 190.

## NOTÆ.

Scaliger, qui hanc quoque periocham post duos A annos differt, videtur eo tamen propius ad verum accedere, quod facit, Panegyrin cum tertio olympiadis concurrere, eo siquidem anno solebat instaurari. Propterea in libris de Emendatione Temporum præcipit, periodo Olympicæ addere 38, aut, quod idem est, de eadem deducere eumdem numerum, ut habeas periodum Atticam.

[a] Pontacus ascripserat superiori proxime anno: minus recte, saltem ad Suidæ testimonium, qui Æsopi necem κατὰ τὴν νδ' ὀλυμπιάδα, *ad olympiadem* 54 refert. Dicitur ille a Delphis e rupe Phædriade præcipitatus, quod immerito Scaliger negat, ea unum de causa quod, eodem Suida teste, anno tertio olympiad. 40 descripserit Æsopus duobus libris omnia, quæ sibi contigerant cum Delphis esset. Numquid enim se iterum eo conferre non potuit? inque iis libris (quorum tamen famæ parum ipse tribuebat Suidas) de priori suo accessu dixisse? Movet me magis, quod ejus philosophi mors ab B Eusebio ponitur ante Pisistratum, qui subsequentis olympiadis anno primo tyrannidem occupavit, ex cujus tamen facto Phædrus testatur fuisse fabulam de ranis regem petentibus ab Æsopo adornatam. Sed non ideo dubitarim cum Michaele Neandro, in notis ad apocrypha V. T. pag. 479. an umquam Æsopus aliquis fuerit.

[b] Non inerudite Pontacus conjecit, *Italiam* errore hic dici pro *Etruriam*, Etruriam autem ex *Eretria*, altero scribarum mendo, factam. Auctor quippe Herodotus est lib. I, in Eretriam (non Thessaliæ quidem, ut Pontacus putat, sed Eubœæ insulæ urbem celeberrimam) Pisistratum Athenis ejectum secessisse. Alii malunt, Eusebium corrupto usum Herodoti codice in errorem lapsum, et pro ἐς Ἐρετρίαν, legisse ἐς Ἐχτέραν, atque hanc putasse Italiæ urbem significari. Scaliger hanc quoque periocham post duos annos lectore non admonito, distulit. Optime omnium Gronovius Præfat. tomi V Græcar. Antiquitt. visus nobis est rem edisserere: Italia, C inquit, vel simile nomen fuit in Eubœa, et circa hanc ipsam Eubœæ ipsius partem. Nobile est testimonium Antigoni Caristii in numero πδ': Καὶ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ δὲ κατὰ τὴν Ἰταλικὴν τὴν συνορίζουσαν τῇ Χαλκίδι (vel Καλχίδι ut editur) δύο ποταμοὶ Κέρων καὶ Νηλεύς, κ. τ. λ. *Et in Eubœa vero circa Italiam confinem Chalcidi duo flumina, Ceron et Neleus.*

[c] Hunc *annos natum triginta quinque* Alyatti patri successisse, regnasse autem uno minus atque Eusebius habet, sive annos tantum quatuordecim, tradit Herodotus lib. I, cap. 26, quem erit operæ pretium consuluisse.

[d] Apollodorus, cujus sententiam descripsit Suidas laudatus Scaligero, tradit natum Anaximenem circa tempus, quo Sardeis captæ sunt, mortuum vero esse olympiade sexagesima tertia. Mallem utique dixissent, tunc temporis floruisse, quo natum dicunt. Interim cum locus iste Apollodori apud Laertium in Vita Anaximenis lib. II, sect. 3, transpositione verborum peccet, Scaliger, qui scribarum vitium non animadvertit, frustra sibi Œdipum optat. Sed et post sex annos, quod non exiguum discrimen est, periocham hanc locat.

[e] Receptior vulgo sententia est, primo subsequentis olympiadis 56 anno e vivis excessisse Stesichorum, tametsi alii de tempore dissentiant, quo natus est, atque annis quibus vixit. Suidas natum dixit olympiade tricesima septima, ut annos vixerit circiter sex et septuaginta. Lucianus octoginta quinque, seu potius nonaginta quinque vitæ annos ei tribuit. Vide, si lubet, Dodwellum de ætate Phalaridis v. 23.

[f] Diem obiit supremum Simonides olympiade 78, cum annos octoginta novem vixisset, quod Scholiastes Aristophanis ad Σφῆκας v. 1402 et Suidas tradunt. Natus ergo fuerit, ut et Veteres passim notant, ἐπὶ τῆς ἕκτης καὶ πεντηκοστῆς ὀλυμπιάδος, quo tempore floruisse eum, contra aliorum omnium rationes Eusebius hic docet. At vero cubare locum Eusebii in mendo, et pro ἐγνωρίζετο, legendum ἐγένετο, quæ fuit olim Seldeni ad Marmor I Arundellianum conjectura, pro certo habeo. Enimvero qua postmodum ætate inclaruerit, refert ipsemet Eusebius infra ad num. 1478, annis ab hinc duobus et viginti. Dicemus ibi hac de re iterum. Cætera de Simonide pete, si lubet, a Fabricio Biblioth. Græc. lib. II, cap. 15.

* Recolenda quæ de Astyagis annis superius diximus: recte enim in hoc tempus, sive in olympiadis 55 primum aut secundum, primordia regni Persarum confert Eusebius. Ita et Livelæus in sua Chronologia Persica, et Cappellus sentiunt. Alii juxta ea quæ Xenophon narrat lib. I Cyropæd. pag. 18, obitum Astyagis, qui paulo post consecutus est, cum Hyrcanorum genti a Cyro constitutus præesset, huc referunt, notantque successorem habuisse Cyaxarem

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedonum.* | *Jud. Captivitas.* | *Ægyptior.* | *Romanorum.* | *Lydorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | destruxit imperium, et regnavit Persis, subverso [a] Astyage rege Medorum. *Persarum* *I, CYRUS, an.* [b] 30. | | | | | | |
| 55 | 1 | 23 | 31 Cyrus [c] Hebræorum captivitate laxata, quinquaginta ferme hominum millia regredi fecit in Judæam, qui constructo altari, Templi fundamenta jecerunt : sed cum a vicinis gentibus fabricatio impe- | 8 | 22 | 3 Chilon, [d] qui de VII Sapientibus fuit, Ephorus in Lacedæmone constituitur, id est, *respector*. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν ἐβασίλευσε πρῶτος ΚΥΡΟΣ ἔτη λ'. Chronic. Pasch. pag. 114.

Κῦρος ἀνῆκε τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους πορεύεσθαι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα· καθ' ὃν ἐπανελθόντες ἀπὸ Βαβυλῶνος ἀμφὶ τὰς πέντε μυριάδας Ἰουδαίων, τὸ θυσιαστήριον ἤγειρον, καὶ θεμελίους κατέβαλον τοῦ ἱεροῦ· τῶν δὲ περιοίκων ἐθνῶν ἐπισχόντων, διέμεινε τὸ ἔργον ἀτελὲς μέχρι δευτέρου ἔτους Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου βασιλέως Περσῶν, μόνου τοῦ θυσιαστηρίου συνεστῶτος. Chronic. Pasch. pag. 114.

Χίλων, εἷς τῶν ἑπτὰ φιλοσόφων, Λακεδαιμονίων ἔφορος ἐγένετο. Syncell. pag. 191.

## NOTÆ.

alterum Cyri regis avunculum. Sed et Africanus initium annorum triginta, quibus Cyrus regnavit, ab hujusce olympiadis anno primo repetit : atque iterum Eusebius lib. x, cap. 10, Præparat. Evang., quo loco suarum rationum auctores laudat Diodorum, Thallum, Castorem, Polybium, Phlegontem. Mira adeo Scaligeri confidentia, ne aliud quid dicam, qui prochronismum decem annorum exprobrare audet Eusebio, et eum quidem non errore admissum, sed dolo malo, ut, quod affectabat, imperii Medorum finem, in quarto anno olympiadis 54 collocaret. Quo loco et veteres calumnias instaurat, de integra dynastia in rebus Ægyptiacis, et quatuor regibus in Assyriorum successione expunctis : quæ nos pridem refutavimus : illi autem argumento sunt, ut non esse dubium pronuntiet, quin regum quoque Mediæ annos ideo noster mutilaverit, ut suæ hypothesi inserviret. Optandum erat, ut homo ad miraculum doctus doctissimo Eusebio æquiorem se præbuisset.

[a] Nimirum hæc Scaliger visu excepit, perinde, inquiens, ac si diceret, Regnavit Athenis, subverso rege Macedonum. At vero discimus ex Herodoto in Cleio cap. 129, quam recte idipsum notatum Eusebio sit; Cyrus enim præter quam quod Astyagem captum clementissime habuit, et in Mediam, si reverti voluisset, regnum illi administrandum permiserat : quod hic dicitur Persis regnasse pro Medis, temporis notatio est, quo Persicum, sive Medo-Persicum imperium esse cœpit, ac revera primus, sublato Medis Astyage, Cyrus inivit. Neque vero ejus prædecessores Persiæ reges distincti a regibus Mediæ erant. Rem acu tetigit in exponendis hujus regni primordiis Campegius Vitringa Observat. Sacr. lib. vi, cap. 4. Videndus et Conradus Samuel Schurzfleischius dissert. de initiis Medo-Persarum.

[b] Consentit Eusebio Clemens i Strom., Κῦρος ἔτη τριάκοντα. Proxime quoque Herodotus lib. i, c. 214, ἑνὸς δέοντα τριάκοντα, *unum de triginta*, Cyro tribuit. Theophilus vero, τριάκοντα ὀκτώ.

[c] In hanc abire sententiam Eusebius maluit, ut qui primus annus Cyri dicitur in sacris Scripturis Esdræ i, vers. 1, hunc putaret esse, quo primum regnatum est apud Persas. Ac licet aliorum rationes, quas ipse non ignorabat, ut ex consequentibus maxime compertum erit, propius ad verum accedere videantur (quemadmodum et paulo superius indicatum est nobis) non erat tamen Eusebiana hy-

A pothesis, quæ, cum initium septuaginta annorum Captivitatis ducat a Sedechiæ casu, satis sibi in reliquis, atque hoc ipso loco constat, tam aeri stylo perstringenda Scaligero, quæ exponi commode, et cum lectoris fructu poterat. Nunc hujus doctrinæ ex his maxime qui sacram historiam interpretantur, prostant sexcenti libri, ut si præstet Auctoris nostri utcumque partes tueri, minime laborandum tamen sit nobis. At vero ipsius Scaligeri hypothesis, quo probari pacto possit, non video, cum Captivitatis annos ad Cyri postrema producturus, annos octo ab expugnatione Babylonis, ad Nabonedi deditionem, et quod eam plenum Cyri imperium consecutum est, interjectos comminiscitur, nullo Veterum testimonio, aut bono argumento fretus, sed vere ut hypothesi inserviat. Nec tamen non diffitemur, si Danielis cap. i, 21, et x, 13, cum. xi, 3, comparentur, tria habuisse Cyrum initia; ac primum quidem, cum regnum Persicum, superato Astyage, suscepit: alterum post 20 ferme annos, quando Babylonicum
B quoque regnum inivit, quod cum Dario Medo Imperii socio gessit, et a quo Daniel tertium Cyri cum primo Darii componit, Canon autem Ptolemaicus primum Cyri vocat, sub eoque annos Darii Medi comprehendit. Hic proprie annus videtur doctis chronologis, quo de solvenda Judæorum captivitate decretum prodiit. Tertium initium habuit, cum solus universæ Asiæ imperio potitus est, rerumque summa ad eum rediit, cum duobus saltem annis Darius illi præfuisset. Quoad textus lectionem in Parmensi ms. ut et in priore editione Scaligeri *solo altario* legebatur : qui non Hieronymi quidem, sed veteris tamen scribæ metaplasmus non improbandus videtur. Scribunt et neogræci ἀλτάριον, annotante Schurzfleischio ex Dufresnii Glossario Græcobarbaro pag. 55.

[d] Pro verbis, *id est*, *respector*, legit Scaliger, *dispositione communis gentis*, quæ verba neque nostri mss. neque tres Palatini, editique libri vetustiores, nec denique Græcus textus agnoscunt, suntque unice
C in primo Palatino, teste Schurzfleischio. Refert quoque ille hoc gestum post duos annos. In notis mirum, quam antilogiam, quæ nulla hic plane est, comminiscitur : neque enim Eusebius *primum* dixit ephorum Chilonem : et si dixisset, non magistratum primo institutum, sed, quod ipse demum Scaliger interpretatur, primum ex ephoris, sive ἐπώνυμον, manifesto significabat : ita olympiadum Ἀναγραφῆς Auctor, Χείλων πρῶτος Ἔφορος. Laertius in Chilone

| Olymp. | Persarum. | Macedonum. | Jud. Captivitas. | Ægyptior. | Romanorum. | Lydorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | diretur, imperfectum opus usque ad Darium permansit, solo altari consistente. Prophetabant [a] Aggæus et Zacharias, quo tempore Jesus filius Josedech, et Zorobabel regii generis filius Salathiel, clari habentur, qui et principes fuerunt eorum qui regressi sunt in Judæam. | | | | |
| | 2 | 24 | 32 | 9 | 23 | 4 | |
| | 3 | 25 | 33 | 10 | 24 | 5 | |
| | 4 | 26 | 34 | 11 | 25 | 6 | 1460 |
| 56 | 5 | 27 | 35 | 12 | 26 | 7 Xenophanes [b] Colophonius clarus habetur. | |
| | 6 | 28 | 36 | 13 | 27 | 8 | |
| | 7 | 29 | 37 | 14 | 28 | 9 Ea quæ de [c] Crœso memorantur, quomodo tentarit oraculum. | |
| | | *Macedonum IX, AMYNTAS, an. 50.* | | | | | |
| | 8 | 1 | 38 | 15 | 29 | 10 | |
| 57 | 9 | 2 | 39 | 16 | 30 | 11 | |
| | 10 | 3 | 40 | 17 | 31 | 12 Crœsus adversus [d] Cyrum bellum init. | |
| | 11 | 4 | 41 | 18 | 32 | 13 | |
| | 12 | 5 | 42 | 19 | 33 | 14 | |
| 58 | 13 | 6 | 43 | 20 | 34 | 15 Thales moritur. [e] Templum Apollinis Delphici secunda vice incensum. Cyrus Sardeis cepit. Crœsus [f] a Cyro captus est: et Lydorum regnum destructum est, quod stetit an. 130. Harpagus, qui apud Cyrum primi loci habebatur, adversus Ioniam dimicat. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων θ', ἐβασίλευσεν ἈΜΥΝΤΑΣ ἔτη ν' [Ed. βμ'], Ex Syncell. pag. 197.

Προεφήτευον... Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας, καθ' οὓς ἐν Περσίδι Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ἱερεὺς ἐγνωρίζετο καὶ Ζοροβάβελ, ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ, βασιλικοῦ γένους ὤν, οἳ καὶ ἡγήσαντο τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανόδου. Chr. Pasch. p. 114.

Ξενοφάνης... ἐγνωρίζετο. Ex Syncell. pag. 190.

Κροῖσος ἐπὶ Κῦρον ἐστράτευσεν. Ex Chr. Pasch. p. 115.

Θαλῆς... ἀπέθανε. Chronic. Pasch. ibidem.

Κῦρος Σάρδεις εἷλεν. Syncell. pag. 190.

Κροῖσος κατὰ Κύρου στρατεύσας, ἥλω σὺν τῇ Λυδῶν βασιλείᾳ διαρκεσάσῃ ἔτη σλβ'. Syncell. pag. 191.

Ἅρπαγος εὐδοκιμῶν παρὰ Κύρῳ κατὰ τῆς Ἰωνίας ἐστράτευσεν. Syncell. pag. 190.

## NOTÆ.

Vita lib. I, sect. 68, cum tradit olympiade 56 ephorum constitutum: Pamphila vero apud eumdem olympiade 55, archonte Athenis Euthydemo.

[a] Hanc Scaliger in duas periochas dispertiens, priorem partem, *Prophetabant Aggæus et Zacharias*, ad primum hujusce Olympiadis annum: alteram, *eo tempore Jesus filius Josedech*, etc., post quinque annos retulit. Parmensis ms. et veteres plerique omnes editi libri cum Pontacena atque adeo nostra recensione faciunt.

[b] Apud Scaligerum Xenophanes post tres annos refertur. Eum iterum Eusebius cum Simonide ac Phocylide inferius recenset. Natum dicunt olympiade 40 Apollodorus apud Clementem Strom. I, et Sextus Empiricus contra Mathem. cap. 12. Vixisse autem centum annis amplius, docet Censorinus de die Natali cap. 15. Recte adeo Eusebius utroque loco ejus meminit. Vide Laertium lib. IX, sect. 19.

[c] Atque hæc post duos annos Scaliger refert, legitque, *quomodo tentaret oracula*, *his fuere temporibus*. Schurzfleischius hanc periocham putat de suo Hieronymum addidisse, quod probabile mihi quidem non fit. Tempus convenit cum Herodoti narratione lib. I, cap. 47, cum ait Crœsum quasi muneribus A deos corrupturum, amplissima dona maxime Delphos misisse. Notum et ambiguum oraculum Pythiæ, Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

[d] Si de commissa ad Pteriam, qui locus est juxta Synopen, pugna intelligas, videatur Eusebius duos saltem annos huic bello tribuere; sed primos fortasse motus voluit significare, quando Halyn fluvium Crœsus cum exercitu obviam Cyro iterum trajecit.

[e] Pontacus huc transferri hanc periocham jussit, ut

[f] Qui contra Eusebium cum Scaligero Crœsi captivitatem, Lydorumque regni destructionem post duos adhuc annos differunt, id est in exitu hujus olympiadis, ineunte 59 Sosicratis apud Laertium testimonio nituntur, qui Periandrum obiisse quadraginta annis ante Crœsum tradit. Et sane haud scio, quam bene possint Sosicratis verba accipi de Crœsi morte, non ut alii exponunt, captivitate: non enim eo quo captus, ac regno spoliatus est, anno Crœsus interiit: quin immo vita donatus a Cyro, ac summo B postea in honore est habitus. De Harpago, ejusque in Ioniam expeditione consule Herodotum lib. I, cap. 161.

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedonum.* | *Judæ. Captivitas.* | *Ægyptiorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | *Romanorum VII*, *TARQUINIUS*, *an.* [d] 35. Tarquinius Superbus excogitavit vincula taurea [*F. leg.:* vincula, *taureas*], fustes, [e] compedes, catenas latomias, carceres, exsilia, metalla. Tarquinius [f] Superbus, socero Servio occiso, arripuit imperium. Volscos, Gabios, Suessam, Pometiam subegit : et cum oppugnaret Ardeam, causa Tarquinii junioris filii sui, qui Lucretiam corruperat, regno exclusus est. | |
| | 14 | 7 | 44 | 21 | 1 | 1470 |
| | 15 | 8 | 45 | 22 | 2 | |
| | 16 | 9 | 46 | 23 | 3 | |
| 59 | 17 | 10 Theognis [a] poeta clarus habetur. | 47 | 24 | 4 | |
| | 18 | 11 Pisistratus [b] secunda vice Athenis regnat. | 48 | 25 | 5 | |
| | 19 | 12 | 49 | 26 | 6 | |
| | 20 | 13 Pherecides [c] histori- | 50 | 27 | 7 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Θέογνις ποιητὴς ἐγνωρίζετο. Chron. Pasch. p. 115.

Πεισίστρατος Ἀθηναίων τὸ δεύτερον ἐβασίλευσεν. Syncell. pag. 190.

Φερεκύδης ἱστοριοποιὸς ἐγνωρίζετο, Πυθαγόρου διδάσκαλος. Syncell. ibidem.

Ῥωμαίων ζʹ, ἐβασίλευσεν ΤΑΡΚΥΝΙΟΣ Σούπερβος ἔτη λεʹ. Ex Syncell. pag. 189.

Ταρκύνιος Σούπερβος ἐξεῦρε δεσμὰ, μάστιγας, ξύλα, εἱρκτὰς, φυλακὰς, κλοιοὺς, πέδας, ἀλύσεις, ἐξορίας, μέταλλα. Cedren pag. 119.

Ταρκύνιος Σούπερβος... Σέρβιον Τοῦλλον κηδεστὴν οἰκεῖον ὄντα ἀνελὼν, κ. τ. λ. Sync. pag. 189.

Αὐτὸς διὰ Ταρκύνιον τὸν ἴδιον παῖδα μοιχεύσαντα Λουκρετίαν, κ. τ. λ. Ex Syncell. pag. 189.

## NOTÆ.

ut et subsequentem, *Cyrus Sardeis capit :* quarum illa ante quatuor, hæc proxime superiori anno habebantur. Scaliger illam ad num. Lydorum 14, hanc post alios tres annos distulit. Historiam quod pertinet, de Templi Delphici incendio, Schurzfleischius consentit, si Pausaniam Phocic. c. 5 sequimur, contigisse hoc olympiadis 58 anno primo, atque adeo historiam ad num. 1469 esse referendam. Tamen Pausanias τέταρτον ἐν Δελφοῖς ναὸν vocavit, ut adeo secunda vice id non acciderit. Sentit Scaliger denotari ab Eusebio factum Pisistratidarum, qui templum illud incenderunt, ut Philochorus apud Pindari Scholiasten ad Od. 7 Pyth. docet. Instauratum est haud multo post ab Alcmæonidis. Vide Terpsichorem Herodoti. Dictum de Thalete superius, quam periocham Scaliger duobus annis antevertit. De Sardium expugnatione confer secum invicem quæ Herodotus lib. I et quæ Xenophon. lib. VII Cyropæd. tradunt, Polyænum quoque lib. VII, cap. 8, etc.

[a] In vetustioribus editis libris *Theognus*. Ne actum agam, vide Fabricium Bibliothec. Græc. lib. I, cap. 11. Schurzfleischius quoque monet ejus poetæ γνώμας, quas Stephanus in ΜΕΓΑΡΑ παραινέσεις, Thucydidis vero Scholiasta ὑποθήκας vocat, haberi quidem hodieque, sed mutilas passim, et interpolatas, atque etiam Theognidis nomen sæpius mentientes.

[b] Scaliger Pisistratum quinquennio ante refert. Eusebius videbatur tertium dicere debuisse, Athenas a Pisistrato occupatas. Vide Herodotum in Cleio cap. 62, Aristotelem Politicor. lib. V, cap. 12, cum primis vero Perizonium ad Æliani lib. III, cap. 21.

[c] Post duos annos, sive ad numer. Macedon. 15, hunc Scaliger locat, qui et verba *Pythagoræ magister* prætermittit, tametsi in Græco esse, minime diffiteatur. Primus Palatinus ms. atque editi vetustiores libri, referente Schurzfleischio, subsequenti proxime anno ascribunt. Rectius Pontacena atque adeo nostra editio juxta Laertium κατὰ τὴν νθʹ ὀλυμπιάδα refert. Natum eum scribit ex antiquis chronographis Suidas olympiade 45. Castigat Scaliger Tzetzem, qui Assyrium, Schurzfleischius Eustathium, qui Babylonium Pherecidem hunc dicunt. Fuisse eum Pythagoræ magistrum, testatur etiam Cicero de Divinat. cap. 50, Apuleius in Floridis, et, ut alios præteream, Jamblicus : quamquam iste cum ex Italia in Delum rediisse Pythagoram scribit, ut præceptorem suum curaret, non persuadet, refragantibus Dicæarcho, Porphyrio, atque aliis, qui Pherecidem tradunt, antequam Samo Pythagoras decederet, diem suum obiisse.

[d] Solos ei 25 dant Livius et Dionysius : qui vero Servio Tullio 34 impertiuntur, iidem cum Eusebio 35 huic tribuunt. Syncellus 24 numerat, quod et Petavio placet lib. X de Doct. Temp. cap. 22, ita tamen ut anno 25 fuisse eum regno pulsum velit.

[e] Duo hæc verba *compedes*, *catenas*, ut et postremum *metalla*, cum pridem abessent in Pontacena editione

[f] Hæc apud Scaligerum periocha superiori alteri de Tarquinio præponitur, diciturque abs Hieronymo ex Eutropio addita. Schurzfleischius monet, in primo Palatino ms. et Sichardi editione legi *Suessam Pometiam subjecit*, tacito *sibi*, quod reciprocum sæpius in bonis Auctoribus dissimulari, notat ad Valerium Maximum Lipsius. Laudat idem de Suessa Pometia Livium lib. I, cap. 53, et Jornandem p. 20, nec non Strabonem lib. V, denique et consuli observationes Thomæ de Pinedo ad Stephanum jubet.

| Olymp. | Persarum. | Macedonum. | Judæ. Captivitas. | Ægyptiorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | cus Pythagoræ magister clarus habetur. | | | | |
| 60 | 21 . . . . . | 14 Hybicus [b] carminum scriptor agnoscitur. | 51. . . . . . | 28 . . . . . . | 8. . . . . . | |
| | 22 . . . . . | 15 . . . . . . . . . | 52. . . . . . | 29 . . . . . . | 9. . . . . . | |
| | 23 . . . . . | 16 Simonides lyricus, et Phocylides clari habentur, et Xenophanes physicus tragœdiarum [c] scriptor. | 53. . . . . . | 30 . . . . . . | 10. . . . . . | |
| | 24 . . . . . | 17 . . . . . . . . . | 54. . . . . . | 31 . . . . . . | 11. . . . . . | 1480 |
| 61 | 25 . . . . . | 18 . . . . . . . . . | 55. . . . . . | 32 . . . . . . | 12. . . . . . | |
| | 26 . . . . . | 19 . . . . . . . . . | 56. . . . . . | 33 . . . . . . | 13. . . . . . | |
| | 27 . . . . . | 20 Anacreon [d] Lyricus poeta agnoscitur. | 57. . . . . . | 34 . . . . . . | 14. . . . . . | |
| | 28 . . . . . | 21 . . . . . . . . . | 58. . . . . . | 35 . . . . . . | 15. . . . . . | |
| 62 | 29 . . . . . | 22 Apud [e] Samum tyrannidem exercent tres fratres Polycrates, Sylus, et Pantagnostus. | 59. . . . . . | 36 . . . . . . | 16. . . . . . | |
| | 30 Tomyris regina Massagetarum Cyrum [a] interfecit. | 23 . . . . . . . . . | 60. . . . . . | 37 . . . . . . | 17. . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τόμυρις γυνή, Μασσαγετῶν βασίλισσα, Κῦρον ἀνεῖλε. Chron. Pasch. pag. 115.

Σιμωνίδης... Φωκυλίδης, καὶ Ξενοφάνης φυσικὸς τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο. Syncell. p. 190.

Σάμου τύραννοι Πολυκράτης, καὶ Σύλλος, καὶ Παντάγνωστος ἀδελφοὶ γεγόνασιν. Syncell. pag. 190.

## NOTÆ.

editione, e mss. editisque aliis libris suffecimus. Pro *latonias* Scaliger *lautumias* legit, mss. *lautomias*, et *laotomias* habent. *Latumias* vocat Isidorus lib. v, cap. 27; et apud Livium lib. xxxii, cap. 26, *Triumviri Carceris Latumiarum* memorantur. Ita et Seneca lib. v Controvers. : *Nec quemquam vestrum decipiat nomen ipsum Latumiæ, minime lauta res est.* Quamquam ex alliteratione appareat rescribendum *Lautumiæ*. Quibus placet *Latomias* scribi, Festum laudant, et Varronem de L. L. lib. iv, Asconium quoque Pædian. in Ciceron. Action. in Verrem ii, lib. i : *Carcer Syracusis, Latomiæ autem lingua Siculorum lapidicinæ dicuntur, id est, loca cæsis lapidibus exsecta*, etc., etc. Vide lexicographos, et Pontaci Notas.

[a] Ita quidem memoriæ prodiderunt Herodotus, Diodorus Siculus, Justinus, Valerius Maximus. Contra Xenophon naturali morte inter suos Cyrum obiisse narrat lib. viii Cyropæd. Ctesias eum in prælio adversus Derbicas gravi accepto vulnere mortuum scribit. Alii alia, et Lucianus cum primis, qui eum ad centesimum usque annum vixisse docet in Macrobiis : ut in tanto Veterum de Cyri morte dissensu, nec, quæ sit propior ad verum opinio, constitui posse videatur.

[b] Recole, quæ superius diximus ad Hipponactem, quod nomen hic substituendum, Schurzfleischius contendit. Vide et Fabricium Bibliothec. Græc. tom. I, pag. 583, et Pontaci ad hunc locum Notas, Salmasium denique ad Solinum pag. 52, laudatum Schurzfleischio, qui et Vossium notat a Colomesio in Gallia Orientali pag. 141 vapulare, quod *Hippyn*, vel *Hipyn*, ut est videlicet apud Suidam, Ἶπυς, censuerit reponendum. In Parmensi, ut et aliis mss. non paucis hæc periocha desideratur : in primo Palatino scribitur *Hypicus*. De Simonide, ac Phocylide consule Fabricium, et Scaligerum, si lubet, in Notis. Nobis post tot, qui de iis egerunt, doctissimos criticos, crambem recoquere non libet. Confer tamen et subsequentem annotationem.

[c] Falso omnino, inquit Menagius in Notis ad Laertium; nihil enim tale de Xenophane ullus Veterum : quod ipsum et Scaliger, et Vossius observarunt. An scripserit Hieron. *elegiarum*, pro *tragœdiarum*? Ita sane videtur, et Laertius de illo, γέγραφε δὲ καὶ ἐν

A Ἔπεσι, καὶ Ἐλεγίας, καὶ Ἰάμβους. Elegiarum ejus meminit et Athenæus lib. viii, non longe ab initio. An vero Xenophanis nomen hic falso, pro alio obtruditur? Certe de Xenophane mentionem fecerat in superioribus Eusebius, sive Hieronymus : *Xenophanes Colophonius clarus habetur.* Schurzfleischius multo ad rem propius, cum præferat primus Palat. ms. *Simonides carminum scriptor lyricorum*, iterumque mox, *et Theophanes scriptor tragœdiarum, et physicus*, legi mavult, *Simonides carminum scriptor*, dempta voce, quæ e glossa esse videtur, *Lyricorum*, deinde e vestigio addi *et tragœdiarum*; videntur enim luxata esse verba, et huc referenda, non ad Xenophanem. Simonidem enim tragœdias scripsisse, auctor est Suidas, qui deprompsit istud ex Scholiis Comici ad Σφῆκας v. 1361.

[d] Differt hujus mentionem Scaliger post duos annos. Sed et Suidas eum refert ad *tempora Polycratis tyranni olymp.* 62, quamquam *alii sub Cyro et Cambyse eum fuisse volunt circa* 65 *olympiadem.*

B [e] In Scaligeri editione ad secundum subsequentis olympiadis annum hæc differuntur. In Pontacena autem, et vetustioribus, ut et primo Palatino ms, *Sylus* legebatur pro *Syloson*, quod nomen restituit ante nos Scaliger, scribuntque pari consensu Veteres, Herodotus in Thalia c. 149, Strabo lib. xiv, Zenobius Parœmiograph, Ælianus Var. Hist. lib. iv, atque alii. Attamen et in Græco penes Syncellum textu, quem laudamus, et quem ab Eusebio totidem verbis eum descripsisse apparet, est Σύλλος, quo etiam vocabulo appellatum tyrannum hunc fuisse, nonnemo existimabit. Fugit locus iste Schurzfleischium, qui nihil de Sylosonte haberi ait apud Syncellum, deque solo Polycrate mentionem esse : dubitatque adeo, an tres illi fratres simul exercuerint tyrannidem, quin etiam mavult statuendum esse contrarium. Ego, tametsi solum Polycratem scio ab Lydiæ satrapa perfide occisum, et cruci suffixum, non video quid hoc Eusebianæ sententiæ obsit, cum facile
C potuerint reliqui duo fratres proditoris manus effugere, aut non adeo essent illi odio, quod in tyrannide exercenda secundas tertiasque partes agerent. Tertius Scaligero dicitur *Pantagnotus*, et Græce Παντόγνωτος.

| Olymp. | Persarum. | Macedonum. | Judæ. Captivitas. | Ægyptiorum. | Romanorum | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | Persarum II, CAMBYSES, an. [a] 8. (Cambisen istum aiunt ab Hebræis secundum Nabuchodonosor [b] vocari, sub quo Judith historia conscribitur.) | | | | | |
| | 1 | 24 | 61 | 58 | 18 | |
| | 2 | 25 Samii [c] Dicæarchiam condiderunt, quam nunc Puteolos vocant. | 62 | 59 | 19 | |
| 65 | 3 | 26 | 63 | 40 | 20 | |
| | 4 | 27 | 64 [f] Apud Hebræos pontifex maximus Jesus filius Josedech, et princeps gentis Zorobabel; qui eos regnabat, clari habentur. | 41 | 21 | 1490 |
| | 5 | 28 | 65 | 42 | 22 | |
| | 6 | 29 Pythagoras [d] physicus philosophus clarus habetur. | 66 | Ægypti XXVII dynastia, in qua Persarum rex : | 23 | |
| 64 | 7 | 30 Hipparchus [e] et Hippias Athenis tyrannidem exercent. | 67 | obtinuit quippe Ægyptum Cambyses in anno | 24 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν ἐβασίλευσε δεύτερος ΚΑΜΒΥΣΗΣ ἔτη η'. Chron. Pasch. p. 115.

Καμβύσην φασὶν παρ' Ἑβραίοις δεύτερον Ναβουχοδονόσορ καλεῖσθαι, ἐφ' οὗ τὴν κατὰ Ἰουδὶθ ἱστορίαν λέγουσιν γεγενῆσθαι. Idem pag. 116.

Πυθαγόρας φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο. Chronic. Pasch. pag. 115.

Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ἱερεύς, ἐγνωρίζετο, καὶ Ζοροβάβελ... οἳ καὶ ἡγήσαντο, κ. τ. λ. Chronic. Paschal. pag. 114.

Εἰκοστὴ ἑβδόμη δυναστεία Περσῶν βασιλέων η'. Πρῶτος Καμβύσης ἔτει πέμπτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη γ'. Euseb. apud Sync. pag. 61.

## NOTÆ.

[a] Enucleatius facit Herodotus lib. III, c. 66, Cambysi tribuens τὰ πάντα ἑπτὰ ἔτεα καὶ μῆνας πέντε, *septem omnino annos et menses quinque*. In Clemente, qui novemdecim ei dat, error librarii videtur scribentis. Καμβύσης δεκαεννέα, pro Καμβύσης δὲ ἐννέα, id est *novem*. Magorum scilicet ante Darium regno septem mensium una computato. Nisi si ducit ille exordium a primo Persici imperii anno, ex quo regium nomen Cyrus Cambysi filio attribuerat.

[b] Mirum hoc de Hebræis videtur Scaligero, qui eis contendit, non aliunde, quam a Christianorum codice aliquid de Judithæ historia innotuisse. Mihi mirum hoc magis, siquid post Christi tempora Hebræi de nostris libris acceperint. Occurrit tamen ejus mentio in codice Megillath Thainith, ut ipsi Hebræi judicant, antiquissimo. Sunt et apud Seldenum de Synedriis lib. III, cap. 13, Gedaliæ verba, quæ ita sonant, *Postquam in desuetudinem abierat Megillath Thainith, consenserunt sapientes sæculi illius, ut conjungerentur lætitiæ Encæniorum* דבר יהודית, *res Judithæ quandocumque ea fuerit*, etc. Vide et Wolfii Bibliothec. Hebr. p. I, p. 459, etc. Porro Eusebius videtur hæc accepisse ab Africano, qui ita sentit apud Suidam ad nomen *Judith*. Concessere autem postmodum in eam sententiam cum Suidas ipse, tum Beda, Rhabanus, Otho Frisingensis, Hugo cardinalis, Lyranus, Auctor Historiæ Scholasticæ, atque alii. Etiam S. Augustinus lib. XVIII de Civit. Dei cap. 26, tametsi nomen principis, sub quo historia contigerit, silet : huc tamen se referre satis indicat, quod ponit Darium inter et Cyrum, quos inter unus Cambyses regnavit. Nec tamen dissimulamus, quibus illa potissimum urgetur difficultatibus; nam primo quidem sub Cambyse regni metropolis non Ninive, sed Babylon fuit : deinde quod dicitur Nabuchodonosor *tertio decimo* regni sui anno expeditionem in Arphaxadum suscepisse, Cambysi haud convenit, qui solis octo, ut summum, regno potitus est : denique ut alia omittam, loca quæ scribitur Holophernes regi suo subjecisse, jam parebant antea Cambysi, ne Judæa quidem excepta. At scimus nostrarum partium non esse, latius hæc persequi : ac porro difficillimum ejus historiæ, si ad exoticorum monumenta comparetur, tempus perscribere. Doctissimi e recentioribus dissident hac de re invicem, Bellarminus, Petavius, Usserius, Montfauconius, atque alii.

[c] Varia in mss. editisque libris sedes hæc obtinent. Primus Palat. refert biennio ante, cum Pontaco Sichardus, vetustioresque editi faciunt. Parmensis cum plerisque aliis mss. post duos annos, Scaliger post octo integros differt. De colonia ipsa Dicæarchia, quam Samii Polycratis tyrannidem fugientes condiderint, gemina Eusebianis habet Stephani Epitome, Δικαιάρχεια πόλις Ἰταλίας. Ταύτην δέ φασιν κεκλῆσθαι Ποτιόλους. Vide et Cellarium lib. II, p. 673.

[d] Ad primum usque olymp. 65 annum differt Pythagoræ mentionem Scaliger. Cœpisse autem eum inclarescere circa olymp. 62 testatur et Clemens Stromat. I, quem passim Eusebius sequitur. In Pontacena edit. minus recte erat *physicus clarus philosophus*. Vide Laertium lib. VIII, etc.

[e] Atque hos fratres, Pisistrati filios, Scaliger refert post quatuor annos. Vide Ælianum Var. Hist. lib. VIII, ejusque doctissimum interpretem Perizonium.

[f] Hanc vero periocham de Jesu pontifice, etc., Scaliger tribus annis anteponit; tum verba, *qui eos regnabat*, quæ et nostri mss. habent, omittit. S. Prosper cum Pontacena atque adeo nostra recensione penitus facit.

| Olymp. | Persarum. | Macedonum. | Judæ. Captivitas. | Ægyptiorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | 8 . . . . . | 31 . . . . . . . . . | 68 Prophetabant [b] apud Hebræos novissimi Aggæus, Zacharias et Malachias. | *quinto regni sui usque ad Darium filium Xerxis an.* 111. | 25. . . . . . | |
| | *Persarum III, duo fratres Magi, menses* [a] 7. | | | | | |
| | 1 . . . . . | 32 . . . . . . . . . | 69. . . . . . | | 26. . . . . . | |
| | *Post quos DARIUS, IV, an.* 36. | | | | | |
| | 1 . . . . . | 53. . . . . . . . . | 70. . . . . . | | 27. . . . . . | |

Secundo anno [c] Darii regis, Templum in Jerosolymis exstruitur a Zorobabel, consummaturque opus anno quarto. Remissio quidem captivitatis Judæorum, et venia Templi ædificandi sub Cyro exordium habuit : consummatur vero Templum sub Dario; quia vicinæ gentes assiduis incursionibus ædificationem impedierant.

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν τρίτοι ἐβασίλευσαν δύο ἀδελφοὶ... μῆνας ζ. Chron. Pasch. pag. 116.

Περσῶν τέταρτος ἐβασίλευσε ΔΑΡΕΙΟΣ ἔτη λς'. Chronic. Pasch. ibidem.

Προεφήτευον ὕστατοι προφητῶν Ἀγγαῖος, Ζαχαρίας, καὶ Μαλαχίας. Syncell. pag. 191.

Ἔτους δευτέρου Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου... ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼς οἰκοδομεῖται ὑπὸ Ζοροβάβελ, τελειοῦται δὲ ἐν ς' ἔτεσιν... Καὶ κατὰ μὲν Κῦρον, ἡ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐλευθερία γίνεται, καὶ ἡ συγχώρησις τῆς τοῦ ἱεροῦ οἰκοδομῆς. Εἰς ἔργον δὲ χωρεῖ, καὶ τελειοῦται ὁ νεὼς κατὰ τὸ η' ἔτος Δαρείου..... τῶν περιοίκων ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τὴν οἰκοδομὴν ἐπισχόντων. Chron. Pasch. pag. 116.

## NOTÆ.

[a] Vitio tamen vertit Eusebio Syncellus, quod septem hos menses pro anno computarit. Vide illum pag. 181. Quod subsecuto Dario annos quadraginta sex Clemens tribuit, fortasse scribarum est mendum.

[b] Denuo S. Prosper recensionem hujus loci suffragio suo comprobat. Scaliger econtrario post tres annos, sive ad primum olymp. 65 distulit.

[c] Hujus utique Hystaspidæ, quantumvis Scaliger reluctetur, et sub Dario Notho, ejusque anno sexto, numero scilicet 1594, hoc demum velit gestum referri : et, quæ ejus est confidentia, perinde ac ratum firmumque sit, quod illi venit in mentem, de prochronismo ann. 95, Eusebium accusare audeat. At enim ipse, cumque eo alii cætera docti chronologi contra temporum rationes peccant, nec sane potuit alius Darius, quam Hystaspis filius veniam Judæis Templi ædificandi fecisse. Quod ut uno argumento evincam : Darius, qui Esdræ c. v et vi captivitatem dicitur edito decreto remisisse, idem ille juxta ipsum Esdram omnino est, qui c. i Aggæi. itemque i et vii Zachariæ memoratur. Atqui iste minime potest cognominis Nothus existimari, siquidem a Templi destructione ad id temporis, quo regnum obtinuit, anni intercedunt 165; solos autem septuaginta Desolationis supputant cum Veterum monimenta omnia, tum divinus ipse Zacharias, ab incenso scilicet Templo ad ejus ex Darii venia reparationem. Non igitur Nothus, qui post annos 95 demum regnavit, sed Hystaspida Darius, qui Cambysi in Persarum regno successit, ille est, qui Captivitatem Judaicam solvit. Alia id genus argumenta apud alios recolas. Nobis est iterum castiganda Scaligeri confidentia, qui nullo auctore, nulloque teste, pronuntiat, Hieronymum ex hac pericope ea mutilasse, sine quibus ἐπιχείρημα Eusebii intelligi non potest, quo magnas moles excitavit, ut finem ann. 485 initio Herodis terminaret. Potest enimvero sola Græci textus qui superest, comparatio, Hieronymianæ versionis integritatem asserere. Asserit autem eo evidentius Sancti ipsius Interpretis locus in præfatione Commentariorum in Aggæum tomo operum ejus VI, p. 735 : certo certius ex isto Eusebiano expressus, quem operæ pretium est hic apponere ea etiam de causa, quod quam sibi inde lucem mutuatur, ipsi invicem Eusebio afferat : *Secundo*, inquit, *anno Darii regis Persarum, filii Hystaspis, septuagesimum annum desolationis Templi fuisse completum, quem Jeremias vaticinatus est, Zacharias quoque propheta testis est : qui cum Visionis suæ titulum in secundo anno ejusdem regis, undecimo mense Sabat, vigesima quarta die præposuisset, adjecit dicens : Domine exercituum, usque quo non misereberis Jerusalem et urbium Juda, quibus iratus es? Iste septuagesimus annus est. Sed Ezras, exstructo tantum altari et jactis fundamentis Templi, ad litteras regis Artaxerxis prohibitum opus refert : Tunc intermissum est opus Dei in Jerusalem, et non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum. Statimque addidit: Prophetarunt autem Aggæus propheta, et Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos, qui erant in Judæa et Jerusalem in nomine Domini Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salatiel, et Jesus filius Josedech, et cœperunt ædificare Templum Dei in Jerusalem, et cum eis prophetæ Dei adjuvantes eos. Quo tempore apud Romanos septimus a Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habens annum imperii vicesimum septimum, qui post octo annos expulsus est a Bruto; ac deinde rempublicam per annos quadringentos sexaginta quatuor, usque ad Julium Cæsarem, consules administraverunt.* Hunc porro locum cum Eusebiano contulit summa diligentia, atque exposuit cl. Joannes Vander Haagen in Observationibus ad Chronicon Prosperi p. 102 et seqq. (quem librum, ut et alios quatuor chronologicarum dissertationum, doctos sane et laboriosos, dono ad me misit); cujus adeo ipsa verba, tametsi paulo prolixiora, ascribere non pigebit. Non, inquit, putandum est, Hieronymum illa verba, e Zachariæ prophetia adducta, *iste septuagesimus annus est*, ita accipere, ac si Darii annus secundus, et desolationis Templi septuagesimus in totum concurrerent, et pari passu ambularent, ac proinde quoque Tarquinii Superbi annus 27 cum utroque in totum concurreret. Contrarium enim patet ex ejus Commentario in prophetiam Zachariæ, ubi illa verba, *iste septuagesimus annus est*, sic explicat, *cum secundum promissa tua captivitatis tempus expletum sit*, ita ut hæc verba contineant argumentum ad urgendam illam querelam, *Quousque, Domine, non misereberis*, etc., quasi Deus longe ultra tempus præstitutum misericordiam illam differret. Confer quoque quæ commentatur in Zachariæ cap. i, vers. 1, in initio.

Fateor, verba Hieronymi videntur hoc inferre, si res historice consideretur, desolationis Templi ann. 70 expletum fuisse anno Darii secundo jam labente : saltem hoc certum est, ædificationem Templi cœptam esse anno Darii 2 jam labente. Nam anno Darii 2 jam labente, mense anni Judaici 6, die mensis 1, nondum cœperant ædificare Templum, sed ad hoc opus aggrediendum propheta exhortatur. Haggæi cap. i, etc. In ejusdem autem mensis 6, die 24, hoc opus aggressi sunt, et ædificatio Templi cœpta est. Haggæi i, 14, et ii, 1, 2, 4, 11, mensis 9, die 24, labe-

| Olymp. | Persarum. | Macedonum. | Judææ Captivitas. | Ægyptiorum. | Romanorum | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | Persarum II, CAMBYSES, an. [a] 8. (Cambisen istum aiunt ab Hebræis secundum Nabuchodonosor [b] vocari, sub quo Judith historia conscribitur.) | | | | | |
| | 1 | 24 | 61 | 38 | 18 | |
| | 2 | 25 Samii [c] Dicæarchiam condiderunt, quam nunc Puteolos vocant. | 62 | 39 | 19 | |
| 63 | 3 | 26 | 63 | 40 | 20 | |
| | 4 | 27 | 64 [f] Apud Hebræos pontifex maximus Jesus filius Josedech, et princeps gentis Zorobabel; qui eos regnabat, clari habentur. | 41 | 21 | 1490 |
| | 5 | 28 | 65 | 42 | 22 | |
| | 6 | 29 Pythagoras [d] physicus philosophus clarus habetur. | 66 | *Ægypti XXVII dynastia, in qua Persarum rex: obtinuit quippe Ægyptum Cambyses in anno* | 23 | |
| 64 | 7 | 30 Hipparchus [e] et Hippias Athenis tyrannidem exercent. | 67 | | 24 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*Περσῶν ἐβασίλευσε δεύτερος* ΚΑΜΒΥΣΗΣ *ἔτη η'*. Chron. Pasch. p. 115.

*Καμβύσην φασὶν παρ' Ἑβραίοις δεύτερον Ναβουχοδονόσορ καλεῖσθαι, ἐφ' οὗ τὴν κατὰ Ἰουδὶθ ἱστορίαν λέγουσιν γεγενῆσθαι.* Idem pag. 116.

*Πυθαγόρας φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο.* Chronic. Pasch. pag. 115.

*Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ ἱερεύς, ἐγνωρίζετο, καὶ Ζοροβάβελ... οἳ καὶ ἡγήσαντο, κ. τ. λ.* Chronic. Paschal. pag. 114.

*Εἰκοστὴ ἑβδόμη δυναστεία Περσῶν βασιλέων η'. Πρῶτος Καμβύσης ἔτει πέμπτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐβασίλευσεν Αἰγύπτου ἔτη γ'.* Euseb. apud Sync. pag. 61.

## NOTÆ.

[a] Enucleatius facit Herodotus lib. III, c. 66, Cambysi tribuens *τὰ πάντα ἑπτὰ ἔτεα καὶ μῆνας πέντε*, *septem omnino annos et menses quinque*. In Clemente, qui novemdecim ei dat, error librarii videtur scribentis. *Καμβύσης δεκαεννέα*, pro *Καμβύσης δὲ ἐννέα*, id est *novem*. Magorum scilicet ante Darium regno septem mensium una computato. Nisi si ducit ille exordium a primo Persici imperii anno, ex quo regium nomen Cyrus Cambysi filio attribuerat.

[b] Mirum hoc de Hebræis videtur Scaligero, qui eis contendit, non aliunde, quam a Christianorum codice aliquid de Judithæ historia innotuisse. Mihi mirum hoc magis, siquid post Christi tempora Hebræi de nostris libris acceperint. Occurrit tamen ejus mentio in codice Megillath Thainith, ut ipsi Hebræi judicant, antiquissimo. Sunt et apud Seldenum de Synedriis lib. III, cap. 13, Gedaliæ verba, quæ ita sonant, *Postquam in desuetudinem abierat Megillath Thainith, consenserunt sapientes sæculi illius, ut conjungerentur lætitiæ Encæniorum* דבר יהודית, *res Judithæ quandocumque ea fuerit*, etc. Vide et Wolfii Bibliothec. Hebr. p. I, p. 459, etc. Porro Eusebius videtur hæc accepisse ab Africano, qui ita sentit apud Suidam ad nomen *Judith*. Concessere autem postmodum in eam sententiam cum Suidas ipse, tum Beda, Rhabanus, Otho Frisingensis, Hugo cardinalis, Lyranus, Auctor Historiæ Scholasticæ, atque alii. Etiam S. Augustinus lib. XVIII de Civit. Dei cap. 26, tametsi nomen principis, sub quo historia contigerit, silet: huc tamen se referre satis indicat, quod ponit Darium inter et Cyrum, quos inter unus Cambyses regnavit. Nec tamen dissimulamus, quibus illa potissimum urgetur difficultatibus; nam primo quidem sub Cambyse regni metropolis non Ninive, sed Babylon fuit: deinde quod dicitur Nabuchodonosor *tertio decimo* regni sui anno expeditionem in Arphaxadum suscepisse, Cambysi haud convenit, qui solis octo, ut summum, regno potitus est: denique ut alia omittam, loca quæ scribitur Holophernes regi suo subjecisse, jam parebant antea Cambysi, ne Judæa quidem excepta. At scimus nostrarum partium non esse, latius hæc persequi: ac porro difficillimum ejus historiæ, si ad exoticorum monumenta comparetur, tempus perscribere. Doctissimi e recentioribus dissident hac de re invicem, Bellarminus, Petavius, Usserius, Montfauconius, atque alii.

[c] Varia in mss. editisque libris sedes hæc obtinent. Primus Palat. refert biennio ante, cum Pontaco Sichardus, vetustioresque editi faciunt. Parmensis cum plerisque aliis mss. post duos annos, Scaliger post octo integros differt. De colonia ipsa Dicæarchia, quam Samii Polycratis tyrannidem fugientes condiderint, gemina Eusebianis habet Stephani Epitome, *Δικαιάρχεια πόλις Ἰταλίας. Ταύτην δέ φασιν κεκλῆσθαι Ποτιόλους.* Vide et Cellarium lib. II, p. 673.

[d] Ad primum usque olymp. 65 annum differt Pythagoræ mentionem Scaliger. Cœpisse autem eum inclarescere circa olymp. 62 testatur et Clemens Stromat. I, quem passim Eusebius sequitur. In Pontacena edit. minus recte erat *physicus clarus philosophus*. Vide Laertium lib. VIII, etc.

[e] Atque hos fratres, Pisistrati filios, Scaliger refert post quatuor annos. Vide Ælianum Var. Hist. lib. VIII, ejusque doctissimum interpretem Perizonium.

[f] Hanc vero periocham de Jesu pontifice, etc., Scaliger tribus annis anteponit; tum verba, *qui eos regnabat*, quæ et nostri mss. habent, omittit. S. Prosper cum Pontacena atque adeo nostra recensione penitus facit.

| Olymp. | Persarum. | Macedonum. | Judæ. Captivitas. | Ægyptiorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | 8 . . . . . | 31 . . . . . . . . . | 68 Prophetabant [b] apud Hebræos novissimi Aggæus, Zacharias et Malachias. | quinto regni sui usque ad Darium filium Xerxis an. 111. | 25. . . . . . | |
| | Persarum III, duo fratres Magi, menses [a] 7. | | | | | |
| | 1 . . . . . | 32 . . . . . . . . . | 69. . . . . . | | 26. . . . . . | |
| | Post quos DARIUS, IV, an. 36. | | | | | |
| | 1 . . . . . | 33 . . . . . . . . . | 70. . . . . . | | 27. . . . . . | |

Secundo anno [c] Darii regis, Templum in Jerosolymis exstruitur a Zorobabel, consummaturque opus anno quarto. Remissio quidem captivitatis Judæorum, et venia Templi ædificandi sub Cyro exordium habuit : consummatur vero Templum sub Dario; quia vicinæ gentes assiduis incursionibus ædificationem impedierant.

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν τρίτοι ἐβασίλευσαν δύο ἀδελφοί... μῆνας ζ'. Chron. Pasch. pag. 116.

Περσῶν τέταρτος ἐβασίλευσε ΔΑΡΕΙΟΣ ἔτη λς'. Chronic. Pasch. ibidem.

Προεφήτευον ὕστατοι προφητῶν Ἀγγαῖος, Ζαχαρίας, καὶ Μαλαχίας. Syncell. pag. 191.

Ἔτους δευτέρου Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου... ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼς οἰκοδομεῖται ὑπὸ Ζοροβάβελ, τελειοῦται δὲ ἐν ς' ἔτεσιν... Καὶ κατὰ μὲν Κῦρον, ἡ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐλευθερία γίνεται, καὶ ἡ συγχώρησις τῆς τοῦ ἱεροῦ οἰκοδομῆς. Εἰς ἔργον δὲ χωρεῖ, καὶ τελειοῦται ὁ νεὼς κατὰ τὸ η' ἔτος Δαρείου..... τῶν περιοίκων ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τὴν οἰκοδομὴν ἐπισχόντων. Chron. Pasch. pag. 116.

## NOTÆ.

[a] **Vitio tamen vertit Eusebio Syncellus**, quod septem hos menses pro anno computarit. Vide illum pag. 181. Quod subsecuto Dario annos quadraginta sex Clemens tribuit, fortasse scribarum est mendum.

[b] Denuo S. Prosper recensionem hujus loci suffragio suo comprobat. Scaliger econtrario post tres annos, sive ad primum olymp. 65 distulit.

[c] Hujus utique Hystaspidæ, quantumvis Scaliger reluctetur, et sub Dario Notho, ejusque anno sexto, numero scilicet 1594, hoc demum velit gestum referri : et, quæ ejus est confidentia, perinde ac ratum firmumque sit, quod illi venit in mentem, de prochronismo ann. 93, Eusebium accusare audeat. At enim ipse, cumque eo alii cætera docti chronologi contra temporum rationes peccant, nec sane potuit alius Darius, quam Hystaspis filius veniam Judæis Templi ædificandi fecisse. Quod ut uno argumento evincam : Darius, qui Esdræ c. v et vi captivitatem dicitur edito decreto remisisse, idem ille juxta ipsum Esdram omnino est, qui c. I Aggæi. itemque I et VII Zachariæ memoratur. Atqui iste minime potest cognominis Nothus existimari, siquidem a Templi destructione ad id temporis, quo regnum obtinuit, anni intercedunt 165; solos autem septuaginta Desolationis supputant cum Veterum monimenta omnia, tum divinus ipse Zacharias, ab incenso scilicet Templo ad ejus ex Darii venia reparationem. Non igitur Nothus, qui post annos 95 demum regnavit, sed Hystaspida Darius, qui Cambysi in Persarum regno successit, ille est, qui Captivitatem Judaicam solvit. Alia id genus argumenta apud alios recolas. Nobis est iterum castiganda Scaligeri confidentia, qui nullo auctore, nulloque teste, pronuntiat, Hieronymum ex hac pericope ea mutilasse, sine quibus ἐπιχείρημα Eusebii intelligi non potest, quo magnas moles excitavit, ut finem ann. 485 initio Herodis terminaret. Potest enimvero sola Græci textus qui superest, comparatio, Hieronymianæ versionis integritatem asserere. Asserit autem eo evidentius Sancti ipsius Interpretis locus in præfatione Commentariorum in Aggæum tomo operum ejus VI, p. 735 : certo certius ex isto Eusebiano expressus, quem operæ pretium est hic apponere ea etiam de causa, quod quam sibi inde lucem mutuatur, ipsi invicem Eusebio afferat : *Secundo*, inquit, *anno Darii regis Persarum, filii Hystaspis, septuagesimum annum desolationis Templi fuisse completum, quem Jeremias vaticinatus est, Zacharias quoque propheta testis est : qui cum Visionis suæ titulum in secundo anno ejusdem regis, undecimo mense Sabat, vigesima quarta die præposuisset, adjecit dicens : Domine exercituum, usque quo non mise-* A *reberis Jerusalem et urbium Juda, quibus iratus es? Iste septuagesimus annus est. Sed Ezras, exstructo tantum altari et jactis fundamentis Templi, ad litteras regis Artaxerxis prohibitum opus refert : Tunc intermissum est opus Dei in Jerusalem, et non fiebat usque ad annum secundum regni Darii regis Persarum. Statimque addidit: Prophetarunt autem Aggæus propheta, et Zacharias filius Addo, prophetantes ad Judæos, qui erant in Judæa et Jerusalem in nomine Domini Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salatiel, et Jesus filius Josedech, et cæperunt ædificare Templum Dei in Jerusalem, et cum eis prophetæ Dei adjuvantes eos. Quo tempore apud Romanos septimus a Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habens annum imperii vicesimum septimum, qui post octo annos expulsus est a Bruto; ac deinde rempublicam per annos quadringentos sexaginta quatuor, usque ad Julium Cæsarem, consules administraverunt.* Hunc porro locum cum Eusebiano contulit summa diligentia, atque exposuit cl. Joannes Vander Haagen in Observationibus ad B Chronicon Prosperi p. 102 et seqq. (quem librum, ut et alios quatuor chronologicarum dissertationum, doctos sane et laboriosos, dono ad me misit); cujus adeo ipsa verba, tametsi paulo prolixiora, ascribere non pigebit. Non, inquit, putandum est, Hieronymum illa verba, e Zachariæ prophetia adducta, *iste septuagesimus annus est*, ita accipere, ac si Darii annus secundus, et desolationis Templi septuagesimus in totum concurrerent, et pari passu ambularent, ac proinde quoque Tarquinii Superbi annus 27 cum utroque in totum concurreret. Contrarium enim patet ex ejus Commentario in prophetiam Zachariæ, ubi illa verba, *iste septuagesimus annus est*, sic explicat, *cum secundum promissa tua captivitatis tempus expletum sit*, ita ut hæc verba contineant argumentum ad urgendam illam querelam, *Quousque, Domine, non misereberis*, etc., quasi Deus longe ultra tempus præstitutum misericordiam illam differret. Confer quoque quæ commentatur in Zachariæ cap. I, C vers. 1, in initio.

Fateor, verba Hieronymi videntur hoc inferre, si res historice consideretur, desolationis Templi ann. 70 expletum fuisse anno Darii secundo jam labente : saltem hoc certum est, ædificationem Templi cœptam esse anno Darii 2 jam labente. Nam anno Darii 2 jam labente, mense anni Judaici 6, die mensis 1, nondum cœperant ædificare Templum, sed ad hoc opus aggrediendum propheta exhortatur. Haggæi cap. I, etc. In ejusdem autem mensis 6, die 24, hoc opus aggressi sunt, et ædificatio Templi cœpta est. Haggæi I, 14, et II, 1, 2, 4, 11, mensis 9, die 24, labe-

[a] Colligitur omne tempus captivitatis Judæorum annis 70 qui secundum quosdam, a tertio anno Joachim usque ad vicesimum annum Cyri regis Persarum computantur. Porro secundum alios, a Josia Judæorum regis anno 13, sub quo Jeremias prophetare cœpit, usque ad primum annum supradicti Cyri regis. Desolationis vero Templi sub Dario rege complentur anni 70. Clemens quoque his congruit in primo Stromate ita scribens : *Et perseveravit captivitas annis 70 usque ad secundum annum Darii filii Hystaspis, qui Persis, Assyriis, et Ægypto regnavit : sub quo Aggæus et Zacharias, et unus de duodecim, qui vocatur Angelus (Malachias), prophetaverunt, sacerdotioque functus est Jesus filius Josedech.* Hæc supradictus vir. Quod autem septuagesimus annus desolationis Templi altero anno Darii fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias propheta, secundo anno Darii dicens : *Domine omnipotens, quousque non misereberis Jerusalem et civitatibus Juda, quas despexisti ? Iste 70 annus est.*

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedonum.* | *Romanor.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| 2 Olymp. 65, in qua Persarum regis Darii filii Hystaspis fuit annus secundus. | 34 | Armodius et Aristogiton [b] Hipparchum tyrannum interfecerunt, et Leæna meretrix amica eorum, cum tormentis cogeretur, ut socios prodere.. linguam suam mordicus amputavit. | 28 | . . . |
| 3. . . . . . . . . . . . . . . | 35 . . . . . . . . . . . . . . |  | 29 | . . . |
| 4. . . . . . . . . . . . . . . | 36 . . . . . . . . . . . . . . |  | 30 | . . . |
| 5. . . . . . . . . . . . . . . | 37 . . . . . . . . . . . . . . |  | 31 | 1500 |
| 6 Templum Jerosolymis consummatur, prophetantibus apud Judæos Aggæo et Zacharia. | 38 . . . . . . . . . . . . . . |  | 32 | . . . |
| 7 . . . . . . . . . . . . . . | 39 . . . . . . . . . . . . . . |  | 33 | . . . |
| 8 . . . . . . . . . . . . . . | 40 . . . . . . . . . . . . . . |  | 34 | . . . |
| 9 . . . . . . . . . . . . . . | 41 . . . . . . . . . . . . . . |  | 35 | . . . |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Συνάδει δὲ τούτοις καὶ ὁ Κλήμης, ὁ ἐν τῷ πρώτῳ Στρώματι γράφων οὕτω· « Καὶ ἔμεινεν ἡ αἰχμαλωσία ἐπὶ |Chron. Pasch. tacet ἐπὶ| ἔτη ἑβδομήκοντα. Καταλήξασα εἰς τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου τοῦ Περσῶν, καὶ Ἀσσυρίων, καὶ Αἰγυπτίων γεγενημένου [Id. γενομένου| βασιλέως, ἐφ' οὗ Ἀγγαῖος καὶ Ζαχαρίας, καὶ ὁ ἐκ τῶν δώδεκα Ἄγγελος, προφητεύουσι | Id. comma hoc tacet], καὶ ἦν ἀρχιερεὺς Ἰησοῦς, ὁ τοῦ Ἰωσεδέκ. » Καὶ ταῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς ἀνήρ. Περὶ δὲ μέχρι δευτέρου ἔτους Δαρείου, τὸ ο' τῆς ἐρημίας τοῦ ἱεροῦ ἔτος παρατεῖναι. μάρτυς ἐχέγγυος ὁ προφήτης Ζαχαρίας, ἔτους δευτέρου Δαρείου, εἰπών· Κύριε παντοκράτορ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσεις τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα, ἃς ὑπερίδες; τοῦτο τὸ ο' ἔτος. Ex Clemente Strom. I, et Chronic. Pasch. pag. 116.

Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων Ἵππαρχον καὶ Ἱππίαν Ἀθηναίων τυράννους ἀνεῖλον. Chron. Pasch. pag. 117.

Καθ' οὓς Λέαινα ἡ ἑταίρα, ὑπ' αὐτῶν ἐταζομένη κατειπεῖν τοὺς συνομότας, τὴν ἑαυτῆς ἀπέτρησεν [*F. leg.* ἀποτέτμηκεν| γλῶσσαν. Syncell. pag. 190.

Ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼς τέλεον ἐπληρώθη. Chronic. Pasch. pag. 117.

## NOTÆ.

batur adhuc annus Darii 2. Haggæi immo mensis 11, Schebat, die 24 labebatur adhuc Darii annus 2, Zachariæ I, 7. Mensis autem Schebat est mensis 11 anni Judaici sacri a Nisan ineuntis : ut Gisleu mensis 9 est, Zachariæ VII, 1.

Ex his, sic historice consideratis, patet, Templi ædificationem cœptam esse circa autumnum, quia Nisan est mensis vernalis ; non anno Darii 2 exeunte, nam a die 24, mensis 6, quo ædificatio cœpit, usque ad diem 24 mensis 11, elapsi sunt menses integri quinque, labente adhuc eodem anno Darii 2.

Nihil in hac historia occurrit, quod non permittat statuere mensis 6 diem 1, qui incidit, in annum Darii 2 jam labentem, incidisse in hunc annum Darii 2, ineuntem.

Naturale est, desolationis Templi annos 70 concipere, ut elapsos ante ædificationem Templi cœptam.

Adeoque Eusebius (qui etiam hæc historice consideravit, ut ex ejus verbis, unde sua petiit Hieronymus, patet) in Canone suo (in quo per annos completos proceditur, et minutiæ temporum non curantur) recte annum Captivitatis, seu desolationis Templi 70 et annum 1 ab ædificatione Templi cœpta, ut duos diversos annos, a se invicem distinxit, et admodum concinne cum captivitatis 70, annum Darii 1, et cum Instaurationis Templi 1, annum Darii 2 composuit. Præsertim si cogitemus annos Eusebianos in ejus Chronico inire circiter ab autumno.

Neque credibile est, Hieronymum, qui ea, quæ hoc in loco dicit, ex Eusebii Chronico hausit, voluisse hac in re ab Eusebio dissentire.

Quod autem attinet illa Hieronymi verba : *Quo tempore apud Romanos Tarquinius superbus*, etc., ea, si re historice considerata, in omni suo ambitu sumantur, hunc sensum fundent, *quando annus desolationis Templi 40 labebatur, et anno Darii secundo jam labente explebatur, et eodem anno Darii secundo jam labente ædificatio Templi die 24 mensis 6 anni Judaici a Nisan ineuntis, incipiebat, eo tempore apud* A *Romanos septimus a Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habens annum imperii vigesimum septimum*, etc.

Cum autem Tarquinius Superbus possit dici *habere annum imperii* 27 ab illo imperii anno ineunte usque ad eumdem exeuntem : cumque, si res Canonice consideretur, ille annus 27, si ut iniens concipiatur, cum anno Darii 2, sin vero ut exiens concipiatur, cum Darii anno 1 componi possit ac debeat : merito quæritur, quomodo ex mente Hieronymi hic annus Tarquinii Superbi 27 concipiendus, et cum quo Darii anno componendus sit.

Ad quam quæstionem absque hæsitatione respondeo, hunc annum Tarquinii Superbi 27 concipiendum, ut exeuntem, et cum Darii anno 1 et captivitatis 70 componendum esse, ex mente Hieronymi.

Ratio prima hæc est : Quia Eusebius in Canone suo Chronico, Tarquinii Superbi 27 cum Darii anno 1 et Captivitatis 70 composuit, et non credibile est B Hieronymum hic ab Eusebio voluisse dissentire, cum ea, quæ hoc in loco dicit, ex Eusebii Chronico hauserit.

Ratio secunda hæc est : Quia Hieronymus addit, *qui post*

[a] Hæc ad Clementis usque testimonium Scaliger ante annos viginti collocat, quæ luxatione tamen laborare, ipsemet sentit. Mirum vero, quod Hieronymum ea mutilasse perperam, jactat, ex Græco restituenda, cum nec Græcum ipse quidem laudet, nec quæ habet his utcumque proxima Syncellus, Eusebiana verba omnino videri possint.

[b] Pervulgata historia est, quam recolas ex Thucydidis lib. VI, Aristotele Politic. V, Herodoto item V, Pausania in Atticis cap. 23, Athenæo lib. XIV, atque aliis. Justinus Dioclem pro Hipparcho nominat. Laudatur illa *Atheniensis meretrix*, suppresso nomine, iterum abs Hieronymo initio Commentar. in Epist. ad Ephesios, quem locum recitat Scaliger.

| Olymp. | Persarum. | Macedon. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| 67 | 10 | 42 | INITIUM [a] CONSULUM. Pulsis ab Urbe regibus, vix usque ad xv lapidem Roma tenebat imperium. Romanorum reges septem a Romulo usque ad Tarquinium Superbum imperaverunt annis 240, sive, ut quibusdam placet, [b] 243. Romæ post exactos Reges primum consules [c] duo a Bruto esse cœperunt; deinde tribuni plebis ac dictatores, et rursum consules rempublicam obtinuerunt per annos ferme 464 [d] usque ad Julium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium olympiade 183. | |
| | 11 | 43 | . . . . . . . . . . | |
| | 12 | 44 | . . . . . . . . . . | |
| | 13 | 45 | . . . . . . . . . . | |
| 68 | 14 | 46 | . . . . . . . . . . | |
| | 15 | 47 | . . . . . . . . . . | 1510 |
| | 16 | 48 | . . . . . . . . . . | |
| | 17 | 49 | Decimo septimo mare obtinuerunt Æginetæ [e] annis 20 usque ad transitum Xerxis. | |
| 69 | 18 | 50 *Macedon.* | Censu Romæ agitato, inventa sunt hominum 120 millia. Nono anno post exactos reges nova dignitas est creata, dictatura scilicet, et magister | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀπὸ Ῥωμύλου ἐπὶ... Ταρκύνιον Σούπερβον ἔτη μὲν γίνονται σμέ... βασιλεῖς δὲ Ῥωμαίων ζ· μεθ' οὓς λοιπὸν ὕπατοι, ἀρξάμενοι ἀπὸ Κολλατίνου καὶ Βρούτου· εἶτα δήμαρχοι καὶ δικτάτορες· μεθ' οὓς πάλιν ὕπατοι πάντες διεγένοντο ἔτεσι υογ... ἕως Ἰουλίου Καίσαρος, ὁ [*leg.* ὃς] ἐμονάρχησε πρῶτος. Ex Syncell. pag. 170 et seq.

Ἐθαλασσοκράτησαν Αἰγινῖται ἔτη ι'. Syncell. p. 197.

Τιμήσεως ἐν Ῥώμῃ γενομένης εὑρέθησαν μυριάδες ιβ' τοῦ πλήθους. Ex Scaligeri Collectaneis.

Δικτάτωρ ἐν Ῥώμῃ πρῶτος κατεστάθη Ῥοῦφος Λάρκιος. Syncell. pag. 198.

## NOTÆ.

*qui post octo annos expulsus est a Bruto.* Nam si statuas Hieronymum annum illum Tarquinii Superbi 37 concipere, ut ineuntem, et cum Darii anno 2 componere; tum sequerentur duo hæc absurda: Primum, quod tum expulsus foret anno imperii 35 ineunte et per consequens regnasset non 35, sed 34 tantum annos, vel, si dicas illos octo annos numerandos esse post illum annum 27, qui tunc inibat expletum, tum sequitur absurdum alterum, quod tum Tarquinii Superbi annus 35, qui ejus imperii et totius regni Romani ultimus est, componeretur cum Darii anno 10, qui Abrahami 1505, et olympiadis 67 primus annus est, contra ipsius Hieronymi placita.

Ratio tertia est; Quia Hieronymus porro addit: *ac deinde rempublicam per annos quadringentos sexaginta quatuor usque ad Julium Cæsarem consules administraverunt.* Nam, si statuas Hieronymum annum illum Tarquinii Superbi 27 ut ineuntem, concipere, et cum Darii anno 2 componere, ac per consequens Tarquinii annum 35 componere cum Darii anno 10, qui Abrahami 1505, olympiadis 97 primus annus est, tum sequeretur, si addas annos 464, qui faciunt olympiades 116, per quos, pulso Tarquinio, deinde consules rempublicam administraverunt, ultimum annum consulum componendum esse cum Abrahami anno 1969, et olympiadis 183 anno primo, quod Hieronymi placitis iterum adversatur.

[a] Perstat in ea Scaliger opinatione, quod consules Canoni suo inseruerit Eusebius, cujus rei argumenta lectorem jubet repetere a priore libro Eusebii. Nos ad eum locum, quod est libri hujus procemium, ea nihil esse, hallucinari autem splendide Scaligerum, demonstravimus. Parmens. ms. addit *Romanorum.* In aliis, cujusmodi multos vidit Scaliger, proxime ante scriptum exstat: *Hæc per tempora in ordinem, non per annum diriguntur* (f. *digeruntur*). Videsis Pontacum. Mox pro *ad* xv *lapidem*, laudatus Parmensis habet, LXXV. Male. Confer Sex. Rufum, quem et Scaliger laudat.

[b] Scio esse et quibus placet numerare 250. Florus lib. I Procem.: *Prima ætas sub Regibus fuit prope ducentos quinquaginta annos.* Sed illa receptior sententia est, quam Eusebius laudat, tametsi infra eorum rationes sit ipse, quod nempe interregna omiserit, Habeto seriem Eutropii: *Sub regibus*, inquit, *numerantur anni ducenti quadraginta tres... Regnaverunt Romæ per annos ducentos quadraginta tres reges numero septem. Romulus regnavit annos triginta septem.* A *Senatores per quinos dies annum unum. Numa Pompilius regnavit annos quadraginta tres. Tullus Hostilius regnavit annos triginta duos. Ancus Martius regnavit annos viginti quatuor. Priscus Tarquinius regnavit annos triginta octo, Servius Tullius regnavit annos quadraginta quatuor. L. Tarquinius Superbus expulsus regno est anno vigesimo quinto.* Paria habere Livius lib. I, cap. ultimo, tametsi videatur uno plus dicere. *Regnatum Romæ ab condita Urbe ad liberatam annos* 244.

[c] Vocem *duo*, quam nec mss. nec vulgati plerique libri, neque veteres Scriptores legerunt præstat cum Scaligero inducere. Parmensis ms. plus habet, *deinde decem tribuni.* Cæterum hæc minus bene refert Scaliger ad annum Darii undecimum, quamquam in animadversionibus modo ad undecimum referat. Neque enim inter ultimum Tarquinii annum et consules vacuus annus intercedit.

[d] Bruto nimirum consule primo: non a redintegrata consulari auctoritate. Scaliger nodum in scirpo B quærit, ut de hallucinatione sive Eusebium, sive Hieronymum reprehendat: et sensit tamen, rite hunc easdem rationes inire in Præfation. Commentar. in Aggæum. ubi ait Tarquinium pulsum *a Bruto, ac deinde rempublicam per annos quadringentos sexaginta quatuor usque ad Julium Cæsarem consules* administrasse.

[e] Integra olympiade præcedere facit hoc gestum Scaliger: neque eo tamen valens rationes istas componere cum Xerxis transitu, *nugatoria* hæc ait esse et pro *annis viginti* legendum ex Græcis apud Syncellum, ἔτη ι', tantum *decem.* Econtrario Schurzfleischius mavult, ex primo Palatino ms., solidos *viginti quinque* numerari, nam anno, inquit, post hunc numerum vigesimo septimo Athenas demum Xerxes venit ut infra docetur. Præcesserunt Æginetas θαλασσοκρατοῦντας Samii, apud quos Polycrates tantum potentia valuit, ὥστε καὶ θαλασσοκρατῆσαι, ut auctor est Strabo lib. XIV, p. 637, et Herodotus lib. III, cap. 122. Alius C tamen ordo τῶν θαλασσοκρατούντων est apud Syncellum, ubi Æginetæ per decem tantum annos maris fuisse domini dicuntur. Vide de hoc dominio omnino Herodotum Οὐρανία, Strabonem lib. VIII p. 375, Pausaniam Corinth. c. 29, Ælianum Var. Hist. l. XII cap. 10, alios. In summa facit cum Pontacena atque adeo nostra recensione laudatus Palatinus ms., utpote qui annos quinque, quos exaggerat, a superiore olympiade ducit.

| Olymp. | Persarum. | Macedon. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | X, ALEXANDER, an. 45. | equitum, qui dictatori obsequeretur. Dictator primus [a] Largius, magister equitum Spurius Cassius fuit. | |
| | 19 . . . | 1 . . . | Valerius [b] Bruti consulis collega adeo pauper mortuus est, ut sumptu publico sepeliretur. | |
| | 20 . . . | 2 . . . | [c] Hellanicus historiographus, et Democritus philosophus, et Heraclitus cognomento Tenebrosus, et Anaxagoras physicus clari habentur. | |
| | 21 . . . | 3 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| 70 | 22 . . . | 4 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 23 . . . | 5 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 24 . . . | 6 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 25 . . . | 7 . . . | Pythagoras philosophus moritur. Volsci [d] Coriolos perdiderunt. | 1520 |
| 71 | 26 . . . | 8 . . . | Æschylus tragœdiarum scriptor agnoscitur. | |
| | 27 . . . | 9 . . . | Latini contra Romanos rebellarunt. | |
| | 28 . . . | 10 . . . | Romæ populus a patribus facta seditione discessit. | |
| | 29 . . . | 11 . . . | Martius, [e] qui Coriolos ceperat, interventu matris Veturiæ et uxoris Volumniæ ab oppugnatione Urbis removit exercitum. | |
| 72 | 30 . . . | 12 . . . | Bellum [f] quod in Marathone gestum est, et ea quæ de Miltiade scribuntur et Aristide, qui cognominabatur Justus. | |
| | 31 . . . | 13 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 32 . . . | 14 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 33 . . . | 15 . . . | Panyasis poeta habetur illustris. Treceuti [g] nobiles Fabiæ familiæ a Veientibus cæsi. Cum in Algido monte Romani milites obsiderentur, a dictatore Quintio [h] Cincinnato liberati sunt. | |
| 73 | 34 . . . | 16 . . . | Ægyptus recessit a Dario. | |
| | 35 . . . | 17 . . . | Gelo obtinuit [i] Syracusas. | 1530 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων ί, ἐβασίλευσεν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ἔτη μδ'. Syncell. pag. 197.

Ἑλλάνικος ἱστοριογράφος, καὶ Δημόκριτος φιλόσοφος, καὶ Ἡράκλειτος, ὁ σκοτεινὸς, καὶ Ἀναξαγόρας φυσικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζοντο. Chron. Pasch. pag. 117.

Πυθαγόρας ὁ φιλόσοφος τέθνηκεν. Syncell. p. 197.

Αἴσχυλος ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο. Sync. p. 197.

Λατῖνοι Ῥωμαίων ἀπέστησαν. Idem ibidem.

Ἐν Ῥώμῃ ὁ δῆμος ἀπέστη τῆς Συγκλήτου. Id. ibid.

Ἀριστείδης ὁ λεγόμενος δίκαιος. Apud Sync. p. 198.

Πανύασις [Al. Πανύαις] ποιητὴς ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Αἴγυπτος ἀπέστη Περσῶν. Syncell. pag. 274.

Γέλως Συρακουσῶν [Ed. Συρακούσιος] ἐκράτησεν. Syncell. pag. 197.

## NOTÆ.

[a] Vera scriptio est *Lartius*: nomen integrum *T. Lartius Flavus*. Norisius, ex Anonymo, *Rufum* vocat pro Flavo, quod idem sonat.

[b] Scaliger ante annos quinque periocham hanc refert: tum quem admisit ipse, prochronismum quinquennii Hieronymo culpæ vertit.

[c] Equidem ex Pamphilæ testimonio, quod laudat A. Gellius lib. XV, cap. 23, conficitur, Hellanicum Mitylenæum historiographum septuagesima prima olympiade natum, annis ante Herodotum duodecim; idque est, quod Eusebio culpæ vertit Scaliger, quod eum annis ferme quinque ante diem natalem dixerit floruisse. At vero unde scimus de Mitylenæo loqui Eusebium? Alius fuit Lesbius, Agathemero dictus πολυΐστωρ: alius Milesius et ipse historicus ex Suida notus; quorum non satis cognita est ætas: nec si alterum ex his notat Eusebius, scimus. De reliquis nihil est dubium, quin σύγχρονοι fuerint, tametsi Democritus Anaxagoram audiit, eoque annis ferme 40 junior fuit.

[d] Factum videtur quarto, non primo olympiadis anno; Scaliger post unum adhuc annum, sive ad numer. 1525 referendum contendit. Cætera nota ex Romana historia, Secessio tamen plebis a Patribus rectius ad insequentem annum erat differenda: non tamen, ut Scaliger sentit, A. Virginio Tricosto et Veturio Gemino, sed Sp. Cassio Viscellino et postumo Cominio Aurunco coss.

[e] Notat hic Scaliger prochronismum annorum 6. A matre enim, inquit, Veturia Marcius exoratus est num. 1530, Sp. Nautio Rutilo, Sex. Furio Fusio Medullino coss.

[f] Antiquis recentissima sententia est, quam Aulus quoque Gellius lib. XVII, cap. postremo refert: *Ducentesimo et sexagesimo anno post Romam conditam, aut non longe amplius, victos esse ab Atheniensibus Persas... pugna illa inclyta Marathonia, Miltiade duce.* Hunc locum videtur etiam Sulpitius Severus, apposito Macherini et Augurini consulatu, descripsisse, quem immerito Scaliger biennio solido errare dicit; annus enim ab U. C. 261 idem ille est, quo consulatum gesserunt T. Geganius Macerinus et P. Minucius Augurinus: cumque isto optime concurrit, quem Eusebius notat, septuagesimæ secundæ Olympiadis primo. Cæterum alia aliorum est ratio de Marathoniæ hujusce pugnæ anno, quem Dionysius Halic. lib. V, fuisse ait decimum sextum post mortem Bruti, primi Romanorum consulis: Plutarchus in Aristide proxime insequentem putat. Vide Cappellum.

[g] Prochronismus hic est annorum, ut minimum, decem, si quod Eutropius tradit lib. I, cap. 15, hæc Fabiæ gentis clades contigit Cæsone Fabio et T. Virginio coss., quod Aurelius quoque Victor ex parte significat. Verum et Diodorus, et A. Gellius lib. XVII cap. postremo, *anno fere quarto* post navale prælium ad Salamina, *Menenio Agrippa* et *Marco* (rescr. *Caio*) *Horatio Pulvilio coss.*, qui annum quartum denotat olympiad. 75, interfectos Fabios narrant. Non itaque omittit Scaliger ad tredecim usque annos prochronismum exaggerare. Meminisse debemus notæ qua ad consulum initium in plerisque codicibus, hæc per tempora digeri, non per annos, monemur. Legi autem merentur quæ de Fabiis erudite disputat in Animadvers. Histor. cap. 4 Perizonius.

[h] Accidit anno tertio olympiadis 80 sive ab Urbe condita 295. Quod ex Romanæ historiæ scriptoribus constat. Vere adeo notatur Scaligero ingens prochronismus annorum 32.

[i] Decepit Scaligerum Pausanias in Eliacis lib. II, cap. 9, scribens secundo anno olympiadis 72, cum Archon Athenis esset Hybrilides, Gelonem Syracusis potitum. Enimvero per id temporis Gelæ adhuc tyrannum egisse quin immo tunc recens constitutum, νεωστὶ παρειληφότα, ibi eum fuisse, auctor est Dionysius lib. VII, initio. Serius igitur, et quo nimirum

| Olymp. | Persarum. | Macedon. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 36 . . . | 18 . . . | Pindarus [b] et Simonides lyrici poetæ insignes habentur. | |
| | *Persar. V, XERXES, filius Darii, an.* [a] *20.* | | Romæ virgo [c] Vestalis Pompilia deprehensa in stupro, viva defossa est. | |
| | 1 . . . | 19 . . . | | |
| 74 | 2 . . . | 20 . . . | Xerxes Ægyptum capit. Aristides cum [d] ignominia ejicitur. | |
| | 3 . . . | 21 . . . | Chœrilus [e] et Phrynicus illustres habentur. | |
| | 4 . . . | 22 . . . | Diagoras [f] agnoscitur, et sectatores ejus physici philosophi. | |
| | 5 . . . | 23 . . . | Xerxes [g] pontem in Hellespontiaco mari fecit. Xerxes cum Athenas [h] venisset, incendit urbem sub principe Callia. | |
| 75 | 6 . . . | 24 . . . | Bellum quod in Thermopylis gestum est, et apud Salaminam navale certamen. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν ε', ἐβασίλευσεν ΞΕΡΞΗΣ υἱὸς Δαρείου ἔτη κ'. Syncell. pag. 200.

Πίνδαρος καὶ Σιμωνίδης μελοποιοὶ ἐγνωρίζοντο. Idem pag. 202.

Ἐν Ῥώμῃ Πομπίλα [*F. leg.* Πορπιλία] τις παρθένος ἐπὶ διαφθορᾷ καταγνωσθεῖσα ζῶσα κατωρύγη. Idem ibidem.

Ξέρξης Αἴγυπτον παρέλαβεν. Syncell. p. 200.

Ἀριστείδης ἐξωστρακίσθη. Syncell. pag. 197.

Χοίριλλος καὶ Φρύνικος ἐγνωρίζετο. Sync. p. 202.

Οἱ περὶ Διαγόραν φυσικοὶ φιλόσοφοι ἤκμαζον. Syncell. ibidem.

Ξέρξης εἰς Ἀθήνας ἐλθὼν, ἐνέπρησεν αὐτὰς ἐπὶ Καλλιάδου Ἀθηναίων ἄρχοντος. Sync. pag. 200.

Ἡ ἐν Θερμοπύλαις μάχη· καὶ ἡ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχία. Syncell. pag. 202.

## NOTÆ.

Eusebius notat, anno Syracusas obtinuit. Etiam H. Dodwellus in Annalib. pag. 42, falsum fuisse Pausaniam ostendit. Vide quæ inferius ad Hieronem observamus.

[a] Olim in antiquis libris anni huic dabantur *viginti quinque* : quin immo Clemens Alexandrin. solidos vigintisex elargitur. Eum Scaliger pro Assuero Estheris viro habet, qua de re mox dicemus.

[b] Suidæ, apud quem numericas notas in mendo cubare Scaliger non animadvertit, dicitur Pindarus natus olympiade 65, denatus 85 ; legendum est enim ἔτη πε', annos videlicet 85, pro eo quod scribitur, νε'. De Simonide vide Fabricium.

[c] Tacet *Vestalis* Scaliger, qui et totam periocham in aliquot mss. e regione numeri 1515 invenit. Idem notat Orosio *Popiliam* virginem dici, Livio *Oppiam*, Dionysio Ὀππίαν, qui et damnatam eam refert M. Fabio Vibulano et L. Valerio Potito coss., anno scilicet secundo olympiadis 74, unde biennii saltem prochronismo peccatum hic fit.

[d] Per ostracismum scilicet, in quo nihil fuisse ignominiosi, Scaliger notat. Vide Plutarchum in ejus ducis vita.

[e] Primus Palatinus, et quartus, *Cyrillus et Frinicus*, secundus *Cherulus*, tertius *Choralus* habent. Intelligitur *Cherilus tragicus*, non alter *Samius*, qui Xerxis διάβασιν versibus descripsit, multo recentior, et Horatio, Josepho, aliisque, memoratus. *Phrynichi* nomen corrupte etiam legitur apud Joannem Tzetzem ad Hesiodum, p. 127, ed. Basil., ubi pro Φερένικον plane legi debet Φρύνιχον. Vide de re, quæ ibi tractatur, Strabonem lib. xiv, p. 635. Discimus ex Chœrili versibus, quos laudat Josephus lib. I contra Apionem, Judæos sub Xerxe stipendia fecisse.

[f] Recte notatum Scaligero, Græca οἱ περὶ Διαγόραν, ex notissimo idiotismo vertenda fuisse, *Diagoras*, non *sectatores Diagoræ*. Ad hæc immanem prochronismum esse annorum 66 : nam anno secundo olympiad. 91, Athenienses talentum ei, qui Diagoram ἀθεώτατος accusatum interfecisset, constituerunt. Videndum itaque, num de cognomine alio quopiam Diagora Eusebius hic dicat.

[g] Respuit hanc periocham Scaliger, utpote ab ineptis hominibus inculcatam. Habent vero cum veteres editiones omnes, tum mss. non pauci : nominatim Parmensis, et primus Palatinus, teste Schurzfleischio.

[h] Palam esse, ait Scaliger, anno primo sequentis olympiadis hoc contigisse, fuisse etiam e re Eusebii, ut in sequentem annum differret, cum Calliæ ἄρχοντος meminerit. Occurrit Lydiatus ad Marmor. Arundellian. p. 271 et seq., cujus et operæ pretium est verba apponere : Is, inquit, annus est quartus olympiadis 74, quo item in Eusebiano Chronico, Xerxes tum pontem in Hellespontiaco mari fecit, tum Athenas venit, urbemque incendit sub principe Callia, juxta editionem Pontaci, simul in Notis agnoscentis, præcipua manuscripta, transcriptaque una cum Vulgatis editionibus in eumdem annum quartum olympiadis 74 consentire. Quin etiam in Scaligerana editione, quamquam nulla habetur mentio pontis in Hellesponto facti, nihilominus eodem anno Xerxes, cum Athenas venisset, incendit urbem, sub principe Callia; ipso quoque Scaligero in annotationibus fatente, quantumlibet improbante, tum prioris sive antiquioris exempli codices cum spatio historico, tum posterioris, sine eo, tum denique editos, hoc gestum comparare cum anno quarto olympiadis 74, his autem subjiciente, *cum tamen palam sit, anno primo sequentis olympiadis hoc contigisse.* At vero quomodo palam? quandoquidem præter eclipsin solis Herodoteam vindicantem Xerxis transitum Sardibus per Hellespontum Thermopylas eidem veri, Thucydides etiam in proœmio Historiæ reditum Xerxis e Græcia, post navalem cladem acceptam ad Salaminam, statuat anno quinquagesimo ante initium belli Peloponnesiaci, suscepti vere desinentis anni primi olympiadis 87, nimirum exactis inter utrumque annis quadraginta novem et dimidio. Concludit enim digeriem rerum ab Atheniensibus interea gestarum his verbis : Ταῦτα δὲ ξύμπαντα... ἐγένετο ἐν ἔτεσι πεντήκοντα μάλιστα μεταξὺ τῆς τε Ξέρξου ἀναχωρήσεως καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦδε τοῦ πολέμου. *Hæc omnia gesta sunt in annis summum quinquaginta, inter Xerxis retrocessum ac initium hujusce belli.* Idem autem annuus princeps Atheniensis sive archon, ab aliis Græcorum historicis nominatur Callias, ab aliis Calliades; sicut insequentis anni, ab aliis Xanthippides, immo vero subinde ab iisdem, ut a Laertio idem, in vita Socratis, Calliades, in vita Anaxagoræ, Callias; cujus nimirum ratio videtur, quod iidem fuerint filii aut nepotes patrum, aut avorum proavorumve celebrium iisdem nominibus. Hactenus ille. Sed et Schurzfleischius in primo et quarto Palatinis mss. *Calliade* legi notat, in tertio perperam *P. Callia*. In Græco etiam haberi Καλλιάδου, quod nomen ita efferunt Dionysius quoque, et Herodotus, Diodorus, et Thomas Magister in Vita Euripidis. Denique cum apud Athenæum, lib. XIII, Καλλιάδου κωμικοῦ mentio

| Olymp. | Persarum. | Medorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 7 | 25 | Athenienses[b] Piræum muro vallant. | |
| | 8 | 26 | Hieron[c] Syracusis regnat. | |
| | 9 | 27 | Æschylus tragœdiarum scriptor agnoscitur. | 1540 |
| 76 | 10 | 28 | Bellum quod in Plateis,[d] et in Mycale. | |
| | 11 | 29 | Hieron post Gelonem Syracusis tyrannidem exercet. | |
| | 12 | 30 | . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 13 | 31 | Pindarus[e] musicus clarus habetur.<br>Themistocles[f] in Persas fugit. | |
| 77 | 14 Principium[a] LXXI Jubilæi secundum Hebræos. | 32 | Sophocles[g] tragœdiarum scriptor primum ingenii sui opera publicavit. | |
| | 15 | 33 | Romæ virgo Vestalis[h] Sunia deprehensa in stupro, viva defossa est. | |
| | 16 | 34 | Sophocles et Euripides clari habentur. | |
| | 17 | 35 | Herodotus historiarum scriptor agnoscitur.<br>Bacchylides et Diagoras[i] Athenis plurimo sermone celebrantur. | |
| 78 | 18 | 36 | Zeuxis pictor agnoscitur, ex cujus alii imaginibus, quas plurimas[j] invitatus fecerat, lavacrum Byzantinorum appellatum arbitrantur. | |
| | 19 | 37 | . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 20 | 38 | Themistocles, hausto[k] tauri sanguine, moritur. | 1550 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀθηναῖοι τὸ Πειραῖον ἐτείχισαν. Sync. pag. 197.

Ἱέρων Συρακουσῶν [ Ed. Συρακούσιος ] ἐτυράννει. Syncell. pag. 203.

Αἰσχύλος ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο. Sync. p. 197.

Πίνδαρος... μελοποιὸς ἐγνωρίζετο. Ex Sync. p. 202.

Θεμιστοκλῆς εἰς Πέρσας φεύγει. Syncell. p. 203.

Σοφοκλῆς τραγῳδοποιὸς πρῶτον ὑπεδείξατο. Syncell. ibidem.

Ἐν τῇ Ῥώμῃ Σουνία παρθένος φθαρεῖσα κατωρύγη ζῶσα. Syncell. pag. 202.

Εὐριπίδης ἐγνωρίζετο. Chron. Pasc. pag. 130.

Ἡρόδοτος ἱστοριογράφος ἐγνωρίζετο. Chron. Pasch. ibidem.

Βακχυλίδης ἐγνωρίζετο. Ex Sync. p. 197 et 205.

Ζεῦξις ζωγράφος ἐγνωρίζετο. Syncell. pag. 197.

Θεμιστοκλῆς αἷμα ταύρου πιὼν τελευτᾷ. Chronic. Pasch. pag. 130.

## NOTÆ.

sit, ac porro videatur legendum καλλίου, nullam fuisse Fabricio causam, cur ex solo Athenæi loco diversum aliquem a Callia comicum, Calliadem dictum, floruisse, statueret.

[a] Neque in Parmensi ms. hæc est periocha, neque in vulgatis libris. Eam Pontacus in curis posterioribus hic jussit describi: Scaliger cum in editione sua prætermisisset, refert tamen in Notis ad num. 1547, tertio scilicet ab hinc anno; ad hæc multis contendit scribi debuisse, *Principium* LXXII, etc. Ego de hujus adhuc loci germanitate subdubito.

[b] Ex Diodoro, libro, ut videtur, XI, contendit Scaliger, hoc gestum fuisse anno tertio olympiad. 75, *archonte Timosthene*. Anonymus vero in proxime sequentem differt, archonte scilicet Adimanto: Ἀδειμαντος (ἄρχοντος) Ἀθηναῖοι τὸ Πειραῖον τειχίζουσιν. Potuit, quod Simsonius monet, cœpta anno superiore Piræei communitio, hoc demum absolvi. Vide Thucydidem lib. II.

[c] Scripsit Lydiatus singularem disquisitionem de tempore dynastiæ et mortis Gelonis Syracusani, in qua de Eusebiano isto, atque alio post triennium gemino huic loco perquam erudite disserit: atque ex eo cum primis, quod Pontacus notat, vetustissima exemplaria, nominatim vero Fuxense, Gelonis regnum Syracusis in Sicilia statuere demum anno secundo olympiadis 75, nec ante olympiadem 76 mentionem Hieronis habere. Est ea ratione cum marmorei Arundelliani Chronici auctore consensus. Conveniet et Scholiasta Pindari Pythica oda 7 referentis initium regni Hieronis ad olympiadem 76, pythiade 28, quæ cum anno tertio ejusdem olympiadis concurrit. Ad hæc Aristotelis Politicor. lib. v, et Diodori lib. XI, p. 266 et 276, testimonia, quibus annorum summa continetur, per quos regnarunt unus post alium duo illi fratres, explicari commode possunt, attributis fermc septem Geloni, Hieroni autem undecim, et quod excurrit. Nam et Scaliger, qui huic annos decem et septem elargitur, contra Diodorum facit: et frustra Cappellus Aristotelis locum sollicitat. Certum hinc porro est, Hieronem huc minime spectare, quo ab Eusebio primum loco memoratur. Haud scio autem, num conjicere liceat, scriptum ab eo hic fuisse *Gelon*, pro *Hieron*.

[d] Tradunt commissam utramque pugnam anno secundo olympiad. 75, atque eodem ipso die Boedromionis tertio vel quarto, ut Plutarchus notat in Camillo, Augusti 28 aut 29, ut innuit Cornelius Nepos. Proinde Scaliger triennii metachronismum notat ab Eusebio admissum. Ea fuerit Auctoris, quem noster tacet, sententia.

[e] Non additur *musicus* in Scaligeri editione, et Parmensi ms. Est vero in aliis editis plerisque et Palatino primo, qui ad præcedentem numerum periocham hanc locat.

[f] Athenis scilicet pulsus. Tempus apprime convenit: siquidem Themistoclis ostracismum annis viginti post Coriolani exsilium Romæ contigisse, notat Cicero lib. de Amicitia.

[g] Accidit, quod et Scaliger notat, archonte Praxiergo, anno secundo olymp. 77. Vide Diodorum lib. XI.

[h] Tacuit *Vestalis* Scaliger, qui et Ὀρβινίαν Dionysio dici hanc virginem, docet. In primo Palatino mss., *virgo summa*, quod manifestum est mendum.

[i] Malim utique cum Scaligero *Atheus* hic legi, pro *Athenis*, nam et melioris notæ libri cum editi, tum mss. e, quorum numero tres Palatini, sic præferunt: et quamquam Athenis post Meli, patriæ suæ excidium, degisse Diagoram aliquando, constet: propius ad verum est, voluisse Eusebium, Athei cognomentum, quo ab aliis ὁμονύμοις philosophus ille internoscitur, denotare. Recole de Diagora, sive hoc ipso Melio, quæ paulo superius observamus.

[j] Pro verbo *invitatus*, quod libri plerique omnes editi et mss. habent, in Scaligeri editione est *apud adversas civitates*. De Lavacro Constantinopolitano recole quæ superius diximus ad Zeusippum Sicyoniorum regem num. 858: nam *ad hujus memoriam servandam Balneas Byzantiorum multo post tempore appellatas*, ibi ex aliorum sententia Eusebius notat.

[k] Vulgaris opinio hæc est, quam et Valerius Max. lib. v refert, Themistoclem, *instituto sacrificio, exceptum patera tauri sanguinem* hausisse, *et ante*

| Olymp. | Persarum. | Macedon. | | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | Socrates [d] nascitur. | | |
| | *Persar. VI, ARTABANUS, menses 7, qui menses in ordine annus reputantur.* | | | | |
| | 1 | 39 | Lapis [e] in Ægon fluvium de cœlo ruit. | | |
| | *Post quem ARTAXERXES VII, qui Longimanus cognominabatur, an.* [a] 40. | | | | |
| 79 | 1 Ea quæ de Hester, [b] et Mardochæo scripta sunt, quidam affirmant sub hoc rege gesta, quod ego non puto; numquam enim Ezras de Hester siluisset, qui scribit hoc tempore Ezram et Neemiam reversos ex Babylone, et ea deinceps consecuta, quæ ab his gesta referuntur [c]. | 40 | | | |
| | 2 | 41 | | | |
| | 3 | 42 | Sicilia a populo [f] regebatur. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν ς' ἐβασίλευσεν ΑΡΤΑΒΑΝΟΣ μῆνας ζ'. Chron. Pasch. pag. 150.

Μεθ' ὃν, ζ, ΑΡΤΑΞΕΡΞΗΣ ὁ ἐπικληθεὶς Μακρόχειρ ἔτη μα'. Chronic. Pasch. ibidem.

[Τὰ κατὰ τὴν Ἐσθὴρ καὶ] Μαρδοχαῖόν φασί τινες ἐν τοῖς χρόνοις τούτοις γεγενῆσθαι. [Ἐγὼ δὲ οὐ πείθομαι.] οὐ γὰρ ἂν ἐσιώπησε τὰς κατ' αὐτὸν πράξεις ἡ τοῦ Ἔσδρα γραφὴ, ἥτις κατὰ τὸν Ἀρταξέρξην ἱστορεῖ Ἔσδραν καὶ Νεεμίαν ἐκ Βαβυλῶνος ἀνεληλυθέναι, καὶ τὰς ἀναφερομένας αὐτῶν πράξεις γεγονέναι. Chron. Pasch. p. 150.

Σωκράτης ἐγεννήθη. Syncell. pag. 202.

Λίθος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσεν ἐν ποταμοῖς Αἰγός. Syncell. pag. 202.

Σικελίας δημοκρατία. Syncell. pag. 203.

## NOTÆ.

*ipsam aram* concidisse. Sed ut scias, quam hæc sint A incerta, confer Aristophanis Scholiastam ad Equites v. 83, cumque eo invicem Thucydidem, quem Corn. Nepos sequitur, Diodorum, Plutarchum, Ciceronem in Bruto, atque alios.

[a] Uno plus dicit Clemens, sive 41, quo numero videtur inclusisse et septem præcedentia proxime Artabani menses, quos tacet.

[b] Erit hac de historia, quoad nostrum propositum spectat, paulo inferius dicendi locus, ubi suam ipse sententiam Eusebius promit. In Græco quæ uncinis inclusimus, a Scaligero habemus.

[c] Subjungit Waltonus verba, quæ Italico charactere *infra* post quatuor annos notata sunt, *Affirmaturque divinas Scripturas memoriter condidisse, et ut Samaritanis non miscerentur, litteras Judaicas commutasse:* quæ et Pontacus ab antiquis mss. abesse testatur, tametsi ab Eusebii sententia non putet aliena: siquidem Tertullianus, Irenæus, aliique ex Veteribus hoc de Esdra tradunt. Malala B Chronogr. p. 204, *eos modo libros fuisse ab Esdra;* ἀπὸ ὑπομνήσεως restitutos scribit, qui tunc non inveniebantur. De mutatis ab eo litteris, vide quæ diximus ad Hieronymi prologum Galeatum. Schurzfleischius putat ea verba ex libris Esdræ apochryphis hic fuisse abs Hieronymo addita: quod mihi quidem ab omni veri specie alienum videtur; ut cætera prætermittam, ab Apocryphis libris laudandis nemo cautius Hieronymo abstinuit.

[d] Nascitur autem superioris proxime olymp. anno quarto, vel tertio ad exitum vergente, quod veteres passim scriptores tradunt, archonte Athenis Apsephione. Sed magno in errore versatur Scaliger, cumque eo Meursius, atque alii, qui hoc anno magistratum gessisse Phædonem putant, Apsephionem C autem (quem et corrupte Aphepsionem dicunt) ante annos duodecim. Ac porro ille Diodori ab Apollodoro apud Laertium dissensu incertus agitur, incertaque omnia esse de Socratis vita pronuntiat: hic frustra Laertii locum vexat, suoque arbitrio interpolat. Eo, quem diximus natalem Socratis, anno quarto olymp. 77 fuisse Apsephionem Athenis ἐπώνυμον, præter laudatum Laertium lib. II sect. 44, testatur, et Marmor Arundellianum, et certis argumentis R. Bentleius, et Henric. Dodwellus in Annalibus Thucydideis p. 63 evincunt.

[e] Plinius lib. II, c. 58: *Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium olymp. septuagesimæ octavæ secundo anno prædixisse cœlestium litterarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset e sole: idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægon flumen.* Meminit ejus portenti Plutarchus quoque in Lysandro, et Diogenes Laertius in Vita Anaxagoræ, quo loco cum diceretur ἐπὶ ἄρχοντος Διμύλου lapidem decidisse, Scaliger acute, siquid alias, verbum δίμυλον ad λίθον referri docuit, quod est, *lapidem instar duarum molarum:* nomen vero archontis excidisse. At vero non recte supplere Λυσανίου videtur; ex Marmore enim Arundelliano, quod lapidis casum ad primum refert hujusce olymp. annum, propius ad verum colligitur, *Theagenidæ* nomen substituendum, qui eo anno magistratum gessit.

[f] Addunt quidam codices, Scaligero etiam inspecti, *annis* 28, quæ verba alii melioris notæ cum Græco ignorant, falsaque præterea sunt, cum annos ferme sexaginta democratia illa Siculorum, si Diodoro lib. XI credimus, obtinuerit. Cæterum quod cœpta ea sit Thrasybulo superato, et Locros relegato: hic autem Hieroni fratri successerit (qui annos regnavit, non ut vulgo putant decem, sed undecim et menses octo, ut Diodorus testatur), metachronismus ille triennii, de quo Eusebium Scaliger accusat, nihil est: recte siquidem rationes iniit Eusebius a secundo olymp. 76 anno, quo Hieronem scribebat tyrannidem arripuisse, ad hunc tertium olymp. 79, per continuos nempe duodecim Hieronis, atque unum ferme Thrasybuli, quem undecimo regni sui mense Siculi expulerunt. Vide Aristotelem Politicor. lib. V, c. 12.

| Olymp. | Persarum. | Macedon. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 4 . . . | 43 . . . | Cimon[a] juxta Eurimedontem Persas navali pedestrique certamine superat : et Medicum bellum conquiescit. Solis facta defectio. Anaxagoras[b] moritur. | |
| | | *PERDICAS, XI, an. 28.* | | |
| 80 | 5 . . . | 1 . . . | Heraclitus clarus[c] habetur. | |
| | 6 . . . | 2 . . . | Ezras sacerdos apud Hebræos insignis agnoscitur, cujus ætate Pontifex Maximus habitus est Heliasib, filius Joachim, filii Jesu, filii Josedech. Fuit autem Ezras eruditissimus Legis divinæ, et clarus omnium Judæorum magister, qui de Captivitate regressi fuerant in Judæam : [d] *Affirmaturque divinas Scripturas memoriter condidisse, et ut Samaritanis non miscerentur, litteras Judaicas commutasse.* | |
| | 7 . . . | 3 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 8 . . . | 4 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 1560 |
| 81 | 9 . . . | 5 . . . | Empedocles et Parmenides physici philosophi notissimi habentur. Zeno et Heraclitus Tenebrosus agnoscitur. Pherecydes secundus historiarum scriptor agnoscitur. | |
| | 10 . . . | 6 . . . | Cratinus et Plato comœdiarum scriptores clari habentur. Aristarchus tragœdiographus agnoscitur. | |
| | 11 . . . | 7 . . . | Romani per legatos ab Atheniensibus jura petierunt, ex quibus duodecim tabulæ conscriptæ. | |
| | 12 . . . | 8 . . . | Romæ[e] clarior Agon centenarius primus actus. | |
| 82 | 13 . . . | 9 . . . | Trecentesimo[f] secundo anno ab Urbe condita Decemviri creati, et post annum ejecti sunt propter Appium Claudium, qui Virginii cujusdam filiam contra Latinos in Algido militantis voluit auferre. | |
| | 14 . . . | 10 . . . | Crates Comicus, et[g] Telesilla ac Bacchylides Lyricus, clari habentur : Praxilla quoque et Cleobulina sunt celebres. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων ια', ἐβασίλευσε ΠΕΡΔΙΚΑΣ ἔτη κη'. Ex Syncell. pag. 197.

Κίμων ἐπ' Εὐρυμέδοντι ναυμαχίᾳ Πέρσας νικᾷ, καὶ πεζομαχίᾳ. Syncell. p. 203.

Ἡλίου ἔκλειψις. Idem ibidem.

Ἀναξαγόρας θνήσκει. Idem ibidem.

Ἡράκλειτος ἤκμαζεν. Ex Syncell. ibidem.

Ἔσδρας ἱερεὺς παρὰ Ἰουδαίοις ἐγνωρίζετο, καθ' ὃν ἀρχιερεὺς ἦν Ἐλιασὶβ υἱὸς Ἰωαχεὶμ τοῦ υἱοῦ Ἰησοῦ τοῦ Ἰωσεδέκ· ἦν δὲ ὁ Ἔσδρας γραμματεὺς νόμων ἱερῶν διδάσκαλος ἐπιφανὴς τῶν ἀπὸ Βαβυλωνίας εἰς Ἰουδαίαν ἐπανελθόντων. Syncell. pag. 198.

Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παρμενίδης φυσικοὶ φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο. Ζήνων καὶ Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινὸς ἤκμαζον. Syncell. pag. 203.

Φερεκύδης ὁ δεύτερος ἱστοριογράφος ἐγνωρίζετο. Chronic. Pasch. pag. 151.

Κρατῖνος καὶ Πλάτων οἱ Κωμικοὶ ἤκμαζον. Sync. pag. 197.

Νόμους ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ῥωμαῖοι μετεστείλαντο, ἀφ' ὧν τὰς δώδεκα δέλτους συνέθηκαν. Sync. pag. 203.

Ἐν Ῥώμῃ Κλαρίων ἀγὼν ἑκατονταετὴς ἤχθη πρῶτος. Syncell. pag. 167.

Κράτης ὁ Κωμικὸς, καὶ Τελέσιλλα, Πράξιλλα, καὶ Κλεοβουλίνα ἐγνωρίζοντο. Βακχυλίδης ὁ μελοποιὸς ἤκμαζεν. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

[a] Quod ait Scaliger, gestum hoc esse anno tertio olymp. 77 peccatumque esse adeo metachronismo duarum olympiadum : constat id quidem ex Veterum, qui superant, hac de re testimoniis ; verum quem hic sequatur Eusebius, Auctorem ignoramus. Vide Herodotum in fine lib. VI, Thucydidem lib. I, Diodorum XI, etc.

[b] Ita ex Laertio Scaliger rationes iniit : ut Anaxagoræ obitus ad olympiadem 88 spectet, num. 1589, sitque adeo hic prochronismus immanissimus annorum 34. At vero Laertiani loci ejus, quem et Meursius vexavit, non usque adeo certa fides est, et vere Fabricius pronuntiat, incertum plane esse, an ad eam usque olympiadem Anaxagoras vixerit.

[c] Rectius fuisset scriptum ab Eusebio ἀπέθανεν, *moritur :* florebat enim Heraclitus olymp. 69, ut ab ipso Eusebio superius notatum est. Verum idipsum denuo post quatuor annos tradit; ut nihil dubium sit variorum hic sententias proponi.

[d] Nescit additamentum istud Parmensis, aliique mss. atque editi libri. Recole quæ superius de eo diximus.

[e] Ludos, qui *Sæculares* dicti sunt, dubio procul notat. Omnium autem, inquit Schurzfleischius, scribere Eusebius debuisset Σαικλαρίων, non κλαρίων. Et si enim neque accurate *Sæculares* hi ludi vocentur, tamen eo nomine eos quoque compellavit Valerius Antius apud Censorinum c. 17. Vide Simsonium ad ann. mundi 3496 et 3599, Petavium quoque lib. II de Doctrin. Temp. cap. 76, ut alios prætercam. Censorinus modo laudatus biennio ante institutos ludos hos ponit : quem dicit Scaliger in Eusebio metachronismum.

[f] Totidem fere verbis Livius lib. III, c. 33 : *Anno trecentesimo altero, quam condita Roma erat, mutatur forma civitatis ab coss. ad decemviros.* Scaliger adeo perperam apud Eusebium *trecentesimo* tantum legit, ut prochronismum biennii in eo reprehendat; reliqua, quod idem notat, Hieronymus ex Eutropio descripsit : legitur autem in Parmensi ms. *voluit abducere* pro *auferre*. Porro iterum falsus est Scaliger, qui huic periochæ subnectit præcedentem illam, *Romani per legatos ab Atheniensibus*, etc., contra veterum codicum etiam editorum fidem, seriemque ipsam historiæ. Nempe ipsi quos nominat Cassiodorus, consules tunc exstitisse, Sp. Tarpeius et A. Aterius, sive Æternius, annum U. C. denotant ducentesimum nonagesimum nonum. Vid. Pomponium JC. de Origine juris § 3, etc.

[g] Male in aliis libris *Telelesilla*. Schurzfleischius ait, *Telesilla*, in cujus honorem Ὑβριστικὰ, festum diem Argivi agebant, *Tulla* in primo Palat. dicitur : apud Syncellum male Τελεσίδα Scaliger ait, manifestum esse ex Pausania quod longo intervallo hanc epocham Telesillæ ætas antecesserit. At ego id adeo longum esse, non possum, e Pausania quidem, perspicere. Cleomenem enim, Anaxandridæ filium, sub Dario Hystaspida regnasse, constat ex Pausaniæ Lacon. c. 4. Porro Telesillam sub Cleomene vixisse, clarum est ex Corinth. c. 20, Xerxis ætatem quoque attigisse Cleomenem ex Herodoti Thalia cognosci potest, ubi ille æqualis Mæandrio, a Xerxe occiso, memoratur. Vixit ergo Telesilla circa olymp. 75, et fortasse anus hæc tempora attingere potuit.

| Olymp. | Persarum. | Macedon. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 15 . . . | 11 . . . | Templum [a] Junonis, quod Argis fuerat, incensum. | |
| | 16 . . . | 12 . . . | Abaris [b] Hyperboreanus Ariolus agnoscitur. | |
| | | | Tribuni plebis [c] et Ædiles Romæ facti, Consulibus ejectis. | 1570 |
| 83 | 17 . . . | 13 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 18 . . . | 14 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 19 . . . | 15 . . . | Athenienses [d] et Lacedæmonii fœdus xxx annorum ineunt. | |
| | 20 . . . | 16 . . . | Neemias Hebræus, minister vinarius Artaxerxis regis [e], concedente sibi domino suo, 20 ejus anno de Babylone venit in Judæam, et 32 anno muros, urbemque restituit. Scribit Ezras opus fuisse completum sub pontifice Joade filio Joasib, cui successit Joannes filius suus, qui temporibus Alexandri Macedonis fuit. | |
| | | | Huc usque Hebræorum divinæ Scripturæ annales temporum continent : ea vero quæ post hæc apud eos gesta sunt, exhibemus de libro Machabæorum, et [f] Josephi, et Africani scriptis, qui deinceps universam historiam usque ad Romana tempora persecuti sunt. | |
| | | | Herodotus cum Athenis libros suos in [g] concilio legisset, honoratus est. | |
| 84 | 21 . . . | 17 . . . | Melissus physicus agnoscitur. | |
| | 22 . . . | 18 . . . | Euripides tragœdiarum scriptor clarus habetur, et Protagoras sophista, cujus libros decreto publico Athenienses exusserunt. | |
| | 23 . . . | 19 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 24 . . . | 20 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 1580 |
| 85 | 25 . . . | 21 . . . | Romæ rursus [h] Consules creati. | |
| | 26 . . . | 22 . . . | Phidias [i] eburneam Minervam facit. | |
| | | | Fidennates contra Romanos rebellant. | |
| | 27 . . . | 23 . . . | Theætetus [j] mathematicus agnoscitur. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ὁ τῆς Ἥρας ναὸς ἐνεπρήσθη. Syncell. p. 167.

Ἄβαρις Ὑπερβόρειος χρησμολόγος ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Δήμαρχοι ἐν Ῥώμῃ, καὶ Ἀγορανόμοι ᾑρέθησαν, μηκέτι ὄντων Ὑπάτων. Scaliger ex Syncell. pag. 203.

Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι σπονδὰς ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους τριακοντούτεις. Syncell. 197.

Νεεμίας... οἰνοχόος Ἀρταξέρξου, εἰκοστῷ ἔτει τοῦ αὐτοῦ Ἀρταξέρξου αἰτήσας τὸν βασιλέα, ἄνεσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐκ Βαβυλῶνος... τήν πόλιν τε αὐτοῖς τείχεσιν ἤγειρεν... κατὰ τὸ λβ´ ἔτος αὐτοῦ. Ὡς δὲ ἱστορεῖ ἡ τοῦ Ἔσδρα γραφὴ ἐπὶ ἀρχιερέως Ἰωδαὲ υἱοῦ Ἐλιασίβ. Μεθ' ὃν... ἀρχιεράτευσεν... ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰωάννης ὁ κατὰ Ἀλέξανδρον γενόμενος τὸν Μακεδόνα. Sync. p. 198 et seq.

Ἕως μὲν οὖν... αἱ ἐνδιάθετοι Ἑβραϊκαὶ γραφαί... Τὰ δὲ μετὰ ταῦτα συμβάντα, ἢ πραχθέντα... τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Ἰώσηπος ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς ἱστορεῖ, καὶ Ἀφρικανὸς μὲν αὐτὸς ἐν ἐπιτόμῳ. Syncell. pag. 199.

Ἡρόδοτος ἱστορικὸς ἐτιμήθη παρὰ τῆς Ἀθηναίων βουλῆς ἐπαναγνοὺς αὐτοῖς τὰς βίβλους. Syncell. pag. 197.

Μέλισσος φυσικὸς ἐγνωρίζετο. Syncell. pag. 198.

Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο, καὶ Πρωταγόρας ὁ σοφιστὴς ἤκμαζε· τούτου Ἀθηναῖοι τὰς βίβλους ἐψηφίσαντο καῦσαι. Syncell. pag. 197.

Ἐν Ῥώμῃ πάλιν Ὕπατοι. Syncell. ibidem.

Φειδίας... τὴν ἐλεφαντίνην Ἀθηνᾶν ἐποίησεν. Syncell. pag. 198.

Θεαίτητος μαθηματικὸς ἤνθει. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

[a] Rem narrant Thucydides lib. IV extremo, et A Pausanias in Corinthiac. c. 17, e nostris Clemens in Protreptico, Arnobius lib. VI, atque alii. Vide Scaligerum si lubet.

[b] Nihil est hujus ætate incertius. Recole quæ diximus num. 1568.

[c] Haud scio equidem, cujus Fastos secutus Eusebius sit: suspicor tamen tribunos militum hic significare voluisse, quos ideo plebis tribunos vocet, quod iis creandis habita sit plebis ratio, ac porro decreti, cujus auctor fertur C. Claudius, quoniam adduci non potuerant patres, ut consul alter ex plebe esset, tres tribuni militum ex patriciis, totidemque ex plebe consulari potestate rempublicam regerent. Atque horum tamen nova dignitas ad annum spectat U. C. 309, biennio serius quam Eusebii rationes ferunt, nisi si illud hic etiam repetendum est memoriæ, hæc per tempora digeri, non per annos. Cætera persequi, propositi nostri non est. Vide Sigonium Commentario in Fastos.

[d] Hæc refert Scaliger ad subsequentem annum; tum B vero quem sive ipse, sive quibus usus est, libri, metachronismum unius anni admittunt, in Eusebio reprehendit.

[e] Addit Scaliger *Persarum:* tum huic periochæ illam subnectit, quam habes infra ad num. 1584: *Neemiam, qui muros Jerusalem construxit, consummasse opus*, etc., usque ad finem, *Vespasiani anno capitur.* Tum novo titulo, *Hucusque Hebræorum*, etc., quæ tamen omnia ad eumdem num. 1584 differt.

[f] Græcus ipsum videtur Josephum auctorem Machabæorum historiæ affirmare; quod scio quidem de secundo libro alias probatum expresse Eusebio lib. III Hist. Eccl., cap. 10. Sunt et qui ipsi Hieronymo parsuasum id putent, cui lib. II Dialog. contra Pelagian. pag. 735 dicitur *Josephus Machabæorum scriptor historiæ*. Sed laudari ab eo librum Josephi εἰς Μακκαβαίους, sive *de imperio rationis*, notatum est nobis eo loci: qui quidem liber elegantissimus e Machabæo secundo expressus, incautis lectoribus in causa fuit, ut pro ipso Machabaico secundo haberetur.

[g] Legisse Olympiæ, seu potius Athenis in Panathenæorum panegyri, Scaliger notat: proinde non in *concilio*, sive senatu Atheniensium legit; sed, ut in Græcis dicitur, fuit ab eo senatu pater historiæ honoratus. Cætera notiora sunt, quam ut iis enarrandis immoremur. Vide Vossium, Fabricium, atque ipsum si libet Scaligerum. Idem de Melisso, Euripide, Protagora, atque aliis dicendum, quorum Vitas et Scripta uberrimis Commentariis recentiores docti viri illustrarunt.

[h] Notat, ut sentio, Eusebius id temporis, quo abrogatis Tribunis militum, res iterum ad binos consules rediit: qui quidem octogesimæ quartæ olymp. secundus vel tertius annus est, ut biennii ad summum metachronismo laborent Auctoris nostri rationes, si cum aliorum, qui supersunt, Scriptorum calculis conferantur: non duarum, ut Scaliger pronuntiat, solidarum olympiadum. Vide Sigonium.

[i] Scaligero, qui duarum olymp. prochronismum in Eusebio comminiscitur, oppone doctissimam Dodwelli Dissertationem in Annalibus Thucydideis ad an. 6 belli Peloponnesiaci p. 135 et seqq., quam huc referre notarum angustia non patitur.

[j] Perperam erat in Pontaci editione *Theathecus*;

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedon.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | 28 . . . | 24 . . . | Aristophanes clarus habetur, et Sophocles poeta tragicus. Gens Campanorum [b] in Italia constituta. | 1580 |
| 86 | 29 . . . | 25 . . . | Democritus Abderites, et Empedocles, et Hippocrates medicus, [c] Gorgias, Hippiasque, et Prodicus, et Zeno, et Parmenides philosophi insignes habentur. | |
| | 30 . . . | 26 . . . | Socrates, qui [d] scholam congregavit, plurimo sermone celebratur. | |
| | 31 . . . | 27 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 32 . . . | 28 . . . | Neemiam, [e] qui muros Jerusalem construxit, consummasse opus 32 anno Artaxerxis regis Persarum, Ezras memorat. Si quis ab hoc tempore LXX hebdomadas a Daniele scriptas numeret, quæ faciunt annos 490, reperiet eas in regno Neronis expletas, sub quo obsideri Jerusalem cœpta, secundo postea Vespasiani anno capitur. | |
| | | ***Macedon. XII, ARCHELAUS* [a] *an.* 24.** | | |
| 87 | 33 . . . | 1 . . . | Initium belli Peloponnesiaci. | |
| | 34 . . . | 2 . . . | Bacchylides carminum scriptor agnoscitur. | |
| | 35 . . . | 3 . . . | Athenienses pestilentia laborant. Thucydides agnoscitur. | |
| | 36 . . . | 4 . . . | Pericles moritur. | |
| 88 | 37 . . . | 5 . . . | Eupolis et Aristophanes scriptores comœdiarum agnoscuntur. | |
| | 38 . . . | 6 . . . | Ex Ætna [f] monte ignis erupit. | 1590 |
| | 39 . . . | 7 . . . | Terræmotu apud Locros, [g] scissa Atalante, civitas facta est insula. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων ιβ', ἐβασίλευσεν ΑΡΧΕΛΑΟΣ ἔτη κδ'. Syncell. pag. 203.

Ἀριστοφάνης κωμικὸς, Σοφοκλῆς τε ὁ τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο. Syncell. pag. 205.

Ἐν Ἰταλίᾳ Καμπανῶν ἔθνος συνέστη. Sync. p. 198.

Δημόκριτος Ἀβδηρίτης... καὶ Ἐμπεδοκλῆς... Ζήνων τε καὶ Παρμενίδης φιλόσοφοι, καὶ Ἱπποκράτης Κῶος... Γοργίας, καὶ Ἱππίας, καὶ [c] Πρόδικος... ἤκμαζον. Ex Syncell. pag. 202 et 205.

Σωκράτης φιλόσοφος καθαρτικός ἤνθει. Sync. p. 205.

Νεεμίας... τὴν πόλιν τε αὐτοῖς τείχεσιν ἤγειρεν... ἔργου τελειωθέντος κατὰ τὸ λβ' ἔτος τοῦ Ἀρταξέρξου... ὡς ἱστορεῖ ἡ τοῦ Ἔσδρα γραφή. Ex Sync. pag. 199.

Εἴ τις ἐντεῦθεν ἀριθμήσειε τὰς παρὰ τῷ Δανιὴλ Ο' ἑβδομάδας, [αἳ] γίνονται ἔτη υϛ', εὕροι ἂν αὐτὰς ἐπὶ Νέρωνα Ῥωμαίων αὐτοκράτορα περαιουμένας, καθ' ὃν πολιορκεῖσθαι ἀρξαμένη ἡ πόλις μετὰ β' ἔτος Οὐεσπασιανοῦ τὴν ἐσχάτην ἅλωσιν ὑπομένει. Euseb. apud Sync. p. 199.

Ὁ Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων πόλεμος, κ. τ. λ. Syncell. pag. 205.

Βακχυλίδης μελοποιὸς ἐγνωρίζετο. Sync. ibidem.

Ἀθηναίους ἐπίεσεν ὁ λιμός. Idem ibidem.

Θουκυδίδης... ἤκμαζεν. Syncell. pag. 202.

Εὔπολις καὶ Ἀριστοφάνης κωμικοί. Sync. p. 205.

Πῦρ ἐκ τῆς Αἴτνης... ἐρράγη. Idem ibidem.

Σεισμῶν γεγονότων ἡ πρὸς Λοκροῖς Ἀταλάντη σχισθεῖσα νῆσος ἐγένετο. Idem ibidem.

## NOTÆ.

nec recte Scaliger *Thætetus*. Vide Procli insignem de eo locum ad lib. II Euclidis, laudatum Fabricio Bibl. Græc. tom. II, p. 385.

[a] Syncellus solos tribuit *quatuordecim*. Archelai ætas a Perdicæ patris, cui successit in regno, annis pendet. De eo autem incerta nimium sunt, quæ Veteres tradiderunt. Ultima ejus mentio est apud Thucydidem anno belli Peloponnesiaci decimo sexto: cujus vigesimo secundo anno Archelai jam regis Diodorus lib. XIII meminit. Et solos tamen ei annos regni septem attribuit, quos olympiade 95 ineunte fixit; sed est ibi omnino, notatus et ante nos doctis viris, in numericis notis error.

[b] Accepit Eusebius ab Diodoro, cujus verba Scaliger laudat. Notat vero ille, archonte Athenis Theodoro, anno scilicet tertio olymp. 85, uno minus quam noster, Campanorum gentem e pluribus vicis in unam convenisse urbem Capuam: quod et recte habet, cum Velleii testimonio, cui tamen urbs illa dicitur ante annos ferme triginta tres a Tyrrhenis condita.

[c] Gorgiam ait Scaliger, eo quod discipulus fuerit Empedoclis, non eodem tempore florere potuisse, atque adeo esse infra hanc seriem ponendum. Constat vero, eum non plusquam annis ab hinc octo, ob tantam nominis celebritatem, missum a Leontinis Athenas, quam volebat societatem Atheniensibus persuasisse. Clarebat igitur jam ab aliquot annis, ut jure huc potuerit ab Eusebio referri. Cætera videsis apud Fabricium.

[d] Nescit Parmensis ms. verba, *qui scholam congregavit*, quæ ipsa etiam Scaligeri editio ignorat. Græca, quæ iis respondent: φιλόσοφος καθαρτικός, aliud utique sonant: quas nempe profitebatur, initiationes, lustrationesque. Et monet Schurzfleischius, Epimenidem quoque et Pythagoram et alios multos καθαρτικοὺς Philosophos appellatos. Quin neque scholam habuit Socrates, sed cum amicis, et qui ad eum accederent, est philosophatus.

[e] Manifestum est, hæc accepisse Eusebium ab Africano, quem Hieronymus Commentario in Danielis c. IX laudat, multis iisque luculentissimis adductis ex ejus libro quinto Temporum locis. Sed hæc persequi, quæ sexcentis libris disputata sunt in utramque partem, propositum nostrum non patitur. Monemus tamen, iis omnibus, quæ multa huc Scaliger congessit, ad fidem Auctori nostro æque, atque Interpreti derogandam, docte satis reposuisse Pet. Dan. Huetium Demonstrat. Evang. Proposit. IX, cap. 8, n. 7 et seqq., ubi Africani sententiam illustrat, et pro virili tuetur, tametsi alicubi ab eo dissentiat.

[f] Recte quidem Scaliger non aliud putat Ætnæ incendium hoc innui, quam quod secundum Thucydides memorat, sexto exeunte belli Peloponnesiaci anno. In hunc vero ipsum annum cum pariter Eusebii rationes ab ejus belli initio conveniant, non video cur ejus hypothesim de biennii prochronismo reprehendat Scaliger, cum recte ab eo collocatum belli initium in primo olympiad. 87, Pythodoro archonte, non diffiteatur.

[g] Parmensis ms., *scisso Athlante*, quod et plerique editi libri præferunt: tum *facta est insula*, etiam prætermisso *civitas*: quæ tamen minime probanda lectio est. Ad hæc laudatus etiam Scaligero Thucydides lib. III, Atlantam dixit, non abruptam a continente, sed cum jam antea esset insula, νῆσος ἐπὶ Λόκροις τοῖς Ὀπουντίοις, vi fluctuum ἐπικλυσθῆναι: et ut Seneca interpretatur, Natur. Quæst. lib. VI cap. 24, *aut totam, aut certe maxima ex parte superfusam*. Cum Eusebio maxime facit Diodorus lib. XII.

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedon.* | *Ægyptiorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | 40 | 8 | | Plato [b] nascitur. | |
| | *Persarum VIII, SECUNDUS XERXES, menses* 2. *Post quem SOGDIANUS, IX, menses* 7. *Cui successit DARIUS, X, cognomento Nothus, an.* 19. | | | | |
| 89 | 1 | 9 | | Lacedæmonii et Athenienses fœdus percutiunt. | |
| | 2 | 10 | | Eudoxus Gnidius [c] clarus habetur. | |
| | 3 | 11 | | Lacedæmonii [d] ver sacrum destinantes, Heracleam urbem condunt. Alcibiades profugus abiit ad Tisaphernem. | |
| | 4 | 12 | | | |
| 90 | 5 | 13 | | | |
| | 6 | 14 | | | |
| | 7 | 15 | | | |
| | 8 | 16 | | | 1600 |
| 91 | 9 | 17 | | | |
| | 10 | 18 | | | |
| | 11 | 19 | | | |
| | | | Ægyptus a Persis recessit, et rursum Ægyptiorum renascitur *Dynastia XXVIII. Et regnavit* [a] *AMARTHEUS, primus Saites ann.* 6. | | |
| | 12 | 20 | 1 | Clades [e] quæ Atheniensibus accidit in Sicilia. | |
| 92 | 13 | 21 | 2 | Eubœa ab Atheniensium societate discedit. | |
| | 14 | 22 | 3 | | |
| | 15 | 23 | 4 | | |
| | 16 | 24 | 5 | Euripides [f] apud Archelaum, et Sophocles Athenis moritur. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν η', ἐβασίλευσε ΞΕΡΞΗΣ υἱὸς Ἀρταξέρξου μῆνας β'. Syncell. pag. 203.

Περσῶν θ', ἐβασίλευσε ΣΟΓΔΙΑΝΟΣ μῆνας ζ'. Idem ibidem.

Περσῶν ι', ἐβασίλευσε ΔΑΡΕΙΟΣ ὁ Νόθος... ἔτη ιθ'. Idem ibidem.

Αἴγυπτος ἀπέστη Περσῶν. Syncell. pag. 205.

Αἰγυπτίων εἰκοστὴ ὀγδόη δυναστεία. ΑΜΥΡΤΑΝΟΣ Σαΐτης ἔτη ς'. Eusebius apud Sync. pag 61.

Πλάτων ἐγεννήθη. Chron. Pasch. pag. 132.

Λακεδαιμόνιοι πρὸς Ἀθηναίους ἐσπείσαντο. Idem. pag. 205.

Εὔδοξος ὁ Κνίδιος ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Λακεδαιμόνιοι ἀπῴκησαν Ἡράκλειαν. Idem ibidem.

Ἡ Ἀθηναίων συμφορὰ γέγονεν ἐν Σικελίᾳ. Idem pag. 203.

Εὐριπίδης τελευτᾷ, καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἀθήναις. Chron. Pasch. pag. 133.

## NOTÆ.

[a] Syncello pag. 305 dicitur Ἀμυρταῖος, quemadmodum et Thucydidi appellari eum, Scaliger notat.

[b] Natus est quinque fere mensibus ante obitum Periclis, quem ipse Eusebius recte in quarto superioris proxime olympiadis anno collocavit; metachronismum biennii ipse admittit Scaliger, qui natalem Platonis diem, ad primum olympiadis 88 refert. In Eusebio autem solidæ est olympiadis metachronismus. Vide Laertium.

[c] Dixisset ἐγεννήθη, *natus est;* claruit enim olympiade 103, ut Apollodorus in Chronicis, ex eoque Laertius lib. VIII sect. 90 testantur. Ipse etiam Eusebius eum iterum floruisse dicit longo ab hinc intervallo, sive olympiad. 97. Verum est igitur, quod et Scaliger, et nos sæpe monuimus, varias hoc libro auctorum sententias proponi.

[d] Quid sit *ver sacrum vovere*, aut *destinare*, docet Festus, et Livius cum alibi, tum lib. XXII, et quos laudat Scaliger, Dionysius Halic. lib. I, et Justinus XXIV: ita tamen ut, eodem Scaligero teste, nemo Ve- A terum melius ex professo explicarit, quid esset ver sacrum vovere, quam Hieronymus hic fecit, quasi aliud agendo: significat enim juventutem a Lacedæmoniis devotam, ac diis consecratam in novam coloniam Heracleam missam. Sed quod tempus spectat, notatum eidem Scaligero, manifestum hic esse quinquennii metachronismum, siquidem anno tertio olympiadis antecedentis deducta est colonia.

[e] Huc jussit in Curis posterioribus revocari hanc periocham Pontacus, quæ perperam in editionibus, atque ipsa Scaligerana habebatur ante sex annos, sive ad olympiad. 90 secundum. Historia tantæ cladis, quæ certo certius 19 belli Peloponnesiaci anno contigit, ultimo olympiadis 91, suo scilicet loco demum restitui nunc, ipsa evincit.

[f] Accedere malim Scaligero, qui Euripidem et Sophoclem anno tertio olympiadis 93 docet e vivis excessisse; præter enim laudatos ab eo auctores, id colligere est ex Aristophane in Ranis verss. 69 et 76. Erit adeo apud Eusebium biennii prochronismus.

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedon.* | *Ægyptiorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | [b] *ORESTES XIII, an.* 3. | | | |
| 93 | 17 | 1 | 6<br>*Dynastia XXIX Ægypt. Mendesiorum.*<br>[c] *NEPHERITES, an.* 6. | | |
| | 18 | 2 | 1 | Dionysius in [e] Sicilia tyrannidem exercet. | 1610 |
| | 19<br>*Persarum XI, ARTAXERXES, qui cognominatus est Mnemon, Darii et Parysatidis filius, an.* [a] 40 | 3<br>*Macedon. XIV, ARCHELAUS, an.* 4. | 2 | | |
| | 1 | 1 | 3 | Sub hoc rege mihi [f] videtur historia, quæ in Hester libro continetur, expleta : ipse quippe est, qui ab Hebræis Assuerus, et a LXX Interpretibus Artaxerxes vocatur. | |
| 94 | 2 | 2 | 4 | | |
| | 3 | 3 | 5 | Dionysius Syracusis tyrannidem exercet. | |
| | 4 | 4<br>*Macedonum XV, AMYNTAS, an.* 1. | 6<br>*Post quem* [d] *ACHORIS, ann.* 12, *dynastia XXIX Ægyptiorum.* | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν ια', ἐβασίλευσεν ΑΡΤΑΞΕΡΞΗΣ υἱὸς Δαρείου Νόθου, ὁ καὶ Μνήμων, ἔτη μ'. Sync. pag. 203.

Μακεδόνων ιγ', ἐβασίλευσεν ΟΡΕΣΤΗΣ ἔτη γ'. Idem pag. 202.

Μακεδόνων ιδ', ἐβασίλευσεν ΑΡΧΕΛΑΟΣ ἔτη δ'. Id. p. 207.

Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ᾿ΑΜΥΝΤΑΣ ἔτος ἕν. Id. ibid.

Εἰκοστὴ ἐννάτη δυναστεία. Μενδήσιοι βασιλεῖς δ'. Πρῶτος ἔτη ϛ'. Eusebius apud Syncell. pag. 61.

Αἰγυπτίων κθ' δυναστεία, δεύτερος ΑΧΩΡΙΣ ἔτη ιγ'. Eusebius apud Sync. p. 61, et Sync. p. 205.

Διονύσιος Σικελίας ἐτυράννει. Sync. pag. 206.

Κατὰ τοῦτον μοι δοκεῖ ἡ κατὰ τὴν ᾿Εσθὴρ ἱστορία, εἰ δὴ αὐτός ἐστιν ὁ παρὰ μὲν ῾Εβραίοις ᾿Ασσουῆρος, παρὰ δὲ τοῖς ῾Εβδομήκοντα ἑρμηνεύεται ᾿Αρταξέρξης. Euseb. apud Sync. pag. 203.

Διονύσιος Σικελίας ἐτυράννει. Sync. pag. 206.

## NOTÆ.

[a] Propius ad verum Clemens Alexand. huic annos tribuit quadraginta duos : sed et eo verius quadraginta sex elargitur Canon astronomicus.

[b] Diximus immanem esse Veterum in tradenda Macedonum regum serie atque annis, dissensum : nec tamen scire nos, quem Eusebius auctorem sequatur. Alii hunc Orestem, qui puer ab Æropo tutore suo occisus est, in album regum nec referunt. Quin immo Archelao ejus patri (quem notat Diodorus lib. XIV interfectum annis ab hinc octo, sive primo olympiadis 95, cum solos tamen septem annos, non viginti quatuor, ut Eusebius facit, regnum tenuisset) successisse tradunt ipsum Æropum, et per sex annos regnasse. Sed est omnino in numericis apud Diodorum notis mendum, neque enim sibimetipsi constabit, cum libro XIII, Archelai jam regis meminerit anno 22 belli Peloponnesiaci, qui tertius est olympiadis 92, ab eoque ad primum 95 non jam septem, sed ferme decem anni numerentur. Ejusmodi absurda in ea regum serie apud alios occurrunt. Vide Spanhemium de Præst. et usu numism. I, 371.

[c] Hunc alii *Nephren* vocant, Diodorus Νεφρέα; Justinus, ex eoque Orosius, *Hercynionem*; in antiquis libris *Mercinionem*, et *Mercinionem*, demum et *Inercinionem* : quæ scribarum menda esse, non dubito.

[d] Hunc, ipso admonente Pontaco, retulimus Achorim, qui in antea editis perperam superiori anno ascribebatur. Græce ᾽Ακόρις et ᾽Αχώρις, scriptum invenire est. Legimus vero *Dynastiæ XXIX*, ex Græco tam Eusebii p. 61, quam Syncelli textu, sed et Latinis aliquot libris, cum mss. tum vulgatis, et Scaligero suffragantibus. Pontacus contrario sensu *Dynastia XXX* habet, quam hinc auspicatur, unde *XXXI* in subsequenti Psammuthe numerat. Anni tredecim, qui notantur in Græco, videntur pro non expletis habendis.

[e] Superiori proxime anno periocham hanc refert Scaliger, qui et notat, eodem anno Dionysium iniisse tyrannidem in Sicilia, et Archelaum regnum in Macedonia, quo dudum laudati Euripides et Sophocles obierunt : unde iterum hic biennii prochronismo peccatum sit. Fecisset operæ vero pretium, si certis auctorum testimoniis comprobasset; notatum enim paulo ante nobis, ex Macedonum regum historia, et per hæc potissimum tempora, haud posse bona argumenta excudi ad aliorum rationes convellendas, in his præsertim unius aut duorum annorum intervallis. Præterea alius est quem Eusebius, alius quem Scaliger Archelaum memorant. Denique manifestum est, quod sæpe diximus, varias ab auctore nostro referri chronologorum hypotheses.

[f] Haud dico quid vero propius videatur : et mihi quidem, qui malim uno ferme et dimidio sæculo vetustiorem putare hanc historiam, sub Cambyse scilicet, quem Esdras cap. IV, vers. 6, Assuerum diserte nominat. Ea est etiam Hebræorum sententia in Seder-Olam; et ut quidem sentio, in Cambysem commodius, quam in alium ex successoribus Persarum regibus quadrant quæ temporum et personarum circumstantiæ sacra illa historia continentur. Sed non est iste ad disserendum locus. Adeo nec moror pro Xerxe Scaligeri, proque aliis usque ad Ochum diversa inter se placita, quæ jamdiu disputando contrita sunt ab iis præsertim, qui sacras litteras interpretantur. De Eusebio autem cur dissimulem esse nonnulla in hac ejus opinione, quæ Estheræ libro plane adversantur? Notat ex. gr. sacer textus, Judæos fuisse tum temporis per Medorum Persarumque regiones dispersos, in Captivitate scilicet adhuc versatos. Deinde

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedon.* | *Ægyptiorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | 5 | 1 | 1 | Athenienses [b] sustinent tyrannidem. | |
| | | | | Isocrates rhetor agnoscitur. | |
| | | | | Democritus [c] moritur. | |
| | | | | Alcibiadem [d] Pharnabazus interficit. | |
| | | | | Cyri [e] regis ascensus, de quo scribit Xenophon. | |
| | | | | Tyranni [f] Athenis oppressi. | |
| | | *Macedonum XVI, PAUSANIAS, an. 1.* | | | |
| 95 | 6 | 1 | 2 | Athenienses [g] XXIV litteris uti cœperunt, cum antea XVI tantum litteras haberent. | |
| | | *Post quem AMYNTAS, XVII, ann. 6.* | | | |
| | 7 | 1 | 3 | Xenophon filius Grylli, et Ctesias clari habentur. | |
| | | | | Socrates [h] venenum bibit. | |
| | | | | Templum [i] rursus Ephesi incensum. | |
| | 8 | 2 | 4 | | |
| | 9 | 3 | 5 | Socratici clari habentur. | |
| 96 | 10 | 4 | 6 | Diogenes Cynicus agnoscitur. | 1620 |
| | 11 | 5 | 7 | Speusippus insignis habetur. | |
| | 12 | 6 | 8 | Dionysius in tyrannide perseverat. | |
| | | *Post quem* [a] | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων ις', ἐβασίλευσε ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ ἔτος α'. Syncell. pag. 207.

Μεθ' ὃν, ιζ, ἐβασίλευσεν ΑΜΥΝΤΑΣ ἔτη ς'. Id. ibid.

Μεθ' ὃν, ιη', ΑΡΓΑΙΟΣ ἔτη β'. Idem ibidem.

Ἀθηναῖοι ἐτυραννήθησαν. Idem pag. 205.

Ἰσοκράτης ῥήτωρ... ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Δημόκριτος τελευτᾷ. Chron. Pasch. pag. 135.

Ἀλκιβιάδην ἀνεῖλε Φαρνάβαζος. Sync. pag. 205.

Κύρου Πέρσου ἀνάβασις, ἣν ἱστορεῖ Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου. Idem ibidem.

Οἱ ἐν Ἀθήναις τύραννοι κατελύθησαν. Idem ibidem.

Ἀθηναῖοι ἤρξαντο στοιχείοις κδ' χρᾶσθαι, πρώτερον ις' χρώμενοι. Chronic. Pasch. pag. 134.

Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου [Ed. Θρυλυλέου], καὶ Κτησίας ἐγνωρίζοντο. Chron. Pasch. pag. 135.

Σωκράτης... πιὼν τὸ κώνειον ἀπέθανε. Id. ibid.

Ὁ ἐν Ἐφέσῳ ναὸς αὖθις ἐνεπρήσθη. Sync. p. 206.

Σωκρατικοὶ ἐγνωρίζοντο. Chron. Pasch. p. 134.

Διογένης Κυνικὸς... ἐγνωρίζετο. Sync. pag. 206.

Σπεύσιππος ἐγνωρίζετο. Ex Sync. pag. 219.

Διονύσιος ἐτυράννει τῆς Σικελίας. Sync. pag. 206.

## NOTÆ.

Mardochæus dicitur cap. II, vers. 6, cum captivis una A cum rege Jechonia abductus : qui si adeo sub Artaxerxe Mnemone inter vivos fuit, ducentesimum saltem ætatis annum agebat, quod est sane incredibile. Demum, ut alia prætermittam, regina ipsa, cujus tanta erat formæ præstantia, centum annos jam excessisset. Reliqua persequi haud vacat.

[a] Sentire videtur Eusebius, hunc Argeum regnum intercepisse Amyntæ, quod hic post duos annos recuperarit ; quæ enim subjungit ibi, *Post quem rursum Amyntas*, ita accipio, ut eumdem Amyntam, quem proxime superius loco XVI memoraverat, denuo noteat. Favet conjecturæ quod priori loco sex regni annos, altero duodeviginti ei tribuit, qui ὁμοῦ sunt viginti quatuor. Tot nimirum Amyntæ, qui Pausaniæ successit, annos dat Diodorus lib. XIV, nec dissentit Justinus lib. VII, c. 4. Cæterum Argeum istum intermedium nemo, quod sciam, nominat : nec porro velim Scaligero fidem adhiberi ejus regis nummum proferenti inscriptum ΑΡΓΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, ex quo probet, perperam ab aliis scribi Ἀργαίου. Ignotus B certe ille est rei nummariæ studiosis : nec si exstitit, idoneum germanitatis suæ fidejussorem nactus est.

[b] Factum id primo olympiad. 94 anno, contendit Scaliger ex Diodori loco lib. XIV, ubi annum hunc fuisse notat septingentesimum octogesimum ab Ilii excidio : proinde biennii metachronismum hic esse. Vide ejus notas si lubet. Confer et Justinum l. V, c. 8.

[c] Laudatus quidem Diodorus eodem ipso anno Atheniensium ἀναρχίας, sive primo olympiad. 94 fatis concessisse Democritum refert. Cum vero Veteres inter se longe lateque de annis, quibus vixit, deque adeo natali, et θανασίμῳ cum primis dissideant, non videtur jure Scaliger nunc Eusebium de triennii metachronismo, nunc Laertium de falso accusare : eoque minus recte Simsonius hunc juxta præconceptam opinionem ex arbitrio refigere. Vide ipsum Laertium.

[d] Atque id gestum in eumdem ann. primum olymp. 94 confert Diodorus. Sed ei fidem neque ipse demum Scaliger adjungit, aitque ex Plutarcho subolere inter captas Athenas et cædem Alcibiadis, ut minimum, intercessisse annum unum. Idem ex rerum, quas narrat Cornelius Nepos, serie colligere est.

[e] Præstabat regis nomen siluisse, quod nec est in Græco, neque esse debet, ut et Scaligero notatum est. Notior est Κύρου Ἀνάβασις, quam ut verbo expendam.

[f] A Thrasybulo scilicet, cujus præclarum hoc facinus ad 94 olymp. tertium annum refert Anonymus ; ad quartum, cum Eusebio Diodorus, siquidem conjungit hoc gestum cum ascensu Cyri. Vide si lubet Scaligerum.

[g] Quod laudamus in Græcis Paschale Chronicon gestum id refert post septem adhuc annos, sive subsequentis olymp. quarto. Propius ad verum cumque Eusebio ferme Cedrenus memorat circa Socratis mortem. Hinc arripit Scaliger occasionem de litterarum Ionicarum origine prolixius disserendi, quæ ut minime propositum spectent, sintque ab aliis tractata multo felicius ex nummis, ita et lapidis Farnesiani levi fundamento nituntur, sive non ejus, quam putat, ætatis.

[h] Rectius primo hujus olymp. anno mors Socratis videtur ascribenda ex Diodori lib. XIV, Diogenis Laertii in ejus Vita, atque aliorum testimoniis. Auctor tamen Paschal. Chronici, haustum ab eo venenum refert post annos ferme triginta quinque, seu primo olymp. 104, cui Xenophontis quoque, Ctesiæ mentionem affigit.

[i] Idipsum Syncellus statim a Socratis morte refert, ut de labe Eusebiano Canoni a librariis illata dubitare non liceat. Cæterum pervulgata sententia

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedon.* | *Ægyptiorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| | | *ARGEUS, XVIII, ann.* 2. | | | |
| | 13 | 1 | 9 | Carthaginensium [c] bellum famosum. | |
| 97 | 14 | 2 | 10 | Eudoxus astrologus agnoscitur. Galli Senones [d] Romam invaserunt, excepto Capitolio. | |
| | | *Post quem rursum AMYNTAS, XIX, an* 18. | | | |
| | 15 | 1 | 11 | | |
| | 16 | 2 | 12 | | |
| | | | *Ægypti PSAMUTHES, an.* 1 [a]. | | |
| | 17 | 3 | 1 | Plato philosophus agnoscitur. Tribuni militares [e] pro consulibus esse cœperunt. | |
| | | | *Post quem NEPHERITES, menses* 4. | | |
| 98 | 18 | 4 | 1 | | |
| | | | *Et post eum NECTANEBUS, an.* [b] 18. *Ægyptiorum XXX, dynastia, Sevenitarum.* | | |
| | 19 | 5 | 1 | Evagoras [f] in furorem versus cum regnaret Cypri. | 1630 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μεθ' ὃν, ιθ', ΑΜΥΝΤΑΣ ἔτη ιη' [Ed. ιβ']. Sync. p. 207.

Αἰγυπτίων γ', ἐβασίλευσε ΨΑΜΜΟΥΤΙΣ ἔτος α'. Eusebius apud Syncell. pag. 61.

Μεθ' ὃν, δ', ΝΕΦΕΡΙΤΗΣ μῆνας δ'. Eusebius apud Syncell. ibidem.

Τριακοστὴ δυναστεία Σεβεννυτῶν βασιλέων τριῶν, α', ΝΕΚΤΑΝΕΒΗ ἔτη ι'. Idem pag. 62.

Καρχηδονίων ὁ ἱερὸς πόλεμος. Εὔδοξος ἀστρολόγος ἐγνωρίζετο. Syncell. pag. 206.

Γαλάται καὶ Κέλται Ῥώμης ἐκράτησαν, πλὴν τοῦ Καπετολίου. Idem ibid., et Chron. Pasch. pag. 134.

Πλάτων φιλόσοφος ἤκμαζε. Chron. Pasch. ibidem.

Εὐαγόρας βασιλεύων τῆς Κύπρου ἐξέστη. Syncellus pag. 206.

## NOTÆ.

est, hocce alterum Ephesini templi incendium eo A die contigisse, quo natus est Alexander Magnus, anno primo olymp. 106. Eo autem loci ab Eusebio non memoratur, ut videri tertium illud potuisset. Sumpsit hoc itaque ab auctore quopiam, qui secus atque vulgus sentiebat: neque fabulæ illi, quam procudit Hegesias Magnesius a Plutarcho irrisus, fidem adjunxit.

[a] Expunximus hinc verba *Ægyptiorum XXXI dynastia, Sevenitarum*, quæ Pontacus ascripserat, in vetustioribus autem editis libris non habentur: neque ea Scaliger hic novit, sed suo demum loco ad Nectanebum, quo et reposita sunt nobis: *et XXX, non XXXI dynastia dicitur*. Plane enimvero erat contra Eusebii mentem, qui Psammuthim et Nepheritem vigesima nona, quæ Mendesiorum est, comprehendit, ut ex ipsiusmet verbis apud Syncellum p. 61 liquet. Scaliger *Psammitem* hunc vocat.

[b] Tam Eusebius a Syncello laudatus, quam Syncellus ipse non nisi annos decem huic tribuunt: ac B porro ille alteri ab isto cognomini Ægyptiorum regi Nectanebo dat solos octo. Consurgunt ὁμοῦ anni duodeviginti, quæ hic summa eorum utrique ascribitur. Dubitare itaque licet, ne fraudi fuerit nominis similitudo iis, qui Latinum hunc Canonem olim recensuerunt, maxime cum alii sint ex Antiquis, qui Nectanebum secundum prætereant.

[c] Græcum, quem minime novit textum apud Syncellum, Scaliger ita confingit, Καρχηδονίων μάχη περιβόητος, ut nempe male redditum Latine abs Hieronymo *bellum*, pro *pugna*, inferat. Nunc vindicat S. Interpretem ab ea criminatione locus, quem laudamus, et quem ab Eusebio acceptum, series ipsa gestorum apud Syncellum evincit. Πόλεμος quippe, non μάχη dicitur; quin etiam verosimile est, significare voluisse Eusebium crudele bellum illud, quod narrat Diodorus, lib. xiv, Syracusios inter et Carthaginienses fuisse; et exarsit quidem primo hujus olymp. anno, sed nondum hocce quarto, cui ascribitur ab Eusebio, restinctum fuerat, duce Carthaginiensium Magone, qui hoc ipso anno ad Abacænum urbem prælio fusus est a Dionysio. Scaliger præcedenti proxime numero ascribit Eusebii ῥῆσιν, quam et de biennii metachronismo accusat, quod intelligi velit longe celeberrimam pugnam navalem, duce Syracusiorum Leptine, et Carthaginensium Imilcone.

[d] Hallucinationem hanc, ait Scaliger Eusebii esse, conjicientis annum captæ Urbis in annum quo Alpes a Gallis superatæ sunt. Et est quidem, ut nihil dissimulem, vulgo recepta ex Fastis Capitolinis illorum sententia, qui anno hujus olymp. tertio, non primo, Romam a Gallis captam existimant. Non usque adeo tamen eorum certæ rationes sunt, ut aliter sentientium dici hallucinationes possint. Facit ferme cum Eusebio Plutarchus in Camillo, qui post annos amplius 360 ab conditu captam Urbem notat: nec diffitetur tamen certum ejus infortunii annum difficile esse invenire. Alii in diversa abeunt. Plinius lib. xxxiv, cap. i, ann. putat 358; Livius, 365; Dionysius lib. i, post reges exactos, centesimum vigesimum expletum: hoc autem auctore, et Diodoro, Scaliger contra illam vulgatam opinionem fuisse eum primum subsequentis olymp. 98 contendit.

[e] Ego ita accipio, ut significet, denuo tribunos militum consulari potestate inductos, quo magistratu superior proxime annus caruit: eo siquidem M. Furius Camillus dictator, L. Valerius Potitus mag. equitum fuit. Pridem vero, nec ab annis sane paucis, Romanam remp. tribuni militares obtinebant, ac porro diu obtinuerunt secutis temporibus, eo excepto anno, quem Eusebius notat, tertio olymp. 97, sive, juxta aliorum rationes, quarto. Cæterum ut hæc cum Livio lib. vi conferas, auctor sum.

[f] Perquam docte notatum Scaligero, ἐξέστη, quod in Græco est, verbum fraudi S. Interpreti, qui red-

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedon.* | *Ægyptiorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | 20 | 6 | 2 | | |
| | 21 | 7 | 3 | | |
| 99 | 22 | 8 | 4 | | |
| | 23 | 9 | 5 | | |
| | 24 | 10 | 6 | | |
| | 25 | 11 | 7 | | |
| 100 | 26 | 12 | 8 | [b] Magno terræ motu Helice et Bura Peloponnesi urbes absorptæ sunt. | |
| | 27 | 13 | 9 | | |
| | 28 | 14 | 10 | | |
| | 29 | 15 | 11 | Prænestini [c] a Romanis victi apud flumen Alliam per Quinctium Cincinnatum. | 1640 |
| 101 | 30 | 16 | 12 | Athenienses principes Græciæ facti. | |
| | 31 | 17 | 13 | Isocrates rhetor agnoscitur. | |
| | 32 | 18 | 14 | Plato et Xenophon, necnon et alii Socratici clari habentur. | |
| | | *Macedonum IX, ALEXANDER, an.* 1. | | | |
| | 33 | 1 | 15 | | |
| | | *Post quem PTOLEMÆUS ALORITES, XXI, an.* 4. | | | |
| 102 | 34 | 1 | 16 | | |
| | 35 | 2 | 17 | | |
| | 36 | 3 | 18 | | |
| | | | *Ægypti* [a] *THEO, annis* 2. | | |
| | 37 | 4 | 1 | | |
| | | *PERDICCA, XXII, ann.* 6. | | | |
| 103 | 38 | 1 | 2 | Theo [d] rex Ægypti fugit in Arabiam. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων κ', ἐβασίλευσεν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ἔτος α'. Syncell pag. 207.

Μεθ' ὃν, κα', ἐβασίλευσε ΠΤΩΛΕΜΑΙΟΣ ΑΛΩΡΕΙΤΗΣ ἔτος α'. Ex Syncell. ibidem.

Μακεδόνων κβ', ἐβασίλευσε ΠΕΡΔΙΚΚΑΣ ἔτη ς'. Sync. pag. 207.

Αἰγυπτίων β', ἐβασίλευσε ΤΕΩΣ ἔτη β'. Eusebius apud Syncell. pag. 62.

Ἑλίκη [Al. Ἑλίλα] καὶ Βοῦρα πόλεις ἐν (Ἀχαΐᾳ, ἤτοι) Πελοποννήσῳ κατεπόθησαν μεγάλῳ σεισμῷ. Syncell. pag. 206, et Chron. Pasch. pag. 135.

Πραινεστίνους ἐκίνησαν Ῥωμαῖοι. Sync. pag. 206.

Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ ἐγνωρίζετο. Chron. Pasch. p. 135.

Πλάτων καὶ Ξενοφῶν, καὶ ἄλλοι Σωκρατικοὶ ἤνθουν. Idem pag. 134.

## NOTÆ.

dit, *in furorem versus*, cum ibi sit pro ἐξεχώρησεν, id est, *excessit*, vel *cessit*. Nota ex Diodoro lib. xv historia Evagoræ, qui cum ab Artaxerxis duce Teribazo bello internecino premeretur, optionem accepit, ut omnibus per Cyprum urbibus cederet, et unius Salaminis dominio contentus annuum Artaxerxi tributum dependeret. Illud vero quod ait Scaliger, admissum ab Eusebio prochronismum biennii (hoc enim contigisse anno hujus olymp. quarto), videtur ex Diodoro hausisse, qui hoc anno, eaque Evagoræ transactione impositum bello Cyprico finem tradit. Manifestum autem est ex Isocratis Evagora p. 398, et Panegyrico p. 136, falli Diodorum in præscribendis ejus belli terminis, quod longius prorogatum est, sive ἔτη δέκα, ut ait Isocrates.

[a] Parmensis et primus Palatin. mss. *Teo*, rectius sine aspiratione, præferunt : neque enim, ut Scaliger putat, per Θ scribitur in Græco, sed Τεὼς ut et in Latino *Teos* scribi debeat. Sed et Ταὼς invenire est scriptum, et Τάχως apud Diodor. lib. xv, et Ælianum Var. Hist. lib. v, in quem locum consulendus Perizonius. Vide et Xenophontem in Agesilao.

[b] Prochronismus annorum septem, quem Scaliger notat, minime est dissimulandus : siquidem luculentissime testatur Pausanias in Achaicis cap. 25 terræmotum, quo Helice deleta et Bura perculsa est, contigisse, *Archonte Athenis Asteo*, *olympiadis primæ et centesimæ anno quarto*. Consentit et Strabo lib. viii, qui cladem hanc refert biennio ante pugnam Leutricam. In quibusdam mss. *Elice* non aspiratur : Scaliger *Elica* legit, et *Peloponnenses urbes* : Salmasius, teste Schurzfleischio, malebat *Peloponnesenses*. Porro nulla hac notior historia apud Antiquos, quos laudare nihil interest.

[c] Varia apud antiquos auctores hujus est facti epocha. Nonnulli ad primum hujus olympiadis annum referunt, ex Livii narratione lib. vi cap. 27 ; Diodorus et Paulus Orosius, quos laudat Scaliger, anno tertio subsequentis 101 ascribunt.

[d] Negat fugisse eum Scaliger, sed compendioso itinere per Arabiam ad Artaxerxem venisse, ut veniam ab eo, quem contra arma moverat, impetraret. Et rem quidem ita Diodorus narrat lib. xv, aliique veteres Scaligero laudati scriptores, ut revocare eam in dubium non liceat. Verum aliud videtur eo verbo Eusebius significare voluisse : fugisse scilicet Theum non ab Artaxerxe, et in Arabiam, ut ibi latitaret, sed a Nectanebo, proprio filio, qui cum ad oppugnandas in Syria urbes Phœniciæ missus fuisset, a patre descivit, eique struxit insidias : atque adeo fugisse breviore per Arabiam via ad Artaxerxem, a quo non solum a noxa absolutus, sed etiam summus belli contra Ægyptios imperator creatus est, regnumque sibi a filio et rebellibus ablatum recuperavit. At vero quod tempus spectat, non diffitemur, hæc ex Diodori sententia in annum tertium subsequentis olympiadis a chronologis vulgo conferri : sed mirum quam hæc varie a Plutarcho in Agesilai vita, itemque Xenophonte et Cornelio Nepote narrantur.

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedon.* | *Ægyptiorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | Dionysius rex Siciliæ [c] 19 anno moritur, post quem junior Dionysius regnum invadit. | |
| | | | *Ægyptiorum NECTANEBUS, an.* 18. | | |
| | 39 | 2 | 1 | Aristoteles [d] XVIII ætatis gerens annum, Platonis auditor est. | 1650 |
| | 40 | 3 | 2 | | |
| | *Persarum XII. ARTAXERXES, qui et OCHUS, an.* [a] 26. | | | | |
| | 1 | 4 | 3 | | |
| 104 | 2 | 5 | 4 | Alexander [e] Pheræus agnoscitur. | |
| | 3 | 6 | 5 | Camillus [f] Gallos, qui bellum Romanis intulerant, superat. | |
| | | *Macedon. XXIII, PHILIPPUS,* [b] *an.* 26. | | | |
| | 4 | 1 | 6 | | |
| | 5 | 2 | 7 | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν ιβ', ἐβασίλευσεν ΑΡΤΑΞΕΡΞΗΣ, ὁ καὶ ΩΧΟΣ, ἔτη κζ'. Chron. Pasch. pag. 135.

Μακεδόνων κγ', ἐβασίλευσε ΦΙΛΙΠΠΟΣ ἔτη κγ'. Sync. pag. 207.

Αἰγυπτίων γ', ἐβασίλευσε ΝΕΚΤΑΝΕΒΗΣ ἔτη η'. Euseb. apud Syncell. pag. 61.

Διονύσιος Σικελίας τύραννος ἀπέθανε, κρατήσας ἔτη ιη'· μεθ' ὃν ὁ δεύτερος υἱὸς αὐτοῦ Διονύσιος ὁ νεώτερος. Syncell. pag. 206.

Ἀριστοτέλης Πλάτωνι ἐμαθήτευσεν ἀπὸ ιζ' ἔτους τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Syncell. ibidem.

Κάμιλλος... πολιορκουμένην ὑπὸ Γάλλων τὴν Ῥώμην... ἠλευθέρωσε. Ex Syncell. pag. 202.

## NOTÆ.

[a] Alias ipse Eusebius 27 ei tribuit, quod eo minus probatur : sed enim Scaliger dicam aliam Eusebio impingit, quod triennium solidum Artaxerxi Mnemoni abstulerit, contuleritque Artaxerxi Ocho (vult enim illum annos regnasse 43, non 40; hunc 23, non 26). Diodori nempe rationes hæ sunt lib. XV, a quibus Veteres tamen alii dissentiunt. Quin ego contra ipsum Scaligerum sentio, secundum Canonem Ptolemæi, regnasse Mnemonem annos quadraginta sex, Ochum vero solos viginti et unum.

[b] Solos Græca penes Syncellum habent κγ', 23. Propius ad verum uno plus dicit Diodorus lib. XVI, sub finem.

[c] Auctor est Diodorus lib. XIII et XV, quem et Scaliger laudat, *vitæ terminum* habuisse Dionysium, *postquam annos duodequadraginta regnasset.* Eadem aliorum supputatio est, quam et rerum series, et arreptæ ab eo tyrannidis epocha, statim ab Agrigentinorum clade, verissimam probant. Quin ipse etiam Eusebius ante annos undequadraginta Dionysii initia posuit : ut verosimillimum sit, jamdiu olim corruptum a librariis Græcum ejus exemplar, et pro numericis notis ΛΘ, fuisse hic ΙΘ substitutum. Hieronymus, ut in eo erat, quem ob oculos habebat codice, ita est interpretatus.

[d] In Græcis, ut vides, ιζ' dicitur, sive decimus septimus, quod et Laertius ex Apollodori Chronicis lib. V, sect. 6, scribit. Ne autem putes cum Scaligero hic correctorum audacia mutatum numerum in 18 contra historiæ veritatem, etiam Dionysius Halicarnassæus epist. ad Ammæum testatur, Aristotelem, cum Athenas venit ad Platonem, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος egisse.

[e] Non ait Eusebius, hoc anno Alexandrum Pheræum tyrannidem occupasse, sed late inclaruisse, gestis nempe pro instituti sui ratione scelestissimis. Non erat itaque cur eum Scaliger de solidi quinquennii metachronismo reprehenderet, quod constet ex Diodoro, jam ab anno quarto olympiad. 102 invasisse Alexandrum Pheræorum principatum; neque enim id est quod Eusebius notat. Falsum quoque est quod ab Diodoro Scaliger ebibit, Polydoro fratri, quem veneno sustulerat, Alexandrum successisse ; Polydorum enim Polyphron frater necavit. Polyphrona interfecit fratris ejus filius Alexander. Vide Plutarchum in Vita Pelopidæ. De olympiade porro ista 104, quam ἀνολυμπιάδα censentes Elei, suis annalibus non ascripserunt, vide Xenophontem Hellenic. lib. VII, et modo laudatum Diodorum.

[f] Mira, nequid plus dicam, Scaligeri confidentia. Fuisse ait ista hæc abs Hieronymo assuta ex Historia Latina, cum manifesto indicio sint quæ laudamus Græca ex Syncello, Eusebium ipsum eam historiam attigisse. Sed hæc sunt nauci ; exprobrat enim præterea fœdissimum metachronismum annorum 24, quod hoc contigerit numero 1630, pulsis urbe Roma Gallis a Camillo Dictatore tertium. Fallor, aut hoc agit de industria Scaliger, ut Auctoris nostri sensum invertat. Alia quippe est, quæ hic notatur historia, cum scilicet quintum, non tertium Dictator dictus est Camillus (quod Livius narrat), deque Gallis quartum triumphavit. Plutarchus tunc eum ait annos natum prope octoginta, quod item Appianus refert: reliquæ ejus pugnæ circumstantiæ paulo aliter ab aliis narrantur. Sed tempus quod spectat, satis bene consentit Eusebius Polybio lib. I, qui anno post Romam captam 30 dimicasse Camillum cum Gallis, auctor est. Livius autem, et qui eum sequitur Zonaras, serius adhuc, et anno Urbis 392 rem gestam ferunt. Recentiores Chronologi ascribunt anno secundo, aut juxta aliorum rationes tertio olympiad. 103, ut etiamsi istorum malis probare calculos, non jam ille fœdissimus annor. 24, quem Scaliger commentus est, sed fuerit in Auctore nostro triennii, ut summum, metachronismus. Nec tamen hoc ipsum dabo.

| *Olymp.* | *Persarum.* | *Macedon.* | *Ægyptiorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| 105 | 6 | 3 | 8 | Demosthenes orator agnoscitur. [a] Æschines orator agnoscebatur. | |
| | 7 | 4 | 9 | Ochus [b] Apodasmo Judæorum capta, in Hyrcaniam accolas translatos juxta mare Caspium collocavit. | |
| | 8 | 5 | 10 | | |
| | 9 | 6 | 11 | Dionysius Sicilia pellitur. | 1660 |
| 106 | 10 | 7 | 12 | Alexander [c] Philippi et Olympiadis filius nascitur. | |
| | 11 | 8 | 13 | | |
| | 12 | 9 | 14 | Dion [d] Syracusis interimitur. | |
| | 13 | 10 | 15 | Hipparinus Dionysii filius Syracusis tyrannidem exercet. Erinna [e] poetria agnoscitur. | |
| 107 | 14 | 11 | 16 | Ochus [f] Ægyptum tenuit, Nectanebo in Æthiopiam pulso, in quo Ægyptiorum regnum destructum est. | |
| | 15 | 12 | 17 | | |
| | 16 | 13 | 18 Ægyptiorum regnum destructum est. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἐγνωρίζετο. Chronic. Paschal. pag. 136.

Ὦχος εἰς Αἴγυπτον στρατεύων μερικὴν αἰχμαλωσίαν εἷλεν Ἰουδαίων, ὧν τοὺς μὲν ἐν Ὑρκανίᾳ κατῴκησε πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ, τοὺς δέ, κ. τ. λ. Sync. p. 204.

Διονύσιος ὁ τύραννος ἐξέπεσε Σικελίας. Idem p. 207.

Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου Μακεδόνων βασιλέως ἐξ Ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη. Scaliger in Collectaneis.

Δίων ἀναιρεῖται. Ex Syncello pag. 207.

Ἠρίνα ποιήτρια ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Ὦχος... ἐκράτησεν Αἰγύπτου φεύγοντος Νεκταναβώ... εἰς Αἰθιοπίαν. Ex Syncell. pag. 204.

## NOTÆ.

[a] Hanc de Æschine periocham Scaliger prætermisit, quæ quidem neque in Parmensi ms. habetur, sed est tamen in plerisque aliis cum editis, tum mss. libris.

[b] Omnino fuit in Græcis Eusebii ἀποδασμὸν, quemadmodum et Scaliger excudit, non ut Syncelliani codices præferunt, quodque ejus verbi glossema est, μερικὴν αἰχμαλωσίαν. Falsus est autem, ut Scaliger notat, S. Interpres, qui putavit apodasmum esse urbem quamdam Judæorum, cum sit illud appellativum nomen, quod *partem* sonat. Ita quidem videtur : et haud scio num alia debeat ratione quam ob scribendi, sive dictandi properantiam excusari.

[c] Subsequenti anno, minus autem recte, ascribit Scaliger natalem Alexandri diem.

[d] Vitilitigat Scaliger, opponens, aut hic prochronismo peccatum, aut numero 1660 metachronismo, idque utrobique biennii. Dionysius quarto superioris proxime olympiadis anno, non, ut male recenset Scaliger, primo hujus, Sicilia pulsus est : Dio hujusmet tertio interimitur. Si utrumque terminum includas, quatuor anni abeunt : estque hoc sensu accipiendus Cornelius Nepos, qui Dionis mortem refert *quartum post annum, quam ex Peloponneso in Siciliam redierat.* Addo, perperam esse in Parmensi atque alio apud nos ms., ut et editis vetustioribus *Dionysius*, pro *Dion*. Idem ms. *Hippanisus* habet, pro *Hipparinus*.

[e] Quæ huc spectant præoccupavit Schurzfleischius, Hanc, inquiens, omnes libri *Herinnam* vocant. Neque sane lectionem damnaverim : ab Ἥρα enim fit Ἠρίννα, ut a Φίλη derivatur Φιλίννα. Eam ad hanc ætatem retulit etiam Syncellus. Plinius Hist. Nat. lib. XXXIV, cap. 8, refert, Myronis statuarii opera istam celebrasse; sed dudum annotarunt errorem, ut volunt, Plinii, viri docti. Monimentum enim Cicadæ, a Myrone poetria confectum, et ab Erinna laudatum esse, divinant, cum tale quid epigrammatis in Anthologiæ lib. III cap. 14 legatur. Atqui illud epigramma ibi aliis, non Myroni, ascribitur. Deinde non video, cum temporis ratio minus obstet, cur Erinna Myronis statuarii monimentum Cicadæ non potuerit celebrare; Myro enim ille, ut e Plinio constat, olympiade 87 vixit. At quomodo Myro poetria Erinnam prædicare suis versibus potuerit, id vero est, quod non satis perspicio. Myro enim Byzantia, vel Homeri tragici filia fuit, ut vult Suidas in ΜΥΡΩ, vel mater, ut idem in ὍΜΗΡΟΣ opinatur. At Homerus ille, ut Suidas ait, olympiade 125, sub Ptolemæo Philadelpho floruit, adeoque ad numerum Abrahamiticum 1737 referendus est. Unde patet, ultra 60 ad minimum annos Myrone Erinnam juniorem esse, ab eaque, cum Ἠρίννα, παρθένος οὖσα ἐννεακαιδεκάτης, ἐτελεύτησε, nullo modo videri potuisse. Sunt tamen, qui cum Th. Sigmano ad Rutilii Numantiani Itinerarium lib. I vers. 47, Lipsio de magnitudine Romæ lib. I cap. 2, Philippo Caroli ad A. Gell. lib. XII cap. 6, et aliis, sub Pompeii, aut circiter, ævum, Erinnam vixisse asserunt. Id si verum est, quomodo, quæso te : Asclepiades poeta epigrammatographus, cujus Scholiasta Theocriti meminit ad Idyl. 7, quique Berenicen laudavit Antholog. lib. et cap. 4 et Theocrito certe coævus fuit, laudare potuisset hanc Erinnam, et ἐννεακαιδεκάτην oblisse tradere lib. III Antholog. c. 25. Sed rursus facesset viris doctis negotium locus Suidæ, ubi de Erinna dicitur, ὅτι ἦν ἑταίρα Σαπφοῦς, καὶ ἰσόχρονος. Cl. Fabricius, l. II, c. 17 Bibl. Græc., tom. XLVIII, vocabulum, cum non semper *æqualem* notet, aliter hic accipiendum putat. Scilicet, si id verum esset, Suidas vix addidisset, καὶ ἰσόχρονος. Hoc sane in aprico est, ipsum Suidam plane credidisse Erinnam æqualem fuisse Sapphonis. Sappho tamen juniorem potius, non Eresiam, videtur intellexisse. Suidæ opus collectanea sunt. Quia igitur e Maximi Tyrii dissertatione 8 ΓΥΡΙΝΝΑΝ Sapphus æqualem noverat, codice fortasse depravato usus, Erinnam nostram esse putavit, aut, si vera dixit, Maximum Tyrium exinde corrigendum esse, docuit.

[f] Distulit hæc Scaliger ad quartum hujus olympiadis annum, ut nempe Diodoro cum Eusebio conveniret et de tempore, et de Nectanebi receptu in Æthiopiam. Sed non ea est in antiquis libris editis et mss. Eusebii ratio. Ad hæc secundo anno olympiadis assignat Anonymus sæpe laudatus, qui et recentioribus chronologis probatur magis, et ad nostram recensionem propius accedit. Nihilosecius hæc luxatione aliqua laborare culpa librariorum videntur; nam quæ tertio ab hoc numero de Sidone subversa memorantur, Nectanebi receptum præcesserunt, et vel ad eumdem annum pertinent, vel ad proxime præcedentem : Diodorus enim hæc bella gesta per biennium refert.

| Olymp. | Persarum. | Macedon. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 17 | 14 | Huc usque Manetho. | |
| 108 | 18 | 15 | Ochus Sidonem subvertit, et Ægyptum suo junxit imperio. | |
| | 19 | 16 | Demosthenes Orator omnium fama celebratur. | 1670 |
| | 20 | 17 | Romani [c] Gallos superant. | |
| | 21 | 18 | Dionysius [d] Corinthum sub fœdere navigavit. Plato [e] moritur, post quem Academiam Speusippus tenuit. | |
| 109 | 22 | 19 | Romani cum Samnites duobus præliis cecidissent, universos confines, quia a sua societate discesserant, in ditionem propriam redigunt. | |
| | 23 | 20 | . . . . . . . . . . | |
| | 24 | 21 | . . . . . . . . . . | |
| | 25 | 22 | Dionysius [f] Corintho expulsus. | |
| 110 | 26 | 23 | Descriptione [g] Romæ facta, inventa sunt civium CLX millia. | |
| | *Persarum XIII, ARSES* [a], *Ochi filius, an.* 4. | | | |
| | 1 | 24 | Judæorum pontifex maximus Jaddus clarus habetur. | |
| | 2 | 25 | Speusippus [h] moritur, cui successit Xenocrates. | |
| | 3 | 26 | . . . . . . . . . . | |
| | | *Macedon. XXIV, ALEXANDER, Philippi filius, an.* 12, *menses* 6 [Al. 7]. | | 1680 |
| 111 | 4 | 1 | . . . . . . . . . . | |
| | *Post quem* [b] *DARIUS, XIV, Arsami filius, an.* 6. | | | |
| | 1 | 2 | Manasses [i] frater Jaddi pontificis Judæorum templum in montem Garizin construxit. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περσῶν ιγ', ἐβασίλευσεν ΑΡΣΙΟΧΟΣ ἔτη δ'. Chronic. Paschal. pag. 136.

Περσῶν ιδ', ἐβασίλευσε ΔΑΡΕΙΟΣ ἔτη ς'. Syncellus pag. 204.

Μακεδόνων κδ', ἐβασίλευσεν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ὁ Φιλίππου παῖς ἔτη ιβ'. Idem pag. 208.

Μέχρι τῶνδε Μανεθῶς. Euseb. apud Sync. p. 62.

Ὁ αὐτὸς Ὦχος καὶ Σιδῶνα κατέσκαψεν. Syncellus pag. 204.

Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἐγνωρίζετο. Chr. Pasch. p. 136.

Διονύσιος ὑπὸ Κορινθίων ἀχθεὶς. Ex Sync. p. 207.

Πλάτων τελευτῶν Σπεύσιππον (ἀδελφιδοῦν) διάδοχον τῆς (Πλατωνικῆς) διατριβῆς προεστήσατο. Sync. ibid.

Τιμήσεως γενομένης ἐν Ῥώμῃ, εὑρέθησαν μυριάδες κς'. Ex Syncell. pag. 220.

Ἰουδαίων ἀρχιερεὺς Ἰαδδοῦς. Chron. Pasch. p. 135.

Ξενοκράτης διάδοχος Σπευσίππου. Ex Sync. p. 207.

Μανασσῆς ἀρχιερέως Ἰαδδοῦ ἀδελφός... κτίζει ναὸν ἐν τῷ ὄρει Γαριζίν. Syncellus pag. 204.

## NOTÆ.

[a] Alias duos tantum ei tribuit regni annos Eusebius, Clemens tres, cum Diodoro lib. XVII: ita tamen ut tertio ipso anno imperii, Bagoæ scelere sublatus fuerit e vita. Hic noster Africanum sequitur. Rex autem aliter Antiquis appellatur, nam et Νάρσης Straboni, Ὄαρσης Plutarcho, *Arsiochus* aliis dicitur.

[b] Notior sub *Codomanni* cognomento. Scriptores plerique alii septem ei regni annos elargiuntur. Cæterum eodem anno, quo Alexander Macedonum, hic Persarum imperium inivit: primo scilicet olympiad. 111. Quamquam Ægyptii ab occupata Ægypto Alexandri primum auspicantur, atque ipse Ptolemæi Canon ejus initia ex quinto anno repetit.

[c] Accuratiores chronologi ad annum quartum præcedentis olympiadis hoc gestum referunt; Scaliger biennii dumtaxat metachronismum hic notat.

[d] Vere hic est biennii prochronismus, siquidem altero subsequentis olympiadis anno, consentientibus fere chronologorum filiis, Dionysius ὑπόσπονδος Corinthum est deportatus. Vide Diodorum lib. XVI, Cornelium Nepotem cap. 6, Plutarchum, Ælianum, Justinum, Valerium Maximum, etc.

[e] Hermippus apud Laertium lib. III, sect. 2, *primo anno centesimæ octavæ olympiadis*, Platonem obiisse tradit: id quod pari consensu, tametsi aliunde initis rationibus, confirmant Phavorinus apud eumdem Laertium, Cicero lib. de Senectute cap. 12, Dionysius Halicarnas., Censorinus cap. 15, atque alii. Peccatum hic igitur apud Eusebium non biennii tantum, ut Scaliger putat, sed olympiadis solidæ metachro- A nismo, quem tamen imputare malim librariis, quorum vitio luxatæ duæ tresve istæ periochæ videntur.

[f] Discimus id ab Eusebio, neque enim alii prodiderunt: immo eum significant in projectissimæ vitæ sordibus, cum novissime ludimagistrum profiteretur, in summa egestate animam egisse. Vide paulo ante laudatos auctores.

[g] Admonet Schurzfleischius legi in primo Palatin. ms., *civium centum sexaginta quinque millia*. Et censi, inquit, intelliguntur more Veterum, qui centum millia in professione detulissent, ut notat Asconius ad Verrinas, qui et *classici* dicebantur.

[h] Fortasse verius superiori anno Speusippi obitus assignatur. Scholam a Platonis morte tenuit annis octo, Xenocrates vigintiquinque. Laertius lib. IV.

[i] Superiori proxime anno annectit hæc Scaliger, quæ serius præstabat recensuisse. Tum pluribus contendit, fuisse hunc Manassem Sanaballati generum, ejus, quem Nehemias cap. ult. v. 28 memorat. B Atque id quidem ipse etiam existimo a vero non abhorrere: docebo autem mox, quo sit pacto accipiendum atque explicandum. In hoc enim Scaliger sibi fucum fieri passus est a Josepho, et magno in errore versatur, ex eo colligens, Nehemiam vixisse adhuc tempore Darii ultimi, sive Codomanni, a cujus historiæ epocha ad hoc tempus anni ferme centum intercedunt. Est igitur pretium operæ animadvertisse, Sanaballati generum non a Nehemia quidem, sed a Josepho Manassem dici: et cum unus

| Olymp. | Persarum. | Macedon. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 2 . . . | 3 . . . | Alexander adversus [a] Illyricos et Thracas feliciter dimicans, subversis Thebis, in Persas arma corripuit, et apud Granicum flumen, regiis ducibus oppressis, urbem Sardeis capit. | |
| | 3 . . . | 4 . . . | Romanor. consul Manlius [b] Torquatus filium suum, quod contra imperium in hostem pugnaverat, virgis cæsum securi percussit. | |
| 112 | 4 . . . | 5 . . . | Alexander, capta Tyro, [c] Judæam invadit, a qua favorabiliter exceptus, Deo victimas immolat, et pontificem templi honoribus plurimis prosequitur, Andromacho locorum custode dimisso, quem postea Samaritani interficiunt : ob quæ ab Ægypto reversus Alexander Magnus eos suppliciis affecit, et urbem eorum captam Macedonibus ad inhabitandum tradidit. | |
| | 5 . . . | 6 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 6 . . . | 7 . . . | Alexandria in Ægypto ab Alexandro condita, septimo [d] anno regni ejus : quo tempore etiam Latini a Romanis perdomiti sunt. | |
| | | | Alexander [e] obtinuit Babylonem, interfecto Dario, in quo Persarum regnum destructum est. | |
| | | | Alexander regnum Asiæ anno regni sui 7 occupat, et tenet omnia annis 12. | |
| | | 8 . . . | Anaximenes, et Epicurus clari habentur. | |
| | | | Alexander Hyrcanos et Mardos capit, revertensque in Hammone Parætonium condidit. | |
| 113 | | 9 . . . | Alexander Aornim petram capit, et Indum amnem transgreditur. | |
| | | 10 . . . | Bellum Alexandri in India adversum Porum, et Taxillen. | 1690 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀλέξανδρος Ἰλλυρίους καὶ Θρᾴκας εἶλε, Θήβας κατέσκαψε, τοὺς Δαρείου στρατηγοὺς ἐπὶ Γρανικῷ ποταμῷ Λυδῶν ἐνίκησε· Σάρδεις εἶλε. Syncell. pag. 208.

Μάνλιος ὕπατος τὸν ἴδιον υἱὸν ἐπελέκισε, παρὰ γνώμην αὐτοῦ συμβαλόντα πόλεμον, καὶ νικήσαντα. Chronic. Pasch. pag. 137.

Ἀλέξανδρος Τύρον ἐπολιόρκησεν. Ἰουδαίαν προσελάβετο, καὶ τὸν ἀρχιερέα Ἰαδδοῦς ἐτίμησε, θύσας τῷ Θεῷ... καὶ ἐπιμελητὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τόπων Ἀνδρόμαχον κατέστησεν, ὃν ἀνελόντες οἱ τῶν Σαμαρέων οἰκοῦντες, δίκας ἔτισαν ἐπανελθόντος Ἀλεξάνδρου ἐξ Αἰγύπτου· τὴν Σαμάρειαν πόλιν ἑλὼν Ἀλέξανδρος Μακεδόνας ἐν αὐτῇ κατῴκησεν. Syncell. pag. 208.

Ἀλεξάνδρεια ἡ κατ' Αἴγυπτον ἑβδόμῳ ἔτει Ἀλεξάνδρου ἐκτίσθη. Idem ibidem.

Κατέσχε Βαβυλῶνα Ἀλέξανδρος, καὶ ἡ Περσῶν βασιλεία κατελύθη. Chron. Pasch. pag. 136.

Ἀναξιμένης καὶ Ἐπίκουρος ἐγνωρίζοντο. Sync. p. 219.

Ἀλέξανδρος Ὑρκανοὺς καὶ Μάρδους ἐχειρώσατο. Idem pag. 208.

Ἀλέξανδρος τὴν Ἀορνὶν πέτραν ἐχειρώσατο, καὶ Βερναβοᾶν ποταμὸν Ἰνδῶν... διέβη. Idem ibidem.

## NOTÆ.

modo fuerit Sanaballatus, non, ut alii putant, duo, grandem tamen esse, quod temporis rationem spectat, Scripturam inter et Josephum dissensum ac pugnam. Scriptura enim sub Dario Notho Sanaballati Horonitæ filiam matrimonio junctam uni de filiis Joiadæ pontificis summi refert : Josephus Antiquit. lib. XI gestum id confert in Darii Codomanni tempora, et Jaddi pontificatus : in quam sententiam cum alii, tum ipse, ut vides, Eusebius concessit. Jam cum nemo non videat præferendam Scripturæ auctoritatem, quis Sanaballatum Nehemiæ dixerit, ad regnum usque Alexandri vitam protraxisse? maxime si temporis intervallum a vicesimo Artaxerxis Longimani, ad quartum hujus ultimi Darii annum metimur, in quod certe duodecim supra centum anni abeunt. Notum alia ex parte, non absimilia quædam alia eodem libro Josephum contra veritatem peccasse, cui adeo in hac quoque historia fidem abrogare liceat. Quin immo et licet contra Josephum ex ipsiusmet narratione colligere, diu antea exstructum fuisse templum illud, non Codomanni scilicet, sed Darii Nothi temporibus. Nam si Jerosolymitano simile fuit, jamque exstabat, cum Jerosolymam Alexander invisit; rursumque si a Tyri obsidione cœptum est exstrui, accepta per Sanaballatum facultate, omnino par credere non est, tantæ molis opus potuisse octo plus minus mensium spatio exædificari. Non est itaque ferendus Scaliger, qui neque id intellexit quod rei caput erat, neque certe levius quam alii in temporum comparatione peccat, et in eos tamen qui aliter atque ipse sentirent, conviciorum plaustra congerit.

[a] Apud Scaligerum *Illyrios et Thraces*. Confer Diodorum lib. XVII, et Plutarchum in Alexandro, Arrianum lib. I, etc.

[b] Contigit ante sex saltem annos, quem metachronismum et Scaliger notat, et Romanæ historiæ

A scriptores evincunt. Ad hæc monet Schurzfleischius in aliquot mss. *Mallius* legi, pro *Manlius*, quod Græcam scripturam Μάλιος, atque interdum Μάλλιος sapit.

[c] Atque hæc hausit ex Josepho Eusebius, quæ tamen usque adeo certa non sunt: tacentibus enim hæc aliis plerisque auctoribus, sunt etiam qui aperte contradicant. Arrianus lib. III, cap. 1, Alexandrum, capta Gaza, recta in Ægyptum contendisse, ac septimo die postquam inde profectus fuerat, venisse Pelusium narrat. De Andromacho, quem Syriæ Cœlæ præfecerat, vide Curtium lib. IV, cap. 5 et 8. Parmensis ms. habet, *Andromacho custode remanente locorum, quem postea*, etc.

[d] Plerique alii sexto ejus regni anno conditum Alexandriæ illigant. Vide Solinum, quem Scaliger laudat, cap. 35. Adde Diodorum, Plutarchum, Curtium, Arrianum, Ammianum Marcellinum. Facit cum Eusebio Syncellus, qui inde ad vigesimum se-
B cundum Cleopatræ annos trecentos numerat. In Parmensi autem ms. verba istihæc, *ab Alexandro*, et, *septimo anno regni ejus*, desiderantur. Reliqua, quod et Scaligero notatum est, videtur Hieronymus ex Eutropii lib. II adjecisse, ubi de Latinis, *Bellum*, inquit, *contra eos susceptum est, et ingenti pugna superati sunt, ac de iis perdomitis triumphatum est. Statuæ consulibus ob meritum victoriæ in Rostris positæ sunt. Eo anno etiam Alexandria ab Alexandro Macedone condita est.*

[e] Atque hæc tacet Parmensis ms., *Alexander obtinuit Babylonem*, etc. Otiosum esset expendendis hisce Alexandri gestis immorari. Scaliger in ea, quæ infra est, historia de conditu Parætonii, rem poni ait ridiculam, et quam nisi qui geographiam, sive chorographiam plane nesciat, probarit, Alexandrum videlicet Hyrcanis et Mardis debellatis, reversum in Hammone Parætonium condidisse. Debuisset

| Olymp. | Alexandr. | Macedon. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | 11 . . . | Harpalus fugit [a] in Atticam. Romani Samnites amuiguat, et colonias deducunt. | |
| | | 12 . . . | Alexander [b] 33 ætatis suæ anno moritur in Babylone, post quem translato in multos imperio, diversi regnaverunt. | |
| | *Ægypto primus regnavit PTOLEMÆUS Lagi filius, an. 40.* | *Macedon. XXV, PHILIPPUS, qui et Aridæus, frater Alexandri, an. 7.* | | |
| 114 | 1 . . . | 1 . . . | Lydiam, [c] et Thraciam, et Hellespontum Lysimachus tenuit. Appius [d] Claudius Cæcus Romæ clarus habetur, qui aquam Claudiam induxit, et viam Appiam stravit. Macedonum duces in seditionem versi. | |
| | 2 . . . | 2 . . . | Agathocles [e] Syracusis tyrannidem exercet. Lamiacum bellum motum. Perdicca adversus Ægyptios dimicat. | |
| | 3 . . . | 3 . . . | Ptolemæus Lagi filius Jerosolymis et Judæa in ditionem suam dolo redactis, plurimos captivorum in Ægyptum transtulit. | |
| | 4 . . . | 4 . . . | Judæorum pontifex maximus Onias Jaddi filius clarus habetur. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου πρῶτος ἐβασίλευσε ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ Λάγου... υἱὸς ἔτη μ'. Chron. Pasch. pag. 137.

Μακεδόνων κε', ἐβασίλευσε ΦΙΛΙΠΠΟΣ ὁ καὶ Ἀριδαῖος ἔτη ζ'. Ex Syncell. pag. 215.

Ῥωμαῖοι ἀποικίας ἔπεμψαν. Idem pag. 219.

Ἀλέξανδρος λβ' ἔτος ἄγων ἀναιρεθεὶς... τελευτᾷ ἐν Βαβυλῶνι. Chronic. Pasch. pag. 137.

Λυσίμαχος... Θράκης τε καὶ Χεῤῥωνήσου τῆς λοιπῆς βασιλεύει. Syncell. pag. 212.

Ἀγαθοκλῆς ἐν Συρακούσαις ἐτυράννησεν. Syncell. p. 219.

Ὁ Λαμιακὸς πόλεμος ἐκινήθη. Idem ibidem.

Περδίκκας εἰς Αἴγυπτον ἐστράτευσε. Idem ibidem.

Πτολεμαῖος ὁ Λάγου δόλῳ παραλαβὼν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπάτῃ, πολλοὺς ἐκ τῆς Ἰουδαίας μετῴκησεν εἰς Αἴγυπτον. Idem pag. 216.

Ἰουδαίων Ὀνείας ἀρχιερεὺς ἐγνωρίζετο, υἱὸς Ἰαδδοῦς. Idem, pag. 214.

## NOTÆ.

vero ostendere idoneo argumento, cur eo ab Hyrcanis reverti non potuerit: nam et illud, Parætonium atque Alexandriam eodem tempore conditas, nullo auctore pronuntiat. Pro *Mardos*, Palatini, quos laudat Schurzfleischius, mss., aliique vetustiores editi libri *Medos* legunt: quod librarium mendum esse non dubito. Jam vero quæ proxime præcedit de Anaximene atque Epicuro periocha eidem huic loco adfigitur etiam in Parmensi et Palatino primo mss., ut vulgatos plerosque taceam. Scaliger eam post quatuor annos ex aliorum codicum fide refert.

[a] Rescripsimus *in Atticam*, ipso admonente in curis posterioribus Pontaco, cum antea perperam *in Asiam* legeretur etiam apud Scaligerum, cui tamen ipsa illa emendatio loci suboluit. Quæ subnectuntur de victis Samnitibus hoc numero probe convenire, ipse demum Scaliger non diffitetur. Cætera confer Sigonium.

[b] Superaddendi sunt septem aut octo menses ex aliorum auctorum consensu; nam et obiisse Alexandrum olympiad. 114, inquit Josephus contra Appion. lib. I, πάντες ὁμολογοῦσι. Rectius proinde legi videtur in primo Palat. ms. 33 pro 32, ut et *in Babylone* cum libris plerisque aliis, pro *apud Babylonem* Scaligeri. Neque obstat quod Dexippus Syncello laudatus vicesimo ætatis suæ anno imperium suscepisse Alexandrum tradit, et quod duodecim annos regnasse, communis opinio sit: Diodorus quippe, Arrianus atque alii menses illos ἑπτὰ. aut ὀκτὼ regni annis adjiciunt. Ad hæc Schurzfleischius ait: Malala, e Theophilo chronographo p. 248: Ἀλέξανδρος, inquit, ἔζησε μὲν ἔτη λς', ἐβασίλευσε δὲ ὑποτάξας τὰ πάντα, ἔτη ιζ'. Nicephorus Syncello adjectus, p. 399: Ἀλέξανδρος, ait, καθελὼν τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν, ἐβασίλευσεν ἔτη ς' (sic vetus chronographus, qui sub Severo scripsit, apud H. Canisium tom. II antiq. Lect. p. 600, Alexandrum post mortem Darii annis circiter septem imperasse, docuit), πρὸ τοῦ καθελεῖν τὸν Δαρεῖον βασιλεύσας, φασὶν, ἔτη ιβ' καὶ ἐτελεύτησεν ἐν Βαβυλῶνι, ὥς φασιν, ἐτῶν λε', ὡς δὲ ἄλλοι, ἐτῶν λς'. Hæc omnia multo distant intervallo ab Eusebio, quem tamen sequitur Cedrenus, qui, καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τοσούτοις, infit, κατορθώμασι τὸν βίον μετήλλαξε, δυσὶ καὶ δέκα χρόνοις, πρὸς μησὶν ἕξ, τοῖς ἀρχῆς ἀπολαύσας, βιώσας δὲ τὰ πάντα ἔτη δύο καὶ τριάκοντα. Annos 12 eum regnasse, plurimi auctores consentiunt, Eratosthenes puta apud Clementem Alexand. Strom. I, Tertullianus contra Judæos, Joseph. Antiquit. lib. XII c. 2, I Machab. I, comm. 8, Orosius lib. III c. 23, aliique, Eusebium secuti. Suidas tamen his verbis aliter sentit: Ἀλέξανδρος, ὁ Φιλίππου καὶ Ὀλυμπιάδος, βασιλεύσας Μακεδόνων ἐνιαυτῶν ιη', τελευτήσας δὲ ἐτῶν λγ'. Ex hoc loco possit primi Palatini lectio defendi, a qua nec abludit Arrianus, qui, ἐν τοῖς κατ' Ἀλέξανδρον, lib. VII fine, ἐβίω δὲ, ait, δύο καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ τοῦ τρίτου μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτὼ, ἐβασίλευσε δὲ τούτων τούς τε ὀκτὼ μῆνας, καὶ ἔτη ιβ'. Qui plures veterum διαφωνίας de his rebus nosse cupit, addat Stephanum Episc. Oriol. comment. ad c. I lib. I Machabæorum, et, qui ex illo auctoris Machabæorum libri loco Alexandrum per 24 annos Macedoniæ imperasse contendit, Joannem Harduinum, Chronol. V. T. pag. 162. Vide et Samuel Petitum ad LL. Atticas pag. 257.

[c] Notatum ante nos Scaligero ex Diodori lib. XVIII, Thraciam quidem Lysimacho, non vero Lydiam, quæ Meleagro tradita est, obtigisse. Historia in Veterum scriptis notissima.

[d] Hanc Scaliger periocham proxime superiori præposuit. Non autem diffiteor satius fuisse tempus, quo Appius Claudius inclaruit, serius assignare, puta ad olymp. 117 initium, cum censor creatus est, quam dignitatem, ut Frontinus lib. I de Aquæductibus narrat, multis tergiversationibus extraxit, donec et viam, et aquæ ductum perficeret. Auctor libri de Viris illustribus eum tradit toto quinquennio censuram continuasse.

[e] Debuit, id ipsum, recte notante Scaligero, gestum conferri in ultimum subsequentis olymp. annum, siquidem a Trojæ excidio ad annum, qui proxime præcedit Agathoclis tyrannidem, bene supputat Diodorus lib. XIX, ἔτη ὀκτακοσία ἑξήκοντα ἕξ, *ann*. 866.

| Olymp. | Alexandr. | Macedon. | Romanorum. | Asiæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | Menander primam fabulam [b] cognomento *Orgen* docens superat. | | |
| 115 | 5 | 5 | Theophrastus philosophus agnoscitur, qui a divinitate eloquendi, ut ait Cicero, nomen accepit. Theodorus [c] Atheus agnoscitur. Demetrius Phalereus habetur illustris. Romani Samnites diutissime contra se præliantes [d], ad extremum in servitutem sui redigunt. | | |
| | | | | *In Asia primus regnavit ANTIGONUS, an. 18.* | |
| | 6 | 6 | | 1 | |
| | 7 | 7 | | 2 | |
| | | *Macedon. XXVI, CASSANDER, an. 19.* | | | |
| | 8 | 1 | | 3 | 1700 |
| 116 | 9 | 2 | Menedemus [e] et Speusippus philosophi insignes habentur. | 4 | |
| | 10 | 3 | | 5 | |
| | 11 | 4 | | 6 | |
| | 12 | 5 | Machabæorum Hebræa [f] historia hic Græcorum supputat regnum. Verum hi libri inter divinas Scripturas non recipiuntur. | 7 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων κϛ', ἐβασίλευσε ΚΑΣΑΝΔΡΟΣ ἔτη ιθ'. Syncell. pag. 215.

Μένανδρος ὁ κωμικὸς ποιητὴς πρῶτον δρᾶγμα διδάξας Ὀργὴν ἐνίκα. Idem pag. 219.

Θεόφραστος φιλόσοφος ἐγνωρίζετο. Idem. ibidem.

Θεόδωρος ὁ ἄθεος ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Ῥωμαῖοι Σαννιτῶν Ἀράβων τελείως ἐκράτησαν. Idem pag. 219.

Μενέδημος καὶ Σπεύσιππος φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο. Syncell. ibidem.

Ἀσίας πρῶτος μετὰ Ἀλέξανδρον ΑΝΤΙΓΟΝΟΣ ἐβασίλευσεν ἔτη ιη'. Idem pag. 218.

Ἡ τῶν Μακκαβαίων ἱστορικὴ γραφὴ τοὺς Ἑλλήνων βασιλεῖς ἀπὸ Ἀντιγόνου ἀριθμεῖ... ἥτις τῶν μὲν θεοπνεύστων οὐκ ἔστι. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Quidquid de metachronismo unius anni hic admisso Scaliger dicat, Eusebio satis bene cum Diodoro convenit, quem videsis lib. XVIII.

[b] Græcis litteris habet Scaliger Ὀργήν, qui et illud suggillat, *cognomento* Ὀργήν, pro *cui nomen* Ὀργής. Vide Samuel. Petitum ad LL. Atticas p. 312, Schurzfleischium quoque, si libet.

[c] In Parmensi ms. et primo Palat. hæc de Theodoro ῥῆσις desideratur.

[d] Legit Scaliger, *præliantes ad extremam servitutem sui redigunt*, quæ incongrua ipsa quoque lectio non est. Videtur autem illud proprie tempus notare Eusebius, quo sub jugum missi Samnites, atque ingenti clade affecti sunt a L. Papinio Cursore, hoc scilicet ipso anno, ut Livius, Eutropius, et qui Capitolinos fastos sequuntur, narrant. Scaliger τελείως Eusebii ita accipiens, ut finem belli contra Samnitas notaret, eum de prochronismo quadraginta octo annorum, aut saltem triginta juxta brevius Eutropii intervallum, reprehendit. Sed neque illa erat Eusebii mens, neque aliud vocabulum illud notat, quam superatos denique a Romanis Samnitas post longas et iniquas interdum belli vicissitudines, maxime cum Romanus exercitus a Samnitibus interclusus ad Caudium, servitute premeretur, essetque hactenus ignominiosa pace victoribus obsecutus. Verum aliud in Græco est verbum, quod in mendo cubat, et Scaliger cum non intelligeret, sublesta fide prætermisit. Pro eo enim quod Hieronymus interpretatur, A *diutissime contra se præliantes*, Græcus habet Ἀράβων. Goarus vertit *prædonum*, in Notis admonens, malle se eam vocem utpote superfluam expungi, conjecisse autem alias Scaligerum, reponendum esse Καλαβρῶν: Neutrum ego probarim, sed aut ἀμάχων, quod est, *pugna insuperabilium*, aut δυσμάχων, aut quid simile, quod propius ad mendosam scripturam litterarum ductibus accedat, notet vero pugnandi animum, ferociamque ejus populi, substitui velim. Cæterum et Σαυνίτων vitiose Scaliger pro Σαμνίτων, aut Σαννίτων, retinuit.

[e] Discimus ex Laertio lib. IV, sect. 14, jam ante annos viginti duos supremum diem obiisse Speusippum, cui successit in schola Xenocrates. Econtrario Menedemus serius erat referendus; post annos enim ferme triginta, legationibus ad Ptolemæum, Lysimachum, ac Demetrium inclaruit.

[f] Differt hæc Scaliger in subsequentem annum statim a Seleuci mentione, et victoriæ Romanorum de B Marsis, Umbris, etc. Certe ipse etiam Eusebius, ab anno primo olymp. 117 Æram Seleucidarum auspicatur, quæ ab hujus anni mense Nisan initium ducit, et qua auctor primi libri Machabæorum, nunc inter Canonicos scriptores receptus, et Josephus utuntur. Dicitur et Syromacedonum epocha, de qua videsis patriæ meæ decus immortale, Norisium dissert. 2, c. 1.

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Macedon.* | *Romanorum.* | *Asiæ.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | | | | | *Primus* SELEUCUS [g] NICANOR *Syriæ et Babyloniæ, et superiorum locorum, regnavit annis* 32. | |
| 117 | 13 | 6 | Romani Marsos, [a] Umbros, et Pelignos superant. Romani [b] colonias deducunt. Lysimachia in Thracia condita. | 8 | 1 | |
| | 14 | 7 | Ab hoc loco [c] Edesseni sua tempora computant. | 9 | 2 | |
| | 15 | 8 | Cyprum [e] Ptolemæus invasit. | 10 | 3 | |
| | 16 | 9 | Theodorus philosophus Atheus agnoscitur. | 11 | 4 | |
| 118 | 17 | 10 | Demetrius [f] Phalereus ad Ptolemæum veniens impetravit, ut Atheniensibus Democratia redderetur, id est, *populi potestas.* | 12 | 5 | |
| | 18 | 11 | | 13 | 6 | 1710 |
| | 19 | 12 | Seleucus [g] Antiochiam, Laodiciam, Seleucim, Apamiam, Edessam, Beroeam, et Pellam urbes condidit, quarum Antiochiam XII anno regni sui exstruxit. | 14 | 7 | |
| | 20 | 13 | | 15 | 8 | |
| 119 | 21 | 14 | | 16 | 9 | |
| | 22 | 15 | | 17 | 10 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαῖοι Μαρσοὺς, καὶ Ὀμβροὺς, καὶ Παλληνοὺς παρεδήσαντο. Syncell. pag. 219.

Ῥωμαῖοι ἀποικίας ἔπεμψαν. Idem ibidem.

Λυσιμαχία ἐν Θράκῃ ἐκτίσθη. Idem ibidem.

Ἐντεῦθεν Ἐδεσηνοὶ τοὺς χρόνους ἀριθμοῦσιν. Ex margin. nota apud Syncell. pag. 218.

Κύπρου Πτολεμαῖος ἐκράτησεν. Sync. pag. 219.

Θεόδωρος ὁ ἄθεος ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Δημήτριος ὁ Φαληρεύς... Ἀθηναίοις ἀποδοὺς τὴν δημοκρατίαν ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον. Syncell. pag. 219.

Συρίας καὶ Βαβυλωνίας, καὶ τῶν ἄνω τόπων πρῶτος ΣΕΛΕΥΚΟΣ ΝΙΚΑΝΩΡ ἐβασίλευσεν ἔτη λβ'. Idem pag. 218.

Σέλευκος Ἀντιόχειαν ἐπέκτισεν ιβ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ. Ὁ αὐτὸς Λαοδίκειαν, Σελεύκειαν, Ἀπάμειαν, Ἔδεσσαν, Βέῤῥοιαν, Πέλλην. Idem ibid.

## NOTÆ.

[a] Tempus conveniet, si (quod est etiam verosimillimum) hi populi designantur, ubi ἁπλῶς de Samnitibus triumphatum dicitur in Fastis Capitolinis. Cæterum in libro de Viris illustribus Q. Fab. Maximo Rulliano V et P. Decio Mure IV, qui annus est olympiad. 121 secundus, de Umbris, Marsis, et Tuscis triumphatum scribitur, nulla Samnitum facta mentione, quemadmodum et Cicero lib. II de Finibus, et Florus, et Orosius laudatus Scaligero, narrant.

[b] Et sane, ait Scaliger, hoc anno Luceriam deductam scribit Velleius, et paucis annis interjectis alias quamplurimas. De Lysimachia, quæ prius Cardia dicebatur, vide Pausaniam in Atticis cap. 9.

[c] Laudatum Norisium denuo recole. Aliter supputare videtur Eusebius in Demonstrat. Evang. eodem interprete S. Hieronymo in Comment. in Daniel cap. 9, ubi, *Quo*, inquit, *tempore Seleucus subjugata Babylone, diadema totius Syriæ et Asiæ capiti suo imposuit, anno duodecimo mortis Alexandri. In quod tempus supputantur omnes anni a Cyri imperio, ducenti quadraginta octo.* Hac ratione Seleucidarum æra ab insequentis saltem anni mense Tisri initium duceret. Sed neque conspirant inter se primi et secundi libri Machabæorum auctores; ille enim a Nisan, ut diximus, iste a Tisri mense inchoat: Ptolemæus a subsequente Thoth, qui et Chaldæorum hanc æram vocat. Sed præstat ab Norisio hæc discere.

[d] Biennio ante gestum hoc referunt Diodorus, aliique, quorum rationes et Scaligero probantur.

[e] Græca quidem non nominant Ptolemæum, ad quem sane non ad impetrandam democratiam Atheniensibus, sed multo post ab iisdem per summam injuriam capitis damnatus Demetrius profugit, ut Laertius et Strabo testantur. At non ego ideo Hieronymum de suo nomen illud suffecisse perperam, ex quo falsam interpretationem, tamque alienam ab Eusebii mente eliceret, cum Scaligero pronuntiare A ausim. Notat Eusebius gestum illud, quod isthoc nimirum anno contigit, cum Demetrius Phalereus ad cognominem Demetrium Antigoni filium (qui validis copiis terra marique instructus, Piræo capto, Athenas ibat occupatum) missus est ab Atheniensi populo, exoraturus, quam et impetravit, urbis αὐτονομίαν, suique incolumitatem. Scripserit proinde etiam Hieronymus *ad Demetrium veniens*, pro *ad Ptolemæum*, sed sciolus nonnemo, ratus Demetrii nomen vitiose, quod usuvenit, replicari, eo expuncto, Ptolemæum subrogavit; ad quem profectus est quidem Phalerensis, sed diu post, atque alia de causa. Ægypti mentio, quo dicitur venisse etiam in Græco, verosimiliorem critici ausum reddiderit; quamquam ille non in Ægyptum, sed Thebas, uti petebat, cum comitatu dimissus est, ubi et ad mortem usque Cassandri mansit.

[f] Harum urbium historias persequi, quod otiose Scaliger facit, nostrarum partium non est. Illud tamen non dissimulandum, injuria reprehendi ab Io B Stephanum, quasi fucum sibi fieri passus sit, scribens, Beroeam Syriace ἰσχὺν significare. Commoda enim vero etymologia illa est a בירה, quod arcem, seu validum munitumque ædificium sonat. Exempla habes cum alibi, tum II Esdr. I, Daniel VIII, Esther. I. Deductum inde *βάρις verbum ἐπιχώριον Palæstinæ*, ut testatur Hieron. epist. 65, ad Principiam, quo *domus ex omni parte conclusæ, et in modum ædificatæ turrium ac mœnium publicorum* appellabantur. Græce *φρούριον*.

[g] Alii ex Antiquis *Nicatora*, alii *Nicanora* cum Eusebio vocant; et alterum quidem vocabulum a Victoriarum felicitate, alterum a devicto Nicanore, Mediæ duce, deducunt. Imposuit Scaligero Appiani locus corruptus, ubi Seleuci imperium ab Alexandri morte orditur, eique regni annos 42 tribuit. Enimvero ibi, Syriacon pag. 208, quod et ante nos docti viri

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Macedon.* | *Romanorum.* | *Asiæ.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | 23 | 16 | Seleucus [a] Babyloniam obtinuit. | 18 *Asiæ* ***DEMETRIUS II***, *qui et* ***POLIORCETES***, *annis* 17. | 11 | |
| | 24 | 17 | | 1 | 12 | |
| 120 | 25 | 18 | Judæorum pontifex maximus Simon Oniæ filius clarus habetur, cui cognomentum Justo fuit propter sollicitam in Deum religionem, et in cives suos pronam clementiam. | 2 | 13 | |
| | 26 | 19 *Macedon.* ***XXVII ANTIGONUS*** *et* ***ALEXANDER***, *filii Cassandri, an.* 4. | | 3 | 14 | |
| | 27 | 1 | | 4 | 15 | |
| | 28 | 2 | | 5 | 16 | 1720 |
| 121 | 29 | 3 | Demetrius rex Asiæ, cognomento Poliorcetes, Samaritanorum urbem vastat, [b] quam Perdicca construxerat. | 6 | 17 | |
| | 30 | 4 *Post quos* ***DEMETRIUS XXVIII***, *an.* 6. | | 7 | 18 | |
| | 31 | 1 | Censu Romæ agitato, inventa sunt civium Romanorum CCLXX millia. | 8 | 19 | |
| | 32 | 2 | Legati [c] Alexandrini a Ptolemæo primum Romam missi amicitias impetraverunt. | 9 | 20 | |
| 122 | 33 | 3 | Menander [d] comicus moritur. | 10 | 21 | |
| | 34 | 4 | Romani [e] Gallos, Tyrrhenosque superant: et Sabinorum terra sorte dividitur. | 11 | 22 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων ἐβασίλευσαν κζ' ΑΝΤΙΓΟΝΟΣ καὶ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Κασσάνδρου υἱοὶ ἔτη δ'. Ex Sync. pag. 215.

Μεθ' οὓς, κη' ἐβασίλευσε ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ἔτη ς'. Syncell. ibidem.

Σέλευκος Βαβυλῶνα παρεστήσατο. Idem pag. 218.

Σίμων Ἰουδαίων ἀρχιερεὺς υἱὸς Ὀνίου ἐγνωρίζετο. Ex Syncell. pag. 220, et Chron. Pasch. pag. 138.

Ὁ καὶ Δίκαιος ἐπικληθεὶς διά τε τὸ πρὸς Θεὸν εὐσεβές, καὶ τὸ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὔνουν. Ex Josepho Antiquit. lib. XII, cap. 2.

Δημήτριος Πολιορκητὴς τὴν πόλιν Σαμάρειαν ἐπόρθησεν. Syncell. pag. 218.

Ἀσίας β', ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ὁ Πολιορκητὴς ἐβασίλευσεν ἔτη ιζ'. Idem ibidem.

Τιμήσεως γενομένης ἐν Ῥώμῃ εὑρέθησαν μυριάδες σο'. Ex eodem pag. 220.

Μένανδρος ὁ κωμικὸς ἐτελεύτησεν. Idem pag. 219.

Ῥωμαῖοι Κελτοὺς καὶ Τυρρηνοὺς ἐνίκησαν, καὶ τὴν Σαβίνων γῆν ἐκληρώσαντο. Idem ibidem.

## NOTÆ.

monuerunt, pro δύο καὶ τεσσαράκοντα, legendum omnino est, καὶ τριάκοντα. Dexippus quoque testis est, solos triginta duos annos Seleucum regnasse. Syncellus tamen in Græcis legit λγ', *triginta tres*, quod et leve discrimen est. A

[a] Pontacus *Babyloniam*, quod regionis nomen est, in curis posterioribus rescribi jussit: Scaliger *Babylonem*, quod proprie civitatem sonat, retinuit: miraturque adeo in Notis, quod alii veteres scribant, potitum Seleucum Babylone anno 13 ab excessu Alexandri, unde sumitur initium epochæ Seleucidarum a numero Eusebiano 1705, non, ut hic est, 1715.

[b] Putat Scaliger, aut Syncelli negligentia, aut ejus, qui eum descripsit, postrema hæc verba, *quam Perdicca construxerat*, de Græcis excidisse. Legit vero ipse *ante construxerat*, ut et *Samaritarum*, pro *Samaritanorum*. Historiam porro ipsam quod spectat, nemo est præter Eusebium, qui tradat, Samaritanorum urbem tunc temporis a Demetrio vastatam. Cujus ut velimus auctoritati acquiescere, cum Demetrii res toto hocce anno, et subsequenti bellis gerendis in Græcia detinerent, possumus Eusebium nostrum sic interpretari, ut per suorum quempiam vastatam ab eo tunc Samaritanorum urbem dixerit.

[c] Atque id probe notatum Scaligero, Hieronymum hæc ex Eutropii lib. II descripsisse: *Legati Alexandrini a Ptolemæo missi Romam venere, et a Romanis amicitiam, quam petiverunt, obtinuerunt.* Hieronymo autem imposuisse ait nominis similitudinem, neque enim Ptolemæus Lagi hic erat, sed Philadelphus, qui primus regum Ægypti per Legatos amicitiam populi Romani et petiit, et impetravit. Est adeo, ut in rege hallucinatio, ita et in serie temporum prochronismus: atque is quidem quinque solidarum olymp., non tredecim modo annorum, ut Scaliger sentit, siquidem C. Fabricio, sive Fabio, Luscino, aut Licino, et C. Claudio Canina coss. gestum hoc est. Vide Val. Max. lib. IV c. 3, Livii Epit. lib. XIV.

[d] In Scaligerana editione præcedenti proxime anno ascribitur, quo scilicet propius absit ab anno trigesimo secundo Ptolemæi, quo dicitur Menander obiisse in vetere inscriptione, quam Gruterus quoque refert. B Mihi placuisset econtrario in sequentem proxime differri. Vide Fabricium Bibl. Græc. lib. II, c. 22.

[e] Triumphum notat M. Curii Dentati de Lucanis, Tyrrhenis, et Sabinis, apud veteres scriptores Florum, Orosium, Frontinum, Velleium, atque alios; longe notissimum laudabo Florum: *Populus Romanus a Latinis aggressus est gentem Sabinorum, qui im-*

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Macedon.* | *Romanorum.* | *Asiæ.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | 35 | 5 | Seleucus in eas urbes, quas exstruxerat, Judæos transfert, jus eis civium et municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens. | 12 | 23 | |
| | 36 | 6 *PYRRHUS, XXIX, menses* 7. *Post quem LYSIMACHUS, XXX, an.* 5. | | 13 | 24 | |
| 123 | 37 | | Judæorum pontifex Eleazarus frater Simonis suscepit templi ministerium, filio Simonis Onia parvo admodum derelicto. | 14 | 25 | |
| | 38 | 1 | Serapis [c] ingressus est Alexandriam. | 15 | 26 | 1730 |
| | 39 | 2 | Conditæ a Romanis [d] Ariminum et Beneventum. | 16 | 27 | |
| | 40 | 3 | [e] Seleucus in Cilicia, capto Demetrio, Syriæ et Asiæ pariter imperavit. | 17 | 28 Demetrius semetipsum Seleuco tradit. | |
| | *Ægypti II, PTOLEMÆUS Philadelphus, an.* [a] 38. | | | | | |
| 124 | 1 | 4 | Sostratus [f] Gnidius Pharum in Alexandria construxit. | | 29 | |
| | 2 | 5 [b] *PTOLEMÆUS, XXXI, cognomento CERAUNUS, anno* 1. | Romani [g] Crotonem capiunt. | | 30 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου β', ἐβασίλευσε ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ὁ Φιλάδελφος ἔτη λη'. Syncell. pag. 216.

Μακεδόνων κθ', ἐβασίλευσε ΠΥΡΡΟΣ μῆνας ζ. Ex eodem pag. 215.

Μεθ' ὃν, λ', ἐβασίλευσε ΛΥΣΙΜΑΧΟΣ ἔτη ε'. Ex eodem ib.

Μακεδόνων λα', ἐβασίλευσε ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ὁ Κέραυνος ἔτος α'. Ex eodem ibid 215.

Ὁ Σέλευκος ἐν ταῖς νέαις πόλεσιν Ἰουδαίους συνῴκισεν Ἕλλησιν, καὶ πολιτείας αὐτοὺς ἠξίωσε, καὶ τοῖς ἐνοικισθεῖσιν ἰσοτίμους ἀπέδειξε. Scaliger ex Josepho Antiquit. lib. XII, cap. 3.

Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν Ἐλεάζαρος Σίμωνος ἀδελφὸς ἀντ' Ὀνίου παιδὸς Σίμωνος νηπίου καταλειφθέντος. Scaliger ex Chron. Pasch. pag. 250.

Ὁ Σάραπις... ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἱδρύνθη. Sync. p. 21'.

Δημήτριον ὁ Σέλευκος λαβὼν ἐν Κιλικίᾳ ὑπὸ χεῖρα τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν ἐκτήσατο. Ex eodem pag. 218.

Σωστράτους Κνίδιος τὴν Φάρον Ἀλεξανδρείας μεγαλοπρεπῶς ἀνέστησε. Ex eodem pag. 216.

Ῥωμαῖοι Κρότωνα ἔλαβον. Idem pag. 219.

## NOTÆ.

*memores factæ sub T. Tatio affinitatis, quodam contagio belli se Latinis adjunxerant. Sed Curio Dentato consule, omnem eum tractum, qua Nar ambit, fontesque Velini, Hadriatico tenus mari, igne ferroque vastavit. Qua victoria tantum agrorum redactum in potestatem, ut in utro plus esset, ne ipse quidem posset æstimare, qui vicerat.*

[a] Huic solos εἰκοσιεπτὰ, *viginti septem*, regni annos Clemens attribuit, nisi in numericis notis error est. Lucianus eum cum patre adhuc superstite biennium regnasse annotavit.

[b] Conferenda cum primis sunt quæ de hoc rege, qui *fulmen* cognominatus est, refert Photius ex Memnone historico cap. 15, Justinus quoque lib. XXIV, cap. 3. Qui ei successerunt, Meleager et Antipater, paucis diebus regnum tenuisse, Dexippus quoque testis est. Sosthenes, qui, referente Justino, cum Macedoniam a Gallorum populatione defendisset, *multis nobilibus regnum Macedoniæ affectantibus, ignobilis ipse* præpositus est : *cum rex ab exercitu appellaretur, ipse non in regis, sed ducis nomen jurare milites compulit.* Exstat tamen inscripto regis nomine Nummus argenteus ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΩΣΘΕΝΟΥ, Goltzio et Nonnio testibus. Secundo regni anno in prælio cum Gallis occubuit.

[c] Accitum Serapidis simulacrum e Ponto per Ptolemæum Philadelphum, ut Clemens in Protreptico, A vel per Soterem, ut alii, narrat laudatus etiam Scaligero Tacitus paulo ante fin. Histor. lib. IV, qui conferendus adeo est cum Pausania in Atticis, Plutarcho de Iside et Osiride, et in fine libri de Solertia animalium, Eustathio in Dionysii περιήγησιν, et si qui alii sunt, qui gestum istud memoriæ prodiderint. Vere enim Origenes lib. V contra Celsum, *de Serapide longam, parumque constantem historiam esse*, pronuntiavit. Vide Spencerum in hunc locum. Schurzfleischius notat in primo Palatino ms. ut et Sichardi editione haberi, *Serapis simulacrum Alexandriam venit.*

[d] Actum id multo post, sive anno primo olympiadis 128, docere videtur Velleius Patercul. lib. I, cap. 14, his verbis, *Sempronio Sopho, et Appio Cæci filio Coss. Ariminum, et Beneventum coloni missi*, etc. Idipsum Eutropius narrat, quod et Scaligero notatum est.

[e] Huc, ipso jubente Pontaco in curis posterioribus, B periocham istam transtulimus, quæ in editis antea libris male ante tres annos recensebatur.

[f] Tempus convenit, indicatque Suidas in Φάρος exstructam hanc turrim, quo tempore Pyrrhus regnare in Epiro cœpit. Vide Strabonem lib. XVII, Plinium lib. XXXVI, et Eustathium in Dionys. Perieg. v, 112.

[g] Ex Zonaræ Annal. II, quem laudat Scaliger,

| Olymp. | Alexandr. | Macedon. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | 3 | *MELEAGRUS*, XXXII, *mens.* 2. *ANTIPATER*, XXXIII, *dies* 45. *Post quem SOSTHENES*, XXXIV, *an.* 2. | Ptolemæus Philadelphus Judæos, qui in Ægypto erant, liberos esse permisit : et vasa Eleazaro [b] Pontifici Jerosolymarum votiva transmittens, divinas Scripturas in vocem Græcam ex Hebræa lingua per LXX Interpretes transferri curavit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit, quam sibi ex omni genere litteraturæ comparaverat. | 31 | |
| | 4 | 1 | | 32 *Syriæ et Asiæ post Seleucum regnavit ANTIOCHUS SOTER, II annis 19.* | |
| 125 | 5 | 2 *ANTIGONUS* [a] *GONATAS*, XXXV, *annis* 36. | | 1 | |
| | 6 | 1 | Antigonus cognomento Gonatas Lacedæmonem obtinuit. | 2 | |
| | 7 | 2 | | 3 | |
| 126 | 8 | 3 | | 4 | 1740 |
| | 9 | 4 | Una virginum [c] Romanarum in corruptione deprehensa periclitatur. | 5 | |
| | 10 | 5 | Milo Romanis [d] Tarentum tradidit. | 6 | |
| | 11 | 6 | Romani Calabriam, [e] Messanamque tenuerunt. | 7 | |
| 127 | 12 | 7 | | 8 | |
| | 13 | 8 | Aratus agnoscitur. | 9 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων λβ', ἐβασίλευσε ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ μῆνας δύο. Syncell. pag. 215.

Μακεδόνων λγ', ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ ἡμέρας με'. Idem pag. 216.

Μεθ' ὃν, λδ', ἐβασίλευσε ΣΩΣΘΕΝΗΣ ἔτη β'. Idem ibid.

Μακεδόνων λε', ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΓΟΝΟΣ ὁ Γονατᾶς ἔτη λς' [Ed. μδ']. Idem ibidem.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος τοὺς κατ' Αἴγυπτον αἰχμαλώτους Ἰουδαίους ἐλευθέρους ἀνῆκεν, ἀναθέματά τε βασιλικὰ ἐν Ἱεροσολύμοις Ὀνίᾳ Σίμωνι ἀρχιερεῖ, ἀδελφῷ Ἐλεαζάρου, διαπεμψάμενος, τὰς Ἰουδαίων Γραφὰς ἐκ τῆς Ἑβραίων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταβληθῆναι ἐσπούδασε διὰ τῶν ἑβδομήκοντα δύο παρ' Ἑβραίοις σοφῶν... καὶ ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατασκευασθείσαις αὐτῷ βιβλιοθήκαις ἀνέθετο, μετὰ καὶ ἄλλων πλείστων ἀπὸ ἑκάστης πόλεως φορολογήσας παντοίων βιβλίων. Chronic. Pasch. pag. 138.

Μία τῶν ἐν Ῥώμῃ παρθένων ἀνῃρέθη φθαρεῖσα. Syncellus pag. 219.

Μίλων παρέδωκε Ῥωμαίοις Τάραντον. Sync. p. 216.

Ῥωμαῖοι Καλαβρίαν ἔλαβον καὶ ὑπέταξαν, καὶ Μεσσήνην. Syncell. pag. 219.

Ἄρατος ποιητὴς ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Ἀσίας καὶ Συρίας β', ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΟΧΟΣ ὁ Σωτὴρ ἔτη ιθ'. Idem pag. 218.

## NOTÆ.

itemque Frontini libro III liquet, Crotonis oppidum captum aliquanto post, sive anno quarto olympiadis 125 a P. Cornelio Rufino II, consule.

[a] Cum duplici *n* scribunt minus recte alii. Pontanus *Gonatas*. In Nummis ΓΟΝΑΤΟΥ legitur. Cognominatus ita est, Dexippo teste, διὰ ἐν Γόνοις τῆς Θεσσαλίας τραφῆναι. Cæterum non statim a Sosthenis morte, sed post duos interregni annos Macedonum imperio potitum eum esse, tradit Syncellus loco laudato. Idem et Porphyrius innuit, affirmans regni annos ad primum usque olympiadis 135 Antigonum protraxisse, qui juxta Eusebii rationes triennio ante e vivis excesserat. Vide quæ infra dicimus ad Demetrium.

[b] Græca ipsum Oniam, fratrem Eleazari, nominant : quæ tamen alicubi interpolata ipsi etiam Scaligero visa sunt. Quod spectat Scripturarum interpretationem, totus in eo est Scaliger, ut Aristeæ narrationem fabulis accensendam persuadeat : id quod nemo hodie non sentit, demonstratumque est privato opere ac stylo a doctissimis viris Hodyo, Van Dalen, atque aliis plurimis. Pergit vero ille accusare Eusebium, quod ex conjectura hoc gestum contulerit in Ptolemæi initium, cum verosimile non sit, eum regni sui initiis ad Bibliothecam potius intendendam, et libros Hebræorum convertendos, quam ad res ipsius regni animum applicasse. Quin immo illud perquam erudite videtur excogitatum Eusebio, si voluit id gestum conferri intra biennium illud, A quo diximus ex Luciani testimonio, patre adhuc superstite, Philadelphum regnasse. Ex eo enim conciliari potest aliorum ex Antiquis sententia, puta Irenæi lib. III, cap. 25, et Clementis Strom. I, qui Ptolemæi Soteris, sive Lagidæ, patris Philadelphi, jussu sacri codicis versionem peractam referunt. Si enim advivebat tunc temporis pater, potuit ejus non immerito auspiciis ascribi. Quamquam, ut nihil dissimulem, placet magis ad octavum Philadelphi annum opus illud referri, quod ut ab Aristeæ rationibus (neque enim omnia ejus commenta sunt) non longe dissentit : ita cum Epiphanio libro de Ponderib. et Mensur. cap. 13 probe convenit. Ac licet id certis argumentis constitui nequeat, longius tamen a veri specie absunt, Africanus, quem Scaliger laudat, et Syncellus, qui ad postrema usque Philadelphi tempora Versionem eam retrahunt.

[c] Hæc *Sextilia* putatur, cujus, annotante Scaligero, meminit epitome Liviana lib. XIV.

[d] Triennio serius, quod et notatum est Scaligero, gestum hoc referunt auctores boni, Frontinus libro III Stratag. cap. 4, Orosius libro IV cap. 3, epitome Liviana libro XIV, Zonaras et recentiores plerique omnes chronologi.

B [e] Non videtur ante annum primum olympiadis 129 Messana in Romanorum ditionem venisse, capta ab Ap. Claudio Caudice, si Frontino, Eutropio, atque aliis fidem adjungimus. Capitolini enim scriptores et Macrobius Saturnal. I in sequentem adhuc annum id

| Olymp. | Alexandr. | Macedon. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | 14 | 9 | | 10 | |
| | 15 | 10 | Argenteus nummus [a] primum in Urbe figuratus. Polemon philosophus moritur. Post quem Arcesilas et Crates clari habentur. | 11 | |
| | 16 | 11 | Romani [b] colonias deduxerunt, multæque urbes in Sicilia eis junctæ. | 12 | |
| 128 | 17 | 12 | | 13 | |
| | 18 | 13 | | 14 | 1730 |
| | 19 | 14 | Romæ virgo [c] Vestalis in stupro detecta, laqueo vitam explet. | 15 | |
| | 20 | 15 | | 16 | |
| 129 | 21 | 16 | Zeno Stoicus moritur, post quem Cleanthes [d] cognoscitur. | 17 | |
| | 22 | 17 | Romani [e] Syracusas capiunt. | 18 | |
| | 23 | 18 | Nicomedes rex Bithyniæ [f] Astacum urbem amplians, Nicomediam nuncupavit. | 19 | |
| | | | | *Syriæ* ANTIOCHUS, III, *qui vocabatur Theos, an.* 15. | |
| | 24 | 19 | Romani Carthaginenses [g] navali certamine superant, et centum Libyæ urbes capiunt. | 1 | |
| 130 | 25 | 20 | | 2 | |
| | 26 | 21 | | 3 | |
| | 27 | 22 | Erasistratus medicus agnoscitur. | 4 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἐν Ῥώμῃ πρῶτον ἀργυροῦν ἐκόπη νόμισμα. Syncell. pag. 219.

Πολέμων θνήσκει ὁ φιλόσοφος, μεθ' ὃν Ἀρκεσίλαος, καὶ Κράτης γνωρίζονται. Idem pag. 220.

Ῥωμαῖοι διαφόρους παροικίας ἔπεμψαν. Idem ibid.

Ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ δούλου διακορευθεῖσα παρθένος ἑαυτὴν διεχειρίσατο. Idem ibidem.

Ζήνωνα Στοϊκὸν θανέντα Κλεάνθης μαθητὴς διεδέξατο. Idem ibidem.

Ῥωμαῖοι... Συρακούσας ἔλαβον. Ex Sync. pag. 220.

Νικομήδης Βιθυνῶν βασιλεύσας, Ἀστάκειαν ἐπικτίσας, Νικομήδειαν ὠνόμασεν. Chron. Pasch. pag. 193.

Ῥωμαῖοι Καρχηδονίους ναυμαχίᾳ νικήσαντες ἑκατὸν πόλεις τῆς Λιβύης ἔλαβον. Idem pag. 219.

Ἐρασίστρατος... ἰατρὸς ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Συρίας καὶ Ἀσίας γ', ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΟΧΟΣ ὁ ἐπικληθεὶς Θεὸς, ἔτη ιε'. idem ibidem.

## NOTÆ.

differunt, traduntque captam Messanam a Valerio Maximo, qui ex ea victoria *Messalæ* cognomentum acceperit. Calabriam quod spectat, tabulæ Capitolinæ de Messapiis primum triumphasse scribunt Num. Fabium Pictorem cum collega D. Junio Pera; qui consules annum signant olympiad. 128 tertium. Videtur adeo recte Scaliger utrumque prochronismum, alterum annorum 11, alterum 9 notasse, et quod gesta diversorum temporum confundantur, reprehendere; quamquam satis Auctorem nostrum excusat, quod pridem professus est, hæc per tempora abs se digeri, non per annos. A

[a] Plinius lib. XXXIII, cap. 3: *Populus*, inquit, *Romanus nequidem argento signato ante Pyrrhum regem devictum usus est.* Et paulo post: *Argentum signatum est anno Urbis quingentesimo octogesimo quinto, Q. Fabio consule, quinque annis ante primum bellum Punicum.* Tempus utcumque convenit, siquidem tertium olympiadis 127 annum hæc notent ex varia de Palilibus Urbis epocha apud auctores.

[b] Recole quæ paulo superius notata sunt de Ariminì et Beneventi urbium conditu, qui in hunc proprie numerum cadit. Reliquum periochæ, *multæque urbes in Sicilia eis junctæ*, Scaliger excidisse ait in Græcis culpa Syncelli, suppletque ita, καὶ πολλαὶ τῶν πόλεων αὐτοῖς προσεχώρησαν. B

[c] Dicitur hæc *Caparronia* Orosio, quod est ante nos Scaligero notatum.

[d] Postremum verbum *cognoscitur* Scaliger tacet. De hoc Zenone, ut et Polemone philosophis Palatini mss., teste Schurzfleischio, superius ad num. 1732 mentionem ingerunt: *Zeno Stoicus philosophus agnoscitur, Et Polemon philosophus agnoscebatur.* Cæterum quod ponit Eusebius Zenonis obitum anno primo hujus olympiadis 129, dissentit a Laertio, qui lib. VII, sect. 6, de Perseo loquens, eum ait floruisse olympiade 130, ἤδη γέροντος Ζήνωνος, *Zenone jam sene.* Sed fortasse ibi est in numericis notis mendum.

[e] Contendit Scaliger, quod et Zonaræ testimonio probat, hallucinationem hanc esse Eusebii in nomine urbis, siquidem Agrigentum, non Syracusas ceperunt hoc anno Romani. At vero Syracusas recte suo sensu Eusebius nominavit; tantumque benignius accipi atque exponi operæ pretium est. Nam licet Syracusæ tunc captæ revera non fuerint, ablatumque Hieroni imperium, transactum tamen pace est iis conditionibus, quas qui imponerent, victores urbis videri potuissent. Atque optionem quidem rex ultro accepit, referente Polybio lib. I, cap. 16, ut primum sine pretio captivos e Romano exercitu omnes qui apud se essent, restitueret, deinde centum argenti talenta Romanis penderet. Ob hanc sane causam non Eusebius modo, sed et alii ante illum scriptores, captas fuisse a Romanis Syracusas prodiderunt. Ex his est vetus auctor Philinus, licet eo nomine a Polybio reprehensus. Vide infra ad num. 1803.

[f] Recole quæ superius ad num. 1303 hac de urbe dicta sunt.

[g] Nihil dubium in priore gesto quin tempus conveniat, parta scilicet a Duillio cos. celeberrima de Pœnis victoria. Alterum vero quod dicitur de centum Libyæ urbibus captis, serius equidem videtur cum Scaligero referendum ad triumphum navalem L. Manlii Vulsonis centesimæ trigesimæ primæ olympiadis initio. Innuere id videtur laudatus eidem Scaligero Orosius lib. IV, cap. 8: *Consules*, inquit, *in Africam jussi transferre bellum, cum trecentis triginta navibus Siciliam petierunt: quibus Amilcar Pœnorum imperator, et Hanno classi præfectus occurrit. Conserto navali prœlio, Carthaginienses in fugam versi sexaginta quatuor naves perdiderunt. Victores consules in Africam transvecti sunt, primamque omnium Clupeam urbem in deditionem receperunt: inde Carthaginem petentes, trecenta aut eo amplius castella populati sunt.* Infert itaque Scaliger, duo diversa gesta fuisse ab Eusebio confusa, peccatumque in altero solida olympiade. Monuit vero noster pridem hæc per tempora digeri, non per annos.

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Macedon.* | *Romanorum.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | 28 | 23 | | 5 | 1760 |
| 131 | 29 | 24 | Antigonus Atheniensibus reddit libertatem. | 6 | |
| | 30 | 25 | Judæorum pontificatum post Eleazarum [b] avunculus ejus Manasses accepit. | 7 | |
| | 31 | 26 | | 8 | |
| | 32 | 27 | | 9 | |
| 132 | 33 | 28 | Carthaginenses xc Romanorum naves in Sicilia capiunt, [c] Metello consule in fugam verso. | 10 | |
| | 34 | 29 | | 11 | |
| | 35 | 30 | | 12 | |
| | 36 | 31 | | 13 | |
| 133 | 37 | 32 | | 14 | |
| | 38 | 33 | Parthis [d] a Macedonum imperio recedentibus, primus regnavit ARSACES, unde Arsacidæ dicti. | 15 | 1770 |
| | *Ægypti III, PTOLEMÆUS* [a] *EVERGETES, annis* 26. | | | *Syriæ IV, SELEUCUS CALLINICUS,* annis 20. | |
| | 1 | 34 | Judæorum pontifex [e] Onias, Simonis Justi filius, clarus habetur, qui consueta regi Ptolemæo tributa non reddens, ad iram eum compulit. Verum Josephus, inter suos nobilis, legatus a Judæis ad Ptolemæum missus, cum familiaritatem regis ob plurima in eum meruisset obsequia, dux Judææ et regionum finitimarum constituitur. | 1 | |
| | 2 | 35 | | 2 | |
| 134 | 3 | 36 | Censu Romæ [f] agitato, inventa sunt hominum CLX millia. | 3 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου τρίτος ἐβασίλευσε ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ἔτη κδ'. Syncell. pag. 218.

Ἀθηναίοις Ἀντίγονος τὴν ἐλευθερίαν ἀπέδωκεν. Idem pag. 220.

Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσε μετὰ Ἐλεάζαρον Μανάσσης ὁ θεῖος τοῦ αὐτοῦ. Ex Josepho Antiquit. lib. XII, c. 4.

Καρχηδόνιοι Ῥωμαίων ζ ναῦς ἔλαβον ἐν Σικελίᾳ, τρέψαντες καὶ τὸν Ὕπατον Μέτελλον. Sync. pag. 219.

Πάρθοι τῆς Μακεδόνων... ἀρχῆς ἀπέστησαν... καὶ βασιλεύει αὐτῶν ΑΡΣΑΚΗΣ, ἀφ' οὗ οἱ Πάρθων βασιλεῖς Ἀρσακίδαι ἐχρημάτισαν. Ex Syncell. pag. 226.

Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν Ὀνίας Σίμωνος υἱὸς ὢν τοῦ Δικαίου κληθέντος... οὗτος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ φόρον... μὴ δοὺς, εἰς ὀργὴν ἐκίνησε τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον... Ἰώσηπος δέ τις... δόξαν ἔχων παρὰ τοῖς Ἱεροσολυμίταις πρὸς Πτολεμαῖον στειλάμενος, καὶ δῆθεν τὴν ὀργὴν θεραπεύσας, στρατηγὸς ὑπ' αὐτοῦ τῆς ὅλης Ἰουδαίας καθίσταται. Ex Josepho Antiquit. lib. XII, cap. 4. Postremus versus ex Scaligeri Collectaneis.

Τιμήσεως ἐν Ῥώμῃ γενομένης εὑρέθησαν μυριάδες κς'. Syncell. pag. 216.

Συρίας καὶ Ἀσίας ἐβασίλευσεν δ' ΣΕΛΕΥΧΟΣ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΣ ἔτη κ'. Ex eodem pag. 226.

## NOTÆ.

[a] Sunt e recentioribus chronologis, qui solos viginti quatuor regni annos Evergetæ tribuunt: verum ipse suorum ann. quibus regnum obtinuit, fidejussor rex est in Monumento Adulitano in fine, ubi vigesimum usque septimum notat. Puta eum, ut cum Eusebio conveniat, hoc ipso ineunte anno occubuisse. Cæterum ne prætereas, quæ ipso rege, ut et Callinico, qui eodem anno Syriæ regnum inivit, doctissime disputata sunt abs Hieronymo Comment. in c. Danielis undecimum. Porro idem in Prologo lib. XXX Trogi, post Justinum edito, etiam *Utrusphone* dicitur, pro quo alii legi debere *Epiphanem*: alii post Freinshemium et Longuerueum nihil dubitant *Tryphone* reponere, faventibus etiam mss. ut hoc quoque cognomento Ptolemæus iste donatus sit.

[b] Quod in Græco est θεῖος, præstabat transferri *patruus*, uti Scaliger animadvertit; tametsi promiscue pro patris et pro matris fratre sumitur apud auctores bonos.

[c] Immo, quod ante nos probe etiam Scaligero notatum est, P. Claudio Pulchro cos. qui et a Romanis, quod se imprudenter gessisset, magistratu abdicare coactus est, summaque ignominia affectus. Contigit hoc Romanorum infortunium anno hujusce olymp. quarto, quod narrant Polybius lib. I cap. 51, Cicero lib. II de Natur. Deor., Livius lib. XIX, Valerius Maximus, aliique. Econtrario Metellus, qui ante duos annos consul fuit, sive ejusdem olymp. secundo, ingentem de Pœnis victoriam reportavit, quod idem Polybius, Eutropius lib. II c. 13, Orosius lib. IV c. 19, aliique confirmant. Sidonius, Carm. II, vers. 372:

Nec tu, cui currum Curii superare, Metelle,
Contigit, ostentans nobis Elephanta frequentem.

A Alios auctores nunc deperditos videtur secutus Eusebius. Vid. Neuport. Hist. Rom. t. I, lib. III, pag. 211 et seq., ubi et *sexaginta* naves, non 90 captas in Eusebio legit.

[d] Defectionis Parthorum incerta apud auctores initia sunt. Notatum vero jam doctis viris contra Scaligerum, male a consulatu L. Manlii Vulsonis et C. Atilii Reguli ab Justino repeti. Convenit magis, ait cl. Weselingius, quod tradit Arrianus apud Photium cod. 58 de Pherecle, quem Antiochus Divus Parthiæ præfecerat, et insurgentibus in eum Arsace et Tiridate fratribus. Atque hæc prima regni exordia fuerunt, tenuia quidem, sed quæ paulatim adeo aucta fuere, ut Seleucum Callinicum justa acie superare potuerit. Hæc causa quoque fuit, quamobrem multi ab ea victoria regni Parthi initia repetiverint. Lege quæ Valesius commentatus est ad Ammiani Marcellini lib. XXIII, 6. Arsacidarum historiam ex nummis non ita pridem Vaillantius illustravit.

B [e] Ex Josepho Eusebius, cujus postrema verba fuisse inutili ambitu Latine reddita abs Hieronymo, Scaliger cavillatur, cum quibus usus Eusebius sit, plane lateat. Fallitur præterea cum in lemmate illius capitis 4 Josephi, Ptolemæum Ἐπιφανῆ esse, non Εὐεργέτην pronuntiat. Tametsi neque hunc revera, sed proprie Ptolemæum Philopatora notant quæ in textu habentur de Josepho isto, Tobiæ filio. Mortuus enimvero dicitur, cum jam Τελωνάρχης per viginti duos annos fuisset: recteque ibi notata mors ejus, circa initia Seleuci Soteris, qui decimo septimo Ptolemæi Epiphanis anno regnare cœpit. Subduc igitur viginti duos annos illos, et Philopatora, non Evergetem adiisse Josephum cognosces.

[f] Par credere est, quod et Scaliger post Sigonium

| Olymp. | Alexandr. | Macedon. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | *Macedonum XXXVI,* [a] *DEMETRIUS, ann.* 10. | | | |
| | 4 | 1 | | 4 | |
| | 5 | 2 | Romæ templum Vestæ incensum. | 5 | |
| | 6 | 3 | Q. Ennius poeta [c] Tarenti nascitur, qui a Catone quæstore Romam translatus, habitavit in monte Aventino, parco admodum sumptu contentus, et unius ancillæ ministerio. | 6 | |
| 135 | 7 | 4 | | 7 | |
| | 8 | 5 | | 8 | |
| | 9 | 6 | | 9 | |
| | 10 | 7 | | 10 | 1780 |
| 136 | 11 | 8 | Virgo Vestalis Romæ a servo corrupta, propria manu se interemit. | 11 | |
| | 12 | 9 | | 12 | |
| | 13 | 10 | | 13 | |
| | | *ANTIGONUS,* [b] *XXXVII, annis* 15. | | | |
| | 14 | 1 | | 14 | |
| 137 | 15 | 2 | Judæorum [d] pontifex maximus Simon, Oniæ filius, clarus habetur, sub quo Jesus filius Sirach Sapientiæ librum componens, quem vocant Panareton, etiam Simonis in eo fecit mentionem. | 15 | |
| | 16 | 3 | | 16 | |
| | 17 | 4 | | 17 | |
| | 18 | 5 | | 18 | |
| 138 | 19 | 6 | XL ferme [e] millia Gallorum a Romanis cæsa. | 19 | |
| | 20 | 7 | | 20 | 1790 |
| | | | | *SELEUCUS,* [f] *CERAUNUS, V, annis* 3. | |
| | 21 | 8 | | 1 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μακεδόνων λϛ', ἐβασίλευσε ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ἔτη ι'. Syncell. pag. 216.

Μακεδόνων λζ, ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΓΟΝΟΣ ἔτη ιε'. Idem pag. 224.

Ἐν Ῥώμῃ ἱερὸν ἐνεπρήσθη τῆς Ἑστίας. Idem p. 220.

Ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ δούλου διακορευθεῖσα παρθένος ἑαυτὴν διεχειρίσατο. Idem ibidem.

Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσε Σίμων υἱὸς Ὀνίου. Idem p. 220.

Κατὰ τοῦτον Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σειρὰχ, τὴν καλουμένην Πανάρετον Σοφίαν συντάξας, αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος ἐμνημόνευσεν. Chron. Pasch. pag. 140.

Ῥωμαῖοι Γάλλων μυριάδας δ' πρὸς τοῖς τριακοσίοις ἀνεῖλον, κ. τ. λ. Syncell. pag. 220.

Συρίας καὶ Ἀσίας ἐβασίλευσεν ε' ΣΕΛΕΥΚΟΣ ΚΕΡΑΥΝΟΣ ἔτη γ'. Ex eodem pag. 226.

## NOTÆ.

notat, agitatum censum lustro 39, A. Manlio Torquato Attico II et Q. Lutatio Cercone coss., qui annus est hujusce olymp. quartus.

[a] Huc refer quæ superius de annis Antigoni observavimus, ut enim ille serius regnum arripuisse dicitur Syncello, serius quoque vitam finisse, Porphyrio: ita iste successor ejus et filius Demetrius postponendus ad eorum rationes videretur.

[b] Nimirum qui cognominatus est *Doson*, de quo vide etymologum in Δώσων. Hunc vocat Dexippus Ἀντίγονον τὸν Δημητρίου, indicans eum Demetrio Demetrii Poliorcetæ filio esse natum ut notatum est doctis viris; habuisse enim Demetrium Poliorcetem eo nomine filium, constat ex Plutarcho in Demetrio. Fuerit hic porro decessoris Demetrii filio Philippo patruelis, quod idem Plutarchus in Vita Pauli Æmilii significat. Cætera confer Pausaniam in Achaicis cap. VII, Justinum lib. XXVIII cap. 3, etc.

[c] Sunt quibus rescribendum hic videtur *Salenti* cujus civitatis Rudias memorant. Nam Rudias Ennii patriam esse, Cicero, Pomponius Mela, Ausonius, atque alii uno ore affirmant. Tempus juxta Varronis Palilia congruit. Vid. A. Gellium lib. XVII, c. 21. Hæc autem, non dubitandum, quin Hieronymus addiderit de suo.

[d] Prænotavit Scaliger admissos hic esse ab Eusebio duos errores, alterum quod hunc Simonem putarit esse eum, qui Justus cognominatus est: alterum quod Jesum Siracidem sub eo, propterea quod ejus meminerit, scripsisse Panareton suam velit. Simon autem ille, cujus meminit Siracides cap. 50, sit nepos Jadduæ illius, qui occurrit Alexandro Magno, et quidem hunc multis annis antecesserit. Tu videsis Drusium in Notis ad eum locum Ecclesiastic. cap. L. Male in textu scriptum erat *Panareton:* male itidem alii in Græco Πανάιρετον legunt.

[e] Contigit triennio serius, sive anno hujusce olympiadis quarto, quod nemo ignorat. Vide Polybium lib. II, cap. 26. Recte autem Scaliger monet, hos paucorum annorum prochronismos Eusebio aut Hieronymo ascribendos non esse, sed Fastorum Consularium conditoribus.

[f] Ipso scilicet tertio anno regni per dolum occisus est. Præstat id abs Hieronymo in cap. XI Danielis ediscere: *Post fugam*, inquit, *et mortem Seleuci Callinici, duo filii ejus, Seleucus cognomento Ceraunus, et Antiochus, qui appellatus est Magnus, provocati spe victoriæ, et ultione parentis, exercitu congregato, arma corripiunt; cumque Seleucus major tertio anno imperii esset occisus in Phrygia per dolum Nicanoris et Apaturii, exercitus, qui erat in Syria, Antiochum fratrem ejus de Babylone vocavit ad regnum.* Hinc Appianus in Syriacis explicandus est, ubi ait, sublatum fuisse Seleucum veneno, *post exactum regni annum alterum: Antiochum vero cognomine Magnum regnasse annos triginta septem.*

| Olymp. | Alexandr. | Macedon. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | 22 | 9 | | 2 | |
| 139 | 23 | 10 | | 3 | |
| | | | | *ANTIOCHUS MAGNUS, VI, annis* 36. | |
| | 24 | 11 | Caria et Rhodos ita [c] terræmotu concussæ sunt, ut Colossus magnus rueret. | 1 | |
| | 25 | 12 | | 2 | |
| | 26 | 13 | | 3 | |
| | *Ægypti IV, PTOLEMÆUS* [a] *PHILOPATOR, annis* 17. | | | | |
| 140 | 1 | 14 | Ea quæ in tertio [d] Machabæorum libro scripta sunt, sub hoc Ptolemæo gesta referuntur. | 4 | |
| | 2 | 15 | | 5 | |
| | | *Macedonum XXXVIII, PHILIPPUS,* [b] *annis* 42. | | | |
| | 3 | 1 | | 6 | |
| | 4 | 2 | | 7 | 1800 |
| 141 | 5 | 3 | Victi Judæi [e], et xx millia armatorum ex numero eorum cæsa sunt.<br>Romæ virgines Vestæ ob stupri reatum terra obrutæ. | 8 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου δ΄, ἐβασίλευσε ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ΦΙΛΟΠΑΤΩΡ ἔτη ιζ΄. Chronic. Paschal. pag. 141.

Μακεδόνων λη΄, ἐβασίλευσε ΦΙΛΙΠΠΟΣ ἔτη μβ΄. Syncell. pag. 224.

Καρία καὶ Ῥόδος ἐσείσθησαν, ὡς καὶ τὸν μέγαν Κολοσσὸν καταπεσεῖν. Idem pag. 220.

Ἡ τρίτη τῶν Μακκαβαίων βίβλος περὶ τοῦ Φιλοπάτορος τούτου Πτολεμαίου ἱστορεῖ. Sync. pag. 225.

Ἰουδαῖοι ληφθέντες, τεσσαράκοντα χιλιάδας ὁπλιτῶν ἀποβαλόμενοι. Scaliger ex Chron. Pasch. p. 141.

Ἐν Ῥώμῃ παρθένοι ἁλοῦσαι φθορᾷ, ζῶσαι κατωρύγησαν. Syncell. pag. 220.

Συρίας καὶ Ἀσίας ς΄, ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΜΕΓΑΣ ἔτη λς΄. Ex eodem pag. 227.

## NOTÆ.

[a] Dicitur hic Straboni lib. XVII, Φιλοπάτωρ ὁ τῆς Ἀγαθοκλείας, famosæ nempe illius Agathocleæ meretricis amator, non υἱὸς, *filius*, ut habet Auctor Scaligeranus Excerptor. pag. 376. Nec est qui ignoret, Philopatori matrem fuisse Berenicem: eo autem usque valuisse apud regem Agathocleam amicam suis artibus atque illecebris, ut ipsa regni negotia procuraret, ex eaque rex cognomentum acciperet. Vide Justinum lib. XXX, cap. 1, et Polybium lib. IV, qui et notat, successisse eum patri Evergetæ olympiade 139. Adito et Scaligerum, si lubet.

[b] Facit ferme eum Eusebio Porphyrius, qui Philippum et hac demum olympiade 140 paternum solium, tutore Antigono defuncto, conscendisse, et illud per annos 42 tenuisse affirmant. Alii autem cum veteres, tum recentiores in diversa abeunt. Et sunt qui ex Polybii testimonio lib. II 71 defunctum ponunt Antigonum quadriennio ante, sive undecimo tutelæ suæ anno, statimque ei successisse Philippum, quem et annos regnasse quadraginta quatuor, biennio scilicet supra Eusebii rationes, ex Justino in fine libri XXVIII cap. 4 contendunt.

[c] Hic nimirum, quo loco consentit Scaliger, recto tempus assignatum, haud recte assignatum videtur. Adeo non immerito Simsonius ab hac opinione recessit, casumque illum ante annos sex, sive in olympiadis 137 ultimum contulit. Argumenta subjungit cl. Weselingius in Notis hæc sane probabilia: Non enim, inquit, tum (sive isto quo Eusebius anno casum refert) Seleucus Callinicus, qui ob hunc motum Rhodiis multa condonavit, supererat. Quod si idem Seleucus hoc tempore captivus fuerit apud Arsacem, ut Posidonius multis indicare videtur, citius Colossi casus contigisse debuit. Nec multo tamen: notabit enim Antigonus, cujus liberalitatem quoque prædicat Polybius. Mansit vere Colossus eo situ per plura sæcula, neque erectus unquam denuo est. Non ergo audiendus est Leo Allatius, quando ad Philonem Byzantinum ex Chronico Alexandrino et Syncello ostendere conatur, Vespasiani tempore eum esse instauratum. Si Plinium lib. XXXIV Nat. Hist. 7 inspexisset, falsum fuisse utrumque scriptorem, facile animadvertisset. Confuderunt Colossum in sacra via Romæ a Zenodoro jussu Neronis erectum, et Rhodium. Illi Vespasianus, Neronis detracto capite, Solis imposuit. Atque hinc error.

[d] Injuria Scaliger Hieronymo culpæ vertit, quod Græca libere sit interpretatus perinde atque ipse sciret, vere Eusebiana esse, quæ laudamus, cum de suo manifeste subjunxerit Syncellus, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀντιστρόφῳ τάξει: quod nempe quæ tertio Machabæorum libro historia continetur, propriorum librorum, primi, et secundi, historiis tempore præcedit.

[e] Rescribendum 40 pro 60 ex Græco Scaliger notat, maxime ob facilem scribarum lapsum in permutando litterarum situ. Idem multa de Eusebii hallucinatione in hac referenda historia huc congerit. Nam neque, inquit, Judæi congressi prælio sunt cum Eupatore, neque Judæi Jerosolymitæ, aut Palæstini, sed Judæi Ægyptienses Elephantis objiciendi erant. Quippe illud imuni sentit, quod scribit Auctor libri tertii Machabæorum cap. II jussisse Ptolemæum plerosque Judæos in pietate perseverantes, undique conquisitos, et Alexandriam pertractos, quingentis Elephantis vino inebriatis efferatisque proterendos objici. Verum nec id sibi voluisse, nec prodigiosæ illi narrationi fidem adhibuisse Eusebius videtur: nam si adhibuit, non in aliud tempus facile contulisset, quam quod ab Josepho lib. II contra Apionem sect. 5 notatum est, sub Physcone scilicet, non Phi-

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Macedon.* | *Romanorum.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | 6 . . . | 4 . . . | Eratosthenes [b] philosophus agnoscitur. | 9 . . . . . | |
| | 7 . . . | 5 . . . | Romani, [c] Marcello consule, Syracusas capiunt. | 10 . . . . . | |
| | 8 . . . | 6 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 11 . . . . . | |
| 142 | 9 . . . | 7 . . . | Romani [d] subjugant Capuam et Siciliam. | 12 . . . . . | |
| | 10 . . . | 8 . . . | Antiochus [e] rex Syriæ, victo Philopatore Ptolemæo, Judæam sibi sociat. | 13 . . . . . | |
| | 11 . . . | 9 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 14 . . . . . | |
| | 12 . . . | 10 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 15 . . . . . | |
| 143 | 13 . . . | 11 . . . | Levinus [f] cum rege Asiæ Attalo amicitiam facit. | 16 . . . . . | |
| | 14 . . . | 12 . . . | Judæorum pontifex maximus Onias, filius Simonis, insignis habetur [g], ad quem Lacedæmoniorum rex Arrius legatos mittit. | 17 . . . . . | 1810 |
| | 15 . . . | 13 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 18 . . . . . | |
| | 16 . . . | 14 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 19 . . . . . | |
| 144 | 17 . . . | 15 . . . | Scipio Hiberiæ multas urbes recipit. | 20 . . . . . | |
| | *Ægypti* [a] *V, PTOLEMÆUS EPIPHANES, annis* 24. | | | | |
| | 1 . . . | 16 . . . | Nævius comicus Uticæ moritur, pulsus Roma, factione nobilium, ac præcipue Metelli. | 21 . . . . . | |
| | 2 . . . | 17 . . . | Ptolemæus Epiphanes, Scopa principe militiæ destinato, Judæam capit, et plurimas Syriæ civitates. | 22 . . . . . | |
| | 3 . . . | 18 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 23 . . . . . | |
| 145 | 4 . . . | 19 . . . | Plautus ex Umbria Sarsinas Romæ moritur, qui propter annonæ difficultatem ad molas [h] manuarias pistori se | 24 . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου ε', ἐβασίλευσε ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ὁ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ἔτη κδ'. Syncell. pag. 225.

Ἐρατοσθένης ἐγνωρίζετο. Chron. Pasch. p. 140.

Ἀντίοχος ὁ Μέγας Πτολεμαίου τὴν Ἰουδαίαν κρατοῦντος τοῦ Φιλοπάτορος, πολέμῳ νικήσας αὐτὸν, τὴν χώραν ἀφείλατο. Syncell. pag. 225.

Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσεν Ὀνίας ὁ Σίμωνος υἱὸς, πρὸς ὃν ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς Ἄρειος πρεσβείαν τε ἔπεμπε καὶ ἐπιστολάς. Ex Josepho Antiquit. lib. XII, cap. 4.

Σκηπίων Ἀφρικανὸς Κελτιβερίας πολέμῳ πόλεις πολλὰς Ῥωμαίοις ὑπηγαγέτο. Syncell. pag. 220.

Πτολεμαῖος ὁ Ἐπιφανὴς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἄλλας πόλεις τῆς Συρίας πέμψας ἐχειρώσατο διὰ Σκοποῦ στρατηγοῦ. Syncell. pag. 225.

## NOTÆ.

lopatore Ptolemæo. Malim itaque putare cum Weselingio, aliud Judæorum infortunium hic dici : illud enimvero, quo eam gentem pessime habuit rex Philopator, cum bellum civile Ægyptiis suis intulit, quorum Judæi erant pars magna : gessitque inaudita crudelitate ac sævitia, ut ex Polybio in Excerptis Valesii pag. 63 intelligere est.

[a] Serius hunc recensent, qui solidos septemdecim annos dant Philopatori, e quibus tamen magni nominis auctores sunt, Canon Astronomicus, Porphyrius in Excerptis Scaligeri p. 225, et Syncellus. De ipso autem Epiphane non prætereunda quæ habet Hieronymus Comment. in Daniel. cap. XI, atque illa cumprimis : *Antiochus magnus. . . . Ptolemæo Philopatore mortuo, adversus filium ejus, qui tunc quatuor annorum erat, et vocabatur Ptolemæus Epiphanes, rupto fœdere movit exercitum*, etc. Justinus in Epitom. cap. 2 *quinquennem* tunc fuisse eum dicit. Regni ejus annos solos viginti duos alii supputant, et ut summum viginti tres. Videsis Petavium lib. x de Doctrina Tempor. cap. 46; vide et nos infra ad Philometora.

[b] Tacet Scaliger, lectore nec admonito, adjunctum *philosophus*, quod est tamen in libris nostris omnibus, et Palatinis mss. Nec plane falsum est, inquit Schurzfleischius, dicitur enim et Suidæ μαθητὴς φιλοσόφου Ἀρίστωνος Χίου, καὶ γράψαι δὲ φιλόσοφα. Sed et Βῆτα τῶν φιλοσοφούντων, vel, ut Marcianus Heracleota Peripl. p. 95 habet, Βῆτα τοῦ Μουσείου dictus est. E Suetonio constat eumdem aliquando *Grammatici* quoque, vel *Philologi* nomine venisse.

[c] Cur dicat Marcello consule captas Syracusas, disces ex Plutarcho in ejusdem Marcelli Vita, itemque Livio lib. XXV, cap. 24 et 31, et Silio Italico lib. XIV, neque enim dubium est, quidquid Scaligero videatur, quin ab ipso Marcello captæ sint; tametsi id factum primo subsequentis olympiadis anno, mi- A nime diffiteamur. Sed ea est varia Fastorum recensendorum ratio, non Eusebii culpa.

[d] In aliis libris *subigunt*. Capua autem et Sicilia potiti sunt Romani subsequenti anno. Sed potest Eusebius, ipso assentiente Scaligero, excusari ex Palilibus Varronis.

[e] Weselingius ait : Subvereri dudum cœpi, ut suo hæc loco ab Eusebio sint posita, et recte a Josepho narrata. Constat enim ex Polybio, in Parthia hoc tempore bellis Antiochum fuisse occupatum, eumdemque, mortuo Philopatore, cum Philippo Macedone conspirasse in Ptolemæum Epiphanem. Vide lib. XV, 10, nec potitum Palæstina, nisi Epiphane regnante. Hieronymus in Daniel. XI. Videtur quidem Appianus princip. Syriac. Josepho, atque Eusebio favere : *Elatus Antiochus Magnus*, inquit, *tum successibus, tum cognomine, Cœlesyriam, partemque Ciliciæ Ptolemæo Philopatori, Ægypti regi, etiam tum puero, violenter abstulit.* In Græco est : Πτολεμαίου τοῦ Φιλοπάτορος. *Ptolemæo Philopatoris filio :* ut adeo B Appianus quoque contra Josephum et Eusebium nitatur. Sed viderint me peritiores.

[f] Intelligere est ex Polybio lib. X cap. 38, et Livio lib. XXVI cap. 24, initam amicitiam secundo vel tertio præcedentis proxime olympiadis anno, quo tempore Ætoli in societatem populi Romani venerunt, additumque est in fœderis conditionibus, ut si vellet, Asiæ rex Attalus aliique nonnulli eodem jure amicitiæ gauderent.

[g] Imposuit Eusebio Josephus Antiquitt. lib. XII cap. 5, qui epistolam illam Arei ad Oniam, cujus exemplum exstat I Machabæor. cap. XII, ad Oniam hunc tertium putavit, quæ ad primum scripta est, et ante annos quidem ferme centum sexaginta. Cavit pridem errorem hunc Scaliger, quem omnino videsis in Canonib. Isagogic. pag. 322.

[h] Penes Scaligerum *molas manuarias pistorem se lo-*

| Olymp. | Alexandr. | Macedon. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | locaverat : ibi quoties ab opere vacaret, scribere fabulas, et vendere sollicitius consueverat. | | |
| | 5 . . . | 20 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 25 . . . . . | |
| | 6 . . . | 21 . . . | Juxta Theram [a] apparuit insula, quæ vocatur Hiera. | 26 . . . . . | |
| | 7 . . . | 22 . . . | Antiochus, Scopa [b] superato, Syriæ urbes recepit, et Judæis voluntate conjungitur. | 27 . . . . . | 1820 |
| 146 | 8 . . . | 23 . . . | Romani Græcos [c] liberos esse jusserunt : et universa Hiberia imperata fecit. | 28 . . . . . | |
| | 9 . . . | 24 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 29 . . . . . | |
| | 10 . . . | 25 . . . | Antiochus [d] Judæorum erga se cognita voluntate, magnis eos muneribus donat, et per epistolas crebris laudibus prosequitur. | 30 . . . . . | |
| | 11 . . . | 26 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 31 . . . . . | |
| 147 | 12 . . . | 27 . . . | Post prælium, [e] quo in Thermopylis est victus Antiochus, hoc inter Romanos et eum convenit, ut mille talenta per annos singulos vectigalis nomine solveret. | 32 . . . . . | |
| | 13 . . . | 28 . . . | Romani multas colonias deduxerunt.<br>Antiochus [f] in amicitiam Ptolemæi regressus pacem cum eo fecit, et Cleopatra filia sua uxore ei tradita, dotis nomine Syriam, Phœnicen, Samariam, Judæamque concedit. | 33 . . . . . | |
| | 14 . . . | 29 . . . | Eumenes, frater regis Attali, qui Eumeniam in Phrygia | 34 . . . . . | |
| | 15 . . . | 30 . . . | condidit, clarus habetur. | 35 . . . . . | |
| | | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | | |
| 148 | 16 . . . | 31 . . . | Secundus liber [g] Machabæorum apud Judæos hujus temporis gesta continet. | 36 . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀντίοχος αὖθις πολεμήσας πόλεις τῆς Συρίας ἐχειρώσατο, συμμαχούντων αὐτῷ καὶ Ἰουδαίων, κ. τ. λ. Syncell. pag. 225.

Ἀντίοχος ὁ Μέγας Ἰουδαίοις δι' ἐπιστολῶν πολλὰ μαρτυρήσας, δωρεαῖς μεγάλαις ἐτίμησεν. Idem ibidem.

Ἀντίοχος ἐν Θερμοπύλαις... ἡττᾶται, ὥστε αὐτὸν ὑπόσπονδον γενέσθαι Ῥωμαίοις τελοῦντα χίλια τάλαντα, κ. τ. λ. Ex eodem pag. 227.

Ῥωμαῖοι διαφόρους ἀποικίας ἐξέπεμψαν. Idem p. 220.

Ἀντίοχος... φιλιωθεὶς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ Ἐπιφανεῖ, σπονδὰς πρὸς αὐτὸν ἐποιήσατο, καὶ Κλεοπάτραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα ἐκδίδωσι τῷ Πτολεμαίῳ εἰς γυναῖκα, παραχωρήσας αὐτῷ φερνῆς ὀνόματι, Συρίαν, καὶ Φοινίκην, καὶ Σαμάρειαν, καὶ Ἰουδαίαν. Chronic. Pasch. pag. 142.

Ἡ δεύτερα τῶν Μακκαβαίων τὰ κατὰ Σέλευχον τὸν Κεραυνὸν, κ. τ. λ., ἕως πέμπτου ἔτους Δημητρίου τοῦ Σωτῆρος... περιέχει. Idem pag. 144.

## NOTÆ.

*caverat : ibi quoties*, etc. tum *scribere fabulas solitus et vendere*. Pontacus cum pridem legisset *vendere sollicitus, consueverat*, rescribendum monuit secundis curis *solitus*, minus sane bene : nobis *sollicitius* placuit. Vide, si lubet, Pignorium de Servis.

[a] Consentit quoad tempus, ipso demum non diffitente Scaligero, Justinus lib. xxx cap. 4, init. : *Eodem anno* ( quo pax inita cum Philippo est ) *inter insulas Theram et Therasiam medio utriusque ripæ et maris spatio terræ motus fuit. In quo cum admiratione navigantium repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit*. Vide loci hujus interpretes. In Parmensi ms. *Juxta Hieram* legitur.

[b] In Scaligeri edit. *Scopam superavit*. Historiam quod spectat, lege Polybium in Excerptis Valesii pag. 77, nec prætereas Hieronymum in cap. ix Danielis, eam fusius ex Porphyrio edisserentem : ut enim verba ipsa laudemus, loci prolixitas non sinit.

[c] Recitat senatusconsultum Polyb. Excerpt. Legat. 9 : *Ut cæteri omnes Græci, et qui in Asia degunt, et qui in Europa, liberi sint, suisque legibus utantur*, etc. Convenit probe etiam tempus. Vide Livium lib. xxxiii, cap. 32, et Plutarchum in vita Flaminii.

[d] Huc refer Josephum Antiquit. lib. xii cap. 3, quod et Scaliger monet.

[e] Meminisse oportet hæc per tempora digeri, non per annos : a prælio enim in Thermopylis ad fœdus cum Romanis ab Antiocho initum, duorum ferme annorum spatium, variique casus intercesserunt, quos et Livius et Polybius Legat. Excerpt. narrant. Falsum vero est, quod ait Scaliger, Hieronymum in Comment. in Daniel cap. xi asserere L. Scipionem cognomine Nasicam eum fuisse, qui Antiochum devicerit. Consulat lector candidus locum, ut de re ipsa dijudicet. Alterum, in quo ait hallucinatum S. Doctorem, quod scribit hunc Antiochum deletum cum omni exercitu suo adversus Elymæos pugnantem, ratum habent pari consensu Veteres. Justinus lib. A xxxii, cap. 2 : *Rex Antiochus* (Magnus utique cognomento) *cum gravi tributo pacis a Romanis premeretur, et victus oneratusque esset... adhibito exercitu, nocte templum Didymæi* (leg. *Elymæi* ) *Jovis aggreditur. Qua re prodita, concursu insularium cum omni militia interficitur*. Et Strabo lib. xvi, de Elymæis : *Antiochum quidem Magnum, cum Beli templum spoliare conaretur, finitimi barbari, absque aliorum ope adorti, interemerunt*. Quin adeo ipse errat toto cœlo Scaliger, qui id contigisse ait Epiphani Antiocho, non isti, cui Magno cognomen fuit.

[f] Revocavimus hanc, ut et præcedentem periocham cum Scaligero ante duos annos, sive ad hujusce olympiadis secundum, cum in aliis libris, etiam Pontaci quartum obtineret. Re etiam vera annus erat Ptolemæi Epiphanis duodecimus aut decimus tertius, quo Cleopatram Antiochi filiam in matrimonium sibi junxit. Hieron. in Daniel. cap. xi : *Antiochus . . . filiam suam Cleopatram per Euclem Rhodium septimo anno regni adolescentis, despondit Ptolemæo, et deci-* B *mo tertio anno tradidit, data ei dotis nomine omni Cœle Syria et Judæa*, etc. Vide et Josephum Antiquit. lib. xii cap. 3, et Appianum in Syriacis p. 145.

[g] His, quæ otiose Scaliger ad hunc locum de Machabaicæ historiæ titulo disserit, oppone quæ habet Huetius Demonst. Evang. Propositione iv, de libris Machabæorum. Lemma erat illud prioris libri סרבניאל שביט, *Sceptrum rebellium Dei* : quod ut aliter legi et exponi possit, non erat sane cur tantopere Scaliger miraretur, Hebraico titulo donatum Græcum librum, nec cur Origeni, qui illum indicavit, fucum fecisse Judæos, usque adeo asseveranter affirmaret. Taceo et injuria accusari ab eo Hieronymum, quod in tria verba contraxerit quæ plura in Græcis sunt. Quis enim Scaligerum ea docuit Eusebii esse, quæ Syncellus exaggerat ?

| Olymp. | Alexandr. | Macedon. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | *SELEUCUS, VII, qui et PHILOPATOR, an. 12.* | |
| | 17 | 32 | L. Livius [a] tragœdiarum scriptor clarus habetur, qui ob ingenii meritum a Livio Salinatore, cujus liberos erudiebat, libertate donatus est. | 1 | 1830 |
| | 18 | 33 | Cum ab Antiocho per legatos Hannibal reposceretur, cui se a Scipione victus sociaverat, ad Prusiam regem Bithyniæ transfugit; quem cum rursus per Flaminium etiam ab eo Senatus repeteret, et tradendus esset [b], venenum bibit, et apud Libyssan Bithyniæ sepultus est. | 2 | |
| | 19 | 34 | | 3 | |
| 149 | 20 | 35 | Simon præpositus templi Jerosolymorum, ad Apollonium Phœnicis ducem confugiens, [c] multis ei muneribus repromissis, sacerdotium sibi vindicare cœpit: quo Seleucus audito, Heliodorum mittit ad negotium providendum. qui cum Judæam venisset, inique judicans, et multa perperam gerens, divinis adversus se signis deterretur, et ad Seleucum revertitur. Onias autem sacerdos curaverat, ut Simon profugus fieret. | 4 | |
| | 21 | 36 | | 5 | |
| | 22 | 37 | | 6 | |
| | 23 | 38 | Hyrcanus Josephi ducis Judææ filius, cum ad Ptolemæum perrexisset, honorifice ab eo susceptus est. Verum fratres ejus seditione contra eum mota, magnarum calamitatum Judææ genti causa exstiterunt. | 7 | |
| 150 | 24 *Ægypti VI, PTOLEMÆUS PHILOMETOR, annis 35.* | 39 | | 8 | |
| | 1 | 40 | Statius Cæcilius comœdiarum scriptor clarus habetur: | 9 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου ϛ', ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος ὁ ΦΙΛΟΜΗΤΩΡ ἔτη λε'. Syncell. pag. 231.

Ἀννίβας πρὸς Προυσίαν φυγὼν αὖθις ἀπὸ Θυατείρων, φαρμάκῳ τελευτᾷ τὸν βίον, τῷ φόβῳ Ῥωμαίων. Idem pag. 227.

Σίμων τις προστάτης τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις ναοῦ προσφεύγει Ἀπολλωνίῳ στρατηγῷ Φοινίκης. τὰ τοῦ ἱεροῦ χρήματα προδιδόναι ὑπισχνούμενος· ἅ τινα μαθὼν ὁ Σέλευκος διὰ τοῦ Ἀπολλωνίου, πέμπει Ἡλιόδωρον τὸν ἐπὶ τῶν πράγματων, ὃς θείαις μάστιξι παιδευθεὶς κενὸς ἐπανῆλθεν. Ὀνίας δὲ ὁ ἀρχιερεὺς διαπράττεται φυγαδευθῆναι τὸν Σίμωνα. Scaliger ex lib. II Machabæor. cap. 3.

Ὑρκανὸς Ἰωσήπου παῖς στρατηγοῦ τῶν Ἰουδαίων πρὸς Πτολεμαῖον ἐλθὼν, καλῶς ὑπεδέχθη. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν στασιάσαντες, μεγάλης ταραχῆς αἴτιοι γεγόνασιν Ἰουδαίοις. Syncell. pag. 226.

Συρίας ζ'. βασιλεὺς ΣΕΛΕΥΚΟΣ, ὃς καὶ Φιλοπάτωρ ἐλέγετο, ἔτη ιβ'. Syncell. pag 224.

## NOTÆ.

[a] In Parmensi ms. ut et vetustioribus editis libris, et apud Scaligerum *Titus* hic prænominatus est perperam pro *Lucius*: neque porro recte *Marcus* rescribi, Scaliger jubet. Græcus homo ille primum *Andronicus*, postea ab hero M. Livio Salinatore, *Livius Andronicus* est appellatus. At non recte, quo inclaruit, tempus notatum Eusebio est: siquidem ab eo erat repetendum, quo *primum tragœdia et comœdia*, ut ait Cassiodorius, *a Lucio Livio ad scenam datæ*: ante annos scilicet ferme quinquaginta. Nam et Cicero Tuscul. Quæst. lib. I, cap. 1: *Annis*, inquit, *ferme* DXIV *post Romam conditam, Livius fabulam dedit C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano coss. anno ante natum Ennium*. Paria habet in Bruto cap. 18, et A. Gellius lib. XVII, cap. 21.

[b] Notatum Cornelio Nepoti, inter scriptores non convenire, *quibus consulibus Annibal interierit*, aliis nempe in secundum, aliis tertium, aliis quartum hujusce olympiadis conferentibus. Vide Appianum in Syriacis pag. 150.

[c] Si de Græcis constaret, immo nisi alicubi plane esset incredibile, iisdem quæ laudantur, Eusebium verbis esse usum, daremus ultro, quod ait Scaliger, quædam S. Hieronymum per properantiam aliorsum interpretasse. Ejusmodi est illud, *multis ei muneribus repromissis*, pro, *thesauros templi pollicitus ei proditurum*. Tum illud, *Heliodorum mittit ad negotium providendum*, pro *Heliodorum regis procuratorem*, aut quid simile (nam Græca significant hominem summi in Palatio officii ac dignitatis, sive eum qui regni negotiis præerat, τὸν ἐπὶ τῶν πραγμάτων), denique *perperam agens* pro *re infecta*, etc. At vero non licet id culpæ vertere S. Interpreti, quando germanam Eusebiani exemplaris lectionem ignoramus: scimus e contrario nonnulla in hac historia aliter ab Josepho, aliter a Machabaici libri auctore narrari. Adeo neque illud temere ausim asserere, de suo Hieronymum addidisse, quod ait de Simone, *Sacerdotium sibi vindicare cœpit*: quod est quidem creditu difficillimum, neque enim ex sacerdotali stirpe erat, sed Benjamita ut dicitur II Machabæor. III. Postremum quod additur, curasse Oniam, ut Simon ille in exsilium pelleretur, discimus ab uno Eusebio, qui id facile a libris, qui postmodum interciderunt, expresserit.

[d] Et Cappellus quidem, aliique recentiores Chronologi ferme cum Eusebio a primo olympiadis 150 anno Philometoris initia deducunt. Probe etiam rationes istæ annis decessoris Epiphanis conveniunt, de quo superius suo loco diximus. Verum aliter supputare nos cogit Ptolemæus lib. VI Magn. Syntax. cap. 5, ubi Philometoris annum septimum cum Nabonassari quingentesimo septuagesimo quarto labente committit ex eclipsi lunari Phamenoth 27, seq. 28, ex qua certo evincitur, initia ejus regis ad Nabonassari quingentesimum sexagesimum septimum labentem

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Macedon.* | *Romanorum.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| . . | . . . | . . . . | natione [a] Insuber Gallus et Ennii primum contubernalis : quidam Mediolanensem ferunt. Mortuus est anno post mortem Ennii, et juxta Janiculum sepultus. | . . | |

## NOTÆ.

aut octavum, esse referenda. Hic autem annus A partim tertio et partim quarto olympiadis proxime præcedentis respondet, ut biennii, quod et Scaliger notat, metachronismo Eusebii rationes peccare videantur. Cæterum vix dictu est, quibus tota isthæc regum Ægyptiorum historia tenebris sit obvoluta. Cl. Dodwellus Dissert. de tempore quo scripsit Agatarcides pag. 72 tom. I Geographor. Min. seriem perquam sane accuratam ab initio Philometoris ad finem Cleopatræ instituit ex iis Fragmentis Porphyrii, quæ Scaliger inter Græca Eusebiana refert. Docet porro, quod operæ pretium est nosse, ex eo monimento, varias fuisse eorumdem regum Ægyptiorum epochas: tum, non a decessorum excessu regum annos plerumque esse numerandos, qui tamen error in chronologiis hodiernis passim occurrit: deinde, ne quidem eorumdem regum annos semper sibi invicem fuisse continuos, sed ex intervallo alienorum regnorum annis sæpe fuisse interpolatos: denique annos regibus postea fuisse attributos, quibus tamen B extra patriam in exsilio egerint, potestate regia exuti. Disces autem quomodo coævorum regum anni invicem committendi sint ex his, quas instruit, diligentissimis Tabulis. Ut redeamus ad Philometora, eum, cum Eusebio, Canon Ptolemæi, Porphyrius in Excerptis modo laudatis, Syncellus denique ipse, solis annis 35 regnasse affirmant: Dodwellus autem uno amplius dicit, multaque eam in rem disputat, quæ cum lucem non exiguam aliis ejus regis annis, atque adeo Eusebiano Canoni fenerentur, hic describere non piget. Triginta quinque duntaxat annos, inquit, Philometori tribuunt plerique. Plane, ut in proximo legitur regni possessi laterculo. Inter illos, Canon, quem dixi, Astronomorum. Immo his ipsis in locis Porphyrius. Et ne credatur error librariorum, obstat, quod ex hoc numero (additis annis 29 quibus regnasse tradit Evergetem) summam annorum 64 oriri testatur, quæ fuerit in universum utrique tribuenda. Et tamen idem vice versa Porphyrius annum Philometoris memorat 36 et cum Evergetæ C anno committit 25. Plane, ut in tabulis nostris hisce legitur. Immo edictum ipsius memorat Evergetæ, ut ita committerentur. Hoc enim docent, ni fallor, ejus illa verba : Τὸ γὰρ τριακοστὸν ἕκτον Φιλομήτορος δέον προσαγορεύεσθαι τῆς τούτου βασιλείας, πρῶτος αὐτοῖς εἰκοστὸν πέμπτον ΠΡΟΣΕΞΕ γράφεσθαι. Fieri ergo vix potest ut hic errarit. Convenit porro accuratissime, quod idem addit, ex his 25 (quos habuit cum fratre communes) cum 29 aliis (quibus ipse, post fratris excessum, solus in Ægypto regnarit) summam conflari annorum 54, quibus in universum regnarit a primo ejus communique cum fratre initio. Tam itaque certum est, annos Philometoris 36 ab Evergete numeratos esse, quam et illud certum est, primum Evergetis initium a fine anni fratris 11 cœpisse, ut 12 regni fraterni annum, primum ipse sui regni annum numerarit. Immo e prædictis Porphyrii verbis, causa, ni fallor, manifesta est, cur ita præceperit Evergetes. Annus enim, quo, fratre superstite, D solus fuerat in regni Ægyptiaci possessione Evergetes, revera ad jus spectabat Evergetis, ut monet etiam hoc loco ipse Porphyrius. Nec enim aliud profecto nomen in illius anni συμβολαίοις lectum fuisse verisimile est. Hæc enim causa fuisse videtur cur annum illum suo regno ne quidem ipse imputarit Philometor. Non imputasse exinde constat, quod post annos 17 quibus in regni possessione fuerat, ante annum illum quo solus regnavit Evergetes, 18 deinceps annos dumtaxat numerarit Philometor, qui superioribus additi annos facerent in universum tantummodo 35, quibus regnarit ipse Philometor. Ergo annum ab initio suo 19 ipse tamen regni sui numeraverat duntaxat 18, atque ita numerandum præceperat Philometor in regni denuo redintegrati συμβολαίοις. Et sic in reliquis ad eumdem modum. Ita factum, ut ultimum regni sui ann. tantummodo 35 ipse numerarit. Potuit ergo de jure Evergetes ann. illum a decessore suo sibi relictum sibi imputare, ut primum a fratris morte ann. secundum numeraret. Immo revera sibi imputavit. Non quidem ita, ut primum a fratris obitu secundum appellarit. Nec enim tum receptum est, ut qui olim sub decessore reges appellati fuerant, novam aliam a collegarum exitu epocham inchoarent. Immo receptum, ut numerum annorum sub decessore cœptum, pariter, exstincto decessore continuarent. Sic autem certe fecit Evergetes. Nam et illum quoque ann. quem solus tenuerat, vivente fratre Philometore, ipse sibi accensuit, cum ann. a fratris initio 36 suum numerarit 25. Sic enim nullum prorsus ab 11 fratris hiatum agnovit, unde ipsum exordium duxisse vidimus. Jus tamen aliquod suum in fratris honorem ab eo remissum innuit Porphyrius. Sed quodnam illud fuerit, age, videamus. Non quidem illud quod verba, qualia hodie leguntur, videntur innuere. Non in eo sitam esse gratiam, quod Philometoris ann. 36 suum ipse 25 numerarit. Sed vice versa potius in eo, quod suum ann. 25 Philometoris 36 appellandum edixerit. Hoc enim πρῶτον Evergeten edixisse docet Porphyrius. Nempe quod, cum annum, quem 35 numeraverat Philometor, ipse nihilominus Philometoris 36 numeraret, annum qui sui fuisset solius, Philometori etiam imputasset. Et quod primus hoc fecisset Evergetes, cum priorem ejusdem anni partem, qua superstes fuerat Philometor, 35 ejus anno accensuissent acta publica, aliaque id genus monumenta. Sic enim factum, ut sub Evergete cœperit mos ille annum eumdem Philometoris 36 numerandi. Meruerat autem hanc gratiam a fratre Philometor, quod, pro modestia sua, a fratris anno sibi vindicando temperasset, dum ipse rerum (fratre quantumlibet invito) potiretur: et quod victor fratri pacem adeo honorificam concessisset. Sed vero anni ab initio suo 36 partem saltem aliquam Philometorem attigisse certum est. Nam certe Demetrius, quem regem fecerat moribundus Philometor, ab anno Seleucidarum cœpisse dicitur 167, I Machab. XI, 19. Qua nempe anni illi, in priori illo libro Machabaico, inire censentur a Xanthico, qui mensi Attico Munychioni fere respondebat, in cyclo jam Calippico. Nam ante mensem illum anni Varr. 608 nondum vel cœperat annus ille Seleucidarum quo cecidit Philometor. Et tamen his quoque fortasse temporibus, vel paulo junioribus, desiit mos antiquus annos Ægyptiorum regum a Thoth censendi, aut ab uno aliquo alio anni exordio. Sex enim quibus regnaverat, præter annos integros, menses Ptolemæo Soteri attributos docet Porphyrius, anno Varr. 673. Itaque Philometori pars illa saltem anni ab initio 36, quam tenuit, assignanda erat; immo annus integer, pro norma illa quæ annos integros iisdem tribuebat, qui Thoth saltem ineunte in regni possessione fuerant. Facile autem erat, ut annus ille, quem si quidem ipse suis rationibus accensuerat Philometor, nec ad numerum spectabat annorum, quibus post fratris obitum, tenuerat Evergetes

[a] Vitiose legit Pontacus et vetustiores editiones, *insuper* pro *Insuber*.

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Macedon.* | *Romanorum.* | *Syriæ.* | *Ann ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | 2 | 41 | | 10 | |
| | 3 | 42 | | 11 | 1840 |
| | | *Macedonum XXXIX*, [a]*PERSES*, *annis* 10. | | | |
| 151 | 4 | 1 | Aristobulus [b], natione Judæus, Peripateticus philosophus agnoscitur, qui ad Philometorem Ptolemæum explanationum in Mosen Commentarios scribit. | 12 | |
| | | | | *ANTIOCHUS EPIPHANES*, *VIII*, *ann.* 11. | |
| | 5 | 2 | | 1 | |
| | 6 | 3 | | 2 | |
| | 7 | 4 | | 3 | |
| 152 | 8 | 5 | Antiochus Epiphanes [c] cum de regione Ptolemæorum, quam subito invaserat, Senatus præcepto recessisset, in Judæam venit, ibique Jesu, qui et Jason, fratri Oniæ pontificatum tradidit; quo deinde expulso, Oniam cognomento Menelaum successorem ei dedit. Itaque ob sacerdotii dignitatem orta seditione inter principes, ingentium miseriarum semina pullulaverunt. | 4 | |
| | 9 | 6 | | 5 | |
| | 10 | 7 | | 6 | |
| | 11 | 8 | | 7 | |
| 153 | 12 | 9 | Antiochus Judæorum [d] legem impugnat: primum quidem omnem eorum provinciam ad idololatriam compel- | 8 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*Μακεδόνων λη', ἐβασίλευσε* ΠΕΡΣΕΥΣ *ἔτη ι'*. Ex Syncell. pag. 225.

*Ἀριστόβουλος Ἰουδαῖος περιπατητικὸς φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, ὃς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλομήτορι ἐξηγήσεις τῆς Μωϋσέως γραφῆς ἀνέθηκεν.* Chron. Pasch. pag. 143.

*Ἀντίοχος... πρὸς τὸν Φιλομήτορα Πτολεμαῖον πολεμήσας, εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἐπανῆλθε, τὴν ἀρχιερωσύνην τῷ Ἰησοῦ, τῷ καὶ Ἰάσωνι, ἐνεχείρισεν ἀδελφῷ Ὀνίου· καὶ πάλιν ἐκβαλὼν αὐτὸν, ἀδελφῷ τε καὶ Μενελάῳ δέδωκεν· Οἱ δὲ στασιάσαντες πρὸς ἀλλήλους κακῶν μεγάλων αἴτιοι γεγόνασιν Ἰουδαίοις.* Syncell. pag. 228.

*Ἀντίοχος ὡρμήθη μεταστῆσαι τὸ πᾶν ἔθνος τῆς πατρῴας θρησκείας, καὶ τὸ μὲν ἱερὸν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις μιάνας, Ὀλυμπίου Διὸς ναὸν, τὸ δὲ ἐν Γαριζὶν ὄρει Διὸς Ξενίου, οὕτως ἀξιούντων τῶν Σαμαρέων, προσηγόρευσεν· ἐφ' οἷς Ματταθίας ὁ ἱερεὺς υἱὸς Ἀσαμωναίου σὺν τοῖς υἱοῖς κατηγονίσατο τοῦ τυράννου, τοῖς αὐτοῦ στρατηγοῖς ἐπιθέμενος, καὶ καταπολεμήσας αὐτοὺς τῇ τῶν ἰδίων παίδων ἀντιμαχίᾳ.* Scaliger ex Syncelli laciniis p. 228.

*Συρίας καὶ Ἀσίας ἐβασίλευσεν η'* ΑΝΤΙΟΧΟΣ *ὁ Ἐπιφανὴς ἔτη ια'*. Syncell. pag. 228.

## NOTÆ.

(quorum solorum rationem habebant chronologi juniores), penitus e regis utriusque rationibus excideret. Verum autem fuisse annum, non ea modo quæ diximus, sed quæ etiam postea dicemus, ostendent.

[a] Atque hic videtur collocandus biennio ante. Vide Livium lib. XL, cap. 55 et 58, qui et annos ei tribuit 11. Syncellus econtrario solos 8. Vide et Scaligeri Canones Isagogicos.

[b] Clemens, Stromat. lib. V: *Ἀριστοβούλῳ δὲ τῶν κατὰ Πτολεμαῖον γεγονότι τὸν Φιλάδελφον, οὗ μέμνηται ὁ συνταξάμενος τὴν τῶν Μακκαβαϊκῶν ἐπιτομὴν, βιβλία γεγονέναι ἱκανὰ, δι' ὧν ἀποδείκνυσι τὴν περιπατητικὴν φιλοσοφίαν, ἔκ τε τοῦ κατὰ Μωϋσέα νόμου, καὶ τῶν ἄλλων ἠρτῆσθαι προφητῶν. Ab Aristobulo autem, qui fuit tempore Ptolemæi Philadelphi, cujus meminit is qui composuit Epitomem rerum gestarum a Machabæis, multos fuisse libros conscriptos, quibus probat, philosophiam Peripateticam ex lege Mosaica et aliis dependisse prophetis.* Nota, Clementem vocare Philadelphum, quem hic Eusebius Philometorem dixit, et dixit alibi, Strom. I, Philometorem Clemens ipse; cui etiam Aristobulus apud Eusebium Præp. lib. XIII, c. 12, concinit: *Ἡ δ' ὅλη ἑρμηνεία τῶν διὰ τοῦ νόμου πάντων, ἐπὶ τῶν προσαγορευθέντος Φιλαδέλφου βασιλέως, σοῦ δὲ προγόνου.* Verum de hoc Ptolemæo inter eruditos non satis convenit; et Junius quidem Lathyrum Evergetæ filium intelligit: Grotius in annotationib. ad II Machab. I, 10, mavult Physconem priorem, qui alterius Evergetæ nomine denotari ab Eusebio, ait. Quod addit Scaliger, erroris arguens Clementem, quod hunc eumdem fecerit esse Aristobulum cum eo, cujus laudato Machab. loco mentio est, nostra nihil pertinet. Præterea ipse fallitur Scaliger, ut ex ipsa inscriptione II Machab. I, 10, constat: *Ἀριστοβούλου,* A *διδασκάλου Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως*, etc. Vide Huetium Demonstr. Evang. Proposit. IV, c. 12, n. 2. In Parmensi ms. legitur, *qui a Philometore Ptolemæo rogatus, explanationum*, etc.

[c] Historiam, quæ pluribus certe annis constat (digesta enim hæc sunt ab Eusebio, ut monuit, per tempora, non per annos), repete abs Josepho lib. XII Antiquit. c. 6, et confer cum auctore II libri Machabæorum c. IV, dissentiunt enim inter se nonnihil. Mox habent pari consensu quatuor Palatini mss., *ibique Jesu, cui nomen est Jason*, In quem locum Schurzfleischius, *Ἰάσων*, inquit, nomen est ethnicismum plane redolens. Hoc, ut eo ineptius adularetur gentilibus, rejecto patrio, quo nec dignum erat *κακὸν τουτὸ ἔλεγχος* nomine, assumpsit, ideo imprimis, quia affinitatem quamdam, vel certe *ἰσοφωνίαν*, cum *Ἰησοῦς* habebat, si Ionice, scribatur *Ἰήσων*. Gobellinus Persona Cosmodromii æt. IV, cap. 14: *Habuerat*, inquit, *ipse Onias duos fratres, quorum unus dicebatur Jesus, alter Joannes. Isti, appetentes summum sacerdotium,* B *volentesque placere regi, imposuerunt sibi nomina gentilium ita, quod Jesus nominari* JASON, *et Joannes voluit nominari* MENELAUS. Cæterum hanc pontificatus mutationem Syncellus, non ab Antiocho Epiphane, sed ejus deinum successore, Antiocho Eupatore, factam esse, asserit. At cum Eusebio faciunt, præter auctorem libri Machabæor. secundi, Josephus Antiq. lib XII, c. 6, et Gobellinus dudum laudatus.

[d] Atque hæc pericopa plurium ann. acta continet, quæ in spatio historico, pro sui operis instituto, Eusebius collegit. Neque est tamen cur *ὕστερον πρότερον* aliquid Scaliger ei culpæ vertat. Historiam accurate exponit Auctor lib. primi Machabæor. c. I, etc., a quo Josephus lib. XII Antiq. c. 7, non parum dissentit.

| Olymp. | Alexandr. | Macedon. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| | | | lens, qui parere noluerunt, enecat: postea vero Jerosolymam ascendens, templum et vasa Dei quæ ministerio fuerant consecrata, vastat: in templo, Jovis Olympii simulacrum ponit, in Samaria super verticem montis Garizin Jovis [a] Peregrini delubrum ædificat, ipsis Samaritanis ut id faceret precantibus. Verum hoc in tempore Matathias quidam ex sacerdotibus, filius Assamonei, vico [b] Modiu, adversum Antiochi duces arma corripiens, fultus etiam auxilio filiorum, leges patrias vindicavit olympiade 153. | | |
| | 13 . . . | 10 Macedonum regnum defecit. | | 9 . . . . . | 1850 |
| | 14 . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 10 . . . . . | |
| | 15 . . . | | Ennius poeta septuagenario [c] major articulari morbo periit, sepultusque est in Scipionis monumento via Appia intra primum ab Urbe milliarium. Quidam ossa ejus Rudiam ex Janiculo translata affirmat. | 11 . . . . . | |
| | | | | ANTIOCHUS EUPATOR, IX, an. 2. | |
| 154 | 16 . . . | | Romani, [d] superato Perse, Macedonas, Illyricos, et Galatas liberos esse jusserunt. | 1 . . . . . | |
| | 17 . . . | | Judæorum dux Judas, qui et Machabæus, filius Matathiæ, Antiochi duces de Judæa expellens, et templum ab idolorum imaginibus emundans, patrias leges post triennium suis civibus reddidit [e]. | 2 . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἡ τῶν Μακεδόνων κατελύθη βασιλεία. Scaliger ex Syncell. pag. 214 et 225.

Ἰούδας ὁ καὶ Μακκαβαῖος, υἱὸς Ματταθίου τρισὶν ἔτεσι τὴν θρησκείαν πάτριαν ἀνεκτήσατο ὀλυμπιάδι ρνδ', τῆς χώρας ἀπελάσας ἅπαντας τοὺς Ἀντιόχου. Scaliger ex Chron. Pasch. pag. 143.

Συρίας καὶ Ἀσίας θ', ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΟΧΟΣ Εὐπάτωρ ἔτη β' [f]. Ex Syncell. pag. 228.

## NOTÆ.

Bis Antiochus in Judæos eorumque urbem sæviit, A et primo quidem cum de sui morte rumor increbuisset, ob quem ira et dolore æstuans, Jerosolymam occupavit, et inaudita crudelitate diripuit: dicitur quippe intra triduum quadraginta millia hominum trucidasse, etc. Tum denuo post ferme biennium: quamquam non venit ipse hoc anno Jerosolymam, sed præfectum eo misit, qui Judæos reliquos ferme deleret, urbemque convelleret.

[a] Mavult Scaliger *Hospitalis*, siquidem Ξενίου præferas: Josephus enim Διῒ Ἑλληνίῳ, *Jovi Græcanico* consecratum fuisse templum illud, petentibus id Samaritanis, tradit: non certe exstructum de novo aliud ab eo quod exstabat. Vide laudatum Josephum, et II Machabæor. c. VI.

[b] Scaliger *ex vico* legit, minus recte: neque enim, ut ipse annotat, ex Modim ortum duxerat Matathias, genere et domo Jerosolymita, ex Joaribi classe, prima de 24, quæ per ordinem Templo inserviebant; sed eo secesserat, cum Antiochi ministris primus resistere ausus est. Josepho dicitur οἰκὸν ἐν Μωδαίμ κώμῃ. De ejus stirpe et genealogia confer Cappellum et Schindlerum ab invicem dissentientes.

[c] Est metachronismus quadriennii, quem et Scaliger notat. Cicero in Bruto cap. 20, quindecim post Plautum annis Ennium obiisse, auctor est. Pro eo quod dicitur *Rudiam ex Janiculo translata*, quidam mss. ex his etiam quos Scaliger consuluit, *Rodiam*, aut *Rhodiam* habent. Schurzfleischius mallet *Rhodias* plurium numero, quod ita ea urbs Straboni appelletur, et Stephano Ῥοδαί. Garcia a Loaisa in Notis ad Chronicon Isidori e suo ms. codice restituit *Rudias*.

[d] Perperam legit Scaliger *interfecto*: nihilque adeo sunt, quæ opponit de superstitis miseriis, Albano carcere, etc. Vide Photium in Excerptis ex Diodor. Sic. lib. XXXI, Sallustium lib. IV, Plutarchum, aliosque. Reliqua de Macedonibus, Illyricis, etc., ex quo auctore Eusebius sumpserit, ignoramus. Videsis tamen Polyb. Excerpt. Legat. 9.

[e] Die vigesima quinta mensis Casleu, eodem scilicet mense, eademque die, qua fuerant ante triennium polluta Sacra, et Templum profanatum. I Machabæor. IV, et Josephus Antiquitt. XII, 11. Respondet Casleu partim Novembri et partim Decembri Latinis mensibus: eratque adeo annus ille ex parte quidem ultimus olympiadis 153; ex parte autem primus subsequentis 154, cui ascribitur ab Eusebio: siquidem olympiades, ut alias monuimus, proximis post Solstitium æstivum pleniluniis celebratæ sunt, ex quo et anni olympiaci supputantur. Quamquam quæ Scaliger subjungit huic periochæ post *reddidit*, verba, *olympiade centesima quinquagesima quarta*, in aliis quibus utimur, sive editis, sive mss. libris non habentur.

[f] Quidam, cujus nomini parcimus, in Notis ad Sulpic. Sever. tom. II, p. 144, hunc locum, quem non Syncelli per omnia, sed cautione adhibita expressum *Ex Syncello* diximus, juxta quam nobis in hisce Fragmentis, regulam præscripsimus, ita calumniatur: *Syncellus*, inquit, ἔτος ἓν ἥμισυ, *quæ verba apposita* B *ad marginem nota inculcantur infra*, ἔτος ἓν, μῆνας ἕξ. *Quem locum in Græcis fragmentis Chronico Eusebio-Hieronymiano novissime appositis ita laudari video, ut germana et vulgata lectio rejiciatur, et in ejus locum obtrudatur hæc* ἔτη β', *nimirum ut Syncellus volens nolens in Eusebii sententiam trahatur, qui biennium cum Josepho Eupatoris regno assignat*. Facti judicium penes æquum lectorem esto, si fucum ei fecimus, si germanam Syncelli lectionem rejecimus, quin potius si e regione annotavimus fusioribus verbis, haberi apud Syncellum ἔτος ἓν, μῆνας ἕξ: si illum volentem nolentem in Eusebii sententiam trahimus, qui non Syncelli esse illam pericopen, sed *Ex Syncello* a nobis exceptam monemus eodem illo versu; cumque certum sit, eam modo notationem anni, sive litterulam *b* a nobis suffectam, qua de re evestigio monemus, ne cui fraudi simus, totam pericopem ipsam, non illam dumtaxat notam, cautioni subjecimus. Nostri enim propositi erat, Eusebiani operis fragmenta expiscari, non Syncellum, aut alium quem-

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | | *DEMETRIUS SOTER, X, an.* 12. | |
| | 18 . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . | 1 . . . . . | |
| | 19 . . . | | . . . . . . . . . . . . . . . . | 2 . . . . . | |
| | | *Primus Judæorum dux JUDAS MACHABÆUS, an.* 3. | | | |
| 155 | 20 . . . | 1 . . . | Menelao pontifice Judæorum a juniore Antiocho occiso, qui prius Judæam Epiphani Antiocho prodiderat, Alcimus alienus [b] a genere sacerdotali, ambitione pontificatum invadit : ob quod Onias filius pontificis Oniæ Ægyptum transmigrans, in Heliopolitano pago civitatem nominis sui condidit, templo ad similitudinem templi patrii constructo. Alcimus vero adversus Judam Machabæum inimicitias gerens, post non multum temporis, Dei ira percussus interiit; ac sic [c] cum omnium Judæorum favore, Judæ Machabæo sacerdotium decernitur, qui dignitate suscepta, legatos Romam dirigit : decrevitque senatus Judæos amicos et auxiliatores Romanorum habendos. | 3 . . . . . | |
| | 21 . . . | 2 . . . | | 4 . . . . . | |
| | 22 . . . | 3 . . . | P. Terentius Carthaginensis comœdiarum scriptor, ob ingenium et formam libertate donatus, in Arcadia moritur, qui primam Andriam, antequam ædilibus venderet, Cæcilio multum se mirari legit. | 5 . . . . . | |
| | | *Judæorum dux* [a] *JONATHAS. II, an.* 19. | | | |
| | 23 . . . | 1 . . . | Judas adversum [d] Demetrii duces inito prælio occiditur, tribus annis pontificatu gesto. | 6 . . . . . | 1860 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰουδαίων ἡγεῖται πρῶτος ΙΟΥΔΑΣ, ὁ καὶ Μακκαβαῖος ἔτη γ'. Chron. Pasch. pag. 143.

Ἰουδαίων ἡγήσατο ΙΩΝΑΘΗΣ ἔτη ιθ'. Ex Syncell. pag. 229.

Ὀνείου τοῦ καὶ Μενελάου, ἀρχιερέως Ἰουδαίων, τοῦ καὶ τὸ ἔθνος προδεδωκότος Ἀντιόχῳ τῷ Ἐπιφανεῖ, ἀναιρεθέντος ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ Εὐπάτορος, Ἄλκιμος οὐκ ὢν ἐκ γένους ἱερατικοῦ τὴν ἱερωσύνην ἐκ περιδρομῆς διαδεξάμενος, δι' ὃν Ὀνείας Ὀνείου τοῦ ἀρχιερέως υἱὸς ἐλθὼν εἰς Αἴγυπτον (καὶ λαβὼν τόπον ἐν τῷ Ἡλιουπολίτῃ νόμῳ) κτίζει πόλιν τὴν ἐπικληθεῖσαν Ὀνείου, ἐν ᾗ καὶ ἱερὸν οἰκοδομεῖ, ὅμοιον τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἄλκιμος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς πρὸς Ἰούδαν τὸν Μακκαβαῖον στασιάσας, μετ' οὐ πολὺν χρόνον Θεοῦ πληγῇ περιπεσὼν τελευτᾷ. Ὁ δὲ πᾶς τῶν Ἰουδαίων λαὸς, Ἰούδᾳ τῷ Μακκαβαίῳ τὴν ἀρχιερωσύνην δίδωσιν. Ὁ δὲ ταύτην ὑποδεξάμενος, πρεσβεύεται πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, καὶ ψηφίζεται ἡ Σύγκλητος φίλους, καὶ συμμάχους Ῥωμαίων τοὺς Ἰουδαίους ἀπογράψασθαι. Chron. Pasch. pag. 143 et 144.

Συρίας καὶ Ἀσίας ι', ἐβασίλευσε ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, ὁ ἐπικληθεὶς Σωτὴρ, ἔτη ιβ'. Syncell. pag. 2:1.

## NOTÆ.

piam excudere. Cum igitur apud alios auctores Græcos, maxime vero Syncellum (quem Eusebium fere totum descripsisse constat totidem verbis), Eusebiani exemplaris germanissimæ laciniæ occurrant, eas recitamus veluti apographa de ipsis Eusebii verbis, quæ sicubi una (quod et perquam raro accidit) litterula abludant, qua variatum de causa sit, admonemus.

[a] Si, quod dudum monuimus, Judas, anno Seleucidarum 152 occubuit, qui cum ultimo olymp. 154 concurrit, peccatum hic est quadriennii metachronismo, siquidem statim a Machabæi obitu Jonathas ei successit. Sentit vero Scaliger, eum post quatuor annos a fratris cæde renuntiatum fuisse summum Sacerdotem, atque Ethnarcham Judæorum. Quare tempus convenire, quamquam non consilio, sed casu, incidisse Eusebium in veram pontificatus Jonathæ epocham. Vide col. subsq. not. [d].

[b] Id est a Simonis secundi stirpe, cæterum ab Aarone ipse etiam oriundus. Reliquerat Simon tres filios, Oniam, Jasonem et Menelaum istum, quem Antiochus occidit. Ejus Oniæ filius, Onias alter hic est, cui pontificatus debebatur. Reliqua vulgo nota sunt ex I Machabæor. et Josephi XII. Pro *Heliopolitano pago* minus recte legit *Heliopolitano agro* Scaliger. De inita postmodum per Judam Romanorum societate, Justinus lib. XXXVI, c. 3, in fine de Judæis loquens: *A Demetrio*, inquit, *cum descivissent*, *amicitia Romanorum petita*, *primi omnium ex Orientalibus libertatem* A *receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.*

[c] Facit cum Josepho Eusebius tum in historia, cum in temporis notatione. Si enim quod ille tradit Antiquit. l. XII, c. 17, periit Alcimus, advivente adhuc Juda, atque hic illi successit in pontificatu, certum aliunde est, sive ex I Machabæor. IX, 54, Alcimum occubuisse anno Seleucidarum centesimo quinquagesimo tertio, qui in hujusce olymp. primum incurrit, recteque adeo in alterum Judæ assumptio ab Eusebio confertur. Verum decessisse Judam ante Alcimum, anno scilicet præcedenti, Seleucidarum 152 scribit auctor primi libri Machabæor. cap. IX, a cujus jam non licet fide discedere. Aliunde etiam colligere est, peccasse Josephum : neque enim sibi constat lib. XI, cap. ultimo, et quasi errorem ipse suum agnoverit, neminem Alcimo successisse, nisi post septennium, scribit. Nobis interim satis est scire, ex quo Eusebius hauserit, ejusdem enim auctoris rationes etiam in consequentibus tenet.

B [d] Sed hæc cum auctore I Machabæor. conciliandа res erit, qui cap. IX ad eumdem 152 annum Seleucidarum, quo Judas cecidit, et quidem antequam Alcimus divina ultione perculeretur, Judæos refert Jonathæ

[e] Convenit temporis nota, cum ea quæ refertur I Machabæor. cap. VII : *Anno centesimo quinquagesimo primo* (Seleucidarum) *Demetrius Seleuci filius Roma egressus ascendit cum viris paucis in civitatem* (Syriæ) *maritimam*, *et regnavit illic.*

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| 156 | 24 | 2 | Aristarchus grammaticus agnoscitur. | 7 | |
| | 25 | 3 | Judæorum dux Jonathas frater Judæ, Bachide duce Demetrii Judæa expulso, pontificatum suscepit. | 8 | |
| | 26 | 4 | Pacuvius Brundusinus tragœdiarum scriptor clarus habetur, [a] Ennii poetæ ex filia nepos, vixitque Romæ quoad picturam exercuit, ac fabulas venditavit: deinde Tarentum transgressus, prope nonagenarius diem obiit. | 9 | |
| 157 | 27 | 5 | | 10 | |
| | 28 | 6 | Pseudophilippus [b] regnat in Macedonia anno 1. | 11 | |
| | 29 | 7 | Alexander [c] Antiochi, qui Epiphanes cognominatus est, filius, Syriæ et Asiæ imperans, Jonathan corona et multis insignibus donis prosequitur. | 12 | |
| | | | | *ALEXANDER*, *XI*, *an.* 10, *mens.* 7. | |
| | 30 | 8 | Romani, interfecto Pseudophilippo, Macedonas tributarios faciunt. | 1 | |
| | 31 | 9 | | 2 | |
| 158 | 32 | 10 | Samaritani et Judæi Alexandriæ Ptolemæo judicante contendunt de honoribus ex utraque parte templo suo deferendis, et superant Judæi. | 3 | |
| | 33 | 11 | Lucilius poeta [d] nascitur. Descriptione Romæ facta, inventa sunt hominum cccxxii millia. | 4 | 1870 |
| | 34 | 12 | Oppius [e] Gallos capit: et Carthago in ditionem Romano- | 5 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀρίσταρχος γραμματικὸς ἤκμαζε. Chronic. Pasch. pag. 144.

Ἰουδαίων στρατηγὸς Ἰωνάθης... Βακχίδῃ συμβαλὼν εἰς πόλεμον διέφθειρε τρισχιλίους τῶν σὺν αὐτῷ, κ. τ. λ. Syncell. pag. 229.

Μακεδόνων ἐβασίλευσε Ψευδοφίλιππος. Idem p. 225.

Ἀλέξανδρος... υἱὸς τοῦ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς (Συρίας καὶ Ἀσίας βασιλεύων) φιλιωθεὶς Ἰωνάθῃ δώροις καὶ στεφάνοις ἐτίμησεν. Ex eodem pag. 229.

Σαμαρεῖται καὶ Ἰουδαῖοι ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Φιλομήτορι διακρίνονται περὶ τῶν παρ' ἑκατέρῳ μέρει τιμωμένων ἱερῶν, καὶ νικῶσιν Ἰουδαῖοι. Chronic. Pasch. pag. 144.

Τιμήσεως ἐν Ῥώμῃ γενομένης εὑρέθησαν μυριάδες, κ. τ. λ. Ex Syncell. pag. 249.

Ὄππιος Κελτοὺς ἐχειρώσατο. Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους ἑάλω Καρχηδὼν τὸ ἔσχατον ὑπὸ τοῦ Σκηπίωνος... ἔχουσα ἔτη χμ' ἀπὸ κτίσεως, κατὰ δὲ ἄλλους ψμη'. Idem pag. 235.

Συρίας καὶ Ἀσίας ια', ἐβασίλευσεν ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ἔτη θ'. Idem pag. 232.

## NOTÆ.

nathæ principatum detulisse: *Nunc itaque te hodie elegimus esse pro eo* (Juda) *nobis in principem et ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Jonathas tempore illo principatum, et surrexit loco Judæ fratris sui.* Nam pontificatum quod attinet, eum post ferme septem annos suscepit delatum ab Alexandro, teste ejusdem libri Machabæor. auctore cap. x. Atque hoc est fortasse quod Josephus loco dudum laudato dixerat, neminem Alcimo successisse in pontificatu nisi post septennium.

[a] Isthæc *Ennii poetæ ex filia nepos* verba Scaliger omnia prætermittit, lectore nec admonito: Parmensis ms. duo illa tantum, *ex filia*. Ita et *vendidit* habet ille pro *venditavit*.

[b] Duos scilicet annos regni Andrisco, qui et Pseudophilippus vocabatur, dabant auctores, quos Eusebius sequitur: tertio enim victum eum interfectumque a Romanis ponit. Plerique autem alii necem ejus in primum insequentis olympiadis conferunt: atque hunc prochronismum Scaliger Eusebio exproperat. Confer Paterculum lib. I cap. 11, Eutropium IV 6, Orosium IV 22, etc.

[c] Atque hic infimæ sortis homunculus Antiochi Epiphanis se filium mentitus, quamquam dicitur Eusebio in opposito laterculo annos 10 et menses septem imperium Syriæ atque Asiæ tenuisse, si Josephum Antiquit. lib. XIII, capp. 3 et 8, audias, rerumque seriem spectes, quas narrat Justinus lib. XXXV, capp. 1 et 2, nonnisi annos septem regnavit. Dicitur paulo post ipsi Eusebio *filius Balæ*, et Straboni lib. XVI, ὁ Βάλας Ἀλέξανδρος, in Excerptis Scaligerianis ὁ Βαλα, Josepho ὁ Βάλλης. Cæterum videtur dupliciter peccare Eusebius, quod et Scaligero notatum est, anachronismo, et ἀνιστορησίᾳ. Ex libro siquidem I Machabæor. cap. x, et Josepho Antiquit.

A lib. XIII, capp. 4 et 5, colligere est, eodem anno (olympiad. 156 ultimo) delatum ab Alexandro pontificatum Jonathani, missamque stolam purpuream et coronam auream: et stolam quidem pontificiam ipso Scenopegiæ festo ejus anni Jonathanem induisse.

[d] Rescribendum fortasse est *noscitur*, sive *agnoscitur*, si quod Velleius tradit lib. XI, c. 9, verum est, Lucilium *sub P. Scipione bello Numantino equitem meruisse*. Alias minime par est credere juxta Eusebii ipsiusmet rationes, eum qui sextum annum vixdum attigisset, equo merere potuisse: Scipio enim Numantinos subvertisse scribitur sexto ab hoc numero. Sed neque juxta aliorum auctorum calculos, si hoc anno Lucilius natus est, et pubertatem vix inierat, cum P. Scipio Numantinum bellum gessit, satis verosimile est, inter equites, eo imperatore, stipendia fecisse. Vide Horatii Scholiastem lib. II Sermon., eclog. 1, vers. 75. Perperam in Parmensi ms. *Lucullus* est pro *Lucilius*.

B [e] Pro *Oppius*, notat Schurzfleischius legi in primo Palat. ms. *Optinius*, in quarto *Oppimius*. Cum tamen sit etiam in Græco Ὄππιος, mallet ipse rescribi Λούκιος (Λούκουλλος puta) et Κελτίβηρας pro Κελτούς; nam Opimius post 30, inquit ipse, ab hoc numero annos consulatum demum iniit, adeoque huc non erit referendus. Si rem tamen ipsam quaquaversum species, victoriam puta de Gallis, et Opimii, quemadmodum in laudato Palat. codice scribitur, nomen, non alia videbitur notari ab Eusebio historia. Et sane haud scio, num præstet prochronismum viginti quinque ann. sive ab eo, sive ab aliis, quos secutus est, auctoribus admissum fateri, quam loci sensum nativum invertere. Fortasse etiam peculiare gestum hoc est, cujus nulla apud auctores mentio superest, super-

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
| --- | --- | --- | --- | --- | --- |
| | | | rum per Scipionem redigitur, habens a conditione sui [b] annos 668; ut vero alii affirmant, 748. | | |
| | 38 . . . | 13 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 6 . . . . . | |
| | *Ægypti VII, a PTOLEMÆUS EVERGETES, annis 25.* | | | | |
| 159 | 1 . . . | 14 . . . | Jonathas [c] dux Judæorum pariter et pontifex cum Romanis et Spartiatis amicitias facit. | 7 . . . . . | |
| | 2 . . . | 15 . . . | Alexandro filio [d] Balæ, regi Syriæ, Ptolemæus filiam suam tradidit uxorem. | 8 . . . . . | |
| | 3 . . . | 16 . . . | Scipio [e] Numantinos subvertit. Brutus [f] Hiberiam usque ad Oceanum subigit. | 9 . . . . . | |
| | 4 . . . | 17 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 10 . . . . . *DEMETRIUS, XII, an. 3.* | |
| 160 | 5 . . . | 18 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 1 . . . . . | |
| | 6 . . . | 19 . . . | L. Accius tragœdiarum scriptor clarus habetur, natus Mansino et Serrano Coss. parentibus Libertinis, et seni jam Pacuvio Tarenti sua scripta recitavit: a quo fundus Accianus juxta Pisaurum dicitur: [g] quia illuc inter Colonos fuerat ex Urbe deductus. | 2 . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου ζʹ, ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος ὁ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ἔτη κηʹ. Syncell. pag. 231.

Ἰωνάθης ἱερεὺς ὁμοῦ καὶ στρατηγὸς πρεσβεύσας πρὸς Ῥωμαίους, δόγματι Συγκλήτου φιλίαν πρὸς αὐτοὺς σπένδεται. Chron. Pasch. pag. 146.

Ἀλεξάνδρῳ Συρίας καὶ Ἀσίας βασιλεῖ Πτολεμαῖος... τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα πρὸς γάμον ἐκδίδωσι... Chronic. Pasch. pag. 144.

Συρίας καὶ Ἀσίας ιϐʹ, ἐβασίλευσε ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ἔτη γʹ. Syncell. pag. 232.

## NOTÆ.

erat tamen Eusebii temporibus. Scaliger, qui non alium Opium novit, quam qui a Mithridate in vincula conjectus est, de Gallis veretur, ne Galatæ putandi sint.

[a] Hucusque in recensendis Ptolemæis Ægypti regibus veteres plerique omnes consentiunt, tametsi in unius alteriusve annis constituendis dissideant, ut ad Philadelphum diximus: in ordine tamen ita digeruntur, ut Strabo ait, ταῖς παρὰ πατρὸς ἀεὶ διαδεχόμενοι. Hunc vero, quem septimum facit esse Eusebius, veteres alii scriptores cum Josepho lib. II contra Apionem, *Physconem* vocant. Clemens quoque primo Stromatum Evergetis nomen tacet, et Physconem Philometori fratri ait successisse. Nempe alterum hoc erat Evergeti *Physconis* cognomentum, quod luculentissime testatur Strabo, τοῦτον (Philometorem) ἀδελφὸς διεδέξατο ὁ δεύτερος Εὐεργέτης, ὃν καὶ Φύσκωνα προσαγορεύουσι. *Philometorem excepit frater ejus Evergetes secundus, quem et Physconem vocant.* Dictus est etiam *Philologus*, Alexandrinis *Cacergetes*. Vide Justinum lib. XXXVIII, c. 9, et confer Dodwellum dissertatione paulo superius laudata de ætate scripti Agatharchidis.

[b] Recole quæ hac de epocha superius ad conditum Carthaginis diximus. Appianus, Eutropius, et Orosius septingentesimo post anno quam condita fuerat, dirutam eam notant.

[c] In Parmensi ms. *rex* dicitur, minus vere. Mox in aliis plerisque est *Spartiatibus*, pro *Spartiatis*.

[d] Duo Palat. mss., teste Schurzfleischio, *Philobalæ* præferunt, corrupte; filius enim Balæ, ut superius notatum est, habebatur, tametsi Antiochi Epiphanis se filium mentiretur ignotus iste atque incertæ stirpis homo. In Nummis, quod item Schurzfleischius notat, sæpissime vocatur ΘΕΟΠΑΤΩΡ, de quo cognomine plura Harduinus in Chronologia Vet. Test. pag. 210. Significat Latine vocabulum illud *Dis genitum*, qua de re conjicit legendum ὁ τοῦ Βαάλ, vel Βααλά, ut Syriacum nomen pro Græco positum reputetur. Cæterum, inquit in Curis Posterioribus, ὁ Βάλας etiam nomen Persicum est, quo Regem signabant. Vide Thom.

A Reinesium V. L. lib. I, cap. ultimo, p. 119.

[e] Olympiadis 161 anno quarto Veteres plerique alii factum id referunt. Videsis Appianum in Ibericis, Livii Epitomen lib. LIX, Eutropium, Orosium, etc. Tempus expressius connotant Cicero Officior. lib. I, et Velleius lib. II cap. 4.

[f] Videtur Hieronymus ex Livio accepisse, cujus hæc verba sunt in Epitome libri LV: *Decimus Junius* (Brutus) *Lusitaniam urbium expugnationibus usque ad Oceanum perdomuit*, etc. Paria ferme habent laudati Sigonio et Scaligero Sext. Rufus, Florus, Ovidius, aliique, quibus adde Strabonem lib. III, Orosium v. Ac recte quidem juxta eorum testimonia notat Scaliger admissum ab Eusebio annorum ferme sex prochronismum; nam quadriennio solido casus Numantiæ posterior est subactis Gallæcis a Bruto. Attamen idem ipse Eutropius lib. IV, cap. 19, in eumdem annum confert et triumphum Bruti de Gallæcis, et Scipionis de Numantinis: quamquam hunc actum dicat 14 anno post priorem de Africa.

B [g] Auctoris nostri mentem non videtur Scaliger assecutus, sentiens hic tempus illud denotari, quo primum deducta colonia est Pisaurum, anno Urbis 568, seu verius 570, P. Claudio et L. Porcio coss., juxta quod Livius testatur lib. XXXIX, c. 44: *Eodem anno coloniæ duæ Pollentia in Picenum, Pisaurum in Gallicum agrum deductæ sunt:* et Velleius Paterculus lib. I: *Quadriennium post Bononiam, Pisaurum et Polentia deductæ sunt.* At vero si de illa deductione intelligas, Accius, natus Mancino et Serrano coss. sive an. U. 583, non potuit inter colonos Pisaurienses esse, quippe qui annis ferme quindecim post coloniam deductam sit natus. Alia est igitur, quam dicit Hieronymus coloniæ deductio, et quam mihi quidem videor detexisse bonis indiciis: tametsi certa jam non superent de ea veterum auctorum testimonia. Notatur, inquam, id temporis, quo iterum deducta colonia est a L. Sulla; nam et scimus, eam FELICEM postmodum denominatam, non certe ab alio, quam a Sulla, qui se *Felicem* appellari voluit: et discimus ex Appiano lib. I de Bello Civil. cum, cum

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | Tryphon Jonatham pontificem Judæorum interficit, et in sacerdotium fratris Jonathæ [a] Simon assumitur. | | |
| | | | Tryphon Antiochum occidit Alexandri filium. | | |
| | | | Ptolemæus filiam suam Demetrio tradit uxorem cum regno quod postulerat Alexandro. | | |
| | | *Judæorum dux III, SIMON, annis* 8. | | | |
| | 7 . . . | 1 . . . | Tryphon Syriæ regnum conatus invadere, Antiocho filio Alexandri interfecto ad extremum et ipse super moritur. | 3 . . . . . | |
| | | | | *ANTIOCHUS SIDETES, XIII, an.* 9. | |
| | 8 . . . | 2 . . . | Post Demetrium regnavit universæ Syriæ frater ejus Antiochus, qui cognominatus [b] est Sidetes. | 1 . . . . . | 1880 |
| 161 | 9 . . . | 3 . . . | Simoni, Judæorum pontifici pariter et principi, [c] Romani et Spartiatæ, legatione ejus libenter excepta, amicabilia misere rescripta. | 2 . . . . . | |
| | 10 . . . | 4 . . . | Bellum Servile ortum in Sicilia. | 3 . . . . . | |
| | 11 . . . | 5 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . | 4 . . . . . | |
| | 12 . . . | 6 . . . | Primus liber Machabæorum hujus [d] temporis historiam continet. | 5 . . . . . | |
| 162 | 13 . . . | 7 . . . | Antiochus Sidetes rex Syriæ [e] adversus Judæam arma corripiens, et Jerosolymam vallo circumdans, cum ad conditiones pontificem Simonem compulisset, recedit olymp. 162. | 6 . . . . . | |
| | 14 . . . | 8 . . . | Attalus moriens [f] regni sui populum Romanum instituit hæredem. | 7 . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰουδαίων γ', ἱεράτευσε ΣΙΜΩΝ ἔτη η'. Sync. p. 229.

Ἀναιρεῖται Ἰωνάθης ὑπὸ Τρύφωνος δόλῳ, καὶ κρατεῖ μετ' αὐτὸν Σίμων υἱὸς αὐτοῦ. Idem pag. 233.

Τρύφων Ἀντίοχον Ἀλεξάνδρου παῖδα ἀποκτείνει. Scaliger ex Syncell. pag. 232.

Δημητρίῳ... Πτολεμαῖος... τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα δίδωσι πρὸς γάμον, τὴν καὶ Ἀλεξάνδρου πρώην γενομένην γαμετήν. Chronic. Pasch. pag. 145.

Τρύφων... ὁ ἀνελὼν... Ἀντίοχον τὸν υἱὸν Ἀλεξάνδρου... θνήσκει. Syncell. pag. 232.

Κατὰ Σικελίαν ὁ δουλικὸς πόλεμος. Idem p. 233.

Ἕως τούτου περιέχει ἡ πρώτη τῶν Μακκαβαίων. Idem pag. 234.

Ἀντίοχος ὁ Σιδήτης ἐπελθὼν τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ παραταξάμενος εἰς πολιορκίαν ἐπὶ συνθήκαις ταῖς πρὸς Σίμωνα ἀναχωρεῖ. Scaliger ex Chron. Pasch. p. 145.

Συρίας καὶ Ἀσίας ιγ', ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΟΧΟΣ ὁ Σιδήτης ἔτη θ'. Syncell. pag. 232.

## NOTÆ.

præesse vellet summæ reipublicæ, variis in urbibus *opportunis locis disposuisse* colonos, quorum opera in bello usus fuerat, translatis veterum possessorum in eos prædiis, ut *in ipsius potestate continerent Italiam*. Nec sane erat eam in rem Pisauro opportunior, cum ad copiarum atque annonæ commeatum, tum ad bello experiendum, locus. Tempora quoque ipsa probe cum Accii ætate conveniunt, licet cum illuc inter colonos deductus est, senior certe fuerit, quam ut militiæ, nisi si consilio, aptus esset. Hac saltem ratione nulla erit Scaligero de ἀνιστορησίᾳ Hieronymum reprehendendi causa.

[a] Notatum ante nos Scaligero, Eusebium, quod annos Jonathæ 19 a vera epocha cædis Judæ non putarit, hic in Simone solidi quinquennii metachronismum admittere. Certum quippe est ex I Machabæorum XII et seq. et Josepho Antiquit. XIII cap. 10 et 11, Simoni delatum imperium anno Seleucidarum 170, qui numero Eusebiano 1874 respondet. Atque hic annus primus libertatis gentis Judæorum habetur, cum in aliis monimentis et apud Josephum notatus, tum præsertim in Nummis quos Samaritanos vocant (nam et monetæ cudendæ facultatem tunc obtinuerunt), in quibus et consequentes anni, secundus, tertius, etc., ex ea epocha numerantur. Nonnulli ejusmodi apud nos sunt. In Parmensi ms. legitur : *Et in sacerdotium Simon frater Jonathæ assumitur.* Scaliger quoque *frater* in recto habet pro *fratris*.

[b] Propius vero est ita cognominatum Antiochum a *Zid*, vel ציד, quod Phœnicum lingua *venatorem* A significat, quam, vel a *Side* Pamphyliæ oppido, quo Tryphonem oppugnaturus venit, vel, quod minus probarim, a catenis ferreis, quibus est vinctus. Cæterum in Nummis numquam hoc donatur cognomento : Josepho autem nunc εὐσεβής, nunc Σωτὴρ cognominatur.

[c] Peccat quinquennii metachronismo ob eam, quæ dudum notata est, causam : anno siquidem Seleucidarum CLXXII, id contigit, ut lib. I Machabæor. cap. XIV scriptum est. Minus autem bene Scaliger *amicalia* legit pro *amicabilia*.

[d] Quod nempe hactenus digestum est. Scaliger hic adversus Hieronymum vitilitigat.

[e] Græcus textus ad Demetrium hæc refert, quem expresse pro Antiocho nominat. Scaliger præterea notat ad Hyrcanum hæc pertinere, non ad Simonem. Et vero Simon, exeunte anno Seleucidarum 177, occisus est, numero Eusebiano 1881. Certum quoque est ineunte Hyrcani principatu, Olympiadis 161 B (non ut Eusebius scribit 162) anno secundo Antiochum Sidetem, vastata Judæa, Jerosolymam septem exercitibus obsedisse. Fecit adeo fucum auctori nostro corruptus jam tum codex Josephi, ubi pro ὀλυμπιάδος ρ', καὶ ξϛ', legendum est, ρξα' τῷ β'. Vide Is. Vossium Chronol. Sacr. cap. 12.

[f] Concinit, quod et Scaliger notat, Hieronymo Julius Obsequens, qui M. Perpenna Nepote et C. Claudio Pulchro coss. factum id refert, quod reliqui magno numero scriptores collocant triennio ante.

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | HYRCANUS, IV, qui et Joannes [a], an. 26. | | | |
| | 15 . . . | 1 . . . | Simon Judæorum pontifex interficitur [b], cui succedit filius suus Joannes, qui victis Hyrcanis, Hyrcanus cognominatus est. | 8 . . . . . | |
| | 16 . . . | 2 . . . | Ptolemæus [c] expulsus Ægypto. | 9 . . . . . | |
| . . . . . | | | Arsaces Parthus Antiochum interfecit. . . . | DEMETRIUS, XIV, iterum an. 4. | |
| 163 | 17 . . . | 3 . . . | Servi, [d] qui in Sicilia rebellabant, obsidionis necessitate compulsi, ad sua invicem cadavera devoranda conversi sunt. | 1 . . . . . | |
| | 18 . . . | 4 . . . | Juxta Æoliæ [e] insulas, igne ex flatu suscitato, apparuit insula, quæ nunc Hiera vocatur. | 2 . . . . . | 1890 |
| | 19 . . . | 5 . . . | Arverni [f] nobilissima Galliarum urbs capta, et rex Vetuitus. | 3 . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰουδαίων ἀρχιεράτευσε δ' Ἰωάννης, ὁ καὶ ΥΡΚΑΝΟΣ, ἔτη κς', Syncell. pag. 230.

Σίμων ἀναιρεῖται... Ἰωάννης δὲ ὁ Σίμωνος υἱὸς... τὴν ἀρχὴν λάβει... καὶ κατὰ Ὑρκανῶν στρατηγήσας, Ὑρκανος μετωνομάσθη. Ex eodem pag. 234, et Chronic. Pasch. pag. 146.

Πτολεμαῖος... ἀπεβλήθη τῆς βασιλείας. Chron. Pasch. pag. 147.

Ἀντίοχον τὸν Σιδηρίτην Ἀρσάκης Πάρθος ἀνεῖλεν. Syncell. pag. 233.

Οἱ ἐν Σικελίᾳ δοῦλοι πολιορκούμενοι εἰς ἀλληλοφαγίαν ἐτράπησαν. Idem ibidem.

Συρίας καὶ Ἀσίας ιδ', ἐβασίλευσε ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, τὸ β', ἔτη δ'. Idem pag. 232.

## NOTÆ.

[a] Regerit hic Scaliger metachronismum quinquennii, quem, semel turbatis calculis, in successione hujus familiæ, admittere necesse fuit. Sed est fortasse dictu difficilius ad quorum usque annum Hyrcanus principatum produxerit, quam quo cœperit. Videtur quidem Eusebius, qui solos ei annos 26 tribuit, ita demum voluisse quinquennium illud, quod in successione omiserat, compensare: quartus enim Machabæor. liber apocryphus cap. ult. et gravissimus auctor Josephus Antiquitt. XIII, cap. 19, et XX, 8, solidos ei 31 elargiuntur. Verum iste nec sibimet constat, qui lib. I de Bello cap. 3, eosdem annos ad trigesimum usque tertium exaggerat. Econtrario perstant ab Eusebii partibus, in hoc, inquam, Chronico, Sulpicius Severus, atque ipse Syncellus, qui tametsi in eo, quem laudamus in Græcis, loco, annos supputet λ', 30, paulo tamen post, sive pag. 234, solis 26, præfuisse Hyrcanum dicit: ἐκράτησε τῶν Ἰουδαίων ἔτη κς' στρατηγῶν καὶ ἀρχιερατεύων. Ipse autem Eusebius alibi, sive Demonstrat. Evang., lib. VIII, cap. 12, a suismet rationibus dissidet, datque Hyrcano annos 29, quod et Hieronymus Comment. in cap. IX Danielis facit. Atque hæc sententia cum Husserio aliisque doctis chronologis, tum nobis perplacet, qui initium Aristobuli in annum secundum Olympiadis 168 conferendum sentimus, et suo loco inferius probabimus.

[b] Recole superiorem annotationem [e]. Parmensis ms. verba, *qui victis Hyrcanis*, etc., ignorat: ignorat et Scaliger, qui nonnullas ex his periochis suo proposito magis quam fidei mss. aptavit. Vide Sulpitium Severum lib. II, c. 38. Et nos paulo post de illa expeditione contra Hyrcanos, ex qua sibi Hyrcani cognomentum promeruit, dicemus.

[c] Scaliger hanc pericopam plane tacet, contra mss. fidem. Schurzfleischius notat, eam in primo Palat. ms., ut et Sichardi editione, ante annos duos recenseri: Et sane, inquit, hunc Ptolemæum, quem adulatores Evergetem secundum vocabant, circa hæc tempora, aut paulo post in Cyprum profugisse, bellumque patriæ intulisse, narrat Justinus lib. XXXVIII, et Orosius lib. V c. 10.

[d] Pertinet ad annum superioris proxime olymp. primum quod et pridem Scaliger annotavit, cos. P. Rupilio, cui tamen haud recte Nepotis cognomentum attribuit. Eo gravius peccat in Græcis apud Syncellum, Goarus, qui pro ἀλληλοφαγίαν, quo verbo et Diodorus in Excerptis lib. XXXIV utitur, legit ἀλλολοσφαγίαν: remque plane aliam dicit ab historiæ veritate, id est, servos *mutuis se cædibus confecisse*: pro sua *invicem cadavera devorasse*, ut vere Hieronymus interpretatur. Vide si libet laudatum Diodori locum; et Orosium lib. V, c. 9.

[e] Hanc Scaliger periocham subsequenti, quam huic anno illigat, ordine etiam postponit: laudatque Julii Obsequentis locum, qui ad hunc quidem annum spectat, sed nullius insulæ mari enatæ mentionem facit. Verba ejus sunt: *Ætna mons terræ motu ignes super verticem late diffudit, et ad insulam Liparas mare efferbuit, et quibusdam adustis navibus, vapore plerosque navales exanimavit: piscium vim magnam exanimem dispersit*, etc. De insula Hiera diximus supra ad num. 1819, quæ videsis.

[f] Multa Scaliger de Arvernorum civitate huc congerit, ut totam gentem eo nomine significari probet, non, ut videtur Hieronymus accepisse, *urbem mœnibus cinctam*. Revera *nobilissimam civitatem*, non urbem, dixit etiam Eutropius lib. IV, cap. 22, a quo noster sumpsit. Vide tamen Glossarium Ducangii v. *Castrum*, et *Civitas*, ne hic longi simus. Sed et tempus quod pertinet, peccatum est prochronismo, non septennii quidem, aut sexennii, ut Scaliger putat, sed quinquennii, aut solidæ, ut minimum, olymp., ut ex Epitoma Liviana LXI, Floro lib. III, Orosio lib. V, atque aliis intelliges. Denique est, quod negotium facessit, nomen *Vetuiti*: quem Scaliger *Vituitum*: *Bituitum* Latini veteres scriptores vocant: Athenæus Βιτίτον; Strabo in impressis libris Βίττον, in mss. Βιτυίτον. Pontanus in appendice ad suum itinerarium, verum fuisse asserit regi nomen *Buduaco*, quod et in saxeo triumphali arcu Aurantiæ narrat regio pectori inscriptum. At eum fornicem non Domitio et Fabio Maximo, qui Betuitum devicerunt, sed Mario ob Cimbros profligatos positum, docti alii viri existimant: atque hoc, inquit Wesselingius, videtur indicare *Theutobocchi* nomen, quod in ejus ruderibus sese legisse testatur Joseph Pisaus. Adde in Fragmentis Capitolinis apud Grute-

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | 20 | 6 | Joannes dux Judæorum et pontifex [b] adversus Hyrcanos bellum gerens, Hyrcani nomen accepit, et a Romanis jus amicitiæ postulans, decreto senatus inter amicos relatus est. | 4 | |
| | | | | ANTIOCHUS [f] GRYPUS, XV, annis 12. | |
| 164 | 21 | 7 | | 1 | |
| | 22 | 8 | | 2 | |
| | 23 | 9 | | 3 | |
| | 24 | 10 | Narbonam [c] coloniæ deductæ. | 4 | |
| 165 | 25 | 11 | Hyrcanus pontifex Judæorum [d] Samariam, quæ vocabatur Ectenias, et nostro tempore Sebaste vocatur, obsidione captam solo coæquavit; quam postea Herodes instaurans Sebasten in honorem Augusti appellari voluit. | 5 | |
| | 26 | 12 | | 6 | |
| | 27 | 13 | | 7 | |
| | 28 | 14 | | 8 | 1900 |
| 166 | 29 | 15 | Marcus Terentius Varro philosophus et poeta nascitur. | 9 | |
| | *Ægypti* VIII, PTOLEMÆUS [a] PHYSCON, *qui et Soter, annis* 17. | | | | |
| | 1 | 16 | Antiochus Cyzicenus, [e] Grypo ejecto, Syriam obtinuit : | 10 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου η', ἐβασίλευσε Πτολεμαῖος ΦΟΥΣΚΩΝ, ὁ καὶ ΣΩΤΗΡ, ἔτη ιζ'. Chronic. Pasch. pag. 145.

Ἰωάνθης ἱερεὺς ὁμοῦ καὶ στρατηγὸς κατὰ Ὑρκανῶν στρατηγήσας, Ὑρκανὸς μετωνομάσθη· ὃς καὶ πρεσβεύσας πρὸς Ῥωμαίους, δόγματι συγκλήτου φιλίαν πρὸς αὐτοὺς σπένδεται. Idem pag. 146.

Ὑρκανὸς Ἰουδαίων ἀρχιερεὺς τὴν Σαμάρειαν, τὴν καθ' ἡμᾶς Σεβαστὴν καλουμένην .. πολιορκήσας εἰς ἔδαφος καθεῖλεν· ἣν ὕστερον Ἡρώδης ἀλλόφυλος βασιλεύσας Ἰουδαίων ἀναστήσας Σεβαστὴν ὠνόμασεν. Chronic. Pasch. pag. 245.

Πρῶτον ὁ Γρυπὸς βασιλεύσας ἔτη δ' ἐξεβλήθη ὑπὸ τοῦ Κυζικηνοῦ, καὶ ἐβασίλευσεν ὁ Κυζικηνὸς ἔτη ιη', καὶ πάλιν ὁ Γρυπὸς ἐκβαλὼν τὸν Κυζικηνὸν ἐβασίλευσε τὰ λοιπὰ ἔτη δ', καὶ οὕτως ἐκ διαδοχῆς ἐπολέμουν ἀλλήλους. Syncell. pag. 232.

Συρίας καὶ Ἀσίας ιε', ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΟΧΟΣ ὁ Γρυπὸς ἔτη ιβ'. Idem pag. 232.

## NOTÆ.

rum, Arvernorum hunc regem appellari BETVLTVM, quo in nomine si L litteram cum Scaligero muies in I, plane cum Livii, Orosii, atque aliorum scriptura conveniet. Videsis tamen Pighium ad an. U. C. DCXXX.

[a] Notior sub alio cognomento, *Lathurus* : quem expulsum anno decimo regni, novimus ex Porphyrio in Excerptis Scaligeri, evocatumque pro eo fratrem Alexandrum a Cleopatra. Rediit autem ille elapsis aliquot annis, regnavitque iterum annis septem, quos una conjunxisse Eusebius videtur, tametsi minime continuos : qua de re mox dicemus. Scaliger etiam *Evergetæ* donatum cognomento tradit ex numismatis, in quibus legitur, ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ΦΥΣΚΩΝΟΣ. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. At vero hujusmodi nummus non ad Physconem hunc, sive Lathurum referri debet, quæ est Scaligeri hallucinatio, sed ad ejus patrem. Cæterum et *Pothinus*, et *Philometor* cognominatus est. Vide Dodwellum Dissert. sæpius laudata de ætate scripti Agatharchidis.

[b] Hoc enimvero confidentissime Scaliger inficiatur, quin etiam ridet, potuisse quempiam id sibi persuadere a devictis Hyrcanis Joannem Hyrcani cognomentum accepisse, cum, inquit, tantum terrarum, tamque immane sit spatium inter Jerosolyma et Hyrcaniam : deinde nihil esset Judæo Regulo cum longinqua natione, nec si quid fuisset, transitum ei per sua regna alii reges concessissent : tum hoc tacuerit Josephus, qui nec minima quæque gentis suæ præterire solet : denique non Joannis primum, sed et ante illum et vulgatissimum inter Judæos cognomentum hoc fuerit. His vero omnibus conclusiunculis una obstat Nicolai Damasceni auctoritas, qui Parthiam, quæ regio contermina est Hyrcaniæ, pervasisse Joannem significat, cum Antiochum Syriæ regem in eam expeditionem secutus est. Testimonium hoc habes apud Josephum lib. XIII Antiq. c. 16, apud quem nihil ejusmodi exstare Scaliger pronuntiabat. *Antiochus*, inquit, *erecto tropæo ad Lycum fluvium, ubi Indatem Parthorum ducem vicerat, hæsit ibi per biduum*, δεηθέντος Ὑρκανοῦ τοῦ Ἰουδαίου, διά τινα ἑορτὴν, ἐν ᾗ τοῖς Ἰουδαίοις οὐκ ἦν νόμιμον ἐξοδεύειν : *ad preces Hyrcani, quod in id tempus festivitas quædam Judæorum incurrerat, per quam non licebat eis iter facere.* Nihil itaque mirum, si in ejusdem expeditionis processu Joannes rem prospere contra Hyrcanos gessit, ex eoque cognomentum Hyrcani impetravit. In Græcis pro στρατηγήσας, Scaliger rescripsit στρατεύσας, qui et πρεσβευσάμενος maluisset ἀντὶ τοῦ πρεσβεῦσαι, sive, quod reposuit, πρεσβεύσας.

[c] Eutropius lib. IV, c. 23 : *M. Porcio Catone, et Q. Marcio Rege coss.* DCXXXIII *anno ab Urbe condita, Narbonam in Gallia colonia deducta est.* Paria habet laudatus Scaligero Velleius lib. I, c. 15, ex quo apparet, triennii ferme prochronismo Eusebio Hieronymianas rationes laborare.

[d] Pro Hyrcano Ἰωάνθης dicitur in Græcis, pro quo Scaliger Ἰωνάθη legit. Tum hic verba, *quæ vocabatur Ectenias*

[e] Referri hujus initia solent triennio ante. Vide Justinum lib. XXXIX, c. 2.

[f] Initia Grypi ad annum secundum olymp. 164 esse referenda, colligas ex Porphyrio in Excerptis Scaligeri, p. 227. Propius ab Eusebii recensione anno primo illigant Chronologi recentiores. Ei regi *propter nasi magnitudinem cognomen Grypo fuisse* notat Justinus.

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | ac rursum Grypus, superato Cyziceno, eamdem recepit. Ita ex successione regnabant adversum se invicem dimicantes. | | |
| | 2 | 17 | | 11 | |
| | 3 | 18 | | 12 *ANTIOCHUS CYZICENUS. XVI, ann.* 18. | |
| 167 | 4 | 19 | | 1 | |
| | 5 | 20 | | 2 | |
| | 6 | 21 | | 3 | |
| | 7 | 22 | | 4 | |
| 168 | 8 | 23 | Jugurtha [a] contra Romanos dimicans capitur. Rhodo terræmotu concussa, [b] Colossus ruit. Jonathas [c] gloriose apud Judæos principatum gerit. M. T. Cicero Arpini nascitur, Matre Helvia, patre equestris ordinis [d] ex regio Volscorum genere. Cn. Pompeius Magnus oritur. | 5 | |
| | 9 | 24 | | 6 | 1910 |
| | 10 | 25 | | 7 | |
| | 11 | 26 *ARISTOBOLUS, V, ann.* 1. | | 8 | |
| 169 | 12 | 1 | Aristobolus filius Jonathæ rex pariter et pontifex, primus apud Judæos diadematis sumpsit insigne, post 484 ann. [e] Babylonicæ captivitatis. | 9 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰουδαίων ε', ἀρχιεράτευσεν ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ἔτος α'. Chron. Pasch. pag. 147.

Ῥόδος ἐσείσθη, καὶ κολοσσὸς κατέπεσεν. Ex eodem pag. 220.

Ἰωάνθης... διαπρεπῶς τῆς Ἰουδαίας ἡγεῖτο. Chron. Pasch. pag. 146.

Ἀριστόβουλος υἱὸς Ἰωάνθου... πρὸς τῇ ἀρχιερωσύνῃ διάδημα περιέθετο βασιλικὸν πρῶτος... μετὰ ἔτη υπδ' τῆς εἰς βαβυλῶνος αἰχμαλωσίας. Ex Chron. Pasch. pag. 147.

Συρίας καὶ Ἀσίας ις', ἐβασίλευσεν ΑΝΤΙΟΧΟΣ ὁ Κυζικηνὸς ἔτη ιη'. Syncell. pag. 234.

## NOTÆ.

*Ectenias*, expungit, quod in suis mss. non invenisset, et stultum commentum recentiorum putarit. Et vero etiam a Parmensi, quo præcipue utimur, ms. absunt : sed in editis vetustioribus, aliisque passim mss. libris habentur. Primus Palatinus, teste Schurzfleischio, legit *Ecthemas* pro *Ectenias;* in quem locum ille : Utramque, ait, lectionem nec Græcam dicere nec barbaram ausim. Jacobus Usserius in indice Geographico, Annalibus mundi præfixo, refert, quod Samaria, Josepho teste, *Eisonias* aliquando vocata sit. Nos etsi Usserii fidem in dubium vocare nolimus, in Josepho tamen reperire nos potuisse nusquam locum istum, affirmare possumus. Novimus, Samaritanos a Judæis *Cuthæos* esse dictos. An vero urbs quoque Samaria umquam *Cuthæa* dicta sit, non proditur. Quidquid id est, videtur olim scriptum fuisse, *qua vocabatur et Cuthæa*. Sane enim Samaria ἡ τῶν κουθαίων πόλις dici ἐπιθετικῶς potuit. Adde, quod tempus spectat, videri hoc gestum pertinere ad annum secundum olymp. 163, sexennio ante quam ab Eusebio recenseatur. E contrario Scaliger sexdecim annorum prochronismum hic putat.

[a] Atque hic biennii, ut Scaliger pridem annotavit, prochronismus est : siquidem C. Atilio Serrano, et Q. Servilio Cæpione coss., captus est Jugurtha : nec inter pugnandum quidem, sed Bocchi soceri sui insidiis.

[b] Confer cum his, quæ superius diximus ad num. 1794; neque enim, ut Scaliger putat, videtur istud μνημονικὸν ἁμάρτημα, conferentis in diversa tempora Colossi casum, sed alius auctoris ab eo laudata sententia.

[c] Iterum iste in Græcis *Joanthes*, dicitur, non Ἰωνάθης, *Jonathas*, ut vult Scaliger ; quamquam alias Eusebio in Demonstrat. Evang. pag. 393 et seq. *Jonatham* dici non diffitemur. Utrumque nomen continuo est pro *Joanne*.

[d] Videtur autem ipsemet Cicero in Bruto cap. 16 familiam suam dicere plebeii ordinis, ubi de humilioris sortis hominibus in alienum ejusdem nominis genus infusis loquens, *ut si*, inquit, *ego me a M. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Servio Sulpicio consule anno* 10 *post exactos reges fuit*. Occasionem fabulæ fecit ipse Marcus Tullius de Pherecide philosopho loquens, ubi per risum jocumque ait, fuisse illum temporibus Romani regis (Tullii) sibi agnominis de sua gente. Et quamquam minime par sit credere Ciceronem, tantum hominem, et qui se *novum hominem* tam sæpe fatetur, sensisse altius de se, consentiunt tamen Eusebio nostro, sive Hieronymo veteres alii : Silius Ital. lib. ult., et illi quos Plutarchus laudat, qui jam tunc jactabant *de Regio Volscorum genere* illum exstitisse.

[e] Josephus lib. XIII Antiquit. cap. 11, μετὰ τετρακοσίων ἀριθμὸν ἐτῶν, καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἕνος, καὶ μηνῶν τριῶν : *post annos numero quadringentos octoginta et unum, mensesque tres*. Qui tamen neque ipse sibi constat lib. de Bello, ubi solos supputat 471, nisi, in numericis notis, librariorum depravatus est culpa. Sed enim Vossius Chronol. Sac. c. 12, hanc veram esse Josephi scripturam contendit, Cappello usque adeo contradicente. Re etiam vera ab ultima captivitate Babylonica ad Aristobuli principatum juxta accuratiores anni 481 intercedunt : Eusebius autem triennii ferme metachronismo in hujus principis epocha constituenda peccat, ut superius innuimus, moxque fusius ostendemus ex annis, quos Alexander atque Alexandra regnarunt. Cæterum in Græcis, quæ laudamus ex Chronico Paschali longe erat depravatior numerus φκζ' *an*. 527, quem a Cedreno interpolatum Scaliger putat.

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | *JANNÆUS, VI, qui et* [a] *ALEXANDER, ann. 27.* | | | |
| | 13 . . . | 1 . . . | Post quem regnavit [b] Jannæus cognomento Alexander, qui pontificatum quoque administrans, crudelissime civibus præfuit. | 10 . . . . . | |
| | 14 . . . | 2 . . . | Turpilius comicus, senex admodum, Sinuessæ moritur. Caius Lucilius satirarum scriptor Neapoli moritur, ac publico funere effertur, an. [c] ætatis 46. | 11 . . . . . | |
| | 15 . . . | 3 . . . | Marcus Furius poeta, cognomento Bibaculus Cremonæ nascitur. Ducenta millia [d] Cimbrorum cæsa, et octoginta millia capta per Marium cum duce Teutomodo. | 12 . . . . . | |
| 170 | 16 . . . | 4 . . . | Caius Marius quinquies consul, juxta Eridanum Cimbros superat, et post de iis cum Catulo triumphat. | 13 . . . . . | |
| | 17 . . . | 5 . . . | Thraces [e] a Romanis victi. Rursum in Sicilia bellum Servile consurgit. Expulso de regno Ptolemæo Physcone per matrem Cleo- | 14 . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰουδαίων ϛ΄, ἀρχιεράτευσεν ΙΑΝΝΑΙΟΣ, ὁ καὶ ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΣ, ἔτη λ΄. Syncell. pag. 234.

Μεθ᾽ ὃν Ἰανναῖος ὁ καὶ Ἀλέξανδρος βασιλεὺς ἅμα καὶ ἀρχιερεύς... ὠμότατα προέστη. Chron. Paschal. p. 147.

Πάλιν κατὰ Σικελίαν ὁ δουλικὸς πόλεμος. Ex Syncell. pag. 233.

Πτολεμαῖον τὸν Φύσκωνα ἡ μήτηρ Κλεοπάτρα τῆς βασιλείας ἀπήλασεν, καὶ ἦν βασιλεύων ἐν Κύπρῳ, τὸν δὲ νεώτερον υἱὸν αὐτῆς καὶ ἀδελφὸν τούτου Ἀλέξανδρον ἀνέδειξε βάσιλέα σὺν αὐτῇ. Ex Syncell. pag. 231.

## NOTÆ.

[a] Num iste *Alexander* est, quod in *Exordio* ait, *finem Judæis fecisse*. Certe *principatum* ab impio patre Aristobulo, vix cœptum *mutari in regnum*, ut ait Joseph. lib. Antiq. XIII, c. 11, filius nequior sibi asservit; et *finem Judæis*, sive Judæorum reipublicæ videtur *fecisse*. Patrem ibi Eusebius non memoravit, fortassis ea de causa, quia cum in universum vix toto anno regnaverit, eam regni et pontificatus formam, sive tyrannidem per suorum cædes tandem ultimis diebus scelestissimæ vitæ, Antigono fratre occiso, induxisse videretur. Verior tamen multo, quin immo unice vera, quantum video, interpretatio est, quæ menti succurrit, estque hujusmodi: *Alexandrum finem Judæis* fecisse, ait Eusebius, seu ex Eusebii Græco Hieronymus, id est finem Judæorum regum fecisse; ultimus nempe est ex Judæorum gente. Nam Alexandra ejus uxor, quæ post 27 annos marito succedit, non illa rite inter Judæorum reges censetur, quos inter locum feminæ nullum habebant; ad hæc, mortuo Alexandro, *Judæos rerum confusio et clades perpetua* oppresserunt. Neque Alexandræ filii regnum obtinuerunt, nam anno 9 Alexandræ matris, Judæi vectigales facti, Aristobulus vinctus abductus a Pompeio, Hircanus ejus frater pontificatu tantum donatus est.

[b] Quod dudum innuimus, Aristobuli initia ad annum secundum olympiadis præcedentis esse referenda, ex eoque reformandam ejus, qui illi successit, Jannæi, sive Jamnæi epocham, probatum ivit bonis argumentis Dodwellus ex annis Alexandri atque Alexandræ, in dissertat. sæpius laudata de ætate Agatharchidis, cujus ipsa verba describere hic præstat: Præfuit autem, inquit, Ægypto Cleopatra initio Alexandri Judæorum regis, cum ille Ptolemaidem obsideret. Ptolemaidensibus enim suppetias tulit exsul Ægypto Soter, jam regnans in Cypro, quem Lathurum appellat Josephus, Antiquit. XIII, 20. Et vicissim Alexandro Judæorum regi subvenit in filium Cleopatra, ibid. c. 21. Satis accurate. Successit Hyrcanus junior olympiade 177, tertio anno, sub coss. anni Varr. 685 (Joseph. Antiquit. XIV). Regnavitque Alexander ipse ann. 27 (Antiquit. XIII, 23). Alexandra autem Alexandri uxor ann. 9 (Antiquit. XIII, 24) ante initium Hyrcani. Hi duo numeri invicem juncti annos faciunt 34 seu olympiadas IX. Demantur ergo olymp. IX e numero olympiadum: reliquus erit annus olymp. 168 tertius, quo successerit Alexander. Demantur rursus ex epocha Varroniana anni 36, ita successerit Alexander anno Varr. 649. Poterant quidem in prædicta summa pauci redundare menses, qui effecerint, ut successerit Alexander olymp. 168 tertii anni parte ea, quæ anno Varr. 648 potius responderit. Vix potuit annus deesse integer, ut anno Varr. 647, olymp. 168 secundo, saltem succederet Alexander. Quod tamen necessarium erat, si prædictus annus Varr. 590 e regum Alexandrinorum successione excluderetur. Hinc ergo rursus colligimus, recte a nobis illum annum receptæ Ægyptiorum chronologiæ, etiam astronomorum, esse restitutum. Tenuit autem anni Varr. 649 etiam initio Cleopatra. Pulsus enim a Cleopatræ ducibus e Cœlosyria Soter, Gazæ hiemavit. Inde in Cyprum recessit. Nec tamen ante recessum illius videtur in Ægyptum rediisse Cleopatra. Joseph. XIII, 21. Non tamen obstabat pars illa anni sequentis, qua regni possessionem tenuit Cleopatra, quo minus anni integri χρηματισμόν retinuerit solus Alexander.

[c] Repugnare videtur Horatius, cui *senex* dicitur iis versibus lib. II, satir. 1:

> Quo fit, ut omnis
> Votiva pateat veluti descripta tabella,
> Vita senis.

Enimvero homini annos 46 denato senectus non imputatur. Conciliari autem possit, si eum putes Pythagorici, ut aiunt, sive Servitulliani Lustri rationem secutum, qua, ut ex Tuberone A. Gellius lib. X, cap. 28, tradit, *seniores* appellabantur, qui quadragesimum sextum annum excederent, infraque eum *juniores*. In Parmensi ms. corrupte dicitur *Caius Lucius:* et in primo Palatino *annis* 47 diem suum obiisse.

[d] Verius dixisset *Teutonum*, qui Cimbrorum quidem socii erant, sed alia tamen gens, atque anno antecedente profligata. Sed facile imposuit Auctori nostro Eutropius lib. V, c. 1, ubi de Mario, IV consule, *Cum Cimbris*, inquit, *conflixit, et duobus præliis* CC *millia hostium cecidit*, LXXX *millia cepit, et ducem eorum Teutobodum*. Ducem hunc Florus *Teutobochum* vocat: sunt et qui *Teutonoidum;* plerique autem mss. cum Eusebio *Teutomodum*, aut *Theutomodum*.

[e] Scaliger metachronismum quinquennii hic reprehendit ex Obsequentis et Sexti Rufi testimonio, quod laudat. Malim ego, ut a Sigonio Comment. in Fastos ad an. U. C. DCXLIX rem discas. Quod, inquit,

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *Syriæ.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | patram, et in Cyprum secedente. [a] | | |
| | *Ægypti IX, PTOLEMÆUS, qui et Alexander, an.* 10. | | | | |
| | 1 . . . | 6 . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . | 15 . . . . . | |
| | 2 . . . | 7 . . . | Aquilius in Sicilia [b] bellum Servile compescuit. | 16 . . . . . | 1920 |
| 171 | 3 . . . | 8 . . . | Ptolemæus rex [c] Cyrenæorum moriens Romanos testamento reliquit hæredes. | 17 . . . . . | |
| | | | Seleucus ab Antiocho filio Cyziceni vivus exuritur. | | |
| | 4 . . . | 9 . . . | Titus Lucretius poeta nascitur, qui postea amatorio po- | 18 . . . . . | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*Αἰγύπτου καὶ Ἀλεξανδρείας ἐβασίλευσε θʹ* ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ, *ὁ καὶ* ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ, *ἔτη ιʹ*. Ex Syncell. pag. 231.

*Σέλευκον ζῶντα κατέκαυσεν ὁ* Κυζίκιος *Ἀντίοχος*. Syncell. pag. 233.

## NOTÆ.

ad res Macedonicas attinct, intelligendum est, post M. Minucii cos. in Macedoniam imperium, nullius mentionem fieri qui consul in Macedoniam ad comprimendas Thracum impressiones venerit. Neque vero fere mitti consules eo potuerunt, nam Silanus, Scaurus, Cassius, Cæpio, Manilius, Marius, sex consules deinceps Galliam sortiti sunt: Metellus autem, et Marius, Numidiam : relinquuntur aliquot consules, quorum obscura provincia est. Ergo prætores in Macedoniam profecti sint, necesse est, qua bellum hoc anno fuisse indicat *Obsequens*, qui Mario et Flavio coss. Thraces in Macedonia subactos notat. A quo autem subacti sint, pro certo affirmare non possum. *Florus* quidem post Minucianam victoriam, Pisonis cujusdam meminit his verbis : *Piso Rhodopen Caucasumque penetravit*. Verum qui Piso fuerit, aut quo in magistratu hoc fecerit, non tradit. L. certe Piso, qui consul cum Druso fuit, Macedoniam sortitus non est : quippe cum Drusus, collega ejus in consulatu, eam obtinuerit; post quinquennium autem L. Cassio cos. a Tigurinis ipse Piso interfectus sit, neque vero, si ille rem bene in Macedonia gessisset, prætermissurum eum fuisse *Ciceronem* puto, cum contra L. Pisonem nepotem hujus diceret, atque Macedonicum ejus imperium exagitaret, cum omnium fere qui in Macedonia rem bene gesserint, meminerit. Ergo hæc victoria in dubio relinquatur. Cæterum per Pisonem subactos Thraces, vulgaris opinio est. Vide Florum IV, 12, et III, 4.

[a] In Parmensi ms. continua serie orationis legitur, *et in Cyprum secedente, ipse regnavit Ptolemæus, qui et Alexander*, etc. In duobus aliis a Potero in Notis ad Clementem laudatis, itemque in Scaligeri editione, *in Cyprum secedente, Ptolemæus, qui Alexander, succedit*. Sed et Schurzfleischius : Hæc periocho, inquit, diverse in diversis codicibus legitur. Primus Palatinus habet, *per matrem Cleopatram, et in Cyprum secedente, ipsa regnavit*, rejectis illis, quæ de Ptolemæo Alexandro adduntur. In reliquis membranis ita legitur, *et in Cyprum recedente, regressus de fuga, regnum obtinuit, cum Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob occisam matrem cives pepulerant*. Cum posterioribus libris Sichardina editio facit. Sed ea res traditur postea, et est apud Justinum libro XXXIX. Jam ut omnino sit ad Eusebii mentem impressa lectio, grandis tamen ejus est ab historica veritate, aut certe quidem a Porphyrio dissensus ; ab hoc enim in Excerptis apud Scaligerum pag. 225 discimus, non hoc demum anno regni sui decimo septimo, sed ipso decimo expulsum fuisse Ptolemæum Physconem, evocatumque ejus fratrem Alexandrum a Cleopatra. Nec dicimus tamen, solis decem regnatum ab eo esse : quin immo solidos ei decem et septem cum Eusebio tribuimus, sed eos minime continuos, quæ prior Eusebii hallucinatio est, cui altera succedit de aliis octo postquam revocatus est, annis. Sed ea de re mox erit dicendi locus. Interim neque recte soli decem Alexandro ascribuntur post fratris exsilium ; siquidem hic, teste Porphyrio in laudatis modo Excerptis, solidos decem et octo exsul egit, per quos continenter imperium Alexander tenuit. Confer Dodwellum sæpius laudata dissert. de ætate Agatharchidis. Dictus hic est etiam *Alexas*, Ἀλεξᾶς.

[b] Videtur hic esse integræ olympiadis prochronismus : siquidem ante quatuor annos Aquilius consul alteri bello Servili finem imposuit; quod quidem non biennio, ut sentit Eusebius, sed annos prope quatuor duravit. Testis Diodorus lib. XXXVI. Vide et Florum lib. III, cap. 19.

[c] Ptolemæus Apio hic est, Physconis, sive Lathuri frater nothus, qui Cyrenis regnavit. Ejus obitus optime, siquid alias, in hunc annum ab Eusebio confertur, quod Liviana Epitome LXX, et cum primis Julius Obsequens cap. 109 confirmat, Cn. Domitio et C. Cassio coss., *Ptolemæus*, inquiens, *rex Ægypti Cyrenis mortuus S. P. Q. Romanum hæredem reliquit*. Errant itaque longo intervallo cum alii recentiores chronologi, tum Simsonius, qui post annos sexdecim, sive ad primum olympiadis 175 gestum hoc differt. Iterum quidem Eusebius ejus meminit ultimo anno olympiadis 178, sed ex aliorum antiquorum, ut facere amat, sententia, non sua, *Libya*, inquit, *per testamentum Apionis regis, Romanis relicta* Non dubium quin Κυρηναϊκὴν Λιβύην dicat. Gravius proinde peccant, qui duos Ptolemæos Apionas ex gemino Eusebii testimonio commenti sunt, Sigonius, inquam, lib. I de Antiquo jure provinciarum, et Scaliger in Eusebianis hisce animadversionibus, qui et volunt alterum Cyrenarum, alterum siccioris Libyæ, sive Ammoniacæ, regem, et utrumque Apionem esse dictum. Commentum refutavit Valesius in notis ad Ammian. Marcellinum lib. XXII, in eo dumtaxat ipse etiam culpandus, quod in eadem opinione versatum fuisse Eusebium, et fecisse laudatis criticis fucum, putavit. Cæterum, inquit, duos fuisse Ptolemæos Apionas, numquam mihi ipse persuadere potui, neque tanti est apud me horum trium scriptorum hac in parte auctoritas : maxime cum Livius, et Eutropius, Justinus, atque Appianus lib. I Bellorum civil. et in fine Mithridat., unum Ptolemæum Apionem Cyrenarum regem agnoscant, Ptolemæi Physconis ex pellice filium : quem Cicero in II contra Rullum, et Tacitus lib. XIV, ac Eutropius, Apionem simpliciter appellant. Atque hic Ptolemæus moriens Cyrenarum regnum populo Rom. reliquit. Cyrenarum autem regno etiam siccior Libya tunc quidem continebatur, quæ longe postea a Cyrenaica seu Pentapoli disparata est, ut Ammianus supra testatur. Quo igitur Apionis illius regis Libyæ commentitii testamentum? cum ex Ptolemæi Cyrenarum

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Syriæ. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | culo in furorem versus, [b] cum aliquot libros per intervalla insaniæ conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propria se manu interfecit, anno ætatis 44. | | |
| | | | | *Syriæ XVII, PHILIPPUS,* [e] *an. 2.* | |
| | 5 | 10 | Antiochus in Parthos fugiens, Pompeio se deinceps tradidit. Post quem Philippus captus est a Gabinio. | 1 | |
| | 6 | 11 | HUCUSQUE Syria possessa per reges [c], in Romanam ditionem cessit. | 2 | |
| 172 | 7 | 12 | Bellum [d] adversum Romanos, Picentes, Marsi, Pelignique moverunt. | | |
| | 8 | 13 | Lucius Pomponius Bononiensis, Attellanarum scriptor, clarus habetur. | | |
| | 9 | 14 | Alexander matrem interemit. | | |
| | 10 | 15 | | | |
| | *Ægypti X, PTOLEMÆUS,* [a] *qui a matre fuerat eje-* | | | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου ι', ἐβασίλευσε ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ... ὁ ἐξωσθεὶς.. υἱὸς Κλεοπάτρας, ἔτη η'. Chron. Pasch. p. 147.

Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνὸς φυγὼν εἰς Πάρθους, Πομπηΐῳ προύδωκεν ἑαυτόν. Syncell. pag. 233.

Ἡ Συρίας ἀρχὴ κατελύθη διαρκέσασα ἔτη σν'. Scaliger in Collectaneis.

Συρίας καὶ Ἀσίας ἐβασίλευσε ιζ' ΦΙΛΙΠΠΟΣ ἔτη β'. Scaliger in Collectaneis.

## NOTÆ.

regis testamento hæc universa pars Libyæ Romanis jam legata fuisset. An id umquam tacuisset Titus Livius? cujus etsi libri interciderunt, Epitomas tamen, seu potius, ut appellare soleo, prologos maxima diligentia confectos habemus.

[a] Redit utcumque Eusebius in viam, hoc demum anno (quamquam solis decem pro decem et octo Alexandri computatis) reditum Ptolemæi Lathuri, sive, ut dicebamus, Physconis, ascribens. Recole adeo quæ supra diximus ad Alexandrum; nam quod spectat recepti regni annos, tenuit id Lathurus quidem reliquo vitæ suæ tempore, sed integris octo annis id constitisse, quod vult Eusebius, verum non videtur. Equidem antiquus ms. apud Poteium, chronica nota, *annis octo*, prætermissa, orationem una serie continuat, *regressus*, etc. Porphyrius autem ita loquitur, Dodwello interprete, quasi solos septem annos et sex menses impleverit. Inde, infert, alii, qui justos dumtaxat annos numerabant, annos eidem post reditum octo tribuunt. Quasi nimirum ad annum spectarent octavum supervacui illi menses. Habet tamen alia Porphyrius, quæ ad annum potius 7 menses illos referendos esse suadeant. Spatium universum a patris obitu ad obitum Soteris concludit numero λε' ἐνιαυτῶν πρὸς μησὶν ἕξ. Rursus postea sex alios menses memorat successori tribuendos, οἳ συνεπλήρουν τὰ τριάκοντα ἓξ ἔτη. Iterumque ait, τοὺς πάντας (χρόνους scilicet) τὰ ἓξ καὶ τριάκοντα τῷ πρεσβυτέρῳ προσνέμουσι. Et tamen Soteris ipsius recenset, κατὰ διαφόρους χρόνους, δεκαεπτὰ ἔτη καὶ μῆνας ἕξ. Pro prioribus nempe rationibus. Fieri potest, ut in primi Soteris decennii fine hi fuerint numerandi menses, spectarintque ad annum Cleopatræ 11. Ita fieret, ut in sequentem annum protrudendus esset ille Cleopatræ annus, quod e Josepho jam probavimus fuisse verissimum. Utcumque tamen 36 annos in universum numerandos esse pro mente Porphyrii, sane manifestum est; seu redundarint in annorum numero menses illi, seu etiam defecerint. Id ipsum confirmat celebri illo Appiani testimonio lib. I Bell. civil., ubi scribit, Sullam, Alexandri, qui in Ægypto regnaverat, filium ad se profugum Alexandrinis regem dedisse, quem decimo nono regni die, quod insolentius se efferret, Alexandrini peremerunt. Utique enim post mortem Lathuri (ipse eum Soterem alio nomine vocat) missus est, regni interim gubernacula tenente filia Lathuri Cleopatra, Eodem proinde anno quo e vivis Lathurus ipse decesserat. Non anno certe alio, cum ne quidem menses qui deerant, ad Lathuri annos absolvendos, his (propter regni brevitatem) attributos testetur ipse Porphyrius. Eo autem anno missum a Roma Alexandrum tradit Appianus, qui II Sullæ consulatum, quo collegam habuit Q. Cæcilium Metellum Pium, proxime præcessit. Is autem non alius est, quam Varronianus 673, cum quo Lathuri annus postremus concurrit. Addemus aliud argumentum ex ipsiusmet Eusebii rationibus paulo post, ubi de Dionyso.

[b] Huc spectare aiunt illud Statii lib. II, Sylv. 7, vers. 76: *Et docti furor arduus Lucreti:* quamquam id Fabricius in bonam partem sumit pro ἐνθουσιασμῷ: neque enim credibile est illi, tam bonos per intervalla insaniæ potuisse libros conscribi. Ætatem ejus quod spectat, Fontaeus in curis posterioribus, *anno 44*, cum pridem editis rescribi jussit pro 43; eumque numerum Parmensis quoque apud nos ms. præfert: Palatini autem, teste Schurzfleischio, solos 43 habent. Vossius triennio adhuc citius Lucretii mortem consignat ex scriptore Vitæ Virgilii, qui eo die periisse illum testatur, quo Maro togam virilem sumpsit. Sed sunt et qui eodem, quo natus est Virgilius die, Lucretium ferunt obiisse.

[c] In Græcis, ait Scaliger, stetisse dicitur Syriæ regnum ἔτη σν' pro σλ'; quod intervallum a morte Alexandri deductum desinit in num. 1912. Sed quia Syriæ regnum defecit, Antiochia a Romanis capta, num. 1903, ideo a morte Alexandri fuerint anni 260, non 250 a Seleuco, unde verum initium regni Syriæ 247, qui numerus proxime abest a σν'. Dicemus hac de epocha nos fusius infra ad num. 1948.

[d] Eadem ferme verba sunt Eutropii lib. v, cap. 3, quæ et Scaliger laudat: *In Italia gravissimum bellum Picentes, Marsi, Pelignique moverunt.* Sed quæ id genus sunt, quibus nulla inest difficultas, fere dissimulamus.

[e] Erat hic filius Antiochi Grypi, ut constat ex Josepho Antiquit. lib. XIII, cap. 21, non Antiochi Pii et Selenes, ut Scaliger putat. Regnavit in partes Syriæ cum Demetrio Eucæro fratre; ac diutius sane quam duobus annis, ut Eusebius supputat, regnum ejus stetit. Potitus certe est Antiochia, totiusque Syriæ regno post annos ferme octo ab assumpto

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | clus, an. 8. | | | |
| 173 | 1 Regressus de fuga regnum obtinuit, quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris cives pepulerant. | 16. . . . . . | Plotius [a] Gallus primus Romæ latinam rhetoricam docuit, de quo Cicero sic refert: *Memoria teneo, pueris nobis, primum Latine docere cœpisse Plotium quemdam.* | |
| | 2. . . . . . . | 17. . . . . . | Caius Valerius Catullus, scriptor lyricus, [b] Veronæ nascitur. | 1930 |
| | 3. . . . . . . | 18. . . . . . | Sallustius Crispus, scriptor historicus, in Sabinis Amiterni nascitur. Sylla [c] Athenienses vastat. | |
| | 4. . . . . . . | 19. . . . . . | Descriptione Romæ facta, inventa sunt hominum [d] CCCCLXIII millia. | |
| 174 | 5. . . . . . . | 20. . . . . . | Templum [e] tertio apud Delphos a Thracibus incensum, et Romæ Capitolium. | |
| | 6. . . . . . . | 21. . . . . . | Jannæus [f] plurimas civitates capit. Cicero [g] Quintium defendit 26 anno ætatis. | |
| | 7. . . . . . . | 22. . . . . . | P. Terentius Varro, [h] vico Atace, in provincia Narbonensi nascitur, qui postea 35 annum agens, Græcas litteras cum summo studio didicit. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σαλούστιος ἐγεννήθη καλάνδαις Ὀκτωβρίαις. Chron. Pasch. pag. 146.

Τιμήσεως γενομένης ἐν Ῥώμῃ ἀπεγράφησαν Ῥωμαίων μυριάδες υξγ'. Ex Syncell. pag. 249.

Ἰανναῖος τῶν ἀποστησάντων Ἰουδαίων τὰς πόλεις ἀφανίζει. Ex eodem. pag. 235.

## NOTÆ.

diademate, et postquam Demetrium bello superasset, circa olympiadis 175 finem. Oppressus deinde est a Gabinio, cum in Ægyptum contenderet, suppetias Alexandrinis laturus. Videsis Porphyrium in Excerptis Scaligeri pag. 227. Porro Antiochus, qui in Parthos fugiendi consilium ceperat, deinde Pompeio se tradidit, Antiochi Pii filius, Antiochi Cyziceni nepos fuit. Gestum autem hoc ipsum post annos contigit non sane paucos. Vide Dionem, et Appianum in Syriacis, Justinum quoque lib. XL.

[a] Ms. Parmensis, *Plotinus, sive Potius primus*, etc.; tum absolute, *cœpisse Plotinum quemdam.* Econtrario habet, ac primo duntaxat loco tertius Palatinus, teste Schurzfleischio, *Plotius, sive Plotinus*: quod et putat ille Græculi librarii commentum. Tum Ciceronis, inquit, verba Garcia a Loaisa, ad Isodori Chronicon p. 47, ita e ms. suo castigat, *Amplius memoria teneo*, etc. Apud Suetonium autem de Clar. Rhetor. cap. 2, quem locum Hieronymus laudat, legitur, *Equidem memoria teneo.* Cæterum idem ibi grammaticus, quemadmodum in Eusebio, *L. Plotius Gallus* vocatur, qui in Fragmentis Ciceronianis etiam in Gronoviana editione, *Plautius* scribitur. Meminit ejusdem Plotii Cicero, Orat. pro Archia cap. 9: *Itaque C. Marius eximie L. Plotium dilexit, cujus ingenio putabat ea quæ gesserat, posse celebrari.* Lambinus ibi edidit *Plautium*. Ibi recte Janus Gruterus, *Idem id quidem Plautius*, ait, *sed libri, ut edidi, Plotius habent.*

[b] Non igitur Sirmione, ut recentiores nonnulli existimant, et nuper sciolus quidam Catulli editor blateravit: qui cum id confecisse se potissimum ex eo putat, quod de Municipio Catullus se dicat carm. 17 (ubi *Municipem suum* nescio quem hominem insulsum vocat), atque adeo non Verona, quæ colonia erat: næ ille quid municipium, quidve colonia apud antiquos significet, et quam sæpe promiscuo sensu apud eos sumatur, prorsus ignorat. Sed neque locus hic est ad docendum: et nimis multa sunt, quæ præter Eusebii testimonium, natum Veronæ Catullum evincunt. Cæterum rectene, an secus natalis ejus dies huic anno assignetur (siquidem nullum, quod alii suspicantur, numericis notis errorem inesse, perspicuum ex toto contextu est), dicemus inferius ad ejusdem annum *θανάσιμον*, quo loco his fortasse fiet satis, qui haud recte Eusebium rationes subduxisse, contendunt.

[c] Cepit Sulla Athenas kalendis Martiis superioris proxime anni: subinde autem victoria crudeliter abusus est, quod animo esset in Athenienses infestissimo. Vide Plutarchum in Sylla, et περὶ ἀδολεσχίας. Scaliger *Athenas* pro *Athenienses* legit.

[d] In Parmensi ms., ut et primo Palatino, *Inventa sunt hominum* CCCCLXXXIV millia.

[e] Scimus, inquit Scaliger, hoc anno Macedoniam, duce Taxile a Thracibus crudeliter divexatam, et depopulatam fuisse: et credibile est Thracas ad fines usque Phocidos pervenisse, et Templum succendisse. Nam de incenso tertium a Thracibus Pithyo fano constat ex lib. IV Præparat. Evang. 81: Τὸ μέν γε Δελφικὸν χρηστήριον τρίτον ὑπὸ Θρακῶν ἐμπρησθῆναι κατέχει λόγος, κ. τ. λ. *Fertur enim tertio Delphicum oraculum fuisse a Thracibus incensum.* Schurzfleischius ait: In quibusdam libris legitur, *Templum tertio apud Delphos incensum*, omissis vocibus, *a Thracibus*, quas tamen primus Palatinus, et Sichardina editio, agnoscunt. Pausanias Phocic. cap. 5, ubi fata hujus templi satis alioqui accurate enarrantur, non notat, post 58 olympiadem fanum istud denuo combustum, sed cap. 7 a Galatis direptum tantummodo asserit. Ad Capitolium quod attinet, ejus conflagrationem subsequenti anno alii ascribunt, L. Cornelio Scipione et C. Norbano Pisone coss., et hujus quidem anni pridie nonas Quintiles, ut prædictum sibi fuerat a quodam fanatico, contigisse narrabat Sulla. Sallustius vicesimo ante conjurationem Catilinæ anno incensum Capitolium notat, quod Cornelius quoque Tacitus lib. III, cap. 72, confirmat.

[f] Perperam in Parmensi ms. et quarto Palatino, aliisque apud Schurzfleischium libris, *L. Annæus* hic pro *Jannæus* legitur.

[g] Post duos adhuc annos Scaliger periocham hanc differt, quam porro Schurzfleischius testatur, a quatuor Palatinis mss. libris prorsus abesse; videri autem ex A. Gellio lib. XV, cap. 28, ab aliena manu, saltim non ab Eusebio hic esse infarcitam. Parmensis quo utimur ms. hic loci refert, tantumque in eo alludit, quod solos annos 25 dat Ciceroni.

[h] Iterum Schurzfleischius: Vero, inquit, similiorem putat Scaliger Horatiani interpretis veteris sententiam, qui Varronem ab Atace, flumine Narbonensi, dictum voluit. Meminit sane ejus fluminis Strabo lib. IV aliquoties. Attamen a fluminibus gentilia derivare Latini non solent.

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 8. . . . . . . | 23. . . . . . . | Vultacilius [b] Plotus Latinus rhetor, Cn. Pompeii libertus et doctor scholam Romæ aperuit. | |
| | *Ægypti XI, PTOLEMÆUS* [a] *DIONYSUS, annis* 30. | | | |
| 175 | 1. . . . . . . | 24. . . . . . . | Sylla Romam obtinuit, et [c] post biennium moritur. Roscio contra [d] Chrysogonum defenso, Cicero Athenas secedit, et inde post triennium Romam regreditur. | |
| | 2. . . . . . . | 25. . . . . . . | Pompeius gloriosissime triumphavit. Lepidus [e] publicus hostis judicatur. | |
| | 3. . . . . . . | 26. . . . . . . | T. Quintius [f] Atta, scriptor Togatarum, Romæ moritur, sepultusque via Prænestina ad milliarium secundum. | |
| | 4 . . . . . . | 27. . . . . . . | Alexandra, [g] quæ et Salina, uxor Alexandri, Jerosolymis regnavit, ex cujus ætate Judæos rerum confusio et variæ clades oppresserunt. | 1940 |
| | | *Judæorum VII, ALEXANDRA, annis* 9. | | |
| 176 | 5. . . . . . . | 1. . . . . . . | Bellum [h] gladiatorium in Campania. | |
| | 6. . . . . . . | 2. . . . . . . | . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 7. . . . . . . | 3. . . . . . . | Lucius Lucullus primus imperator appellatus est [i], victa Armenia, Mesopotamia, et Nisibi cum fratre regis capta. | |
| | 8. . . . . . . | 4. . . . . . . | Pompeius universam [j] Hiberiam subjugavit. M. Lucullus [k] de Bessis triumphavit, capta Cabyle, et Tomis, et cæteris vicinis urbibus. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου ια', ἐβασίλευσε ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ὁ νέος ΔΙΟΝΥΣΟΣ ἔτη λ'. Ex Chron. Pasch. pag. 148.

Ἰουδαίων ζ, ἐβασίλευσε Σαλήνα, ἡ καὶ ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ, ἔτη θ'. Syncell. pag. 235.

Ἀλεξάνδρα ἡ Σαλήνα... γυνὴ τοῦ Ἀλεξάνδρου τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ταῖς χρησταῖς εὐνοίαις κερδήσασα, κ. τ. λ. Syncell. pag. 235. Ἐντεῦθεν τὰ Ἰουδαίων συγκέχυται. Scaliger ex eodem.

## NOTÆ.

[a] Diximus, cum ad Dionysum ventum esset, fore A ut ex ipsiusmet Eusebii rationibus novo argumento constaret, Ptolemæum, qui præcessit, solis septem annis postquam revocatus est, regnum tenuisse : et Dionysum nihilosecius recte adhuc annum olympiadis 174 quartum referri. Nempe eo qui intermedius est, anno regnum administravit filia Cleopatra, cui suffectus dicitur Ptolemæus Alexander III, cognomento Philadelphus. Hujus quidem Eusebius non meminit, quod brevi exciderit regno : meminit vero Cicero in Agraria 1, et Wesselingius monet, ad eum referri oportere verba Trogi ex prologo lib. XXXIX, quod et Rupertus et Grævius pridem docuerant. De Dionyso autem nihil est dubium, quin ejus initia rectissime huic anno assignentur. Dodwellus sæpius laudata Dissert. de ætate scripti Agatharchidis : Concurrit, inquit, annus iste quartus olympiadis 174, cum posteriori parte anni Varroniani 673, et ad illam ipsam anni Varroniani partem rejici necesse erat, propter sex illos menses, quos dixi additilios. B Siquid ergo in Chronici Eusebiani dispositione sanum sit, hoc ita se habere verosimillimum est. Habuit ergo, ut videtur, Eusebius auctores Græcos qui Ptolemæi Dionysi introitum ad prædictum olympiadis prædictæ annum retulerint. Jam de annis, quibus regnum obtinuit, et quos alii tantum viginti novem supputant, alii exaggerant ad trigesimum usque primum, dicemus infra suo loco. Nomen ejus quod spectat, male in omnibus fere libris, et apud Scaligerum in Latino pariter et Græco *Dionysius*, et Διονύσιος scribebatur, quod emendare in *Dionysum* et Διόνυσον, nihil dubitavimus. Dictus est etiam *Auletes*, idest, *tibicen*, quod nemo ignorat. Vide S. Clementem Stromat. I.

[b] Suetonio in impressis libris dicitur *Lucius Otacilius Pilitus*, al. *Octacilius Pilutus* : pro quo Giraldus, teste Leopardo, *Pitholaus* legit, quemadmodum est apud Macrobium II Saturn. 2. Eusebiani, quos Scaliger consuluit, mss. quidam *Vultacius*, alii *Acilius* præferebant : male editi vetustiores, *Vacilius*. Verum et codex quidam Vossianus, teste Burmanno, *Voltacilius* habet, et *Pilutus* pro *Plotus*.

[c] Utique post biennium ab hoc numero, tertio scilicet anno olympiadis 175, et, quod Scaliger inficiatur, post biennium, ex quo Romæ imperium solus arripuit; id enim est quod Eusebius notat, non ex quo Capitolium deflagravit.

[d] Confer A. Gellium lib. XV cap. 28, Ciceronem quoque ipsum lib. II de Officiis cap. 14 et in Bruto cap. 90, Plutarchum, etc.

[e] Contigit eo ipso, quo Sulla mortuus est, anno : quare Scaliger immerito de prochronismo biennii Eusebium reprehendit.

[f] Idem, ut videtur, qui A. Gellio, nec semel *Caius Quintius Atta* nominatur.

[g] Hanc Josephus *Salomon* continenter vocat pro *Salina*.

[h] Satius erat, quod et Scaliger monet, post biennium bellum istud referre, M. Terentio Varrone et C. Cassio Varo coss. Vide Plutarchum in Crasso, Appian. Bell. Civ. lib. I, Florum, lib. III, Eutropium VI, Orosium V, etc.

[i] Non est, cur sexennii prochronismum Scaliger criminetur, siquidem liquet, non unius, sed plurium ann. gesta hac periocha Eusebium comprehendere, quæ disces ex Appiano in Mitridaticis, Plutarcho in Lucullo, atque aliis. Nisibin quod spectat, quam *Nesibin* Scaliger vocat, Schurzfleischius notat in primo Palat. ms. corrupte *Nisi* legi. Tum ait : *Nisibis* urbs est Mygdoniæ, ubi frater Tigranis, Armeniorum regis, Guras, captus est, referente Plutarcho in Lucullo, tom. I Opp. p. 514, ubi tamen minus recte, ἣν οἱ μὲν βάρβαροι Σίβιν, οἱ δ' Ἕλληνες Ἀντιόχειαν Μυγδονικὴν προσηγόρευον, legitur. Adde et Dionem, lib. XXXV. Eam Jovianus postea imperator, in dedecus Romani imperii maximum, Sapori, Persarum regi, reddidisse legitur apud Ammianum Marcellinum, lib. XXV, cap. 31.

[j] Maluisset Scaliger, verti abs Hieronymo *Hispaniam*, vitandæ ἀμφιβολίας gratia : quod id temporis etiam Iberia ad Pontum bello a Romanis quateretur, atque hæc ipsa paulo post a Pompeio subacta sit.

[k] Etiam Eutropius lib. VI, cap. 10, cujus abutitur auctoritate Scaliger, ad U. C. ann. *sexcentesimum*

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| 177 | 9. | 5. | Crassus [a] quoque triumphavit. | |
| | 10. | 6 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 11. | 7. | Virgilius Maro in pago, qui Andes [b] dicitur, haud procul a Mantua nascitur, Pompeio et Crasso coss. | |
| | 12. | 8. | M. Porcius Cato stoicus philosophus agnoscitur. Antiochia [c] Syriæ capta a Romanis. | |
| 178 | 13. | 9. | Creticum bellum ortum, unde Metellus Creticus. Lucus [d] Daphnensium juxta Antiochiam a Pompeio Apollini consecratur. Judæi Romanorum [e] vectigales per Pompeium facti, et pontificatum apud eos suscepit. | |
| | | [f] *HYRCANUS*, *an.* 34. | | |
| | 14. | 1. | Aristobulus et Hyrcanus filii Alexandræ, contra se de impe- | 1950 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Βεργίλιος ἐγεννήθη. Chron. Pasch. pag. 148.
Πομπήϊος ὑποφόρους ἔταξε Ῥωμαίοις Ἰουδαίους.....

Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐγχειρίσας. Ex Sync. p. 238.

## NOTÆ.

*octogesimum primum*, Bessis illatum a M. Lucullo bellum refert, ad hunc nempe ipsum, cui abs Hieronymo assignatur. Quare cum immerito Scaliger hac saltem ex parte de septennii prochronismo accusat. Attamen neque ipsa periocha unius modo anni gesta continet. In textu verbum *vicinis* deerat, quod, ipso admonente Pontaco, e nostris mss. aliisque libris suffecimus. Historiam quod attinet, plura huc Scaliger congessit, pro quibus habeto pauca istbæc e Schurzfleischio : Quidam, inquit, codices legunt, *de Vesis triumphavit. capta Cabyle.* Jornandes de regnorum successione p. 40 : *Lucullus*, ait, *primus in Thracia contra Bessos pugnans, eos qui fortitudinis fama præibant, devicit... Æmimontiosque debellans, Pulendenam, quæ nunc Philippopolis...in Romanorum redegit dominium. Similiter et capiens civitates, quæ littori Pontico inhærebant... et Tomos Istri, omniaque loca usque ad Danubium subdens, Scythis Romanorum ostendit virtutem. Cabylem* alii *Calyben* appellant, ut e Stephano cognosci potest, frequentiori illa, quem doceri debeat, litterarum transpositione. *Cabyle* Jornandis est *Philippopolis*. Strabo lib. VII, p. 320 : Ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος ἐν ᾧ πόλις Καλύβη Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. Hanc ob causam modo Philippopolis, modo Poneropolis vocata est. Plinius H. N. lib. IV, cap. 12 : *Oppidum*, inquit, *sub Rhodope Poneropolis antea, mox a conditore Philippopolis.* Clarius rem narrat e Theopompo Suidas in ΔΟΥΛΩΝ ΠΟΛΙΣ, Ἔστι δέ τις καὶ περὶ Θράκην πονηρόπολις, ἣν Φίλιππόν φασι συνοικίσαι, τοὺς ἐπὶ πονηρίᾳ διαβαλλομένους αὐθότι συναγαγόντα.

[a] Voculam *quoque* Scaliger prætermittit, qui et admonet, Crassi *orationem* potius dicendam fuisse, quam triumphum.

[b] In ms. Parmensi *Andos*. Vulgo autem creditur pagus iste, qui nunc *Pietole* nominatur; sed ex tanta vocabuli dissimilitudine, atque ex eo cum primis quod ipse sub Menalcæ nomine Virgilius, prædia sua dolens a militibus colonis direpta, ea dicat exstitisse, *qua se subducere colles incipiunt* : perquam erudite ac feliciter conjecit noster march. Scipio Maffeius, aliud fuisse poetæ natale solum. Atque hoc quidem in pago quodam exiguo juxta Veronensis agri confinia (quo nimirum loco desinunt montes esse), in Cauriana, ut vocant, constituit : qui jamdiu olim et nunc proprio vocabulo *Bande* appellatur. Videsis librum primum de Scriptoribus Veronensibus c. 1.

[c] Parmensis ms. atque editi vetustiores quidam libri præferunt, *Antiochia et Syria captæ a Romanis*, etc. Scaliger prochronismum triennii in auctore nostro culpat, quod constet, potitum esse Pompeium Antiochia cum tota Syria, victo Tigrane, anno eo desinente, qui proxime antecessit consulatum M. Tullii Ciceronis et C. Antonii. Vereor itaque, ne quadriennii potius prochronismus iste dicendus sit. Cæterum in provinciæ formam redacta est Syria 250 Seleucidarum anno, qui cum U. C. anno 691 concurrit. Vide Simsonium ad annum mundi 3942.

[d] Novo scilicet ritu, et propria Pompeius religione consecrarit : neque enim dubium, fuisse antea ab Antiocho Epiphane lucum eidem numini dedicatum, quod ex Justino lib. XV, et, quem Scaliger quoque laudat, Ammiano Marcellino compertum est. Meminit hujus loci auctor lib. II Machabæorum cap. IV. Strabo lib. XVI : *Daphne*, inquit, *mediocris vicus et lucus ingens atque opacus, fontanis aquis irriguus, in cujus medio est asylum, et templum Apollinis ac Dianæ.* Adde his Chrysostomum in homiliis de S. Babyla, ut plerosque alios omittam. Hieronymus videtur Scaligero, ex Eutropio accepisse lib. VI, cap. 14 : *Antiochensibus* (Pompeius) *obsides reddidit : aliquantum agrorum Daphnensibus dedit, quo lucus ibi spatiosior fieret, delectatus amœnitate loci, et aquarum abundantia. Inde ad Judæam transgressus Jerosolymam, caput gentis, tertio mense cepit*, etc. Sextus Rufus eidem Scaligero laudatus, postquam Jerosolymam expugnasset, venisse Daphnem Pompeium tradit, *Judæa capta, Jerosolymam obtinuit : cum Persis fœdus icit : rediens apud Antiochiam Daphnensem lucum, delectatus laci* (pro *loci*) *amœnitate, et aquarum abundantia, addito nemore consecravit.* Ut ut habuerit se res, solidæ ferme olympiadis prochronismo Hieronymianæ rationes laborant.

[e] Eadem habet infra quinto ab hoc anno, ad quem sane verius hæc spectant. Dicemus et nos plura ibi. Ms. Parmensis, *Judæi Romanorum novi vectigales facti*, etc., Pompeii nomine dissimulato, addito autem *novi*, quæ φῆσις nescio quid plus confert historiæ. Quod ait Hieronymus in cap. Matthæi XVII (neque enim hoc ipsum dissimulandum est, quod Scaliger exagitat) : *Post Augustum Cæsarem Judæa facta est tributaria, et omnes censi capite ferebantur. Unde et Joseph cum Maria professus* (al. *profectus*) *est in Bethleem*, ita accipiendum, ut gravius Judææ post Augustum tributum impositum dicat, cum minime tamen neget antea vectigalem, et capitis censum addictam sub Augusto, ipso Josephi et Mariæ exemplo consentiat.

[f] Scaliger ait : Qui annus finis regni Alexandræ fuit, idem et initium regni Hyrcani. Quare hic annus recte congruit ejus initio. Sed postquam tres menses rerum potitus esset, de possessione dejectus est a fratre Aristobulo, qui regnum invasit, usque ad capta Jerosolyma num. 1954. Et tunc, eo a Romanis

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | | rio dimicantes, occasionem præbuere Romanis, ut Judæam invaderent. Itaque Pompeius Jerosolymam veniens, capta urbe, et templo reserato, usque ad Sancta sanctorum accedit, Aristobulum vinctum secum adducit, pontificatum confirmat Hyrcano, deinde Antipatrum Herodis Ascalonitæ filium procuratorem Palæstinæ facit. | |
| | 15. | 2. | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 16. | 3. | Libya per testamentum [a] Appionis regis Romanis relicta. Horatius Flaccus, satiricus et lyricus poeta, Libertino patre [b] Venusii nascitur. | |
| 179 | 17. | 4. | Apollodorus Pergamenus, Græcus orator, præceptor Callidii et Augusti, clarus habetur. Pompeius, captis Jerosolymis, [c] tributarios Judæos facit. | |
| | 18. | 5. | Ea quæ de Catilina, Cethego, Lentulo, consule Cicerone, Sallustius scribit [d], hoc gesta sunt tempore. | |
| | 19. | 6. | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 20. | 7. | Cicero [e] in exsilio annum facit, honorifice susceptus a Plantio. Pompeius [f] Imperator appellatus. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Πομπήϊος... ἐπελθὼν πολιορκεῖ μὰν (*sic*) τὰ Ἱεροσόλυμα μέχρι τῶν ἀδύτων, τουτέστι τῶν ἁγίων τοῦ ἱεροῦ πρόεισι..., Ἀριστόβουλον ἅμα τοῖς τέκνοις δέσμιον ποιεῖ Ῥωμαίοις... Ὑρκανῷ τὴν ἀρχιερωσύνην... παραδίδωσι, καὶ Ἀντίπατρόν τινα Ἀσκαλωνίτην τῆς Παλαιστίνης ἐπιμελητὴν καθιστᾷ. Chron. Pasch. pag. 148.

Πομπήϊος... ἑλὼν τὰ Ἱεροσόλυμα... τὸ πᾶν ἔθνος Ἰουδαίων ὑπόφορον Ῥωμαίοις κατεστήσατο. Chron. Pasch. ib.

Κικέρων Κατιλίναν, καὶ Κέθηγον, καὶ Λέντουλον, κ. τ. λ. Syncell. pag. 238.

Κικέρων... ἀπὸ ἐξορίας μετεβλήθη διὰ μηνῶν ϛ΄. Chronic. Pasch. pag. 148.

Πομπήϊος... αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη. Idem ibidem et Syncell. pag. 238.

## NOTÆ.

depulso, Hyrcanus in regnum restitutus est. Quare prius ponendum erat triennium cum semisse, quod regnavit Aristobulus, initio sumpto a num. 1950; deinde initium Hyrcani statuendum in num. 1954. Videsis Josephum lib. XIII cap. ult. et XIV cap. 1, et de Bello lib. I cap. 4.

[a] Hallucinationem de duplici Apione, altero Cyrenarum, altero Libyæ rege, quam superius cavimus, Scaliger hic denuo probare lectoribus suis nititur. Non est autem cur illa iterum refutanda immoremur, si quæ ejus demum hallucinationis causa fuerit, deprehendimus. Ptolomæus Apio Lathuri frater nothus, qui Cyrenis regnabat, moriens circa initium olymp. 171, ut suo loco ex Julii Obsequentis testimonio monuimus, populum Romanum testamento reliquit hæredem. Diu post, sive post annos ferme triginta, atque hoc nimirum tempore, quod Eusebius notat, Ptolemæus alter, sive Alexand. III, qui Tyrum profugerat, brevi moriens, ejus cui præfuerat Ægyptii regni populum Romanum hæredem scripsit. Atque hic esse videtur, quem Eusebius Ptolemæum Apionem appellat, et Libyam Romanis tradit per testamentum reliquisse. Hinc certe error de duplici Apione ortum habuit, in quem post Sigonium lapsus est Scaliger. Cæterum et in textu male hic *Romanorum* pro *Romanis* legit. Ad hæc Schurzfleischius: Apionem, inquit, omnes libri per *p* geminum scribunt Appionem. ΑΠΙΩΝΑ Græcos semper scribere, non recte affirmat Scaliger. Contrarium enim patet e Procopio l. I cap. 8 Περσικῶν, Theophane Chronogr. p. 127, Malala Chronogr. part. II, p. 132, aliis. Idem nomen Ægyptiacum esse patat, ab *Api* Deo derivatum. Neque caret ingenio hæc cogitatio. Eadem enim forma Σεράπιων a *Serapi* deducitur. Vocis nihilominus *Appion* scripturam librorum manu exaratorum auctoritate defendere possumus. Ita ab *Appius* formabitur *Appio*, ut a *Marcus Marcion*, a *Paullus Pollio*, a *Moschus Moschion*, ab *Ammonius Ammonio*.

[b] Legit Scaliger *Venusi*, minus recte. Confer poetæ ipsius lib. VI carm. 21 et lib. I serm. 6; Suetonium quoque, unde hæc hausit Hieronymus, ut et quæ subsequuntur de Apollodoro Pergameno.

[c] Convenit apprime tempus, atque historiæ veritas: quamquam non omnem, sed magnam tamen Judææ partem tunc vectigalem a Pompeio factam

A existimamus. Hac certe ratione tum secum ipse Hieronymus, cum aliorum Veterum sententiæ venire in concordiam possunt. Nam quod negant recentiores quidam, redactam tunc fuisse Judæam in provinciæ formam, luculentissimo testimonio affirmat Cic. Orat. pro Flacco c. 28, ubi de Judæis: *Nunc vero*, inquit, *hoc magis, quod illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostendit armis: quam chara Diis immortalibus esset, docuit quod est victa, quod* ELOCATA, *quod serrata*. Elocatam dicit, quod ad provinciarum instar a censoribus elocata sit publicanis, qui tributa redimebant. Paria habet Josephus Antiq. lib. XIV cap. 4, et lib. I de Bello cap. 7, ubi et Σχάνουρον impositum Judææ rectorem nominat. Denique Ammian. Marcellinus lib. XV, c. 8: *Pompeius Judæis domitis, et Jerosolymis captis, in provinciæ speciem, Rectori delata jurisdictione, formavit.*

[d] Interserunt Parmensis ms. et Scaliger Livii nomen, *Sallustius scribit et Livius hoc*, etc.

[e] Peccat, quod et Scaligero notatum est, triennii

B prochronismo, siquidem L. Calpurnio Pisone et A. Gabinio coss. actus est in exsilium Cicero. Vide ejus vitam a Francisco Fabricio accurate descriptam.

[f] Bene, siquid alias, in hunc locum commentatus est Scaliger, Imperator, inquiens, non potuit appellari, nisi in exercitu. Notus mos etiam tyronibus historiæ Romanæ. At tunc Pompeius erat in Urbe. Aliud habebat in animo Eusebius, cui, ut homini Græco, condonandum si quid peccat in Romanis rebus. Habet, inquam, in animo Pompeium salutatum Magnum a Sulla in triumpho quem primum de Hiarba Numidarum rege egit. Vide num. 1937. Itaque peccatur primo hallucinatione, deinde metachronismo annorum 19. Sed Epitome Liv. CIII, in triumpho de Mithridate Magnum salutatum fuisse dicit: *Cn. Pompeius de liberis Mithridatis, Tigrane, et Tigranis filio triumphavit, Magnusque a tota concione salutatus est.* Hoc contigit numero 1955. Erit sic etiam metachronismus, sed unius anni. Quare sine

C dubio pro *magno*, *imperatorem* posuit. Itaque dicendum erat, Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς Μέγας προσηγορεύθη, non autem Πομπήϊος ὁ μέγας, Ῥωμαίων στρατηγὸς, αὐτοκράτωρ προσηγορεύθη. In Pompeii denariis: CN. MAGNUS IMP.; item diversis temporibus: MAG. IMP. ITERUM. Apud Cæsarem,

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| 180 | 21. . . . . . | 8. . . . . . | Cæsar Lusitaniam, et quasdam insulas in Oceano capit. | |
| | 22. . . . . . | 9. . . . . . | Messalla Corvinus orator nascitur, et Titus Livius Patavinus scriptor historicus. | |
| | 23. . . . . . | 10. . . . . . | Virgilius Cremonæ studiis eruditur. | |
| | 24. . . . . . | 11. . . . . . | Catullus [b] 30 ætatis suæ anno Romæ moritur. | 1960 |
| | | | M. Callidius [c] orator clarus habetur, qui bello postea civili Cæsareanas partes secutus, cum Togatam Galliam regeret, Placentiæ obiit. | |
| 181 | 25. . . . . . | 12. . . . . . | Cæsar Rhenum transiens, Germanos vastat. | |
| | 26. . . . . . | 13. . . . . . | Crassus consul [d] cum filio suo apud Carras captus. | |
| | 27. . . . . . | 14. . . . . . | Ventidius, primus [e] Romanorum, Parthos superat. | |
| | 28. . . . . . | 15. . . . . . | Curio promptus et popularis orator Romæ habetur insignis; qui deinceps in Africa, pudore amissi exercitus, mori maluit quam evadere. | |
| | | | Virgilius, sumpta toga, Mediolanum transgreditur, et post breve tempus Romam pergit. | |
| 182 | 29. . . . . . | 16. . . . . . | Simulacrum Olympiaci Jovis tactum fulmine. | |
| | 30. . . . . . | 17. . . . . . | Cæsar Germanos et Gallos [f] capit. | |
| | *Ægypti CLEOPATRA,* [a] *an. 22.* | | | |
| | 1. . . . . . | 18. . . . . . | Principium belli civilis Cæsaris et Pompeii. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αἰγύπτου ἐβασίλευσε ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ἔτη κβʹ. Chronic. Pasch. pag. 149.

Ἰούλιος Καῖσαρ Λυσιτανίαν... καὶ τινας περὶ Ὠκεανὸν νήσους κατεστρέψατο. Syncell. pag. 240.

Γάϊος Καῖσαρ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν διαβὰς, Γερμάνους... ἐχειρώσατο. Idem. ibid.

Τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ ἄγαλμα ἐκεραυνώθη. Sync. p. 240.

Καῖσαρ Γερμανοὺς καὶ Γάλλους ἐχειρώσατο. Ex eodem ibid.

Γάϊος Καῖσαρ πρὸς Πομπήϊον ἐπολέμησεν. Idem ibid.

## NOTÆ.

III Commentario belli civilis, ita legimus: *Pompeius eo prælio imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit, atque ita se postea salutari passus est. Sed neque in litteris quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia laureæ intulit.* Hæc qui legit ita interpretatur, tamquam numquam antea imperator appellatus fuisset; nam quomodo aliter verba Cæsaris accipere possimus non video. Numismata aliud testantur; sed aliud est salutari imperatorem, aliud scribi in litteris, et in nummis cudi. Idque ita solvendum esse non dubito.

[a] Non isto, sed superiori proxime anno Cleopatram cum fratribus imperio successisse, tradunt Clemens Alexandrin. Stromat. I, et Porphyrius, quos et nonnulli e recentioribus magni nominis chronologi sequuntur. Hi nimirum, qui non nisi annos viginti novem Ptolemæo Dionyso, sive Auleti assignant; quare et nos ea de re dicere huc distulimus, quod a mortis Dionysi certa epocha Cleopatræ initia dependeant. Porro autem ad Eusebii rationes, qui triginta ei annos tribuit, maximi momenti est Cœlii testimonium in Epist. ad Ciceronem libro VIII quarta, scribentis: *Nuntiatum nobis, et pro certo jam habetur, regem Alexandrum mortuum.* Nec enim dubium quin de Dionyso dicat, et quin scripta epistola hæc sit anno Urbis Varroniano 703, postquam consul creatus esset C. Marcellus, et adhuc designatus, et kalendis quidem Sextilibus, in sequentem annum consul Æmilius Paulus. Adeo hocce anno, qui secundus est olympiadis 182, et in dictum Varronianum incurrit, Dionysus decesserit: id plane ipsum quod Eusebius ponit. Jam ne pugnet cum Porphyrii numero, rationem excogitavit Dodwellus sæpius laudata Dissert. de ætate Scripti Agatharchidis, significans ejus, qui Dionysum præcessit, principis damnati primum annum, postquam ille actus est in exsilium, ad Dionysi rationes accessisse. Sed minime probari hoc posse nobis, intelliges ex his quæ disputata sunt ad eum locum. Melius sane conveniet, si a Cleopatræ initio exceptum annum illum, aut anni partem a Porphyrio, et qui eum secuti sunt aliis dicamus; idque eo propius ad verum, quod hanc solidos viginti duos in regno explevisse, alii ex antiquis negent. Monebimus hac de re iterum fortasse inferius.

[b] Recte id quidem suam juxta hypothesim Hieronymus; rem enim plane incredibilem proponunt, qui de corruptis hic numeris dubitant, ac porro dubitare nos jubent. Certissima isthæc sive Eusebii, sive Hieronymi ratio et mens fuit: Catullum natum secundo olympiadis 173 anno, cum ætatis trigesimum ageret, atque adeo ultimo olympiadis 180, vivere desiisse. Vera autem, nec ne dicant, disputandum. Equidem nemo unus, quantum scio, est qui ab auctoris nostri stet partibus; quin volunt vulgo omnes, diu post trigesimum annum egisse poetam inter vivos. Inventus est etiam qui, hoc ut obtineat, priorem quoque terminum, sive natalem diem, duarum ferme olympiadum spatio anteverlit. Cui nos quidem meliorem mentem precamur; neque enim causa ulla erat cur commentum hoc suum veterum auctoritati opponeret; atque ea sane inepta, quam prætendit, si calculis Eusebii stemus, Catulum petiisse Bithyniam anno ætatis 14, quam ætatem dicit ineptissimam ad onus quod gerebat, prætore Memmio. Aliorum probabilitate non caret sententia qui θανάσιμον dumtaxat annum poetæ in posteriora his tempora detrudunt; qui licet in annorum, quibus superstes ille fuerit, numero dissentiant nonnihil inter se, sua tamen argumenta æque omnes ex Gifanio et Scaligero cumprimis delibarunt. Hic vero etiam post Cæsaris cædem vixisse Catullum contendebat, et ludos Augusti sæculares spectasse, C. Furnio, P. Junio Sillano coss. num. 2001, cum annum ætatis 71 ageret. Sed cum hoc ex carmine, ut vocat sæculari,

Dianæ sumus in fide,

colligat, labido nititur fundamento; nam neque sæ-

[c] Cum *l* simplici Parmensis ms. et Scaliger legunt, quæ et receptior scriptura est.

[d] Contigit biennio post. Vide Plutarchum, Appianum, Velleium, Florum, Orosium, etc.

[e] Pertinet vero hæc victoria, quod et Scaliger notat, infra ad secundum olympiadis 185 annum. Consule Appianum in Parthicis, et laudatos modo auctores. Pagius Pacori cædem, qui Orodis, regis Parthorum, filius erat, ad annum insequentem refert, quod et verius videtur.

[f] Rectius in Parmensi ms. *vicit* pro *capit*. Historiam repete ex Cæsaris Comment. VI.

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | 2. | 19. | Diodorus [a] Siculus Græcæ scriptor historiæ, clarus habetur. FINIS REIPUBLICÆ, principiumque Romani imperii. [b] Caius Julius Cæsar primus apud Romanos singulare obtinuit imperium, a quo Cæsares Romanorum principes appellati. | |
| | | | *Romanorum primus C. JULIUS CÆSAR, an. 4, menses* [c] 7. | |
| | | | Ab [d] hoc loco Antiocheni sua tempora computant. | |
| 183 | 3. | 20. | 1 Pompeius [e] prælio victus, et fugiens, a spadonibus Alexandrini regis occiditur. | |
| | | | Marcus [f] Cœlius prætor, et T. Annius Milo exsul, oppressi, res novas in Thuriano, Brutioque agro simul molientes. | |
| | 4. | 21. | 2 Ptolemæi cadaver cum lorica aurea in Nilo inventum. | 1970 |
| | | | Cæsar in Ægypto regnum Cleopatræ confirmat ob stupri gratiam. | |
| | 5. | 22. | 3 Romæ Basilica Julia [g] dedicata. | |
| | | | Decretum senatus, [h] et Atheniensium ad Judæos mittitur, qui per legationem amicitiam postularant. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ πρῶτος Ῥωμαίων ἡρέθη μονάρχης βασιλεύς, ἀφ' οὗ... οἱ μετ' αὐτὸν Καίσαρες προσηγορεύθησαν. Chron. Pasch. pag. 150.

Ῥωμαίων μόναρχος ΓΑΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ἐκράτησεν ἔτη δ, μῆνας ζ. Ex eodem, pag. 149.

Ἐντεῦθεν Ἀντιοχεῖς τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἀριθμοῦσιν. Idem pag. 150.

Πομπήϊος... ἀναιρεῖται ὑπὸ τοῦ Πτολεμαίου. Ex Syncell. pag. 240.

Καῖσαρ βεβαιοῖ τῇ Κλεοπάτρᾳ μόνῃ τὴν ἀρχὴν Αἰγύπτου διὰ τὸν πρὸς αὐτήν, ὥς φασιν, ἔρωτα. Idem ibidem.

Ἰουδαίοις πρεσβευσαμένοις... δόγμα συγκλήτου καὶ Ἀθηναίων ψήφισμα περὶ φιλίας ἐξεπέμφθη. Id. p. 243.

## NOTÆ.

*culare* carmen illud est, ut probe notat Theodorus Marcillius, neque ad Augusti tempora resque gestas omnino pertinet. Alterum itaque alii argumentum urgent ex carmine 111, ubi secundum Pompeii consulatum poeta memorat :

Pompeio facto consule nunc iterum.

Hic scilicet consulatus in anno ab Urbe condita 699 incurrit, qui subsequentis olympiadis 181 secundus est. Inde evincitur, post biennio saltem advixisse Catullum, quam hic dicitur obiisse. Fortasse tamen componi hoc cum Eusebii testimonio potest, causaque vel in fere obvium ejusmodi anachronismum, vel in discrimen Palilium refundi. Restat tertium, quod et sibi palmarium ducunt argumentum ex carm. 52, ubi Vatinii consulatus nominatur :

Per consulatum pejerat Vatinius.

P. nempe Vatinius, Q. Fusii Caleni collega in consulatu fuit, anno Urbis 707, qui est olympiadis 183 secundus. Adeo nedum trigesimo ætatis mortuus non est Catullus, vivebat jam quadragesimum prætergressus, cum ea scriberet. His quid reponas? Ego, veniam deprecatus, si quid contra receptum vulgo sensum pro Eusebio meo audeo, fieri potuisse autumo, non quam jam obtinuisset Vatinius dignitatem, sed quam diu antea ambiret, a Catullo hic notari. Et sensus sit, eo processisse audaciæ Vatinium, ut consulatum ambitiose peteret, sive etiam ariolando jurarit, futurum se consulem, quem magistratum tunc temporis non sit assecutus, atque in eo quod juraverit per consulatum, pejeraverit. Egregie enimvero M. Tullius libro III Officior. : *Non enim*, inquit, *falsum jurare, pejerare est ; sed quod ex animi tui sententia juraveris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est*. Hanc certe interpretationem si ferunt Catulli verba, nihil erunt quæ hactenus docti viri Eusebio et Hieronymo objecerunt.

[a] Addit Parmensis ms.: *Alias*, *Dionysius*, quod nomen unice pro *Diodoro* primus Palatin., teste Schurzfleischio, servat. Scaliger Diodori mentionem statuendam fuisse contendit anno tertio superioris olympiadis 180, quo tempore Cæsar bellum cum Gallis inivit ; ipse enim historicus paulo ante finem procemii scribit, principio ejus belli se historiam suam terminasse. Vide Fabricium, si lubet, Bibliothec. Græc. lib. III, cap. 31.

[b] Præponunt quidam mss. ex his etiam quos Scaliger vidit, isthæc de glossatoris ingenio : *Ex hoc loco continua Romanis nascuntur imperia, in diem vitæ Principalis, et regnat apud Romanos primus omnium Caius Julius Cæsar*, *qui primus*, etc. Etiam pro *obtinuit*, in Parmensi ms. et Scaligeri editione rectius est *arripuit*.

[c] Menses tantummodo sex numerant tum aliquot apud Pontacum mss., tum qui hæc olim κατὰ λέξιν descripsit, Prosper in Chronico.

[d] Abest a Parmensi ms. hæc pericopa. De ipsa autem Antiochensium æra, notatum ante nos doctis viris, quod ab urbis recepta libertate supputetur : unde et χρηματισμὸς τῆς Ἀντιοχείας, et anni χρηματιζούσης τῆς πόλεως vocantur. Incipit ab autumno an. period. Julian. 4605, cyclo solis 17, lunæ 10, indict. 15 ; Eusebio, Evagrio, auctori Chronici Alexandrini, Cedreno, et Nicephoro in usu est.

[e] Hæc illi, quæ proxime præcessit, pericopa in Scaligerana editione ordine præfertur. Alexandrinum regem quem memorat Eusebius, Pothinum alterum puta, filium Dionysi, sive Auletæ, et vide Strabonem lib. XVII.

[f] In Parmensi ms. *Cæcilius* hic vocatur, et T. prænomen Annio aufertur. Mox in primo Palatino testatur Schurzfleischius legi, *in Tyriano Brutio agro molientes :* de cujus loci emendatione consuli jubet Abrah. Ortelium Thesauro Geographic. voce *Tirianus*. Sed et Scaligero emendatum probe erat *in Thuriano*, *Brutioque agro*, quam lectionem mss. quoque exemplarium auctoritate comprobavit, et nos restituimus pro manifeste mendosa Pontaci *in Thiriano Brixioque*. Notum oppidum *Thurii*, quod et *Thuriæ* et *Thurium* appellatum est, itemque olim Sybaris, in Lucania ad Brutiorum agri confinia. Ut vero de hisce locis sermonem esse non dubites, facit historia ipsa. Cæsar Com. III Civil. cap. 22 : *Cælius*, inquit, *pervenit Thurios ;* et Velleius II, c. 68 : *Milo circa Thurios oppressus est*.

[g] Julius Cæsar et ædem Romæ habuit, et basilicam in Foro Romano. De Basilica Suetonius in Caligula cap. 37 : *Nummos non mediocris summæ e fastigio basilicæ Julii, per aliquot dies sparsit in plebem*. Ædes sacra erat : basilica profana, in qua centumvirales causæ agebantur. Vid. Quintil. lib. XII, Plinium Epistolar. lib. V epist. ultima.

[h] Facile adducor ut credam, imposuisse Eusebio Josephum Antiquit. lib. XIV, cap. 9, ut ad Hyrcanum hunc secundum decreta isthæc referret, quæ ad seniorem, sive primum, ante annos ferme nonaginta spectant, sive illa fuerit Josephi ipsiusmet hallucinatio, sive amanuensis aliud exsequentis, et Hyrcano-

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | 6. | 23. | 4 Cleopatra [a] regio comitatu Urbem ingressa. | |
| | | | Prohibitæ lecticis, margaritisque uti, quæ nec viros, nec liberos haberent, et minores essent annis 44. | |
| 184 | 7. | 24. | 5 Nigidius [b] Figulus pythagoricus et magus in exsilio moritur. | |
| | | | Antonius decernit Quintilem mensem, Julium debere dici : quia in eo fuisset natus Julius Cæsar. | |
| | | | Cassius, Judæa capta, [c] templum spoliat. | |
| | | | Idibus Martiis, C. Julius Cæsar in Curia [d] occiditur, et fasces statim suscepit Publius Dolabella. | |
| | | | Caii Cæsaris corpus in rostris, ob honorem, concrematum. | |
| | | | Servius [e] Sulpitius jureconsultus, et Publius Servilius Isauricus, publico funere elati. | |
| | | | Romæ tres [f] simul soles exorti paulatim in eumdem orbem coierunt. | |
| | | | Inter cætera portenta, quæ toto orbe facta sunt, bos in suburbano Romæ ad arantem locutus est, frustra se urgeri : non enim frumenta, sed homines brevi defuturos. | |
| | | | *Romanorum II, regnavit OCTAVIANUS CÆSAR Augustus, an. 56,* [g] *menses* 6. (*A quo Augusti Romanorum reges appellati.*) | |
| | 8. | 25. | 1 Antonius adversum Cæsarem Augustum bellum movet. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀντόνιος τὸν ἕβδομον παρὰ Ῥωμαίοις μῆνα Κυντίλλιον καλούμενον, Ἰούλιον μετονομασθῆναι ἐψηφίσατο διὰ τὸ αὐτὸν γεννηθῆναι ἐν αὐτῷ. Syncell. pag. 241.

Γάϊος Ἰούλιος Καῖσαρ... ἐσφάγη. Chronic. Pasch. pag. 151.

Δεύτερος Ῥωμαίων μόναρχος ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ὈΚΤΑΟΥΙΟΣ... ἐβασίλευσεν ἔτη νϛ', μῆνας ϛ'. Ex Syncell. pag. 243, et Chron. Pasch. pag. 152.

Ἀπὸ τούτου Σεβαστοὶ καὶ Αὔγουστοι οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἀνηγορεύθησαν. Chronic. Pasch. ibid.

## NOTÆ.

rum homonymia decepti. Monuerunt hac de re pridem summi chronologi Petavius de Doctrina tempor. part. II, Usserius in Annalibus pag. 119, 271 et 365, Dodwellus de Cycl. Calyp. pag. 81 et 83, Prideaux Hist. Judæor. lib. IV, part. II, quos, ut consulas, auctor sum. Laudandus equidem ante omnes erat Scaliger, cui primum error Josephi suboluit ; sed ille dum pro ingenio suo exaggerat, ac porro omnia incerta esse pronuntiat, alia ex parte, nec levius peccat. Non sane dubitat de alterutrius germanitate decreti nuperus Josephi editor Hudsonus, quin immo conciliare id studet ex Sam. Petiti conjectura in Eclog. Chronol. quod senatusconsultum idibus Decembribus, Atheniensium vero psephisma mensis panem (F. ποσειδεῶνος) desinentis die quinto, sive Junio Juliano, ascribatur : utraque autem scripta fuisse anno pontificatus Hyrcani nono concludit. Adito Salvianum ad an. mundi 4007, paragraph. 36 et seq. In editionis Pontacenæ texto copula *et* deerat, sensuque adeo alio, et falso, solum *Decretum senatus Atheniensium* memorabatur. Sed et in Parmensi ms. et primo Palatino vocula illa desideratur.

[a] Atque hic castigandus Scaliger, qui ex Eutropio hæc Hieronymum accepisse pronuntiat : concluditque ex eo peccatum dupliciter a S. Doctore, primum quod hæc essent in eodem anno in continenti ponenda, quo referuntur ab Eutropio, qui hoc gestum cum morte Ptolemæi regis fratris Cleopatræ conjungit : alterum quod urbem, quam *regio comitatu* Cleopatra dicitur *ingressa*, intellexerit Romam pro Alexandria, quæ *urbs* ipsa etiam κατ' ἐξοχὴν dicta est. Neutrum enimvero S. Pater admisit : nam tantum abest, quod criminationis caput est, ab Eutropio hæc eum accepisse, ut neque par sit credere Eutropium hujus gesti omnino meminisse. Est quidem lacinia illa, *quæ* (Cleopatra) *postea regio comitatu urbem ingressa est*, in nonnullis sequioris notæ mss. aliisque editis ejus Breviarii libris, quas P. Diaconi additionibus interpolarunt librarii ; sed in aliis plerisque omnibus, atque iis magno numero, integris, germanisque, tum nupera ipsa editione Lugduni Batavorum anni 1729 penitus ignoratur. Nec sane post eorum codicum auctoritatem, dubium esse debet, quin fuerint verba illa ex Hieronymiano hocce loco illis Eutropii exemplaribus incrustata, quæ P. Diaconus interpolavit. Non itaque potuit Hieronymus ab Eutropii rationibus, quæ nullæ fuerunt hac in re, discedere : qui nec discessisset, si (quod minime tamen admitto) vera illa essent Eutropii verba : nam et *postea* dicitur ibi, non eodem anno, nec determinata quapiam temporis notatione, ingressa Urbem Cleopatra. Porro nec potuit Romam eo nomine intellexisse Hieronymus, qui suo hæc sensu refert, non alienis verbis : nec nisi injuria credi potest, ignorasse Alexandriam quoque per antonomasiam *urbem* appellatam, id quod postmodum Stephanus annotavit, et Eustathius ad Iliad. B et Od. A, et ad Dionysium Perieget. vers. 254, ut alios omittam. Ad textum quod pertinet, male in Parmensi et quatuor Palat. mss. hæc subsequenti periochæ uno sensu jungitur, *ingressa prohibita est*, etc. ; mox quoque contra ms. iidem Scaliger, *annis quinquaginta quinque* habet pro *quadraginta quinque*.

[b] Ascribit superiori proxime anno Scaliger : qui et laudat de Nigidio Procemium Ciceroniani libri de Universitate, et epist. 13 lib. IV ante tres annos a Cicerone ad eum missam, cum in exsilio ageret. Ad Rutgersium Varr. Lect. III, 16.

[c] Josephus Scaligero laudatus, Antiq. lib. XIV, c. 11, nihil ejusmodi de capta Judæa, temploque spoliato habet, tantumque ait Cassium *maxime Judæam afflixisse, exactis ab ea septingentis* (al. *octingentis*) *argenti talentis*. Atque id ipsum post Cæsaris cædem narrat contigisse : cui ego sententiæ malim accedere, ipsumque putare Eusebium ita recensuisse, sed factum librariorum oscitantia, ut hæc illi periochæ præponerentur.

[d] In aliquot suis mss. invenit Scaliger scriptum, *in Curia erui*, aut *erni*, pro quo legendum putat *in Curia Cnei*. Nihil simile nostri mss. habent.

[e] Huc refer totam Philippicam Ciceronis nonam, brevem illam quidem, ut ait Scaliger, sed divinam. In nonnullis mss. *Sergius*, pro *Servius* dicitur. Obiit vero hic post Servilium anno sequenti A. Hirtio, et C. Vibio Pansa coss. Hieronymus tempora historiæ, non annos sæpius, ut professus est, spectat.

[f] Deerat in Pontacena editione τὸ *simul*, quod habent libri alii editi, et mss. Pro *coierunt*, Scaliger *coaluerunt* legit. De hoc porro et subsequenti prodigio videsis Obsequentem, in eumque doctorum hominum notas.

[g] Non addunt menses istos sex aut Syncellus, qui

| Olymp | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | | Laberius, mimorum scriptor, decimo mense post Cæsaris interitum, Puteolis moritur. | |
| | | | Publius mimographus, natione Syrus, Romæ scenam tenet. | |
| | | | Cicero in [a] Phormiano suo ab Herennio et Popilio occiditur, 64 ætatis suæ anno. | |
| | | | Ciceronis caput cum manu dextra pro Rostris positum, juxtaque coronata imago Popilii militis, qui eum occiderat. | |
| 9 | | 26 | 2 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| 10 | | 27 | 3 Ovidius Naso [b] nascitur in Pelignis. | |
| | | | Caius Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento [c] legaret, quam ut quarta pars hæredibus superesset, *si quatuor, aut minus essent. Si autem plus quatuor, medietas eo tenore, ut sive liberis, sive propinquis idem exteris pater sua legaret, illa pars quam Falcidius constituit, nisi pater interdixerit, et legatis fruentibus, et eisdem carentibus æquanimiter partiretur.* | |
| | | | Curtius Salassus in insula [d] Arada, cum quatuor cohortibus vivus combustus est, quod tributa gravius exigeret. | |
| | | | Vibium Maximum [e] designatum quæstorem agnovit dominus suus, et abduxit. | |
| | | | E taberna meritoria trans Tiberim, oleum terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione, significans Christi gratiam ex gentibus [f]. | |
| | | | Antonium [g] superat Augustus, et interveniente senatu, in amicitiam cum eo regreditur. | |
| | | | Cornificius [h] poeta a militibus desertus interiit, quos sæpe fugientes galeatos lepores appellat. Hujus soror Cornificia, cujus insignia exstant epigrammata. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κικέρων ὁ ῥήτωρ... ἐν Γαΐταις ἀνῃρέθη τῆς Ἰταλίας. Syncell. pag. 243.

Νόμος ὑπὸ τοῦ Πουβλίου Φαλκιδίου δημαρχοῦντος ἐτέθη, ὥστε τινα τὸ τέταρτον τῆς καταλειφθείσης οὐσίας, ἄν γε μὴ βαρύνηται, λαβόντα, τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι. Ex Scaligeri Collectaneis.

Ἀντώνιον... νικήσας Αὔγουστος, εἰς φιλίαν προσδέχεται πρεσβευσαμένης τῆς συγκλήτου. Sync. p. 243.

## NOTÆ.

Græcum Eusebii, aut Prosper, qui Latinum Hieronymi, textum describunt. Adderet, necne, dubitavit ipse etiam Pontacus; nam certe Eusebius solos sex annos Canone in hoc ipso supputat. Addit tamen Chronici Alexandrini auctor.

[a] Alias *Formiano*. Ms. Parmensis perperam, tacita et copula, *ab Herennio Popilio* legit. Livius solos Ciceroni tribuit *tres et sexaginta annos*.

[b] Confer quæ Joan. Massonius scripsit de Ovidii Vita; piget enim his immorari.

[c] Parmensis, tresque alii Palatini codices *locaret*, pro *legaret*, corrupte legunt. Scaliger, cum annotasset, non C., sed P. prænomen fuisse Falcidio tribuno, illudque Plebiscitum latum sequenti anno, substitit ad verbum *superesset*, et reliquam longam laciniam, utpote ineptam atque assutam a maleferiatis hominibus, et quæ in scriptis codicibus non inveniretur, expunxit. Nos, quamquam non diffitemur, nonnulla in iis esse, quæ a placitis interpretum legis Falcidiæ abhorreant, cum sint tamen in omnibus quibus utimur mss. atque editis libris, prætermitti omnino non duximus : distinximus autem post Pontacum alio charactere. Omittit ex his primus Palatin. ms. verba, *sive liberis*, pro quibus legit Sichardus, *suis liberis:* tum Parmensis tacet *sive exteris :* Sichardus cum impressa lectione facit. Sed enim Laciniam totam Lucensis codex omittit, et est vero manifeste assuta a leguleio aliquo post Justiniani tempora, a quo primum illud constitutum est ut in liberis observaretur. Novella 18, de legitima liberorum aucta ad Falcidiam trahit. Vide Glossas Basilicas, Harmenopolum Prompt. lib. v, tit. 9, § 3, et ibid. Scoliast. itemque Scoliastem ad Theophil. lib. xi, tit. 22, Michaelem Psellum Synops. leg. vers. 295, et Francisci Balduini de hac lege diatribam.

[d] Sichardus, aliique veteres libri *Arda*, pro quo *Arado* reponendum, jamdiu est, cum docti monuerunt. Vide laudatum Scaligero Dionem lib. XLVIII.

[e] Scaliger ait : Eadem historia ejusdemque argumenti cum ea Barbarii Philippi, lib. III de Off. A præt., eodemque tempore, nempe sub triumviratu. Mihi constat non esse diversas, sed nomina tantum mutata, et quæsturam pro prætura positam. Dio lib. XLVIII : Μάξιμον γοῦν τινα ταμιεύσειν μέλλοντα ἐγνώρισέ τε ὁ δεσπότης, καὶ ἀπήγαγε. καὶ τοῦτο μὲν ἀδεὲς ἐγένετο τολμήσαντι τὴν ἀρχὴν αἰτῆσαι. Sed hoc gestum biennio post, L. Porcio Censorino, C. Calvisio Sabino coss. Itaque hic non semel anachronismi commissi.

[f] Addit Scaliger ex uno alterove ms. : *Cicero, ut quibusdam placet, in Cajetis* (al., *Caletis*, et *Zæzetis*) *interficitur :* quæ periocha cum a plerisque aliis mss. atque editis libris omnibus absit, Pontaco, utpote νοθείας suspecta, prætermissa est. Abest etiam a Parmensi codice, et Veronensi apud nos, atque aliis, quos videre licuit. Mitto quod incongruum plane sit, in hunc annum Ciceronis mortem conferri. Refert tamen illustrissimus Mansius pericopam ipsam totam : « Quam Scaliger adoptavit, recurrere in Lucensi ms., sed infimæ oræ laterali ascriptam, et B ad annum primum hujus olympiadis, cui Eusebius Ciceronis necem assignat. » Excusandæ Scaligeranæ licentiæ, an satis hoc sit, lector judicet. De nobis certe mentitur, quod inclementer Scaligerum acceperimus, ut illi videtur, non judicabit.

[g] Atque hic vides, non unius proprie anni historiam notari. Antonium superavit Augustus initio hujus olympiadis : tum ille fuga Alpes transgressus, apud Lepidum se recepit ; denique cum vires suas Augusto obtulisset contra Brutum, Cassiumque, hortantibus omnibusque militibus, in amicitiam una cum Lepido receptus est. Auctor Velleius lib. II, cap. 65. Quamquam noster ab alio auctore, qui rem paulo aliter narrarit, atque in hoc tempus, biennio, ut volunt, citius vero, contulerit, accepisse videatur. Confer Dodwellum in Annalib. Velleianis, etc. Scaliger injuria Hieronymum accusat, quod per properantiam Lepidi nomen, quod est in Græcis, præteriverit : neque enim Eusebii illa, sed Syncelli sunt.

[h] Idem ille videtur, cui mandatum a senatu bel-

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | | Templum [a] Rhodiorum depopulatus est Cassius. | |
| 185 | 11. | 28. | Secunda [b] secessio Augusti et Antonii. | |
| | | | 4 Cornelius [c] Nepos scriptor historicus clarus habetur. | |
| | 12. | 29. | 5 [d] . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 13. | 30. | 6 '. . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 14. | 31. | 7 Fornii pater [e] et filius clari oratores habentur, quorum filius consularis ante patrem moritur. | 1980 |
| 186 | 15. | 32. | 8 . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 16. | 33. | 9 Sallustius diem obiit, [f] quadriennio ante Actiacum bellum. | |
| | | | Marcus Bavius poeta, quem Virgilius [g] in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur. | |
| | 17. | 34. | 10 Antigonus [h] contra Judæos dimicans, tandem occiditur, a quo usque in præsens tempus Jerosolymitarum regnum destructum est. Siquidem Herodes post eum a Romanis constitutus est princeps alienigena, et nihil omnino pertinens ad Judæam. | |
| | | | Herodes [i] Antipatri Ascalonitæ, et matris Cypridis Arabicæ | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σαλούστιος ἀπέθανε... Chron. Pasch. pag. 151.

Ἀντίγονος τῇ Ἰουδαίων βασιλείᾳ ἐπαναστὰς, καὶ πολλὰ διαμαχησάμενος, ἀναιρεῖται, καὶ ἐνταῦθα καταλήγει τὸ τῶν Ἰουδαίων βασίλειον. Ἡρώδης δὲ αὐτῶν μετὰ ταῦτα ἡγεῖται, οὐδὲν αὐτῷ προσήκουσαν τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν παρὰ Ῥωμαίων ὑποδεξάμενος. Eusebius apud Syncell. pag. 246.

Ἡρώδης Ἀντιπάτρου τοῦ Ἀσκαλονίτου παῖς καὶ μητρὸς Κύπριδος Ἀραβίσσης οὐδὲν αὐτῷ προσήκουσαν τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἐγχειρίζεται, καθ' ὃν τῆς τοῦ Χριστοῦ γενήσεως πλησιαζούσης ἡ ἐκ προγόνων διαδοχὴ ἀρχιερωσύνη τε καὶ ἀρχὴ τῶν Ἰουδαίων κατε-

## NOTÆ.

lum est contra Bassum, tributaque paulo antea, sive an. Urbis 709, provincia Syria. Plures ad eum exstant Ciceronis Epistolæ lib. XII, quas videsis.

[a] Non Hirtio, et Pansa, ut Scaliger ponit, sed sequenti anno, M. Æmilio Lepido II et L. Munatio Planco coss. Rhodum depopulatus est Cassius. Videsis Dionem Cassium lib. XLVIII, p. 393, et cognominem Dionem Chrysostomum in Rhodia cap. 337. Recte adeo Eusebii rationes habent, aut certe biennii metachronismo, de quo eum Scaliger reprehendit, non peccat.

[b] Male Scaliger, et contra mss. fidem hanc periocham præcedenti anno ascribit, postulatque immerito Hieronymum de unius anni, quem ipsemet admiserat, prochronismo. Confer Appianum, et Suetonium in Augusto cap. 15.

[c] Hoc non habet Eusebius, sive Hieronymus, in more positum, ut tunc clarescere auctorem aliquem dicant, quando aliquod scriptum edit, id quod Scaliger factum contendit, ut hoc anno putes, Chronica sua scripsisse Cornelium Nepotem. Scilicet ut cum hujus operis mentionem faciat Catullus, hunc inferat post hæc tempora vixisse. Quid, quod non eum modo librum, sed plures alios concivis hic noster, historicus omnium ferme elegantissimus, elucubravit? neque verosimile est, etiamsi velis, ad libri alicujus editionem respexisse Eusebium, spectasse eum hic loci Chronica, quæ licet docta, Jupiter, et laboriosa, exigui tamen operis et molis erant, *tribus explicata chartis*, et ut videntur, prima ingenii ejus rudimenta. Alia sunt quæ, ingenio per ætatem magis subacto, scripta edidit, et quæ tantam auctori suo famam pepererunt, et quæ Vitæ ejus scriptores impense laudant. Certe quo hic tempore ab Eusebio memoratur, vix integro decennio a morte aberat, et fuisse eum tamen ætate supparem Catullo, fortasse etiam paulo grandiorem natu, ex ejus poetæ carmine primo colligas.

[d] Falso Scaliger, si mss. fidem spectes, eoque magis si historiæ veritatem, periocham de Antigoni nece, quæ inferius quinto ab hoc anno habetur, huc refert. Dicemus ea de re nos ibi.

[e] Ita habent mss. omnes. Scaliger *Furnii* legit, quæ levis tamen dissimilitudo est. Unus Parmensis, tresque alii Palatini mss. voces *pater et filius* prætermittunt. Plures ad Furnium Ciceronis Epistolæ sunt lib. X. Vide et laudatum Scaligero Senecam lib. II de Benef. cap. 25.

[f] Hoc nimirum anno, pugna enim apud Actium altero anno contigit subsequentis olymp. 187.

[g] Virgilius Ecl. III, vers. 90. Alias ille *Vavius* dicitur.

[h] Multa, quæ Scaliger hic loci sive ipse peccat, sive ab Eusebio et Hieronymo peccata qua jure, qua injuria reprehendit. Primum paulo ante innuimus, quod hanc periocham secundo olympiadis proxime præcedentis anno ascripserit, contra veterum codicum auctoritatem, ipsamque fidem historiæ. Quem ausum in Notis novo errore cumulavit, quod biennii prochronismo laborare auctoris nostri rationes dixit, immo effecit ipse, cum prorsus econtrario ejus intervalli metachronismo peccare videantur. Recte enimvero Josephus Jerosolymorum cladem confert in Consulatum M. Agrippæ et Canidii (verius Caninii) Galli, anno quarto olymp. 185, quo item anno (post aliquot tamen menses, ut in subsequentis olymp. initium potuerit incurrere) Antigonus apud Antiochiam, urgente mortem ejus Herode, securi percussus est. Vide Antiquit. lib. XIV, cap. ultim., et sequentis libri initium. Hinc ille biennii metachronismus, quem sæpius offendere erit infra in Eusebii Chronico: nec enim moror Dionem lib. XLIX, pag. 463, qui anno præcedente, Claudio et Norbano coss. captas Hierosolymas censuit: id quod noster quidem Norisius in Cenotaph. Pisan. probat, sed jure improbat refutatque Pagius in Apparatu Crit. in Annales Baronii. Contextum quod attinet, suggillat Scaliger Hieronymianam versionem, *contra Judæos dimicans, tandem occiditur*: nam neque contra Judæos dimicavit Antigonus, neque dimicans occisus est, neque hunc porro sensum Græca apud Syncellum præferunt. Fortasse autem vere scripserat S. interpres, *contra Idumæos*, ex ea enim erat Herodes gente. Quod si *Judæos* scripsit, ea potest ratione defendi, quod istos opponi voluerit *Jerosolymitis*, quorum civitatem regnumque Antigonus occupabat. Revera falsus est Scaliger depravata lectione quæ sequitur, *Jerosolymarum regnum destructum est*, pro *Jerosolymitarum*, etc., quam et melioris notæ libri cum editi, tum mss. præferunt, sensusque ipse postulat. Adeo nihil sunt, quæ idem contra Hieronymianam hujus loci interpretationem ad fastidium usque congessit. De Græco textu, quandoquidem certis se notis Eusebianum non prodit, frustra disputatur.

[i] Quæ historiam spectant, sunt ea peculiaribus libris, et a pluribus quidem, doctisque viris pertractata, quæ replicare notarum angustiæ non sinunt. Tu videsis Josephum, et ex recentioribus Christianum

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|

filius, a Romanis Judæorum suscepit principatum: cujus tempore, Christi nativitate vicina, regnum, et sacerdotium Judææ, quod prius per successiones minorum tenebatur, destructum est, completa prophetia, quæ ita per Mosen loquitur: *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat, cui repositum est. Et ipse* [a] *erit exspectatio gentium.* In hoc etiam loco, Christus, quem Danielis scriptura præfatur, accepit finem. Nam usque ad Herodem, christi, id est, sacerdotes erant reges Judæorum, qui imperare cœperunt a 65 olympiade, et ab instauratione templi sub Dario usque ad Hyrcanum, et ad 186 olympiadem, annis 433 in medio transactis: quos Daniel quoque significat, dicens: *Et scies et intelliges ab initio sermonis respondendi, et ædificandi Jerusalem usque ad Christi principatum, hebdomades* 7 *et hebdomades* 62. Quæ 69 hebdomades faciunt annos 483, in quibus christi, id est, sacerdotes per unctionem consecrati regnaverunt usque ad Hyrcanum: quo extremo omnium a Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentem Judæam ab Augusto et senatu accepit: filiique ejus post eum regnaverunt usque ad novissimam Jerosolymitarum captivitatem, nequaquam ex

## GRÆCA FRAGMENTA.

λύθη, συμπληρουμένης τῆς παρὰ Μοϋσῇ λεγούσης προφητείας, «Οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· » καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν... Ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ προφητευόμενος παρὰ τῷ Δανιὴλ Χριστὸς ἡγούμενος τέλος λαμβάνει. Μέχρι γὰρ Ἡρώδου Χριστοὶ ἡγούμενοι. Οἱ δὲ ἦσαν οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ προέστησαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, ἀρξάμενοι μὲν ἀπὸ τῆς κατὰ Δαρεῖον ἀνανεώσεως τοῦ ἱεροῦ κατὰ τὴν ξ' καὶ ε' ὀλυμπιάδα, λήξαντες δὲ ἐπὶ Ὑρκανὸν ἐπὶ τῆς ρπς' ὀλυμπιάδος· Τὰ δὲ μεταξὺ τούτων γίνεται ἔτη υπγ', ὁπόσα καὶ ἡ τοῦ Δανιὴλ προφητεία θεσπίζει λέγουσα· « Καὶ γνώσῃ καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλὴμ, ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ζη'. καὶ ἑβδομάδες ξβ' » αὗται δὲ αἱ θ' καὶ ξ' ἑβδομάδες συμπληροῦσι χρόνον ἐτῶν υπγ', ὁπόσα ἔτη τυγχάνει τὰ τῆς ἀρχῆς τῶν Χριστῶν ἡγουμένων· ὧν τελευταίου Ὑρκανοῦ ὑπὸ Πάρθων αἰχμαλώτου ληφθέντος, Ἡρώδης Ἀντιπάτρου μηδὲν προσήκουσαν αὐτῷ τὴν τῶν Ἰουδαίων βασιλείαν ἀπὸ Αὐγούστου καὶ τῆς συγκλήτου λαμβάνει, κἄπειτα οἱ τούτου παῖδες, μέχρι τῆς ὑπάτης Ἱεροσολύμων πολιορκίας· οὐκέτι γὰρ οἱ ἐκ διαδοχῆς τοῦ ἱερατικοῦ γένους ἱερῶντο τῷ θεῷ, οὐδὲ διὰ βίου κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον, ἄσημοι δέ τινες ἄλλοτε ἄλλοι, καὶ οἱ μὲν ἐνιαύσιοι, οἱ δὲ ἔτι ὀλίγῳ πλέον παρὰ τῶν ἡγουμένων Ῥωμαϊκῶν τὴν ἀρχιερωσύνην ἐξωνοῦντο. Διὸ καὶ Δανιὴλ προφητεύει λέγων· «Μετὰ τὰς ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα δύο ἑβδομάδας ἐξολοθρευθήσεται χρίσμα· καὶ κρίμα οὐκ ἐν αὐτῷ, καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ λαὸς ἡγουμένου ἐρχομένου, καὶ κοπήσονται ἐν κατακλυσμῷ πολέμου· » καὶ ἑξῆς φησι· « Καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ, συντέλεια δοθήσεται περὶ τὴν ἐρήμωσιν. » Ex Syncell. pag. 247, et Chron. Pasch. p. 151.

## NOTÆ.

Noldium in diatriba de Vita et Gestis Herodum, ut alios nunc prætermittam. Reponet hic satis superque Scaligero, qui Eusebium et Hieronymum erroris tanto conatu, tamque multis verbis redarguit, quod alienigenam Herodem affirment. Affirmant enim, inquit, cum Eusebio cum hic, tum in Histor. Eccles. I cap. 6 plurimi, Epiphanius lib. I advers. Hæres. tom. II, Augustinus lib. XVIII de Civit. Dei, Photius Biblioth. codic. 238, etc. Scaligerum sequitur Casaubonus Exercit. I, et Torniellus: quorum ratio præcipua est, quod Herodes patre sit natus proselyto; et quod Idumæi jam inde ab Hyrcani tempore pro Judæis fuerint habiti. Unde sic argumentatur Scaliger: Nulli Judæi erant alienigenæ; Idumæi ab annis 90 sive ab Hyrcano, erant Judæi (per Ant. XIII, c. 27). Ergo, etc. Sed hæc hasta, stipula est. Nam Idumæi non erant proprie Judæi; sed tales, qui vel ἐπιχώριοι, seu nati in Judæa, erant alienigenæ. Proprie enim Judæi nonnisi qui tales origine, id est, Jacobitæ essent. Unde in argumento Scaligeri, major procedit de Judæis primæ et tertiæ significationis, non secundæ. Certe si Herodes proprie fuisset Judæus, non opus habuisset libros genealogicos incendere. Euseb. Histor. I cap. 7, Hieron. lib. III in Luc. Neque enim hoc opus trahere in dubium; quasi absque tabulis genealogicis descriptio Quiriniana, Luc. II, 1 seq., juxta genus singulorum non potuisset fieri. Alting. in Schil. lib. IV, cap. 2, p. m. 212. Nam potuit sufficere singulorum professio: atque adeo ἀπογραφὴ, æque peragi in Judæa sine accuratis genealogiis, ac fuit peracta in populo Romano, cujus census ter actus, Sueton. in August. cap. 27, ac in Italia, Dio Hist. LII, LIII, LV, LVI; Syria Joseph. Antiquit. XVII, cap. 15; immo su- A per totum orbem, Luc. II, 1. Hactenus ille. Sed neque illud injuria vacat, quo addit Scaliger, matri Herodis proprium fuisse nomen κύπρος, quod falso in κύπριδα, et κύπριν Eusebius mutarit. Equidem *Cyprus* proprium erat atque idioticum, quod Hebræi *Kephron* dicunt, Josephus Ben-Gorion *Kiparon*; Eusebius autem ad Græcæ linguæ ingenium inflexit, neque porro id piaculum sibi duxerunt, qui secuti eum sunt, Syncellus, Nicephorus, Cedrenus, Tzetze, aliique. Tum *Arabicæ* mss. omnium lectio est, pro quo malebat Scaliger *Arabissæ*. Denique Palat. mss., quos laudat Schurzfleischius, plus habent uno verbo, *suscepit imperium et principatum*.

[a] In instanti *est* legunt cum Scaligero alii, et mox *significat* pro *præfatur*. Paulo inferius rescripsimus *annis* 483 pro 486, quod erat Pontacenæ editionis mendum. Idem numerus recurrit paulo infra: quibus locis S. Prosper uno plus dicit, sive 484, quemadmodum et laudati ipsimet Pontaco mss. plures codices B habent. Deducitur ille numerus ab exacta olymp. 65, atque adeo a subsequentis 66 anno primo, et ad tertium usque olymp. 186, termino utroque incluso, decurrit. Est autem iste Hyrcani trigesimus quartus et ultimus. Item paulo post legit Scaliger, nescio quibus ex libris, *restaurandi* in Danielis loco pro *respondendi*. Vide Daniel. IX, 25 et seqq. Iterum infra, ubi dicitur *Jerosolymitarum*, idem *Jerosolymarum* legit, et *nequicquam* pro *nequaquam*. Jam ab contendendo cum Eusebii rationibus prophetæ contextu, quod nec satis bene exponi longo παρέργῳ posset, post tot doctorum hominum disputationes abstinebimus.

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | | successione sacerdotalis generis pontificibus constitutis, perpetuitate vitæ secundum legem Moysi servientibus Deo. Ignobiles vero quidam, et alio tempore alii, et nonnulli unius anni, sive modico amplius, a Romanis imperatoribus sacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Daniel Propheta vaticinatur, dicens: *Et post hebdomadas septem et sexaginta duas interibit chrisma, et judicium non erit in eo, et templum et sanctum corrumpet populus duce veniente: et cædentur in cataclysmo* [b] *belli*. Et in sequentibus: *Et super templum*, inquit, *abominatio desolationum: et usque ad consummationem temporis, consummatio dabitur super desolationem*. | |
| | | *Deficiente Pontificum principatu, Judæis regnavit* [a] *HERODES alienigena, an. 37.* | | |
| | | | Herodes Ananelum quemdam de Babylone accitum, pontificem Judæorum constituit, et post exiguum temporis Aristobulum fratrem uxoris suæ, nepotem Hyrcani successorem ei dedit, [c] quo post annum interfecto, rursum Ananelo reddidit sacerdotium. | |
| | | | Lunæ, [d] secundum Romanos, cursus inventus. | |
| 18. . . . . . . | 1. . . . . . . | | 11 Antonii et Augusti [e] fœdus. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀρχιερέων... ἐκλειπόντων, ΗΡΩΔΗΣ ἀλλόφυλος βασιλεύει.., ἔτη λζ'. Chronic. Paschal. pag. 151.

Ἡρώδης Ἀνάνηλόν τινα μεταπεμψάμενος ἀπὸ Βαβυλῶνος, Ἰουδαίων ἀρχιερέα καθίστησι. Μετ' οὐ πολὺ δὲ, τοῦτον παύσας, Ἀριστόβουλον τὸν ἀδελφὸν τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, υἱὸν δὲ Ὑρκανοῦ, ἐπὶ τὴν τιμὴν προάγει. Ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενομένου, πάλιν τῷ Ἀνανήλῳ ἀποδίδωσι τὴν λειτουργίαν, τὸν Ἀριστόβουλον ἀνελών. Chronic. Pasch. pag. 152, et Syncell. pag. 248.

## NOTÆ.

[a] Non videtur Scaliger Eusebii rationes probe assecutus, cum ait, recte ab hoc anno institui initium Herodis ex eo, quod anno superiore, captis sub finem æstatis Jerosolymis, M. Agrippa, L. Caninio coss. interfectus est Antigonus ultimus Hasamonæorum. Abludit enim vero noster integra olympiade: hic enim supputat 186 ejusque annum tertium: non autem hujus, sed superioris 185 secundo anno Antigonum ponit occisum. Re etiam ipsa non 185 tertio anno, sed quarto præcedentis supplicio affectus est Antigonus, et principatum Herodes iniit, tribus exactis, postquam a senatu regiam dignitatem obtinuerat. Josephus regnum Judææ scribit adeptum esse Herodem a senatu ἐπὶ τῆς ρ' καὶ π' καὶ δ' ὀλυμπιάδος, ὑπατεύοντος Γαΐου Δομετίου Καλβίνου τὸ δεύτερον, καὶ Γαΐου Ἀσινίου Πωλίωνος, *olympiade 184, C. Domitio Calvino iterum et C. Asinio Polione coss.* Intellige cum primum Antonii et Cæsaris, ad quos confugit, ope rex declaratus est: quod ipsum cum circiter Octobrem ejus, quem dicit Josephus, anni contigerit, apparet debuisse ad primum subsequentis olympiadis 185 referri. Exinde tres anni abierunt, ad id usque temporis, quo e vivis sublato Antigono, regni habenas arripuit: quare solidæ olympiadis metachronismo, contra atque Scaligero placet, Eusebii rationes laborant. Vide laudatum modo Noldium num. 45 et seq.

[b] Parmensis ms. aliique nonnulli Potero in Notis ad S. Clementem laudati, *bellis* legunt, non *belli*. Tertullianus, *Et concidentur quomodo in cataclysmo usque ad finem belli, quod concidetur usque ad interitum*. Sed et in Græco sacro textu ἕως τέλους πολέμου. Ita et infra *consummationem temporis* minori numero, cum Græco, συντελείας καιροῦ, pro quo *temporum* Scaliger, atque alii legunt.

[c] Sentis, non unius modo anni, sed duorum saltem historiam hac periocha contineri. Adeo injuria Scaliger, ut cætera bene habeat, Auctorem nostrum de biennii prochronismo accusat. Et differt tamen ille hoc gestum in sequentem annum. Vid. Joseph. Antiquit. lib. XV cap. 3, et de Bello I, 17; Hegesippum quoque I, 36 et seq.

[d] Hæc in Parmensi ms. periocha desideratur. Audi vero Scaligerum hac super re. In fine, ait, anni superioris, prid. kal. Januar. fuit coitus luminarium, numero aureo 5, epacta castigata 19, et sane character neomeniæ, Tebeth eo anno, qui erat Judaici computi hodierni 3727 fuit. 5,5,788, ultima Decembris, feria 5, cyclo solis 3. Quare si Romani a visione sideris putabant lunas suas, ut Arabes suos menses civiles, primus dies lunæ inciderit in kalendas Januarii num. hoc Eusebiano 1983, in cujus Martio sequenti numerus aureus 6 cœpit currere. Hoc aliquam speciem veri habet, si non verum est, id est, si alia est ratio hujus periochæ. Sed Hieronymus hæc accepit a computi Paschalis conditoribus sæculi sui, qui in Occidente inibant computum lunarem a kalendis Januarii, aureo numero 3, cujus computi initium est ab anno sacro sancti consessus Nicæni. Anno antecedente, qui erat Christi Dionysiani 324, epacta tam castigata, quam æquabilis erat 18, quæ cum sita sit in kalend. Januarii, proculdubio ibi novilunium fuit, de quo computo locuti sumus in libro III Canonum Isagog. in cap. 2 libri primi, definit. 4. Quare hic metachronismus est triennii. Nam computatores illi ab Augusto Cæsare illum computum inibant, anno Juliano 9, sed inepte anno Juliano neomenias Nicænas accommodant, ut in ipsis canonibus docuimus. Hæc est vera hujus loci Hieronymiani explicatio, neque dubitandum.

[e] Eadem hic est solidæ olympiadis trajectio in Eusebii rationibus, quam præced. col. nota [a] animadvertimus. Præterea peccatum quoque est triennii metachronismo, siquidem non aliud, ut par credere est, fœdus notat Antonium inter et Cæsarem, quam quod statim a Fulviæ morte sancitum est L. Cocceio pacis sequestro, cum ad firmandam inter utrumque amicitiam, Octaviam sororem suam Cæsar M. Antonio collocavit. Aliter aut luxatam hanc periocham fuisse librariorum culpa, aut aliud ab Eusebio gestum notari, putandum est.

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | | Colonias deduxere Romani. | |
| 187 | 19. . . . . . | 2. . . . . . . | Augustus triumphavit pedestris [a] certaminis triumpho. | |
| | | | 12 Antonius Cleopatræ Arabiam tradidit. | |
| | 20. . . . . . | 3. . . . . . . | 13 Augusti [b] et Antonii tertiæ dissensionis exordium, quod repudiata sorore Cæsaris, Cleopatram induxisset uxorem. | |
| | 21. . . . . . | 4. . . . . . . | 14 Nicetes, et Hibreas, et Theodorus, et Plution nobilissimi artis rhetoricæ Græci præceptores habentur. | |
| | 22. . . . . . Ægypti regnum, quod fuit in Alexandria, destructum est. | 5. . . . . . . | 15 Cleopatra [c] et Antonius semet interficiunt, et Ægyptus fit Romana provincia, quam primus tenuit Caius Cornelius Gallus, de quo Virgilius scribit in Bucolicis. Usque ad Cleopatram Ptolemæi, qui vocabantur Lagidæ, in Ægypto regnaverunt annis 295. | |
| | | | Artorius medicus Augusti, post Actiacam victoriam naufragio periit. | |
| | | | Quidam ab hoc loco [d] primum annum Augusti monarchiæ supputant. | |
| | | | Cæsar Augustus [e] appellatus, a quo Sextilis mensis Augusti nomen accepit. | |
| | | | Cum ingenti triumphorum pompa Augustus Romam ingressus, et Cleopatræ liberi, Sol et Luna ante currum ejus ducti. | |
| | | | Nicopolis juxta Actium [f] condita et agon Actiacus constitutus. | |
| | | | Augustus Romanis plurimas leges statuit. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀποικίας... Ῥωμαῖοι ἐξέπεμψαν. Ex Sync. p. 250.

Αὔγουστος πεζὸν ἐθριάμβευσε θρίαμβον. Syncellus pag. 245.

Ἀντώνιος... Ἀραβίαν Κλεοπάτρᾳ παρέδωκε. Ex Africano apud Syncell. pag. 245.

Ἀντώνιος... κατολιγωρήσας Ὀκταβίας τῆς γνησίας αὐτοῦ γαμετῆς, ἀδελφῆς Αὐγούστου Καίσαρος... Κλεοπάτραν εἰσοικίζεται· κἀκεῖ τούτου πρὸς αὐτὸν ἀνίσταται πόλεμος Αὐγούστου. Ex Sync. p. 247.

Ἀντώνιος καὶ Κλεοπάτρα... παραχρῶνται ἑαυτούς. Idem ibidem.

Ἀλεξανδρείας εἰλημμένης πρῶτος ἡγεμὼν Αἰγύπτου πέμπεται Γάλλος Κορνήλιος... Μέχρι τοῦδε οἱ Λαγίδαι, κ. τ. λ. Africanus apud Syncell. pag. 243.

Ἐντεῦθέν τινες ἀριθμοῦσι τὸ πρῶτον ἔτος Αὐγούστου μοναρχίας. Chron. Pasch. pag. 154.

Ὀκταούϊος Αὔγουστος προσηγορεύθη· καὶ ὁ Σεξτίλιος μὴν ὄγδοος παρὰ Ῥωμαίοις, ὁμοίως αὐτὸς Σεβαστὸς ἀνηγορεύθη. Syncell. pag. 248.

Αὔγουστος τοὺς Κλεοπάτρας παῖδας... Ἥλιον καὶ Σελήνην κατῆξεν εἰς Ῥώμην, θρίαμβον ἐπ' αὐτοῖς ἥδιστον Ῥωμαίοις ἐνδειξάμενος. Syncell. pag. 247.

Νικόπολις ἡ κατὰ Ἀκτίαν ἐκτίσθη· καὶ Ἀκτία ὁ ἀγὼν ἐτέθη. Africanus apud Syncell. pag. 245.

Αὔγουστος Ῥωμαίοις ἐνομοθέτησεν. Sync. p. 249.

## NOTÆ.

[a] Spectat hoc quoque gestum ad superiora tempora, statim scilicet ab inito fœdere cum Antonio: siquidem, ut verosimillimum est, et vulgo critici sentiunt, ovatio illa significatur, cui titulum et causam pax eadem fecit: quod et Fasti Capitolini notant. Unius, ut dudum animadvertimus, olympiadis trajectio in Eusebii calculis, cætera quæ ab his pendebant, transversa omnia egit. Scaliger satis acriter reprehendit illud *pedestris certaminis triumpho* pro *pedestri triumpho*. Tu videsis ea de re Wesselingium lib. II Observat. 4.

[b] Redit demum in viam Eusebius: satis enim bene tempus convenit inimicitiarum Cæsarem inter atque Antonium, quæ hoc ipso anno Cn. Domitio Ænobarbo et C. Sossio coss. exarserunt. Vide Plutarchum in Antonio.

[c] Mallem superiori proxime anno ascripsisset: quamquam scio Africanum, a quo Eusebius sumpsit, ὀλυμπιάδος ρπζ' ἔτει δ', finem Ægyptiaci regni constituere. Sed annos hic numerat, quibus imperium stetit. 298; auctor Chronici Paschalis 296. Uno minus, atque omnium quidem verissime Eusebius. Vide Petav. in Epiphan. de Pond. et Mens. pag. 382.

[d] Pluribus egit hoc de anno Scaliger in Canonibus Isagogicis, ad quos in Notis quoque in hunc locum provocat. Adde huic alios, qui Temporum doctrinam tradunt, et cum primis Petavium.

[e] Contigit biennio post, ut Scaliger notat ex Censorino cap. 21: *Ex ante diem decimum sextum kal. Febr. imperator Cæsar Divi filius, sententia Lucii Munacii Planci a senatu cæterisque civibus Augustus appellatus est. Se septimum, et M. Vipsanio Agrippa tertium coss.* Quamquam alii in eum diem minime consentiunt: et sane propius ad fidem Ovidius, A utpote qui eodem tempore adVivebat, I Fastor. vers. 589, delatum illi nomen Augustum ipsis Idibus Januariis docet.

[f] Suetonius cap. 18, *Nicopolin apud Actium* dixit; variant et Græci scriptores, quibus et πρὸς Ἀκτίῳ, et ὑπὲρ τοῦ Ἀκτίου. Schurzfleischius ait: Stephanus, Ἀρχάδιος δὲ ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ, Ἀκτία, ἡ πόλις, καὶ ἡ ἑορτή. Arcadium tamen Stephanus subjunctis his verbis reprehendit, Ἀλλ' ἡ μὲν ἑορτὴ βαρύνεται, τὰ Ἄκτια, ἡ δὲ πόλις λέγεται οὐδετέρως, τὸ Ἄκτιον. Merito reprehendi Arcadium Abrahamus Berkelius putat, cum tamen Africani hunc locum plane ante oculos habuisse videatur. Deinde quid sibi vult Stephanus, quando dicit, Ἀλλ' ἡ ἑορτὴ μὲν βαρύνεται, τὰ Ἄκτια? Nonne enim ἡ Ἀκτία quoque barytonum est vocabulum? Suidas, ἌΚΤΙΑ, ἀγὼν παλαιὸς, ὡς Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ ἀγώνων δῆλον ποιεῖ. Tamen et ibi viri docti scribere malunt Ἄκτια. Ita Rich. Bentleius ad Callimachi fragmenta. Videtur ergo vetus mendum B esse in Africano, ibique legi debere, ἡ κατὰ Ἄκτιον et deinde, καὶ Ἄκτια. Memorantur Ἄκτια ἐν Νικοπόλει apud Gruterum Inscript. I, p. 314. Ambraciam non esse Nicopolin, ut putavit Servius, docuit Martius Opin. lib. I, cap. 7. Servius deceptus forte est non bene inspecto Polybii loco lib. IV, cap. 63, αὐτὸς... σπεύδων διαβῆναι τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον, ὡς στενώτατός ἐστι κατὰ τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν, καλούμενον Ἄκτιον. De Nicopoli, et hoc agone, Dio lib. LI, Virgilius lib. III, Plutarchus et Suetonius, sunt addendi. Nec tamen primum constituta sunt τὰ Ἄκτια. Contrarium enim e Suida vidimus. Ἀλλὰ τοῦτον ἀγῶνα ἐντιμότερον ἐποίησεν ὁ Καῖσαρ, ut ait Strabo lib. VII, p. 325. Duo mss. Parmensis et primus Palatinus *juxta Actiacum* minus recte habent.

| *Olymp.* | *Alexandr.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
| --- | --- | --- | --- | --- |

successione sacerdotalis generis pontificibus constitutis, perpetuitate vitæ secundum legem Moysi servientibus Deo. Ignobiles vero quidam, et alio tempore alii, et nonnulli unius anni, sive modico amplius, a Romanis imperatoribus sacerdotium emebant. Quæ omnia etiam Daniel Propheta vaticinatur, dicens : *Et post hebdomadas septem et sexaginta duas interibit chrisma, et judicium non erit in eo, et templum et sanctum corrumpet populus duce veniente : et cædentur in cataclysmo* [b] *belli*. Et in sequentibus : *Et super templum*, inquit, *abominatio desolationum : et usque ad consummationem temporis, consummatio dabitur super desolationem.*

*Deficiente Pontificum principatu, Judæis regnavit* [a] *HERODES alienigena, an. 37.*

Herodes Ananelum quemdam de Babylone accitum, pontificem Judæorum constituit, et post exiguum temporis Aristobulum fratrem uxoris suæ, nepotem Hyrcani successorem ei dedit, [c] quo post annum interfecto, rursum Ananelo reddidit sacerdotium.

Lunæ, [d] secundum Romanos, cursus inventus.

18. . . . . . . 1. . . . . . . 11 Antonii et Augusti [e] fœdus.

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀρχιερέων... ἐκλειπόντων, ΗΡΩΔΗΣ ἀλλόφυλος βασιλεύει.., ἔτη λζ΄. Chronic. Paschal. pag. 151.

Ἡρώδης Ἀνάνηλόν τινα μεταπεμψάμενος ἀπὸ Βαβυλῶνος, Ἰουδαίων ἀρχιερέα καθίστησι. Μετ' οὐ πολὺ δέ, τοῦτον παύσας, Ἀριστόβουλον τὸν ἀδελφὸν τῆς ἑαυτοῦ γυναικός, υἱὸν δὲ Ὑρκανοῦ, ἐπὶ τὴν τιμὴν προάγει. Ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενομένου, πάλιν τῷ Ἀνανήλῳ ἀποδίδωσι τὴν λειτουργίαν, τὸν Ἀριστόβουλον ἀνελών. Chronic. Pasch. pag. 152, et Syncell. pag. 249.

## NOTÆ.

[a] Non videtur Scaliger Eusebii rationes probe assecutus, cum ait, recte ab hoc anno institui initium Herodis ex eo, quod anno superiore, captis sub finem æstatis Jerosolymis, M. Agrippa, L. Caninio coss. interfectus est Antigonus ultimus Hasamonæorum. Abludit enim vero noster integra olympiade : hic enim supputat 186 ejusque annum tertium : non autem hujus, sed superioris 185 secundo anno Antigonum ponit occisum. Re etiam ipsa non 185 tertio anno, sed quarto præcedentis supplicio affectus est Antigonus, et principatum Herodes iniit, tribus exactis, postquam a senatu regiam dignitatem obtinuerat. Josephus regnum Judææ scribit adeptum esse Herodem a senatu ἐπὶ τῆς ρ΄ καὶ π΄ καὶ δ΄ ὀλυμπιάδος, ὑπατεύοντος Γαΐου Δομετίου Καλβίνου τὸ δεύτερον, καὶ Γαΐου Ἀσινίου Πωλίωνος, *olympiade* 184, *C. Domitio Calvino iterum et C. Asinio Polione coss.* Intellige cum primum Antonii et Cæsaris, ad quos confugit, ope rex declaratus est : quod ipsum cum circiter Octobrem ejus, quem dicit Josephus, anni contigerit, apparet debuisse ad primum subsequentis olympiadis 185 referri. Exinde tres anni abierunt, ad id usque temporis, quo e vivis sublato Antigono, regni habenas arripuit : quare solidæ olympiadis metachronismo, contra atque Scaligero placet, Eusebii rationes laborant. Vide laudatum modo Noldium num. 45 et seq.

[b] Parmensis ms. aliique nonnulli Potero in Notis ad S. Clementem laudati, *bellis* legunt, non *belli*. Tertullianus, *Et concidentur quomodo in cataclysmo usque ad finem belli, quod concidetur usque ad interitum.* Sed et in Græco sacro textu ἕως τέλους πολέμου. Ita et infra *consummationem temporis* minori numero, cum Græco, συντελείας καιροῦ, pro quo *temporum* Scaliger, atque alii legunt.

[c] Sentis, non unius modo anni, sed duorum saltem historiam hac periocha contineri. Adeo injuria Scaliger, ut cætera bene habeat, Auctorem nostrum de biennii prochronismo accusat. Et differt tamen ille hoc gestum in sequentem annum. Vid. Joseph. Antiquit. lib. XV cap. 3, et de Bello I, 17; Hegesippum A quoque I, 36 et seq.

[d] Hæc in Parmensi ms. periocha desideratur. Audi vero Scaligerum hac super re. In fine, ait, anni superioris, prid. kal. Januar. fuit coitus luminarium, numero aureo 5, epacta castigata 19, et sane character neomeniæ, Tebeth eo anno, qui erat Judaici computi hodierni 3727 fuit. 5.5.788, ultima Decembris, feria 5, cyclo solis 3. Quare si Romani a visione sideris putabant lunas suas, ut Arabes suos menses civiles, primus dies lunæ inciderit in kalendas Januarii num. hoc Eusebiano 1983, in cujus Martio sequenti numerus aureus 6 cœpit currere. Hoc aliquam speciem veri habet, si non verum est, id est, si alia est ratio hujus periochæ. Sed Hieronymus hæc accepit a computi Paschalis conditoribus sæculi sui, qui in Occidente inibant computum lunarem a kalendis Januarii, aureo numero 3, cujus computi initium est ab anno sacro sancti consessus Nicæni. Anno antecedente, qui erat Christi Dionysiani 324, epacta tam castigata, quam æquabilis erat 18, quæ B cum sita sit in kalend. Januarii, proculdubio ibi novilunium fuit, de quo computo locuti sumus in libro III Canonum Isagog. in cap. 2 libri primi, definit. 4. Quare hic metachronismus est triennii. Nam computatores illi ab Augusto Cæsare illum computum inibant, anno Juliano 9, sed inepte anno Juliano neomenias Nicænas accommodant, ut in ipsis canonibus docuimus. Hæc est vera hujus loci Hieronymiani explicatio, neque dubitandum.

[e] Eadem hic est solidæ olympiadis trajectio in Eusebii rationibus, quam præced. col. nota [a] animadvertimus. Præterea peccatum quoque est triennii metachronismo, siquidem non aliud, ut par credere est, fœdus notat Antonium inter et Cæsarem, quam quod statim a Fulviæ morte sancitum est L. Cocceio pacis sequestro, cum ad firmandam inter utrumque amicitiam, Octaviam sororem suam Cæsar M. Antonio collocavit. Aliter aut luxatam hanc periocham fuisse librariorum culpa, aut aliud ab Eusebio gestum notari, putandum est.

| Olymp. | Alexandr. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | | Colonias deduxere Romani. | |
| 187 | 19. . . . . . . | 2. . . . . . . | Augustus triumphavit pedestris [a] certaminis triumpho. | |
| | | | 12 Antonius Cleopatræ Arabiam tradidit. | |
| | 20. . . . . . . | 3. . . . . . . | 13 Augusti [b] et Antonii tertiæ dissensionis exordium, quod repudiata sorore Cæsaris, Cleopatram induxisset uxorem. | |
| | 21. . . . . . . | 4. . . . . . . | 14 Nicetes, et Hibreas, et Theodorus, et Plution nobilissimi artis rhetoricæ Græci præceptores habentur. | |
| | 22. . . . . . Ægypti regnum, quod fuit in Alexandria, destructum est. | 5. . . . . . . | 15 Cleopatra [c] et Antonius semet interficiunt, et Ægyptus fit Romana provincia, quam primus tenuit Caius Cornelius Gallus, de quo Virgilius scribit in Bucolicis. Usque ad Cleopatram Ptolemæi, qui vocabantur Lagidæ, in Ægypto regnaverunt annis 295. | |
| | | | Artorius medicus Augusti, post Actiacam victoriam naufragio periit. | |
| | | | Quidam ab hoc loco [d] primum annum Augusti monarchiæ supputant. | |
| | | | Cæsar Augustus [e] appellatus, a quo Sextilis mensis Augusti nomen accepit. | |
| | | | Cum ingenti triumphorum pompa Augustus Romam ingressus, et Cleopatræ liberi, Sol et Luna ante currum ejus ducti. | |
| | | | Nicopolis juxta Actium [f] condita et agon Actiacus constitutus. | |
| | | | Augustus Romanis plurimas leges statuit. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀποικίας... Ῥωμαῖοι ἐξέπεμψαν. Ex Sync. p. 250.

Αὔγουστος πεζὸν ἐθριάμβευσε θρίαμβον. Syncellus pag. 243.

Ἀντώνιος... Ἀραβίαν Κλεοπάτρᾳ παρέδωκε. Ex Africano apud Syncell. pag. 245.

Ἀντώνιος... κατολιγωρήσας Ὀκταβίας τῆς γνησίας αὐτοῦ γαμετῆς, ἀδελφῆς Αὐγούστου Καίσαρος... Κλεοπάτραν εἰσοικίζεται· κἀκεῖ τούτου πρὸς αὐτὸν ἀνίσταται πόλεμος Αὐγούστου. Ex Sync. p. 247.

Ἀντώνιος καὶ Κλεοπάτρα... παραχρῶνται ἑαυτούς. Idem ibidem.

Ἀλεξανδρείας εἰλημμένης πρῶτος ἡγεμὼν Αἰγύπτου πέμπεται Γάλλος Κορνήλιος... Μέχρι τοῦδε οἱ Λαγίδαι, κ. τ. λ. Africanus apud Syncell. pag. 245.

Ἐντεῦθέν τινες ἀριθμοῦσι τὸ πρῶτον ἔτος Αὐγούστου μοναρχίας. Chron. Pasch. pag. 154.

Ὀκταούϊος Αὔγουστος προσηγορεύθη· καὶ ὁ Σεξτίλιος μὴν ὄγδοος παρὰ Ῥωμαίοις, ὁμοίως αὐτὸς Σεβαστὸς ἀνηγορεύθη. Syncell. pag. 248.

Αὔγουστος τοὺς Κλεοπάτρας παῖδας... Ἥλιον καὶ Σελήνην κατῆξεν εἰς Ῥώμην, θρίαμβον ἐπ' αὐτοῖς ἥδιστον Ῥωμαίοις ἐνδειξάμενος. Syncell. pag. 247.

Νικόπολις ἡ κατὰ Ἀκτίαν ἐκτίσθη· καὶ Ἀκτία ὁ ἀγὼν ἐτέθη, Africanus apud Syncell. pag. 245.

Αὔγουστος Ῥωμαίοις ἐνομοθέτησεν. Sync. p. 249.

## NOTÆ.

[a] Spectat hoc quoque gestum ad superiora tempora, statim scilicet ab inito fœdere cum Antonio: siquidem, ut verosimillimum est, et vulgo critici sentiunt, ovatio illa significatur, cui titulum et causam pax eadem fecit: quod et Fasti Capitolini notant. Unius, ut dudum animadvertimus, olympiadis trajectio in Eusebii calculis, cætera quæ ab his pendebant, transversa omnia egit. Scaliger satis acriter reprehendit illud *pedestris certaminis triumpho* pro *pedestri triumpho*. Tu videsis ea de re Wesselingium lib. II Observat. 4.

[b] Redit demum in viam Eusebius: satis enim bene tempus convenit inimicitiarum Cæsarem inter atque Antonium, quæ hoc ipso anno Cn. Domitio Ænobarbo et C. Sossio coss. exarserunt. Vide Plutarchum in Antonio.

[c] Mallem superiori proxime anno ascripsisset: quamquam scio Africanum, a quo Eusebius sumpsit, ὀλυμπιάδος ρπζ' ἔτει δ', finem Ægyptiaci regni constituere. Sed annos hic numerat, quibus imperium stetit. 298; auctor Chronici Paschalis 296. Uno minus, atque omnium quidem verissime Eusebius. Vide Petav. in Epiphan. de Pond. et Mens. pag. 382.

[d] Pluribus egit hoc de anno Scaliger in Canonibus Isagogicis, ad quos in Notis quoque in hunc locum provocat. Adde huic alios, qui Temporum doctrinam tradunt, et cum primis Petavium.

[e] Contigit biennio post, ut Scaliger notat ex Censorino cap. 21: *Ex ante diem decimum sextum kal. Febr. imperator Cæsar Divi filius, sententia Lucii Munacii Planci a senatu cæterisque civibus Augustus appellatus est, Se septimum, et M. Vipsanio Agrippa tertium coss.* Quamquam alii in eum diem minime consentiunt: et sane propius ad fidem Ovidius, utpote qui eodem tempore adviveb at, I Fastor. vers. 589, delatum illi nomen Augustum ipsis Idibus Januariis docet.

[f] Suetonius cap. 18, *Nicopolin apud Actium* dixit; variant et Græci scriptores, quibus et πρὸς Ἀκτίῳ, et ὑπὲρ τοῦ Ἀκτίου. Schurzfleischius ait: Stephanus, Ἀρκάδιος δὲ ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ, Ἀκτία, ἡ πόλις, καὶ ἡ ἑορτή. Arcadium tamen Stephanus subjunctis his verbis reprehendit, Ἀλλ' ἡ μὲν ἑορτὴ βαρύνεται, τὰ Ἄκτια, ἡ δὲ πόλις λέγεται οὐδετέρως, τὸ Ἄκτιον. Merito reprehendi Arcadium Abrahamus Berkelius putat, cum tamen Africani hunc locum plane ante oculos habuisse videatur. Deinde quid sibi vult Stephanus, quando dicit, Ἀλλ' ἡ ἑορτὴ μὲν βαρύνεται, τὰ Ἄκτια? Nonne enim ἡ Ἀκτία quoque barytonum est vocabulum? Suidas, ἌΚΤΙΑ, ἀγὼν παλαιός, ὡς Καλλίμαχος ἐν τῷ περὶ ἀγώνων δῆλον ποιεῖ. Tamen et ibi viri docti scribere malunt Ἄκτια. Ita Rich. Bentleius ad Callimachi fragmenta. Videtur ergo vetus mendum esse in Africano, ibique legi debere, ἡ κατὰ Ἄκτιον et deinde, καὶ Ἄκτια. Memorantur Ἄκτια ἐν Νικοπόλει apud Gruterum Inscript. I, p. 314. Ambraciam non esse Nicopolin, ut putavit Servius, docuit Martius Opin. lib. I, cap. 7. Servius deceptus forte est non bene inspecto Polybii loco lib. IV, cap. 63. αὐτὸς... σπεύδων διαβῆναι τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον, ὡς στενώτατός ἐστι κατὰ τὸ τῶν Ἀκαρνάνων ἱερὸν, καλούμενον Ἄκτιον. De Nicopoli, et hoc agone, Dio lib. LI, Virgilius lib. III, Plutarchus et Suetonius, sunt addendi. Nec tamen primum constituta sunt τὰ Ἄκτια. Contrarium enim e Suida vidimus. Ἀλλὰ τοῦτον ἀγῶνα ἐντιμότερον ἐποίησεν ὁ Καῖσαρ, ut ait Strabo lib. VII, p. 325. Duo mss. Parmensis et primus Palatinus *juxta Actiacum* minus recte habent.

| *Olymp.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|
| 188 | 6. . . . . . | 16 Censu Romæ agitato, inventa sunt civium Romanorum [a] XL centena et LXIII millia. | |
| | | Coloniæ deductæ. | |
| | | Anaxilaus Larisseus Pythagoricus [b] et Magus ab Augusto Urbe Italiaque pellitur. | |
| | | M. Terentius [c] Varro philosophus prope nonagenarius moritur. | |
| | | Thebæ Ægypti usque ad solum erutæ. | |
| | 7. . . . . . | 17 Cornelius [d] Gallus Forojuliensis poeta, a quo primum Ægyptum rectam, supradiximus, 43 ætatis suæ anno propria se manu interfecit. | 1990 |
| | | Trallis terræmotu [e] consederunt. | |
| | 8. . . . . . | 18 Indi ab Augusto per legatum amicitiam postularunt. | |
| | | Messala Corvinus primus præfectus Urbis factus, sexto die magistratu se abdicavit, [f] incivilem potestatem esse contestans. | |
| | 9. . . . . . | 19 Augustus [g] Calabriam et Gallos vectigales facit. | |
| | | Munacius Plancus, Ciceronis discipulus, orator habetur insignis, qui cum Galliam Comatam regeret, Lugdunum condidit. | |
| | | Marcus Lollius Galatiam provinciam facit. | |
| | | Augustus, cum ei [h] monarchia deferretur, renuit. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τιμήσεως γενομένης ἐν Ῥώμῃ ἀπεγράφησαν Ῥωμαίων μυριάδες υις', καὶ χιλιάδες τέσσαρες. Syncell. p. 245.

Πανδίων ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς ἐπεκηρυκεύσατο φίλος Αὐγούστου γίνεσθαι. Syncell. pag. 248.

Αὔγουστος Καῖσαρ Καλαβρίαν καὶ Γαλάτας ὑποφόρους ἐποίησε. Chron. Pasch. pag. 154.

Λόλλιος Μάρκος Ῥωμαίοις Γαλατίαν ἐπεκτήσατο. Syncell. pag. 249.

Αὔγουστος μοναρχίαν ἐγχειριζομένην ἀπώσατο. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

[a] In Parmensi ms. ut et primo Palatino, *inventa sunt civium Romanorum* MCCLXIV *millia*. Apud Scaligerum XLI *centena et* LXIV *millia*, id est 4,164.000, quam lectionem et numerum Græca apud Syncellum confirmant.

[b] Objicit quinquennii prochronismum Scaliger ex eo, quod fuisse tum temporis astrologos et præstigiatores Urbe pulsos ab Augusto, Dio asserat. Atqui aliud ab eo gestum hoc fuerit, quod Eusebius notat: spectabat certe Anaxilaum unice. Quod *magum* vocat, jam non præstigiatorem ope dæmonum, ut Scaliger culpat, sed mira quædam et ludicra facientem significat Eusebius, sive Hieronymus ex vetustiorum auctorum sensu. Vide Fabricium Bibliothec. Græc. tom. I, pag. 741, et tom. XIII, page. 56 et seq.

[c] Hanc subsequenti periocham ordine præponit Scaliger. Videndus Strabo lib. ultimo. Ammianus Marcellinus lib. XVII cap. 4, de Thebis his loquens: *Cornelius*, inquit, *Gallus Octaviano res tenente Romanas, Ægypti Procurator, exhausit civitatem plurimis interceptis*, etc.

[d] Rectius hoc subsequenti anno gestum addixisset, vide Dionem lib. LIII et Sueton. in Augusto cap. 66. Jam, quod addit Scaliger, magnam esse hallucinationem Servii in extremum Bucolicon, confundentis Gallum, primum Ægypti præfectum, cum C. Asinio consule, vereor, ne ille librariorum sit error. Recte quippe alibi habent meliores editiones: *Hujus Pollionis filium, C. Asinium, et Cornelium Gallum, oratorem clarum, et poetam non mediocrem miro amore dilexit Virgilius*. Porro contra mss. quot scio omnium fidem, *quadragesimo* tantum, pro *quadragesimo tertio* anno Scaliger legit.

[e] Fortasse rectius in Parmensi ms., *conciderunt*: Palatini scribunt, *considerunt*. Scaliger præfert *Tralles* pro *Trallis*, quod idem est plurium numero.

[f] Præfecturam Urbis, dignitatem gravissimi oneris, *et insolentia parendi graviorem*, dicit Corn. Tacitus Annali VI, cap. 11, et qui se probe in ea gesserint, non administrasse ait, sed *temperasse*, quin et *tolerasse* potestatem. Omnino igitur erudite atque acute Scaliger conjecit hic rescribendum, *imbecillem sese potestati contestans*, ex vetere, ut putat, scriptura, *invecilem sese et*, pro quo *incivilem esse*, etc., sequiores critici reposuerint. Hæc enimvero lectio falsam se statim ac depravatam prodit: tametsi non mutamus, quod mss. non suffragentur, immo Palatini, novo glossatorum ausu, *civilem* præferant. Sed quam addit ille causam imbecillitatis πόῤῥω ἡλικίας, ut graviorem se annis Messalla Corvinus diceret, quam ut tanto oneri par esset, id minus probat Schurzfleischius, qui se non capere ait, quomodo, si ita legendum sit, in Fastis Capitolinis anno ab U. C. 726, Messalla triumphasse de Gallis tradi possit, præcipue cum post eum triumphum per aliquod tempus vixisse eum, e Tibullo Elegia VII constet. Atqui erat hoc ipsum intellectu haud difficile, si post octo demum annos, quod idem Scaliger sentit, sive anno ab U. C. 737, præfectus creatus est. Tunc autem prochronismo illo annorum novem, quem Scaliger notat, Hieronymianæ rationes laborabunt: quod ego quidem non admitto, eodem Taciti testimonio nisus, qui statim a Messallæ repudio Taurum Statilium ait, *quamquam provecta ætate*, munus illud egregie tolerasse. Ex quo etiam, Messallæ, cur repudiaret, causam non fuisse senectutis, licet arguere.

[g] Monuerunt Scaliger et Casaubonus, quod verum unice est *Cantabriam* legendum, inque ipso Græco textu Καντάβρίαν. Ad hæc Scaliger Gallæcos hic esse accipiendos pro Gallis, sive Γαλάται: nam Astures, quos Cæsar una cum Cantabris subegit, ponuntur in Gallæcia. Orosius, *Cantabri et Astures Gallæciæ provinciæ portio sunt*. Vide Dionem lib. LIII, Florum IV cap. ultimo. Velleium Paterculum II cap. 90, etc. Omnium rectissime Eusebius gestum huc refert: hoc enim proprie anno profectus est Cæsar adversus Cantabros, cum jam consulatum IX iniisset, quod Dio testatur. Adde et Suetonium cap. 26.

[h] Scitum, initio superioris proxime anni Augustum simulatam orationem habuisse in senatu, qua se imperio exuere velle significabat, quod tamen retinuit Patrum hortatu: unde in veteri lapide apud Gruterum pag. 229, *Summum imperium orbis terrarum* dicitur auspicatus. Potestne igitur dici, renuisse paulo post, cum provincias inter se et populum dividi voluit, atque alias stipendiarias, alias tributarias esse? Scaliger nihil minus. Quam Eusebius monarchiam vocat, eam esse dictaturam sentit, nititurque illo Velleii loco, *Dictaturam, quam pertinaciter ei deferebat populus, tam constanter renuit.*

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| 189 | 10. . . . . . | 20 Quintilius Cremonensis Virgilii et Horatii familiaris moritur. | |
| | 11. . . . . . | 21 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 12. . . . . . | 22 Augustus [a] Cyzicenos libertate privavit.<br>Pylades Cilix pantomimus, cum veteres ipsi canerent atque saltarent, primus Romæ chorum et fistulam sibi præcinere fecit. | |
| | 13. . . . . . | 23 Tiberius ab Augusto missus occupavit Armeniam.<br>Atratinus [b], qui septem decim natus annis Cœlium accuraverat, clarus inter oratores habetur : ad extremum morborum tædio in balneo, voluntate exanimatus, hæredem reliquit Augustum.<br>Cantabri res novas molientes [c] opprimuntur. | |
| 190 | 14. . . . . . | 24 Herodes apud Jerosolymam multas et magnas construxit [d] ædes. | |
| | 15. . . . . . | 25 Virgilius Brundusii moritur, Sentio Saturnino et Lucretio Cinna coss.<br>Ossa ejus Neapolim translata in secundo ab urbe milliario sepeliuntur, titulo istiusmodi suprascripto, quem moriens ipse dictaverat :<br>*Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc*<br>*Parthenope, cecini pascua, rura, duces.* | |
| | 16. . . . . . | 26 Herodes Samariam olim jam in cineribus sedentem, a fundamentis suscitans, in honorem Augusti Augustam, id est, *Sebasten* [e] appellavit, et in Paneade id quod Panion vocatur, exstruxit.<br>Augustus [f] Samiis libertatem dedit. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Αὔγουστος Κυζικηνῶν ἐλευθερίαν ἀφείλατο. Syncell. pag. 249.

Τιβέριος Ἀρμενίαν Αὐγούστῳ παρεστήσατο. Idem ibid.

Κάνταβροι στασιάσαντες διεφθάρησαν. Idem ibid.

Ἡρώδης πολλὰ καὶ μεγάλα ἔκτισεν ἐν Ἱερουσαλήμ. Idem pag. 250.

Ἡρώδης τὴν πάλαι Σαμάρειαν κατερειπομένην ἐκ θεμελίων ἐγείρας, εἰς τιμὴν τοῦ Σεβαστοῦ Αὐγούστου Σεβαστὴν ὠνόμασεν. Ἐν Πανιάδι δὲ τὸ Πάνιον κατεσκεύασεν. Chron. Pasch. pag. 154.

Αὐγούστος Σαμίοις ἐλευθερίαν παρέσχεν. Syncellus pag. 249.

## NOTÆ.

[a] Biennio post contigisse hoc, notat Scaliger, A M. Apuleio et P. Silio Nerva coss. Et Tyriis quidem atque Sidoniis propter factiones supplicium irrogatum fuisse tunc, constat.

[b] Nihil dubitandum, quin hic ille sit, cujus Suetonius meminit cap. 2 de Claris Rhetoribus : *Hunc eumdem* (L. Plotium) *M. Cœlius in oratione, quam pro se de vi habuit, significabat dictasse* ATRATINO *accusatori suo, actionem*, etc. Meminit ejus et Cicero oratione pro Cœlio, unde alia quædam de Atratino expiscari licet. Hæc nos in Scaligeri gratiam dixerimus, qui nescire se Atratinum hunc oratorem fatetur : ac ferme pro illo accepit, qui hoc anno scribitur in Fastis Capitolinis de Africa triumphasse. Quidam vetustiores libri *Acratinum* eum vocant.

[c] Ab Agrippa scilicet, atque hoc ipso anno, quod mirum, nescire se fateri Scaligerum. Horatius sub finem epist. 12 lib. I :

> Ne tamen ignores, quo sit Romana loco res :
> Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis
> Armenius cecidit, etc.

Vide et Dionem lib. LIV, et cum primis J. Massonum Jani Reserati cap. 6, sect. 3.

[d] Vitilitigat Scaliger, qui *multa et magna opera* pro *ædes*, quod genericum nomen est, debuisse Hieronymum interpretari, contendit.

[e] Disces a Norisio nostro, dissert. 5 de Epochis Syro-Macedon., quo anno condita ab Herode Sebaste fuerit : nullo enim auctore Scaliger Eusebium de triennii metachronismo accusat. Tum vero acerbius de eo postulat, quod putaverit Πάνιον, non loci nomen esse, sed templi, atque id ipsum quod fuerat in Cæsaris honorem excitatum, vocatumque adeo Καισάρειον, ipse Πάνιον dixerit : unde Syncellus arbitratus sit, dedicatum fuisse τῷ Πανί. Nostra nihil commentum hoc interest : quod tamen et Philostorgio placuit; Eusebium autem et Hieronymum vindicare in promptu est. Scripsisse illum ex Pasch. Chron. auctore colligimus : Ἐν Πανεάδι δὲ τὸ Πάνιον C κατεσκεύασεν : quod rectissime Hieronymus, ut in antiquis est libris, vertit, *et in Paneade id quod Panium vocatur, exstruxit*. Non meminit itaque *templi*, quod nomen neque nostri mss. neque ipsa retinet editio Scaligeri, nosque jure expunximus e Pontacena, in qua legebatur, *id templum quod*, etc. Adeo Panium dumtaxat scribitur ab Herode constructum, id quod bono utique sensu, juxta ipsam Scaligeri expositionem interpretari per partes licet, atque ita accipere cum Goaro, ut cum Panio templum Cæsari ab Herode dicatum vicinum esset, cum unum rex exstrueret, aliud quoque putandus sit reparasse. Jam vero textum quod spectat, Schurzfleischius pro verbis *olim jam*, invenit in primo Palatino cod. scriptum *Oliziam*, quod nomen, ut manifestum est, scribarum incuria corruptum, novo ipse errore cumulare mallet, rescribens *Garizin*. Non quod negem, in eo monte templum illud exstitisse, quod ille otiose nimis tot veterum testimoniis probat ; sed quod illud minime habuisse in animo Eusebium, omnino ex loci contextu pateat. Cætera quæ huc spectant ex eodem docto viro describere non pigebit. Stephanus inquit in Πάνια : Ἔστι δὲ καὶ Πάνιον Παλαιστίνης, ἀφ' οὗ ἐκρεῖ ὁ ποταμὸς Ἰορδάνης. Vide ibi commentatores. Ad B Syncelli marginem habetur hæc rubrica, Διατί ἐλέγετο Πανείας ἡ νῦν Καισάρεια τῆς Παλαιστίνης. Idem ille Stephanus in Καισάρεια : Καισάρεια δέ τις, inquit, ἐστὶ καὶ Παλαιστίνης, καὶ τρίτη πρὸς τῇ Πανεάδι. Diversas igitur Stephanus facit urbes Cæsaream Palæstinæ, et Cæsaream τὴν ὑπὸ Πανείῳ contra quam Syncellus facere videtur. Nempe Stephanus per Cæsaream Palæstinæ eam intelligit quam Καισάρειαν Στράτωνος Ptolemæus lib. v, 16, vocavit, quæque ab hac Palæstinæ Cæsarea Philippi probe est distinguenda, etsi eas confuderit etiam ad Antonini itinerarium Hieronymus Surita. Vide de Cæsarea, Stratonis pyrgo, quæ ad Chronicum Paschale proferat Dufresnius p. 521 notarum. At Cæsarea ὑπὸ Πανείῳ, seu Πανίας, prout Ptolemæo vocatur, alio nomine, *Cæsarea Philippi* dicta est, ut Nicephorus monstrat lib. x cap. 30 Hist. Eccles., eamque *Nerodiada*, mutato denuo nomine, appellavit Agrippa, ut Josephus lib. xx Antiquitt. cap. 8 auctor est. Huic urbi, non alteri illi, Eusebius noster natales non minus, quam C honores, debet. Manu descripti libri aliqui *Cæsariam* scribunt. Benjamin Tudelensis שזריא in Itinerario.

[f] Contendit Scaliger, peccatum hic biennii metachronismo. Tunc certe temporis Sami Cæsar hyemabat.

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | 17. . . . . . | 27 In Cypro plurimæ civitatum partes terræmotu conciderunt. | 2000 |
| | | Germanos [a] in arma versos M. Lollius superat. | |
| | | Varius et Tucca, Virgilii et Horatii contubernales, poetæ habentur illustres, qui [b] Æneidum libros postea emendaverunt sub lege ea, ut nihil adderent. | |
| 191 | 18. . . . . . | 28 Augustus Caium Agrippam adoptavit in filium. | |
| | | Æmilius Macer Veronensis poeta in Asia moritur. | |
| | 19. . . . . . | 29 Tiberius Vindelicos, et eos qui Thraciarum confines erant, Romanas provincias facit. | |
| | 20. . . . . . | 30 Coloniæ Berytum [c] et Patras deductæ. | |
| | | Bosphorum Agrippa capit. | |
| | 21. . . . . . | 31 Cestius [d] Smyrnæus rhetor Latine Romæ docuit. | |
| | | Augustus a senatu pontifex maximus appellatur. | |
| 192 | 22. . . . . . | 32 Herodes [e] Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quæ prius turris Stratonis vocabatur. | |
| | | Herodes Anthidonam condidit, et [f] Antipatridam : atque Herodionem in honorem patris Antipatri et suum exstruxit : innumerabilia quoque opera in singulis Syriarum urbibus, quas regebat, solertissime ædificavit. | |
| | 23. . . . . . | 33. Tiberius Cæsar [g] de captivis Pannoniis triumphat. | |
| | 24. . . . . . | 34 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | |
| | 25. . . . . . | 35 Horatius 57 [h] ætatis suæ anno Romæ moritur. | |
| | | Passienus pater, declamator insignis, diem obiit. | |
| | | C. Julius [i] Hyginus cognomento Polyhistor, grammaticus habetur illustris. | |
| | | Tiberius, vastata Germania, imperator appellatur. | |
| 193 | 26. . . . . . | 36 Herodes Hyrcanum, qui olim sacerdos Judæorum fuerat, de captivitate Parthica regressum, et filium ejus, qui sacerdotio patris successerat, interfecit [j] : sororem quoque ejus uxorem suam, eum duobus propriis filiis jam adolescentibus, et matrem uxoris occisæ, socrum suam, crudelissime necat. | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Σεισμὸς Κύπρου πολλὰ μέρη κατέπτωσεν. Sync. p. 249.

Γερμανοὺς κατεστρέψατο Λόλλιος Μάρκος νεωτερίσαντας. Idem, pag. 250.

Αὔγουστος Γάϊον Ἀγρίππαν υἱοθετήσατο. Idem, p. 249.

Τιβέριος Καῖσαρ Οὐϊνδικοὺς καὶ τοὺς λοιποὺς παρακειμένους τῇ Θράκῃ ὑπέταξεν. Idem ibidem.

Ἀποικίας εἰς Πάτρας καὶ Βήρυτον Ῥωμαίοις ἐξέπεμψεν. Idem pag. 250.

Ἀγρίππας Βόσφορον ἐχειρώσατο. Idem ibidem.

Αὔγουστος μέγας ἀρχιερεὺς ἐψηφίσθη. Idem ibidem.

Ἡρώδης τὴν πάλαι Στράτωνος πύργον Καισάρειαν εἰς τιμὴν τοῦ Καίσαρος ἐπικτίσας ὠνόμασεν. Idem ibidem.

Ἡρώδης Ἀνθηδόνα ἐπέκτισεν... καὶ Ἀντιπατρίδα... καὶ ἄλλην εἰς οἰκεῖον ἐκάλεσεν ὄνομα πόλιν, ἐγείρας Ἡρώδιον... καὶ κατὰ πάσας πόλεις Συρίας καὶ Παλαιστίνης ἐπέκτισεν. Syncell. ibidem.

Τιβέριος ἐπὶ νίκῃ Παννονοίων ἐθριάμβευσεν. Id. ibid.

Τιβέριος Καῖσαρ καταπολεμήσας Γερμανοὺς, Αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη. Idem pag. 250.

Ἡρώδης Ὑρκανὸν (τὸν πάλαι ἀρχιερέα) ἐκ Παρθικῆς ἐλθόντα ἀνεῖλεν, ὁμοίως καὶ Ἀριστόβουλον υἱὸν αὐτοῦ ἀρχιερέα, καὶ τὴν τούτου ἀδελφὴν, ἰδίαν δὲ γαμετὴν, σὺν δυσὶ παισὶν αὐτοῦ ἐξ αὐτῆς ἀνδρωθεῖσιν ἤδη φονεύει, καὶ τὴν Μαριάμνις μητέρα, οἰκείαν δὲ πενθεράν. Idem ibid.

## NOTÆ.

[a] Puta primo statim adventu, hoc utique anno : nam quod sequenti superatus ipse sit a Germanis M. Lollius, haud recte infert Scaliger, historia æque ac tempore peccatum hic esse ab auctore nostro.

[b] In primo Palatino ms., *qui Æneidæ libros :* sunt et qui *Æneadum* legant.

[c] Strabo lib. XVI : *Berytus a Tryphone eversa ab Romanis nunc restituta duabus legionibus ab Agrippa in eam deductis.* Quod Patras spectat, Scaliger ex eodem Strabone colligit deductam coloniam quadriennio ante.

[d] Hic *Lucius Cæstius Pius* nominatur in Catalogo rhetorum, qui Suetonii libro de Claris Rhetoribus in mss. aliquot codicibus præfigitur. Plura de eo Seneca in Controversiis. Sed et *L. Cæstius Piso* pro *Pius* in alio ms. dicitur.

[e] Hoc ferme duodecim annorum opus, teste Josepho Antiquitt. lib. XV incœptum circa decimum sextum Herodis annum est. Eusebius ad vigesimum secundum refert, quod tum fortasse in tantam jam amplitudinem excrevisset, ut dedicari, deque Cæsaris nomine appellari potuerit. Certe de octennii metachronismo, quod Scaliger facit, reprehendendus non est.

[f] Primus Palatinus *Antipatram* legit, haud recte ; sed nec bene, paulo post, *oppida* pro *opera*, nuperus criticus reponi jubet. Porro conditum Cæsareæ secuta hæc sunt, ut proprie ad Herodis annum vigesimum octavum spectent. Vide Josephum Antiquitt. XVI, cap. 9. Ex recentioribus Noldium, et Prideaux.

[g] Veteres quidam mss. atque editi libri, *de captivis.* Confer Dionem lib. LIV, et Velleium II, cap. 96.

[h] Suetonius in ejus Vita : *Natus,* inquit, *est* (Hora- A tius) *sexto idus Decembres, Lucio Cotta et Lucio Torquato coss. Decessit quinto kalendas Decembres, Caio Marcio Censorino, Caio Asinio Gallo coss. post nonum et quinquagesimum annum.* In quem locum Vinetus : Consules, inquit, fuerunt Lucius Aurelius Cotta et Lucius Manlius Torquatus anno Urbis 689, sed Caius Marcius Censorinus et Caius Asinius Gallus annis post 57, hoc est anno Romæ 746. Quare in Eusebii Chronicis rectius notatum est, Horatium quinquagesimo septimo ætatis suæ anno Romæ esse mortuum. Cæterum vide, quod et Schurzfleischius monet, unum pro cunctis T. Fabrum lib. II Epistol. 46; confer et Pontaci notas.

[i] Dicitur in Parmensi ms., *Julius Schinius cognomento Polycastor :* in primo Palat. absolute *Julius cognomento Polycastor*, rejecto *Hygini* vel *Schinii* nomine. Nec videtur dubitandum, quin hæc Hieronymus descripserit e Suetonii lib. de Illustribus Grammaticis cap. 20 : *Caius Julius Hyginius Augusti libertus, natione Hispanus*, etc. Ex quo autem acceperit B de cognomento illo *Polycastor*, seu *Policastor*, pro quo libri plerique alii *Polyhistorem* dicunt, divinandum est. Schurzfleischius putat, deceptum properantia scribendi Hieronymum ex subsequenti Suetonii contextu, *studiose et avide imitatus est Cornelium Alexandrum, grammaticum Græcum, quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi.... nominabant :* ut quod Suetonius de Alexandro dixit, quem ita cognominatum narrat et Suidas, ipse ad Hyginum retulerit.

[j] Videtur Eusebius tot perpetratas ab Herode neces, non quod huc crederet juxta temporum rationem spectare, sed ad sævissimi regis exaggerandam

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 27. . . . . . | 37. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | | 2010 |
| | 28. . . . . . | 38 Tiberius de Rhetis, Vindelicis,[a] Armenis, ac Pannoniis triumphavit.<br>Albutius Silo [b] Novariensis clarus rhetor agnoscitur.<br>In insula Coo terræmotu plurima conciderunt. | | |
| | 29. . . . . . | 39 Augustus [c] Juliam filiam suam in adulterio deprehensam damnat exsilio.<br>M. Tullius Tyro [d] Ciceronis libertus, qui primus notas commentus est, in Puteolano prædio usque ad centesimum annum consenescit.<br>Augustus [e] gladiatorium ludum, et navale certamen exhibuit. | | |
| 194 | 30. . . . . | 40 Melissus [f] Spoletinus grammaticus agnoscitur.<br>M. Porcius Latro, Latinus declamator, tædio duplicis quartanæ semet interfecit. Herodes ad ea quæ supra crudeliter gesserat, etiam hoc addidit, [g] virum sororis suæ Salomæ interfecit, et cum eam alii tradidisset uxorem, etiam hunc necat : Scribas quoque et interpretes divinæ legis simili scelere occidit. | | |
| | 31. . . . . . | 41. Tertullianus [h] in eo libro, quem contra Judæos scripsit, affirmat Christum 41 anno Augusti natum, et 15 Tiberii esse passum. | | |
| | 32. . . . . . | 42 Edicente Cæsare, [i] ex senatusconsulto Quirinus in Judæam missus, census hominum, possessionumque describit. | 1 | 2015 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τιβέριος ἐπὶ νίκῃ Ῥαιτῶν καὶ Ἀρμενίων καὶ Οὐϊνδικίων καὶ Παννονίων ἐθριάμβευσεν. Syncell. pag. 250.

Αὔγουστος μοιχευθεῖσαν Ἰουλίαν θυγατέρα αὐτοῦ ἠφάντωσε (F. pro ἠφάνισεν). Idem pag. 249.

Αὔγουστος παρέσχεν ναυμαχίαν καὶ μονομαχίαν. Idem pag. 250.

Ἡρώδης πρὸς ταῖς πολλαῖς μιαιφονίαις, τὸν ἄνδρα Σαλώμης οἰκείας ἀδελφῆς ἀνεῖλε, καὶ πάλιν ἕτερον αὐτῇ ἄνδρα δεύτερον ἔδωκεν. Syncell. pag. 250; addit Chron. Pasch. Καὶ τοῦτον ἐπιπροστίθησιν. Pag. 162.

Καὶ ἔτι τοὺς ὑφηγητὰς τῶν ἱερῶν νόμων, καὶ τοὺς τῶν πατρίων ζηλωτὰς κτίννυσι. Chron. Pasch. p. 162.

Τῆς κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐπιγραφῆς ὑπὸ τῆς Συγκλήτου βουλῆς Κυρίνιος ἐπιμελητὴς ἐξεπέμφθη... οὐσιῶν καὶ οἰκητόρων ἀπογραφὰς ποιούμενος. Syncell. pag. 251.

## NOTÆ.

crudelitatem, uno simul loco commemorasse. Re A enim recensuerat ipsemet Aristobuli necem ante annos viginti sex : nec de Hyrcano ignorare potuit, quod luculentissime Josephus Antiq. lib. XV, cap. 9, testatur, fuisse eum anno Actiacæ victoriæ interfectum, qui cum octavo Herodis concurrit. Mariamnem sororem suam sequenti anno, sive regni sui nono, occidit, et paulo post Alexandram socrum. Econtrario proprios filios Alexandrum atque Aristobulum multis ab hinc annis, sive biennio ferme antequam ipse e vivis excederet, Beryti jussit contrucidari. Non est itaque, si mentem auctoris nostri probe assequimur, quod ei vitio, ut Scaliger facit, metachronismos et prochronismos plurium annorum vertamus.

[a] Negat Scaliger, memoriæ proditum umquam de Armenis Tiberium triumphasse. Cætera consuli jubet Annales August. M. Velseri.

[b] Suetonio de Claris Rhetoribus cap. 5 dicitur *Caius Albutius Silus*, non *Silo*; sed et *Silius* scribitur apud Senecam. B

[c] Triennio post relegata est, si Velleio credimus lib. II, c. 100; ait enim tricesimo anno ante Vinicii consulatum, quem gessit anno U. C. 783, actam in exsilium. Scaliger econtrario anno antecedenti damnatam ponit, quo liberius rationibus Eusebii detrahat.

[d] Confer Isidorum lib. I, c. 21, de Notis vulgaribus; Beveregium quoque, si lubet, Præf. ad Arithmeticam chronologicam.

[e] Consentit Velleius, eodem quo relegata est Julia, anno, editam Naumachiam; sed ille, ut notatum est, gestam utrumque triennio ab hinc ponit.

[f] Neque *Caii*, neque *Marci*, ut vides, prænomen huic datur abs Hieronymo : Scaliger tamen *Marcus* præposuit, ut e Suetonio, qui *Caium* vocat lib. XXI de Illustribus Grammaticis cap. 22, nostrum erroris insimulet.

[g] Atque hæc plurium annor. memoriam periocha C continet : nam quo anno Herodes doctissimos Judæorum et legis patriæ interpretes, Judam et Matthiam (hos enim ab Eusebio indicari autumo) supplicio affecit, proximus ipse morti erat : quo vero Costobarum, virum Salomæ alterum, interfici jussit (quod ignorasse videtur Scaliger) una cum Lysimacho, Antipatro, Dositheo, atque aliis, ipse circiter duodecimum regni agebat. Et sane digeri hæc per tempora, non per annos, memini : ad hæc esse etiamnum Herodis historiam tenebris quam quæ maxime obsitam ; sed quem Eusebius auctorem secutus sit, non invenio : Josephus enim in alia omnia abit. Mss. Palat. *Solomæ* præferunt.

[h] Facile assentiar Scaligero, fuisse hanc pericopem in textum ex glossa importatam, nam et in vetustissimorum aliquot codicum margine minusculis litteris descripta est. Quod vero spectat Tertulliani verba c. 8 adversus Judæos, *Videmus autem, quoniam quadragesimo et primo anno imperii Augusti, quo post mortem Cleopatræ imperavit, nascitur Christus*, etc., malim ea putare cum isto, tum huic simili loco paulo post, depravata librariorum culpa. Gravior quippe hallucinatio hæc est, quam quæ potuisse in vetustissimum auctorem cadere videatur : annus enim ille 41 Augusti numeratur a cæde Cæsaris, qui a Cleopatræ morte nonnisi 28 erat : idque minime ignorasse Tertullianum, ex reliquo toto contextu perspicuum est. Velim igitur utramque fuisse ab eo epocham indicatam : altero autem loco descriptorum oscitantia numericas notas excidisse, quas ita nullo negotio suppleas post *Augusti* nomen, 28, *quo post mortem Cleopatræ*, etc. Ita et Hieronymus videtur utramque epocham expresse connotare voluisse, in Comment. in caput secundum Isaiæ, ubi ait, *Veteres revolvamus historias, et inveniemus usque ad 28 annum Cæsaris Augusti, cujus 41 anno Christus natus est in Judæa, in toto orbe terrarum fuisse discordiam, et singulas nationes contra vicinas gentes arsisse studio præliandi, ita ut cæderent, et cæderentur*, etc. Priore loco ab Actiaca victoria ; altero a Cæsaris cæde eumdem imperii Augusti annum designat. Certe falsum est, quod Scaliger contendit, ut locum attendenti serius patebit, Hieronymum cum idem principium 28 et 41 anni Augusti faciat, diversa hæc tempora fuisse arbitratum, eique Tertullianum in eamdem hallucinationem præivisse. Cæterum in Parmensi ms. aliisque Pontaco laudatis, non 41, sed 40 absolute legitur hic loci, quæ ipsa quoque incongrua lectio non est.

[i] Refixit locum hunc Scaliger pro arbitratu suo ita : *Quirinus ex consilio senatus in Judæam missus*, etc. ; verbis *edicente Cæsare*, quæ putavit a correc-

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | JESUS CHRISTUS [a] filius Dei in Betheleem Judæ nascitur, quo anno cœpit Christianorum salus : qui et primus annus Christianæ salutis numeratur. Colliguntur omnes anni ab Abraham usque ad nativitatem Christi, anni 2015.<br>C. Cæsar [b] amicitiam cum Parthis fecit.<br>Xystus [c] Pythagoricus philosophus agnoscitur. | | d |

## GRÆCA FRAGMENTA.

ΙΗΣΟΥΣ ὁ ΧΡΙΣΤΟΣ ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ υἱὸς ἐν Βηθλεὲμ πόλει τῆς Ἰουδαίας ἐγεννήθη. Sync. p. 251.

Ὁμοῦ συνάγεται ἀπὸ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὴν Χριστοῦ γέννησιν ἔτη βιε'. Ex Syncell. pag. 251.

Σέξτος φιλόσοφος Πυθαγορικὸς ἤκμαζεν. Idem pag. 252.

## NOTÆ.

toribus incrustata, prætermissis. Dein erroris, quem A ipse admisit, in verbis *ex consilio senatus*, torquet in Hieronymum culpam : denique totam periocham subsequenti de Christi ortu postponit. Quibus ausis mss. auctoritatem nos unice opponimus, singula enim persequi nec vacat, nec sane lectoris interest. Non prætermittemus autem quæ Theodorus Rykius digna lectu habet de Quirino in animadvers. in Tacit. p. 37 et seqq. : P. Sulpitio, inquit, *Quirino*, non *Quirinio* cognomen fuisse plura argumenta sunt. Primum enim suadet terminatio cognominum non denotantium artem aliquam hoc tempore usitatam ; dein expressa aliquot veterum auctoritas. Apud Suetonium Tib. c. 49, in omnibus codd. legitur : *in gratiam Quirini consularis prædivitis et orbi*. In Fastis Siculis exserte, Μεσσάλα καὶ Κυιρίνου. Nummus apud Hubertum Goltzium in una area circum lupam Romulum et Remum lactantem, super quam montes septem, infra Tiberis. P. SULPITIUS. P. F. in altera circum caput deæ : QUIRINUS III. VIR., qui rem decidit. Unde non dubitandum, quin in Dionis Indice coss. a 742 corrupte Κυρίνιος legatur pro Κυιρῖνος. Nec aliter terminatur hoc cognomentum in aliis familiis, auctores et lapides testantur. Hinc apud Cyprianum libri III Testim. contra Judæos ad *Quirinum:* et in Martyrologiis non unus *Quirinus*. Inscriptio vetus apud Reinesium, C. SEMPRONIO C. FIL. QVIRINO, etc. Faciunt huc et Janus *Quirinus* apud Suetonium, *coliis Quirinus* apud Ovidium, populus *Quirinus* apud Horatium, *Quirina* tribus in lapidibus antiquis, Juno *Quirina* apud Dionysium. Nec refert quod in Evangelio et apud Josephum legatur Κυρήνιος, in Alexandrino Chronico, Μεσσάλα καὶ Κυρινίου, externis enim usitatum cognomina Romanorum in *ius* subinde efferre, quoniam gentilia sic apud eos desinere noverant. Sic M. Claudius Pupienus imper. in nummo Tarsensium, apud Tristanum vocatur M. ΚΛΟΔ. ΠΟΠΛΗΝΙΟΣ. Ut taceam, apud D. Lucam non omnes codices habere Κυρηνίου, sed quosdam Κυρείνου, quibus concinit versio Vulgata, quæ *Cyrino* ; C quosdam Κηρυνίου : ex qua inconstantia de mendo suspicari licet. In hoc autem, αὕτη ἀπογραφὴ πρώτη, ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, esse explicanda cum Casaubono, non cum illis qui πρώτη positum velint pro προτέρα, aut μᾶλλον subintelligi, præterquam ex rationibus a Casaubono allatis, ex hoc patet Eusebiani Chronici loco, et adhuc clarius ex Syncello. Hactenus ille. Dicemus et nos fortasse de Lucani hujus vexatissimi loci interpretatione inferius: quamquam hæc parum ad propositum nostrum spectant. Sed monendus seduio es, lector, de Scaligeri hallucinatione, quæ maximi in re Chronologica momenti est; hunc enim annum, qui Christi natalis fuit, et ex quo temporum atque historiarum consequentium rationes pendent, ille non cum 42 Tiberii, ut omnino voluit Eusebius, comparavit, sed cum subsequente 43; ex quo factum, ut turbatis semel calculis, omnem prævertcrit Eusebianam hypothesim, et paralogismis immanibus fere continenter peccet : in quos animadverterunt Petavius de Doct. Temp. lib. XI, c. 6, et Pagius ad Baronii Annales tom. I, p. 15.

[a] Hæc nimirum est, in tanto auctorum dissensu circa verum Christi natalem annum, et vulgo receptior, et propior ad fidem Eusebii sententia, referentis ad tertium olympiadis 194 ab Urb. cond. 752, Augusti 42, ante ejusdem mortem 15, ipso Augusto XIII et Plautio Silano coss., qui annus est periodi Julianæ 4712, cyclo solis 8, etc. Idem ipse Eusebius Hist. Eccles. lib I, cap. 6 : Ἦν δὴ οὖν τοῦτο δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος, κ. τ. λ. *Annus agebatur secundus et quadragesimus regni Augusti; ab Ægypto autem subjugata, et ab Antonii Cleopatræque morte, annus octavus et vigesimus*. Sed eam disputationem, quæ sexcentis libris scripta est, nec dum finita, retexere in Eusebii gratiam, nostrarum partium non est. Vide, ut unum aliquem ex iis nominem, qui in hac se palæstra multa cum laude exercuerunt, Salomonem Van Till., dissertatione de die et anno Christi natali.

[b] Hanc ex Parmensi ms. ut et Scaligeri editione B periocham statim a Christi natali collocavimus, quæ superiori anno in antea editis, et apud Pontacum recensebatur. Hoc nimirum anno tertio olympiadis 194, Caius Cæsar Augusti filius adoptivus missus est in Orientem. Ibi eum Phraates Parthorum rex ad colloquium invitavit : qua de re omnino videsis Velleium Paterculum lib. II, cap. 101, ex Lipsii recensione. Scaliger, qui hujus historiæ tempus ad tertium superioris olympiadis annum refert, D. Lælio Balbo, C. Antistio Vetere coss. quinquennii metachronismum Eusebio exprobrat. Sed fallitur ipse splendide, ut post Velleium, quem diximus, facile intelliges ab Norisio nostro Cenotaph. Pisan. pag. 187 et seq. Ipsa Caii ætas dedocere Scaligerum potuit : et versus quos ipsemet laudat, Ovidii de Art. l. I :

> Auspiciis annisque patris, puer, arma movebis,
> Et vinces annis auspiciisque patris.

quibus sane significatur Caius, sicuti pridem pater ejus Augustus, undevicesimo ætatis anno bella auspicatus. Natus igitur cum sit, quemadmodum Dio lib. LIV C testatur, anno ab U. C. 734, eam expeditionem circa 753 suscepit, atque in Parthos movit : hoc nempe ipso tempore quod Eusebius notat. Cæterum *Caius* prænomen, quod in Pontacena editione deerat, nos ex aliis libris suffecimus.

[c] Vetustiores editi, et Palatini mss. libri *Xystus*, alii *Sixtus* habent, ut promiscue scriptum nomen istud, tametsi oppido diversum, jamdiu olim putem. S. Hieronymus, qui sæpius acriter Rufinum exagitat, quod Pythagorici philosophi sententiolas pro Xysti martyris obtruderit, nominat promiscue utrumque : nam philosophum quem in cap. Jeremiæ LXII *Sextum* vocat, in epistola 133, ad Ctesiphontem, et in cap. XVIII Ezechielis, appellat *Xystum*, cui etiam martyrem plane cognominem semel facit, alias *Sixtum* distinctionis ergo nominat. Vide quæ nobis observata sunt iis locis. Nihilosecius Pythagoreum philosophum sæpius de nomine dici *Sextium*, fatendum est. Ita Seneca epist. I, ex qua etiam bene convenire cum Eusebiana recensione philosophi ejus ætatem intelliges. Vide prologum Urbani Godofr. Siberi ad S. Sixti II, ut vocat, Enchiridion.

[d] Laterculum annorum a Christo nato, tametsi

| *Olymp.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | 33. . . . . . | 43 Augustus [a] Tiberium et Agrippam in filios adoptat. Judas Galilæus [b] ad rebellandum Judæos, ne acquiescerent solvere tributa Romanis, cohortatur. | 2 | |
| 195 | 34. . . . . . | 44 Herodes [c] cum Christi nativitatem, Magorum indicio, cognovisset, universos in Bethleem parvulos jussit interfici. | 3 | |
| | 35. . . . . . | 45 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 4 | |
| | 36. . . . . . | 46 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 5 | |
| | 37. . . . . . | 47 Asinius Pollio orator et consularis, qui de [d] Dalmatis triumpharat, 70 ætatis suæ anno in villa Tusculana moritur. Herodes morbo [e] intercutis aquæ, et scatentibus toto corpore vermibus, miserabiliter et digne moritur. | 6 | 2020 |
| | *Judæorum dux* ***ARCHELAUS***, *annis* 9. | | | |
| 196 | 1. . . . . . | 48 In Herodis locum filius ejus Archelaus [f], ab Augusto substituitur, et Tetrarchæ fiunt quatuor fratres ejus, Herodes, Antipater, Lysias, et Philippus. | 7 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰουδαίων ἐβασίλευσεν ΑΡΧΕΛΑΟΣ ἔτη θ'. Syncell. pag. 252.

Αὔγουστος Γάϊον [Fort. Τιβέριον καὶ] Ἀγρίππαν υἱοθετήσατο. Idem pag. 249.

Ἰούδας τις Γαλιλαῖος κατὰ Ῥωμαίων ἀποστατεῖν Ἰουδαίους προέτρεπε. Idem pag. 252.

Ἡρώδης... τὰ κατὰ τὴν Βηθλεὲμ ἀναιρεῖ νήπια, τὴν τοῦ... Χριστοῦ παρὰ τῶν Μάγων πυθόμενος γέννησιν. Idem ibidem.

Ἡρώδης ὑδέρῳ δεινῷ πιεσθεὶς, σκώληκας δὲ ἐκβράσας ἀπὸ σώματος... καταστρέφει τὸν βίον, ποινὴν δικαίαν τίσας. Chron. Pasch. pag. 165.

Ἰουδαίων βασιλέα Αὔγουστος Ἀρχέλαον Ἡρώδου παῖδα καθίστησι. Τετράρχας δὲ ἀποδείκνυσιν Ἡρώδην τὸν καὶ Ἀντίπαν, καὶ Λυσανίαν, καὶ Φίλιππον Ἀρχελάου ἀδελφούς. Idem ibidem.

## NOTÆ.

post Pontacum et Scaligerum, aliosque vetustiores, A qui hunc librum recensuerunt, retinemus, ut nequid receptum vulgo antea immutasse temere videamur: sentimus tamen non fuisse sive ab Eusebio, sive ab Hieronymo continua serie huic operi appositum; hæc enim annos numerandi ratio, auctore demum Dionysio Exiguo, post quintum a Christo nato sæculum inducta est. Re etiam vera in antiquioribus manu exaratis codicibus, cujusmodi est unus Amandinus Schelestratio laudatus, filum istud, sive laterculum annorum Christi omnino non invenitur.

[a] In Græco Tiberius tacetur, in quo tamen suspicari licet Γαΐον pro Τιβέριον irrepsisse. Gestum vero, quod et Scaligero notatum est, contigit triennio post. Videsis Velleium Paterculum lib. II.

[b] Fatendum est, quod Scaliger animadvertit, septennii, ut minimum, prochronismo hic peccatum ab Eusebio esse: siquidem post Archelai relegationem, ut Josephus Antiquitt. lib. XVIII, cap. 1, et de Bello lib. II, cap. 7, testatur, Judas iste Galilæus, qui et Gaulanites dictus est, seditionem movit. Contigisse hoc tradit S. Lucas Actor. v, 37, ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς, non tamen expresse, ut Scaliger contendit, ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀπογραφῇ: quam cum maxime urgeat Eusebianæ hallucinationis causam, non videtur ipse bene sacri scriptoris sensum assecutus; nam et illam, quam idem Lucas Evang. cap. II πρώτην vocat, ita præstat cum doctissimis viris interpretari, ut B non primam respectu secundæ significet, sed descriptionem prius fuisse notet institutam, quam ad censenda Judæorum bona Quirinus ab Augusto mitteretur.

[c] Egregie id quidem Eusebius suam juxta hypothesim: quamquam si Herodis ann. ad historiæ universæ amussim exegeris, vix te, ac ne vix quidem difficultatibus expedies; videbitur quippe cum Scaligero Herodes biennio ante fatis concessisse, quam hic infantes Bethlemiticos interfecisse. Dicemus ea de re nos subsequenti annotatione, ubi de Herodis morte.

[d] Legit Scaliger, *de Dalmatiis*, longius a mss. fide, ut et illud quod hanc periocham inverso ordine subsequenti postponit. In Parmensi ms. 80 Asinii ætatis anni pro 70 computantur.

[e] Hic locus est, quem varie hactenus exercuit doctorum industria: neque enim qui possit Josepho, quam Eusebius sequitur, fides constare, satis intelligitur. Videtur, si rerum seriem ex historia ipsa spectes, Herodis fatum ante quadriennium debuisse collocari: quod recentiores Chronologi, atque ipse fere Scaliger præstat. Enimvero Archelaum Herodis filium, testatur Josephus lib. XVII Antiquitt. cap. 13, decimo fere anno a morte patris fuisse relegatum. Relegatus autem hic est, eodem teste Josepho, lib. XVIII, cap. 2, anno circiter 37 ab Actiaca victoria, qui est ab U. C. 760, sive, quod idem est, tertio olympiadis 196. Igitur quo Herodes pater fatis concessit, annus erat ab U. C. 750, olympiadis 194 primus. Idem evincitur alio argumento: Philippus alter Herodis filius e vivis excessit anno Tiberii imp. 20, cum jam Trachonitidi, Gaulanitidi, et Bataneæ, ut ipse idem auctor est Josephus lib. XVIII, cap. 4, annis 37 imperasset. Quos annos si numeres ab hoc loco, ad quem mortem Herodis Eusebius refert, jam non ad Tiberii modo vigesimum, sed et Caii imp. alterum annum pervenies: quod constare omnino non potest, siquidem Philippo jam demortuo, sub imperii sui initia Caius, quod ipsemet prodit Josephus lib. XVIII, cap. 6, Herodi Agrippæ tetrarchiam illam dono dedit. Adeo erat, ut dicebamus, quadriennio circiter mors Herodis anteponenda: quod si demum putes, movenda ipsa erit Christi concepti natique epocha; omnino enim certum est Evangelii fide, Jesum, adhuc vivente Herode, natum esse. Ac scimus quidem, putasse Simsonium depravatas olim fuisse apud Josephum numericas annorum notas cum lib. Antiquitt., tum de Bello Judaico, quas pro suo ipse arbitratu refixit, ut dictum velit ab Josepho, regnasse Herodem annos 37 post detrusum regno Antigonum, postquam vero rex a Romanis declaratus est, annis 39. Sed præterquam quod temere hoc est ab illo excogitatum, plures aliæ difficultates occurrent, ex aliis in historia gestis, a quibus, ut ait Wesselingius, haud facile te exsolveris, nisi si annos Herodi reliqueris 34 ab Antigono interfecto, et 37 ab accepto regio a C Romanis nomine, quos Josephus semel iterumque illi dedit. Textum quod spectat, unus Palatin. ms. habet, *scaturientibus toto corpore vermibus*, pro *scatentibus*, etc. Pro ἀπὸ τοῦ στόματος, quemadmodum et Hieronymus legit apud Eusebium, legit Syncellus, ἀπὸ τοῦ σώματος.

[f] Quæ de θανασίμῳ Herodis anno diximus, locum

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. |
|---|---|---|---|
| | 2. . . . . . | 49 Fames Romæ ita ingens facta, ut quinque modii venderentur denariis 27 semis. | 8 |
| | | Philisthion [a] mimographus, natione Magnesianus, Romæ clarus habetur. | |
| | 3. . . . . . | 50 Tiberius Cæsar Dalmatas, [b] Sarmatasque in Romanam redigit potestatem. | 9 |
| | 4. . . . . . | 51 Athenodorus Tarsensis Stoicus philosophus, et M. Verrius Flaccus grammaticus, insignes habentur. | 10 |
| 197 | 5. . . . . . | 52 Athenienses res novas contra Romanos molientes opprimuntur, auctoribus seditionis occisis. | 11 |
| | | *Jesus [c] Christus in medio doctorum disputat, mirantibus illis, eo quod resistere sapientiæ suæ non poterant.* | |
| | 6. . . . . . | 53 Messala Corvinus [d] orator ante biennium quam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba conjungeret, et ad extremum ulcere sibi circa sacram spinam nato, inedia se confecit, annos ætatis 72. | 12 |
| | 7. . . . . . | 54. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 13 |
| | 8. . . . . . | 55 Augustus [e] cum Tiberio filio suo censum Romæ agitans, invenit hominum nonagies tercentena et septuaginta millia. | 14 |
| | | Sotio philosophus Alexandrinus, præceptor Senecæ clarus habetur. | |
| 198 | 9. . . . . . | 56 Archelaus [f] nono anno regni sui, in Viennam urbem Galliæ relegatur. | 15 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λιμὸς κατέσχε τὴν Ῥώμην ἰσχυρὸς, ὡς πολλῶν δηναρίων τὸν μόδιον πραθῆναι. Syncell. pag. 253.

Ἀθηνόδωρος Ταρσεὺς ἤκμαζεν. Idem ibid.

Ἀθηναῖοι στασιάζειν ἀρξάμενοι, κολασθέντες ἐπαύσαντο. Idem ibidem.

Αὔγουστος τοὺς οἰκήτορας Ῥώμης κατὰ πρόσωπον ἀριθμήσας, εὗρεν οἰκοῦντας αὐτὴν ἀνδρῶν μυριάδας ϡ', καὶ λζ'. Syncell. p. 253.

Σοτίων Ἀλεξανδρεὺς φιλόσοφος ἤκμαζεν. Ex eodem ibidem.

Ἀρχέλαος μετὰ θ' ἔτη τῆς ἀρχῆς, εἰς Βίενναν πόλιν Γαλλίας... ἐξορίζεται. Idem ibidem.

## NOTÆ.

hic quoque habent; certum est enim, statim a patris morte regno administrando Archelaum successisse. Quamquam dissentientibus e vestigio inter se fratribus, causamque Romæ apud Augustum dicentibus, nec regium nomen, nec totam patris ditionem Archelaus ab Augusto obtinuit. Josephus Antiquitt. lib. XVII: Ἀρχέλαον βασιλέα μὲν οὐκ ἀποφαίνεται, κ. τ. λ. *Ille quidem* (Augustus) *Archelaum regem non declarat: sed ejus ditionis, quæ Herodi erat subjecta, in partem dimidiam ipsum constituit ethnarcham.* Dimidiam alteram partem bifariam divisam Antipæ et Philippo concessit. Quamobrem Scaliger totis habenis contra Eusebium effunditur, quod dicat factas tetrarchias quatuor in quatuor fratres, Herodem, Antipatrum, Lysiam, et Philippum. Quæ, inquit, omnia ridicula sunt, nam Antipater jam quinque diebus ante obitum patris laqueo strangulatus erat: Lysanias vero plane commentitius est, quem filium numquam genuit Herodes, nulla ex novem uxoribus Herodis peperit. Quare pergit de hallucinatione Eusebii ex tetrarchiæ vocabulo multa huc congerens, et cumprimis de Lysia, aut Lysania, qui si de familia Herodis ex Arabia, aut aliunde fuit, filius tamen ejus non fuit. Quibus omnibus, ne longius, quam per notarum angustias licet, evagemur, faciet fortasse satis sæpius laudata dissertatione Noldius, quem ut consulas, auctor sum a num. 40 continenter usque ad 42. Adde et Basnagium tom. I, part. II, Histor. Judæorum cap. 11.

[a] Notat Schurzfleischius in primo Palatin. ms. *monographum* male hunc vocari: ab hoc autem Philistione, teste Epiphanio, fabulas suas ineptiasque sumpsisse Simonem Magum et Gnosticos. Vide Fabricium.

[b] Confer Velleium lib. II cap. 104, Tacitum quoque Annal. II, 46, et Dionem lib. LV, e quibus intelliges, haud jure suspectum fuisse Scaligero locum de Sarmatis.

[c] Quæ Italico, ut vocant, charactere notantur, non usque adeo genuina sunt, neque habentur apud Scaligerum. Pontacus ita pridem ab reliquo textu distinxit.

[d] Scaliger hanc periocham biennio post refert. Porro in Notis ex Ovidii testimonio, scribentis ad

A Messallinum de Messallæ patris ejus funere,

Cui nos et lacrymas supremum in funere munus,
Et dedimus medio scripta canenda foro,

contendit ante exsilium Ovidii eum jam decessisse, hoc est, ante num. 2029. Tum ait: Rursus aliud dubium suboritur: si M. Val. Messalla obiit 2029 numero, superstes fuit 9 annis C. Asinio Pollioni, qui decessit num. 2020. Quomodo ergo tuebimur hoc adversus ea, quæ auctor Dialogi de causis corruptæ eloquentiæ scribit: *Corvinus in medium usque principatum, Asinius pene ad extremum duravit.* Secundum hæc, et ea, quæ αὐτόπτης scribebat Ovidius, commutarunt locum in Chronico Eusebii, Pollio, et Messalla, ut num. 2020 Messalla mortuus fuerit, Pollio vero 2029: unde recte auctor Dialogi dixerit Asinium pene ad extremum principatum Augusti pervenisse, penultimus enim annus Augusti incidit in num. 2029. Itaque cum Asinius Pollio vixerit ann. B 80, natus igitur fuerit numero 1949, consul factus annos natus 29 aut 28. Val. Maximus libro VIII, cap. 14, vocat Asinium Pollionem *numerosæ vivacitatis* haud *parvum exemplum*. Vixit enim annos, ut diximus, 80. Jamvero textum quod spectat, primus Palatinus ms., teste Schurzfleischio, legit *ulcere illi*, tertius *hulcere illi*, quod omnino verius puto quam impressum etiam in Scaligerana editione *ulcere sibi*. In fine Parmensis ms. tantum annos 70 ætatis Messallæ computat.

[e] Actum sequenti anno: siquidem numeres a Kalendis Januariis, quod tamen minime Eusebius facit. Ita fidejubet esse Augustus ipsemet in indice suo. NUPERRIME: LUSTRUM (*egi*) CONLEGA TIBERIO. SEXT. POMPEIO. ET SEXT. APULEIO. COS. QUO LUSTRO, ROM. CAPITUM. QUADRAGIES. CENTUM. MILIA TRIGINTA. ET SEPTEM. (*censa sunt*). Quo loco Scaliger: Melius, ait, crediderim ipsi Augusto. Multum sane, differunt 9,370,000 et 4,137,000, utique plus semisse. In Parmensi ms. *nonagies* CCCLX *millia* dumtaxat sunt.

C [f] Ita Josephus de Bello lib. II, cap. 6, ἔτει τῆς ἀρχῆς ἐννάτῳ, *nono principatus sui anno*, pulsum in exsilium Archelaum tradit, qui tamen Antiquitt. lib. XVII, sub fin., δεκάτῳ ἔτει τῆς ἀρχῆς, *decimo anno* contigisse id scribit, nono scilicet jam expleto. Sed

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | *Judæorum principatum tenet* [a] *HERODES Tetrarcha annis* 24. | **Defectio solis facta** [b], **et Augustus 76 ætatis suæ anno**, Atellæ in Campania moritur, sepeliturque Romæ in campo Martio. *Romanorum III, TIBERIUS regnavit annis 23, vel 21, ut aiunt nonnulli.* | | |
| | 1. . . . . . | 1 Tiberius [c] quasi coactus, et querens miseram et onerosam jungi sibi servitutem, imperium recepit. Caius Asinius Gallus orator, Asinii Pollionis filius, cujus etiam [d] Virgilius meminit, diris a Tiberio suppliciis necatur. | 16 | 2030 |
| | 2. . . . . . | 2 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 17 | |
| | 3. . . . . . | 3 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 18 | |
| 199 | 4. . . . . . | 4 T. Livius historiographus Patavii moritur. Ovidius poeta [e] in exilio diem obiit, et juxta oppidum Tomos sepelitur. Germanicus Cæsar [f] de Parthis triumphat. | 19 | |
| | 5. . . . . . | 5 Tredecim urbes [g] terræmotu corruerunt, Ephesus, Magnesia, Sar- | 20 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Βασιλεύει τῆς Ἰουδαίας ἩΡΩΔΗΣ ὁ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ ἔτη κδ'. **Chronic. Pasch. pag. 165.**

Αὔγουστος..... τελευτᾷ τοῦ βίου..... καθ' ὃν χρόνον ἔκλειψις ἡλίου γέγονε. Syncell. pag. 253.

Ῥωμαίων γ', ἐμονάρχησε ΤΙΒΕΡΙΟΣ Καῖσαρ ἔτη κβ'. Chron. Pasch. pag. 165.

Τῆς μικρᾶς Ἀσίας σεισμῷ ιγ' πόλεις κατεπτώθησαν, Ἔφεσος, Μαγνησία, Σάρδεις, Μοστίνη, Αἶγαι, Ἱεροκαισάρεια, Φιλαδελφία, Τμῶλος, Τῦμος, Μυρῖνα, Κύμη, Ἀπολλωνία, Δία Ὑρκανία. Syncell. pag. 254.

## NOTÆ.

gravior Eusebii metachronismus est ex semel turbatis circa Herodis obitum calculis. Scaliger quadriennii esse sentit; nos si recte rationes subduximus, ibi de Archelai initiis, patrisque ejus morte, sexennio solido aberratum colligimus.

[a] Hunc Arduinus filium Zenodori facit, non Herodis: eumque ait, patrio jure, non precario a Romanis regnasse. In has eum puto angustias Scaligeri argumenta detruserunt, totus hic enim in eo est, ut falli Eusebium, persuadeat, qui regni Herodis initium hactenus distulerit, cum constet jam annum decimum regnasse eum in Tetrarchia sua: neque fratri Archelao successerit, cujus tota in fiscum redacta possessio est. Atqui non videtur Scaliger, studio litigandi abreptus, nativum verborum Eusebii sensum percepisse, quem quidem nihil sibi voluisse aliud puto, quam Herodem Antipam, fratrem utique Archelai, postquam iste pulsus est in exsilium, caput nationis Judæorum ac principem egisse: quam dignitatem alter ejus frater Philippus non erat sustinendo, utpote qui et meritis et natu minor; ad hæc etiam Ituræ tetrarcha, non Galilææ, ut Herodes: quæ ditio pro Judææ parte semper est habita. Igitur iste quamquam jam a decimo anno in privata, ut ita dicam, tetrarchia regnans, expulso Archelao, non in ejus quidem ditionis sortem!, sed in gentis caput et principem jure assumitur, atque inde nova veluti regni ejus epocha censetur. Hac ratione, ut Eusebii, ita nullus Hieronymi in caput i Matthæi error est, quem Scaliger somniat; non enim ait ibi S. Pater Archelaum, sed Antipam Lugduno relegatum. Sed videsis, ne longiores æquo simus, Basnagii Historiam Judæor. tom. I, toto capite octavo.

[b] Neque Augustum hoc anno obiisse, sed sequenti, neque hoc anno, sed sequenti eam defectionem solis accidisse, ex Dione quidem notat Scaliger: ipse autem nullam fuisse solis defectionem contendit, sed lunam diebus 39 a morte Augusti defecisse totam. Proinde non 76 *ætatis suæ anno*, sed uno auctius, sive 77 Augustum obiisse, in ipso Eusebiano contextu ponit, contra mss. quot scio omnium atque editorum codicum auctoritatem. Quod quidem satis esse debet, ut iis, quæ multa in Notis ad hypothesim hanc suam ex siderum cyclis asserendam, accusandumque hallucinationis Eusebium, congessit, jure omnem deneges fidem. Profitetur ipse palam Schurzfleischius, non eam se Scaligerani cycli esse putare sinceritatem, ut tot aliis auctoribus, et tot in primis mss. amplius contradici possit. Sunt enimvero omni exceptione majorum, eaque luculentissima auctorum testimonia. Velleius Paterculus lib. II,

A cap. 123: *Securum se Augustus prædicans, nec quidquam jam de fine, si fata poscerent, recusans....... in sua resolutus initia...... septuagesimo sexto anno animam cœlestem cœlo reddidit.* Suetonius etiam expressius: *Duobus Sextis, Pompeio et Apuleio coss.* XIV *kal. Septembris, hora diei nona, septuagesimo et sexto ætatis anno, diebus quinque triginta minus.* Paria Dio habet lib. LVI, atque alii. Quid quod eam eclipsim tabulæ astronomicæ comprobant? Sed et in eo pergit falli Scaliger, quod annum hunc imperii Augusti quinquagesimum sextum cum decimo quarto Christi connectit, qui error a priore illo fluit, quem suo loco notavimus, ubi primum Christi cum Augusti quadragesimo tertio composuit. Recole quæ ibi dicta sunt: multum quippe interest, ex qua hallucinatione reliqui ejus paralogismi deriventur, observasse. Porro quod ait Hieronymus *Atellæ in Campania* mortuum Augustum, scriptores plerique alii omnes *Nolæ*, sive apud *Nolam* succubuisse eum

B tradunt.

[c] Tota hæc pericopa a Parmensi ms. abest.

[d] Sentit Scaliger, Virgilium in eadem ecloga *Sicelides Musæ*, et patris C. Asinii Pollionis meminisse, et filii, cum ea dicata sit patri, in gratiam autem filii facta. Errare autem Hieronymum, qui miseram filii sortem huc referat, ad quod tempus par patris exitus, auctore Tacito, spectat. Sed et alii in Hieronymum sive Eusebium insurgunt criticorum filii, quod Asinii Galli necem primo Tiberii anno illiget, quæ ejus imperatoris 17 contigit. Pro certo habetur, fuisse Tiberium malo adversus Asinium hunc animo, ex quo Vipsaniam priorem conjugem suam a se repudiatam, hic sibi matrimonio copulavit. Addit aliam odii causam Dio, quod Sejano obsequeretur, eique primas tribueret; qui Sejanus Tiberio in suspicionem jam venerat. Cæterum artibus quidem dolisque Tiberii conjectus in carcerem Asinius fuit; ibi autem fame an ferro perierit, dubium est. Certe Capreis tunc agebat Tiberius. Confer Tacitum. Asi-

C nius Pollio, pater Asinii Galli, ab Eusebio nostro ante annos decem morte sua obiisse dicitur seq. num. 2020.

[e] Vide unum pro cunctis Joan. Massonum in Ovidii Vita.

[f] Rescribi vult Scaliger *de Chattis*, de quibus sane hocce anno, ut de Cheruscis, et Angrivariis Germanicus triumphavit, quod Tacitus Annal. II, cap. 41, testatur.

[g] Atqui, inquit Schurzfleischius, quatuordecim urbes recensentur, non tredecim, de quo infra videbimus. Pro Mosthene primus Palatinus habet *Bos-*

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | dis, Mosthene, Ægæ, Hierocæsarea, Philadelphia, Tmolus, Temnus, Cymæ, Myrhina, Apollonia, Hyrcania. | | |
| | 6. . . . . . | 6 Fenestella, historiarum scriptor, [a] septuagenarius moritur, sepeliturque Cumis. | 21 | |
| | 7. . . . . . | 7 Tiberius multos [b] reges ad se per blanditias evocatos numquam remisit : in quibus Archelaum Cappadocem, cujus regno in provinciam verso, Mazacam nobilissimam civitatem, Cæsaream appellare jussit. | 22 | |
| 200 | 8. . . . . . | 8 Pompeii theatrum incensum. Tiberius Drusum consortem regni facit. | 23 | |
| | 9. . . . . . | 9 Drusus Cæsar veneno periit. | 24 | |
| | 10. . . . . . | 10 Quintus [c] Atherius, promptus et popularis orator, usque ad 90 prope annum summo honore consenescit. | 25 | |
| | 11. . . . . . | 11 Servius [d] Plautus corrupti filii reus semel in judicio interficit. | 26 | 2040 |
| 201 | 12. . . . . . | 12 Philippus tetrarcha Paneadem, in qua plurimas ædes construxerat, Cæsaream Philippi vocavit, et Juliadem [e] aliam civitatem. | 27 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Πομπηΐου θέατρον ἐπρήσθη. Syncell. pag. 254.
Τιβέριος Δροῦσον τῆς ἀρχῆς κοινωνὸν προσλαβόμενος, κατὰ μικρὸν ὡς φαρμακὸν ἀνεῖλεν. Idem ibidem.

Φίλιππος τετράρχης Πανιάδα ἀνακτήσας, Καισάρειαν Φιλίππου προσωνόμασεν. Syncell. pag. 255.

## NOTÆ.

*thene;* Syncellus, Μοστίνην vocat. Eodem fere modo Μοστίνα ab Hierocle nominatur. Μοσθηνοὺς Ptolemæi intelligit Scaliger. Populi enim et urbis nomen commune fuisse, autumat Chr. Cellarius, G. A. lib. III. cap. 4, qui e nummis egregie probat, Μοστήνην, atque apud Latinos Mostenem, sine halitu, scribendum esse. Apud Nicephorum lib. I, cap. 17, Μωστηνὴν habetur. His adde, quæ Th. Ryckius ad Tacitum, p. 45 Animadversionum, protulit. Tmolum primus Palatinus in *Hymolum*, tertius in *Ymolum*, quartus denique in *Tomolon* vertit. In Græcis est Τμῶλος. Legendum tamen reputaverim ΤΥΜΩΛΟΣ. Stephanus ΤΥΜΩΛΟΣ, οὕτως ὁ Τμῶλος κατὰ ποιητικὸν μετασχηματισμόν. Hinc apud Ciceronem τὸ ἐθνικὸν *Timolites*, per *i* Latinum formatum exstat : nisi in Stephano potius scribendum sit ΤΙΜΩΛΟΣ. Plinius H. N. lib. V, cap. 29 : *Lydia*, inquit, *celebratur maxime Sardibus, in latere Tmoli montis, qui antea Timolus appellatus.* Adde Ovidium lib. VI Metamorph. vers. 15, et lib. XI, vers. 85, ubi *vineta Timoli* memorantur. Pro *Tmolus* interpres Nicephori habet, *Timolus*. Sed in Græco textu Τμῶλος est. Pro *Temno* Syncello Τύμος memoratur. Nescio, num Τύμνος forte legendum sit, quam Cariæ urbem Stephanus vocavit, an Τῆνος potius, quod pro Τῆμνος apud Herodotum occurrit. Salmasius, in Notis ad Græcam Eusebii syllogen, ΤΙΟΣ legit, de qua urbe in Paphlagonia sita. Stephanus videndus. *Temnus* Nicephoro Τίμος est. Pro Τῆμνος apud Polybium Τέμνος legitur. Vid. H. Valesium pag. 373. Cyme in quibusdam libris *Cyne* vocatur. Possit sane ΚΥΝΗ Λυδίας, Stephano memorata, intelligi. Alteram interim lectionem, librorum auctoritate, quorum tamen aliqui *Canæ* scribunt, nisam, nolim deturbare loco suo. Quartus Palatinus, *Themmos*, *Cymos*, *Smyrna;* tertius, *Temnus*, *Cymemirina* uno verbo, uterque corrupte, legunt. Dia aliquibus libris *Dya* dicitur. Salmasius pro *Dia*, *Hyrcania*, ut tredecim videlicet urbes tantummodo nominentur, legendum in Græco textu putavit, Δία ἡ τῆς Καρίας. Pro *Dia Hyrcania*, in Nicephoro Græco est Δία Ὑρκανία, καὶ... Lacunam explevit interpres voce *Cybira*, et delet Ὑρκανίας vocabulum. Μοαγέτης Κιβύρας τύραννος memoratur apud Polybium Excerpt. Leg. XXX, pag. 1159. Idem Nicephorus eam Ἔφεσος vocat, cujus mentio injicitur apud Strabonem, lib. XIII extremo, p. 630. Etiam hoc addo, quod Malala Chronogr. p. 317 : Ἐπὶ δὲ τοῦ Κλαυδίου, ait, Καίσαρος ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας ἡ Ἔφεσος (cujus hic mentio non fit), καὶ ἡ Σμύρνα, καὶ πολλαὶ ἄλλαι πόλεις τῆς Ἀσίας. Claudio ergo Germanico, non Claudio Tiberio, regnante, hoc contigerit, si Malalam sequemur. Sed nobis quidem alia omnia vel e Strabone, æquali scriptore, constant. De Archelao et Cæsarea Cappadociæ eadem narrantur apud Suidam in ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ. His addo quod corrupte habet Parmens., *Ostene* pro *Mostene*, et *Diabircania* pro *Dia Hyrcania*. Præstabit et consuluisse Gronovium juniorem ad marmoream basim Colossi Tiberiani tom. VII Antiquitt. Græcarum, capitibus præsertim 5 et 24, ubi uno verbo legit *Apollonidea*, pro *Appollonia dia*, quam lectionem multis Veterum testimoniis comprobat, atque hoc ipso Hieronymi, qui cum *tredecim* dicat civitates corruisse terræmotu, interim *quatuordecim* numeraret, si quod in aliis mss. editisque libris legitur, Apollonia, *oria* scripsisset. Erat hæc autem non Apollonia Trojæ, sed *Apollonidea Lydiæ*, cujus provinciæ et reliquæ civitates, id est Asiæ minoris sunt.

[a] Antea addebatur *et carminum* in editis libris ac mss. quot vidimus, atque adeo et in priori editione nostra. Expungimus autem nunc eas voces ad fidem optimi Lucensis ms., in quo *historiarum* quidem, non item *et carminum* scriptor Fenestella perhibetur. Re etiam vera condidisse eum carmina aliunde non constat, et Scaliger pernegare non cessat. Porro quod Noster Fenestellæ mortem ad hunc refert 5 Tiberii annum, Plinius, qui ejus sæpissime meminit, novissimo ejusdem imperatoris principatu scribit contigisse.

[b] Eutropii verba sunt in Breviar. lib. VII, cap. 11, tantum quod *quosdam reges* pro *multos* dicit, tum de Archelao Cappadoce, *cujus etiam regnum in provinciæ formam redegit, et maximam civitatem appellari nomine suo jussit, quæ Cæsarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur.* Adito auctoris hujus scholiastas, Suetonium quoque in Tiberio cap. 37, ejusque interpretes, Tacitum lib. II cap. 42, etc.

[c] Scaliger *Haterium* scribit, libri alii *Atterium*, sed et observante Schurzfleischio, Diodorus Ἀτέριον, Dionysius Τερμίνιον, A. Gellius II, 2, *Thermum*, Plinius VII, 28, *Æternium*, Cassiodorus *Aternium*, nominarunt. Livius, lib. III, cap. 31, ut est in Sigoniano libro, *Tercinium* vocat. Janus Gebhardus, in Emendationibus mss. apud eumdem Schurzfleischium, in primo ac tertio Palatinis codd. *Appium Acinum* invenit. Adeo hoc nomen sæpius varieque corruptum est. Scaliger periocham hanc in annum insequentem differt, invenitque in hac ipsa recensione biennii prochronismum : quod scilicet Cn. Lentulo Getulico, C. Coss. Atherium decessisse anno U. C. 779 auctor sit Tacitus Annal. IV, cap. 61.

[d] Parmensi, ut et tribus Palatin. mss., *Seius*, Scaligero, atque aliis *Sevius*, et *Sævius* tenebrio hic appellatur.

[e] Confer Hieronymum initio lib. III in Matthæum: *Philippus iste est frater Herodis, ... qui in honorem Tiberii Cæsaris Cæsaream quæ nunc Paneas dicitur,*

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| | 13. . . . . . | 13 Pontius Pilatus procurator Judææ a Tiberio mittitur. | 28 | |
| | 14. . . . | 14 Votienus Montanus Narbonensis orator in Balearibus insulis moritur, illuc a Tiberio relegatus.<br>Herodes Tiberiadem condidit, et Libiadem. | 29 | |
| | 15. . . . . . | 15 Joannes filius Zachariæ [a] in deserto juxta Jordanem fluvium prædicans, Christum filium Dei in medio eorum adesse testatur. Ipse quoque Dominus Jesus Christus hinc in populos salutarem viam annuntiat, signis atque virtutibus vera comprobans esse, quæ diceret.<br>COMPUTANTUR in præsentem annum, id est 15 Tiberii Cæsaris, a secundo anno [b] instaurationis Templi, quæ facta est sub altero anno Darii regis Persarum, anni 548; — a Salomone autem et prima ædificatione templi, anni 1060; — a Mose, et egressu Israelis ex Ægypto, ann. 1539; — ab Abraham et regno Nini et Semiramidis, an 2044; — a [c] diluvio usque ad Abraham 942; — ab Adam usque ad diluvium an. 2242. | 30 | |
| 202 | 16. . . . . . | 16 Principium [d] octuagesimi primi jubilæi secundum Hebræos.<br>Jesus Christus filius Dei salutarem cunctis prædicans viam, miracula quæ in Evangeliis scripta sunt, facit. | 31 | |
| | 17. . . . . . | 17 Jesus Christus filius Dei, discipulos suos divinis imbuens sacramentis, ut universis gentibus conversionem ad Deum nuntient, imperat. | 32 | |
| | 18. . . . . . | 18 Jesus Christus filius Dei, secundum prophetias, quæ de eo fuerant | 33 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τιβέριος Πόντιον Πιλάτον ἡγεμόνα τῆς Ἰουδαίας ἐξέπεμψεν. Syncell. pag. 254.

Ἡρώδης ἔκτισε Τιβεριάδα... Ὁ αὐτὸς Ἰουλιάδα ἀνήγειρεν. Idem pag. 2-5.

Ἰωάννης ὁ Ζαχαρίου υἱὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ παρὰ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ εὐαγγελιζόμενος ἐν μέσοις αὐτοῖς ἤδη παρεῖναι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ Ἰησοῦς Χριστὸς, κ. τ. λ. Ex Chron. Pasch. pag. 168.

Ἦν δὲ ἀπὸ δευτέρου ἔτους Δαρείου ἐπὶ τὸ ιε' Τιβερίου ἔτη φμη'. Ex Syncell. pag. 258.

Ἀπὸ Σολομῶντος, ἤγουν τῆς πρώτης ἐπισκευῆς τοῦ ναοῦ ἔτη ͵αξ'. Ex Chron. Pasch, pag. 172.

Ἀπὸ τῆς διὰ Μωϋσέως ἐξ Αἰγύπτου πορείας ἔτη ͵αφλθ'. Ex eodem ibidem.

Τὰ ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἀβραὰμ γενέσεως, ἢ κατὰ τοὺς χρόνους Νίνου καὶ Σεμιράμεως, ἔτη γρπδ'. Ex Syncell. pag. 259.

Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς Θεοῦ υἱὸς κηρύσσει τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας. Ex Chron. Pasch. pag. 169.

Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ Κύριος ἡμῶν κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας ἐπὶ τὸ πάθος προῄει ἔτους ιη' τῆς Τιβερίου βασιλείας· καθ' ὃν καιρὸν καὶ ἐν ἄλλοις μὲν Ἑλληνικοῖς ὑπομνήμασιν εὕρομεν ἱστορούμενα κατὰ λέξιν ταῦτα· ὁ ἥλιος ἐξέλιπε. Βιθυνία ἐσείσθη. Νικαίας τὰ πολλὰ ἔπεσεν· ἃ καὶ συνᾴδει τοῖς περὶ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν συμβεβηκόσι· γράφει δὲ καὶ Φλέγων ὁ τὰς ὀλυμπιάδας συναγαγὼν [Scal. tac. Φλέγων et συναγαγὼν] περὶ τῶν αὐτῶν ἐν τῷ ιγ', ῥήμασιν αὐτοῖς τάδε· Τῷ δ' ἔτει τῆς σβ' ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωσμένων [Scal. ἐγνωρισμένων] πρότερον· καὶ νὺξ ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι, σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν [Scal. add. γενόμενος] τὰ πολλὰ Νικαίας κατεστρέψατο· καὶ ταῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς ἀνήρ· τεκμήριον δ' ἂν γένοιτο τοῦ κατὰ τόδε τὸ ἔτος πεπονθέναι τὸν Σωτῆρα ἢ τοῦ Κυρίου [Scal. tac. Κυρίου] κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου μαρτυρία ἥτις μετὰ τὸ ιε ἔτος Τιβερίου τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ διαγενέσθαι μαρτυρεῖ. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς δὲ χρόνους καὶ Ἰώσηπος ἱστορεῖ ἐν ἡμέρᾳ Πεντηκοστῆς κινήσεως καὶ κτύπου οἱ ἱερεῖς [Scal. ἱερέας] ἀντιλαμβάνεσθαι πρῶτον, ἔπειτα φωνῆς ἀθρόας ἔνδοθεν ἀκοῦσαι, ἀπὸ τοῦ ἐσωτάτου ἱεροῦ, αὐτοῖς ῥήμασιν εἰπούσης· Μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν, καὶ ἄλλο δέ τι [Scal. ἄλλοθι] ὁ αὐτὸς ἀναγράφει Ἰώσηπος· ὡς Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Καίσαρος τὰς εἰκόνας νύκτωρ εἰς τὸ ἱερὸν, ἅσπερ οὐκ ἦν θέμις, ἀναθέντος, μεγίστου θορύβου καὶ στάσεως ἀρχὴν ἐμβεβληκότος Ἰουδαίοις. Eusebius apud Syncell. pag. 258.

## NOTÆ.

*construxit, et in honorem Cæsaris pariterque sui nominis appellavit eam Cæsaream Philippi ..... et ex nomine filiæ ejus Juliadem trans Jordanem exstruxit.* Videsis porro quæ observata nobis sunt ad hunc locum. Notum *Libiadem* et *Juliadem* Antiquis promiscue dici; mirum autem, quod cum semel in Græco ejus urbis mentio sit, quam Syncellus Ἰουλιάδα vocat, non hæc tamen sit, sed quam altero ab hoc numero *Libiadem* appellat Hieronymus ab Herode exstructam. Vide et Pontacum.

[a] Perstat in pristino errore Scaliger, cum 15 Tiberii, vigesimum nonum Christi annum pro trigesimo comparans. Frustra adeo in Notis de hac ipsa comparatione pluribus disputat, quæ omnino sunt contra Eusebii mentem. Recole quæ ad annum 42 Augusti observamus.

[b] Corruptum locum hunc puto librariorum incuria, quem ita restituas, suppleasque ex ipsiusmet Eusebii Præfatione in hunc librum: *A secundo anno Darii, et instauratione Templi, quæ*, etc. Aut certe cum Prospero, inductis verbis *a secundo anno*, legesis ἁπλῶς, *Ab instauratione Templi, quæ*, etc. Infra in annis ab egressu Israelis ex Ægypto uno minus habet Scaliger, sive 1538.

[c] Postremas duas istas a diluvio ad Abraham, et ab Adamo ad diluvium supputationes, vereor ut ab ipso Eusebio aut Hieronymo sint. Enimvero et a pro- A posito Operis toto cœlo abludunt, et cum præcedentibus summis minime connectuntur, quæ omnes ad Tiberii decimum quintum annum respectum habent, ad eumque terminum recta collimant. Proinde nec spectant ad Abrahami æram, quæ juxta contractiorem Hebræi textus numerum ab Eusebio semel proposita, ab hac augetur latiore supputatione, a diluvio ad mundum conditum, quæ tanta ferme est, quantam LXX instituunt. Alias bonis argumentis ostendimus eas summas a sciolis criticis, qui Eusebii Chronicon pro suo captu interpolarunt, assutas fuisse. At vero id jam diu olim ab iis perpetratum oportet hic loci: siquidem habentur etiam apud Prosperum, qui in hac ipsa Recapitulatione Eusebium fidejussorem suum laudans, *A Diluvio*, ait, *usque ad annum primum Abrahæ anni nongenti quadraginta duo Eusebius vir disertissimus annumeravit. Ab Adamo autem*, etc. Sed et Syncellus p. 259 de Eusebio ad hunc locum notat, quod ab Adam condito ad ortum Abrahæ, vel ad Nini Semiramisque ætatem brevius intervallum B positurus. Hebraicum codicem prævium secutus annos 3184 collegerit. Cogemur itaque horum testimoniis collectiones istas pro vere Eusebianis habere? Equidem

[d] Recole quæ de jubilæorum supputatione cum alibi, tum ad num. 51 nobis observata sunt.

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|

prælocutæ, ad passionem venit [a] anno Tiberii 18, quo tempore etiam in aliis ethnicorum commentariis hæc ad verbum scripta reperimus : *Solis facta defectio, et tenebræ super universam terram. Bithynia terræmotu concussa, et in urbe Nicæna ædes plurimæ corruerunt.* Quæ omnia his congruunt, quæ in passione Salvatoris acciderunt. Scribit vero super his et [b] Phlegon, qui olympiadarum egregius supputator est, in XIII libro ita dicens : *Quarto autem anno 202 olympiadis, magna et excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta; dies hora sexta in tenebrosam noctem versus, ut stellæ in cœlo visæ sint, terræque motus in Bithynia Nicænæ urbis multas ædes subvertit.* Hæc supradictus vir. Argumentum autem hujus rei, quod Salvator isto anno passus sit, Evangelium præbet Joannis, in quo scribitur, post decimum quintum annum Tiberii Cæsaris, [c] tribus annis Dominum prædicasse. Josephus etiam vernaculus Judæorum scriptor, circa hæc tempora die Pentecostes sacerdotes primum commotiones locorum, et quosdam sonitus sensisse testatur.

## NOTÆ.

Equidem non videtur eorum auctoritas tanti, maxime si propositum ejus ac mentem species. Ut vero habeas pro germanis, cum a reliquis supputationibus sejunctæ sint, (nec eo tendant, quo reliquæ, satis intelliges, nihil inde eorum, et Scaligeri cumprimis, juvari falsam opinionem ; qui priorem partem illam temporum ab Adamo ad diluvium, atque exinde ad Abrahamum, fuisse ab Eusebio priore libro digestam per annos, contendunt.

[a] Quæ multa Scaliger ad hunc locum de hallucinatione Eusebii, et quidem puerili oggerit, ipsiusmet sunt παροράματα, quæ a priore illo, de quo supra diximus, errore fluunt, ubi cum Augusti quadragesimo secundo primum Christi annum comparavit. Transversus enim agitur in consequentibus continenter, atque hic expressius, ubi trigesimum secundum Christi pro trigesimo tertio supputat, quo ad passionem venit. Constans utique Eusebius est sibi, quod unice in hac ejus hypothesi expetendum erat, ac tute pervidebis, si veram hanc ejus supputationem, comparationemque annorum cum 18 Tiberii teneas. Sententiam autem ipsam quod spectat (quæ ab illo de natali Christi anno pendet, ipse juxta receptas vulgo Alexandrinorum scriptorum, et præcipue Clementis rationes moderatur), videsis Fridericum Spanhemium patrem in Dubiis Evangelicis p. II, d. 1. Quod dicitur in Græco, quem laudamus ex Syncello, textu, ἐπὶ τὸ πάθος προήει ἔτους ιη', ita in numericis notis Goarus refixit, cum esset in archetypo ιθ', quemadmodum legit et Scaliger. Vere autem Syncelli editor arbitratus est, eam fuisse Eusebii mentem, qui in subsequentibus scribit, Μετὰ τὸ ιε' ἔτος Τιβερίου τριετῆ χρόνον τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ διαγενέσθαι, *Post decimum quintum annum Tiberii, triennale spatium Christi prædicationem durasse.* Quare, inquit, octavum et decimum Tiberii non superasse Christum, Eusebio Græce loquenti ipse dialecto Latina Hieronymi studio donatus sibimet attestatur anno Tiberii 18, *Ad passionem venit anno* 18. Eam lectionem tuetur, et certiorem probat Pontacus, et Anastasii Vaticani (quæ de Regio potest esse sententia) auctoritate in contrarium relata, librarium qui 19, vide 18, substituerit, erroris postulat. Adde porro hisce omnibus Petavium de Doctrina Temporum lib. XII, capp. 2 et seq.

[b] De Phlegontis testimonio videsis Huetium Demonstrat. Evang. proposit. 3, num. 9, pluribus dissserentem contra Scaligerum, qui Phlegontem significasse naturalem eclipsin, ex eo contendit, quod eclipseos vocabulo usus sit. Wesselingius in Notis ad Simsonii Chronicon totam disputationem paucis complexus est, quæ digna lectu sunt : Memoravit, ait, Phlegon eclipsim, sed utrum plenilunii tempore acciderit in tanto veterum, qui de ipsa egerunt, dissensu, difficile est ad affirmandum. Jul. Africanus apud Syncellum asseverat, negat vero Origenes

A Tractat. 35 in Matthæum : *Et Phlegon quidem*, inquit, *in Chronicis suis scripsit, in principatu Tiberii Cæsaris factum, sed non significavit in luna plena hoc factum.* Deinde male illa Phlegontis eclipsis ad hunc annum refertur. Nam Jul. Africanus, ut ex Hieronymo ad Danielem c. IX novimus, pluresque alii veterum censuere Christum Dominum duobus Geminis coss. cruci fuisse suffixum. Jam vero ludibrium debuissent paganis, si opinati fuissent, eclipsin, qua pars orbis Domino patiente obumbrata est, hoc anno contigisse, cum is ante hunc annum ex eorum sententia sit passus. Videntur, fateor, verba hic ex Phlegonte allata prima specie indicare anno olymp. 202 quarto eam contigisse. At apud Syncellum chronograph. p. 323 in Africani fragmento annus olymp. 202 secundus signatur, alibi vero p. 308, annus olymp. 202 quartus : unde liquido apparet alterutrum locum esse corruptum. Cum vero certum sit Africanum olymp. duobus annis citius auspicari, videtur justa
B suspicio, in posteriori numero esse errorem admissum, editumque ab Africano olymp. 201 annum 4, qui plane respondet olymp. vulgaris 201 anno 2 consulatuique duorum Geminorum, quo passum fuisse Christum Africanus censuit : videtur autem duplici charactere, ad tempus certo demonstrandum, suo et vulgari olymp. Africanus voluisse uti. Vide A. Pagium ad an. U. C. 785. Non defuerunt, qui Christo patiente mirificum solis defectum in magno Sinensium regno fuisse affirmarunt, ut Hadr. Gressonius, Joan. Dominic. Gabbiani e sociis Jesu, et Andreas Mullerus in Disquisit. de eclipsi Passionali, in cujus p. 3 ipsos annalium Sinensium characteres expressit, vertitque : *Anno septimo imperatoris Quamgvuti, durante vere, luna tertia, sol sub Quei hai densam patiebatur eclipsin;* sed, si siglæ illæ Sinicæ, ut recte mihi docuisse videntur Theoph. Sigefr. Bajerus et Desvignoles, verti debeant : *Anno septimo Quamgvuti, tempore veris, ultimo die tertii mensis*, huc ea eclipsis male refertur. Inspice Bibliothec. Germanic. tom. V, p. 30, etc. Quamquam vero solis iste
C defectus male a Jesuitis et Mullero ad eclipsin passionalem, quam vocant, fuerit applicitus, nihil inde veritati Evangelicæ decedit. Solem deliquium esse passum certo novimus : extraordinarium fuisse res ipsa loquitur. Totum orbem eo fuisse obscuratum, nondum liquet : Origeni ego accesserim, qui non ultra Palæstinam extendit, Commentario in Matthæum. Fabulis et fictionibus ad tanti momenti rem stabiliendam nihil indigemus.

[c] Quo id pacto excudat ex Joannis Evangelio Eusebius, ex ipsomet disces lib. I Histor. Eccl. cap. 10. Alludit inter cætera c. XI, 51, et XVIII, 13, quibus locis Caiphas dicitur *pontifex anni illius*, quo passus est Christus. Scaliger nodos in scirpo quærit.

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | Deinde ex adyto Templi repentinam subito erupisse vocem dicentium : [a] *Transmigremus ex his sedibus*. Scribit autem memoratus vir, quod eodem [b] anno Pilatus præses secreto noctis imagines Cæsaris in templo statuerit. *Sed repugnantibus Judæis, et cum quasi uno consilio ad mortem præparati, nudatas illico cervices ad recipiendos ictus, omnes proni paraverant, Pilatus motus statuas jussit auferri*. Et hæc prima seditionis et turbarum Judæis causa exstiterit. | | |
| | | Ecclesiæ Jerosolymorum primus episcopus ab Apostolis ordinatur Jacobus frater Domini. | | |
| | | Ex hoc loco considerandum, quantæ deinceps calamitates Judæorum gentem oppresserint. | | |
| | 19. . . . . . | 19 Cassius Severus orator egregius, qui [c] Quintianum illud Proverbium luserat, 25 exsilii sui anno summa inopia moritur, vix panno verenda contectus. | 34 | |
| | | *Stephanus* [d] *lapidatur : Saulus ad Christum convertitur.* | | |
| 205 | 20. . . . . . | 20 Pilatus post supradictam seditionem, quæ ob Cæsaris imagines fuerat concitata, [e] sacrum thesaurum, quem Corbonam Judæi vocant, in aquæductum Jerosolymorum expendens, secundæ seditionis præbuit semina. | 35 | |
| | 21. . . . . . | 21 Sejanus præfectus Tiberii, [f] qui apud eum plurimum poterat, instantissime cohortatur, ut gentem Judæorum deleat : Philo meminit in libro Legationis II. | 36 | 2050 |
| | | *Jacobus frater Joannis Apostoli, jubente Herode rege, capite truncatus occiditur.* | | |
| | | *Petrus Apostolus ab Herode in carcerem trusus, et vinctus catenis duabus, mirabiliter ab angelo liberatur.* | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος πρῶτος ἐπίσκοπος ὑπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται. Syncell. pag. 261.

Ἔνθεν ἐπιστήσεις πόσαι τὸ Ἰουδαίων ἔθνος διεδέξαντο συμφοραί. Euseb. apud Syncell. pag. 259.

Πιλάτος μετὰ τὴν στάσιν Ἰουδαίων διὰ τὰς Καίσαρος εἰκόνας, τὸν λεγόμενον Κορβονᾶν, ἤτοι θεῖον θησαυρὸν, εἰς ὑδάτων καταγωγὴν ἐδαπάνησεν· καὶ αὖθις στασιάζειν ἠνάγκαζεν. Syncell. pag. 261.

Σηϊανὸς ἔπαρχος Τιβερίου Καίσαρος περὶ τελείας ἀπωλείας τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων πολλὰ συνεβούλευσε τῷ Καίσαρι, ὡς Φίλων... ἱστορεῖ ἐν τῷ β´ τῆς πρὸς αὐτὸν πρεσβείας. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Diximus de hujus monstri tempore sæpius apud Hieronymum, qui uno loco excepto, fucum sibi fieri passus est ab Eusebio, cui Josephus pridem, aut certe corrupti Josephi codices imposuerant, ut illud ad Dominicæ passionis tempus referrent. Videsis quæ observamus ad epistol. in nostra recensione 18, ad Damas., num. 9, et 120, ad Hedibiam, qu. 8; denique Comment. in Matthæum cap. XXVII. Locum ubi ad Josephi mentem confert hæc S. Interpres in excidii Jerosolymitani tempora, habes in Comment. XVIII in Isaiam, cap. ult.

[b] Confer Josephum Antiquitt. libro XVIII, cap. 3, et de Bello lib. II, cap. 9. Scaliger factum hoc esse contendit statim atque Pilatus in Judæam venit; has vero ingentes periochas de passione Christi ex priore libro in hunc Catonem traductas fuisse ab Hieronymo. Nos commentum hoc futile, tametsi doctorum vulgo mentes pervasit, satis abunde cum alibi, tum in notis ad præfationem Eusebii in hunc librum explodimus. Cæterum Parmensis ms. totam periocham subsequentem a verbis *sed repugnantibus Judæis* usque *jussit auferri*, tacet : tacet et Scaliger, et ut videtur, Palatini quoque codices, quos cum Scaligeri editione Salmasius contulit, tacent. Neque porro in Græco textu Syncellus eam novit, quam tamen verbo tenus Eusebium hic descripsisse perspicuum est : ut omnino neque ab Eusebii, neque ab Hieronymi calamo profecta, sed ab studioso aliquo assuta videatur ex his quæ dudum innuimus Josephi testimoniis. Pontacus, qui eam post vetustiores editiones retinuit, jussit in curis posterioribus, ubi dicitur *ad mortem præparati*, rescribi *ad Martem*, quæ quidem incongrua magis lectio est. Satius erat totum locum una litura emendari : nos Italico charactere distinximus.

[c] Quidam mss. *Quintilianum* legunt, unus Palatinus *jusserat* pro *luserat*. Ad hæc sæpe veteres Scri- A ptores Cassii hujus Severi Oratoris meminere : Tacitus Annal. I 72 et IV 21, itemque in Dialogo de Oratoribus cap. 19, 26; Suetonius in Augusto cap. 56, et in Caligula cap. 16, et in Vitellio cap. 2, Plinius lib. VIII cap. 12, Macrobius lib. II cap. 4, Quinctilianus, et Seneca omnium frequentissime. Nihil tamen exinde hactenus licuit, quod ad medicinam loci hujus conferret, doctis criticis excudisse. Scaliger autem pronuntiare audet scripsisse Hieronymum *qui Quintianum in ludo luserat prourbium*. Prourbium enim, ait, est προάστειον ad verbum, ut promurium, procestrium. Quintianum igitur prourbium, sive suburbium, prætorium, aut villam Cassii Severi intelligi, Quintianam quidem a Quintianis pratis, ubi sita erat, ut merito προάστειον fuerit : quemadmodum Cicero Argiletanum ædificium vocat, quod in Argileto Romæ constructum erat; et Cassium hominem perditissimi nepotatus et profligatissimi luxus in ludo aleæ Quintianum suum lusisse designari, etc. Credat B Judæus Apella. Scio Quinctianum quemdam *mollitia corporis infamem, et a Nerone probroso carmine diffamatum* memorari Tacito libro XV, cap. 49. Num ex ejus vita aut dicto aliquo proverbium natum sit, ad quod alluserit auctor (ut verosimile est, Suetonius), quem Hieronymus describit, viderint doctiores.

[d] Quæ Italico charactere hic et sæpius infra notantur, Pontacus e vetustioribus editis libris descripsit. Mss. autem plerique omnes, ipsaque Scaligeri editio ignorat.

[e] Historiam ab Josepho Antiquitatt. libro XVIII, cap. 3, et de Bello libro II, cap. 9, repete. Scaliger *Corban* pro *Corbonam*, quod mss. omnium est, legit. Græce vocat Josephus Κορβανᾶς : in Hebræo autem קרבן, omnium quæ Deo consecrantur, genericum nomen est.

[f] Dederat Sejanus triennio ante scelerum pœnas, oppressus a Tiberio XV kalendas Novembres ejus-

| *Olymp.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | | Persius Flaccus Satiricus poeta [a] Volaterris nascitur. | | |
| | 22. . . . . . | 22 Agrippa filius [b] Aristobuli, filii Herodis regis, accusator Herodis tetrarchæ, Romam profectus a Tiberio in vincula conjicitur, *eo quod publice Deum precatus fuisset, ut, mortuo statim Tiberio, Caium cunctorum dominum videret.* | 37 | |
| | 23. . . . . . | 23 Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad senatum, ut inter cætera sacra reciperetur. Verum cum ex consulto patrum, Christianos eliminari Urbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem : [c] scribit Tertullianus in Apologetico. | 38 | |
| | | *Petrus Apostolus Antiochenam Ecclesiam fundavit, ibique cathedram adeptus, sedit annis 25.* | | |
| | | Multi senatorum et equitum Romanorum interfecti. | | |
| | | Tiberius in Campania [d] moritur in Lucullana villa. | | |
| | | *Romanorum IV, CAIUS CALIGULA regnavit annis 3, menses 10.* | | |
| 204 | 24. . . . . . | 1 Caius Cæsar cognomento Caligula, Agrippam vinculis liberatum, [e] regem Judææ facit. | 39 | |
| | | Caius semetipsum inter deos refert. | | |
| | | Flaccus [f] Avilius præfectus Ægypti, multis Judæos calamitatibus premit, consentiente Alexandriæ populo, et crebris adversus eos clamoribus personante : synagogas quoque eorum imaginibus, statuis, aris et victimis polluit. | | |
| | *Judæorum AGRIPPA, an. 7.* | | | |
| | 1. . . . . . | 2 Refert Philo in eo libro, qui *Flaccus* inscribitur, hæc omnia se præsente gesta, ob quæ etiam legationem ad Caium ipse susceperat. | 40 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰουδαίων δ', ΑΓΡΙΠΠΑ ἔτη ζ'. Syncell. pag. 263.

Ἀγρίππας, υἱὸς Ἡρώδου τοῦ βασιλέως, κατήγορος Ἡρώδου τοῦ τετράρχου ἀφικόμενος ἐν Ῥώμῃ, δεσμεῖται ὑπὸ Τιβερίου. Chronic. Pasch. pag. 184.

Πιλᾶτος περὶ τῶν Χριστιανῶν δόγματος ἐκοινώσατο τῷ Τιβερίῳ Καίσαρι, κἀκεῖνος τῇ Συγκλήτῳ Ῥώμης. Τῆς δὲ μὴ προσιεμένης, Τιβέριος θάνατον ἠπείλησε τοῖς Χριστιανῶν κατηγόροις, ὡς ἱστορεῖ Τερτυλλιανός. Idem ibidem.

Ῥωμαίων βασιλεὺς δ, ΓΑΙΟΣ ΚΑΛΛΙΓΟΥΛΑΣ ἔτη γ'. Syncell. pag. 262.

Γάϊος Καῖσαρ Ἀγρίππαν λύσας τῶν δεσμῶν, βασιλέα τῶν Ἰουδαίων κατέστησεν. Chron. Pasch. p. 184.

Γάϊος ἑαυτὸν ἀποθεοῖ. Syncell. pag. 261.

Φλάκκος Ἀβίλιος τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ Αἰγύπτου ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου ἐκπέμπεται· πολλὰ δὲ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐπεβούλευσεν... Ὁ αὐτὸς εἰκόνων, καὶ ἀνδριάντων, καὶ βωμῶν ἀναθέσεσι τὰς συναγωγὰς ἐμίανε. Ex eodem pag. 259 et 263.

Φίλων ἱστορεῖ ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ λόγῳ Φλάκκῳ, ὅτι πρεσβεῖαν ὡς περὶ Ἰουδαίων πρὸς Γάϊον ἐποιήσατο. Idem pag. 263.

## NOTÆ.

dem anni quo is solus, collega principe absente, consulatum gessit. Ut igitur historiæ quam Philo narrat de Judæorum gente delenda, veritas constet, eo temporis referri debuit. Auctores Tacitus et Dio.

[a] In Parmensi ms. et primo Palatino *Vulterris*, in aliis, teste Schurzfleischio, *Volaterræ*, qui conjicit lectum fortasse olim *Valteris;* siquidem Stra. l. v Οὐαλδετέῤῥας, vel Οὐαλτέῤῥας eam urbem vocavit. Verum non ibi, quod rei caput est, sed Tigliæ in Portu Veneris, quæ nunc audit *la Spezia*, natum Persium, contendit criticus nonnemo, probatque potissimum ex his satir. 6 :

> mihi nunc Ligus ora
> Intepet, hibernatque meum mare, qua latus ingens
> Dant scopuli, et multa littus se valle receptat.
> Lunæi portum est operæ cognoscere, cives.

Tempus quod spectat, diem ejus natalem Cassiodorus anno subsequenti ascribit. Faciunt vero cum Eusebio Vitæ Persii auctor, qui Valerius Probus creditur, Pighius, etc.

[b] Pessime cum depravatis libris Scaliger, *Agrippa, filius Herodis regis*, etc., quod est quidem turpe librariorum mendum; sed est sane turpius Scaligero quod non animadverterit loci mutilationem, præcepsque ierit in turbas suas, et quem minime intelexit, Eusebium tanta contumelia exceperit. Optime enimvero Eusebius, ut a Pontaco pridem restitutum est, et nostri quoque mss. præferunt, Agrippam dixit filium Aristobuli, qui Herodis Magni filius fuit. Vide Basnagium, si lubet. Mutilationem nominis Aristobuli, ob similis vocis *filius* et *filii*, sive υἱός et υἱοῦ recursum, passa sunt, scribarum oscitantia, etiam quæ ex Chronico paschali Græca laudamus.

[c] In Parmensi ms. ut et 1 Palatino isthæc, *scribit* A *Tertullianus in Apologetico*, prætermissis quæ Italico charactere distincta sunt, cum insequenti periocha junguntur uno sensu, *multos Senatorum et Equitum Romanorum interfectos*. Scaligeri editio nihil horum penitus retinet; et priora tamen illa de Tertulliano Græce quoque novit Syncellus. Rei veritatem quod spectat, scimus Tertulliani testimonio de accusatoribus Christianorum doctos criticos ægre fidem adhibere, quod neque essent tunc Romæ Christiani, nedum ut possent de crimine publico apud Romanos accusari. Ad hæc videantur cum ea narratione Tiberii mores, et senatus auctoritas dissidere. Tu videsis Pearsonium Lection. IV in Act. Apost., adito et Jo. Clerici Hist. Eccles. ad ann. 29.

[d] Suetonius in Tiberio cap. 73 : *Obiit* (Tiberius) *in villa Lucullana, octavo et septuagesimo ætatis anno, tertio et vigesimo imperii, decimo septimo kalendas Apriles, Cn. Acerronio Proculo, C. Pontio Nigro coss*, ab Urbe condita septingentesimo nonagesimo quarto, ut Eusebius supputat, ad finem vergente olympiadis B 203 anno. Confer et Tacitum Annal. VI, et Josephum lib. XVIII. Minus bene init rationes Dio, qui non 16, sed 26 die Martii, hujus utique anni, mortem Tiberii consignat.

[e] Ut primas scilicet in Judæorum gente obtineret, regiis insignibus, corona aurea, et regio titulo condecoratus : quamquam ditionem quod spectat, nondum Judæam teneret, sed solas Philippi et Lysaniæ tetrarchias. Eam postmodum una cum Samaria, totumque adeo regnum avitum a Claudio accepit, quod luculentissimis verbis testatur Josephus Antiquit. lib. XIX, cap. 5, num. 1, testatur et Dio.

[f] Aufidius Flaccus hic est, quod nomen mirum quam varie ms. atque editi libri depravent : nam et *Avidius Flaccus* in impressis, et *Flaccus Alius*, et

| *Olymp.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | | Passienus filius fraude [a] hæredis suæ necatus. | | |
| | 2. . . . . . | 3 *Matthæus in Judæa Evangelium primus scribit.* | 41 | |
| | | Caius cognomento Caligula, Memmii Reguli duxit uxorem, impellens eum, ut uxoris suæ patrem [b] esse se scriberet. | | |
| | | Pontius Pilatus in multas incidens calamitates, propria se manu interfecit : [c] scribunt Romanorum historici. | | |
| | | Caius Petronio præfecto Syriæ præcepit, ut Jerosolymis statuam suam sub nomine Jovis [d] Optimi Maximi poneret : *quod Judæi maxima negaverunt obstinatione.* | | |
| | | Toto orbe Romano, sicut Philo scribit, et Josephus, in Synagogis Judæorum statuæ, et imagines, et aræ C. Cæsaris consecratæ. | | |
| | | Plurimi nobilium a Caio interfecti. | | |
| | | Caius sorores suas, quibus stuprum intulerat, insulari exsilio condemnavit. | | |
| | 3. . . . . . | 4 Caius omnes exsules jussit interfici. | 42 | |
| | | Caius a protectoribus [e] suis occiditur in palatio, anno ætatis suæ 29. | | |
| | | *Romanorum V, CLAUDIUS regnavit an.* 13, *mens.* [f] 8, *dieb.* 28. | | |
| 205 | 4. . . . . . | 1 Iste est Claudius patruus [g] Drusi, qui apud Moguntiacum monumentum habet : *Alibi legi, avunculus, quia frater matris Caii fuit.* | 43 | |
| | 5. . . . . . | 2 PETRUS Apostolus *natione Galilæus, Christianorum Pontifex primus*, cum primum Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam proficiscitur, [h] ubi Evangelium prædicans 25 annis ejusdem urbis episcopus perseverat. | 44 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Γάϊος... τὴν γυναῖκα Μεμμίου Ῥηγούλου λαβὼν πατέρα ταύτης τὸν ἴδιον ἄνδρα Μέμμιον λέγειν εἶναι ἠνάγκασεν. Syncell. pag. 201.

Πόντιος Πιλάτος... ποικίλαις περιπεσὼν συμφοραῖς, ὥς φασιν οἱ τὰ Ῥωμαίων συγγραψάμενοι, αὐτοφονευτὴς ἑαυτοῦ ἐγένετο. Idem pag 203.

Γάϊος ἀνδριάντα ἑαυτοῦ Διὸς ἐπιφανοῦς καλουμένου ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἀναθεῖναι Πετρωνίῳ τῷ Συρίας ἐπάρχῳ προσέταξεν. Idem ibidem.

Ἰώσηπος καὶ Φίλων ἱστοροῦσιν ἐν ταῖς ἀπανταχοῦ συναγωγαῖς Ἰουδαίων ἀνδριάντας καὶ εἰκόνας Γαΐῳ καὶ Βωμοὺς ἀνατεθῆναι. Idem ibidem.

Γάϊος πολλοὺς ἀναιτίους τῆς γερουσίας ἀνεῖλεν. Ex Syncell. ibidem.

Γάϊος τὰς ἰδίας ἀδελφὰς κατὰ νήσους ἐφυγάδευσεν. Ex eodem ibidem.

Ὁ αὐτὸς τοὺς ἐν ἐξορίαις ἀνελὼν, ὕστερον ὑπὸ τῶν ἐν στρατείαις ἐπισήμων ἀνῃρέθη. Idem ibidem.

Ῥωμαίων ε', ἐβασίλευσε ΚΛΑΥΔΙΟΣ ἔτη ιδ'. Chronic. Pasch. pag. 185.

Πέτρος ὁ κορυφαῖος πρώτην ἐν Ἀντιοχείᾳ θεμελιώσας ἐκκλησίαν, εἰς Ῥώμην ἄπεισι κηρύττων τὸ εὐαγγέλιον... καὶ τῆς ἐν Ῥώμῃ πρῶτος προέστη ἕως τελειώσεως αὐτοῦ. Syncell. pag. 264.

## NOTÆ.

*Flaccus Aluius* in Palatinis mss. dicitur, teste Schurzfleischio, qui et Græce ab Syncello modo Ἀσύλαιον dici notat, ut in laudato nobis Fragmento, modo Ἀγκύλιον : quod quidem falsum puto; eo enim, quem indigitat, loco, Ἀβίλιος appellatur. Vide Josephum Antiquitt. lib. XVIII cap. 15, Orosium lib. VII cap. 5, Zonaram, etc.

[a] In Parmensi ms. ut et quatuor Palatinis, *ob fraudem hæreditatis suæ necatur.*

[b] Duo verba *cognomento Caligula* neque Parmensis, neque alii melioris notæ libri agnoscunt. Tum habet primus Palatinus ms., *impellens eum se uxoris suæ patrem scribere, et esse.* Illud *scribere*, pro *dicere*, satis otiose Scaliger in Hieronymiana interpretatione cavillatur : defendit vero Schurzfleischius, qui scripsisse porro sentit Memmium se uxoris suæ patrem in tabulis et instrumentis dotalibus, quæ συμβόλαια Græci vocant, quæque per auspices signabantur. Historia nota ex Dione, Jornande, atque aliis.

[c] Phlegontem Trallianum innui, Scaliger putat : atque ipse quidem Eusebius Hist. Eccles. lib. II, cap. 7, iisdem prope verbis antiquam olymp. ἀναγραφὴν laudat. Cæterum ejus Pilati exitus meminere Orosius quoque lib. VII, et Cassiodorus.

[d] Respondet Græco Δίος Ἐπιφανοῦς *Jovis Illustris.* Historiam repete abs Josepho lib. Antiq. XVIII, cap. 8 et seq.

[e] Cassio Chærea, qui primus eum ferro petiit, tum Cornelio Sabino atque aliis, quos Spartanos cubicularios Chronici Paschalis Auctor, Syncellus ἐν στρατείαις ἐπισήμους, Goaro interprete, *Prætorianos*, vocat. Occisus autem est Caligula IX kalend. Februar. anni ab U. C. 793, ipso Caio quartum et Sentio Saturnino Coss., quem annum cum primo subsequentis olymp. 205 accuratiores chronologi comparant.

A Certe ex Suetonio, Dione, Clemente Alexandrino, Tertulliano, Eutropio, Cassiodoro, Zonara, vixisse Caligulam annis 29, regnasse triennio, mensibus 10, diebus 8, initio sumpto a 16 Martii die, qua Tiberius interiit, anno ab U. C. 789, nemine jam dissentiente, compertum est. Cogitur vero noster cl. Franciscus Blanchinius in sua Chronologia annos imperii quatuor, mensesque illos decem, et dies octo Caio elargiri, ut suæ hypothesi inserviat.

[f] Facit cum Clemente Alexandrino Eusebius, qui dies viginti octo numerat, pro viginti dumtaxat, ut Dio, Josephus, aliique supputant. In mensium numero Scaliger gravius errat, qui in textu *novem* legit, in Notis *septem*, utrobique contra Eusebii mentem, et codicum mss. fidem. Quamquam non diffitemur in Parmensi *menses* 9 et *diebus* 24 legi : Epiphanium quoque μῆνας ἐννέα, et dies duos supra annos tredecim numerare : alii in alia omnia abeunt.

[g] Nullus dubito, quin librariorum oscitantia mutilus locus iste, ex ipsis, quæ Hieronymus describit, B Eutropii verbis ita sit restituendus, *Claudius patruus Caligulæ, Drusi qui apud Moguntiacum monumentum habet, filius.* Sic demum recte erit auctori nostro et cum veritate et cum Eutropii loco, in quem videsis doctorum hominum notas. Scaligero ante nos de mendo suboluit. Quod spectat subsequentia Italico charactere descripta verba, *Alibi legi*, etc., quæ et in margine primi Palat. ms. habentur, ita Schurzfleischius : Hoc scholium eo minus prætereundum duximus, quo rectius Suetonius, Eutropius, et Numi, Claudium Drusi filium fuisse dixerunt. Adde Basnagii exercit. Antibaron. IV, p. 249, qui tamen vel ideo, quoniam jam olim locus varie lectus in Eusebio fuit, et ab Hieronymo potius est, quam ab Eusebio, in Eusebium iniquior esse videtur.

[h] Notum, quanto id conatu astruat Baronius in

| *Olymp.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | 6. . . . . . | 3 Marcus [a] Evangelista interpres Petri, Ægypto et Alexandriæ Christum annuntiat. | 45 | |
| | | Primus [b] Antiochiæ episcopus ordinatur Evodius. | | |
| | 7. . . . . . | 4 Agrippa rex Judæorum an. 7 imperans moritur. | 46 | 2060 |
| | | Post quem [c] filius ejus Agrippa, a Claudio substituitur in regnum. | | |
| | | Prophetia Agabi, quæ in Actibus Apostolorum famem in toto orbe futuram dixerat [d] sub Claudio expletur. | | |
| | | Claudius de Britannis [e] triumphavit, et Orchadas insulas Romano adjecit imperio. *In cujus gloriæ memoriam filium suum Britannicum appellavit.* | | |
| | | Domitius [f] Afer Nemausensis clarus orator habetur, qui postea, Nerone regnante, ex cibi redundantia in cœna moritur. | | |
| | | Claudus Quirinalis Rhetor Arelatensis Romæ insignissime docet. | | |
| | | Inter [g] Theram et Therasiam exorta est insula habens stadia 30. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Ἀλεξανδρείᾳ τὸν σωτήριον λόγον εὐαγγελίζετο. Syncell. p. 264.

Τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας πρῶτος ἐπίσκοπος Εὐόδιος ἐχρημάτισεν. Idem ibid.

Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων τελευτήσαντος, Ἀγρίππας, υἱὸς αὐτοῦ, ὑπὸ Κλαυδίου τὴν ἀρχὴν ἐγχειρίζεται Ἰουδαίων. Idem pag. 265.

Ἡ ἐν ταῖς Πράξεσιν Ἀγάβου προφητεία πεπέρασται, λιμοῦ μεγάλου κατασχόντος τὴν οἰκουμένην ἐπὶ Κλαυδίου. Syncell. pag. 264.

Κλαύδιος κατὰ Βρεττανῶν ἐθριάμβευσεν. Idem ibid.

Νῆσος μεταξὺ Θήρας καὶ Θηρασίας σταδίων λ' ἐφάνη. Idem pag. 265.

## NOTÆ.

Annal. ad an. Christi 43, atque econtrario quibus argumentis conclusum eat Pagius, non advenisse Petrum Claudii temporibus Romam. Hos adeant cumprimis, qui judicium ferre ea de re volunt : neque enim id agere instituti nostri est. Tantum animadvertendum, eos qui pro Eusebio stant, ita rationes suas inire, ut facile adversariorum argumenta eludant ; atque illud cumprimis, quod et Scaliger procudit, non potuisse scilicet Petrum Romæ esse secundo anno Claudii, quippe qui ab Assumptione Domini ad id tempus, quo conjectus est in vincula ab Herode Agrippa, semper fuerit in Palæstina aut Syria : Herodes autem Agrippa obierit quarto anno Claudii. Volunt enim anno insequenti Petrum Roma iterum in Palæstinam contendisse, ut periclitanti sub rege Agrippa Ecclesiæ suppetias ferret : a quo et conjectus ipse est in vincula, et se deinde subduxit ab angelo liberatus, ac venit Antiochiam, deinde in Asiam minorem, ac demum Romam reversus est. Vide Franciscum Blanchinium, tom. II Anastasii, pag. 18.

[a] Alii libri referunt prædicationem Marci ad ann. 43. Græcus textus ad μδ', id est 44. Baronius ad 45, quem ex eodem Hieronymo cum tertio Claudii anno componit. Sed cum anno 41 regnare cœpisse Claudium, ex illo solis defectu, qui ejusmet temporibus accidit, evincant passim eruditi : adventus Marci in Ægyptum rectius ad 43 collocatur, etiamsi obesse videantur quæ de nono Claudii anno Hesychius Alexandrinus, et quæ de tertio Caligulæ Chronicon Paschale tradunt. Porro minus recte legit Scaliger *in Ægypto et Alexandriæ.* Videsis laudati Hesychii Origines, et Joannem Seldenum ibi.

[b] Dicemus hac de re plura inferius ad Ignatium num. 2084.

[c] Obsistit Eusebio Tacitus Annal. XII cap. 23 : *Ituræi*, inquiens, *et Judæi, defunctis regibus Sohemo atque Agrippa, provinciæ Syriæ additi.* Huic Josephus lib. Antiquit. XIX cap. ult., ubi Judææ totiusque regni Agrippæ proprium procuratorem Cuspium Fadum missum a Claudio nominat, qui Cæsaris nomine regnum administrabat. Constaret hinc autem, quod Scaliger contendit, falli Eusebium ; neque enim isto quo mortuus est pater Agrippa, cognominis filius anno regnum adeptus fuerit, sed post aliquot annos, cum junior rex ad tutelam suam pervenisset. Atque est hoc quidem verum ; sed alia, ut sentio, Eusebii mens est, ut regis filii successionem, non quo in re-

A gni possessionem missus est, tempus spectet. Adhæc testatur loco dudum laudato Josephus, quod habuit in animo Claudius Agrippam juniorem e vestigio mittere, ut in regnum succederet, volens etiam fidem jurejurando datam confirmare. Sed liberti et amici, qui plurimum apud eum poterant, dissuaserunt, periculosum esse dicentes adolescentulo admodum, et qui nondum ex ephebis excesserat, tantæ magnitudinis regnum committere.

[d] Non hoc tamen anno, neque ut Scaliger contendit, triennio post, sed biennio, sive Claudiani imperio sexto. Videsis hac de re, deque Helena, Adiabenorum Regina, quæ coempta ex Ægypto annona, Judææ famem levavit, Pagium, et ex antiquis Josephum lib. XX. cap 2 et 3. In Parmensi ms. hæc pericopa ad superiorem proxime annum refertur, atque illi de Evodio præponitur.

[e] Atque hoc quidem anno regressus est Romam, unde sex menses abfuerat, bello gerendo occupatus. Quamquam adhuc absenti ob insignem Camaloduni

B et Barbarorum victoriam triumphus decretus est illi ab senatu, et Britannici cognomentum : et triumphalis cum in Urbe, tum in Gallia arcus. Videsis Dionem, et Suetonium. Scaliger *de Britanniis* legit. Quod addit Hieronymus, ea victoria insulas Orchadas Romano imperio esse adjectas, confirmat Orosius lib. VII, Eutropius Brev. cap. 13, Cassiodorus, aliique. Dicemus et nos fortasse inferius, ad Domit. I, quo tempore insulas illas Agricolam invenisse Tacitus refert.

[f] Verosimile est quidem, hæc de Domitio, ut et Claudio, qui subsequitur, Hieronymum e Suetonio accepisse. Non ausim tamen, quod Scaliger facit, pro certo asserere ; nam neque in catalogo, qui operi de Claris Rhetoribus præfigitur in nonnullis mss. hic habetur, neque *rhetor* dicitur ab Hieronymo, ut reliqui omnes Suetoniani, sed *orator*. Videtur porro hic idem ille Domitius, qui et consul fuit : qua de re videsis Dionem, et e recentioribus Tillemontium. In quibusdam codicibus *Nemausiensis* scribitur.

C [g] Tale quid etiam superiori ætate, nec semel, Eusebius alios auctores secutus narrat contigisse : re etiam vera contigit pluries. Plinius lib. II cap 87 : *Inter Cycladas, olympiadis* 135, *anno quarto, Thera et Therasia* ( exortæ sunt ) : *Inter easdem, post annos* 130 ; *Hiera, eadem quæ Automate : et ab ea duobus stadiis, post annos* 110, *in nostro ævo, M. Junio Silano, L. Balbo coss., Thia.* Item Seneca pluries ejus-

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | *Judæorum* AGRIPPA *superioris* [a] *Agrippæ filius, an.* 26. | | | |
| 206 | 1. . . . . . | 5 Descriptione [b] Romæ facta sub Claudio inventa sunt civium Romanorum 68 centena et 44 millia. *Claudius circa hæc tempora Fucinum lacum exsiccavit, 11 annos triginta hominum millibus sine intermissione operantibus. Portum Ostiæ Claudius exstruxit, dextra lævaque duobus quasi brachiis objectis.* | 47 | |
| | 2 . . . . . | 6 Thracia [c] hucusque regnata, in Romanorum provinciam redigitur. *Maria virgo Jesu Christi mater ad Filium in cœlum assumitur, ut quidam fuisse sibi revelatum scribunt.)* | 48 | |
| | 3. . . . . . | 7 Sub procuratore Judææ [d] Cumano in diebus azymorum tanta est Jerosolymis orta seditio, ut in portarum exitu, populo corruente, 30 millia Judæorum perierint. | 49 | |
| | 4. . . . . . | 8 Palæmon Vicetinus [e] insignis grammaticus Romæ habetur, qui quondam interrogatus, quid inter stillam et guttam interesset : Gutta, inquit, stat, et stilla cadit. | 50 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἰουδαίων ε', ΑΓΡΙΠΠΑΣ ἔτη κγ'. Sync. pag. 265.

Κλαύδιος τοὺς πολίτας Ῥώμης ἀπογραψάμενος μυριάδας εὗρεν χλδ' καὶ α'. Idem pag. 264.

Θρᾴκη ἀπὸ τοῦδε τοῦ χρόνου ἐπαρχία, βασιλεύουσα πρίν. Syncell. pag. 265.

Ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἀζύμων στάσεως γενομένης ἐν Ἱερουσαλήμ, συμποτηθέντες περὶ τὰς τῶν πυλῶν ἐξόδους Ἰουδαῖοι ὤλοντο περὶ τὰς τρεῖς μυριάδας, Κουμανοῦ Ῥωμαίων στρατηγοῦ καὶ τῆς ὅλης Ἰουδαίας ἡγεμονεύοντος. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

modi insulas enatas in Ægæo mari memorat lib. II A cap. 26, et lib. VI cap. 21 Naturalium quæstionum, in quem videsis omnino J. F. Gronovium. De ista quæ sub Claudii principatu enata est, loquitur Dio lib. LX, ubi et quod tempus spectat, satis bene cum Eusebio convenit, et, qui ab eo videtur accepisse, Orosio lib. VII cap. 6. Cæterum de anno inter alios scriptores grande dissidium est. Tu vide Petavium de Doctrin. Tempor. lib. XI cap. 9, qui periocham istam e Cassiodoro et Orosio ad num. 2061 cum aliquot mss. et Miræo refert, non ad præcedentem, ut facere alii amant.

[a] Innuimus dudum, quo sensu ab Agrippæ patris morte filii cognominis regnum auspicatus Eusebius sit : neque enim, ut vulgo accipiunt, possessionem ipsam regni, sed seriem, successionemque regis, sive ejus, qui Judaicæ gentis caput, et personam principis sustineret, denotare in animo habuit. Id ego ex ipsis Agrippæ hujus annis, de quibus tantopere disputatum est, colligi satis manifesto indicio velim : cum enim viginti sex illi tribuat Eusebius, B non eos tamen cum regis morte (quæ serius multo contigit) neque ejus captivitate (quæ nulla fuit, integra regni ejus ditione permanente), sed cum Judæa capta, et Jerosolymis subversis concludit : cumque Agrippæ nec verbo tenus meminerit, ad ejus tamen vigesimum sextum annum, *Judæorum regnum defecisse* annotat, et filum historiæ gentis ejus abrumpit. Nempe ut significet propositum sibi, non κυρίως Agrippæ, sed Judaici, ut ita dicam, regni in universum tempora et rationes digerere, cujus ille ad eum usque annum, cum adhuc Judaica res staret, summo loco fuit : ut vere cum ea Natio collapsa est, dirutaque urbs Jerosolyma, ipse etiam, qua principale decus ejus sustinebat, desierit. Alioquin nec Judæam et Jerusalem umquam regnum obtinuit, sed Philippi et Lysaniæ tetrarchias, partemque Galilææ, et Tiberiadem, cum aliis nonnullis trans Jordanem urbibus aut vicis : et Judæorum tamen regnum albo non ab Eusebio solum, sed et ab aliis scriptori- C bus adcensetur. Alia igitur erat, quam respectu gentis personam in se principis referebat : nam et suprema in his quæ ad religionem pertinebant, potestate continenter usus est, ut pro lubito summos pontifices constitueret, aut removeret, cæremoniarum quoque et vestium ex parte faceret arbitrium, perficeret, ampliaretque templum, denique regiam in Jerusalem domum, quo loco illa Assamonæorum regum fuerat, haberet. In quæ jura, seu regis faciem, statim a patris morte Agrippa filius successisse putandus est, decessisse autem post annos 26 cum abacta est gens illa, regnique caput et templum subversum. Huc certe spectavit in recensione hac sua Eusebius : hæc ejus omnino mens fuit, et ratio, quam fecit Scaliger intelligendo, ut non intelligeret, quo in eum liberius dehisceret. Et persuasit tamen hactenus doctorum vulgo, ut de Eusebii commento conclamatum jam ferme esset ex illo Scaligeri præjudicio. Nunc illo probe a nobis explicato, ne refelli quidem pluribus aliorum objectiones merentur. Cætera quæ huc spectant, repete a Basnagii Historia Judaica lib. VI, toto capite decimo tertio.

[b] Confer Suetonium in Claudio cap. 16. Notatum Scaligero, conjici hoc gestum totidem verbis a Cassiodoro in consulatum Asiatici et Cornelii, quamquam, inquit, male pro Corvini, id est, Messalæ. Ego Asiatici fuisse tunc collegam M. Junium Silanum, non Corvinum Messalam, ex Dione, Tacito, Fastis anonymi, atque aliis novi. Addit ille in Græcis, quæ ex farragine Chronici bibliothecæ regiæ hausit, legi μυριάδες χλδ', χιλιάδας δ'; hoc est, *sexcenta noningenta quatuor millia;* quod discrimen haud exigui momenti est. Latina autem esse depravata ; sed et apud Syncellum pro καὶ α', legendum καὶ δ'.

[c] Serius hoc alii, et fortasse rectius differunt. Haud scio tamen, qui ex antiquis simile quiddam tradiderit : quin potius ex uno Eusebio hoc discimus, Remaralce mortuo, Thraciam in provinciam redactam. Eadem habet in excerptis. Qui serius differunt, sive ad annum Claudii sextum, recentiores critici sunt.

[d] Atque hoc gestum ad sequentem ann. Claudii octavum spectat, ut ex Josepho Antiq. lib. XX, cap. 5, et de Bello lib. II, cap. 11, Zonara, atque aliis compertum est. Sumpsit et Eusebius ex Josepho, in cujus exemplari legisse videtur ὑπὲρ τρισμυρίους, pro quo obtinet ὑπὲρ τοὺς μυρίους, cæsos videlicet ; ita enim et Rufinus legit, et Orosius, quin ipse alibi Eusebius in Hist. Eccles. supputat.

[e] Dicitur Suetonio de Illustribus Grammaticis *Remmius Palæmon :* sunt qui etiam, *Quintus* prænomen addant. Scaliger de hoc Palæmone inscriptionem laudat in agro Vicetino, inter Gudianas pag. 232. Quæ recens, quantum scio, conficta est, et fortasse a Ligorio : sed mirum Scaligero emunctæ naris homini de fraude nihil suboluisse.

| *Olymp.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | | M. Antonius [b] Liberalis Latinus rhetor gravissimas inimicitias cum Palæmone exercet. | | |
| 207 | 5. . . . . . | 9 Fame [c] facta in Græcia, modius sex drachmis venundatus est. *Tres simul soles apparuerunt, statimque simul in eumdem orbem coierunt.* | 51 | |
| | 6 [a]. . . . . | 10 Magna fames Romæ. *Dionysius Areopagita præstabilis olim philosophus claret.* | 52 | |
| | 7. . . . . . | 11 Claudius Felicem procuratorem Judææ mittit, apud quem Paulus apostolus accusatus in defensionem sui perorat. | 53 | |
| | 8. . . . . . | 12 *Philippus apostolus Christi apud Hierapolim Asiæ civitatem, dum Evangelium populo nuntiaret, cruci affixus, lapidibus opprimitur.* | 54 | |
| 208 | 9. . . . . . | 13 Sub Felice [d] procuratore Judææ exstiterunt multi, qui populum sua persuasione deciperent, in quibus et Ægyptius quidam pseudopropheta fuit, qui plurimos sibi associans, in ipso magnarum rerum conatu per exercitum Felicis opprimitur. Scribit Josephus consentanea apostolorum Actibus, in quibus Paulo dicitur a Tribuno: *Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies concitasti, et eduxisti in desertum quatuor millia virorum?* | 55 | |
| | 10. . . . . . | 14 Claudius moritur in Palatio, anno ætatis suæ 64. *Romanorum VI, NERO regnavit annis* [e] *13, mensibus 7, diebus 28.* | 56 | 2070 |
| | 11. . . . . . | 1 Hujus avunculus fuit Caius Caligula. Felice regente Judæam, seditio in Cæsarea Palæstinæ orta magnam Judæorum multitudinem perdidit. | 57 | |
| | 12. . . . . . | 2 Festus in gubernatione succedit Felici, apud quem, præsente Agrippa rege, [f] Paulus apostolus religionis suæ rationem exponens, vinctus Romam mittitur. Probus [g] Berytius eruditissimus grammaticorum, Romæ agnoscitur. | 58 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λιμοῦ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γεγονότος μεγάλου, ὁ τοῦ σίτου μόδιος ἓξ διδράχμων ἐπράθη. Syncell. p. 265.

Κλαύδιος Φήλικα τῆς Ἰουδαίας ἡγεμόνα ἐξέπεμψεν. Idem pag. 264.

Ἐπὶ Φήλικος Ἰουδαίας ἡγεμονεύοντος (πολλοὶ τὸ ἔθνος ἀπατῶνται) ἐν οἷς καὶ Αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης, ἅμα τρισμυρίοις μείζοσιν ἐπιχειρῶν πράγμασι, τῇ Φήλικος κατελύθη στρατηγίᾳ. Συμφωνεῖ Ἰώσηπος ἐν τούτῳ ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, ἔνθα τῷ θείῳ Παύλῳ ὑπὸ τοῦ χιλιάρχου λέλεκται· Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ Αἰγύπτιος, ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας, καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους ἄνδρας. Syncell. pag. 266.

Ῥωμαίων ς΄, ἐβασίλευσε ΝΕΡΩΝ ἔτη ιγ΄. Idem pag. 267.

Ἐπὶ Φήλικος στάσις Ἰουδαίων γέγονεν ἐν Καισαρείᾳ Στράτωνος, καὶ πολλοὶ διεφθάρησαν. Idem pag. 266.

Φῆστος διάδοχος Φήλικος (ὑπὸ Νέρωνος) ἐπέμφθη, ἐφ' ᾧ ὁ θεῖος Παῦλος, Παρόντος καὶ Ἀγρίππα τοῦ βασιλέως Ἰουδαίων, ἀπολογησάμενος, δέσμιος εἰς Ῥώμην ἐκπέμπεται. Idem pag. 2ι8.

## NOTÆ.

[a] Deceptus a Panvinio, et mendosis Cassiodori A codicibus Scaliger bis terque peccat, monere dum vult, fuisse hoc anno, Claudii decimo, consules C. Antistium Veterem, et M. Suillium Rufum Servilianum; nam neque illud *Rufi* cognomentum inscripti lapides, auctoresque boni habent, neque *Servilianus* cognominatus ille est, sed *Nervilianus*, ut recte scribunt Idatius, et Fastorum Cuspiniani auctor. Peccat vero in eo gravius, quod Veteri suffectum fuisse scribit Ostorium Scapulam; hic enim suffectus est M. Junio Silano ante annos quatuor, hoc autem anno bellum gerebat in Britannos; quibus et devictis decreto senatus triumphalia ornamenta reportavit. Vide Tacitum Annal XII, cap. 25 et 32.

[b] Facile assentior Burmano ad Suetonii laterculum de Claris Rhetoribus, non videri incongruum, ut hic ille Antonius Liberalis sit, cujus hodie exstat Μεταμορφώσεων συναγωγή.

[c] Alia adeo ab ea videtur, quæ ante duos annos in Syria fuit, et de qua dictum superius. Aliam Romæ anno insequenti auctor refert. Facile autem eadem annonæ diritas, quæ primum ingruit in Syria, alias subsecutis annis regiones pervaserit. Josephus, Antiq. lib. XX, cap. 3, eam sub duobus Judææ procuratoribus, Cuspii Fadi, et qui ei successor datus est, Tiberii Alexandri memorat: ἐπὶ τούτοις δὴ καὶ τὴν μέγαν λιμὸν, κ. τ. λ. Pro *sex drachmis* verosimilius habet Syncellus ἓξ διδράχμων, quæ faciunt drachmas duodecim: idque et Scaligero probatur magis, sex quod drachmarum venalis modius charitatem annonæ, non famem arguit.

[d] Indicat Josephus, sub Felice quidem hæc contigisse, non tamen imperante Claudio, sed Nerone, cum hic Felici ἐπιτροπειαν, paucis tamen exceptis urbibus, confirmasset. Repete ab eo seriem historiæ lib. XX Antiq. cap. 6, et de Bello lib. II, cap. 12, nam neque par credere est, uno eodemque anno isthæc omnia contigisse. Ad hæc ipsa Ægyptii magi mentio, quam Lysias facit Actor. cap. XXI, 38, ut hæc serius differantur, persuadet. Scaliger satis habet nonnulla ex hoc contextu carpere, tamquam Latine minus fideliter abs Hieronymo reddita, quibus utique operæ non est immorari.

[e] Videtur hinc restituendus Josephi locus lib. IV de Bello cap. 9, ubi Neronem imperasse dicit, τρισκαίδεκα ἔτη, καὶ ἡμέρας ὀκτώ. Scilicet ut pro ἡμέρας rescribas μῆνας, Etiam Dio, laudatus Scaligero, tempus Neronianæ tyrannidis annis tredecim, mensibus octo concludit.

[f] Eadem, sed accepta iterum ab Eusebio, tradit Hieronymus de Paulo lib. de Viris illustribus: *Vicesimo et quinto anno, id est, secundo Neronis, eo tem-* B *pore, quo Festus procurator Judææ successit Felici, Romam vinctus mittitur.* Quæ quidem et summo chronologo Petavio, atque aliis probantur: sed non ita Tillemontio, qui nota 56 ad Vitam Pauli, Eusebio, atque adeo et Hieronymo nonnulla opponit, quæ digna lectu sunt.

[g] Apud Suetonium de Illustrib. Grammaticis cap. ultimo *Marcus Valerius Probus Berytius* dicitur, quod postremum nomen ἐθνικὸν a Beryto Phœniciæ, varie effertur in mss. atque impressis libris, nam et *Berritius, et Brutius, et Berutius* invenire est. De ejus ætate consule Norisium nostrum in Cenotaph. Pisan.

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| 209 | 13. . . . . . | 3 Statius [a] Surculus Tholosanus in Gallia, celeberrime rhetoricam docuit. | 59 | |
| | 14. . . . . . | 4 Terræmotus Romæ, et [b] solis defectio. | 60 | |
| | 15. . . . . . | 5 Nero Agrippinam [c] matrem suam et sororem patris interficit. | 61 | |
| | 16. . . . . . | 6 Nero tantæ luxuriæ fuit, ut frigidis [d] et calidis lavaretur unguentis, retibusque aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebat.<br>Nero Romæ cithara contendens superat.<br>Festo in magistratu Judææ [e] succedit Albinus. | 62 | |
| 210 | 17. . . . . . | 7 Jacobus, frater Domini, [f] quem omnes Justum appellabant, a Judæis lapidibus opprimitur : in cujus thronum Simeon, qui et Simon secundus assumitur. | 63 | |
| | 18. . . . . . | 8 Ante mensam Neronis [g] fulmen cecidit.<br>Post Marcum Evangelistam [h] primus Alexandrinæ ecclesiæ ordinatur episcopus Annianus, qui præfuit annis 22. | 64 | |
| | 19. . . . . . | 9 Persius Volaterranus, Satiricus poeta, moritur anno [i] ætatis suæ 29.<br>Thermæ [j] a Nerone ædificatæ, quas Neronianas appellavit.<br>Nero Romæ in citharistarum agone contendens omnes superat. | 65 | |
| | 20. . . . . . | 10 M. Annæus [k] Lucanus, Cordubensis poeta, in Pisoniana conjuratione deprehensus, brachium ad secandas venas medico præbuit.<br>Nero, [l] ut similitudinem ardentis Trojæ inspiceret, plurimam partem Romanæ urbis incendit. | 66 | 2080 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἐν Ῥώμῃ σεισμὸς μέγας ἐγένετο. Sync. p. 267.

Νέρων ἀνεῖλε τὴν ἑαυτοῦ μητέρα Ἀγριππῖναν, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς ἀδελφήν. Idem ibidem.

Νέρων ἐπὶ Ῥώμης κιθαρίζων ἐνίκησεν. Idem ibidem.

Φῆστον Ἀλβῖνος διεδέξατο. Idem pag. 268.

Ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος... καταλιθοβολούντων αὐτὸν Ἰουδαίων, μεμαρτύρηκε. Ex Syncell. pag. 268 et seq. Καὶ παρέλαβε τὸ σχῆμα τῆς ἐπισκοπῆς Ἱεροσολύμων Συμεών, ὁ καὶ Σίμων. Chron. Pasch. pag. 267.

Κατὰ τῆς Νέρωνος τραπέζης κεραυνὸς ἔπεσεν. Syncell. pag 267.

Τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκκλησίας μετὰ Μάρκον τὸν εὐαγγελιστὴν πρῶτος ἐπίσκοπος ἐχειροτονήθη Ἀνιανὸς, ὃς προέστη ἔτη κβ'. Idem ibidem.

Νέρων ἐπὶ Ῥώμης κιθαρίζων ἐνίκησεν. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Legendum omnino est *Ursulus*, quemadmodum et in ms. Chronico apud Vossium, et in Suetonii laterculo, qui operi de Claris Rhetoribus præfigitur in vetustis aliquot mss., appellatur. Accedit quod *Ursi* quidem atque *Ursuli* familiæ nota sint nomina : *Surculi* autem apud Romanos nusquam inveniantur. Pro *Tholosanus*, in plerisque aliis libris *Tholosensis* est, aut *Tolosensis* : neque audiendi sunt, qui Neapolitanum fuisse eum dicunt, et cum Statio Papinio poeta confundunt.

[b] Ex calculis astronomicis, et Plinio, lib. II c. 70, evincunt Petavius et Pagius post Scaligerum, solis defectionem istam contigisse anno Neronis insequenti, et quidem post patratam cædem Agrippinæ, coss. L. Vipstano Aproniano, et L. Fonteio Capitone, die 30 Aprilis, hora secunda post meridiem, cum sacra in defunctæ Agrippinæ honorem fierent.

[c] Haud recte quidam laudatus Scaligero codex ms. *uxorem suam* legit, ut tres uno tempore patratas a Nerone cædes significet, matris, uxoris, et amitæ : quod falsum est; Octaviam enim uxorem diu post ille in Pandatariam insulam relegavit, deinde interfici jussit.

[d] Absunt a Parmensi ms. duo verba *et calidis*, habet vero quem hic Hieronymus describit, Eutropius in Breviar. lib. VII c. 14, ubi et *lavaret* pro *lavaretur*, et mox *blattei* pro *purpureis* legitur. Videsis in eum locum Cellarii notas.

[e] Rectius fortasse rationes init Blanchinius, qui in sequentem annum Albini magistratum differt. Minus bene pro *successit* in aliquot mss. est *cessit*.

[f] Confer, si lubet, Josephum lib. XX, c. 8, nostrumque Eusebium Hist. Eccles. lib. II c. 22, demum adde et Zonaram; dissident enim in ea narratione nonnihil inter se. *Simeon*, notante Schurzfleischio alias *Simon* dicitur, notum quippe Hebraica vocabula in ἰσόφωνα Græca, Latinave, cum gentes dominarentur, Judæis commutata. Cæterum vide Allatium lib. de Simeonibus.

[g] Superiori proxime anno, ex Taciti, Suetonii, et Xiphilini testimoniis, Pighius ascribit.

[h] Martyrii utique palma donatus est Marcus, quo veteris Ecclesiæ consensus evincit. Incertum autem est, quo anno, atque adeo, quo Anianus Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus ordinatus sit. Ad octavum Neronis refert Eusebius ipse alibi Hist. Eccles. lib. II c. 24 : Νέρωνος ὄγδοον ἄγοντος τῆς βασιλείας ἔτος. Nec moramur Rufinum, qui primo ejus imperii anno illigat, ut neque Prosperum, et Marianum, qui septimum ejus consulatum comminiscuntur. In aliis hujusmet Chronici Eusebiani codicibus nono insequenti anno ordinatio Aniani assignatur. Serius tamen adhuc quam Eusebius facit, docti viri hæc differunt, quorum sane bonis argumentis sententia non caret. Sed non videtur post mortem Marci, ejusque causa, ut alibi Hieronymus in Script. Eccles. asserit, sed ut ibi innuit Eusebius quod cesserit Marcus administrationi, Annianus ordinatus suffectusque est. Cessit autem Marcus ut aliis regionibus Christum annuntiaret, circa hunc nempe annum, Neronis octavum, quem Eusebius hic cum 64 Christi componit. Vid. si lubet Tillemontium.

[i] Suetonius in ipsiusmet Persii Vita, *Decessit*, ait, *vitio stomachi*, *anno ætatis* 30; pro quo numero rescribi 29, ut Scaliger mallet, nihil opus est, siquidem commode potest de non completo postremo anno accipi.

[j] Accepit ab Eutropio Hieronymus, quod et Scaligero notatum est. Tu confer Suetonium cap. 12, ubi et de citharistarum agone, quo Nero superavit : nec prætereas in eum locum dictorum hominum notas.

[k] Atque hoc gestum in annum sequentem, Neronis undecimum, quo detecta adversus eum C. Pisonis conjuratio est, debuerat conferri juxta antiquorum testimonia, Dionis, Suetonii, et Taciti Annal. XV et XVI. Minus recte apud Pontacum *Anneus* scribebatur.

[l] Nullus hic est, quem Scaliger comminiscitur, metachronismus : siquidem C. Lecanio Basso, et M. Licinio Crasso coss. incendium hoc Urbis fuisse excitatum, colligere est ex Tacito, Suetonio, Xiphilino, Orosio. Eutropio, atque aliis.

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | In Asia tres [a] urbes terræmotu conciderunt, Laodicia, Hierapolis, Colossæ. | | |
| | | Albino *procuratori Judææ* [b] Cestius Florus succedit, sub quo Judæi contra Romanos rebellaverunt. | | |
| | | Junius [c] Annæus Gallio frater Senecæ egregius declamator propria se manu interfecit. | | |
| 211 | 21. . . . . . | 11 Non est acta (olympias), [d] Nerone in suam præsentiam differente. | 67 | |
| | | Duæ tantum provinciæ sub Nerone factæ, [e] Pontus Polemoniacus, et Alpes Cottiæ, Cottio rege defuncto. | | |
| | | Multi nobilium Romæ a Nerone interfecti. | | |
| | | Nero in olympiade coronatur, [f] cerycas, citharistas, tragœdos, aurigas vario certamine superans. | | |
| | | Lucius Annæus Seneca Cordubensis, præceptor Neronis, et patruus Lucani poetæ, incisione venarum, et veneni haustu periit. | | |
| | 22. . . . . . | 12 Rursum Nero isthmia, pythia, actia celebrans, inter cerycas, tragœdos, et citharistas coronatur [g]. | 68 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Πόλεις τῆς Ἀσίας κατέπεσον τρεῖς, Λαοδίκεια, Ἱεράπολις, καὶ Κολοσσαί. Syncell. pag. 267.

Κέστιος Φλῶρος Ἀλβῖνον διεδέξατο· ἐφ' οὗ Ἰουδαῖοι Ῥωμαίων ἀπέστησαν. Idem pag. 268.

Νέρων μεταθέμενος τὴν ὀλυμπιάδα, κ. τ. λ. Id. p. 270.

Νέρων πολλοὺς ἐν Ῥώμῃ ἐπισήμους ἀνεῖλε. Ex Cedren. pag. 163.

Νέρων κιθαρῳδίαις καὶ τραγῳδίαις... πομπεύων, κ. τ. λ. Syncell. pag. 270.

Νέρων ἰσθμίοις καὶ Πυθίοις... καὶ Ἀκτίοις ἐστεφανοῦτο. Ex eodem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Si eodem, quo Laodicea, anno duæ aliæ urbes conciderunt, illam utique Tacitus Annal. XIV cap. 27 prolapsam Nerone IV et Cosso Cornelio Lentulo, id est, sexto aut septimo ejusdem imperatoris anno, auctor est : quare triennii, ut minimum, peccatum hic esset metachronismo. Sed contigere alii postmodum tremores terræ : neque verisimilitudine caret, fuisse ab auctore nostro in eamdem historiæ memoriam conjectos. Aut certe alios, atque Tacitus, chronologos secutus est. Orosius lib. VII cap. 7 eadem hæc verba abs Hieronymo descripsit. Pro *Colossæ* quidam mss. *Colassæ* legunt, quod habet æque bene, ut est Scaligero et Schurzfleischio multis exemplis comprobatum.

[b] Qui Albino in Judææ ἐπιτροπείᾳ successit, non *Cestius*, sed *Gessius Florus* appellabatur. Inde autem fortasse ortus est error, quod eodem hoc anno C. Cestius Gallus Camerinus missus est Syriæ præses. Scaliger Cestii nomen prætermittit, Pontacus utpote alia manu intrusum Italico charactere distinxerat, sed est etiam in Græcis κέστιος. Cum Scaligero autem optimus quoque cod. Lucensis facit.

[c] Apud Scaligerum *Junius Gallio* tantum est, *Annæi*, quod libri alii retinent, nomine prætermisso : atque id quidem rectius, ut videtur : prius enim hic Senecæ frater L. Annæus Novatus dictus est, adoptatus autem postea a Junio Gallione, dici de ejus nomine Junius Gallio, non Junius Annæus Gallio debuisset. Sed illa gravior Scaligeri postulatio est ex eo, quod Senecæ fratri superfuisse hunc ex Tacito Annal. XV constet, ubi, *Junium*, inquit, *Gallionem Senecæ fratris morte pavidum, et pro sua incolumitate supplicem, increpuit Salienus Clemens*. Quin etiam Xiphilinus post Senecam fratrem et ipsum quoque exstinctum dicat, καὶ οἱ ἀδελφοὶ ὕστερον ἐπαπώλοντο, nimirum Mela et Gallio. Et vero mori jussus est L. Annæus Seneca, detecta Pisonis conjuratione, Licinio Nerva, et Vestino Attico coss., qui annus in imperii Neroniani undecimum, et duodecimum incurrit. Ipse ad finem undecimi Eusebius refert. Hæc itaque ejus, sive Hieronymi, fuerit in Gallionis morte recensenda hallucinatio, aut eorum quos auctores secuti sunt. Schurzfleischius in curis posterioribus consuli jubet Vossium de Historicis Latinis, Salmasii quoque judicium de Floro, quod ei præfigitur in Græviana editione, denique Polyænum, et Is. Casauboni notas pag. 753.

[d] Isthæc, *Nerone in suam præsentiam differente*, in vetustioribus editis libris, nec non aliquot mss. superiori proxime periochæ de Gallione adjunguntur una serie et sensu, pro verbis *Non est acta*, substitutis *mortem ejus*, ad hunc modum, *propria se manu interfecit, mortem ejus Nerone in suam*, etc., omnino perperam. Videsis Pontacum. In uno apud Scaligerum ms. ipsa etiam duo verba *non est acta* desiderantur. Rem ipsam quod spectat, ex Olympiacæ panegyris in sequentem annum dilatione, olympiadum calculos nonnulli anno integro retardarunt. Cætera videndus Philostratus in Apollonii Vita.

[e] Hieronymus, quod et Scaligero notatum est, hæc accepit verbo tenus ab Eutropio Breviar. lib. VII cap. 14 : hic autem a Suetonio cap. 18. Videnda quæ in utriusque auctoris loca docti interpretes observarunt. Eutropius *Duæ tamen* pro *Duæ tantum* habet, quæ verior utique lectio est; *Polemoniacus* in quibusdam libris, teste Schurzfleischio, *Polomoniacus* corrupte, ut et penes Miræum *Polemicus* legitur. Idem consuli jubet Jo. Malalam Chronograph. pag. 332, et Stephanum in ΠΟΝΤΟΣ. Cottiæ quoque Alpes male in aliis codicibus *Cootiæ*, et *Coctiæ* nuncupantur.

[f] Spectant hæc ad numerum sequentem, ad quem plura dicenda sunt.

[g] Subjungunt quidam mss. apud Scaligerum et Schurzfleischium verba illa : *Quidam codices habent, quod 211 olympias acta non est, Nerone in suam præsentiam differente :* non dubium quin ab sciolo glossatore infarta. Verum huc illud referendum videtur, quod præcedenti proxime anno Eusebius ait, *Nero in olympiade coronatur*, etc.; significat enim quod non satis bene Scaliger videtur assecutus, Neronem in ipsa Elide, quo perrexerat ad ludos olympicos, coronatum. Coronatum autem hoc anno esse olympiadis 211 secundo, vero celebritatis tempore, solstitio scilicet æstivo, sed non anno vero. Videndus Dio lib. LXIII, Suetonius in Nerone cap. 24, et cum primis Norisius noster Epistol. Consulari. Sed neque illud videtur intellexisse Scaliger, quod tum hic, tum laudato proxime loco dicitur, *inter cerycas, tragœdos, et citharistas*, etc.; ac sane dum S. interpretis suggillare vult ignorantiam, ostendit suam. Vertendum fuisse ait, *tragœdiis et cantibus ad citharam coronabatur sub præconibus*. Hac enimvero interpretatione depravatus omnis est sensus, ipsaque historia perit. Nec intellexit vir cætera summus quid essent in sacris certaminibus præcones, quos Græci κήρυκας, *cerycas*, vocant : nec Hieronicarum præcones, a Romanis in Urbe distinguit. Docet vero Suetonius cap.

| Olymp. | Judæorum. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | Neroni in expensas [a] centies centena millia decreto senatus annua subministrantur. | | |
| 23. | . . . . . | 13 Nero cum cæteris viris insignibus et [b] Octaviam uxorem suam interfecit, [Cornutumque philosophum præceptorem Persii in exsilium fugat. | 69 | |
| 24. | . . . . . | 14 Musonius et Plutarchus philosophi insignes habentur. | 70 | |
| | | L. Annæus Mella, [c] Senecæ frater et Gallionis, bona Lucani poetæ filii sui a Nerone promeretur. | | |
| | | Primus Nero super omnia scelera sua, etiam persecutionem [d] in Christianos facit, in qua Petrus et Paulus gloriose Romæ occubuerunt. | | |
| | | Contra Judæos, qui [e] Cestii Flori avaritiam non ferentes, rebellabant, Vespasianus magister militiæ a Nerone transmittitur. Vespasianus plurimas urbes Judææ capit. | | |
| | | Flavius Josephus scriptor historicus, dux belli Judæorum, cum a Romanis interficiendus esset, Vespasiano prænuntiat de morte Neronis, et ejus imperio : cujus rei causa vitam dono accepit. | | |
| | | Post Petrum primus Romanam Ecclesiam tenuit LINUS annis [f] 11. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Νέρων μιαιφονεῖ τῆς οἰκείας γαμετῆς..... καὶ ἄλλων πολλῶν συγγενῶν, κ. τ. λ. Syncell. pag. 270.

Μουσώνιος καὶ Πλούταρχος φιλόσοφοι ἐγνωρίζοντο. Chron. Pasch. pag. 192.

Νέρων ἐπὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ ἀδικήμασι [Ed. ἀτυχήμασι] τὸν πρῶτον κατὰ Χριστιανῶν ἐνεδείξατο διωγμόν· ἡνίκα Πέτρος καὶ Παῦλος ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσαντες, κ. τ. λ. Syncell. pag. 271.

Ἰουδαῖοι Ῥωμαίων ἀπέστησαν ἐπὶ Κεστίου [Ed. Κεσίου] Φλώρου διὰ πλεονεξίαν αὐτοῦ ἄμετρον· ἐφ' οὓς ὁ Νέρων Οὐεσπασιανὸν στρατοπεδάρχην ἐξέπεμψε. Sync. pag. 268.

Φλάβιος Ἰώσηππος συγγραφεύς, στρατηγήσας ὑπὲρ Ἰουδαίων, καὶ μέλλων.., ἀναιρεῖσθαι, θεσπίζει Οὐεσπασιανῷ περὶ τῆς Νέρωνος τελευτῆς, καὶ τῆς αὐτοῦ Οὐεσπασιανοῦ βασιλείας. Chronic. Pasch. pag. 192.

Τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας πρῶτος ἐπίσκοπος μετὰ Πέτρον ΛΙΝΟΣ ἔτη ια' [Ed. ιη']. Syncell. pag. 271.]

## NOTÆ.

24, dudum laudato, Neronem *et præconio ubique contendisse* : de ipsa videlicet contendisse præconum corona : id quod Philostratus quoque in Vita Apollonii tradit. Recte adeo Hieronymus auctoris sui mentem assecutus et verba, contra atque Scaliger, rem acu tetigit, scribens, Neronem inter ceryces, tragœdos, et citharistas coronatum. Cætera quæ idem doctus vir Hieronymianæ versioni opponit, persequi non est operæ. Spectat huc tamen iterum Suetonius cap. 23 : *Certamina*, inquiens, *deinceps obiit* (Nero) *omnia. Nam et quæ diversissimorum temporum sunt, cogi in unum annum, quibusdam etiam iteratis, jussit. Olympiæ quoque præter consuetudinem musicum agona commisit*, etc.

A anno superiore, sive Neroniani imperii decimo tertio.

[a] Aliter in primo Palatino ms. : *Nero expensas centies centena millia decreto senatus amicis subministrat*. Quam scripturam Schurzfleischius sequi mallet pro vulgata, quod in hac nimis exigua summa exprimatur, quam ut immenso huic gurgiti a senatu annona tribueretur. Hanc causam habuit antea Scaliger, ut putarit aliter scriptum in Græcis fuisse, sive μύριαι μυριάδες, quod est, *millies centena millia*, et notari velit auri Romani quadragies centena millia aureorum, Gallicani numismatis milliones octo trecenta triginta tria millia, etc., nisi si majorem adhuc summam illi senatus decreverit. Et scimus quidem a Suetonio docti, quam prodigiosæ fuerit profusionis Nero, ut nisi aliunde haberet, hæc certe, quam tribuisse senatus scribitur, annua summa impensis non sufficeret : nihilosecius cur impressam lectionem mutemus, id satis causæ nobis, eoque minus, ut Hieronymum, quod per summam confidentiam Scaliger facit, de properantia in Græcis vertendis accusemus. Schurzfleischius mallet ipsam quoque codicis Patini lectionem *amicis*, mutare in *medicis*, quod rursum, qua de causa, et quam bona conjectura velit, non video.

[b] Hujus mortem quod spectat, post Scaligerum, Pighio doctisque aliis Chronologis videtur ad præcedentis olympiadis annum secundum pertinere. De Cornuti ex Silio vide Dionem lib. LXII.

[c] Constare utcumque hoc potest, quidquid Scaligero videatur, etiam cum Xiphilini, quod superius laudamus, testimonio : siquidem postremus omnium illis interfectus est. Neque obstabit, quod hunc ipsum juxta Taciti rationes putemus jussum interfici

[d] Repetunt vulgo chronologi persecutionis initia ab Urbis incendio, atque eo quidem anno supplicio affectos Petrum et Paulum, contendit cum primis Scaliger, et quinquennii metachronismo peccatum ab Eusebio, tamquam de tripode pronuntiat. Offucias autem facit tum in eo quod incendium Neronianum solido anno anticipat (non enim, ut putat, Memmio Regulo, et Verginio Rufo, sed C. Lecanio Basso, et M. Licinio Crasso coss. excitatum est), tum in eo quod pro veris, quæ sibi placuerunt, credi jubet. Et sunt tamen de martyrii apostolorum Petri et Pauli epocha sententiæ doctissimorum hominum variæ : atque hæc Eusebii nostri, siquid in his video, tum hypothesi apprime consentanea, tum vulgo receptior jamdiu olim, fortasse etiam verosimilior. Tu in eam rem consule Joannis Pearsonii dissertat. I, de successione primor. Rom. episcoporum. Accedit
B proxime Tillemontius, quem videsis nota 40 ad Vitam Petri, ubi ejus mortem in annum rejecit æræ vulg. 66. Baronius, Pererius aliique magno numero superiori anno, sive Neroniani imperii decimo tertio illigant. Alii et primi quidem subsellii chronologi ad præcedentem, sive duodecimum referunt, Paghius, Henschenius, Papebrochius, Toinardus ad Lactant. de Mort. Persec. cap. 2 : demum et noster Franciscus Blanchinius : quorum argumenta legere apud eos præstat. Eadem porro die, qua Petrus suffixus est cruci, Paulum securi percussum, vulgo recepta sententia est, quam Scaliger convellere frustra nititur. Cæterum et male, typothetarum facile mendo, in ejus editione *persecutionem inter Christianos* legitur pro *in Christianos*.

[e] Notatum superius, *Cestium* pro *Gessio*, antiquo librariorum errore, dici. Vide Josephum de Bello lib. II, cap. 14 et 15, Paginm quoque in Baronii Annal. lib. I pag. 50. Loquitur vero juxta ætatis suæ morem Hieronymus, *magistrum militiæ* Vespasianum
C vocans, quod munus eo saltem nomine a Constantino primum institutum est. Eodem sensu S. idem interpres infra ad an. Christi 283 Saturninum *magistrum exercitus* appellat.

[f] Non autem a morte Petri, a qua duos tantum annos, tresque fere menses sedit ; sed ab ordinatione sua ante novem ferme annos, per quos Petri vica-

| *Olymp.* | *Judæorum.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | | Nero cum a Senatu quæreretur ad pœnam, e palatio fugiens ad quartum Urbis milliarium, in suburbano liberti sui inter Salariam et Nomentanam [*Al.* Numentanam] viam semet interficit, anno ætatis suæ 32, atque in eo omnis Augusti familia consummata est. | | |
| | | Post Neronem [a] GALBA in Hiberia, VITELLIUS in Germania, OTHO Romæ imperium arripuerunt. | | |
| | | M. Fabius Quinctilianus Romam a Galba perducitur. | | |
| | | Galba septimo [b] mense imperii sui, in medio Romanæ urbis foro, capite truncatur. | | |
| | | Vespasianus duobus præliis superatos Judæos ad muros compulit. | | |
| | | Otho tertio [c] regni sui mense, apud Bebriacum propria manu occubuit. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Νέρων ἑαυτὸν ἀνεῖλεν. Cedren. pag. 173.

Καὶ τελευτᾷ ὁ αὐτὸς Νέρων, κ. τ. λ. Μετὰ Νέρωνα ΓΑΛΒΑΣ ἐβασίλευσεν ἐν Ἰβερίᾳ, ΟΥΙΤΕΛΛΙΟΣ (ἐν) Γερμανίᾳ, ΟΘΩΝ ἐπὶ Ῥώμης. Chron. Pasch. pag. 196.

Γάλβας ἐβασίλευσε μῆνας ζ, καὶ ἐν μέσῃ τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη. Idem ibidem.

Οὐεσπασιανὸς .. τοὺς Ἰουδαίους δυσὶ πολέμοις τρεψάμενος ἀπέκλεισε. Syncell. pag. 270.

Ὄθων βασιλεύσας μῆνας ϛ' διεχειρίσατο ἑαυτόν. Chron. Pasch. pag. 196.

## NOTÆ.

rius et coadjutor Romanam Ecclesiam rexit. Vide Pagium in Breviar. Critic. Chronolog. in Vita Lini. Hoc sensu accipiendus est etiam Epiphanius, qui *duodecim annos* ejus administrationi tribuit, et Bucheriani catalogi auctor, qui menses præterea quatuor, et dies duodecim addit, denique catalogi alii, qui propius ad Eusebii calculos, annos undecim, menses tres, et dies duodecim supputant. Sed cum horum initium ab hoc loco Eusebius repetat, ducatque continenter ad octogesimum usque primum Christi, fatendum est temporum atque historiæ seriem perturbari.

[a] A Neronis morte, quam sibi ipse conscivit die 9 Junii, ad Vespasiani imperium (quod utique velim ab idibus Juliis subsequentis anni repetere, cum adhuc vivente inter crapulas et libidines Vitellio, ille ab Ægypti præfecto, atque universa Syria, tum a Græciæ atque Illyrici exercitibus imperator acclamatus est) anni integri spatium interjacet : ut alios prætereant, qui a Vitellii nece, quæ exeunte anno, sive circa 20 diem Decembris contigit, Vespasiani initia auspicantur. Mirum adeo quæ tanto temporis intervallo gesta continentur, ab Eusebio in eumdem quo mortuus est Nero, annum conferri et comparari quidem cum eodem 24 e Judæorum laterculo, ut nihil de illo dicam annorum Domini, qui postea ab aliena manu accessit : denique, quod rei caput est, olympiadis 211 terminum tam longius protrahi, ut anno et dimidio supra reliquas constet, si temporum quæ in historia notantur, rationem habeas. Num ex eo, quod hanc olympiadem loco moverit Nero, distuleritque in annum sequentem, retardarit Eusebius (quod nonnulli quidem faciunt) subsequentium initia? certe non primo, ut ille, sed secundo olympiadis 212, Vespasiani imperium repetunt vulgo filii chronologorum. Facerent utcumque satis objectionibus hisce omnibus vetustiores quædam editiones, in quibus ab hoc loco olympias illa 212 initium sumit, et cum primo Vespasiani, non 25 Judæorum laterculi, sed 26 annus connectitur. Verum alias illæ in subsequentibus peccant; nescio, num sit ejusmodi recensioni fides adhibenda, cum pari omnes consensu obstent, quibus utimur antiqui mss. libri, Scaligerana etiam, atque hæc omnium diligentissima Pontacena editio, quam sequimur.

[b] A die scilicet 16 Junii ad 16 Januarii, ut rationes init Petavius de Doctr. Temp. tom. II, lib. XI, cap. 16. Occisus est autem Galba a Prætorianis militibus ab Othone ad cædem animatis, ut Plutarchus, Dio, Tacitus, Suetonius, Xiphilinus tradunt.

[c] Quin immo solidos 95 dies imperasse Othonem, ex Suetonio colligas, quocum facit Theophilus ad Autolycum lib. III, et Eutropius. Proxime accedit Josephus, qui duos illi dies supra tres menses tribuit.

A Tacitus vero, Zonaras, et Xiphilinus solos ei dant dies nonaginta. Intulit autem sibi manus Otho, non apud Bebriacum quidem, ut significare videtur Eusebius (ibi enim Othoniani fusi sunt), sed Brixellis, quo loco ipse Otho substiterat, deque suorum clade nuntium accepit, ut constat ex Josepho de Bello lib. IV, cap. 9. Bebriacum autem quod spectat, varie nomen hoc scribitur apud auctores in antiquis libris. Apud Tacitum *Bedriacum* obtinet, ut et apud Florum, pro *Bebriaco*, quod aliæ editiones ferebant, atque Orosius legit. Plutarchus et Josephus Βηδριακὸν præferunt, quamquam erat apud hunc in antea editis libris, Φριγδιακὸν, et Φηγδιακὸν, et referente Scaligero, Βρηγδιακόν. Idem porro Scaliger legit hic *Vetriacum*, sed et in uno ms. *Metiacum* invenit, quod nihil habet cognationis cum superioribus. Religiose has persecuti sumus ποικιλογραφίας, quod fuisse vicum hunc inter Veronam Cremonamque situm, Tacitus Hist. lib. II, cap. 23, scribat : quamobrem et
B Victor Shotti Othonem dicit *Veronensi prælio pulsum esse.* Hodie, jamque diu olim nullum exstat vici ejus et nominis vestigium apud nos : quem neque in Veronensium ditione atque agro exstitisse umquam existimo, sed fuisse, ut Plutarchus ait, πλησίον Κρεμώνης : *Cremonæ proximum ;* nam et πρὸς τῇ Κρεμῶνι, *ad Cremonam* dimicatum, Dio testatur. Vere tamen dixerit situm *inter Veronam*, *Cremonamque* Tacitus, quod in via Postumia esset a Verona ad Cremonam, neque ei viæ aliæ urbes insiderent, ad quarum terminos Bebriaci situm referri commodius posset : cum primis enim rationem viæ habuit, quemadmodum et Victor, qui recte adeo *Veronense* illud prælium vocavit, quod commissum in Veronensi via fuerit. Cluverius, quem Cellarius sequitur, supra Ollii, atque Clusii confluentes constituit, quo ferme loco hodie oppidum est *Caneto.* Quod probare cum aliis argumentis e Taciti verbis, cum Tabula Peutingerana nititur, in qua, *Cremonæ, de Loriaco XXII,*
C *Mantua....* ubi emendat, *Cremona*, *Bedriaco XXII. Mantua.* Theodoro autem Rychio in Animadversionibus ad Tacitum, probabilior videtur Italorum, quam vocat, sententia, *Bedriacum*, oppidum *Binam* existimantium, ad eumdem Ollium amnem, sed aliquanto superius jacens. Cumque addat loco laudato Tacitus, eum vicum *duabus jam Romanis cladibus notum*, sentit ipsum nomen *Bina*, quo hodie locus ille nominatur, non obscure hanc sententiam confirmare, a binis olim præliis, quibus identidem imperium ad alium translatum est. Nobis hæc quidem minus arridet conjectura : videsis tamen quæ ad eam comprobandam multa congerit. Nos in Antiquitatibus nostris Veronensibus, quæ vigesimum jam premuntur in annum, rem latius edisserimus, et acu tetigisse visi sumus.

| *Olymp.* | *Judæorum.* | | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Anni ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|---|
| | | | Antiochiæ [b] secundus episcopus ordinatur Ignatius. | | |
| | | | Vitellius [c] octavo imperii sui mense a Vespasiani ducibus occisus, in Tiberim projicitur. | | |
| | | | *Romanorum* [d] *VII, VESPASIANUS regnavit annis* 9, *mensibus* 11, *diebus* 22. | | |
| 212 | 25. . . . . . | 1 | Vespasianus apud Judæam imperator ab exercitu appellatus, et bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiscitur. | 71 | |
| | | | Capitolium [e] Romæ incensum. | | |
| | 26. . . . . . Judæorum [a] regnum defecit. | 2 | Titus, Judæa capta, et Jerosolymis subversis, sexcenta millia virorum interfecit. Josephus vero scribit, undecies centena millia [f] fame et gladio periisse, et alia centum millia captivorum publice venundata. Ut autem tanta multitudo Jerosolymis reperiretur, causam azymorum fuisse refert, ob quam ex omni gente Judææ ad Templum confluentes, urbe quasi carcere sunt reclusi : oportuit enim iisdem diebus Paschæ eos interfici, in quibus Salvatorem crucifixerant. | 72 | |
| | | | Colligitur omne tempus in secundum annum Vespasiani, et novis- | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Βασιλεία τῶν Ἰουδαίων κατηργήθη. Sync. p. 272.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος Ἰγνάτιος, κ. τ. λ. Idem ibid.

Οὐϊτέλλιος βασιλεύσας μῆνας ι', ἐσφάγη ἐν τῷ Παλατίῳ Ῥώμης. Chron. Pasch. pag. 196.

Ῥωμαίων ζ', ἐβασίλευσεν ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ἔτη θ'. Idem ibidem.

Οὐεσπασιανὸς αὐτοκράτωρ τὸν κατὰ Ἰουδαίων ἐγχειρίσας πόλεμον Τίτῳ, αὐτὸς δι' Ἀλεξανδρείας εἰς τὴν Ῥωμαίων ἀφίκετο πόλιν. Chron. Pasch. pag. 197.

Τίτος Ἰουδαίους πολιορκήσας, καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα κατασκάψας, πολλὰς μυριάδας ἀνδρῶν ἐφόνευσε. Φησὶ δὲ καὶ Ἰώσηπος λιμῷ καὶ μαχαίρᾳ μυριάδας ρι' ἀπολέσθαι, καὶ ἄλλας τρεῖς μυριάδας διαπεπρᾶσθαι αἰχμαλώτων· Αἴτιον δὲ τοσοῦτο πλῆθος κατὰ τὴν πόλιν εὑρῆσθαι, φησὶ, τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν, ἐν ᾗ πάντες οἱ τοῦ ἔθνους συνεληλυθότες, ὡς ἐν εἱρκτῇ συνεκλείσθησαν. Ἔδει γὰρ τοὺς ἐν ἡμέραις τοῦ Πάσχα ἐπιβεβουλευκότας τῷ Σωτῆρι ἡμῶν, παθεῖν. Eusebius apud Syncell. pag. 272.

Συνάγεται ὁ πᾶς χρόνος ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος Οὐεσπασιανοῦ, καὶ τὴν ὑστάτην ἅλωσιν Ἱεροσολύμων· ἀπὸ μὲν πεντεκαιδεκάτου ἔτους καὶ αὐτοῦ Τιβερίου Καίσαρος, καὶ τοῦ σωτηρίου κηρύγματος ἀρχῆς, εἰς ἔτη τεσσαράκοντα δύο· ἀπὸ δὲ (δευτέρου) ἔτους Δαρείου... καθ' ὃν δευτέρας οἰκοδομῆς ἔτυχεν ὁ ναός... εἰς ἔτη φϛ'· ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης ἐπισκευῆς αὐτοῦ τῆς ἐπὶ Σολομῶντος γενομένης, εἰς ἔτη ͵αργ'. Chron. Pasch. pag. 198.

## NOTÆ.

[a] Ostendimus superius ad primum Agrippæ annum, quæ fuerit Eusebii mens, ut cum Jerosolymorum excidio Agrippa, incolumi suo regno, quin etiam aliquot deinde urbium accessione ampliato, pluribus annis superfuerit, hic cum urbis cinere sepeliatur, perinde atque una cum Jerosolymis occubuisset. Nempe quia Judæorum regum seriem contexere proposuerat generatim sibi : non autem poterat Judæorum adhuc regem agere Agrippa, deletis Jerosolymis, cujus urbis casu Judæorum quoque deletum est regnum. Quæ igitur propria illi erat, tetrarchia aliarumque urbium ditio, minime ad hujus propositum operis pertinebant. Recole quæ uberius sunt supra exposita : Scaliger enim ἀεροβατεῖ, et cujus minime assecutus est sensum, Auctorem calumniis et conviciis incessit. Videsis et Basnagium iterum Hist. Judæorum lib. I, cap. 15, num. 18 et seqq.

[b] Digna lectu habent de Patriarchis Antiochenis Acta Bolland. tom. IV Julii. Ibi P. Boschius Vallicellanos mss. optimæ notæ libros, in quibus locus iste Eusebiani Chronici paulo aliter conceptus est, laudat. Plura de Ignatio ad ejus martyrii annum, Christi 110 dicemus.

[c] Quin et dies quinque supra octo menses potitum imperio Vitellium, ex Josephi testimonio, ac rerum apud historicos reliquos serie, fere compertum est. Fallitur vero Theophilus lib. III ad Autolycum, qui sex tantum menses diesque viginti duos ei tribuit.

[d] Recole quæ dudum de hujus imperii initiis dicta sunt. Auctor quippe est Suetonius, a *kalendis Julii* (quo die Tib. Alexander præfectus Ægypti legiones suas in partes Vespasiani sacramento obstrinxit) *ejus principatus diem in posterum observatum.*

[e] Anno utique superiori Capitolium incensum est a Vitellianis, qui Flavium Sabinum, Vespasiani fratrem, Domitianum quoque filium aliosque ejus propinquos eo adegerant, atque obsidebant. Tunc vero inierat Vespasianus principatum ab Ægypti legionibus acclamatus : eaque causa est, cur hic statim ab illius assumptione ad imperium ex serie rerum ab Eusebio historia isthæc refertur.

[f] Hæc, *fame et gladio periisse, et alia centum millia*, ob ejusdem vocis recursum, obvio librariorum errore, in Palatino primo ms. desiderantur. Captivorum qui venditi sunt, numerum videtur Hieronymus in proposito sibi Eusebiano exemplari legisse decurtatum, præfert enim hodienum Syncellus τρεῖς μυριάδας. Schurzfleischius, in Curis posterioribus, Apud Nicephorum, inquit, Hist. Eccl. l. III cap. 7, legitur, ὅτι τοὺς ἐντὸς ἑπτακαίδεκα ἐτῶν φησιν Ἰώσηπος, αἰχμαλώτους ἀχθέντας διαπεπρᾶσθαι, καὶ τούτων δὲ μόνων τὸν ἀριθμὸν εἰς ἐννέα μυριάδας ἀνδρῶν συναχθῆναι. Malala ιε μυριάδας ponit. Hieronymus in Eusebio legerit, καὶ ἄλλας ρ' χιλιάδας, non μυριάδας. Quid? si legendum, ὡς δ' ἄλλοι ρ μυριάδας; centum enim myriades, hoc est, decies centena millia habent τὸ πλῆθος τῶν ἀνῃρημένων τῷ τε λιμῷ καὶ ξίφει, Josephus lib. VII, cap. 20, et ex eo Nicephorus H. E. lib. III, cap. 7. Mox ubi dicitur, *ob quam ex omni gente*, etc., rescribi jussit secundis curis Pontacus, *ob quæ*, ut ad *azyma* referret, cum possit æque bene referri ad *causam*. Scaliger hic vitilitigat, cui oppone Basnagium libro I, cap. 19. In dudum laudato primo Palatin. ms. *causa Azymorum fuisse refertur*, et mox *sunt conclusi*, statimque *in iisdem diebus Pasce* (Schurzfleischius rescribit *Phase*) *eos interfici*. In Græcis est παθεῖν, id est, *affligi*, *cladem subire*, hisque similia, quæ initia malorum, et causam, non ipsam halosin notant. Exaggerant itaque alii præter historiæ veritatem, atque Eusebii mentem, qui τὰς τοῦ Πάσχα ἡμέρας excidio Jerosolymorum assignant, quos inter Nicephorus Hist. Eccl. lib. III, c. 5. Sulpicius quoque Severus, qui *Ita*, ait, *Deo placitum, ut eo tempore, quo Dominum cruci affixerant, gens impia internecioni daretur*; denique et Joan., eodem, inquiens, festo, quo Christum cruci affixerunt Judæi, ἐν τῇ αὐτῇ ἑορτῇ πάντες ἀπώλοντο, *omnes perierunt.* Obsessa

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | simam eversionem Jerosolymarum, a quinto decimo Tiberii Cæsaris anno, et ab exordio Evangelicæ prædicationis, [a] 42. | | |
| | 3 | A captivitate autem, quam ab Antiocho perpessi sunt, anni [b] 239. Porro a Darii secundo anno, sub quo rursum Templum ædificatum est, anni 590. A prima autem ædificatione Templi sub Salomone usque ad novissimam ejus ruinam, quæ sub Vespasiano facta est, anni 1102. | 73 | |
| | 4 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 74 | |
| 213 | 5 | Vespasianus [c] Capitolium ædificare orsus. | 75 | |
| | | In Alexandria facta seditio. | | |
| | | Serapion philosophus et orator agnoscitur. | | |
| | 6 | Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, [d] Thracia, Cilicia, Comagene, quæ liberæ antea et sub regibus amicis erant, in provincias redactæ. | 76 | 2090 |
| | 7 | Colossus erectus habens altitudinis [e] pedes 107. | 77 | |
| | | Q. [f] Asconius Pedianus scriptor historicus clarus habetur, qui 73 ætatis suæ anno captus luminibus, 12 postea annis in summo honore consenescit. | | |
| | 8 | Gabinianus [g] celeberrimi nominis rhetor in Gallia docuit. | 78 | |
| | | Tres civitates [h] Cypri terræmotu corruerunt. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Οὐεσπασιανὸς τὸ Καπιτώλιον ἐμπρησθὲν ἀνῳκοδόμησεν. Syncell. pag. 272.

Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ στάσις. Idem ibidem.

Κολοσσὸς ἀνεστάθη μῆκος ποδῶν ρζ΄, ἐκ χαλκοῦ. Ex Chronic. Pasch. pag. 198.

Ἐν Κύπρῳ τρεῖς πόλεις σεισμῷ κατεπτώθησαν. Syncell. pag. 272.

## NOTÆ.

quidem urbs est instante jam Paschate: capta autem A ac diruta post aliquot demum menses, sive, ut Pagius persuadet, die 8 Septemb., non, ut Petavius putavit, prima. Tunc internecioni tradita profligataque Judaica gens est.

[a] Clemens hosce 42 annos ab ipsa Domini passione, non ab ejus prædicatione, et Tiberii enumerat: quas rationes Origenes quoque lib. IV contra Celsum secutus est. Τεσσαράκοντα γὰρ ἔτη καὶ δύο οἶμαι ἀφ' οὗ ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν γεγονέναι ἐπὶ τὴν Ἱεροσολύμων καθαίρεσιν. *Nam quadraginta duo anni, opinor, intercesserunt a cruce Jesus ad excidium Jerosolymæ.* Videtur itaque falli Scaliger, qui Clementem nedum Origeni, sed et Eusebio vult imposuisse; cum enim a 15 Tiberii anno ad excidium Templi solidi anni 41 sint cum aliquot diebus, satis bene Eusebius ab eo Tiberii anno rationem iniit, non ut alii ab ea, quæ secuta postmodum est, Christi morte. Monemus autem in Parmensi ms. uno plus dici, sive annos 43.

[b] Uno minus rescribi, sive annos 238, Pontacus B secundis curis jussit: quod nempe terminum ad quem, ipsum Vespasiani secundum annum, voluerit excludi. Rectius vero cum Scaligeri editio, tum plerique alii vulgati æque atque mss. libri eum supputant.

[c] Non ab alio videtur, quam Eusebio, atque hoc quidem libro, accepisse quod habet Cedrenus, Capitolium Vespasiani primo incensum, τῷ ε΄ ἔτει, *quinto ejus anno*, cœptum ædificari. Atqui rectius colligunt ex Taciti Hist. IV. Petavius et Scaliger, instaurari jussum a Vespasiano statim a profligatis Vitellianis, cum nondum ipse Romam advenisset, sed adhuc Alexandriæ moraretur, quod tempus primum ipsiusmet imperii annum non videtur exercere.

[d] A Suetonio Eutropius, Hieronymus ab Eutropio accepit, qui lib. VII, cap. 19: *Achaiam*, inquit, *Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quæ liberæ ante hoc tempus fuerant: item Thraciam, Ciliciam, Comagenem, quæ sub regibus amicis erant, in provinciarum formam redegit*, Scaliger *Tracheam* legit, ut cum Cilicia conjungatur, sensusque sit de *Trachea-Cilicia*, C id est, parte ejus regionis aspera, atque in montibus sita. Quam lectionem avide, suffragantibus etiam ex parte nonnullis mss. qui *Trachiam* præferunt, Suetonii atque Eutropii editores postmodum arripuerunt. Plurium autem et melioris notæ codicum vera scriptura est apud eosdem Auctores, *Tracia*: indeque satis abunde eos refelli, qui Thraciam in *Trachiam* et *Tracheam* commutant, Cellarius, atque Hearnius notant. Sensus autem est de parte aliqua Thraciæ (quod nomen latissime Veteres accipiunt) nondum devicta, ut et de Cilicia sentiendum est, nomine jam diffitente: alioqui Thracia diu ante Vespasianum in ditionem Pop. Rom. concesserat: Cilicia vero multo ante perdomita est. Aut certe de Thraciarum dispositione intelligendum, Vespasianus enim ex Thraciis sex provincias fecit. Vide præter laudatos auctores, Victorem in Epitom. c. 9, et Norisium ad Cenotaph. Pisan. dissert. II, denique Schurzfleischii Ὑπομνήματα de Ciliciæ antiquitatibus.

[e] De Colosso Rhodio, ἐν Ῥόδῳ, Paschalis Chronici auctor intelligit: a quo fucum sibi fieri passus est Allatius, qui ad Philonem Byzantinum probare nititur, fuisse cum Vespasiani temporibus instauratum. Hic autem alius est a Zenodoro primum jussu Neronis erectus, cui Vespasianus (id quod voluit notare Eusebius) detracto Neronis capite, et Solis imposito cum septem radiis, Soli dedicavit. Falli videtur etiam Syncellus in pedum altitudinis numero, ρκζ, pro ρζ. Videsis Dionem apud Xiphilinum, Plinium lib. XXXIV c. 7, Suetonium quoque in Vespas. c. 18, et Casaubonum ad Spartianum in Hadriano.

[f] Huic prænomen est singulari *Q* littera, quæ *Quintum* significat, etiam in Parmensi ms. cum editis plerisque aliis omnibus libris: cur vero *Quirinus* placuerit Pontaco magis, disces ab ejus Notis in calce. Sunt etiam qui *Ausonium* pro *Asconio* legant: nec Pediani ipsum cognomentum aliis atque aliis ποικιλογραφίαις caret. Putare itaque malim, alium a celebri Asconio Pediano Patavino, qui Virgilii familiaritate usus est, Philargyro teste, hic abs Hieronymo indicari. Adeo nec oportere, aut duos cum Scaligero Asconios comminisci, ut temporum ratio constet (alioqui Virgilio familiaris diceretur, qui annis fere viginti ab ejus morte natus demum fuisset), aut de tot annorum metachronismo, ut idem Scaliger in secundis Curis, et Harduinus ad Plinium faciunt, Hieronymum incusare. Ignotus hic nobis est re et nomine auctor, *Q.* sive *Quirinus*, et *Squirinus*: *Asconius*, sive *Ausonius*, et *Pasconius*, et *Ascodius*, et *Squascodius*, etc. ita enim veteres libri variant.

[g] In Suetonii sæpius laudato laterculo *Sex. Julius Gabinianus* appellatur: in quodam penes Schurzfleischium libro *Gabinius*: olim erat *Gabinius* in Dialogo de Oratoribus, qui Tacito inscribitur (videtur autem Quintiliani esse) c. 26, in quem locum videsis Lipsii Notas. Ejus meminit S. Pater etiam in Præf. Comment. VIII in Isaiam.

[h] Paria habet Orosius, quem adito: ut et Suetonium de memorabili lue, quæ subsequitur, in quem locum ne prætereas doctorum interpretum Notas. In fine ejus periochæ hæc subdit Parmensis ms.,

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| 214 | 9 Lues ingens Romæ facta, ita ut per multos dies in ephemeriden decem millia ferme mortuorum hominum referrentur. | 79 | |
| | 10 Vespasianus Colonias deduxit, et mortuus est profluvio ventris in villa propria circa Sabinos, anno ætatis [a] 69. | 80 | |
| | *Romanorum VIII, TITUS regnavit annis 2, [b] mensibus 2.* | | |
| | 1 Titus filius Vespasiani in utraque lingua disertissimus fuit, et tantæ bonitatis, ut cum quadam die recordatus fuisset in cœna, nihil se illo die cuiquam præstitisse, dixit : Amici, hodie diem perdidi. | 81 | |
| | Mons Vesuvius ruptus in vertice tantum ex se jecit incendii, ut regiones vicinas et urbes cum hominibus exureret | | |
| | 2 Titus Musonium [c] Rufum philosophum de exsilio revocat. | 82 | |
| | Titus amphitheatrum Romæ ædificat et in dedicatione ejus quinque millia ferarum occidit. | | |
| | Romanæ Ecclesiæ II constituitur Episcopus [d] CLETUS annis 12. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λοιμὸς κατὰ τὴν Ῥώμην μέγας, ὡς καθ' ἡμέραν ὑπὲρ μυρίους θνήσκειν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Sync. pag. 272.

Οὐεσπασιανὸς ἀποικίας ἐκπέμψας τελευτᾷ νόσῳ. Idem ibidem.

Βασιλεὺς Ῥωμαίων η', ΤΙΤΟΣ, ἔτη β'. Idem p. 273.

Τὸ Βέσβιον ὄρος κατὰ κορυφῆς ῥαγὲν πῦρ ἀνέβλυσε τοσοῦτον, ὡς καταφλέξαι τὴν παρακειμένην χώραν σὺν ταῖς πόλεσιν. Syncell. ibid.

Τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος γέγονεν Ἀνέγκλητος

## NOTÆ.

*nobilitatis Romanæ morbo pars maxima periit* : quæ e glossa olim videntur in textum irrepsisse.

[a] Addit Suetonius *superque mensem et diem septimum.* Facit cum Eutropio noster, qui solum *ætatis sexagesimum nonum* supputat. Obiit imperator die 24 Jun. anni Christi 80, imperavitque juxta Clementem Alexandrinum, quem Eusebius sequitur, a die 3 Jul. anni Christi 69 (alii ab ipsis kal. Jul. auspicantur) ad eam usque diem annos 9, menses 11, dies 24. Scaliger qui huic anno Vespasiani θανασίμῳ, 79 Christi comparat, perstat in errore suo, in quem alias ad primum Christi animadvertimus : et quem tamen ipse errat, solemnem vocat, Eusebii et Hieronymi errorem.

[b] Perperam legebatur in Pontacena editione, *mensibus octo*, pro quo *duobus* rescripsimus juxta alios libros. Compertum quippe ex Suetonio c. 2 solos *post biennium menses duos, diesque viginti* Titum imperasse : siquidem et mortuus est *Idibus Sept.* (quod ipsemet Hieronymus confirmat) regnumque ejus ab obitu patris, sive a die vii kal. Jul. anni Christi 80 consurgit. Et video tamen, ab Eutropio, qui *post biennium*, *menses octo, dies viginti*, aut Dione, qui menses octo et dies novem Tito elargiuntur, eam summam accipi potuisse : ut fere credam scriptum abs Hieronymo *mensibus* 2, *vel juxta alios, mensibus* 8.

[c] Parmensis, et quatuor Palatini mss. *Rufinum* vocant : male. Scaliger eum huc refert, quem Τυῤῥηνὸς appellant Philostratus et Suidas, et quem Templo et Jerosolymis solo æquatis aratrum impressisse, Judæi quoque memorant. Videsis ea de re, si tanti est, annotationem nostram ad Hieronymi Commentar. ii in Zachar., cap. 8, pag. 852. Sed alios fortasse moveat, quod ille ט רנים Sanedhrin cap. vii, et Græcis Τυῤῥηνὸν, Latinis *Turannius*, non *Musonius*, prænominatur : deinde quod multo ante quam hic abs Hieronymo dicitur, ab exsilio, quo jussus ire est ab Nerone, revocatus fuerit : siquidem Templum sub Vespasiano aravit. Verum illud inditum ei est cognomen ex civitate Volsinia : de exsilii autem tempore mox dicemus. Scaligerum movit, ut alium putarit ab eo esse, quod, auctore Tacito Hist. iii, cap. 81, *miscuerat se legatis* (ad Flavianos) *Musonius Rufus equestris ordinis, studium philosophiæ, et placita Stoicorum æmulatus :* et quia Stoicus iste, Xiphilino et Zonara testibus, non pulsus fuit in exsilium. Sed fugit eum ratio : non enim ex eo quod tradunt laudati auctores, cum Vespasianus exsulare philosophos jussit, Musonium excepisse : sequitur fuisse eum pridem etiam a Nerone exceptum; ex Tacito autem pluribus locis, quod et Theodoro Ryckio observatum est, et ex Epistola Juliani apud Suidam voc. Μουσώνιος, satis liquet, unum eumdemque esse, uti etiam contra Scaligerum notavit Jonsius lib. iii de Scriptor. Hist. Phil. cap. 7. Igitur non est a Tito, sed pridem a Vespasiano revocatus; quod autem ad Titum Hieronymus refert, vel ignota nobis causa est, vel benigno lectore indiget. Schurzfleischius consuli jubet Spencerum ad Origen. lib. iii contra Celsum pag. 46, *b*. Testatur autem et Dio C. Musonium Rufum minime jussum exsulare a Vespasiano, immo a cæteris quos expulit philosophis exemptum.

[d] In eodem ms. ut et aliis Scaligero et Pontaco laudatis, *Anacletus* vocatur. Recensetur etiam in eodem libro, atque aliis præsertim editis, præcedenti anno ante periocham de Vesuvii eruptione, a quo loco, ita jubente in curis posterioribus Pontaco, aliisque suffragantibus libris, et Scaligerana editione, huc transtulimus. Historiam quod spectat, Eusebius, sive *Cletum* hic scripserit, sive *Anacletum*, vel Ἀνέγκλητον, manifestum est, non duos, sed unum eumdemque iis nominibus Romanum episcopum censuisse. Tam autem ejus, quam illorum, qui duos diversos episcopos faciunt, sententia bonis ex intima Antiquitate argumentis nititur, annosque et seriem Pontificum utraque juxta hypothesim suam moderatur. Cæterum tralatitia eaque impeditissima disputatio est de primis quatuor aut quinque Romanis episcopis, quam cum retexere hic atque explicare per notarum angustias non liceat, accipe (quod unum potest mutuare Eusebianis calculis lucem) quo pacto recentiores accuratioresque chronologi ab hoc loco rationes suas in horum pontificum serie digerant. Lino Clementem successisse anno ultimo Neronis, Christi 68, statuunt. Et sane longius a vero Eusebium aberrasse, qui pontificatum Clementis ad annum usque Christi 93, differt, cum Pagio, tum aliis demonstratum est. Porro aiunt, tenuisse Clementem Romanam cathedram per annos decem, diebus tantum viginti exceptis, ad Christi scilicet 76, quo se abdicavit. Cui post duorum et quod excurrit mensium interregnum subrogatus sit Cletus, usque ad Christi 83, per annos sex, menses duos, et dies fere decem, ut noster Blanchinius ex Catalogo Pontificum Liberiano in Prolegomenis ad Anastasium tom. II (nostræ vero Patrol. XII) atque in Notis docet. Eo martyrii palma donato, cum quatuor jam menses diesque aliquot vacasset sedes Romana, eam volunt implevisse Anacletum annis duodecim, mensibus decem, diebus octo, ad Christi 96, quo imperante adhuc Domitiano, martyrio est coronatus, et locum reliquit Evaristo, quem præcedenti anno sibi Vicarium ipse sufficerat. De cæteris, qui subsecuti sunt, et quibus recensendis non usque adeo tanta Auctorum discrepantia est, suis infra locis dicemus.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | Romæ plurimæ ædes [a] incendio concremantur. | | |
| | | Titus morbo periit in ea villa, qua pater. pridie Idus Septembres, [b] anno ætatis 42. | | |
| | | *Romanorum IX, DOMITIANUS, Titi frater junior, regnavit annis 15,* [c] *mensibus 5.* | | |
| 215 | 1 | Decreto senatus Titus inter deos refertur. | 83 | |
| | | Domitiani [d] uxor Augusta appellatur. | | |
| | 2 | *Domitianus* [e] *quotidie secretam quietem consuevit sumere, in qua nihil aliud curabat, nisi muscas stylo præacuto configere.* | 84 | |
| | 3 | Domitianus eunuchos fieri prohibuit. | 85 | |
| | | Tres virgines Vestæ ob stuprum damnatæ. | | |
| | | Plurimos senatorum Domitianus in exsilium mittit. | | |
| | 4 | Secundus Alexandrinæ Ecclesiæ constituitur episcopus Abilius, [f] qui præfuit annis 13. | 86 | 2100 |
| 216 | 5 | Domitianus templum sine [g] admixtione lignorum construit. | 87 | |
| | 6 | Primus Domitianus dominum se et deum appellare jussit. | 88 | |
| | | Nasamones [h] et Daci dimicantes contra Romanos victi. | | |
| | 7 | Duo menses aliter appellati, September Germanicus, et October Domitianus. | 89 | |
| | | Quinctilianus ex Hispania Calaguritanus, qui primus Romæ publicam scholam et salarium e fisco accepit, claruit. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

ἔτη δύο. Syncell. pag. 274.

Ὁ μέγας κατὰ τὴν Ῥώμην ἐμπρησμός. Idem p. 273.

Πάθει δεινῷ βληθεὶς Τῖτος ἀπέθανεν, ὢν ἐτῶν μβ'. Chron. Pasch. pag. 199.

Ῥωμαίων θ', ἐβασίλευσε ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΣ ἔτη ις'. Idem ibidem.

Τῆς συγκλήτου πρεσβευσαμένης... Τῖτος θεὸς ἀνηγορεύθη. Syncell. pag. 273.

Δομετιανὸς Σεβαστὴν ἀνηγόρευσε τὴν ἰδίαν γαμετήν. Idem ibidem.

Δομητιανὸς εὐνουχίζειν ἄνδρας ἐκώλυσεν. Id. ibid.

Τῆς Ἑστίας τρεῖς παρθένοι ἱέρειαι κατεδικάσθησαν ἀλοῦσαι φθορᾷ. Idem ibidem.

Δομετιανὸς εὐπατρίδας πολλοὺς μετέστησε Ῥώμης. Sync. ibidem.

Ἀλεξανδρείας γ', ἐπίσκοπος, Αἰμίλιος, ἔτη ιβ'. Idem pag. 274.

Δομετιανὸς τὸν ἄξυλον ναὸν κατεσκεύασεν. Chronic. Pasch. pag. 199.

Δομετιανὸς ἑαυτὸν ἀπεθέωσε. Cedren. Hist. Compend. pag. 194.

Ἐπὶ αὐτοῦ Δάκες καὶ Νασαμῶνες ἐπανάσταντες Ῥωμαίοις διεφθάρησαν. Syncell. pag. 275.

Δύο μῆνες μετωνομάσθησαν, Σεπτέμβριος Γερμανικὸς, καὶ Ὀκτώβριος Δομετιανός. Chron. Pasch. p. 199.

## NOTÆ.

[a] Contigit paulo ante, ut colligere est ex Dionis libro LXVI, cum vastatam Vesuvii conflagratione Campaniam Titus inviseret. Saltem est aliis hujus anni gestis, et amphitheatri dedicatione anterius. Confer Suetonium.

[b] Unus, quantum recordor, Eusebius (si recte habent exemplaria) Titi mortem pridie idus Septembris, et anno ætatis ejus quadragesimo secundo ascribit. Alii cum Suetonio, ipsis *Idibus Septembris, altero et quadragesimo ætatis anno* excessisse eum tradunt. Sed et ms. Parmensis, cujus utrique probare malim lectionem, τὸ *pridie* tacet.

[c] Dixisset *diebus :* satis bene illi cum cæteris scriptoribus conveniret, Suetonio, inquam, Xiphilino, Tabulis Astronomicis, ipsa denique temporum supputatione. Sunt revera qui scriptum ab Eusebio velint ἡμέρας pro μῆνας, quod vetus esse librariorum mendum jam inde a Hieronymi temporibus conjiciunt. At qui superest Græcus in Chronico Paschali textus amplius exaggerat in ἔτη ις'. Syncellus dubius errat, scribens regnasse Domitianum post Titum ἔτη ιϛ', σὺν αὐτῷ δὲ ιδ', κατὰ δὲ ἄλλους ιε'. Dicemus hac de re iterum ad imperatoris mortem. Interea Scaliger in Græco Canone Eusebiano primum annum Domitiani statuit in num. 2098, quod ut rectius sit (nam certe biennii prochronismo Eusebianæ rationes jam inde a Vespasiano, ut notatum est, peccant, et primus Domitianei imperii annus cum olympiadis 215, secundo concurrit), præstare illi arbitratu suo non licebat. Subit interim mirari, quod illustrissimus Mansius cum in Lucensi suo ms. (quem minime diffitemur optimæ notæ codicem) legat *duodecim* tantum *annos* regni Domitiano tribui, hanc unice lectionem probet, contra atque habent auctores plerique omnes, ipse uno Syncelli, eoque incertæ admodum vagæque notationis testimonio fretus.

[d] Contendit Scaliger, fucum fecisse Eusebio hæc perperam intellecta Suetonii cap. III verba : *Deinde uxorem Domitiam, ex qua in secundo suo consulatu filium tulerat, alteroque anno consalutaverat ut Augustam.... repudiavit.* Alterum enim annum interpretatur a secundo consulatu Domitiani, qui utique est Vespasiano Aug. V et Tito III Coss., sive olympiadis 215 secundus; unde septennii metachronismo peccatum hic sit. Mihi, pace Scaligeri dixerim, rectius videtur (si ab eo loco Suetonii hausit) interpretatus Eusebius alterum imperii annum, non alterum a consulatu secundo. Neque enimvero intelligo, qui potuerit Domitiam Augustam consalutare Domitianus, sive ab senatu hunc illi honorem impetrare, cum nondum esset ipse Augustus. At, inquies, facta erat illa Vespasiani nurus quæ Domitiano nupsit: Augustorum autem ipsas nurus Augustas appellatas, Veterum exempla alia docent. Haud equidem inficior de aliis; de Domitia autem, ut regnante Vespasiano, decus illud obtinuerit, ratio nulla persuadet. Ad hæc, ab ipso dicitur Domitiano Augusta consalutata. Denique gesta *inter principatus initia* referre se Suetonius ibi profitetur.

[e] Accepta hæc sunt fere verbatim a Suetonio cap. 5 : *Quotidie secretum sibi horarium sumere solebat : nec quidquam amplius, quam muscas captare, ac stylo præacuto configere.* Ea tamen exsulare hinc penitus Scaliger jussit, quod sibi viderentur a rupicibus hac conjecta. Nobis, quod revera et a Parmensi, et a plerisque melioris notæ Eusebianis codicibus absint, placuit Italico charactere distinguere.

[f] Notatum Goaro, in aliis Syncelli exemplaribus mss. Αἰγμίλιον, et Ἀμέλιον hunc dici. Ἀβίλλιος autem rectius omnino appellatur Nicephoro. Annos ejus quod spectat, laudati auctores pari consensu solos duodecim numerant : nec plures annotatos fuisse intelliges ab Eusebio aut Hieronymo, si rationes eorum metineas ab hoc anno ad num. 2112, quo successor Abilii Cerdo collocatur.

[g] Syncellus pro ἄξυλον ναὸν, absolute ἄσυλον legit, id est, *asylum :* quæ fortasse verior lectio est. Sed est sane Scaligeri ostentatio tanto viro indigna, quod eam lectionem profert, perinde atque ingenio suo excuderit, quam dejerare ausim, eum a Syncelliano nondum vulgato apographo descripsisse.

[h] Invenit Schurzfleischius scriptum in aliis libris *Daces*, quem putat Hieronymi metaplasmum. Pro

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 8 | Domitianus plurimos nobilium in exsilium mittit, et occidit. | 90 | |
| 217 | 9 | Domitianus mathematicos et philosophos Romana urbe pellit. | 91 | |
| | 10 | Multa opera Romæ facta, in quibus Capitolium, Forum transitorium, [a] divorum Porticus, Isium ac Serapium, Stadium, Horrea piperataria, Vespasiani templum, Minerva Chalcidica, Odeum, Forum Trajani, Thermæ Trajanæ et Titianæ, Senatus, Ludus matutinus, Mica aurea, Meta sudans, et Pantheon. | 92 | |
| | 11 | Domitianus de Dacis et Germanis [b] triumphat. | 93 | |
| | | Domitianus tantæ superbiæ fuit, [c] ut aureas et argenteas statuas sibi in Capitolio poni jusserit : *Hæcque et cætera omnia suo tantum titulo, sine ulla prisci auctoris memoria, signaret.* | | |
| | | Maxima virginum Vestalium Cornelia convicta stupri, juxta legem viva defossa est. | | |
| | 12 | Romanæ Ecclesiæ episcopus III præfuit [d] CLEMENS annis 9. | 94 | |
| | | Domitianus prohibuit [e] vites in urbibus seri. | | |
| | | Flavius Josephus vicesimum librum Antiquitatum [f] his temporibus scribit. | | |
| 218 | 13 | Domitianus multos nobilium perdidit, quosdam vero in exsilium misit. | 95 | |
| | 14 | Secundus [g] post Neronem Domitianus Christianos persequitur, et sub eo apostolus Joannes in Patmon insulam relegatus, Apocalypsim vidit, quam Irenæus [h] interpretatur. | 96 | 2110 |
| | 15 | Domitianus rursum philosophos et mathematicos Roma per edictum extrudit. | 97 | |
| | | Apollonius Tyaneus, et Euphrates insignes philosophi habentur. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Δομετιανὸς εὐπατρίδας πολλοὺς μετέστησε Ῥώμης. Syncell. pag. 273.

Δομετιανὸς τοὺς μαθηματικούς... ἀπήλασε καὶ φιλοσόφους τῆς Ῥώμης. Idem ibidem.

Δομετιανὸς ἐθριάμβευσε κατὰ τῶν Δακῶν καὶ Γερμανῶν. Idem ibidem.

Ἡ πρώτη τῶν τῆς Ἑστίας παρθένων Κορνηλία ἐπὶ φθορᾷ κατηγορήθη, καὶ ζῶσα κατωρύγη..... κατὰ τὸν νόμον. Chronic. Pasch. pag. 199.

Τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγήσατο δ' ΚΛΗΜΗΣ ἔτη θ'. Syncell. pag. 274.

Δομετιανὸς διετάξατο ἐν ταῖς πόλεσιν ἄμπελον μὴ φυτεύεσθαι. Chron. Pasch. pag. 200.

Δομετιανὸς πολλοὺς τῶν εὐπατρίδων ἀνεῖλεν. Syncell. pag. 273.

Δεύτερος μετὰ τὸν Νέρωνα Δομετιανοὺς ἐδίωξεν. Chron. Pasch. pag. 200.

Ἐπ' αὐτοῦ δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος Ἰωάννης εἰς Πάτμον ἐξορίζεται τὴν νῆσον, ἔνθα τὴν Ἀποκάλυψιν ἑωρακέναι λέγεται, ὡς δηλοῖ Εἰρηναῖος. Idem ibidem.

Δομετιανὸς τοὺς μαθεματικοὺς δεύτερον ἀπήλασε καὶ φιλοσόφους τῆς Ῥώμης. Syncell. pag. 273.

Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς καὶ Εὐφράτης φιλόσοφοι ἤκμαζον. Idem pag. 275.

## NOTÆ.

*dimicantes*, ex Græco ἐπαναστάντες, vertendum fuisset *rebellantes*, quod et Scaliger monet.

[a] In Parmensi ms. istud *divorum* non habetur : apud Eutropium autem (a quo isthæc pericopa, ut et aliæ passim descriptæ sunt, Breviar. lib. VII extremo) etiam quod hic subsequitur nomen *Porticus* desideratur : olim in bene multis codicibus erat *Forum transitorium divorum*, Sylburgius *Porticum* addidit, *Odeo* ibi prætermisso. Mihi verosimillimum est, pro *Odeo*, ignotiore vocabulo, substitutum olim a librariis *divorum*, relatumque ad *Porticus*. Confer Eutropii locum. Idem ms. *piperatria* legit pro *piperataria*, aut *piperatoria* Scaligeri : ad quæ refert Pontacus *Vespasiani* nomen, legitque alia serie *Templum Minervæ Calcidicæ*, et *Odium* pro *Odeum*. Cætera de Trajani Foro ac Thermis videntur huc perperam intrusa. *Ticianæ* tamen in Parmensi ms. pro *Titianæ* legitur, in aliis perperam *Tatianæ*. Quæ subsequuntur, *Senatus*, *Ludus matutinus*, *Mica aurea*, *Meta sudans*, in eodem ms. ut et alio codice penes Schurzfleischium, omnino non habentur ; nec sane velim id vitium antiquariis oscitantiæ tribui, quin potius laudem codicis germanitati, nam res clamat ipsa, hæc fuisse postmodum a Trajano ædificia constructa.

[b] Triumphum de Dacis, ut ut jocularem, ex Dione et nummis antiquis recentiores chronologi in annum Domitiani octavum et nonum ex parte conferunt. Suetonio tamen atque Eutropio testibus, Domitianus *de Dacis Cattisque duplicem triumphum egit*.

[c] Eutropius de eo, *nullam*, inquit, *sibi nisi auream et argenteam statuam in Capitolio poni passus est*. Quæ subsequuntur Italico charactere distincta, in Parmensi ms. omnino non habentur.

[d] Huc refer quæ paulo superius ad Cleti pontificatum observamus.

[e] Illud ipsum edictum videtur, quod Suetonius cap. 7. refert, *Ne quis in Italia novellaret : utque in provinciis vineta succiderentur, relicta, ubi plurimum, dimidia parte*. Exinde Scaliger contendit, melius ἐν ταῖς ἐπαρχίαις dicturum fuisse Eusebium, quam ἐν ταῖς πόλεσι, quod fatetur se non intelligere. Ego isthuc pro *in Italia* dictum accipio : cætera videsis loci ejus Suetoniani interpretes.

[f] Nimirum quia in fine libri, ubi se promittit, iterum breviter omnia percurrendo, memoraturum et bellum Romanorum cum Judæis, et quæ suis evenerunt, *in diem*, ait, *usque hodiernum*, μέρχι τῆς νῦν ἐνεστώσης ἡμέρας, ἥτις ἐστὶ τρισκαιδεκάτου μὲν ἔτους τῆς Δομετιανοῦ Καίσαρος ἀρχῆς, *qui incidit in annum imperii Domitiani Cæsaris* 13. Scaliger vitilitigat, tantum ut Eusebio detrahat, totusque in eo est. Digna lectu sunt quæ illi reposuit hujus occasione loci Petavius in Notis ad Epiphan. pag. 386.

[g] Secunda Christianorum persecutio refertur a recentioribus Chronologis quinquennio ante, sive ad Christi annum 91, Petavius eam 93 illigat : Blanchinius vero noster jam inde ab 86, quo tempore se Domitianus dominum appellare jussit et deum, repetit.

[h] Id est, vocat, seu vertit, et de nomine visionem illam Joannis dicit *Apocalypsin* : nempe quod nuspiam apud Græcos scriptores Apocalypsis vocabulum invenire sit, illudque fuerit Visioni nomen inditum ab Irenæo. Iterum Hieronymus lib. de Viris Illustrib., cap. 9 : *Quarto decimo anno secundam post Neronem persecutionem movente Domitiano*, (Joannes) *in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsin, quam interpretatur Justinus Martyr et Irenæus*. Recole quæ ibi annotamus : frustra enim sunt, qui sive Justini, sive Irenæi Commentarios in Apocalypsin comminiscuntur. Ipse manifesto ostendit Scaliger, se id quod sanctus interpres sentiebat, non fuisse assecutum.

*Olymp.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.*

16 Domitianus eos, qui de [a] genere David erant, interfici præcipit, ut nullus Judæorum regni reliquus foret. 98

Scribit Brutius, [b] plurimos Christianorum sub Domitiano fecisse martyrium, inter quos et Flaviam Domitillam Flavii Clementis consulis ex sorore neptem in insulam Pontiam relegatam, quia se Christianam esse testata sit.

Multa signa atque portenta Romæ et toto orbi facta.

Domitianus occisus in Palatio, et per [c] vespillones ignobiliter exportatus anno ætatis 45, *clypeique et imagines ejus passim ubique per Romam in terram sunt dejectæ, et a populo per ignominiam publice conculcatæ.*

*Romanorum X, NERVA, regnavit anno uno,* [d] *mensibus* 4.

219 1 Alexandrinæ ecclesiæ III episcopus præfuit Cerdo [e] annis 11. 99

Senatus decrevit, ut omnia quæ Domitianus statuerat, in irritum deducerentur. Itaque multi, quos injuste ejecerat, de exsilio reversi: nonnulli bona propria receperunt. Aiunt et apostolum Joannem hoc tempore exsilio solutum, Ephesum secessisse, in qua urbe et hospitiolum, et amicos amantissimos sui habebat.

Justus [f] a Tiberiade Judæorum scriptor agnoscitur.

Nerva morbo periit in hortis Sallustianis anno [g] ætatis 72 cum jam Trajanum adoptasset in filium.

Trajanus Agrippinæ in Galliis imperator factus, natus Italicæ in Hispania.

*Romanorum XI, TRAJANUS, regnavit annis* 19, [h] *mensibus* 6.

1 Decreto senatus Nerva inter deos relatus est. 100

2 Joannem apostolum usque ad Trajani tempora Irenæus episcopus [i] permansisse scribit: 101

## GRÆCA FRAGMENTA.

Δομετιανὸς τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προσέταξεν, ἵνα μή τις Ἰουδαίων βασιλικοῦ γένους ἀπολειφθῇ. Syncell. pag. 275.

Πολλοὶ δὲ Χριστιανῶν ἐμαρτύρησαν κατὰ Δομετιανὸν, ὡς ὁ Βρέττιος ἱστορεῖ, ἐν οἷς καὶ Φλαυία Δομετίλλα ἐξαδελφὴ Κλήμεντος Φλαυίου Ὑπατικοῦ, ὡς Χριστιανὴ εἰς νῆσον Ποντίαν φυγαδεύεται. Idem ibidem.

Ἐν Ῥώμῃ θεοσημεῖαι [Scal. διοσημεῖαι] πολλαὶ καὶ καθόλης τῆς οἰκουμένης γεγόνασι. Idem, pag. 274.

Ῥωμαίων ι', ἐβασίλευσε ΝΕΡΟΥΑΣ ἔτος α'. Chronic. Pasch. pag. 201.

Ἀλεξανδρείας δ', ἐπίσκοπος Κέρδων ἔτη ι'. Syncellus pag. 276.

Δομετιανοῦ αἱ τιμαὶ καθηρέθησαν ὑπὸ τῆς συγκλητοῦ, καὶ οἱ ἀδίκως ἀπελασθέντες ἐπανῆλθον· ἔνιοι ἀπέλαβον καὶ τὰς οὐσίας. Idem pag. 275.

Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον... Ἀπόστολος Ἰωάννης ἀπὸ Πάτμου τῆς νήσου, ἦλθε πάλιν εἰς Ἔφεσον. Ex Chron. Pasch. pag. 201.

Ἰοῦστος Τιβεριεὺς Ἰουδαῖος συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. Syncell. pag. 276.

Νερούας... νόσῳ τελευτᾷ ἐν κήποις Σαλοστιανοῖς. Idem pag. 275.

Ῥωμαίων ια', ἐβασίλευσε ΤΡΑΙΑΝΟΣ ἔτη ιθ'. Chronic. Pasch. pag. 201.

Νερούαν ἡ σύγκλητος θεὸν ἐψηφίσατο. Ex Syncell. pag. 277.

Ἰωάννην τὸν θεολόγον καὶ ἀπόστολον Εἰρηναῖος..... ἱστορεῖ παραμεῖναι τῷ βίῳ, ἕως τῶν χρόνων Τραϊανοῦ. Μεθ' ὃν Παπίας Ἱεραπολίτης, καὶ Πολύκαρπος Σμύρνης ἐπίσκοπος ἀκουσταὶ αὐτοῦ ἐγνωρίζοντο. Idem p. 276.

## NOTÆ.

[a] Quæ huc congerit ad fastidium usque lectoris Scaliger contra Eusebium ac Hieronymum, ea Basnagius Hist. Judæor. lib. I, cap. 19, κατ' ἔπος refutavit, meraque ejus esse commenta et hallucinationes ostendit. Vide eum omnino a pag. 595 ad 601. A

[b] Auctori Paschalis Chronici Βροῦτος hic dicitur, receptior scriptura est *Bruttius*, quemadmodum et apud Malalam legi Fabricius jubet pro *Bottio*, sive *Battio*. Scaliger aut Bruttium Præsentem, qui cum imp. Antonino consul fuit, et cujus filia imperatoris Antonini filio nupsit: aut saltem ejus gentilem quemdam fuisse hunc historicum, putat. Porro T. Flavius Clemens consul fuit anno præcedente, Domitiani (cujus et patruus erat) decimo quinto, affectusque martyrio est extremo, aut vix dum exacto consulatus sui tempore. Recte adeo et *consulis* appellatione ab Hieronymo, et *consularis viri*, Ὑπατικοῦ, in Græcis apud Syncellum donatur: recteque Flaviæ Domitillæ, ejus ex sorore neptis convenit tempus, quod Eusebius notat: quæ duo assequi Scaliger non valuit, ac temere, vel unius anni metachronismo, vel ἀνιστορησίᾳ peccatum hic jactat. B Sed et reliqua quæ huc congessit vir cætera doctissimus, commenta ejus et σφάλματα fere omnia sunt. Præcipua vero ejus est hallucinatio, quod Flaviam Domitillam, T. Flavii Clementis uxorem, cum ista, de qua noster agit, cognomine Flavia Domitilla virgine, Clementis nepte, confundit. Quare et proterve satis Martyrologium Romanum ad 7 Maii, ubi hæc *virgo* dicitur, falsitatis insimulat, et denegat Eusebio fidem. Denique ex eadem præconcepta opinione, Pandatariam insulam ex Dione memorat, in quam uxor quidem Flavii Clementis relegata est, non neptis virgo, cui Pontia obtigit.

[c] In uno apud Schurzfleischium ms. *Vespiliones*, Glossæ *Bispelliones* vocant. Adito Suetonium cap. 17, in eumque notas ex nupera edit. Burmanni pag 411. In annis Domitiani non dubitavimus, Fuxatensis apud Pontacum ms. codicis auctoritate rescribere 45, cum hactenus in editis plerisque omnibus libris obtineret 35, qui manifestus error est ex vetere, ut et Scaliger observat, consuetudine scribendi xxxx pro xl. Par quippe omnium consensus Antiquorum est, attigisse eum annum 45, cui explendo vix deerat solidus mensis et quinque dies, teste cum primis Xiphilino. Quæ subsequuntur, Italico charactere distincta, Scaliger respuit, nec habet Parmensis, aliique melioris notæ mss.; excepta autem sunt e Suetonio cap. ultimo.

[d] Parmensis ms. tres modo menses supra annum dat Nervæ: et satius tamen erat aliquot diebus summam hic notatam auxisse.

[e] Idem ms. Cerdoni sex tantum annos tribuit, male.

[f] Videsis Photium cod. 33, Hieronymum quoque de Viris Illustrib. c. 14, et Fabricium, si libet, lib. IV, cap. 6, Bibliot. Græcæ.

[g] Malim adjungere Dioni fidem, qui dumtaxat sexagesimum sextum ætatis Nervam tradit attigisse, vixisse scilicet annos 65, menses et dies decem. Eutropius, a quo Nostrum accepisse volunt, solum *septuagesimum et alterum annum* ei tribuit.

[h] In Parmensi ms. *menses XI*, *alias VI*, atque hoc verum; tantum superaddas dies ferme quindecim ex Xiphilino, atque Eutropio.

[i] Hoc scilicet anno creditur obiisse juxta Epiphanium. Irenæi testimonium habes lib. IV, cap. 3. Vide et Hieronymi lib. de Viris Illustribus.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | post quem auditores ejus insignes fuerunt Papias Hieropolitanus episcopus et Polycarpus Smyrnæus, et Ignatius Antiochenus. [d] | | |
| | 3 | Romanæ Ecclesiæ episcopatum IV [b] suscepit EVARISTUS an. 9. | 102 | |
| 220 | 4 | Trajanus [c] de Dacis et Scythis triumphat. | 103 | |
| | 5 | Trajanus, victo rege [d] Decebalo, Daciam fecit provinciam: Iberos, Sauromatas, [e] Orsoenos, Arabes, Bosphoranos, Colchos in fidem accepit: Seleuciam, Ctesiphontem, Babylonem occupavit, et tenuit: in mari Rubro classem instituit, ut per eam Indiæ fines vastaret. | 104 | |
| | 6 | Romæ aurea [f] domus incendio conflagravit. | 105 | |
| | 7 | Terræmotu quatuor urbes Asiæ subversæ, Elæa, Myrrhina, Pytanæ, Cymæ: et Græciæ duæ, [g] Opuntiorum, et Oritorum. | 106 | 2120 |
| 221 | 8 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 107 | |
| | 9 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 108 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας δ' ἐπίσκοπος ΕΥΑΡΕΣΤΟΣ ἔτη θ'. Ex Syncell. pag. 274.

Τραϊανὸς Δάκας καὶ Σκύθας ὑποτάξας, κατ' αὐτῶν ἐθριάμβευσεν. Idem pag. 276.

Τραϊανὸς... ἐπαρχίαν ἐποίησε τὴν Δακίαν. Ex eodem ibidem.

Ἐν Ῥώμη ἐνεπρήσθη ἡ χρυσῆ οἰκία. Idem ibidem.

Ἀσίας δ' πόλεις (σεισμῷ) κατεπτώθησαν, Ἐλαῖα, Μυρίνα, Πυτάνη, καὶ Κύμη. Ἑλλάδος δὲ Ὀπουντία καὶ Ὤριτος. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Secundus Trojani imperii annus in antiqua inscriptione mea, quam claris. concivis præstantissique amici Scip. Maffei precibus superatus dono dedi, consignatur consulibus, APPIO ANNIO GALLO, etc. LUCIO VERULANO SEVERO.... : quod notamus, ut scias ex hac una quantivis pretii Marmore, colligi qui vere hocce anno, et ad diem quidem 23 Augusti, qui ibi notatur, consules fuerint, et Panvinium emendari, qui pro his *Caium Tulium Africanum*, et *Clodium Crispinum* suffecerat. Cætera quæ porro scripta ibi sunt, de victoriis in Circensibus ludis ad prodigii instar, facem historiæ multam præbent, et quantos per ea tempora ludos, Circensium, Trajanus ediderit, quos et Eusebius memorat, sciat. Huc nos retulimus ipsi, ut nostri in patrium Museum meriti Lapidibus duodetriginta aliis selectissimis, quos Romæ comparavimus dono datis, quandoquidem facto oblitus est laudatus Musei enarrator Maffeius, mentio aliqua sit.

[b] Recole quæ superius ad Cleti pontificatus initia diximus.

[c] Triumphasse de Dacis Trajanum hoc imperii sui anno, confirmant ex Dionis testimonio lib. LVIII summi chronologi Petavius et Pagius. Pronuntiat e contrario Scaliger, pertinere hunc triumphum ad annum superiorem, immo ad consulatum III ipsius Trajani et Cornelii Frontonis. Potiores nobis illorum rationes sunt.

[d] A priore de Dacis triumpho, ad victum Decebalum, et Daciam in provinciam redactam, tres ferme anni intercedunt. Recte adeo Pagius aliique recentiores chronologi gestum hoc referunt ad annum imperii Trajani octavum, atque ex parte nonum, L. Cejionio Commodo Vero, et L. Tutio Cereali coss. Scaliger, qui adscribit triennio ante, sive ipso Trajano V et Maximo II coss., Nummorum, quorum minime assecutus est sensum, inscriptione deceptus est. Quod enim ibi scribitur, OPTIMO PRINCIPI COS. V., et in aversa parte sub muliere sedente DAC. CAP., non quod eum consulatum gerente imperatore, capta sit Dacia : sed quod ille jam quinquies consulem egisset, significat, tametsi tunc minime consul esset. Ejusmodi exempla etiam in consulatu ejus quarto ab aliis observata sunt. Cæterum voluit hac periocha Hieronymus non unius anni, sed plurium, ut alias facit, gesta comprehendere. Vide Pagium in Annal. Bar. tom. I, p. 104. Pro *Decebalo*, quod erat Dacibus regibus nomen, Parmensis, aliique mss. ut et Trebellius Pollio, atque Eutropius, *Decibalum* præferunt.

[e] Verbatim fere hæc descripta sunt ab Eutropii lib. VIII, cap. 3, quem cum doctorum interpretum A notis adito. Parmensis ms. quemadmodum et vetustiores editiones *Asmenos* habent, Sichardus ad libri oram annotat, forte *Agarenos* legendum ex Dione. Variant et Palatini mss. teste Schurzfleischio, quorum primus *Asroeticos*, secundus *Asmenos*, tertius *Asronos*, quartus *Asneos* nominat. Cæterum, inquit ille in curis posterioribus, *Osroeni*, *Osdroeni*, *Ostroeni* (ut aliis dicuntur) iidem sunt populi. Regio *Osdroene* memoratur in libello provinciarum Schoenhofiano. Anonymus geographus a Jac. Godofredo editus, pag. 10 : ἔπειτα τῆς Ὀσδροήνης Ἔδεσσα, καὶ αὐτὴ πόλις λαμπρά. Ζωτικοῦ τινος Ὀστρηνοῦ (malim Ὀστροηνοῦ) πρεσβυτέρου ; meminit Nicephorus H. E. lib. IV cap. 23, et Eusebius lib. V cap. 16. Sed *Ostracinem* urbem facit in Augustanica regione. Etiam Gregorius ὁ Θεολόγος, epist. 16, Ὀστρακίνης meminit. Non habuit ergo causam Harduinus, ut ad Plinii H. N. lib. V cap. 12 dubitaret, talem umquam locum fuisse. De *Bosphoranis*, sive *Bosporanis*, B Cimmeriis utique ad orientem, multo magis disputatum. Fabretus ad Col. Trajan. cap. 1, pag. 23, Eutropium, atque adeo et Hieronymum falli putat. Schurzfleischius, cum Auctor Paschalis Chronici circa annum 7 aut 8 Trajani, Bostrenos dicat inde tempora sua putare, mavult hic etiam apud Eusebium *Bostrenos* rescribi : cui firmandæ conjecturæ cum Dufresnio in Notis ad eum locum observat, fuisse eam civitatem Romano imperio per Trajanum adjectam, et a Ptolemæo inter Arabiæ oppida recenseri Nihilosecius in Notis posterioribus consuli jubet de *Bosporanis* Regibus, et ejus imperii διαδοχαῖς, Isaac. Casaubonum ad Strabonis lib. VII, et ad Æneæ Taciti cap. 5. Breviarium Rufi Festi, cap. 16 : *Idem Pompeius Bosporanis et Colchis Aristarchum regem posuit.* Meminit *Bosporanorum* præter laudatos, Eutropius lib. VI cap. 11, et Dio Cassius lib. XXXVII, pag. 36. Reliquum textum quod spectat, in Parmensi ms. et pridem apud Pontacum, et vetustiores editiones, erat, *et tenuit in mari Rubro classem, et* C *instituit ut per eam*, etc. Notatu dignum mare Rubrum hic sinum Persicum dici, qua de re vide Relandi singularem dissertationem. Quod porro dicitur *instituit*, perinde est atque in animo habuit : neque enim effecit, ingravescens senium causatus. Sunt denique alii libri, in quibus *vastarentur* legitur, pro *vastaret*.

[f] Scilicet quæ ejus pars superfuerat a præcedenti incendio sub Domitiano.

[g] Scribendum fuisse *Oritarum*, Scaliger monet : haud scio, num re etiam ipsa ita Hieronymus scripserit. Quidam, teste Schurzfleischio, mss. *Oricorum*, quasi καὶ Ὠρικὸς Græce fuisset.

| *Olymp.* | | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | 10 | Trajano adversus Christianos persecutionem movente, Simon filius Cleophæ, qui Jerosolymis episcopatum tenebat, crucifigitur: cui succedit Justus. | 109 | |
| | 11 | Alexandrinæ ecclesiæ IV episcopus ordinatur nomine Primus, [a] an. 12. | 110 | |
| | | Ignatius quoque Antiochenæ ecclesiæ episcopus [b] Romam perductus, bestiis traditur: post quem tertius episcopus constituitur Eron. | | |
| | | Plinius Secundus, cum quamdam [c] provinciam regeret, et in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset, multitudine eorum perterritus, quæsivit a Trajano, quid facto opus esset, nuntians ei, Præter obstinationem non sacrificandi, et antelucanos cœtus ad canendum cuidam Christo ut Deo, nihil apud eos reperiri. Præterea ad confœderandam disciplinam, vetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, et his similia. Ad quæ commotus Trajanus rescribit: Hoc genus qui lem inquirendum non esse, oblatos vero puniri oportere. Tertullianus refert in Apologetico. | | |
| | | Romanæ ecclesiæ episcopatum V tenet [d] ALEXANDER ann. 10. | | |
| 222 | 12 | Plinius Secundus Novocomensis orator et [e] historicus insignis habetur, cujus plurima ingenii opera exstant. | 111 | |
| | | Tres Galatiæ civitates terræmotu erutæ. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τραϊανοῦ κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν κινήσαντος, Σίμων ὁ τοῦ Κλεώπα τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἐπίσκοπος γενόμενος ἐμαρτύρησε. Μεθ' ὃν Ἰοῦστος. Chron. Pasch. pag. 202.

Ἀλεξανδρείας δ' ἐπίσκοπος Πρίμος ἔτη ιβ'. Syncell. pag. 277.

Ἰγνάτιος δεύτερος Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος συλληφθεὶς εἰς Ῥώμην ἐπέμφθη δέσμιος, ἔνθα θηρίοις παραδοθεὶς διήνυσε τὸ μαρτύριον. Διαδέχεται δὲ τρίτος μετ' αὐτὸν τὴν Ἀντιοχείας ἐπισκοπὴν Ἥρων.

Πλίνιος ὁ Σεκοῦνδος ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίας κατακρίνας Χριστιανούς τινας, καὶ τῆς ἀξίας ἐκβαλών, ταραχθεὶς τῷ πλήθει διηγνοεῖ τί λοιπὸν αὐτῷ εἴη πρακτέον. Τραϊανῷ οὖν τῷ βασιλεῖ ἀνεκοινώσατο, λέγων ἔξω τοῦ μὴ βούλεσθαι αὐτοὺς εἰδωλολατρεῖν, οὐδὲν ἀνόσιον ἐν αὐτοῖς εὑρηκέναι· ἐμήνυε δὲ καὶ τοῦτο, ἀνίστασθαι ἕωθεν τοὺς Χριστιανούς, καὶ τὸν Χριστὸν Θεοῦ δίκην ὑμνεῖν, καὶ πρὸς τὸ τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν διαφυλάσσειν, κωλύεσθαι φονεύειν, μοιχεύειν, πλεονεκτεῖν, ἀποστερεῖν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Πρὸς ταῦτα ἀνέγραψε Τραϊανὸς, τὸ τῶν Χριστιανῶν φῦλον μὴ ἐκζητεῖσθαι μὲν, ἐμπεσὸν δὲ κολάζεσθαι. Τερτυλλιανὸς ἱστορεῖ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. Scaliger in Collect. ex Syncell. pag. 276.

Ῥώμης ἐπίσκοπος ϛ' Ἀλέξανδρος ἔτη ιβ'. Syncell. pag. 276.

Γαλατίας γ' πόλεις σείσμῳ κατεπτώθησαν. Idem ibid.

## NOTÆ.

[a] Non addit *annos* 12 Parmensis liber.

[b] Cur e Syria Romam Ignatius bestiis objiciendus amandaretur (quam proponit discutiendam quæstionem Scaliger), Trajani, in cujus conspectum, cum Antiochiæ ageret, ductus est, voluntas atque imperium fecit: ut, quando per hominis conditionem licebat, spectaculum in amphitheatro Romano præberet. Verum alia est, quam Scaliger dissimulat, Eusebiani loci difficultas, in recta scilicet temporum computatione posita. Nam cœpisse quidem hoc anno, Trajani decimo, tertiam in Christianos persecutionem, nolim inficiari: S. vero Ignatium hoc ipso anno martyrium subiisse, nondum, ut credam, satis probabilibus argumentis adducor. Immo vero fere persuadet Trajani historia rerumque series, ut hoc differam solido quinquennio serius, sive ad ejusdem imperatoris saltem decimum quintum. Ductus nempe est S. martyr, ut dudum monuimus, in Trajani ipsiusmet conspectum, cum venisset Antiochiam, a quo Romam jussus est duci feris objiciendus. Atqui non ante ann. imperii decimum quartum, sive vulgaris æræ 112, profectus est in Orientem imperator: id quod certis argumentis Norisius noster in Epist. Consulari, et Pagius ipse contendit: neque Antiochiam venit nisi circa Octobrem ejusdem anni. Ignatius Romæ, quod ejus martyrii acta testantur, passus est kalend. Febr. subsequentis utique anni: neque enim longius temporis intervallum damnato ad bestias homini concessum, par credere est: illud vero maximam partem mari Antiochia Romam transmittendo insumptum. Hæc sane proprior ad verum visa ratio est: alii in alia omnia abeunt; quin ipse Pagius post adhuc triennium, sive Christi 116, cum denuo Trajanus redux a bello Parthico, Antiochiam venisset, martyrium S. antistitis differt. Ita sentiebat Gulielmus quoque Loydius episcopus Asaphensis peculiari diatriba a Pagio edita, et ante eum Pearsonius in dissert. posthuma, etc. Tu confer Tillemontium in notis ad Trajani Vitam, nota 17. Textum quod spectat, Scaliger cum vetustioribus editis libris, præcedentem proxime periocham de Primo Alexandrinæ episcopo ad superiorem nonum Trajani annum re- A trahit, tum præfixo grandioribus litteris titulo, *Tertia persecutio*, reliqua, *Trajano adversus Christianos*, etc., ad ordinationem usque Alexandri Pontificis, sub decimo Trajani comprehendit, undecimum carere gesto facit.

[c] Bithyniam scilicet, quod nomen, quia neque in Græco erat, Hieronymus tacuit. Ut autem exploratum habeas, quo tempore eam provinciam Plinius regeret, quod et Scaliger ignorabat, adito Tillemontium nota 14, ad Trajani Vitam. Epocham ejus epistolæ de imponendo persecutioni in Christianos modo, filii chronologorum duodecimo aut decimo tertio Trajani illigant ipsum Plinium lib. x, epist. 97 et 98. Infra ubi dicitur, *Christo ut Deo*, Parmensis ms. *ut* voculam tacet, et ubi ex eodem restituimus, *ad confœderandam disciplinam*, unus Palat. habet *ad conferendam*: quæ et Pontaci pridem lectio fuit. Mox idem liber, *Hoc quidem requirendum non esse*, prætermisso *genus*. Cæterum, ut probe notatum est etiam B Schurzfleischio, non ait Eusebius hoc loco, fuisse Plinii epistolam hoc anno perscriptam, ut nonnulli sentiebant, quos Pagius refutat: sed tertiæ, quam vocat, persecutionis occasione, uno, ut assolet, tenore narravit, quæ ad eam spectabant.

[d] Innuimus superius ad Cletum, quæ recentiorum eaque propior ad verum sententia sit. Evaristus, cui Alexander successit, juxta Blanchinii nostri rationes, martyrio affectus est 26 die Octob. anno vulgaris æræ 108, imperii Trajani decimo. Alexander substitutus est paulo post, sive 3 Decembr. die Dominica, seditque solidis octo annis, et quinque mensibus, die 3 Maii donatus ipse etiam martyrii palma. Quod hic itaque decem ei tribuuntur, videtur ab ejusdem ordinatione repetitum, quæ 27 Septembr. anni vulgaris æræ 106 ascribitur. Videsis Anastasii Tom. II, a pag. 80 ad 85.

[e] Quod additur et *historicus*, Scaliger et post eum critici plerique omnes culpæ vertunt auctori nostro, a quo fuisse aiunt perperam majorem Plinium Veronensem, cum juniore altero Novocomensi confusum: quod quidem eo inferunt probabilius, quod hujus epistolas nondum legisse Hieronymum volunt, sed

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 13 | Pantheon [a] Romæ fulmine concrematum. | 112 | |
| | 14 | Post Justum Ecclesiæ Jerosolymitanæ episcopatum IV suscepit Zachæus, post quem V Tobias, cui succedit VI Benjamin, ac deinde VII Joannes, et VIII [b] Matthias, in cujus locum IX constituitur Philippus. | 113 | |
| | 15 | Trajanus [c] Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit provincias. | 114 | |
| 223 | 16 | Terræmotus [d] Antiochiam pene totam subruit civitatem. | 115 | |
| | 17 | Judæi, [e] qui in Libya erant, adversum cohabitatores suos alienigenas dimicant. Similiter in Ægypto, et in Alexandria, apud Cyrenem quoque, et Thebaidem magna seditione contendunt; verum gentilium pars superat in Alexandria. | 116 | 2130 |
| | 18 | Judæis [f] Mesopotamiæ rebellantibus præcepit imperator Trajanus Lysiæ Quieto, ut eos provincia exterminaret: adversus quos Quietus aciem instruens infinita millia eorum interfecit, et ob hoc procurator Judææ ab imperatore decernitur. | 117 | |
| | 19 | Salaminam urbem [g] Cypri, interfectis in ea gentilibus, subvertere Judæi. Trajanus morbo in [h] Selinunte perit, sive, ut alibi scriptum reperimus, apud Seleuciam | 118 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τὸ Πάνθεον ὑπὸ κεραυνοῦ διεφθάρη. Sync. p. 276.

Τῆς Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος μετὰ Ἰοῦστον τέταρτος Ζακχαῖος. Μεθ' ὃν πέμπτος Τοβίας· ἕκτος Βενιαμίν· ἕβδομος Ἰωάννης· ὄγδοος Ματθίας [Ed. Ματθαῖος], ἔνατος Φίλιππος. Ex Sync. pagg. 276, 277 et seq.

Ἀντιοχεία κατεπτώθη (παρόντος Τραϊανοῦ). Idem pag. 277.

Ἰουδαῖοι κατὰ Λιβύην καὶ Κυρήνην, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ Θηβαΐδα, πολεμήσαντες πρὸς τοὺς συνοικοῦντας Ἕλληνας, διεφθάρησαν. Idem p. 276 et seq.

Τραϊανὸς Λυσίᾳ Κυέτῳ τῆς Μεσοποταμίας ἐξᾶραι τοὺς στασιάσαντας ἐκέλευσεν· ὅδε πολλὰς Ἰουδαίων μυριάδας ἀνελὼν, ἡγεμὼν τῆς Ἰουδαίας διὰ τοῦτο καθίσταται. Syncell. pag. 277.

Τοὺς ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου Ἕλληνας Ἰουδαῖοι ἀνελόντες τὴν πόλιν κατέσκαψαν. Idem ibidem.

Τραϊανὸς νόσῳ τελευτᾷ..... ἐν Σεληνοῦντι, κατὰ δὲ ἄλλους ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας, δυσεντερίᾳ. Idem ibidem. Addit Chron. Pasch. ὢν ἐτῶν ξε'.

## NOTÆ.

descripsisse incuriosius quæ antea simili errore deceptus Sammonicus Serenus obtruderat, ut apud Macrobium Saturnal. lib. II c. 12 videre est. Accedit quod Plinianæ Vitæ auctor, Suetonius quidem vulgo creditus, sed falso, et ut Scaliger sentit, Hieronymo posterior, ab eo videatur accepisse: indeque alii deinceps priorum auctoritate decepti in eumdem errorem impegerint. Ego alios missos facio: Nostrum quod spectat, nullam aio fuisse ejus hallucinationem: Scaligerum autem, quem facile ipse ejus occasione verbi admisisset, errorem in Hieronymo comminisci. Enim vero et junior Plinius *historicus* jure appellari potuit, qui historiam a se adornatam multis argumentis indicat, et cum lib. V, epist. 8, flagrare se historiæ conscribendæ studio testatur, et lib. VIII, epist. 4, Caninio præcepta dat, quibus belli Dacici historiam conscribat, denique cum ejusdem lib. epist. 3, 13, et 15, et seq. IX, 13, 18, 20, plurium meminit id genus libellorum, quos ipse condiderat. Adeo nec temere in elogio, quod cernitur Comi sub ejus statua, *historici* laude donatus est. Attamen Hieronymianum hocce testimonium in causa fuisse video, cur sequiores critici de majore Plinio acciperent, qui hac fere *historici* appellatione a juniore distinguitur. Quare in vetustioribus editis libris, et pridem apud Pontacum in fine periochæ ab sciolo glossatore subjuncta sunt verba, *periit dum invisit Vesuvium*: quæ tamen neque in Miræi, neque in Scaligeri editione habentur, neque in Parmensi, aut ullo ex quatuor Palatinis mss. atque aliis, quos nos consuluimus, aut alii laudant. Quamobrem et exsulare hinc penitus jussimus. Pontacus suppleri ita voluisset, *Nepos illius, qui periit*, etc.

[a] Rem dicere videtur Scaligero plane incredibilem, neque enim ullam tantam ait fulminis vim esse posse, quæ tam validam structuræ molem penitus absumere possit, ut hic legitur. Quare non dubitat, apud Auctorem, ex quo desumpsit Eusebius, scriptum fuisse ἐκεραυνώθη pro κεραυνῷ διεφθάρη: aut certe non de Agrippæ Pantheo, sed de minus insigni alio intelligendum (puta Pantheo Jovis Ultoris, aut alio Minervæ Medicæ, quod Rufus, et Victor in Esquilina regione memorat. Præstabat vero, ut ego quidem sentio, ita verbum διεφθάρη accipere, ut insigniter quidem læsum, et vitiatum, non, ut Scaliger contendit, deletum significet marmoreum tantæ molis delubrum. Nam ut de alio quam Agrippæ interpretemur, Panthei nomen, quo κατ' ἐξοχὴν, atque absolute illud designatur, vix sinit, aut ne vix quidem. Historia quoque ipsa, atque epigraphe ejus templi, qua dicitur a Severo Aug. instauratum, facile non modo quod fecerat vetustate (quæ nec tanta videtur), sed et hoc ipsum ictu fulminis vitium ante annos ferme 70 contractum indicat.

[b] In Parmensi ms. *Mathatias* hic dicitur, in Græco quod laudamus ex Syncello, Ματθαῖος.

[c] Conferendi hac de re antiqui apud Mediobarbum et Blanchinium nummi.

[d] Malim adjungere rationibus Pagii fidem, qui ex Xiphilini luculentissimo testimonio, atque illo, quod laudamus, Syncelli (maxime verbis παρόντος Τραϊανοῦ), subversam terræmotu Antiochiam solido biennio post, refert. Quin illud etiam probatur magis, quod doctissimus idem Chronologus contra Baronium, Calvisium, et Norisium nostrum, ex Dione et Malala infert, eum terræmotum non circa vernum tempus, sed libente anno, et vigesima die tertia Decemb. contigisse: atque adeo tertio hujusce olymp. 223 anno, qui a solstitio æstivo inchoatur.

[e] Eidem anno seditiones istas Judæorum ascribit Scaliger, quo terræmotus Antiochiæ contigit. At enim, inquit Pagius Critic. vol. I, p. 111, hæc recitentur a Xiphilino ex Dione longe post terræmotum Antiochenum, qui sub ipsum finem anni sequentis contigit, ea rebellio ad annum 116, quo in Chronico Eusebii narratur, retrahenda.

[f] Parmensis ms., *Judæis Mesopotamiam rebellantibus*: Palatini autem, *Judæis in Mesopotamia*, etc. De Lysiæ Quieti nomine et varia scriptura videsis Pontaci notas: quibus adde ex Goaro, etiam in eo deceptum fuisse Casaubonum, quod ait ex alterius fide, Lusium scribi in Syncelliano codice bibliothecæ regiæ. Scaliger in suis Collectaneis de suo rescripsit Κοιήτῳ: apud Eusebium, Hist. Eccl. lib. IV c. 2, Λουκίῳ Κοίντῳ legitur, et apud Nicephorum Λουκίῳ Κυήτῳ: alii codices Valesio laudati Κυήτῳ præferunt. Videtur jamdiu olim *Lucii*, vel *Luscii*, Romanum nomen, in Græcum affine depravatum. Videsis Fabrettum de Columna Trajani cap. 1.

[g] Laudatus pridem Scaligero auctor valde bonus libelli de Locis Apostolicorum Actuum (quem præpostero judicio prætermissum a Martianæo, nos inter Hieronymiana opera in appendice altera tom. III postliminio restituimus) sic habet: *Salamis, civitas in Cypro insula, nunc Constantia dicta, quam Trajani principis tempore Judæi, interfectis omnibus accolis, deleverunt.*

[h] Receptior isthæc sententia est veterum, Dionis,

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | 10 Trajano adversus Christianos persecutionem movente, Simon filius Cleophæ, qui Jerosolymis episcopatum tenebat, crucifigitur: cui succedit Justus. | 109 | |
| | 11 Alexandrinæ ecclesiæ IV episcopus ordinatur nomine Primus, [a] an. 12. | 110 | |
| | Ignatius quoque Antiochenæ ecclesiæ episcopus [b] Romam perductus, bestiis traditur: post quem tertius episcopus constituitur Eron. | | |
| | Plinius Secundus, cum quamdam [c] provinciam regeret, et in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset, multitudine eorum perterritus, quæsivit a Trajano, quid facto opus esset, nuntians ei, Præter obstinationem non sacrificandi, et antelucanos cœtus ad canendum cuidam Christo ut Deo, nihil apud eos reperiri. Præterea ad confœderandam disciplinam, vetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, et his similia. Ad quæ commotus Trajanus rescribit: Hoc genus qui lem inquirendum non esse, oblatos vero puniri oportere. Tertullianus refert in Apologetico. | | |
| | Romanæ ecclesiæ episcopatum V tenet [d] ALEXANDER ann. 10. | | |
| 222 | 12 Plinius Secundus Novocomensis orator et [e] historicus insignis habetur, cujus plurima ingenii opera exstant. | 111 | |
| | Tres Galatiæ civitates terræmotu erutæ. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τραϊανοῦ κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν κινήσαντος, Σίμων ὁ τοῦ Κλεώπα τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἐπίσκοπος γενόμενος ἐμαρτύρησε. Μεθ' ὃν Ἰοῦστος. Chron. Pasch. pag. 202.

Ἀλεξανδρείας δ' ἐπίσκοπος Πρίμος ἔτη ιβ'. Syncell. pag. 277.

Ἰγνάτιος δεύτερος Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος συλληφθεὶς εἰς Ῥώμην ἐπέμφθη δέσμιος, ἔνθα θηρίοις παραδοθεὶς διήνυσε τὸ μαρτύριον. Διαδέχεται δὲ τρίτος μετ' αὐτὸν τὴν Ἀντιοχείας ἐπισκοπὴν Ἥρων.

Πλίνιος ὁ Σεκοῦνδος ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίας κατακρίνας Χριστιανούς τινας, καὶ τῆς ἀξίας ἐκβαλών, ταραχθεὶς τῷ πλήθει διηγνοεῖ τί λοιπὸν αὐτῷ εἴη πρακτέον. Τραϊανῷ οὖν τῷ βασιλεῖ ἀνεκοινώσατο, λέγων ἔξω τοῦ μὴ βούλεσθαι αὐτοὺς εἰδωλολατρεῖν, οὐδὲν ἀνόσιον ἐν αὐτοῖς εὑρηκέναι· ἐμήνυε δὲ καὶ τοῦτο, ἀνίστασθαι ἕωθεν τοὺς Χριστιανούς, καὶ τὸν Χριστὸν Θεοῦ δίκην ὑμνεῖν, καὶ πρὸς τὸ τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν διαφυλάσσειν, κωλύεσθαι φονεύειν, μοιχεύειν, πλεονεκτεῖν, ἀποστερεῖν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Πρὸς ταῦτα ἀνέγραψε Τραϊανός, τὸ τῶν Χριστιανῶν φῦλον μὴ ἐκζητεῖσθαι μέν, ἐμπεσὸν δὲ κολάζεσθαι. Τερτυλλιανὸς ἱστορεῖ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ. Scaliger in Collect. ex Syncell. pag. 276.

Ῥώμης ἐπίσκοπος ς' Ἀλέξανδρος ἔτη ιβ'. Syncell. pag. 276.

Γαλατίας γ' πόλεις σεισμῷ κατεπτώθησαν. Idem ibid.

## NOTÆ.

[a] Non addit *annos* 12 Parmensis liber.

[b] Cur e Syria Romam Ignatius bestiis objiciendus amandaretur (quam proponit discutiendam quæstionem Scaliger), Trajani, in cujus conspectum, cum Antiochiæ ageret, ductus est, voluntas atque imperium fecit: ut, quando per hominis conditionem licebat, spectaculum in amphitheatro Romano præberet. Verum alia est, quam Scaliger dissimulat, Eusebiani loci difficultas, in recta scilicet temporum computatione posita. Nam cœpisse quidem hoc anno, Trajani decimo, tertiam in Christianos persecutionem, nolim inficiari: S. vero Ignatium hoc ipso anno martyrium subiisse, nondum, ut credam, satis probabilibus argumentis adducor. Immo vero fere persuadet Trajani historia rerumque series, ut hoc differam solido quinquennio serius, sive ad ejusdem imperatoris saltem decimum quintum. Ductus nempe est S. martyr, ut dudum monuimus, in Trajani ipsiusmet conspectum, cum venisset Antiochiam, a quo Romam jussus est duci feris objiciendus. Atqui non ante ann. imperii decimum quartum, sive vulgaris æræ 112, profectus est in Orientem imperator: id quod certis argumentis Norisius noster in Epist. Consulari, et Pagius ipse contendit: neque Antiochiam venit nisi circa Octobrem ejusdem anni. Ignatius Romæ, quod ejus martyrii acta testantur, passus est kalend. Febr. subsequentis utique anni: neque enim longius temporis intervallum damnato ad bestias homini concessum, par credere est: illud vero maximam partem mari Antiochia Romam transmittendo insumptum. Hæc sane proprior ad verum visa ratio est: alii in alia omnia abeunt; quin ipse Pagius post adhuc triennium, sive Christi 116, cum denuo Trajanus redux a bello Parthico, Antiochiam venisset, martyrium S. antistitis differt. Ita sentiebat Gulielmus quoque Loydius episcopus Asaphensis peculiari diatriba a Pagio edita, et ante eum Pearsonius in dissert. posthuma, etc. Tu confer Tillemontium in notis ad Trajani Vitam, nota 17. Textum quod spectat, Scaliger cum vetustioribus editis libris, præcedentem proxime periocham de Primo Alexandriæ episcopo ad superiorem nonum Trajani annum retrahit, tum præfixo grandioribus litteris titulo, *Tertia persecutio*, reliqua, *Trajano adversus Christianos*, etc., ad ordinationem usque Alexandri Pontificis, sub decimo Trajani comprehendit, undecimum carere gesto facit.

[c] Bithyniam scilicet, quod nomen, quia neque in Græco erat, Hieronymus tacuit. Ut autem exploratum habeas, quo tempore eam provinciam Plinius regeret, quod et Scaliger ignorabat, adito Tillemontium nota 11, ad Trajani Vitam. Epocham ejus epistolæ de imponendo persecutioni in Christianos modo, filii chronologorum duodecimo aut decimo tertio Trajani illigant ipsum Plinium lib. x, epist. 97 et 98. Infra ubi dicitur, *Christo ut Deo*, Parmensis ms. *ut* voculam tacet, et ubi ex eodem restituimus, *ad confœderandam disciplinam*, unus Palat. habet *ad conferendam*: quæ et Pontaci pridem lectio fuit. Mox idem liber, *Hoc quidem requirendum non esse*, prætermisso *genus*. Cæterum, ut probe notatum est etiam Schurzfleischio, non ait Eusebius hoc loco, fuisse Plinii epistolam hoc anno perscriptam, ut nonnulli sentiebant, quos Pagius refutat: sed tertiæ, quam vocat, persecutionis occasione, uno, ut assolet, tenore narravit, quæ ad eam spectabant.

[d] Innuimus superius ad Cletum, quæ recentiorum eaque propior ad verum sententia sit. Evaristus, cui Alexander successit, juxta Blanchinii nostri rationes, martyrio affectus est 26 die Octob. anno vulgaris æræ 108, imperii Trajani decimo. Alexander substitutus est paulo post, sive 5 Decembr. die Dominica, seditque solidis octo annis, et quinque mensibus, die 3 Maii donatus ipse etiam martyrii palma. Quod hic itaque decem ei tribuuntur, videtur ab ejusdem ordinatione repetitum, quæ 27 Septembr. anni vulgaris æræ 106 ascribitur. Videsis Anastasii Tom. II, a pag. 80 ad 85.

[e] Quod additur et *historicus*, Scaliger et post eum critici plerique omnes culpæ vertunt auctori nostro, a quo fuisse aiunt perperam majorem Plinium Veronensem, cum juniore altero Novocomensi confusum: quod quidem eo inferunt probabilius, quod hujus epistolas nondum legisse Hieronymum volunt, sed

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | 13 Pantheon [a] Romæ fulmine concrematum. | 112 | |
| | 14 Post Justum Ecclesiæ Jerosolymitanæ episcopatum IV suscepit Zachæus, post quem V Tobias, cui succedit VI Benjamin, ac deinde VII Joannes, et VIII [b] Matthias, in cujus locum IX constituitur Philippus. | 113 | |
| | 15 Trajanus [c] Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit provincias. | 114 | |
| 223 | 16 Terræmotus [d] Antiochiam pene totam subruit civitatem. | 115 | |
| | 17 Judæi, [e] qui in Libya erant, adversum cohabitatores suos alienigenas dimicant. Similiter in Ægypto, et in Alexandria, apud Cyrenem quoque, et Thebaidem magna seditione contendunt; verum gentilium pars superat in Alexandria. | 116 | 2130 |
| | 18 Judæis [f] Mesopotamiæ rebellantibus præcepit imperator Trajanus Lysiæ Quieto, ut eos provincia exterminaret: adversus quos Quietus aciem instruens infinita millia eorum interfecit, et ob hoc procurator Judææ ab imperatore decernitur. | 117 | |
| | 19 Salaminam urbem [g] Cypri, interfectis in ea gentilibus, subvertere Judæi. | 118 | |
| | Trajanus morbo in [h] Selinunte perit, sive, ut alibi scriptum reperimus, apud Seleuciam | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Τὸ Πάνθεον ὑπὸ κεραυνοῦ διεφθάρη. Sync. p. 276.

Τῆς Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος μετὰ Ἰοῦστον τέταρτος Ζακχαῖος. Μεθ' ὃν πέμπτος Τοβίας· ἕκτος Βενιαμίμ· ἕβδομος Ἰωάννης· ὄγδοος Ματθίας [Ed. Ματθαῖος], ἔννατος Φίλιππος. Ex Sync. pagg. 276, 277 et seq.

Ἀντιοχεία κατεπτώθη (παρόντος Τραϊανοῦ). Idem pag. 277.

Ἰουδαῖοι κατὰ Λιβύην καὶ Κυρήνην, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ Θηβαΐδα, πολεμήσαντες πρὸς τοὺς συνοικοῦντας Ἕλληνας, διεφθάρησαν. Idem p. 276 et seq.

Τραϊανὸς Λυσίᾳ Κυέτῳ τῆς Μεσοποταμίας ἐξᾶραι τοὺς στασιάσαντας ἐκέλευσεν· ὅδε πολλὰς Ἰουδαίων μυριάδας ἀνελὼν, ἡγεμὼν τῆς Ἰουδαίας διὰ τοῦτο καθίσταται. Syncell. pag. 277.

Τοὺς ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρου Ἕλληνας Ἰουδαῖοι ἀνελόντες τὴν πόλιν κατέσκαψαν. Idem ibidem.

Τραϊανὸς νόσῳ τελευτᾷ..... ἐν Σεληνοῦντι, κατὰ δὲ ἄλλους ἐν Σελευκείᾳ τῆς Ἰσαυρίας, δυσεντερίᾳ. Idem ibidem. Addit Chron. Pasch. ὢν ἐτῶν ξε'.

## NOTÆ.

descripsisse incuriosius quæ antea simili errore deceptus Sammonicus Serenus obtruderat, ut apud Macrobium Saturnal. lib. II c. 12 videre est. Accedit quod Plinianæ Vitæ auctor, Suetonius quidem vulgo creditus, sed falso, et ut Scaliger sentit, Hieronymo posterior, ab eo videatur accepisse: indeque alii deinceps priorum auctoritate decepti in eumdem errorem impegerint. Ego alios missos facio: Nostrum quod spectat, nullam aio fuisse ejus hallucinationem: Scaligerum autem, quem facile ipse ejus occasione verbi admisisset, errorem in Hieronymo comminisci. Enim vero et junior Plinius *historicus* jure appellari potuit, qui historiam a se adornatam multis argumentis indicat, et cum lib. V, epist. 8, flagrare se historiæ conscribendæ studio testatur, et lib. VIII, epist. 4, Caninio præcepta dat, quibus belli Dacici historiam conscribat, denique cum ejusdem lib. epist. 3, 13, et 15, et seq. IX, 13, 18, 20, plurium meminit id genus libellorum, quos ipse condiderat. Adeo nec temere in elogio, quod cernitur Comi sub ejus statua, *historici* laude donatus est. Attamen Hieronymianum hocce testimonium in causa fuisse video, cur sequiores critici de majore Plinio acciperent, qui hac fere *historici* appellatione a juniore distinguitur. Quare in vetustioribus editis libris, et pridem apud Pontacum in fine periochæ ab sciolo glossatore subjuncta sunt verba, *periit dum invisit Vesurium*: quæ tamen neque in Miræi, neque in Scaligeri editione habentur, neque in Parmensi, aut ullo ex quatuor Palatinis mss. atque aliis, quos nos consuluimus, aut alii laudant. Quamobrem et exsulare hinc penitus jussimus. Pontacus suppleri ita voluisset, *Nepos illius, qui periit*, etc.

[a] Rem dicere videtur Scaligero plane incredibilem, neque enim ullam tantam ait fulminis vim esse posse, quæ tam validam structuræ molem penitus absumere possit, ut hic legitur. Quare non dubitat, apud Auctorem, ex quo desumpsit Eusebius, scriptum fuisse ἐκεραυνώθη pro κεραυνῷ διεφθάρη: aut certe non de Agrippæ Pantheo, sed de minus insigni alio intelligendum (puta Pantheo Jovis Ultoris, aut alio Minervæ Medicæ, quod Rufus, et Victor in Esquilina regione memorat. Præstabat vero, ut ego quidem sentio, ita verbum διεφθάρη accipere, ut insigniter quidem læsum, et vitiatum, non, ut Scaliger contendit, deletum significet marmoreum tantæ molis delubrum. Nam ut de alio quam Agrippæ interpretemur, Panthei nomen, quo κατ' ἐξοχὴν, atque absolute illud designatur, vix sinit, aut ne vix quidem. Historia quoque ipsa, atque epigraphe ejus templi, qua dicitur a Severo Aug. instauratum, facile non modo quod fecerat vetustate (quæ nec tanta videtur), sed et hoc ipsum ictu fulminis vitium ante annos ferme 70 contractum indicat.

[b] In Parmensi ms. *Mathatias* hic dicitur, in Græco quod laudamus ex Syncello, Ματθαῖος.

[c] Conferendi hac de re antiqui apud Mediobarbum et Blanchinium nummi.

[d] Malim adjungere rationibus Pagii fidem, qui ex Xiphilini luculentissimo testimonio, atque illo, quod laudamus, Syncelli (maxime verbis παρόντος Τραϊανοῦ), subversam terræmotu Antiochiam solido biennio post, refert. Quin illud etiam probatur magis, quod doctissimus idem Chronologus contra Baronium, Calvisium, et Norisium nostrum, ex Dione et Malala infert, eum terræmotum non circa vernum tempus, sed libente anno, et vigesima die tertia Decemb. contigisse: atque adeo tertio hujusce olymp. 223 anno, qui a solstitio æstivo inchoatur.

[e] Eidem anno seditiones istas Judæorum ascribit Scaliger, quo terræmotus Antiochiæ contigit. At cum, inquit Pagius Critic. vol. I, p. 111, hæc recitentur a Xiphilino ex Dione longe post terræmotum Antiochenum, qui sub ipsum finem anni sequentis contigit, ea rebellio ad annum 116, quo in Chronico Eusebii narratur, retrahenda.

[f] Parmensis ms., *Judæis Mesopotamiam rebellantibus*: Palatini autem, *Judæis in Mesopotamia*, etc. De Lysiæ Quieti nomine et varia scriptura videsis Pontaci notas: quibus adde ex Goaro, etiam in eo deceptum fuisse Casaubonum, quod ait ex alterius fide, Lusium scribi in Syncelliano codice bibliothecæ regiæ. Scaliger in suis Collectaneis de suo rescripsit Κοιήτῳ: apud Eusebium, Hist. Eccl. lib. IV c. 2, Λουκίῳ Κοίντῳ legitur, et apud Nicephorum Λουκίῳ Κυέτῳ: alii codices Valesio laudati Κυήτῳ præferunt. Videtur jamdiu olim *Lucii*, vel *Lusii*, Romanum nomen, in Græcum affine depravatum. Videsis Fabrettum de Columna Trajani cap. 1.

[g] Laudatus pridem Scaligero auctor valde bonus libelli de Locis Apostolicorum Actuum (quem præpostero judicio prætermissum a Martianæo, nos inter Hieronymiana opera in appendice altera tom. III postliminio restituimus) sic habet: *Salamis, civitas in Cypro insula, nunc Constantia dicta, quam Trajani principis tempore Judæi, interfectis omnibus accolis, deleverunt.*

[h] Receptior isthæc sententia est veterum, Dionis,

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | Isauriæ profluvio ventris exstinctus est, anno ætatis 63, mense 9, die 4. Ossa ejus in urnam auream collata, et in foro sub columna posita: solusque omnium intra Urbem sepultus est. | | |
| | | *Romanorum XII, HADRIANUS* [a] *regnavit an.* 21. | | |
| 224 | 1 | Hadrianus Italicæ [b] in Hispania natus, consobrinæ Trajani filius fuit. | 119 | |
| | | Hadrianus Alexandriam [c] a Romanis subversam publicis instauravit expensis. | | |
| | | Hadrianus [d] Trajani invidens gloriæ, de Assyria, Mesopotamia, Armenia, quas ille provincias fecerat, revocavit exercitus. | | |
| | 2 | Hadrianus [e] Judæos capit secundo contra Romanos rebellantes. | 120 | |
| | | Senatus Trajanum in deos refert. | | |
| | | Hadrianus [f] eruditissimus fuit in utraque lingua, sed in puerorum amore parum continens fuit. | | |
| | | Hadrianus reliqua tributorum [g] urbibus relaxavit, chartis publice incensis: plurimos etiam ipsis tributis liberos præstitit. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων ιβʹ, ἐβασίλευσεν ΑΙΛΙΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ἔτη καʹ, Chron. Pasch. pag. 202.

Τραϊανὸν ἡ Σύγκλητος θεὸν ἐψηφίσατο, Syncell. pag. 277.

Ἀδριανὸς χρεῶν ὀφειλὰς τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων ἀνεχούσας τῷ δημοσίῳ λό φ ἀπέκοψε, καύσας τοὺς χάρτας. Ὁ αὐτὸς Ῥωμαίοις φόρους πολλοὺς ἐχαρίσατο. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

Xiphilini, atque aliorum, altera de Seleucia Isauriæ, quæ unius est, quantum recordor, Eutropii, ex quo reliqua hujus periochæ verbo tenus descripta sunt. Cæterum de Trajani ætate, ut notatum est etiam Schurzfleischio, non convenit inter auctores. Xiphilinus annos supputat 60, menses 10, dies 24; Dio annos 61, menses 6, dies 15; repetit enim imperii initium ab ætatis an. 42; Eutropius 62, menses 9, dies 4. His solidum annum adjiciunt Eusebius, sive Hieronymus. Sextus Aurelius Victor 64, Chronici Paschalis auctor 65, Malala 66. Pagio prior Xiphilini supputatio probatur unice. Ms. Parmensis fermo cum Eutropio *collocata* legit, pro *collata*, plusque habet mox, *intra urbem in foro sepultus:* quasi voluerit docere auctor, soli concessum fuisse Trajano, non intra urbem modo, sed medio in foro sepeliri; alioqui enim certis antiquorum testimoniis, multos fuisse ante Trajanum sepulcri intra Urbem privilegium consecutos, compertum est.

[a] Utique a Trajani morte, quæ anno primo olympiadis 224 die decima Augusti contigit, tametsi per aliquot dies occultata est, Hadriani imperii initia repetenda sunt. Hic vero annus cum æræ Christ. 117 et sequenti ex parte concurrit: quare pergit peccare nonnihil Eusebius in temporum comparatione. Scaliger autem solitum errorem contra Eusebii rationes errat, initia Hadriani componens cum Christi 117, et nihilosecius Eusebium de biennii prochronismo reprehendens.

[b] Immo Romæ natum dicit Spartianus cap. 1, in quem locum videsis Casauboni notas. Parentes quidem ejus ex Italica Hispaniæ erant: sed tum fortasse, cum hic natus est, rationum suarum causa Romæ agebant. Hieronymus hæc abs Eutropio l. VIII, c. 6, desumpsit.

[c] Pernegat Scaliger, Romanos evertisse umquam Alexandriam: quod nemo umquam ejus cladis meminerit. Quin immo tantum, inquit, abest, ut eam urbem eversam Hadrianus sublevarit, ut cum florentissimam deprehendisset, vetera privilegia illi reddiderit, nova insuper addiderit. In quam rem laudat ipsius Hadriani epistolam ad Severianum apud Fl. Vopiscum in Saturnino. Attamen non id satis esse causæ arbitror, cur fidem auctori nostro denegemus, neque enim nunc demum est quod discimus ab eo novi aliquid, et vel conticentibus qui supersunt, vel qui antea prodiderant, scriptoribus jam deperditis, de re cognoscimus. Alioqui licebit etiam corruptum suspicari jamdiu olim Græcum textum qui de Ἰουδαίοις fortasse pro Ῥωμαίοις contra Alexandrinos insurgentibus dixerit: certe cum apud Syncellum nihil sit quod huic periochæ respondeat: est tamen ejus utique loco notatum de Alexandrinis civibus, quos Hadrianus a tumultuantibus Judæis vindicarit.

[d] Confer Eutropium, si libet, loco dudum laudato, unde hæc Hieronymus, et laudatus quoque Scaligero Sextus Rufus descripsit. Facit cum his etiam Dio; sed Spartianus consilium istud Hadriani ponit in laudis parte. Ex his autem probe tempus convenire intelligimus, provincias enim illas dimisit Hadrianus, cum esset Antiochia Romam profecturus, ne relinqueret sibi hostem a tergo.

[e] Hoc nimirum anno, quidquid Scaligero videatur, per Tinium Rufum Judææ præsidem, ut Petavius et Blanchinius observant. Idipsum luculentissime S. Hieronymus in commentario in Danielem cap. IX, sub finem, tradit: *Quo mortuo* (Vespasiano), *transactis septem hebdomadis, id est annis quadraginta novem, et quo postea de ruinis Jerusalem urbs Ælia condita est, rebellantes Judæos, Tinio* (alibi ita ferentibus mss. lectum est *Timo*) *Rufo magistro exercitus pugnante, superavit.* Plura dicemus hac de re infra ad annum Hadriani octavum, quo loco et faciemus Scaligeri objectionibus satis.

[f] Rectius, observante Scaligero, hoc pertinebat ad titulum primi anni. Confer Cedrenum in Comp. pag. 197.

[g] Perperam habet Scaliger *tributorum Urbis*, perinde atque de Romæ tributis, non provinciarum, sermo esset, nec bene addit in Græcis post πόλεων verbum; καὶ πολιτῶν, quæ tamen ab interpolato e Cedreno accepit. Impressæ lectioni calculum addunt pari consensu quibus utimur mss., tum Cassiodorus, denique omnium luculentissime vetus collectio Chronicorum ex Thoromacho, ubi *tributa urbium plurimarum relaxavit.* Rem ipsam quod pertinet, videndus omnino Salmasius in notis ad illa Spartiani p. 4: *Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens* (Hadrianus) *infinitam pecuniam, quæ fisco debebatur, privatis debitoribus in Urbe, atque Italia, in provinciis vero etiam ex reliquiis ingentes summas remisit, syngraphis in foro Trajani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis.* Nec prætermittendum quod Scaliger hujus occasione loci pulcherrimum exemplum indictionis apud Dionem lib. LXIX observat, ubi dicitur Hadrianus, remisisse tributa *præstituto tempore annorum sedecim*, ἐκκαιδεκαετῆ ὁρίσας χρόνον, ἀφ' οὗ τε καὶ μέχρις οὗ τηρηθήσεσθαι τοῦτο ἔμελλεν, *unde et quousque hoc ob erbari vellet.* Spatio scilicet annorum sedecim: tot enim anni sunt ab indictione ad indictionem inclusive, ita ut sextus decimus annus sit principium secundæ indictionis, quo sensu eam vocat ἐκκαιδεκαετῆ χρόνον; quemadmodum quintus annus est principium secundæ olympiadis. Ac-

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | Romanæ Ecclesiæ episcopatum VI tenet [a] SIXTUS annis 10. | | |
| | 3 Plutarchus Cheronæus, et Sextus, et Agathobolus, [b] et OEnomaus philosophi insignes habentur. | 121 | |
| | Alexandrinæ Ecclesiæ [c] V constituitur episcopus Justus annis 11. | | |
| | Bellum [d] contra Sauromatas gestum. | | |
| | 4 Terræmotu facto [e] Nicomedia ruit, et Nicænæ urbis plurima eversa sunt: ad quarum instaurationem Hadrianus de publico est largitus impensas. | 122 | |
| | Euphrates [f] Stoicus philosophus moritur. | | |
| 225 | 5 Hadrianus in [g] Libyam, quæ a Judæis vastata fuerat, Colonias deducit. | 123 | |
| | 6 Hadrianus [h] Atheniensibus leges petentibus ex Draconis et Solonis, reliquorumque libris jura composuit. | 124 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ϛ´ Ξύστος ἔτη θ´ Ex Syncell. pag. 277.

Πλούταρχος Χαιρωνεύς... Σέξτος φιλόσοφος, καὶ Ἀγαθόβουλος, καὶ Οἰνόμαος ἐγνωρίζοντο. Idem p. 278.

Ἀλεξανδρείας ϛ´ ἐπίσκοπος Ἰοῦστος ἔτη ι´. Idem ibidem.

Σαυρομᾶται κατεπολεμήθησαν. Idem ibidem.

Ἀδριανὸς Νικομήδειαν σεισμῷ καταπτωθεῖσαν, καὶ Νικαίαν πόλιν Βιθυνίας χρήμασιν ἀνεστήσατο. Syncell. pag. 277.

Ἀποικίαν εἰς Λιβύην ἐρημωθεῖσαν Ἀδριανὸς ἔπεμψεν. Idem pag. 278.

Ἀδριανὸς Ἀθηναίοις ἀξιώσασιν ἐκ τῶν Δράκοντος καὶ Σόλωνος νόμους ἐπισυνέταξε. Idem p. 277.

## NOTÆ.

cedit quod eo anno decimo sexto, ut Pagius ex laudato Dionis lib. LXIX observat, Hadrianus sua erat Quindecennalia celebraturus. Cætera nihil moramur, quæ huc multa a Scaligero contra Hieronymianam interpretationem congesta sunt: quandoquidem cum eo pedem Salmasius contulit, et quod erat nostrarum partium, strenue præoccupavit. Placent ejus cum primis isthæc: Mirum est, Hieronymum, quod erat in Græco Eusebii, καὶ Ῥωμαίοις φόρους πολλοὺς ἐχαρίσατο, Romanorum nomen suppressisse, et vertisse, *plurimos tributis liberos fecit*. Non dubium est, quin Eusebius, vel auctor unde Eusebius sumpsit, per Ῥωμαίους cives urbanos et Italicos intellexerit, per πόλεις vero, καὶ πολίτας, provincias et provinciales. Nam sub Hadriano adhuc observabatur illud discrimen inter cives Romanos, et provinciales, quod postea sublatum est lege Antonini Pii, qua civitas omnibus data. D. Hieronymus, cum ad ætatem suam respiciens, sciret omnes cives esse Romanos, in versione Eusebii *plurimos* pro Romanis posuit, cum satis de Romanis dictum putaret illis verbis, *tributa urbibus remisit*. Nam utique urbes illæ erant Romanæ: cur igitur opus repetito, *Romanis tributa indulsisse?* Notanda et hæc differentia apud Eusebium in Græcis, urbibus quidem, id est provinciis, reliqua tributorum remissa. Ita enim recte vertit Hieronymus, τῶν χρεῶν ὀφειλάς. Romanis vero, quod de civibus interpretor, tributa ipsa remissa: nam hoc in futurum, illud in præteritum. Cætera apud eum recolas etiam per subsequentes ibi tres notas.

[a] Recole quæ dicta superius sunt de Alexandro. Blanchinius a superiore anno, die 7 Junii, Sixti Pontificatum auspicatur.

[b] Quod queritur Scaliger, omissum in Græcis culpa Georgii aut librarii OEnomaum, decertato, quo utebatur, apographo tribuendum erat, ut ex his quæ laudamus nos, liquet. Fallitur et in eo vir doctissimus, quod ait, non posse hunc esse eumdem OEnomaum cum Gadarensi Cynico, cum sit plane idem, et sub Hadriano floruerit, ut ex ipsis, quos laudat ille, scriptoribus Suida et Socrate lib. III c. 23, tum aliis, puta Eusebio Præp. Evang. lib. V et VI, Juliano imp. orat. 7, Nicephoro lib. X cap. 36, Theodorito Therapev. 6 et X, compertum est. Vide Jonsium hac super re Hist. Phil. pag. 245.

[c] Omissa perperam hæc est a Scaligero periocha, quæ et in plerisque mss. æque atque editis libris habetur, et ad Eusebianum contextum omnino pertinet. Variant vero iidem libri in annorum, per quos dicitur sedisse, numero; primus enim Palatinus solos decem, ut et Syncellus, quem laudamus, et Nicephorus: tertius uno adhuc minus sive novem

A dumtaxat ascribunt. Faciunt vicissim cum Pontaco Parmensis ms. et vetustiores editiones Sichardi, Miræi, atque aliorum. Præterea *Justinus* pro *Justus* abs Nicephoro appellatur.

[d] Non bene in sequentem annum 4 Hadriani bellum hoc alii transferunt: in quam videtur sententiam Blanchinius quoque noster concessisse, cum idem tamen gestum, pacemque cum Sarmatis ac Roxolanis pactam, ipsemet haud satis sibi bene constans, biennio ante ex Petavii rationibus ascripsisset. Et est revera prior ad fidem doctissimi Jesuitæ opinio, quæ et Spartiani nititur auctoritate, asserentis anno imperii altero, qui est æræ Christ. 118, Hadrianum circa autumnum profectum esse in Mœsiam, et quos parabat armis reprimere, Sarmatas pace sibi conciliasse. Sed nec prætereundæ, quas Pagius init rationes num. 3. Scaliger illud quod in Græcis est κατεπολεμήθησαν, haud recte verti abs Hieronymo *bellum gestum*, notat; ita vero scriptum ab Eusebio fuisse, quo auctore novimus?

B [e] Contra veterum codicum ipsiusque fidem historiæ legit Scaliger, *et vicinæ urbes plurimæ eversæ sunt*. Parmensis utique, et tres quos Schurzfleischius laudat codices Palatini, vetustioresque editi libri impressam lectionem veram unice comprobant: comprobant et Græca quæ ex Syncello laudamus: Nicephorus item, qui Nicæam et Nicomediam ab Hadriano instauratas memorat. Denique et familiaris hæc est, quod etiam Schurzfleischius observat, locutio Hieronymo, ut est illud, *plurima Babyloniæ urbis instaurans*, atque his similia passim. Cætera videsis Chronic. Paschal. pag. 203.

[f] Ex Dionis lib. LXIX, ubi eodem anno quo Romæ ludos natali suo edidit Hadrianus, mortem sibi conscivisse veneno Euphrates refertur, colligere est, biennio fermc serius ab Eusebio recenseri: Scaliger solidi eum peccare quadriennii metachronismo contendit. Res pendet a certa itineris Hadriani epocha, de qua tantopere disputatum est. Videsis Pagium et

C Tillemontium ad tertium ejus imperatoris annum, et nota 5 in ejus Vitam. Adde et Fabricium ad proœmium Eunapii.

[g] Id ipsum, quod historiam æque atque tempus spectat, confirmat Blanchinius nummorum apud Mediobarbum suffragio.

[h] Consentiunt fere Eusebio in temporis notatione Petavius et Pagius, duo chronologiæ lumina. Blanchinius noster Hadriani profectionem Athenas, serie ejus itineris intermissa, in alterum ab hoc annum differt. Eo autem imperator identidem rediit, bisque ibi hyemem exegit. Vide Pagium.

| *Olymp.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|
| | 7 Cephisus fluvius Eleusinam inundavit, quem Hadrianus ponte conjungens, Athenis hiemem exegit. | 125 | |
| | 8 Jerosolymis [a] X post Philippum constituitur episcopus Seneca, post quem XI Justius, cui successit XII Levi, post quem XIII Ephres, XIV Joses, XV Judas. Hi omnes usque ad eversionem, quam ab Hadriano perpessa est Jerusalem, ex circumcisione episcopi præfuerunt. | 126 | 2140 |
| 226 | 9 Hadrianus sacris [b] Eleusinæ initiatus, multa Atheniensibus dona largitus est. Quadratus [c] discipulus apostolorum, et Aristides Atheniensis noster philosophus, libros pro Christiana religione Hadriano dedere compositos. Et Serenus Granius legatus, vir apprime nobilis, litteras ad imperatorem mittit, iniquum esse dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem concedi, et ullo crimine, nominis tantum et sectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano proconsuli Asiæ scripsit, sine objectu criminum Christianos non condemnandos. Cujus epistolæ usque ad nostram memoriam durat exemplum. | 127 | |
| | 10 Imperator Hadrianus [d] Pater Patriæ appellatur, et uxor ejus Augusta. | 128 | |
| | 11 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 129 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ὁ αὐτὸς χειμάσας εἰς Ἀθήνας... γεφύρωσεν Ἐλευσῖνα κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ Κηφίσου ποταμοῦ. Syncell. pag. 277.

Ἱεροσολύμων δέκατος ἐπίσκοπος Ἐνέκας, ἑνδέκατος Ἰοῦστος, δωδέκατος Λευὶς, τρισκαιδέκατος Ἐφραίμ, τεσσαρεσκαιδέκατος Ἰωσήφ, πεντεκαιδέκατος Ἰούδας. Καθ' ὃν ἐπὶ Ἀδριανοῦ τελεία καὶ ἐσχάτη γέγονε τῆς πόλεως... ἅλωσις, κ. τ. λ. Idem pag. 2.8 et 279.

Ἀδριανὸς μυεῖται τὰ Ἐλευσίνια, κ. τ. λ. Idem pag. 278.

Κοδράτος ὁ ἱερὸς τῶν Ἀποστόλων ἀκουστὴς Αἰλίῳ Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι λόγους ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπέδωκεν... τούτῳ καὶ Ἀριστείδης Ἀθηναῖος φιλόσοφος ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀκόλουθα τῷ αὐτοκράτορι προσεφώνησεν Ἀδριανῷ, ἅπερ δεξάμενος ὁ Καῖσαρ σὺν τοῖς παρὰ Σερένου λαμπροτάτου ἡγουμένου, ὡς ἄδικον εἴη κτείνειν γράψαντος Χριστιανοὺς ἀκρίτως, ἐπὶ μηδενὶ τῶν ἐγκλημάτων, γράφει Μινουκίῳ Φουνδάνῳ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας, Ἀδριανὸς μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλημάτων καὶ κατηγορίας. Syncell. pag. 277.

Ἀδριανὸς πατὴρ πατρίδος, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Σεβαστὴ Ἀνηγορεύθη. Idem p. 278, et Chron. Pasch. p. 205.

## NOTÆ.

[a] Scaliger (quod velit excisam penitus Jerosolymorum urbem sub Tito, ut ne casam quidem et humile superficium ei liceret solo immoliri, postquam aratrum muris impressum fuit) successionem istam et nomina episcoporum Ecclesiæ Jerosolymitanæ in dubium revocat: certe quidem eos pernegat Jerosolymis constitisse. Porro in consequentibus satis prolixe contra eam veterum aliquot Patrum sententiam disputat, ipsiusque Eusebii, et maxime Hieronymi in commentariis in Zachariam et Joelem, qui non plane dirutam fuisse urbem, sed partem ejus quamdam (Hieron. dimidiam) superfuisse dicunt, quæ demum fuerit ab Hadriano expugnata. Cui quidem sententiæ obstare videtur omni major exceptione Josephus lib. VII de Bello cap. 1, asserentis, tribus exceptis turribus, et parte muri ab occidente, totam fuisse funditus eversam civitatem et templum. Sed non ideo erat eorum omnis elevanda auctoritas, siquidem et cum Josepho, si verba ejus et mentem penitius inspexeris, venire in concordiam possunt. Ait enim ille relictas a Tito ad Jerosolymorum custodiam integram legionem decimam, nonnullasque alas equitum et peditum cohortes. Hæc supra sex hominum millia erant, quibus sane excipiendis et multas domus superfuisse, credendum est (præter tres illas turres, quæ cæteris eminebant, Phasaelum, Hippicum, Mariamnem), et sustentandis alios non defuisse ibi qui agerent, eisque vitæ necessaria suppeditarent. Et ruinis præterea illis incubare senes aliquot et feminas, a quibus nihil esset metuendum, Titum permisisse, idem auctor est. Colligere autem hinc licet, permissos deinde alios atque alios eo regredi, ibique agere, instauratis sibi domibus: quod si per annos plusquam 60 continuos (tantum enim temporis ab illo excidio ad postremum sub Hadriano interest) excrevisse eos intelliges in ingentem summam, ac civitatem, maxime cum patrii soli omnium longe cupidissima natio illa sit, a quo demum, atque ea de causa, prohibita est Hadriani edicto. Denique Appiani in Syriacis, ubi suis demum A temporibus urbem Jerosolymorum non ita pridem instauratam, tradit fuisse ab Hadriano deletam: Οὐεσπασιανὸς αὖθις οἰκισθεῖσαν κατέσκαψεν, καὶ Ἀδριανὸς ἐπ' ἐμοῦ: hujus, inquam, contemporanei auctoris testimonio reponi quid possit non video: et subridiculum est, quod Scaliger putat auctoritatem elusisse, cum ait, multa hujusmodi fabulosa attexta fuisse illi libro Appiani: quod si non assuta ea sunt, valde infantem eum fuisse in historia. Næ satis utrumque commode atque expedite: sed neutrum ad faciendam fidem. Enimvero fuerunt ad id usque temporis Hebræi magno numero Jerosolymis, et Christianorum ex circumcisione cum primis Ecclesia: neque potest hac saltem ex parte episcoporum catalogus revocari in dubium. Alias, quibus urgetur difficultatibus, expediit perquam erudite Basnagius in Hist. Eccles. lib. I, quem videsis. Jam vero quod nomina ipsa pertinet, pro *Seneca*, quemadmodum vocatur iterum ab Eusebio Hist. Eccles. lib. IV cap. 5, penes Syncellum est *Henecas*. *Ephres*, Nicephoro B *Ephrem* appellatur, Syncello *Ephraim*: pro *Joses* in Græco ipsius quoque Eusebii, et apud Epiphan. in Hæres. Manichæor. est Ἰωσήφ, *Joseph*.

[b] Dicemus hac de re uberius post septimum ab hoc annum.

[c] Hoc scilicet anno, quo Hadrianus Augustalis imperii sui Decennalia in antecessum, ut Pagius observat, celebravit: erant enim exeunte decennio, non ineunte celebranda. Videsis eruditissimum chronologorum in Critic. ad Baron. hoc anno num. 3. Cæterum notissima historia est. Scaliger *Grannianus* legi debere pro *Granius*, pronuntiat.

[d] Ad eumdem, quem diximus modo, annum Hadriani imperii decimum ineuntem gestum hoc spectat: siquidem eorumdem occasione decennalium, a senatu Pater Patriæ salutatus est, ejusque uxor Sabina, Augusta. Eum tamen titulum imperator a Provinciis antea jam obtinuerat, ut e nummis compertum est. Consule rursus Pagium loco laudato.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 12 | Romanæ ecclesiæ episcopatum VII suscepit [a] TELESPHORUS annis 11. Antiochiæ constituitur IV episcopus Cornelius. Nicopolis [b] et Cæsarea terræmotu conciderunt. | 130 | |
| 227 | 13 | Antinous puer [c] egregius eximiæ pulchritudinis, in Ægypto moritur, quem Hadrianus diligenter sepeliens (nam in deliciis habuerat) in deos refert, ex cujus nomine etiam urbs appellata est. | 131 | |
| | 14 | Alexandrinæ ecclesiæ VI episcopus præfuit [d] Eumenes annis 13. Templum [e] Veneris ab Hadriano Romæ factum. | 132 | |
| | 15 | Salvius Julianus [f] perpetuum composuit edictum. Hadrianus Athenis hiemem exigens, Eleusinam [g] invisit. Hadrianus, cum insignes et plurimas ædes Athenis fecisset, agonem edidit, bibliothecamque miri operis exstruxit. | 133 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ὄγδοος Τελεσφόρος ἔτη ι΄. Sync. pag. 278.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος τέταρτος Κορνήλιος. Idem ibidem.

Νικόπολις καὶ Καισάρεια σεισμῷ κατεπτώθησαν. Idem ibidem.

Ἀδριανὸς κτίζει τὴν Ἀντινόου τῆς Θηβαΐδος. Chron. Pasch. pag. 203.

Ἀλεξανδρείας ἕβδομος ἐπίσκοπος Εὐμενὴς ἔτη ιγ΄. Syncell. pag. 278.

Ἀδριανὸς παραχειμάζων ἐν Ἀθήναις μυεῖται τὰ Ἐλευσίνια. Ἔνθα καὶ ἦξεν ἀγῶνα ἐπισκευάσας πολλὰ τῷ τόπῳ, καὶ βιβλιοθήκας συστησάμενος. Idem ibid.

## NOTÆ.

[a] Dicitur in antiquis catalogis Telesphorus electus Romæ episcopus, Titiano et Gallicano coss., qui annum designant proxime superiorem Hadriani imperii. Quin etiam præcessor ejus Sixtus martyrium obiisse comprobatur die 3 Aprilis, ejusdemque mensis die 7 Telesphorus substitutus, et die 14 Dominicum Pascha celebrasse. Pagius Sixti mortem, et Telesphori electionem præcedenti, Hadriani decimo, assignat.

[b] Corrupte legit in Græcis Scaliger Νικομήδεια: quæ et negotium ei facessit in notis lectio. Confer Chronicon Paschale, et Ducangium ibi.

[c] Parmensis ms. cum Scaligero et plerisque libris aliis *puer regius* pro *egregius*, et mox *vehementer deperiens* pro *diligenter sepeliens* legit. Hadrianus urbem, quam tunc voluit nominari *Antinoopolin*, sive *Antinoon*, ante aliquot annos in Ægypto condiderat. Recole quæ alibi notata nobis sunt ad lib. de Viris Illustrib. in Hegesippo, et cum primis Salmasii notas in Spartianum pag. 37 et 41. Tempus probe convenire, confirmat Blanchinius noster ex Norisiana Syromacedonum epocha.

[d] Pro arbitrio suo Scaliger *Eumenis* nomen, quo hic Alexandriæ episcopus appellatur in libris plerisque omnibus tam editis quam mss. Parmensi et tribus Palatinis, mutat in *Hymenæum*, et in Græco etiam, contra exemplarium Syncelli, et Nicephori fidem, Ὑμεναῖον rescribit.

[e] Minimo minus reposuissem cum Scaligeri editione, *Templum Romæ, et Veneris in Urbe factum*: nisi obstitissent vetustiores editi, et quibus utimur mss. libri: e quibus unus Parmensis verbis *sub Adriano* pro *ab Adriano* tantum ab impressa lectione abludit. Alioqui certum est, ipsiusmet Romæ numini, seu Romæ æternæ, et Veneri templum dedicatum: nam et ejus occasione mutari voluisse imperatorem festi Palilium nomen in τὰ Ῥωμαῖα, auctor Athenæus est, et in nummo apud Mediobarbum testatur titulus ejusmodi, URBS ROMA ÆTERNA S. C. Confer porro Dionem lib. LXIX.

[f] Meminit Eutropius quoque lib. VIII cap. 17, *Salvii Juliani, qui sub divo Adriano perpetuum composuit edictum:* quo nomine indicari volunt jus prætorium, quod cum antea varie inconditeque a prætoribus promeretur, Hadrianus in unum corpus comprehendi jusserit, et pro his, quæ nisi durante cujusque prætoris magistratu, vim habebant, unum edictum componi, quod esset omnibus legis instar, et ex quo omnes in posterum prætores perpetuo jus dicerent. Videsis œconomiam edicti perpetui a Pittenio adornatam, atque editam a Jacobo Gothofredo ex aliorum in edictum commentariis: fragmenta etiam quæ Ranchinus vulgavit: denique Bertrandum, et Grotium in Vitis ICtorum, et Menagii Amœnitates Juris cap. 27, etc.

[g] Rescribendum omnino est *Eleusina*, vel *Eleusinia*, id est, mysteria: neque enim, ut ante nos monuit Salmasius, credibile est, Hieronymum nescivisse distinguere inter τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τὰ Ἐλευσίνια. Diximus hac de re alias ad librum de Illustribus Viris in Quadrato. Alii etiam ante nos docuerunt, quid sit Eleusina invisere, et quid ab initiari Eleusinis differat: hoc quippe est prima mysteria accipere, illud in sacrarium admitti καὶ ἐποπτεύειν, *sacra invisere, et epopta fieri*. Inter utramque cæremoniam quinquennii saltem spatium intercedebat κατὰ νόμους. Neque adeo dubitandum videtur, quin Eusebius, sive Hieronymus utramque ab Hadriano observatam voluerint indicare, μύησιν, inquam, καὶ ἐπόπτευσιν, qui post sexennium ab illa initiatione, hujus suscepta mysteria memorant. Scio aliter persuasum fuisse magno Salmasio, qui sentit Hadrianum μυστικοὺς illos νόμους minime observasse, sed simul et semel μυηθῆναί τε καὶ ἐποπτεῦσαι, exemplo Demetrii, cui ab Atheniensibus id ipsum privilegio quodam concessum narrant Græci. Ad hæc nec Dionem, nec Spartianum quidquam de iterata ac repetita Hadriani initiatione scribere, qui tamen videntur variasse in notatione temporum τῆς μυήσεως: Eusebium autem, vel Hieronymum, cum diverse notatum ab auctoribus tempus illud invenisset, id ita accepisse, quasi primo quidem tempore, quo imperator Athenis fuit, initia tantum suscepisset, καὶ τὰ μυστικὰ, deinde vero cum sexto anno Athenas reviseret, τὰ ἐποπτικὰ sumpsisset: atque ita voluisse auctorum dissidium conciliare. Ita ille, sed non satis equidem bonis, ut dicebamus, argumentis: nam Demetrii exemplum quod attinet, alia illi fuit initiationis utriusque uno tempore accipiendæ causa: eratque, ut mihi videtur, contra atque Salmasius facit, inferendum ex hoc ipso, quod ei regi, aut Marco etiam Antonino concessum privilegium auctores memorant, non fuisse cur sibi vellet Hadrianus concedi: neque enim id, qui ejus gesta prosecuti sunt, tacuissent. Spartianus autem et Dio tantum abest, ut diversa illa temporis notatione fucum Eusebio aut Hieronymo fecerint, ut ipsorum maxime sententiam confirment. Spartianus enim, qui, ipso minime diffitente Salmasio, in primam Hadriani profectionem Athenas tempus μυήσεως conjicit, *sacra INITIA eum suscepisse* dicit, quod primam utique initiationem significat: Dio autem, qui contulit in secundam, τῆς Ἐποπτεύσεως vocabulo

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 16 | Judæi in arma versi Palæstinam [a] depopulati sunt, tenente provinciam Tynio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Hadrianus misit exercitum. Phavorinus et Polemon rhetores insignes habentur. | 134 | |
| 228 | 17 | Basilides hæresiarches in Alexandria [b] commoratur, a quo Gnostici. Barcochebas [c], dux factionis Judæorum, nolentes sibi Christianos adversum Romanum militem ferre subsidium, omnimodis cruciatibus necat. *Quadragesimale jejunium a Telesphoro per hoc tempus institutum, ac præceptum, quidam scribunt.* | 135 | |
| | 18 | Bellum Judaicum, quod in Palæstina gerebatur, finem accepit, [d] rebus Judæorum penitus oppressis. Ex quo tempore etiam introeundi eis Jerosolymam licentia ablata, primum Dei nutu, sicut prophetæ vaticinati sunt, deinde Romanis interdictionibus. Jerosolymis primus ex gentibus constituitur episcopus Marcus, cessantibus his, qui fuerant ex Judæis. | 136 | 2150 |
| | 19 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 137 | |
| | 20 | Ælia ab Ælio Hadriano [e] condita, et in fronte ejus portæ, qua Bethleem egredimur, | 138 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀδριανὸς κατὰ Ἰουδαίων ἀποστάντων στοάτευμα ἐξέπεμψε, καταδραμόντων τῶν Ἰουδαίων ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Λιβύης μετὰ πολλοὺς πολέμους· ἡγεῖτο δὲ τῆς Ἰουδαίας Τίννιος Ῥοῦφος, κ. τ. λ. Syncell. pag. 278.

Φαβουρῖνος καὶ Πολέμων ὁ ῥήτωρ ἐγνωρίζοντο. Idem ibidem.

Βασιλείδης αἱρεσιάρχης Ἀλεξανδρεὺς, ἀφ' οὗ οἱ Γνωστικοί. Ex Scaligeri Collectaneis.

Τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως Χοχεβάς τις ἡγούμενος τοὺς Χριστιανοὺς ποικίλως ἐτιμωρήσατο μὴ βουλομένους κατὰ Ῥωμαίων συμμαχεῖν. Syncell. pag. 278.

Ἰουδαῖοι κακῶς ἀπήλλαξαν· καὶ ὁ πρὸς αὐτοὺς πόλεμος πέρας ἔσχεν. ἁλόντων Ἱεροσολύμων τὸ ἔσχατον (ὡς μήτε λίθον ἐπὶ λίθον ἀφεθῆναι), κατὰ τὴν θείαν φωνήν· ἔνθεν εἴργονται πάντη τῆς πόλεως ἐπιβαίνειν, προστάξει Θεοῦ, καὶ Ῥωμαίων κράτει διασπαρέντες κατὰ παντός. Idem ibidem.

Πρῶτος ἐξ ἐθνῶν ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων Μάρκος. Syncell. pag. 279.

Ἀδριανὸς ἐπέθηκε τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα τῇ πόλει (Ἱεροσολύμων), Αἰλίαν αὐτὴν ὀνομάσας, ἐπειδὴ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐλέγετο. Chronic. Pasch. pag. 203.

## NOTÆ.

usus est, adeoque alteram perfectamque mysteriorum susceptionem proprio nomine designavit. Præterea non, ut Salmasius putat, bis tantum imperator Athenis egit, sed tertio etiam et quarto, immo vero cum tertio ibi hiemavit, post lustratas vicinas insulas et Macedoniam, sacris Eleusinæ primum initiatus est : invisit autem mysteria post sex annos, cum iterum, sive quartum ibi hiemaret. Exposui hæc paulo fusius, cum ut auctoris mei rationes vindicarem, tum ne præconcepta Salmasianæ doctrinæ existimatio, quæ sane maxima debet esse, faceret lectori offucias. Cætera, quæ vir doctissimus ad eum Spartiani locum disseruit, digna omnia sunt, quæ huc commentarii vice referantur.

[a] Causa mali tanti fuit Ælia non ita pridem ab Hadriano condita juxta ruinas eversæ Jerosolymæ : tum eo deducta Romanorum colonia, templumque Jovi Capitolino exædificatum, quo pridem loco Dei templum fuerat. Eusebius qui Æliæ conditum post quartum ab hoc annum refert, non videtur eam causam, remque ipsam assecutus, aut confudit urbis conditum cum ejus dedicatione. Bellum utique Judæorum hoc anno 16 Hadriani cœptum juxta Eusebii rationes, decimo octavo aut nono finem accepit. Tinius porro Rufus in primo Palatino ms. atque illis, quibus usi sumus recognoscendis Hieronymi commentariis in Danielem, *Tymus* et *Timus* appellatur, quæ item apud alios auctores promiscua scriptura est. Syncellus cum gemino ν Τίννιον scribit.

[b] Minus antea recte erat *commemoratus*, quod emendavit Pontacus. Recole librum v Doctoris de *Viris Illustribus* cap. 21.

[c] Aliis absolute *Cochebas* appellatur. In primo, tertio, et quarto Palat. codicibus, teste Schurzfleischio, *Bar Chochabas* dicitur, quemadmodum et in suis libris scriptum Miræus invenit. Confer Petavium, Pagium, et Blanchinium. Quæ subsequitur periocha Italico charactere descripta, a nostris mss. abest ; Scaliger eam exsulare hinc penitus jussit.

[d] Incipiunt Hadriani imperii anni, ut superius notatum est, a 10 die Augusti : juxta quam quidem rationem videtur iste, quo Judaico bello finis impositus est, decimus nonus potius, quam decimus octavus supputari debuisse. Satis tamen bene habet Eusebius, qui huncce annum cum tertio ducentesimæ

A trigesimæ octavæ Olymp. componit : frustraque est Scaliger, qui admissum anni prochronismum ex Aristone Pellæo objicit. Quamquam et in eo fallitur vir doctissimus, quod Aristonis verba esse existimavit, quæ ipsiusmet Eusebii sunt Hist. Eccl. lib. iv c. 6. Betheræ expugnatione, occisis rebellium ducibus, et quingentis octoginta millibus Judæorum, horribili gentis ejus desolatione, bellum finitum, nemo est qui nesciat. Interdicto quoque illo introeundi situm, ubi Jerosolymorum urbs fuerat, nihil notius. Non possum tamen quin hic describam laudatum etiam Scaligero Hieronymi locum e sexcentis aliis egregium ex comment. in Sophoniæ c. ii, ex quo intelligere erit, unico anni die, quo scilicet eversa fuit urbs a Tito, licuisse Judæis pretio redimere ingressum in eam partem, ex qua patriam prospectantes, lugere solitudinem atque exsilium suum possent : *Usque*, ait, *ad præsentem diem perfidi coloni, post interfectionem servorum, et ad extremum Filii Dei, excepto planctu, prohibentur ingredi Jerusalem, et ut*
B *ruinam suæ eis flere liceat civitatis, pretio redimunt : ut qui quondam emerant sanguinem Christi, emant lacrymas suas, et ne fletus quidem eis gratuitus sit. Videas in die, quo capta est a Romanis et diruta Jerusalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, et senes pannis annisque obsitos, in corporibus et in habitu suo iram Domini demonstrantes. Congregatur turba miserorum, et patibulo Domini coruscante, et radiante* ἀναστάσει *ejus, de Oliveti quoque monte, crucis fulgente vexillo, plangere ruinas templi sui populum miserum, et tamen non esse miserabilem. Adhuc fletus in genis, et livida brachia, et sparsi crines : et miles mercedem postulat, ut illis flere plus liceat.*

[e] Innuimus paulo ante, Eusebium in Æliæ condito consignando, si errore caret, certe minus esse locutum accurate. Scaliger, et Petavius, Valesius quoque ad Histor. Eccl. Eusebii lib. iv c. 6, Beveregius Annot. in canon. 6 conc. Nicæni primi, Pagius Critic. vol. I p. 129, atque alii, tametsi nonnihil secum
C invicem dissentientes, ex antiquis scriptoribus, et cum primis Spartiano in Hadriani Vita, fuisse Æliam ante bellum Judaicum, hic paucis, alius pluribus annis, exstructam, deductamque eo coloniam contendunt. Sed neque isthæc doctissimorum hominum

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | [a] Sus sculptus in marmore, significans Romanæ potestati subjacere Judæos. Nonnulli a Tito Ælio filio Vespasiani exstructam arbitrantur. | | |
| 229 | 21 Hadrianus morbo intercutis aquæ apud Baias moritur [b] major sexagenario. | 139 | |
| | *Romanorum XIII, T. ANTONINUS, cognomento Pius, cum liberis suis Aurelio et Lucio regnavit* [c] *an. 22, mensibus 3.* | | |
| | 1 Antoninus Pater Patriæ appellatur. | 140 | |
| | *Galenus* [d] *medicus his temporibus claruit.* | | |
| | 2 Romanæ ecclesiæ episcopatum VIII suscipit [e] HYGINUS an. 4. | 141 | |
| | Sub Hygino Romanæ urbis episcopo [f] Valentinus hæresiarches, et Cerdo magister Marcionis, Romam venerunt. | | |
| | 3 Justinus philosophus [g] librum pro nostra religione conscriptum Antonino tradidit. | 142 | |
| 230 | 4 Heros V Antiochiæ constituitur episcopus. | 143 | |
| | 5 Marcus VII Alexandriæ episcopatum suscipit an. 10. | 144 | |
| | Romæ IX episcopus ordinatur [h] PIUS an. 15. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀδριανὸς ὕδρωπι τελευτᾷ ἐν Βαΐαις τῆς Ἰταλίας. Syncell. pag. 278.

Ῥωμαίων ιγ' ΤΙΤΟΣ ἈΝΤΩΝΙΝΟΣ, ὁ ἐπικληθεὶς Εὐσεβής, σὺν τοῖς παισὶν Αὐρηλίῳ καὶ Λουκίῳ ἔτη κγ'. Syncell. pag. 279.

Ἀντωνῖνος πατὴρ πατρίδος προσηγορεύθη. Id. ibid.

Ῥώμης ἐπίσκοπος θ', Ὑγῖνος, ἔτη δ'. Id. p. 278.

Κατὰ τοὺς χρόνους Ὑγίνου... ἐπισκόπου Ῥώμης, Οὐαλεντινιανὸς καὶ Κέρδων ἀρχηγοὶ τῆς Μαρκίωνος αἱρέσεως ἐπὶ Ῥώμης ἐγνωρίζοντο. Syncell. pag. 279.

Ἰουστῖνος φιλόσοφος ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς ὀρθοῦ λόγου βίβλον ἀπολογίας Ἀντωνίνῳ ἐπέδωκεν. Idem ibid.

Ἀντιοχείας ε' ἐπίσκοπος Ἔρως. Idem p. 278.

Ἀλεξανδρείας ὄγδοος ἐπίσκοπος Μαρκιανὸς ἔτη ι'. Idem pag. 279.

Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ι', ΠΙΟΣ, ἔτη ιε'. Idem ibidem.

## NOTÆ.

sententia caret ambiguitate : et fortasse præstat, quod Basnagius facit Hist. Judæor. lib. I c. 19, Eusebium meliorem in partem interpretari, qui in eo certe, quod rei caput est, recte sentit. Par credere est, cœpisse quidem Hadrianum ante Judaicum bellum, vel instaurare Jerosolymam, vel potius aliam prope eam urbem exstruere, et colonos deducere : sed moventibus ea de causa seditionem Judæis, coactum inceptis desistere, nec nisi confecto bello, profligatisque rebellibus, potuisse urbem perficere, ac de suo nomine Æliam appellare. Probabiliorem sententiam hanc reddunt, quæ Dio narrat lib. LXIX. Omnino autem cum Pagio aberrant, qui Æliam ab ipsa sui prima ædificatione urbem nuncupatam volunt. Tantum, quem vocat Eusebius conditum, pro ipsa accipito urbis dedicatione, atque impositione nominis a conditore Ælio : quo sensu verba ejus exponere, aut nihil vetat, aut si quid adhuc criticos movet, certe hanc sibi fuisse mentem, ipse ostendit gesti recensione ad annum Hadriani vigesimum, quo sua imperator Vicennalia celebravit : quam solemnitatem ejusmodi honoribus cumulari solitam, nemo est qui ignoret. De vera nominis Æliæ scriptura, videsis Theod. Rikium ad Tacitum p. 193.

[a] In Parmensi ms. *sulcatus* uno verbo pro *Sus sculptus* legitur, ut et in primo et tertio Palat., teste Schurzfleischio. Huic neque ipsa sana videtur vulgata lectio; non enim capit, qui Sus scalptus significare potuit Romanæ potestati Judæam subjacere. Mallet proinde totum locum ita refigere, *Ælia ab Ælio Hadriano condita. Est in fronte ejus portæ, qua Bethleem egredimur,* S. C. *in marmore prominens, significans Romanæ potestati subjacere Judæos. Nonnulli a Tito, Æliam filio Vespasiani exstructam arbitrantur.* Illud scio, num aliis ejus hæc lectio non ineruditа probabitur. Diffidere certe videtur ipsemet in Curis posterioribus, ubi hæc adjecit : Suem scalptum in muro significasse, Romanæ potestati regionem, ubi erat videndus, subjacere, voluit Jo. Harduinus in Antirrhetico contra Valentem, p. 136, qui id demonstrare nititur e Virgilii Æneid. VIII 43.

[b] Ita etiam Eutropio *major sexagenario* dicitur : impleverat autem annos 62, menses 5, dies 17; mortuus est VI idus Julii, cum regnasset annos 20, menses 11, uno die minus. Cætera confer Spartianum et Dionem, cumque his laudatum Eutropium, nonnihil enim inter se dissident.

[c] Pontacus cum antea supputasset annos Antonini 23, rescribi hic jussit 22. Diximus hac de re ad laterculum nominum imperatorum huic Operi præfixum col. 82. Satius autem erat mensium numerum amplificare, id est, septem pro tribus, et dies viginti : neque enim dubium, quin ab Hadriani morte, Antoniniani imperii initia Eusebius repetierit.

[d] Hæc neque in nostris mss. neque in Scaligeri editione periocha habetur.

[e] Hujus quidem anni coss. Camerino et Nigro, creatus dicitur pontifex Hyginus in Damasi Chronico, isque revera annus cum altero olymp. 229 concurrit. Si tamen recte rationes iniit Blanchinius noster a die 6 Jan. qua episcopatum susceperit, erat ante obitum Hadriani recensendus : siquidem, eo in vivis adhuc agente, sedere cœpit. Annos pontificatus ejus quod spectat, satis recte Eusebius habet : mortuus siquidem fertur quarto exacto anno, die 8 Jan. Anastasium, et antiquos pontificum catalogos, qui menses tres diesque octo superaddunt, ab ejus ordinatione in episcopum tempus supputare, Blanchinius sentit.

[f] In Græco cum ipse Valentinus, sive Valentinianus, tum Cerdo, *magistri* sive antistites Marcionis appellantur. Confer, si libet, Epiphanium, hæres. 46, in eumque Petavii notas.

[g] Differunt hujus editionem libri solido decennio post, Baronius, Valesius, Papebrocius, aliique. Rectius autem multo Scaliger, Petavius, et Pagius ad initia Antonini Pii cum Eusebio referunt, quod et Hermannus Contractus, et Marianus Scotus faciunt, tametsi anno quarto pro tertio imperatoris adscribant. Id ipsum ex Apologiæ titulo Pagius arguit, et quidem antequam Marcus *Cæsar* a Patre nuncuparetur, præsentatam fuisse contendit : aliter incredibile est illi, Justinum, qui tam Marco quam Lucio titulos Cæsareæ dignitati et imperio proconsulari longe inferiores attribuit, Marcum Cæsarem, immo et imperatorem non appellasse.

[h] Optatus, lib. II, atque ex eo Augustinus epist. 53, Pio Anicetum præponunt, quem Hygino volunt successisse : facile autem depravato et mendoso antistitum Romanorum catalogo usi sunt, pari enim scriptores alii omnes consensu cum Eusebio Pium proxime post Hyginum ponunt, ac deinde Anicetum. Dissentiunt vero in ejusdem annis supputandis antiqui libri. Codex Corbeiensis P. Coustantio laudatus 18 tribuit : liber Pontificalis 19 mensesque quatuor, et dies tres : Bucherianus catalogus annos 20,

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 6 | Valentinus hæreticus agnoscitur, et permanet usque ad Anicetum. *Sancitum est a Pio, ut Resurrectio Dominica, die Dominicæ celebretur, quod a pluribus postea pontificibus confirmatum est.* | 145 | |
| | 7 | Mesomedes Cretensis citharœdorum [a] carminum musicus poeta agnoscitur. | 146 | 2160 |
| 231 | 8 | Taurus [b] Berytius Platonicæ sectæ philosophus clarus habetur. | 147 | |
| | 9 | Arrianus Philosophus Nicomediensis agnoscitur, et Maximus Tyrius. | 148 | |
| | 10 | Apollonius Stoicus natione [c] Chalcidicus, et Basilides Scythopolitanus philosophi illustres habentur : qui Veri quoque Cæsaris præceptores fuerunt. | 149 | |
| | 11 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 150 | |
| 232 | 12 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 151 | |
| | 13 | Crescens Cynicus agnoscitur, qui Justino nostri dogmatis philosopho, quia se gulosum et prævaricatorem philosophiæ coarguebat, persecutionem suscitavit, in qua [d] ille gloriose pro Christo sanguinem fudit. | 152 | |
| | 14 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 153 | |
| | 15 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 154 | |
| 233 | 16 | [e] Celadion VIII Alexandrinæ ecclesiæ episcopus præfuit an. 14. | 155 | |
| | 17 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 156 | 2170 |
| | 18 | [f] Cassianus XVII Jerosolymæ episcopatum post Marcum suscepit, post quem XVIII Pu- | 157 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Οὐαλεντινιανὸς ἕως Ἀνικήτου ἐπὶ Ῥώμης ἐγνωρίζετο. Ex Syncell. pag. 279.

Μεσομίδης Κρὴς ποιητὴς νόμων κιθαρῳδικῶν ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Ταῦρος Πλατωνικὸς, καὶ Βηρυτίων ἐγνωρίζετο. Ex eodem ibidem.

Ἀῤῥιανὸς φιλόσοφος Νικομηδεὺς... καὶ Μάξιμος Τύριος ἐγνωρίζοντο.

Ἀπολλώνιος Στωϊκὸς Χαλκηδόνιος, καὶ Βασιλίδης Σκυθοπολίτης· οὗτοι καὶ διδάσκαλοι Οὐηρησίμου Καίσαρος γεγόνασι. Idem ibidem.

Κρήσκης Κυνικὸς φιλόσοφος Ἰουστίνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς φιλοσόφῳ τὸν μαρτυρικὸν συνεσκεύασε θάνατον ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ λιχνότητα Κυνικήν. Sync. p. 279.

Ἀλεξανδρείας θ' ἐπίσκοπος Κελαδίων ἔτη ιδ'. Idem pag. 250.

Ἱεροσολύμων ἑπτακαιδέκατος ἐπίσκοπος Κασσιανὸς. μεθ' ὃν ἑνδέκατος Πούπλιος, ἐννεακαιδέκατος Μάξιμος, εἰκοστὸς Ἰουλιανός· εἰκοστὸς πρῶτος Γάϊος· εἰκοστὸς δεύτερος Σύμμαχος· εἰκοστὸς τρίτος Γάϊος ἕτερος· εἰκοστὸς τέταρτος Ἰουλιανός· εἰκοστὸς πέμπτος Καπίτων [Sync. Ἡλίας]. Ex eodem pag. 279, 280 et seq.

## NOTÆ.

menses quatuor, unum et viginti dies. Colligas vero ex contextu, depravatas ibi numericas notas, et 20 scriptum esse pro 15. Blanchinius electum affirmat Dominica die 9 Aprilis : quod quidem haud video, quam bene cum hypothesi sua cohæreat. Cum enim velit a Paschatis celebratione annos pontificum omnino supputari, hancque fuisse etiam Eusebio regulam observatam, non debuisset ab hoc anno, sed ab insequenti Pii pontificatum auspicari : siquidem electus est post hujus anni Pascha, quod proxime præcedente Dominica die 11 Aprilis juxta Riciolium contigerat. Igitur aut non ea est continuo observata Eusebio regula, aut non satis firmo tibicine nititur. Quæ paulo post Italico descripta sunt charactere, neque in nostris mss. neque apud Scaligerum habentur.

[a] In aliis libris *citharicorum* legitur, ut et penes Scaligerum, qui leviter pronuntiare audet nomen Ποιτὴς imposuisse properanti Hieronymo, ut *Poetam* Mesomedem diceret, quem præcepta scribentem de modulis musicis, sive, non versificatorem, sed auctorem, et modulos musicos facientem debuisset interpretari. Id ipsum in prolegomenis inculcat, et quid essent νόμοι λυρικοί, Hieronymum dicit ignorasse. Quin immo ipse id Scaliger ignorabat : satis certe bene interpretatus est S. Pater, ut Salmasius in notis ad Capitolinum, et Seldenus in commentario ad Marmor. I Arundellianum luculentissime contra ejus critici levitatem evincunt. Νόμοι quidem in re musica dicebantur regulæ sonuum, cantionum, chordarum, etc., quæ cuique musico instrumento propria erat : unde citharæ, νόμοι κιθαρῳδικοί, tibiæ αὐλῳδικοί, atque his similia. Sed et pro ipso cantici genere accipiebantur, ut quæ secundum tales νόμους formata erant, tales νόμοι dicerentur, ad eum ferme modum, quo hora prima, tertia et in sacris psalmodiis dicuntur cantica illa, quæ iis canonicis horis cantantur. Sed videsis laudatos Salmasium et Seldenum, doctissimos Hieronymi vindices, qui nihil ea in re nobis reliquum fecerunt.

[b] In Parmens. ms. *Berutius*, apud Pontacum *Berythius*. Schurzfleischius ait, *Taurus Beritius* in primo Palatino, librarii vitio, *Vericius* vocatur.

A Suidas, ΤΑΥΡΟΣ, Βηρύτιος, φιλόσοφος Πλατωνικὸς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀντωνίου τοῦ εὐσεβοῦς. In eodem *Nicomedensis* vocatur Arrianus, non *Nicomediensis*, prout a Græco ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ formatur ΝΙΚΟΜΗΔΕΥΣ, non ΝΙΚΟΜΗΔΙΕΥΣ.

[c] Capitolinus, Eutropius, Pæanius, aliique *Chalcedonium* eum vocant : quod minime probatur Casaubono in notis ad Antoninum Capitolini (ut etiam rescribi *Chalcidenum* malit, quod fuerit ille philosophus e *Chalcide Syriæ accitus*), probatur autem Sirmondo in notis ad Sidonium pag. 105, quem videsis. Cum Hieronymo *Chalcidicum*, aut *Calchidicum* dicit et Cassiodorus : utique a Calchide, sive Calchedone, ut sæpius in antiquis monimentis scribitur. Pro eo quod sequitur *Veri* nomine Scaliger tresque Palatini mss. habent *Verissimi :* nam quod est in illorum primo *verissime*, mendum est apertissimum. Schurzfleischius reponi ac suppleri mallet, *qui Veri seu Marci*, vel potius, *qui Veri et Marci*, B quod hujus fuerit præceptor Apollonius : in eumque modum, nec sane multo felicioribus auspiciis, etiam Græca penes Syncellum sollicitat. Quæ luxata quidem sunt in Goari editione, atque alia ex parte peccant : nihilosecius palam atque expresse nomen præferunt Οὐερησίμου Καίσαρος : de quibus facere Οὐήρου, ὡσεὶ καὶ Μοῦ, id est Μάρκου, nulla aut ratio, aut veri patitur species. Quin ipse etiam doctus vir in Curis posterioribus rectam putare scripturam *Verissimi* inclinat, tum ex Herodiani testimonio lib. I initio, ubi alter Marci Antonini filius, qui adolescentulus obiit, Βηρίσσιμος nominatur, cum ex his in titulo Apologiæ Justini, καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ, κ. τ. λ.

[d] Adito Eusebium nostrum in Hist. lib. IV, cap. 16, et Valesii notas, qui de tempore, et genere supplicii, quo Justinus affectus est, et Scaliger ignorari dixit, satis luculenter disputat. Vide et Spicilegium Patrum Grabei tom. II.

[e] Huc distulimus, jubente in Curis posterioribus C Pontaco, hanc periocham; quæ in vulgatis plerisque omnibus ad primum præcedentis proxime olympiadis annum refertur.

[f] Eadem Eusebii sunt verba Hist. Eccl. lib. V cap.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | blius, cui succedit XIX Maximus, XX Julianus, XXI Gaianus, XXII Symmachus, XXIII Caius, XXIV Julianus, XXV Capito. | | |
| | 19 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 158 | |
| 234 | 20 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 159 | |
| | 21 | Romanæ ecclesiæ episcopatum X tenet [a] ANICETUS annis 10, sub quo Polycarpus Romam veniens multos ab hæretico errore correxit. | 160 | |
| | 22 | *Antoninus* [b] *Pius suo patrimonio opulentissimus, proprias opes amicis liberalissime tribuit, ærarium vero publicum ditissimum reddidit.* *Antoninus tantæ æquitatis fuit, ut plurimæ nationes depositis armis, suæ solæ sententiæ paruerint.* | 161 | |
| | 23 | Antoninus Pius [c] apud Lorium villam suam, 12 ab Urbe milliario, moritur anno vitæ suæ 77. | 162 | |
| | | *Romanorum XIV, MARCUS ANTONINUS, qui* [d] *et VERUS, regnavit; et L. AURELIUS COMMODUS, annis 19, mense uno.* | | |
| 235 | 1 | Hi primum [e] æquo jure imperium administraverunt, cum usque ad hoc tempus, singuli Augusti fuerint. | 163 | |
| | 2 | Lucio Cæsari Athenis sacrificanti ignis in cœlo ab oriente in occidentem referri visus. | 164 | |
| | 3 | Vologesus [f] rex Parthorum, vicinas sibi Romanas provincias depopulatus est. Fronto [g] orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum Verum Latinis litteris erudivit. | 165 | |
| | 4 | Seleucia [h] Syriæ urbs cum 300 millibus hominum a Romanis capta. | 166 | 2180 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥώμης ἐπίσκοπος ια', ΑΝΙΚΗΤΟΣ ἔτη ιξ'. Ἐπὶ τούτου Πολύκαρπος ἐν Ῥώμῃ πολλοὺς ἐξ αἱρέσεων μετήγαγεν. Syncell. pag. 280.

Ῥωμαίων ιδ, ἐβασίλευσε ΜΑΡΚΟΣ ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἈΝΤΩΝΙΝΟΣ, ὁ καὶ ΟΥΗΡΟΣ, καὶ ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΚΟΜΜΟΔΟΣ, ἔτη ιθ'. Chronic. Paschal. pag. 205.

Λούκιος Καίσαρ ἱερουργῶν ἐν Ἀθήναις, εἶδε πῦρ ἀπὸ δυσμῶν εἰς ἀνατολὴν κατ' οὐρανοῦ φαινόμενον. Syncell. pag. 280.

Οὐολόγεσσος Πάρθων βασιλεὺς τὴν Ῥωμαίων χώραν κατέδραμεν. Idem ibidem.

Φρόντων ὁ ῥήτωρ (ἐγνωρίζετο). Idem pag. 281.

## NOTÆ.

12, tantum quod Γαΐος *Caius* pro *Gaiano* vigesimus A primus, ut et vigesimus tertius appellatur. Postremus in hac serie dicitur Syncello *Elias*, nam Capito apud eum subsequentem vigesimum sextum locum obtinet. Consule autem in eum Eusebii locum Valesii notas, neque ea prætereas, quæ illi reposuit Pearsonius *de success. primor. Romæ episcopor.* cap. 2, pag. 8, et denuo pag. 17.

[a] Recole quæ dicta paulo superius sunt ad Pium, Blanchinii quoque annotationes in Anastasii tom. I, a pag. 105 ad 121, denique Eusebium iterum in Hist. Eccl. l. IV, cap. 12.

[b] Quæ Italico charactere distinximus, ex Eutropio quidem lib. VIII, c. 8, delibata sunt, quibus et paria habet Capitolinus, sed neque ad certum annum pertinent, neque in nostris mss. habentur. Ea pridem Scaliger, utpote ab editoribus temere intrusa, omnino repudiavit.

[c] Lorium, sive Laurium in via Aurelia erat, de quo nemo dubitat. Sed sunt de imperatoris ætate admodum discrepantes sententiæ veterum. Parmensis B ms., nisi si mendum est in numerica nota, solos septuaginta duos, Eutropius, a quo hæc videtur Hieronymus hausisse, in nupera editione septuaginta tres supputat; uno aut altero plus infert Capitolinus, qui repetit ortum imperatoris a Domitiano XII et Cor. Dolabella coss. Hujus autem ratio probatur magis chronologis recentioribus, qui inde annos septuaginta quatuor, et sex menses egisse eum inter vivos, conficiunt. Videtur Hieronymus in eo, quod ob oculos habebat, Eutropii exemplari, pro 73 legisse 77; nam ejusmodi codicum nonnulli etiamnum superant, immo et sunt qui præferunt 78.

[d] Pronuntiat, ut sæpe alias, levissime Scaliger, Marcum Aurelium Antoninum numquam vocatum Verum, sed potius Lucium ejus fratrem. Atqui Eutropius, lib. VIII cap. 9, hoc proprie eum cognomento donat: *Post hunc* (Antoninum Pium) *imperavit Marcus Antoninus Verus.* Paria habet, quem laudamus, Chronici Paschalis auctor, tum sequiores Græ- C ci. Quin isthuc Marco Aurelio, cujus patri, avo, et proavo nomen idem fuit Annius Verus, haud minus recte conveniebat, quam Lucio, qui non germanus ejus erat, sed tantum adoptione frater.

[e] Eutropius, lib. VIII cap. 9: *Tunc primum Romana respublica duobus, æquo jure imperium administrantibus, paruit, cum usque ad eos singulos semper habuisset Augustos.* Et Capitolinus in Ælio Vero: *Verus cum Marco æquale gessit imperium: nam ipsi sunt qui primi duo Augusti appellati sunt, et quorum Fastis Consularibus sic nomina præscribuntur, ut dicantur non tantum duo Antonini, sed duo Augusti: tantumque hujus rei et novitas et dignitas valuit, ut Fasti Consulares nonnulli ab his sumerent ordinem consulum.*

[f] Cœperat ferme ante biennium Vologesus vastare Armeniam, Syriamque. Notare adeo Eusebius videtur id temporis, cum ad ejus reprimendos impetus, Armeniæ rex est impositus M. Aurelius Soemus: id quod recte in hunc annum incidere, ex Dione cognosces.

[g] Idem putatur, quem A. Gellius laudat. Eum tradit Capitolinus in Marco cap. 2 fuisse ab Augusto honoratum *extraordinario consulatu.* Vide Ausonium ad Gratian., Minucium quoque Felicem cap. 9 et 31, denique et Gatakerum ad M. Antonini lib. I.

[h] Rescripsimus *Assyriæ* pro *Syriæ* ex antiquis codicibus, quos Pontacus laudat, editione Scaligeri, et monito Casauboni in notis ad Verum Capitolini. Re etiam vera ita ipse habet Eutropius, ex quo locus iste descriptus est. Quamquam dissidet noster immane quantum in captivorum numero: Eutropius enim in nupera editione juxta emendationem Sylburgii, *cum quadraginta millibus hominum* præfert, ut et interpres ejus Pæanius μετὰ τετρακισμυρίων στρατιωτῶν. Olim tamen erat, ut et Scaliger legit, *cum quadringentis;* sed et *quingentis* legere est in aliis codd.; quæ varia scriptura lectum subindicat hoc quoque Hieronymi, *cum trecentis.* Schurzfleischius, ait, in primo Palatino ms. est, *Seleuciæ Asiæ urbs;* non recte. Editiones habent, *Seleuciæ Syriæ urbs:* scilicet, ut Seleucia illa sit ἡ περὶ τῇ ἐν Συρίᾳ Ἀπαμείᾳ ΣΕΛΕΥΚΟΣ. Jam olim Casaubonus ad Capitolini Verum notavit, legendum esse, *Seleuciæ Assyriæ urbs.* Inde ταχυγράφοι *Seleucia Asiæ* oscitabundi excogitarunt. Ammianus Marcellinus lib. XXIV cap. 6 *Seleuciam hanc, ambitiosum opus Nicatoris Seleuci,* vocat. Atqui non Seleuciam Assyriæ, sed Ciliciæ, a Seleuco Nicatore nomen accepisse, voluit Stephanus.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | Isauriæ profluvio ventris exstinctus est, anno ætatis 63, mense 9, die 4. Ossa ejus in urnam auream collata, et in foro sub columna posita: solusque omnium intra Urbem sepultus est. | | |
| | *Romanorum XII, HADRIANUS* [a] *regnavit an.* 21. | | |
| 224 | 1 Hadrianus Italicæ [b] in Hispania natus, consobrinæ Trajani filius fuit. | 119 | |
| | Hadrianus Alexandriam [c] a Romanis subversam publicis instauravit expensis. | | |
| | Hadrianus [d] Trajani invidens gloriæ, de Assyria, Mesopotamia, Armenia, quas ille provincias fecerat, revocavit exercitus. | | |
| | 2 Hadrianus [e] Judæos capit secundo contra Romanos rebellantes. | 120 | |
| | Senatus Trajanum in deos refert. | | |
| | Hadrianus [f] eruditissimus fuit in utraque lingua, sed in puerorum amore parum continens fuit. | | |
| | Hadrianus reliqua tributorum [g] urbibus relaxavit, chartis publice incensis: plurimos etiam ipsis tributis liberos præstitit. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων ιβ', ἐβασίλευσεν ΑΙΛΙΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΣ ἔτη κα', Chron. Pasch. pag. 202.

Τραϊανὸν ἡ Σύγκλητος θεὸν ἐψηφίσατο, Syncell. pag. 277.

Ἀδριανὸς χρεῶν ὀφειλὰς τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων ἀνηκούσας τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀπέκοψε, καύσας τοὺς χάρτας. Ὁ αὐτὸς Ῥωμαίοις φόρους πολλοὺς ἐχαρίσατο. Syncell. ibidem.

## NOTÆ.

Xiphilini, atque aliorum, altera de Seleucia Isauriæ, quæ unius est, quantum recordor, Eutropii, ex quo reliqua hujus periochæ verbo tenus descripta sunt. Cæterum de Trajani ætate, ut notatum est etiam Schurzfleischio, non convenit inter auctores. Xiphilinus annos supputat 60, menses 10, dies 24; Dio annos 61, menses 6, dies 15; repetit enim imperii initium ab ætatis an. 42; Eutropius 62, menses 9, dies 4. His solidum annum adjiciunt Eusebius, sive Hieronymus. Sextus Aurelius Victor 64, Chronici Paschalis auctor 65, Malala 66. Pagio prior Xiphilini supputatio probatur unice. Ms. Parmensis ferme cum Eutropio *collocata* legit, pro *collata*, plusque habet mox, *intra urbem in foro sepultus:* quasi voluerit docere auctor, soli concessum fuisse Trajano, non intra urbem modo, sed medio in foro sepeliri; alioqui enim certis antiquorum testimoniis, multos fuisse ante Trajanum sepulcri intra Urbem privilegium consecutos, compertum est.

[a] Utique a Trajani morte, quæ anno primo olympiadis 224 die decima Augusti contigit, tametsi per aliquot dies occultata est, Hadriani imperii initia repetenda sunt. Hic vero annus cum æræ Christ. 117 et sequenti ex parte concurrit: quare pergit peccare nonnihil Eusebius in temporum comparatione. Scaliger autem solitum errorem contra Eusebii rationes errat, initia Hadriani componens cum Christi 117, et nihilosecius Eusebium de biennii prochronismo reprehendens.

[b] Immo Romæ natum dicit Spartianus cap. 1, in quem locum videsis Casauboni notas. Parentes quidem ejus ex Italica Hispaniæ erant: sed tum fortasse, cum hic natus est, rationum suarum causa Romæ agebant. Hieronymus hæc abs Eutropio l. VIII, c. 6, desumpsit.

[c] Pernegat Scaliger, Romanos evertisse umquam Alexandriam: quod nemo umquam ejus cladis meminerit. Quin immo tantum, inquit, abest, ut eam urbem eversam Hadrianus sublevarit, ut cum florentissimam deprehendisset, vetera privilegia illi reddiderit, nova insuper addiderit. In quam rem laudat ipsius Hadriani epistolam ad Severianum apud Fl. Vopiscum in Saturnino. Attamen non id satis esse causæ arbitror, cur fidem auctori nostro denegemus, neque enim nunc demum est quod discimus ab eo novi aliquid, et vel conticentibus qui supersunt, vel qui antea prodiderant, scriptoribus jam deperditis, de re cognoscimus. Alioqui licebit etiam corruptum suspicari jamdiu olim Græcum textum qui de Ἰουδαίοις fortasse pro Ῥωμαίοις contra Alexandrinos insurgentibus dixerit: certe cum apud Syncellum nihil sit quod huic periochæ respondeat: est tamen ejus utique loco notatum de Alexandrinis civibus, quos Hadrianus a tumultuantibus Judæis vindicarit.

[d] Confer Eutropium, si libet, loco dudum laudato, unde hæc Hieronymus, et laudatus quoque Scaligero Sextus Rufus descripsit. Facit cum his etiam Dio; sed Spartianus consilium istud Hadriani ponit in laudis parte. Ex his autem probe tempus convenire intelligimus, provincias enim illas dimisit Hadrianus, cum esset Antiochiæ Romam profecturus, ne relinqueret sibi hostem a tergo.

[e] Hoc nimirum anno, quidquid Scaligero videatur, per Tinium Rufum Judææ præsidem, ut Petavius et Blanchinius observant. Idipsum luculentissime S. Hieronymus in commentario in Danielem cap. IX, sub finem, tradit: *Quo mortuo* (Vespasiano), *transactis septem hebdomadis, id est annis quadraginta novem, et quo postea de ruinis Jerusalem urbs Ælia condita est, rebellantes Judæos, Tinio* (alibi ita ferentibus mss. lectum est *Timo*) *Rufo magistro exercitus pugnante, superavit*. Plura dicemus hac de re infra ad annum Hadriani octavum, quo loco et faciemus Scaligeri objectionibus satis.

[f] Rectius, observante Scaligero, hoc pertinebat ad titulum primi anni. Confer Cedrenum in Comp. pag. 197.

[g] Perperam habet Scaliger *tributorum Urbis*, perinde atque de Romæ tributis, non provinciarum, sermo esset, nec bene addit in Græcis post πόλεων verbum; καὶ πολιτῶν, quæ tamen ab interpolato e Cedreno accepit. Impressæ lectioni calculum addunt pari consensu quibus utimur mss., tum Cassiodorus, denique omnium luculentissime vetus collectio Chronicorum ex Thoromacho, ubi *tributa urbium plurimarum relaxavit*. Rem ipsam quod pertinet, videndus omnino Salmasius in notis ad illa Spartiani p. 4: *Ad colligendam autem gratiam nihil prætermittens* (Hadrianus) *infinitam pecuniam, quæ fisco debebatur, privatis debitoribus in Urbe, atque Italia, in provinciis vero etiam ex reliquiis ingentes summas remisit, syngraphis in foro Trajani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis*. Nec prætermittendum quod Scaliger hujus occasione loci pulcherrimum exemplum indictionis apud Dionem lib. LXIX observat, ubi dicitur Hadrianus, remisisse tributa *præstituto tempore annorum sedecim*, ἑκκαιδεκαετῆ ὁρίσας χρόνον, ἀφ' οὗ τε καὶ μέχρις οὗ τηρηθήσεσθαι τοῦτο ἔμελλεν, *unde et quousque hoc observari vellet*. Spatio scilicet annorum sedecim: tot enim anni sunt ab indictione ad indictionem inclusive, ita ut sextus decimus annus sit principium secundæ indictionis, quo sensu eam vocat ἑκκαιδεκαετῆ χρόνον; quemadmodum quintus annus est principium secundæ olympiadis. Ac-

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | Romanæ Ecclesiæ episcopatum VI tenet [a] SIXTUS annis 10. | | |
| | 3 Plutarchus Cheronæus, et Sextus, et Agathobolus, [b] et OEnomaus philosophi insignes habentur. | 121 | |
| | Alexandrinæ Ecclesiæ [c] V constituitur episcopus Justus annis 11. | | |
| | Bellum [d] contra Sauromatas gestum. | | |
| | 4 Terræmotu facto [e] Nicomedia ruit, et Nicænæ urbis plurima eversa sunt: ad quarum instaurationem Hadrianus de publico est largitus impensas. | 122 | |
| | Euphrates [f] Stoicus philosophus moritur. | | |
| 225 | 5 Hadrianus in [g] Libyam, quæ a Judæis vastata fuerat, Colonias deducit. | 123 | |
| | 6 Hadrianus [h] Atheniensibus leges petentibus ex Draconis et Solonis, reliquorumque libris jura composuit. | 124 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων. ἐπίσκοπος ϛ' Ξύστος ἔτη θ' Ex Syncell. pag. 277.

Πλούταρχος Χαιρωνεύς... Σέξτος φιλόσοφος, καὶ Ἀγαθόβουλος, καὶ Οἰνόμαος ἐγνωρίζοντο. Idem p. 278.

Ἀλεξανδρείας ϛ' ἐπίσκοπος Ἰοῦστος ἔτη ι'. Idem ibidem.

Σαυρομάται κατεπολεμήθησαν. Idem ibidem.

Ἀδριανὸς Νικομήδειαν σεισμῷ καταπτωθεῖσαν, καὶ Νικαίαν πόλιν Βιθυνίας χρήμασιν ἀνεστήσατο. Syncell. pag. 277.

Ἀποικίαν εἰς Λιβύην ἐρημωθεῖσαν Ἀδριανὸς ἔπεμψεν. Idem pag. 278.

Ἀδριανὸς Ἀθηναίοις ἀξιώσασιν ἐκ τῶν Δράκοντος καὶ Σόλωνος νόμους ἐπισυνέταξε. Idem p. 277.

## NOTÆ.

cedit quod eo anno decimo sexto, ut Pagius ex laudato Dionis lib. LXIX observat, Hadrianus sua erat Quindecennalia celebraturus. Cætera nihil moramur, quæ huc multa a Scaligero contra Hieronymianam interpretationem congesta sunt: quandoquidem cum eo pedem Salmasius contulit, et quod erat nostrarum partium, strenue præoccupavit. Placent ejus cum primis isthæc: Mirum est, Hieronymum, quod erat in Græco Eusebii, καὶ Ῥωμαίοις φόρους πολλοὺς ἐχαρίσατο, Romanorum nomen suppressisse, et vertisse, *plurimos tributis liberos fecit*. Non dubium est, quin Eusebius, vel auctor unde Eusebius sumpsit, per Ῥωμαίους cives urbanos et Italicos intellexerit: per πόλεις vero, καὶ πολίτας, provincias et provinciales. Nam sub Hadriano adhuc observabatur illud discrimen inter cives Romanos, et provinciales, quod postea sublatum est lege Antonini Pii, qua civitas omnibus data. D. Hieronymus, cum ad ætatem suam respiciens, sciret omnes cives esse Romanos, in versione Eusebii *plurimos* pro Romanis posuit, cum satis de Romanis dictum putaret illis verbis, *tributa urbibus remisit*. Nam utique urbes illæ erant Romanæ: cur igitur opus repetito, *Romanis tributa indulsisse?* Notanda et hæc differentia apud Eusebium in Græcis, urbibus quidem, id est provinciis, reliqua tributorum remissa. Ita enim recte vertit Hieronymus, τῶν χρεῶν ὀφειλάς. Romanis vero, quod de civibus interpretor, tributa ipsa remissa: nam hoc in futurum, illud in præteritum. Cætera apud eum recolas etiam per subsequentes ibi tres notas.

[a] Recole quæ dicta superius sunt de Alexandro. Blanchinius a superiore anno, die 7 Junii, Sixti Pontificatum auspicatur.

[b] Quod queritur Scaliger, omissum in Græcis culpa Georgii aut librarii OEnomaum, decurtato, quo utebatur, apographo tribuendum erat, ut ex his quæ laudamus nos, liquet. Fallitur et in eo vir doctissimus, quod ait, non posse hunc esse eumdem OEnomaum cum Gadarensi Cynico, cum sit plane idem, et sub Hadriano floruerit, ut ex ipsis, quos laudat ille, scriptoribus Suida et Socrate lib. III c. 23, tum aliis, puta Eusebio Præp. Evang. lib. V et VI, Juliano imp. orat. 7, Nicephoro lib. X cap. 36, Theodorito Therapev. 6 et X, compertum est. Vide Jonsium hac super re Hist. Phil. pag. 245.

[c] Omissa perperam hæc est a Scaligero periocha, quæ et in plerisque mss. æque atque editis libris habetur, et ad Eusebianum contextum omnino pertinet. Variant vero iidem libri in annorum, per quos dicitur sedisse, numero; primus enim Palatinus solos decem, ut et Syncellus, quem laudamus, et Nicephorus: tertius uno adhuc minus sive novem

A dumtaxat ascribunt. Faciunt vicissim cum Pontaco Parmensis ms. et vetustiores editiones Sichardi, Miræi, atque aliorum. Præterea *Justinus* pro *Justus* abs Nicephoro appellatur.

[d] Non bene in sequentem annum 4 Hadriani bellum hoc alii transferunt: in quam videtur sententiam Blanchinius quoque noster concessisse, cum idem tamen gestum, pacemque cum Sarmatis ac Roxollanis pactam, ipsemet haud satis sibi bene constans, biennio ante ex Petavii rationibus ascripsisset. Et est revera prior ad fidem doctissimi Jesuitæ opinio, quæ et Spartiani nititur auctoritate, asserentis anno imperii altero, qui est æræ Christ. 118, Hadrianum circa autumnum profectum esse in Mœsiam, et quos parabat armis reprimere, Sarmatas pace sibi conciliasse. Sed nec prætereundæ, quas Pagius init rationes num. 3. Scaliger illud quod in Græcis est κατεπολεμήθησαν, haud recte verti abs Hieronymo *bellum gestum*, notat; ita vero scriptum ab Eusebio fuisse, quo auctore novimus?

B [e] Contra veterum codicum ipsiusque fidem historiæ legit Scaliger, *et vicinæ urbes plurimæ eversæ sunt*. Parmensis utique, et tres quos Schurzfleischius laudat codices Palatini, vetustioresque editi libri impressam lectionem veram unice comprobant: comprobant et Græca quæ ex Syncello laudamus: Nicephorus item, qui Nicæam et Nicomediam ab Hadriano instauratas memorat. Denique et familiaris hæc est, quod etiam Schurzfleischius observat, locutio Hieronymo, ut est illud, *plurima Babyloniæ urbis instaurans*, atque his similia passim. Cætera videsis Chronic. Paschal. pag. 203.

[f] Ex Dionis lib. LXIX, ubi eodem anno quo Romæ ludos natali suo edidit Hadrianus, mortem sibi conscivisse veneno Euphrates refertur, colligere est, biennio ferme serius ab Eusebio recenseri: Scaliger solidi eum peccare quadriennii metachronismo contendit. Res pendet a certa itineris Hadriani epocha, de qua tantopere disputatum est. Videsis Pagium et C Tillemontium ad tertium ejus imperatoris annum, et nota 5 in ejus Vitam. Adde et Fabricium ad proœmium Eunapii.

[g] Id ipsum, quod historiam æque atque tempus spectat, confirmat Blanchinius nummorum apud Mediobarbum suffragio.

[h] Consentiunt fere Eusebio in temporis notatione Petavius et Pagius, duo chronologiæ lumina. Blanchinius noster Hadriani profectionem Athenas, serie ejus itineris intermissa, in alterum ab hoc annum differt. Eo autem imperator identidem rediit, bisque ibi hyemem exegit. Vide Pagium.

| *Olymp.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|
| | 7 Cephisus fluvius Eleusinam inundavit, quem Hadrianus ponte conjungens, Athenis hiemem exegit. | 125 | |
| | 8 Jerosolymis [a] X post Philippum constituitur episcopus Seneca, post quem XI Justus, cui successit XII Levi, post quem XIII Ephres, XIV Joses, XV Judas. Hi omnes usque ad eversionem, quam ab Hadriano perpessa est Jerusalem, ex circumcisione episcopi præfuerunt. | 126 | 2140 |
| 226 | 9 Hadrianus sacris [b] Eleusinæ initiatus, multa Atheniensibus dona largitus est. Quadratus [c] discipulus apostolorum, et Aristides Atheniensis noster philosophus, libros pro Christiana religione Hadriano dedere compositos. Et Serenus Granius legatus, vir apprime nobilis, litteras ad imperatorem mittit, iniquum esse dicens, clamoribus vulgi innocentium hominum sanguinem concedi, et ullo crimine, nominis tantum et sectæ reos fieri. Quibus commotus Hadrianus Minutio Fundano proconsuli Asiæ scripsit, sine objectu criminum Christianos non condemnandos. Cujus epistolæ usque ad nostram memoriam durat exemplum. | 127 | |
| | 10 Imperator Hadrianus [d] Pater Patriæ appellatur, et uxor ejus Augusta. | 128 | |
| | 11 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 129 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ὁ αὐτὸς χειμάσας εἰς Ἀθήνας... γεφύρωσεν Ἐλευσῖνα κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ Κηφίσου ποταμοῦ. Syncell. pag. 277.

Ἱεροσολύμων δέκατος ἐπίσκοπος Ἐνέκας, ἑνδέκατος Ἰοῦστος, δωδέκατος Λευίς, τρισκαιδέκατος Ἐφραίμ, τεσσαρεσκαιδέκατος Ἰωσήφ, πεντεκαιδέκατος Ἰούδας. Καθ' ὃν ἐπὶ Ἀδριανοῦ τελεία καὶ ἐσχάτη γέγονε τῆς πόλεως... ἅλωσις, κ. τ. λ. Idem pag. 2.8 et 279.

Ἀδριανὸς μυεῖται τὰ Ἐλευσίνια, κ. τ. λ. Idem pag. 278.

Κοδράτος ὁ ἱερὸς τῶν Ἀποστόλων ἀκουστὴς Αἰλίῳ Ἀδριανῷ τῷ αὐτοκράτορι λόγους ἀπολογίας ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπέδωκεν... τούτῳ καὶ Ἀριστείδης Ἀθηναῖος φιλόσοφος ὑπὲρ Χριστιανῶν ἀκόλουθα τῷ αὐτοκράτορι προσεφώνησεν Ἀδριανῷ, ἅπερ δεξάμενος ὁ Καῖσαρ σὺν τοῖς παρὰ Σερένου λαμπροτάτου ἡγουμένου, ὡς ἄδικον εἴη κτείνειν γράψαντος Χριστιανοὺς ἀκρίτως, ἐπὶ μηδενὶ τῶν ἐγκλημάτων, γράφει Μινουκίῳ Φουνδάνῳ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας, Ἀδριανὸς μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλημάτων καὶ κατηγορίας. Syncell. pag. 277.

Ἀδριανὸς πατὴρ πατρίδος, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Σεβαστὴ ἀνηγορεύθη. Idem p. 278, et Chron. Pasch. p. 203.

## NOTÆ.

[a] Scaliger (quod velit excisam penitus Jerosolymorum urbem sub Tito, ut ne casam quidem et humile superficium ei liceret solo immoliri, postquam aratrum muris impressum fuit) successionem istam et nomina episcoporum Ecclesiæ Jerosolymitanæ in dubium revocat: certe quidem eos pernegat Jerosolymis constitisse. Porro in consequentibus satis prolixe contra eam veterum aliquot Patrum sententiam disputat, ipsiusque Eusebii, et maxime Hieronymi in commentariis in Zachariam et Joelem, qui non plane dirutam fuisse urbem, sed partem ejus quamdam (Hieron. dimidiam) superfuisse dicunt, quæ demum fuerit ab Hadriano expugnata. Cui quidem sententiæ obstare videtur omni major exceptione Josephus lib. VII de Bello cap. 1, asserentis, tribus exceptis turribus, et parte muri ab occidente, totam fuisse funditus eversam civitatem et templum. Sed non ideo erat eorum omnis elevanda auctoritas, siquidem et cum Josepho, si verba ejus et mentem penitius inspexeris, venire in concordiam possunt. Ait enim ille relictas a Tito ad Jerosolymorum custodiam integram legionem decimam, nonnullasque alas equitum et peditum cohortes. Hæc supra sex hominum millia erant, quibus sane excipiendis et multas domus superfuisse, credendum est (præter tres illas turres, quæ cæteris eminebant, Phasaelum, Hippicum, Mariamnem), et sustentandis alios non defuisse ibi qui agerent, eisque vitæ necessaria suppeditarent. Et ruinis præterea illis incubare senes aliquot et feminas, a quibus nihil esset metuendum, Titum permisisse, idem auctor est. Colligere autem hinc licet, permissos deinde alios atque alios eo regredi, ibique agere, instauratis sibi domibus: quod si per annos plusquam 60 continues (tantum enim temporis ab illo excidio ad postremum sub Hadriano interest) excrevisse eos intelliges in ingentem summam, ac civitatem, maxime cum patrii soli omnium longe cupidissima natio illa sit, a quo demum, atque ea de causa, prohibita est Hadriani edicto. Denique Appiani in Syriacis, ubi suis demum temporibus urbem Jerosolymorum non ita pridem instauratam, tradit fuisse ab Hadriano deletam: Οὐεσπασιανὸς αὖθις οἰκισθεῖσαν κατέσκαψεν, καὶ Ἀδριανὸς ἐπ' ἐμοῦ: hujus, inquam, contemporanei auctoris testimonio reponi quid possit non video: et subridiculum est, quod Scaliger putat auctoritatem elusisse, cum ait, multa hujusmodi fabulosa attexta fuisse illi libro Appiani: quod si non assuta ea sunt, valde infantem eum fuisse in historia. Nec satis utrumque commode atque expedite: sed neutrum ad faciendam fidem. Enimvero fuerunt ad id usque temporis Hebræi magno numero Jerosolymis, et Christianorum ex circumcisione cum primis Ecclesia: neque potest hac saltem ex parte episcoporum catalogus revocari in dubium. Alias, quibus urgetur difficultatibus, expediit perquam erudite Basnagius in Hist. Eccles. lib. I, quem videsis. Jam vero quod nomina ipsa pertinet, pro *Seneca*, quemadmodum vocatur iterum ab Eusebio Hist. Eccles. lib. IV cap. 5, penes Syncellum est *Henecas*. *Ephres*, Nicephoro *Ephrem* appellatur, Syncello *Ephraim*: pro *Joses* in Græco ipsius quoque Eusebii, et apud Epiphan. in Hæres. Manichæor. est Ἰωσήφ, *Joseph*.

[b] Dicemus hac de re uberius post septimum ab hoc annum.

[c] Hoc scilicet anno, quo Hadrianus Augustalis imperii sui Decennalia in antecessum, ut Pagius observat, celebravit: erant enim exeunte decennio, non ineunte celebranda. Videsis eruditissimum chronologorum in Critic. ad Baron. hoc anno num. 3. Cæterum notissima historia est. Scaliger *Grannianus* legi debere pro *Granius*, pronuntiat.

[d] Ad eumdem, quem diximus modo, annum Hadriani imperii decimum ineuntem gestum hoc spectat: siquidem eorumdem occasione decennalium, a senatu Pater Patriæ salutatus est, ejusque uxor Sabina, Augusta. Eum tamen titulum imperator a Provinciis antea jam obtinuerat, ut e nummis compertum est. Consule rursus Pagium loco laudato.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 12 | Romanæ ecclesiæ episcopatum VII suscepit [a] TELESPHORUS annis 11. | 130 | |
| | | Antiochiæ constituitur IV episcopus Cornelius. | | |
| | | Nicopolis [b] et Cæsarea terræmotu conciderunt. | | |
| 227 | 13 | Antinous puer [c] egregius eximiæ pulchritudinis, in Ægypto moritur, quem Hadrianus diligenter sepeliens (nam in deliciis habuerat) in deos refert, ex cujus nomine etiam urbs appellata est. | 131 | |
| | 14 | Alexandrinæ ecclesiæ VI episcopus præfuit [d] Eumenes annis 13. | 132 | |
| | | Templum [e] Veneris ab Hadriano Romæ factum. | | |
| | 15 | Salvius Julianus [f] perpetuum composuit edictum. | 133 | |
| | | Hadrianus Athenis hiemem exigens, Eleusinam [g] invisit. | | |
| | | Hadrianus, cum insignes et plurimas ædes Athenis fecisset, agonem edidit, bibliothecamque miri operis exstruxit. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ὄγδοος Τελεσφόρος ἔτη ι'. Sync. pag. 278.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος τέταρτος Κορνήλιος. Idem ibidem.

Νικόπολις καὶ Καισάρεια σεισμῷ κατεπτώθησαν. Idem ibidem.

Ἀδριανὸς κτίζει τὴν Ἀντινόου τῆς Θηβαΐδος. Chron. Pasch. pag. 203.

Ἀλεξανδρείας ἕβδομος ἐπίσκοπος Εὐμενὴς ἔτη ιγ'. Syncell. pag. 278.

Ἀδριανὸς παραχειμάζων ἐν Ἀθήναις μυεῖται τὰ Ἐλευσίνια. Ἔνθα καὶ ἦξεν ἀγῶνα ἐπισκευάσας πολλὰ τῷ τόπῳ, καὶ βιβλιοθήκας συστησάμενος. Idem ibid.

## NOTÆ.

[a] Dicitur in antiquis catalogis Telesphorus electus Romæ episcopus Titiano et Gallicano coss., qui annum designant proxime superiorem Hadriani imperii. Quin etiam præcessor ejus Sixtus martyrium obiisse comprobatur die 3 Aprilis, ejusdemque mensis die 7 Telesphorus substitutus, et die 14 Dominicum Pascha celebrasse. Pagius Sixti mortem, et Telesphori electionem præcedenti, Hadriani decimo, assignat.

[b] Corrupte legit in Græcis Scaliger Νικομήδεια: quæ et negotium ei facessit in notis lectio. Confer Chronicon Paschale, et Ducangium ibi.

[c] Parmensis ms. cum Scaligero et plerisque libris aliis *puer regius* pro *egregius*, et mox *vehementer deperiens* pro *diligenter sepeliens* legit. Hadrianus urbem, quam tunc voluit nominari *Antinoopolin*, sive *Antinoon*, ante aliquot annos in Ægypto condiderat. Recole quæ alibi notata nobis sunt ad lib. de Viris Illustrib. in Hegesippo, et cum primis Salmasii notas in Spartianum pag. 37 et 41. Tempus probe convenire, confirmat Blanchinius noster ex Norisiana Syromacedonum epocha.

[d] Pro arbitrio suo Scaliger *Eumenis* nomen, quo hic Alexandriæ episcopus appellatur in libris plerisque omnibus tam editis quam mss. Parmensi et tribus Palatinis, mutat in *Hymenæum*, et in Græco etiam, contra exemplarium Syncelli, et Nicephori fidem, Ὑμεναῖον rescribit.

[e] Minimo minus reposuissem cum Scaligeri editione, *Templum Romæ, et Veneris in Urbe factum:* nisi obstitissent vetustiores editi, et quibus utimur mss. libri: e quibus unus Parmensis verbis *sub Adriano* pro *ab Adriano* tantum ab impressa lectione abludit. Alioqui certum est, ipsiusmet Romæ numini, seu Romæ æternæ, et Veneri templum dedicatum: nam et ejus occasione mutari voluisse imperatorem festi Palilium nomen in τὰ Ῥωμαῖα, auctor Athenæus est, et in nummo apud Mediobarbum testatur titulus ejusmodi, URBS ROMA ÆTERNA S. C. Confer porro Dionem lib. LXIX.

[f] Meminit Eutropius quoque lib. VIII cap. 17, *Salvii Juliani, qui sub divo Adriano perpetuum composuit edictum:* quo nomine indicari volunt jus prætorium, quod cum antea varie inconditeque a prætoribus promereretur, Hadrianus in unum corpus comprehendi jusserit, et pro his, quæ nisi durante cujusque prætoris magistratu, vim habebant, unum edictum componi, quod esset omnibus legis instar, et ex quo omnes in posterum prætores perpetuo jus dicerent. Videsis œconomiam edicti perpetui a Pitteo adornatam, atque editam a Jacobo Gothofredo et aliorum A in edictum commentariis: fragmenta etiam quæ Ranchinus vulgavit: denique Bertrandum, et Grotium in Vitis ICtorum, et Menagii Amœnitates Juris cap. 27, etc.

[g] Rescribendum omnino est *Eleusina*, vel *Eleusinia*, id est, mysteria: neque enim, ut ante nos monuit Salmasius, credibile est, Hieronymum nescivisse distinguere inter τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τὰ Ἐλευσίνια. Diximus hac de re alias ad librum de Illustribus Viris in Quadrato. Alii etiam ante nos docuerunt, quid sit Eleusina invisere, et quid ab initiari Eleusinis differat: hoc quippe est prima mysteria accipere, illud in sacrarium admitti καὶ ἐποπτεύειν, *sacra invisere, et epopta fieri*. Inter utramque cæremoniam quinquennii saltem spatium intercedebat κατὰ νόμους. Neque adeo dubitandum videtur, quin Eusebius, sive Hieronymus utramque ab Hadriano observatam voluerint indicare, μύησιν, inquam, καὶ ἐπόπτευσιν, qui post sexennium ab illa initiatione, hujus suscepta mysteria memorant. Scio aliter persuasum fuisse B magno Salmasio, qui sentit Hadrianum μυστικοὺς illos νόμους minime observasse, sed simul et semel μυηθῆναί τε καὶ ἐποπτεῦσαι, exemplo Demetrii, cui ab Atheniensibus id ipsum privilegio quodam concessum narrant Græci. Ad hæc nec Dionem, nec Spartianum quidquam de iterata ac repetita Hadriani initiatione scribere, qui tamen videntur variasse in notatione temporum τῆς μυήσεως: Eusebium autem, vel Hieronymum, cum diverse notatum ab auctoribus tempus illud invenisset, id ita accepisse, quasi primo quidem tempore, quo imperator Athenis fuit, initia tantum suscepisset, καὶ τὰ μυστικὰ, deinde vero cum sexto anno Athenas reviseret, τὰ ἐποπτικὰ sumpsisset: atque ita voluisse auctorum dissidium conciliare. Ita ille, sed non satis equidem bonis, ut dicebamus, argumentis: nam Demetrii exemplum quod attinet, alia illi fuit initiationis utriusque uno tempore accipiendæ causa: eratque, ut mihi videtur, contra atque Salmasius facit, inferendum ex hoc C ipso, quod ei regi, aut Marco etiam Antonino concessum privilegium auctores memorant, non fuisse cur sibi vellet Hadrianus concedi: neque enim id, qui ejus gesta prosecuti sunt, tacuissent. Spartianus autem et Dio tantum abest, ut diversa illa temporis notatione fucum Eusebio aut Hieronymo fecerint, ut ipsorum maxime sententiam confirment. Spartianus enim, qui, ipso minime diffitente Salmasio, in primam Hadriani profectionem Athenas tempus μυήσεως conjicit, *sacra INITIA eum suscepisse* dicit, quod primam utique initiationem significat: Dio autem, qui contulit in secundam, τῆς Ἐποπτεύσεως vocabulo

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 16 | Judæi in arma versi Palæstinam [a] depopulati sunt, tenente provinciam Tynio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Hadrianus misit exercitum. Phavorinus et Polemon rhetores insignes habentur. | 134 | |
| 228 | 17 | Basilides hæresiarches in Alexandria [b] commoratur, a quo Gnostici. Barcochebas [c], dux factionis Judæorum, nolentes sibi Christianos adversum Romanum militem ferre subsidium, omnimodis cruciatibus necat. *Quadragesimale jejunium a Telesphoro per hoc tempus institutum, ac præceptum, quidam scribunt.* | 135 | |
| | 18 | Bellum Judaicum, quod in Palæstina gerebatur, finem accepit, [d] rebus Judæorum penitus oppressis. Ex quo tempore etiam introeundi eis Jerosolymam licentia ablata, primum Dei nutu, sicut prophetæ vaticinati sunt, deinde Romanis interdictionibus. Jerosolymis primus ex gentibus constituitur episcopus Marcus, cessantibus his, qui fuerant ex Judæis. | 136 | 2150 |
| | 19 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 137 | |
| | 20 | Ælia ab Ælio Hadriano [e] condita, et in fronte ejus portæ, qua Bethleem egredimur, | 138 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀδριανὸς κατὰ Ἰουδαίων ἀποστάντων στοάτευμα ἐξέπεμψε, καταδραμόντων τῶν Ἰουδαίων ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Λιβύης μετὰ πολλοὺς πολέμους· ἡγεῖτο δὲ τῆς Ἰουδαίας Τίννιος Ῥοῦφος, κ. τ. λ. Syncell. pag. 278.

Φαβουρῖνος καὶ Πολέμων ὁ ῥήτωρ ἐγνωρίζοντο. Idem ibidem.

Βασιλείδης αἱρεσιάρχης Ἀλεξανδρεὺς, ἀφ' οὗ οἱ Γνωστικοί. Ex Scaligeri Collectaneis.

Τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως Χοχεβάς τις ἡγούμενος τοὺς Χριστιανοὺς ποικίλως ἐτιμωρήσατο μὴ βουλομένους κατὰ Ῥωμαίων συμμαχεῖν. Syncell. pag. 278.

Ἰουδαῖοι κακῶς ἀπήλλαξαν· καὶ ὁ πρὸς αὐτοὺς πόλεμος πέρας ἔσχεν. ἁλόντων Ἱεροσολύμων τὸ ἔσχατον (ὡς μήτε λίθον ἐπὶ λίθον ἀφεθῆναι), κατὰ τὴν θείαν φωνήν· ἔνθεν εἴργονται πάντη τῆς πόλεως ἐπιβαίνειν, προστάξει Θεοῦ, καὶ Ῥωμαίων κράτει διασπαρέντες κατὰ παντός. Idem ibidem.

Πρῶτος ἐξ ἐθνῶν ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων Μάρκος. Syncell. pag. 279.

Ἀδριανὸς ἐπέθηκε τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα τῇ πόλει (Ἱεροσολύμων), Αἰλίαν αὐτὴν ὀνομάσας, ἐπειδὴ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐλέγετο. Chronic. Pasch. pag. 203.

## NOTÆ.

usus est, adeoque alteram perfectamque mysteriorum susceptionem proprio nomine designavit. Præterea non, ut Salmasius putat, bis tantum imperator Athenis egit, sed tertio etiam et quarto, immo vero cum tertio ibi hiemavit, post lustratas vicinas insulas et Macedoniam, sacris Eleusinæ primum initiatus est : invisit autem mysteria post sex annos, cum iterum, sive quartum ibi hiemaret. Exposui hæc paulo fusius, cum ut auctoris mei rationes vindicarem, tum ne præconcepta Salmasianæ doctrinæ existimatio, quæ sane maxima debet esse, faceret lectori offucias. Cætera, quæ vir doctissimus ad eum Spartiani locum disseruit, digna omnia sunt, quæ huc commentarii vice referantur.

[a] Causa mali tanti fuit Ælia non ita pridem ab Hadriano condita juxta ruinas eversæ Jerosolymæ : tum eo deducta Romanorum colonia, templumque Jovi Capitolino exædificatum, quo pridem loco Dei templum fuerat. Eusebius qui Æliæ conditum post quartum ab hoc annum refert, non videtur eam causam, remque ipsam assecutus, aut confudit urbis conditum cum ejus dedicatione. Bellum utique Judæorum hoc anno 16 Hadriani cœptum juxta Eusebii rationes, decimo octavo aut nono finem accepit. Tinius porro Rufus in primo Palatino ms. atque illis, quibus usi sumus recognoscendis Hieronymi commentariis in Danielem, *Tymus* et *Timus* appellatur, quæ item apud alios auctores promiscua scriptura est. Syncellus cum gemino ν Τίννιον scribit.

[b] Minus antea recte erat *commemoratus*, quod emendavit Pontacus. Recole librum v Doctoris de *Viris Illustribus* cap. 21.

[c] Aliis absolute *Cochebas* appellatur. In primo, tertio, et quarto Palat. codicibus, teste Schurzfleischio, *Bar Chochabas* dicitur, quemadmodum et in suis libris scriptum Miræus invenit. Confer Petavium, Pagium, et Blanchinium. Quæ subsequitur periocha Italico charactere descripta, a nostris mss. abest ; Scaliger eam exsulare hinc penitus jussit.

[d] Incipiunt Hadriani imperii anni, ut superius notatum est, a 10 die Augusti : juxta quam quidem rationem videtur iste, quo Judaico bello finis impositus est, decimus nonus potius, quam decimus octavus supputari debuisse. Satis tamen bene habet Eusebius, qui huncce annum cum tertio ducentesimæ trigesimæ octavæ Olymp. componit : frustraque est Scaliger, qui admissum anni prochronismum ex Aristone Pellæo objicit. Quamquam et in eo fallitur vir doctissimus, quod Aristonis verba esse existimavit, quæ ipsiusmet Eusebii sunt Hist. Eccl. lib. IV c. 6. Betheræ expugnatione, occisis rebellium ducibus, et quingentis octoginta millibus Judæorum, horribili gentis ejus desolatione, bellum finitum, nemo est qui nesciat. Interdicto quoque illo introeundi situm, ubi Jerosolymorum urbs fuerat, nihil notius. Non possum tamen quin hic describam laudatum etiam Scaligero Hieronymi locum e sexcentis aliis egregium ex comment. in Sophoniæ c. II, ex quo intelligere erit, unico anni die, quo scilicet eversa fuit urbs a Tito, licuisse Judæis pretio redimere ingressum in eam partem, ex qua patriam prospectantes, lugere solitudinem atque exsilium suum possent: *Usque*, ait, *ad præsentem diem perfidi coloni, post interfectionem servorum, et ad extremum Filii Dei, excepto planctu, prohibentur ingredi Jerusalem, et ut ruinam suæ eis flere liceat civitatis, pretio redimunt : ut qui quondam emerant sanguinem Christi, emant lacrymas suas, et ne fletus quidem eis gratuitus sit. Videas in die, quo capta est a Romanis et diruta Jerusalem, venire populum lugubrem, confluere decrepitas mulierculas, et senes pannis annisque obsitos, in corporibus et in habitu suo iram Domini demonstrantes. Congregatur turba miserorum, et patibulo Domini coruscante, et radiante* ἀναστάσει *ejus, de Oliveti quoque monte, crucis fulgente vexillo, plangere ruinas templi sui populum miserum, et tamen non esse miserabilem. Adhuc fletus in genis, et livida brachia, et sparsi crines : et miles mercedem postulat, ut illis flere plus liceat.*

[e] Innuimus paulo ante, Eusebium in Æliæ conditu consignando, si errore caret, certe minus esse locutum accurate. Scaliger, et Petavius, Valesius quoque ad Histor. Eccl. Eusebii lib. IV c. 6, Beveregius Annot. in canon. 6 conc. Nicæni primi, Pagius Critic. vol. I p. 129, atque alii, tametsi nonnihil secum invicem dissentientes, ex antiquis scriptoribus, et cum primis Spartiano in Hadriani Vita, fuisse Æliam ante bellum Judaicum, hic paucis, alius pluribus annis, exstructam, deductamque eo coloniam contendunt. Sed neque isthæc doctissimorum hominum

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | [a] Sus sculptus in marmore, significans Romanæ potestati subjacere Judæos. Nonnulli a Tito Ælio filio Vespasiani exstructam arbitrantur. | | |
| 229 | 21 | Hadrianus morbo intercutis aquæ apud Baias moritur [b] major sexagenario. | 139 | |
| | | *Romanorum XIII, T. ANTONINUS, cognomento Pius, cum liberis suis Aurelio et Lucio regnavit* [c] *an. 22, mensibus 3.* | | |
| | 1 | Antoninus Pater Patriæ appellatur. *Galenus* [d] *medicus his temporibus claruit.* | 140 | |
| | 2 | Romanæ ecclesiæ episcopatum VIII suscipit [e] HYGINUS an. 4. Sub Hygino Romanæ urbis episcopo [f] Valentinus hæresiarches, et Cerdo magister Marcionis, Romam venerunt. | 141 | |
| | 3 | Justinus philosophus [g] librum pro nostra religione conscriptum Antonino tradidit. | 142 | |
| 230 | 4 | Heros V Antiochiæ constituitur episcopus. | 143 | |
| | 5 | Marcus VII Alexandriæ episcopatum suscipit an. 10. Romæ IX episcopus ordinatur [h] PIUS an. 15. | 144 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀδριανὸς ὕδρωπι τελευτᾷ ἐν Βαΐαις τῆς Ἰταλίας. Syncell. pag. 278.

Ῥωμαίων ιγ΄ ΤΙΤΟΣ ἈΝΤΩΝΙΝΟΣ, ὁ ἐπικληθεὶς Εὐσεβής, σὺν τοῖς παισὶν Αὐρηλίῳ καὶ Λουκίῳ ἔτη κγ΄. Syncell. pag. 279.

Ἀντωνῖνος πατὴρ πατρίδος προσηγορεύθη. Id. ibid.

Ῥώμης ἐπίσκοπος θ΄, Ὑγῖνος, ἔτη δ΄. Id. p. 278.

Κατὰ τοὺς χρόνους Ὑγίνου... ἐπισκόπου Ῥώμης, Οὐαλεντινιανὸς καὶ Κέρδων ἀρχηγοὶ τῆς Μαρκίωνος αἱρέσεως ἐπὶ Ῥώμης ἐγνωρίζοντο. Syncell. pag. 279.

Ἰουστῖνος φιλόσοφος ὑπὲρ τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς ὀρθοῦ λόγου βίβλον ἀπολογίας Ἀντωνίνῳ ἐπέδωκεν. Idem ibid.

Ἀντιοχείας ε΄ ἐπίσκοπος Ἔρως. Idem p. 278.

Ἀλεξανδρείας ὄγδοος ἐπίσκοπος Μαρκιανὸς ἔτη ι΄. Idem pag. 279.

Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ι΄, ΠΙΟΣ, ἔτη ιε΄. Idem ibidem.

## NOTÆ.

sententia caret ambiguitate : et fortasse præstat, A quod Basnagius facit Hist. Judæor. lib. I c. 19, Eusebium meliorem in partem interpretari, qui in eo certe, quod rei caput est, recte sentit. Par credere est, cœpisse quidem Hadrianum ante Judaicum bellum, vel instaurare Jerosolymam, vel potius aliam prope eam urbem exstruere, et colonos deducere : sed moventibus ea de causa seditionem Judæis, coactum inceptis desistere, nec nisi confecto bello, profligatisque rebellibus, potuisse urbem perficere, ac de suo nomine Æliam appellare. Probabiliorem sententiam hanc reddunt, quæ Dio narrat lib. LXIX. Omnino autem cum Pagio aberrant, qui Æliam ab ipsa sui prima ædificatione urbem nuncupatam volunt. Tantum, quem vocat Eusebius conditum, pro ipsa accipito urbis dedicatione, atque impositione nominis a conditore Ælio : quo sensu verba ejus exponere, aut nihil vetat, aut si quid adhuc criticos movet, certe hanc sibi fuisse mentem, ipse ostendit gesti recensione ad annum Hadriani vigesimum, quo B sua imperator Vicennalia celebravit : quam solemnitatem ejusmodi honoribus cumulari solitam, nemo est qui ignoret. De vera nominis Æliæ scriptura, videsis Theod. Rikium ad Tacitum p. 195.

[a] In Parmensi ms. *sulcatus* uno verbo pro *Sus scalptus* legitur, ut et in primo et tertio Palat., teste Schurzfleischio. Huic neque ipsa sana videtur vulgata lectio; non enim capit, qui Sus scalptus significare potuit Romanæ potestati Judæam subjacere. Mallet proinde totum locum ita refigere, *Ælia ab Ælio Hadriano condita. Est in fronte ejus portæ, qua Bethleem egredimur*, S. C. *in marmore prominens, significans Romanæ potestati subjacere Judæos. Nonnulli a Tito, Æliam filio Vespasiani exstructam arbitrantur.* Haud scio, num aliis ejus hæc lectio non inerudita probabitur. Diffidere certe videtur ipsemet in Curis posterioribus, ubi hæc adjecit : Suem scalptum in muro significasse, Romanæ potestati regionem, ubi erat videndus, subjacere, voluit Jo. Harduinus in Antirrhetico contra Valentem, p. 136, qui id demonstrare nititur e Virgilii Æneid. VIII 43. C

[b] Ita etiam Eutropio *major sexagenario* dicitur : impleverat autem annos 62, menses 5, dies 17; mortuus est VI idus Julii, cum regnasset annos 20, menses 11, uno die minus. Cætera confer Spartianum et Dionem, cumque his laudatum Eutropium, nonnihil enim inter se dissident.

[c] Pontacus cum antea supputasset Antonini 23, rescribi hic jussit 22. Diximus hac de re ad laterculum nominum imperatorum huic Operi præfixum col. 82. Satius autem erat mensium numerum amplificare, id est, septem pro tribus, et dies viginti : neque enim dubium, quin ab Hadriani morte, Antoniniani imperii initia Eusebius repetierit.

[d] Hæc neque in nostris mss. neque in Scaligeri editione periocha habetur.

[e] Hujus quidem anni coss. Camerino et Nigro, creatus dicitur pontifex Hyginus in Damasi Chronico, isque revera annus cum altero olymp. 229 concurrit. Si tamen recte rationes iniit Blanchinius noster a die 6 Jan. qua episcopatum susceperit, erat ante obitum Hadriani recensendus : siquidem, eo in vivis adhuc agente, sedere cœpit. Annos pontificatus ejus quod spectat, satis recte Eusebius habet : mortuus siquidem fertur quarto exacto anno, die 8 Jan. Anastasium, et antiquos pontificum catalogos, qui menses tres diesque octo superaddunt, ab ejus ordinatione in episcopum tempus supputare, Blanchinius sentit.

[f] In Græco cum ipse Valentinus, sive Valentinianus, tum Cerdo, *magistri* sive antistites Marcionis appellantur. Confer, si libet, Epiphanium, hæres. 46, in eumque Petavii notas.

[g] Differunt hujus editionem libri solido decennio post, Baronius, Valesius, Papebrocius, aliique. Rectius autem multo Scaliger, Petavius, et Pagius ad initia Antonini Pii cum Eusebio referunt, quod et Hermannus Contractus, et Marianus Scotus faciunt, tametsi anno quarto pro tertio imperatoris adscribant. Id ipsum ex Apologiæ titulo Pagius arguit, et quidem antequam Marcus *Cæsar* a Patre nuncuparetur, præsentatam fuisse contendit : aliter incredibile est illi, Justinum, qui tam Marco quam Lucio titulos Cæsareæ dignitati et imperio proconsulari longe inferiores attribuit, Marcum Cæsarem, immo et imperatorem non appellasse.

[h] Optatus, lib. II, atque ex eo Augustinus epist. 53, Pio Anicetum præponunt, quem Hygino volunt successisse : facile autem depravato et mendoso antistitum Romanorum catalogo usi sunt, pari enim scriptores alii omnes consensu cum Eusebio Pium proxime post Hyginum ponunt, ac deinde Anicetum. Dissentiunt vero in ejusdem annis supputandis antiqui libri. Codex Corbeiensis P. Coustantio laudatus 18 tribuit : liber Pontificalis 19 mensesque quatuor, et dies tres : Bucherianus catalogus annos 20,

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 6 | Valentinus hæreticus agnoscitur, et permanet usque ad Anicetum. *Sancitum est a Pio, ut Resurrectio Dominica, die Dominicæ celebretur, quod a pluribus postea pontificibus confirmatum est.* | 145 | |
| | 7 | Mesomedes Cretensis citharœdorum [a] carminum musicus poeta agnoscitur. | 146 | 2160 |
| 231 | 8 | Taurus [b] Berytius Platonicæ sectæ philosophus clarus habetur. | 147 | |
| | 9 | Arrianus Philosophus Nicomediensis agnoscitur, et Maximus Tyrius. | 148 | |
| | 10 | Apollonius Stoicus natione [c] Chalcidicus, et Basilides Scythopolitanus philosophi illustres habentur : qui Veri quoque Cæsaris præceptores fuerunt. | 149 | |
| | 11 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 150 | |
| 232 | 12 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 151 | |
| | 13 | Crescens Cynicus agnoscitur, qui Justino nostri dogmatis philosopho, quia se gulosum et prævaricatorem philosophiæ coarguebat, persecutionem suscitavit, in qua [d] ille gloriose pro Christo sanguinem fudit. | 152 | |
| | 14 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 153 | |
| | 15 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 154 | |
| 233 | 16 | [e] Celadion VIII Alexandrinæ ecclesiæ episcopus præfuit an. 14. | 155 | |
| | 17 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 156 | 2170 |
| | 18 | [f] Cassianus XVII Jerosolymæ episcopatum post Marcum suscepit, post quem XVIII Pu- | 157 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Οὐαλεντινιανὸς ἕως Ἀνικήτου ἐπὶ Ῥώμης ἐγνωρίζετο. Ex Syncell. pag. 279.

Μεσομήδης Κρὴς ποιητὴς νόμων κιθαρῳδικῶν ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Ταῦρος Πλατωνικὸς, καὶ Βηρυτίων ἐγνωρίζετο. Ex eodem ibidem.

Ἀῤῥιανὸς φιλόσοφος Νικομηδεὺς... καὶ Μάξιμος Τύριος ἐγνωρίζοντο.

Ἀπολλώνιος Στωϊκὸς Χαλκηδόνιος, καὶ Βασιλίδης Σκυθοπολίτης· οὗτοι καὶ διδάσκαλοι Οὐηρησίμου Καίσαρος γεγόνασι. Idem ibidem.

Κρήσκης Κυνικὸς φιλόσοφος Ἰουστίνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς φιλοσόφῳ τὸν μαρτυρικὸν συνεσκεύασε θάνατον ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ λιχνότητα Κυνικήν. Sync. p. 279.

Ἀλεξανδρείας θ' ἐπίσκοπος Κελαδίων ἔτη ιδ'. Idem pag. 280.

Ἱεροσολύμων ἑπτακαιδέκατος ἐπίσκοπος Κασσιανός. μεθ' ὃν ἑνδέκατος Πούπλιος, ἐννεακαιδέκατος Μάξιμος, εἰκοστὸς Ἰουλιανός· εἰκοστὸς πρῶτος Γάϊος· εἰκοστὸς δεύτερος Σύμμαχος· εἰκοστὸς τρίτος Γάϊος ἕτερος· εἰκοστὸς τέταρτος Ἰουλιανός· εἰκοστὸς πέμπτος Καπίτων [Sync. Ἡλίας]. Ex eodem pag. 279, 280 et seq.

## NOTÆ.

menses quatuor, unum et viginti dies. Colligas vero ex contextu, depravatas ibi numericas notas, et 20 scriptum esse pro 15. Blanchinius electum affirmat Dominica die 9 Aprilis : quod quidem haud video, quam bene cum hypothesi sua cohæreat. Cum enim velit a Paschatis celebratione annos pontificum omnino supputari, hancque fuisse etiam Eusebio regulam observatam, non debuisset ab hoc anno, sed ab insequenti Pii pontificatum auspicari : siquidem electus est post hujus anni Pascha, quod proxime præcedente Dominica die 11 Aprilis juxta Riciolium contigerat. Igitur aut non ea est continuo observata Eusebio regula, aut non satis firmo tibicine nititur. Quæ paulo post Italico descripta sunt charactere, neque in nostris mss. neque apud Scaligerum habentur.

[a] In aliis libris *citharicorum* legitur, ut et penes Scaligerum, qui leviter pronuntiare audet nomen Ποιτής imposuisse properanti Hieronymo, ut *Poetam* Mesomedem diceret, quem præcepta scribentem de modulis musicis, sive, non versificatorem, sed auctorem, et modulos musicos facientem debuisset interpretari. Id ipsum in prolegomenis inculcat, et quid essent νόμοι λυρικοί, Hieronymum dicit ignorasse. Quin immo ipse id Scaliger ignorabat : satis certe bene interpretatus est S. Pater, ut Salmasius in notis ad Capitolinum, et Seldenus in commentario ad Marmor. I Arundellianum luculentissime contra ejus critici levitatem evincunt. Νόμοι quidem in re musica dicebantur regulæ sonuum, cantionum, chordarum, etc., quæ cuique musico instrumento propria erat : unde citharæ, νόμοι κιθαρῳδικοί, tibiæ αὐλῳδικοί, atque his similia. Sed et pro ipso cantici genere accipiebantur, ut quæ secundum tales νόμους formata erant, tales νόμοι dicerentur, ad eum ferme modum, quo hora prima, tertia et in sacris psalmodiis dicuntur cantica illa, quæ iis canonicis horis cantantur. Sed videsis laudatos Salmasium et Seldenum, doctissimos Hieronymi vindices, qui nihil ea in re nobis reliquum fecerunt.

[b] In Parmens. ms. *Berutius*, apud Pontacum *Berythius*. Schurzfleischius ait, *Taurus Beritius* in primo Palatino, librarii vitio, *Vericius* vocatur. Suidas, ΤΑΥΡΟΣ, Βηρύτιος, φιλόσοφος Πλατωνικὸς, γεγονὼς ἐπὶ Ἀντωνίου τοῦ εὐσεβοῦς. In eodem *Nicomedensis* vocatur Arrianus, non *Nicomediensis*, prout a Græco ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑ formatur ΝΙΚΟΜΗΔΕΥΣ, non ΝΙΚΟΜΗΔΙΕΥΣ.

[c] Capitolinus, Eutropius, Pæanius, aliique *Chalcedonium* eum vocant : quod minime probatur Casaubono in notis ad Antoninum Capitolini (ut etiam rescribi *Chalcidenum* malit, quod fuerit ille philosophus e *Chalcide Syriæ accitus*), probatur autem Sirmondo in notis ad Sidonium pag. 105, quem videsis. Cum Hieronymo *Chalcidicum*, aut *Calchidicum* dicit et Cassiodorus : utique a Calchide, sive Calchedone, ut sæpius in antiquis monimentis scribitur. Pro eo quod sequitur *Veri* nomine Scaliger tresque Palatini mss. habent *Verissimi :* nam quod est in illorum primo *verissime*, mendum est apertissimum. Schurzfleischius reponi ac suppleri mallet, *qui Veri seu Marci*, vel potius, *qui Veri et Marci*, quod hujus fuerit præceptor Apollonius : in eumque modum, nec sane multo felicioribus auspiciis, etiam Græca penes Syncellum sollicitat. Quæ luxata quidem sunt in Goari editione, atque alia ex parte peccant : nihilosecius palam atque expresse nomen præferunt Οὐερησίμου Καίσαρος : de quibus facere Οὐήρου, ὡσεὶ καὶ Μοῦ, id est Μάρκου, nulla aut ratio, aut veri patitur species. Quin ipse etiam doctus vir in Curis posterioribus rectam putare scripturam *Verissimi* inclinat, tum ex Herodiani testimonio lib. I initio, ubi alter Marci Antonini filius, qui adolescentulus obiit, Βηρίσσιμος nominatur, cum ex his in titulo Apologiæ Justini, καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ, κ. τ. λ.

[d] Adito Eusebium nostrum in Hist. lib. IV, cap. 16, et Valesii notas, qui de tempore, et genere supplicii, quo Justinus affectus est, et Scaliger ignorari dixit, satis luculenter disputat. Vide et Spicilegium Patrum Grabei tom. II.

[e] Huc distulimus, jubente in Curis posterioribus Pontaco, hanc periocham; quæ in vulgatis plerisque omnibus ad primum præcedentis proxime olympiadis annum refertur.

[f] Eadem Eusebii sunt verba Hist. Eccl. lib. V cap.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | blius, cui succedit XIX Maximus, XX Julianus, XXI Gaianus, XXII Symmachus, XXIII Caius, XXIV Julianus, XXV Capito. | | |
| | 19 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 158 | |
| 234 | 20 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 159 | |
| | 21 Romanæ ecclesiæ episcopatum X tenet [a] ANICETUS annis 10, sub quo Polycarpus Romam veniens multos ab hæretico errore correxit. | 160 | |
| | 22 *Antoninus* [b] *Pius suo patrimonio opulentissimus, proprias opes amicis liberalissime tribuit, ærarium vero publicum ditissimum reddidit.* *Antoninus tantæ æquitatis fuit, ut plurimæ nationes depositis armis, suæ solæ sententiæ paruerint.* | 161 | |
| | 23 Antoninus Pius [c] apud Lorium villam suam, 12 ab Urbe milliario, moritur anno vitæ suæ 77. | 162 | |
| | *Romanorum XIV, MARCUS ANTONINUS, qui* [d] *et VERUS, regnavit; et L. AURELIUS COMMODUS, annis 19, mense uno.* | | |
| 235 | 1 Hi primum [e] æquo jure imperium administraverunt, cum usque ad hoc tempus, singuli Augusti fuerint. | 163 | |
| | 2 Lucio Cæsari Athenis sacrificanti ignis in cœlo ab oriente in occidentem referri visus. | 164 | |
| | 3 Vologesus [f] rex Parthorum, vicinas sibi Romanas provincias depopulatus est. Fronto [g] orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum Verum Latinis litteris erudivit. | 165 | |
| | 4 Seleucia [h] Syriæ urbs cum 300 millibus hominum a Romanis capta. | 166 | 2180 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥώμης ἐπίσκοπος ια', ΑΝΙΚΗΤΟΣ ἔτη ιξ'. Ἐπὶ τούτου Πολύκαρπος ἐν Ῥώμῃ πολλοὺς ἐξ αἱρέσεων μετήγαγεν. Syncell. pag. 280.

Ῥωμαίων ιδ, ἐβασίλευσε ΜΑΡΚΟΣ ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἈΝΤΩΝΙΝΟΣ, ὁ καὶ ΟΥΗΡΟΣ, καὶ ΛΟΥΚΙΟΣ ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΚΟΜΜΟΔΟΣ, ἔτη ιθ'. Chronic. Paschal. pag. 205.

Λούκιος Καῖσαρ ἱερουργῶν ἐν Ἀθήναις, εἶδε πῦρ ἀπὸ δυσμῶν εἰς ἀνατολὴν κατ' οὐρανοῦ φαινόμενον. Syncell. pag. 280.

Οὐολόγεσσος Πάρθων βασιλεὺς τὴν Ῥωμαίων χώραν κατέδραμεν. Idem ibidem.

Φρόντων ὁ ῥήτωρ (ἐγνωρίζετο). Idem pag. 281.

## NOTÆ.

12, tantum quod Γαΐος *Caius* pro *Gaiano* vigesimus primus, ut et vigesimus tertius appellatur. Postremus in hac serie dicitur Syncello *Elias*, nam Capito apud eum subsequentem vigesimum sextum locum obtinet. Consule autem in eum Eusebii locum Valesii notas, neque ea prætereas, quæ illi reposuit Pearsonius *de success. primor. Romæ episcopor*. cap. 2, pag. 8, et denuo pag. 17.

[a] Recole quæ dicta paulo superius sunt ad Pium, Blanchinii quoque annotationes in Anastasii tom. I, a pag. 105 ad 121, denique Eusebium iterum in Hist. Eccl. l. iv, cap. 12.

[b] Quæ Italico charactere distinximus, ex Eutropio quidem lib. viii, c. 8, delibata sunt, quibus et paria habet Capitolinus, sed neque ad certum annum pertinent, neque in nostris mss. habentur. Ea pridem Scaliger, utpote ab editoribus temere intrusa, omnino repudiavit.

[c] Lorium, sive Laurium in via Aurelia erat, de quo nemo dubitat. Sed sunt de imperatoris ætate admodum discrepantes sententiæ veterum. Parmensis ms., nisi si mendum est in numerica nota, solos septuaginta duos, Eutropius, a quo hæc videtur Hieronymus hausisse, in nupera editione septuaginta tres supputat : uno aut altero plus infert Capitolinus, qui repetit ortum imperatoris a Domitiano xii et Cor. Dolabella coss. Hujus autem ratio probatur magis chronologis recentioribus, qui inde annos septuaginta quatuor, et sex menses egisse eum inter vivos, conficiunt. Videtur Hieronymus in eo, quod ob oculos habebat, Eutropii exemplari, pro 73 legisse 77 ; nam ejusmodi codicum nonnulli etiamnum superant, immo et sunt qui præferunt 78.

[d] Pronuntiat, ut sæpe alias, levissime Scaliger, Marcum Aurelium Antoninum numquam vocatum Verum, sed potius Lucium ejus fratrem. Atqui Eutropius, lib. viii cap. 9, hoc proprie eum cognomento donat : *Post hunc* (Antoninum Pium) *imperavit Marcus Antoninus Verus*. Paria habet, quem laudamus, Chronici Paschalis auctor, tum sequiores Græci. Quin isthuc Marco Aurelio, cujus patri, avo, et proavo nomen idem fuit Annius Verus, haud minus recte conveniebat, quam Lucio, qui non germanus ejus erat, sed tantum adoptione frat[r].

[e] Eutropius, lib. viii cap. 9 : *Tunc primum Romana respublica duobus, æquo jure imperium administrantibus, paruit, cum usque ad eos singulos semper habuisset Augustos*. Et Capitolinus in Ælio Vero : *Verus cum Marco æquale gessit imperium : nam ipsi sunt qui primi duo Augusti appellati sunt, et quorum Fastis Consularibus sic nomina præscribuntur, ut dicantur non tantum duo Antonini, sed duo Augusti : tantumque hujus rei et novitas et dignitas valuit, ut Fasti Consulares nonnulli ab his sumerent ordinem consulum.*

[f] Cœperat ferme ante biennium Vologesus vastare Armeniam, Syriamque. Notare adeo Eusebius videtur id temporis, cum ad ejus reprimendos impetus, Armeniæ rex est impositus M. Aurelius Soemus : id quod recte in hunc annum incidere, ex Dione cognosces.

[g] Idem putatur, quem A. Gellius laudat. Eum tradit Capitolinus in Marco cap. 2 fuisse ab Augusto honoratum *extraordinario consulatu*. Vide Ausonium ad Gratian., Minucium quoque Felicem cap. 9 et 31, denique et Gatakerum ad M. Antonini lib. i.

[h] Rescripsimus *Assyriæ* pro *Syriæ* ex antiquis codicibus, quos Pontacus laudat, editione Scaligeri, et monito Casauboni in notis ad Verum Capitolini. Re etiam vera ita ipse habet Eutropius, ex quo locus iste descriptus est. Quamquam dissidet noster immane quantum in captivorum numero : Eutropius enim in nupera editione juxta emendationem Sylburgii, *cum quadraginta millibus hominum* præfert, ut et interpres ejus Pæanius μετὰ τετρακισμυρίων στρατιωτῶν. Olim tamen erat, ut et Scaliger legit, *cum quadringentis*; sed et *quingentis* legere est in aliis codd.; quæ varia scriptura lectum subindicat hoc quoque Hieronymi, *cum trecentis*. Schurzfleischius, ait, in primo Palatino ms. est, *Seleuciæ Asiæ urbs* ; non recte. Editiones habent, *Seleuciæ Syriæ urbs* : scilicet, ut Seleucia illa sit ἡ περὶ τῇ ἐν Συρίᾳ Ἀπαμείᾳ ΣΕΛΕΥΚΟΣ. Jam olim Casaubonus ad Capitolini Verum notavit, legendum esse, *Seleuciæ Assyriæ urbs*. Inde ταχυγράφοι *Seleucia Asiæ* oscitabundi excogitarunt. Ammianus Marcellinus lib. xxiv cap. 6 *Seleuciam* hanc, *ambitiosum opus Nicatoris Seleuci*, vocat. Atqui non Seleuciam Assyriæ, sed Ciliciæ, a Seleuco Nicatore nomen accepisse, voluit Stephanus.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| 236 | 5 | Apud Pisas [a] Peregrinus philosophus rogo, quem ex lignis composuerat, incenso, semet superjecit. | 167 | |
| | 6 | L. Cæsar [b] de Parthis cum fratre triumphavit. | 168 | |
| | | Agrippinus IX Alexandrinæ ecclesiæ episcopus præfuit annis 12. | | |
| | 7 | Persecutione orta in Asia, [c] Polycarpus et Pionius fecere martyrium, quorum scriptæ quoque passiones feruntur. | 169 | |
| | | Plurimi in Gallia gloriose ob Christi nomen interfecti, quorum usque in præsentem diem condita libris certamina perseverant. | | |
| | 8 | Lues multas [d] provincias occupavit, Roma ex parte vexata. | 170 | |
| | | Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados, Sarmatas, et Dacos dimicant. | | |
| | | Romanæ ecclesiæ episcopatum XI suscepit [e] SOTER an. 8. | | |
| | | Theophilus Antiochiæ VI episcopus ordinatur, cujus plurima ingenii opera exstant. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περεγρῖνος ὁ φιλόσοφος..., πυρὰν ἅψας, ἑαυτὸν ἐνέπρησε. Syncell. pag. 280.

Λούκιος Καῖσαρ Πάρθους ὑποτάξας, κατ' αὐτῶν ἐθριάμβευσεν. Idem ibidem.

Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος δέκατος Ἀγριππῖνος ἔτη ιβ'. Idem. pag. 281.

Πολύκαρπος (ὁ ἱερώτατος Σμύρνης ἐπίσκοπος) τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ ἐτελειώθη, διωγμοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν γεγονότος. Idem pag. 280.

Πολλοὶ κατὰ τὰς Γαλλίας νομίμως ὑπὲρ Χριστοῦ ἤθλησαν, ὧν τὰ μαρτύρια ἀναγέγραπται εἰς μνήμην τοῖς μετέπειτα. Syncell. ibidem.

Λοιμώδης νόσος ἐπικρατήσασα μέχρι Ῥώμης ἔφθασεν. Idem ibidem.

Ῥωμαῖοι Γερμανοὺς, καὶ Σαυρομάτας, καὶ Δάκας, καὶ Κουάδους κατεπάλαισαν. Idem ibidem.

Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ιβ' Σωτήριχος ἔτη θ'. Idem pag. 281.

Ἀντιοχείας ἕκτος ἐπίσκοπος Θεόφιλος, οὗ συγγράμματα διάφορα εἰσὶ, καὶ φέρονται. Idem pag. 281.

## NOTÆ.

Quod si verum est, sane legendum esset, *Seleucia Asiæ urbs.* Sed omnino aut utraque urbs ab eo Seleuco dicta est, aut Stephanus fallitur. Nam Strabo quoque, lib. XVI p. 738, Σέλευκον τὸν Νικάτορα τὴν ἐπὶ τῷ Τίγριδι ΣΕΛΕΥΚΕΙΑΝ τειχίσαι, affirmat. De ea, cum hoc loco sermo sit, Casauboni emendationem omnino sequendam esse, judico. Ibi enim Parthorum sedes esse, nemo, qui Geographiam veterem non ignorat, ignorare potest.

[a] Male vetustiores editiones mss. quidam libri in secundum olympiadis annum gestum hoc transferunt, quod in ipsa panegyri olympica contigisse, constat, et notatum est etiam Scaligero. Hic itidem multo rectius in Græcis legit πυρὰν ἅψας, ut et nos, pro πῦρ ἀνάψας, ut Goarus excudit.

[b] Perperam Parmensis et ms. *cum patre* habet pro *fratre :* tametsi Eutropius *cum fratre*, inquit, *eodemque socero triumphavit.* Scaliger ipsam periocham præcedenti proxime anno ascribit, atque ordine præponit modo recognitæ de Peregrino. Digna porro, quæ huc referatur, recensio est, quam hujusmet gesti, ac totidem pene atque Eusebius verbis, facit Chronici Edesseni a cl. Jos. Assemanio vulgati auctor : *Lucius Cæsar una cum fratre Parthos Romanis subegit anno imperii sui quinto.* In quem locum laudatus Assemanius monet, se eam annotationem, quæ conjuncta erat in Chronico cum anno Græcorum 449, suo loco restituisse, nempe ad annum 476, Christi 165, in quem quintus Lucii Veri annus incidit. Tum vero Edesseni Chronici auctoritate dirimi controversiam, quæ de Partico Lucii triumpho apud eruditos agitatur : nam, inquit, et Cassiodorus et Hermannus Contractus in Chronicis victoriam Parthicam cum anno quarto Lucii, triumphum vero in Urbe celebratum cum anno ejusdem quinto illigant. Atqui non erit fortasse Syriaci ejus Scriptoris, qui sexto medium præterlabente sæculo vixit, auctoritas apud alios tanti : et ut sit, subactos quidem ille Parthos eo anno, non et triumphum qui Romæ postmodum actus est de illis (quod disputationis caput est) memorat. Alia ex parte haud levior eorum auctoritas videri debet, qui in annum insequentem hæc differunt : e quibus luculentissime laudatus item Assemanio, Dionysius Jacobitarum patriarcha, inter ipsos nimirum Orientales : *Anno eorum* ( M. Aurelii et L. Veri) *quarto Vologesus Parthorum rex plurimas ex Romanorum ditione civitates depopulatus est. Anno vero eorumdem sexto Parthos Lucius debellavit, subegitque.* Putarim ego dissidere auctores in speciem : et posse, si penitius rationes eorum inspiciantur, ad invicem conciliari : cum enim a Martii mensis die septima Augustale imperium M. Aurelii et Lucii Veri inchoaretur, in eamque diem singuli anni desinerent, qui victoriæ de Parthis quintum annum assignant, facile a Martio mense rationes suas inierunt : qui vero sextum, a civili anno, sive a Januario. Certe cum altero olympiadis 236 annus ille concurrebat : ostenditque Pagius, contra atque Blanchinius putat, Lucium Verum ex Oriente jam a superiore anno regressum Romam, ubi hoc ipso anno de Parthis cum fratre triumphum egerit.

[c] Annum, quo martyrio coronatus est Polycarpus, fecerunt præposteræ doctorum hominum curæ incertum. Tu confer dissidentes invicem Valesium in notis ad Eusebii Hist. Eccl. lib. IV cap. 15, Usserium in Dissertat. de Macedonum et Asianorum anno solari cap. 3, Pagium in Critic. vol. I pag. 163, Pearsonium dissertat. de annis prim. Rom. episcop. cap. 20, Blanchinium denique in notis ad Anastas. tom. II pag. 133; his enim immorari, longum est. Nec fere minus dubium de Pionii tempore, cujus quæ exstant martyrii acta Baronius aliquando respuerat, postmodum pro sinceris habuit. Respuit et Scaliger et Petavius : probat vero cum Usserio Valesius, ut ex his conclusum erat, falli Eusebium, qui non sub Decio, sed sub Antonino passum Pionium refert. Atqui id porro rectissime Eusebius docuit, quod et pleraque Latina Martyrologia apud Bollandum tradunt. Est enimvero ille Græcorum immanis metachronismus, qui ad Decii principatum Pionii et Polycarpi passiones differunt. Vide Toinardum in notis ad Lactantii librum de mortibus Persecutor. cap. 4.

[d] Memorat Ammianus quoque Marcellinus lib. XXIII cap. 6, *labem, quæ insanabilium vi concepta morborum, Veri, Marcique Antonini temporibus, ab ipsis Persarum finibus, adusque Rhenum et Gallias cuncta contagiis polluebat et mortibus.* Hunc locum laudat et Scaliger. Paria habent Capitolinus in Vero, et Orosius lib. VII cap. 15.

[e] Recole quæ dicta superius sunt ad Anicetum. Soteri, aut Soterico, ut Græcis nonnullis dicitur, annos cum Hieronymo tantum octo attribuit laudatus P. Constantio liber Pontific. ms. Fossatensis, qui tamen addit *menses* 7, Bollandian. *dies* præterea 21. Alii novem et quod excurrit.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| 237 | 9 | Lucius imperator anno regni sui [a] nono, sive, ut quidam putant, undecimo, inter Concordiam et Altinum apoplexi exstinctus est, sedens cum fratre in vehiculo. | 171 | |
| | 10 | Antonino imperatori [b] Melito Asianus Sardensis episcopus Apologeticum pro Christianis tradidit. | 172 | |
| | 11 | Apollinaris Asianus Hierapolitanus episcopus insignis habetur. | 173 | |
| | | Dionysius episcopus Corinthiorum clarus habetur, et Pinytus Cretensis vir eloquentissimus. | | |
| | | Pseudoprophetia, quæ Cataphrygas nominatur, accepit exordium, auctore Montano, Priscilla, Maximillaque insanis vatibus. | | |
| | 12 | Tatianus hæreticus agnoscitur, a quo Encratitæ. | 174 | |
| | | Bardesanes alterius hæreseos princeps notus efficitur. | | |
| | | Oppianus [c] Cilix poeta cognoscitur, qui Halieutica miro splendore conscribit. | | |
| | | Tanta per totum orbem pestilentia fuit, ut pene usque ad internecionem Romanus exercitus deletus fuerit. | | |
| 238 | 13 | Imperator Antoninus multis adversum se nascentibus bellis sæpe ipse intererat, sæpe duces nobilissimos destinabat, in quibus semel [d] Pertinaci et exercitui, qui cum eo in Quadorum regione pugnabat, siti oppresso, pluvia divinitus missa est; cum econtrario Germanos et Sarmatas fulmina persequerentur, et plurimos eorum interficerent. | 175 | |
| | 14 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 176 | 2190 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λούκιος Αὐρήλιος Κόμμοδος ἀπέθανεν ἐν Ἀλτήνῳ, ἄρξας ἔτη θ'. Chron. Pasch. pag. 207.

Μελίτων Σαρδιανῶν ἐπίσκοπος..... Βίβλον ἀπολογίας Ἀντωνίνῳ ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐπέδωκεν. Sync. p. 280.

Ἀπολλινάριος ἐπίσκοπος Ἱεραπόλεως τῆς ἐν Ἀσίᾳ..... ἤκμαζε. Idem ibidem.

Διονύσιος ἐπίσκοπος Κορίνθου, ἱερὸς ἀνὴρ, ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Ἡ κατὰ Φρύγας... Ψευδοπροφητεία Μοντανοῦ, καὶ (τῶν σὺν αὐτῷ παραπλήγων γυναικῶν αὐτοῦ) Πρισκίλλας, καὶ Μαξιμίλλας συνέστη. Chron. Pasch. p. 210.

Ἡ τῶν Ἐγκρατιτῶν αἵρεσις..... Τατιανὸν ἀρχηγὸν ἴσχεν. Idem pag. 208.

Ὀππιανὸς ἁλιευτικῶν ποιητὴς ἤκμαζε, Κίλιξ τῷ γένει. Syncell. pag. 280.

Λοιμώδης νόσος ἐπικρατήσασα, κ. τ. λ. Idem ibid.

Ἀντωνῖνος Αὐτοκράτωρ πυκνῶς τοῖς πολεμίοις ἐπέκειτο, αὐτός τε παρὼν, καὶ τοὺς πολεμάρχας ἀποστέλλων. Καὶ Περτίνακι καὶ τοῖς ἄλλοις σὺν αὐτῷ δίψει πιεζομένοις, ὄμβρος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐγένετο, καὶ τοῖς ἀντιτασσομένοις Γερμανικοῖς καὶ Σαρμάταις σκηπτὸς ἔπεσε, πολλούς τε αὐτῶν διέφθειρε. Λέγεται δὲ ὡς καὶ ἐπιστολαὶ φέρονται Μάρκου τοῦ βασιλέως, ἐν αἷς μαρτυρεῖ μέλλοντα τὸν στρατὸν αὐτοῦ διαφθείρεσθαι, ταῖς τῶν Χριστιανῶν εὐχαῖς διασεσῶσθαι. Chron. Pasch. pag. 208.

## NOTÆ.

[a] Atque hoc rectissime, si quid alias, notatum Eusebio et Hieronymo; nam quod alii undecimo regni sui anno Lucium dicunt occubuisse, vetus illa hallucinatio est, ex numericarum, ut Toinardus in notis ad Lactantium ostendit, transpositione litterarum orta, ut pro IX quibus *novem* significatur, librarius XI posuerit, ac deinde plene *undecim*. Obvia ejusmodi transpositionum in antiquis libris exempla sunt: nec porro mirum esse debet, jamdiu olim corrupto fonte in Capitolini, ut par credere est, exemplaribus, reliquos, qui ab illo hauserunt, auctores in eum errorem impegisse, puta Eutropium, Victorem in Epitome, Cassiodorum, atque alios, Nam Cedrenum quod spectat, videtur Toinardo facilius posse apud eum lapsus emendari, ubi legitur, Μάρκος Ἀντωνῖνος ἐβασίλευσεν ἔτη ιθ', μετὰ μὲν Βήρου (male Σεβήρου) τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ ἔτη ι', καὶ μῆνας θ'. *Marcus Antoninus imperavit annos* 19, *cum Vero quidem* (male *Severo*) *genero suo annos* 10, *et menses* 9. Loco enim *καὶ μῆνας* θ' vel legendum est simpliciter ἔτη ι', *annos* 9, vel η' post ἔτη reponendum est pro ι', id est, 8, pro 10, quoniam mutatum fuerit τὸ η' in ι' prono lapsu, non tam ex figuræ similitudine, quam ex eadem utriusque litteræ apud nonnullos pronuntiatione. Unde L. Verus, qui medio Martio anni Christi 161 imperare cœpit, obierit juxta Cedrenum anno 169, antequam, medii Decembris interventu, 10 mensem anni delibasset. Ut ut se res habeat, certe nonnisi annum nonum regni sui Lucium attigisse, sive annos tantum octo, menses novem, et dies aliquot imperasse, ex serie ipsa rerum ab adepti imperii initio anno Christi 161, tum ex eo quem laudamus, auctore Paschalis Chronici compertum est: omnium vero luculentissime ex antiquis ejus imperatoris nummis, quorum nullum invenire est vel de Græcis, qui ultra L. Θ. sive *annum* 9, vel de Latinis, qui ultra TR. P. VIII exhibeat. Non est itaque ferenda Scaligeri confidentia, qui non solum vulgaris erroris causas non animadvertit, sed et contra Eusebium pronuntiare audet, omnino undecimo anno imperii Lucium obiisse: cujus assertionis, quam subdit, multo infirmior est ratio deducta ab annis, quibus M. Aurelius solus imperavit. In Parmensi ms. *Lucius Cæsar* dicitur pro *imperator*.

[b] De Melitone isto, et qui subsequitur Apollinari, vide ipsum Eusebium Hist. Eccl. lib. IV cap. 26. Pro *Hierapolitano*, legit Scaliger *Hierapolitem*, jubetque omnino huc Photium V, 21, referri.

[c] Vere notatum Scaligero, falli Eusebium; anno enim duodecimo M. Antonini philosophi nondum natus erat Oppianus: quem constat obiisse ex lue natum annorum triginta circa finem imperii Antonini Caracallæ. Hallucinatio nata ex nomine Antonini. Non enim Antoninus philosophus est, cui dicata sunt Halieutica, sed Antoninus Caracalla, cui, vivo adhuc Severo patre, divinum illud Epos Oppianus obtulit. Eumdem errorem errat Syncellus, qui satis inconsulto Eusebium secutus est. Sozomenus poema illud oblatum ipsi Severo tradit: quod est quidem minus verosimile. Dedicatum aiunt in ludis sæcularibus anno Christi 204. Videsis Fabricium Biblioth. Græc. lib. IV, cap. 20, et Tillemontium tom. III Hist. imper. nonnulla contra Scaligerum, sed paulo tamen infirmiora, afferentem.

[d] Corrupte adhuc obtinebat in Pontacena editione *semel pertinaci exercitui, et qui cum eo*, etc. De Pertinace, qui postea imperator creatus est, dici, nihil est dubium. Historia autem ipsa nihil est notius: in qua sunt tamen nonnulla falsa veris admixta.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 15 | Exstant [a] litteræ Marci Aurelii gravissimi imperatoris, quibus illam Germanicam sitim, Christianorum forte militum precationibus, impetrato imbre, discussam contestatur. | 177 | |
| | 16 | Atticus Platonicæ sectæ philosophus agnoscitur. | 178 | |
| | | Romanæ Ecclesiæ XII episcopatum suscipit [b] ELEUTHERIUS V annis 15. | | |
| | | Antiochiæ VII episcopus constituitur Maximinus. | | |
| 239 | 17 | Antoninus [c] Commodum filium suum consortem regni facit. | 179 | |
| | 18 | Antoninus cum filio de hostibus triumphavit, quos, per triennium apud Carnuntum habens stativa castra, vastaverat. | 180 | |
| | 19 | Imperatores multis multa largiti sunt, [d] et pecuniam, quæ fisco debebatur, provinciis concedentes, tabulas debitorum in medio Romanæ urbis foro incendi præceperunt, ac ne quid bonitati deesset, severiores quasque leges novis Constitutionibus temperaverunt. Antoninus [e] post victoriam, adeo in editione munerum magnificus fuit, ut centum simul leones exhibuerit. | 181 | |
| | | Commodus a senatu [f] Augustus appellatur. | | |
| | | Smyrna urbs Asiæ terræmotu ruit, ad cujus instaurationem decennalis tributorum immunitas data est. | | |
| | | Antoninus in [g] Pannonia morbo periit. | | |
| | | Julianus X Alexandrinæ ecclesiæ episcopatum sortitur annis 10. | | |
| | | *Romanorum XV, COMMODUS, regnavit* [h] *annis* 13. | | |
| | 1 | Commodus de Germanis triumphavit. | 182 | |
| 240 | 2 | Templum Serapidis Alexandriæ incensum. | 183 | |
| | 3 | Irenæus episcopus Lugdunensis insignis habetur. | 184 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀττικὸς Πλατωνικὸς φιλόσοφος. Sync. pag. 281.

Ῥωμαίων ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν ιβ' διεδέξατο ἘΛΕΥΘΕΡΙΟΣ ἔτη ιε'. Scaliger in Collectaneis.

Ἀντιοχείας ἕβδομος ἐπίσκοπος Μάξιμος. Syncellus pag. 281.

Ἀντωνῖνος κοινωνὸν τῆς βασιλείας Κόμμοδον ἴδιον παῖδα ἀνέδειξεν. Idem ibid.

Ἀντωνῖνος κατὰ τῶν πολεμίων σὺν τῷ υἱῷ ἐθριάμβευσεν. Ex eodem ibid.

Ἀντωνῖνος καὶ Κόμμοδος οἱ αὐτοκράτορες διανομὰς καὶ θέας παντοίας παρέσχον, τάτε δημόσια ἀνῆκαν, καὶ τοὺς τῶν χρεῶν χάρτας ἐπὶ τῆς Ῥωμανισίας ἀγορᾶς κατέφλεξαν· νόμους καὶ διατάξεις εὖ συνειδότες ἀνενεώσαντο. Idem pag. 281.

Κόμμοδος ὑπὸ τῆς συγκλήτου Σεβαστὸς ἀνεῤῥήθη. Syncell. pag. 282.

Σμύρνα πόλις Ἀσίας σεισμῷ κατεπτώθη, καὶ πρὸς οἰκοδομὴν ἀνέθη τῶν φόρων ἔτη ι'. Idem p. 281.

Ἀντωνῖνος ἐν Παννονίαις .. νόσῳ τελευτᾷ. Id. ibid.

Ἀλεξανδρείας ἑνδέκατος ἐπίσκοπος Ἰούλιος ἔτη ι'. Idem pag. 282.

Ῥωμαίων ιε', ἐβασίλευσε ΚΟΜΜΟΔΟΣ ἔτη ιγ'. Idem ibidem.

Κόμμοδος κατὰ Γερμανῶν ἐθριάμβευσεν. Id. ibid.

Τὸ Σεραπεῖον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατεφλέχθη. Id. ibid.

Εἰρηναῖος ἐπίσκοπος Λουγδύνων πόλεος... διέλαμπεν. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Memorant hujusmodi litteras M. Aurelii Eusebius et Hieronymus, tum Xiphilinus, Orosius, atque alii ex unius, ut videtur, Tertulliani testimonio in Apologetico, cap. 5. Hodie quod exstat Marci litterarum exemplar apud Justinum in calce Apologiæ secundæ, confictum est temere a Græculo quopiam rerum Romanarum imperitissimo : estque ipso Justiniani imperatoris sæculo recentius, ut doctissimi critici, Scaliger, et Salmasius, evincunt.

[b] Ejus ordinatio ante annos ferme sex ponitur in antiquis pontificum catalogis : ipsaque ejus electio in Soteris locum, anno subsequenti, sive M. Aurelii undecimo, probabilioribus argumentis adscribitur.

[c] Factum secundo consulatu Pollionis et Apri (qui cum præcedenti proxime anno concurrit) evincunt summi Chronologi, Scaliger, Petavius, et Pagius. Cum scilicet ex Oriente Romam regrederetur M. Aurelius, filium Commodum imperatorem Augustum dixit ipso in itinere v kalendas Decembris : deinde Romæ cum eodem x kalendas Januarii de Germanis et Sarmatis triumphum egit. Vide Lampridium in Commodo, et Capitolinum in Marco.

[d] Replicat hujus occasione loci Scaliger doctrinam de indictionibus, quam superius ad num. 2134 proposuerat. Nam, inquit, ab anno primo τοῦ χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας, id est, prima indictione Juliana, ad hanc indictionem Antonianam sunt anni 225, id est, indictiones absolutæ 15. Habemus igitur quinque insignia exempla indictionum, Julianæ num. 1969, Hadrianeæ 2134, Antoninianæ Piæ 2164. Antoninianæ Aureliæ 2194, Constantinianæ 2329. A prima ad secundam, intervallum indictiones 11 ; a secunda ad tertiam indictiones 2 ; totidem a tertia ad quartam : a qua ad quintam 9. Hæc ille : quæ autem subjungit de L. nota in Græcis imperatorum numismatibus, ut ea *lustrum* probet significari, non *lycabanta*, sive *annum*, juxta receptam vulgo antiquiorum omnium sententiam, missa facimus ; neque enim putamus posse doctis probari. Cæterum vide laudatum ab eo Capitolinum, in eumque locum Salmasii notas, et quæ superius nos ad geminum huic locum num. 2134 observavimus. Ubi ait Noster, *duras quoque leges novis constitutionibus temperatas*, notat idem Scaliger, intelligi S. C. Orfitianum, quod factum hocce anno est.

[e] Hieronymus ex Eutropio, lib. VIII, c. 14, ad verbum hæc addidit, quod et Scaliger notat, ille ex Capitolino paulo diversis verbis acceperat.

[f] Huc refer Victoris locum de Cæsaribus c. 13. *Ab hinc* (imperante Hadriano) *divisa nomina Cæsarum atque Augusti, indictumque in rempublicam, uti duo, seu plures summæ potentiæ dissimiles cognomento, ac potestate dispari sint*. Cum nempe antea *Cæsaris* atque *Augusti* promiscua nomina imperatorum essent, institutum, ut Augusti quidem imperatores dicerentur : qui autem erant ab imperatoribus adoptati hæredes imperii, *Cæsares*. Vide Spartianum in prologo Ælii Veri. Quod igitur Commodus Augustus appellatus est, significare videtur, delatam ei rerum summam fuisse a senatu.

[g] Vendobonæ, quæ nunc Vienna Austriæ dicitur. Scaliger cum Tertulliano atque aliis mavult, apud Sirmium imperatorem obiisse. Illa receptior vulgo sententia est.

[h] Pressius vero Eutropius Commodum tradit *ann.* 12 *post patrem, et* 8 *mens. imperasse :* addunt alii dies 15. De ejus triumpho de Germanis confer dissidentes nonnihil inter se Lampridium, Herodianum, Xiphilinum, ipsumque Eutropium.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | 4 Thermæ [a] Commodianæ Romæ factæ. | 185 | |
| | Commodus [b] Septembrem mensem nomine suo appellavit. | | |
| | 5 Jerosolymis XXVI ordinatur episcopus Maximus. Post quem XXVII Antoninus, XXVIII Valens, XXIX [c] Dulichianus, XXX Narcissus, XXXI Dius, XXXII Germanio, XXXIII Gordius, XXXIV rursum Narcissus. | 186 | 2200 |
| | 6 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 187 | |
| 241 | 7 Tantis apud Jerosolymam episcopis constitutis, non potuimus discernere tempora singulorum, eo quod usque in præsentem diem eorum episcopatuum anni minime inveniantur. | 188 | |
| | 8 *Apollonius* [d] *Urbis senator, lecto senatui insigni volumine, quod de Christi fide composuerat, capite ob Christi fidem truncatus est.* | 189 | |
| | In Capitolium fulmen ruit, et magna inflammatione facta, bibliotheca, et vicinæ quoque ædes concrematæ. | | |
| | 9 Alexandriæ XI constituitur episcopus Demetrius annis [e] 43. | 190 | |
| | Commodus imperator colossi capite [f] sublato, suæ imagini caput imposuit. | | |
| 242 | 10 Serapion VIII Antiochiæ episcopus ordinatur | 191 | |
| | 11 Commodus multos nobilium interficit, et spectacula populo Romano præbet insignia. | 192 | |
| | 12 Incendio Romæ facto palatium et ædes Vestæ, plurimaque urbis pars solo coæquatur. | 193 | |
| | 13 Commodus strangulatur in domo [g] Vestiliani. | 194 | |
| | *Romanorum XVI, ÆLIUS PERTINAX, regnavit mensibus* [h] 6. | | |
| | Pertinax [i] septuagenario major, cum præfecturam Urbis ageret, ex senatusconsulto imperare jussus est. | | |
| | Romæ episcopatum suscipit XIII [j] VICTOR annis, 10, cujus medioeria de religione exstant volumina. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Θερμαὶ Κομμοδιαναὶ ἐν Ῥώμῃ ἀφιερώθησαν. Chron. Pasch. pag. 211.

Ἱεροσολύμων κς' καθίσταται ἐπίσκοπος Μάξιμος· Μεθ' ὃν κζ' Ἀντωνῖνος, κη' Οὐάλης, κθ' Δολιχιανός, λ' Νάρκισσος, λα' Δῖος, λβ' Γερμανίων, λγ' Γόρδιος, λδ' πάλιν Νάρκισσος. Scal. ex Sync. pag. 2:2 et seq.

Τῶν γε μὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκόπων τοὺς χρόνους γραφῇ σωζομένους οὐδαμῶς εὗρον. Euseb. Hist. Eccl. lib. IV, cap. 5.

Ἐν τῷ Καπετωλίῳ Ῥώμης σκηπτὸς ἔπεσε, καὶ σφοδρὸς ἐμπρησμὸς γέγονε, καὶ τὰς βιβλιοθήκας, καὶ ὅλα τὰ μέρη Ῥώμης αὐτῆς διέφλεξεν. Chron. Pasch. p. 210.

Ἀλεξανδρείας ια', κατέστη ἐπίσκοπος Δημήτριος ἔτη μγ'. Ex Syncell. pag. 282.

Τοῦ Κολοσσοῦ... τὴν κεφαλὴν Κόμμοδος ἰδίαν ἐπέθηκεν εἰκόνα. Chron. Pasch. pag. 10.

Ἀντιοχείας ὄγδοος ἐπίσκοπος Σεραπίων. Syncellus pag. 282.

Κόμμοδος τοὺς ἐν γερουσίᾳ τιμίους ἀνελὼν, κ. τ. λ. Idem ibidem.

Ἐμπρησμὸς μέγας τὸ Παλάτιον Ῥώμης, καὶ τὴν οἰκίαν τῶν παρθένων, καὶ ἄλλα πλεῖστα ἐνέπρησεν. Id. ibid.

Κόμμοδος αἰφνίδιον ἐτελεύτησεν, ἀποπνιγεὶς ἐν οἰκίᾳ Βεστιανοῦ. Chronic. Pasch. pag. 211.

Ῥωμαίων ἑκκαιδέκατος ἐβασίλευσεν ΕΛΥΙΟΣ ΠΕΡΤΙΝΑΞ μῆνας ἕξ. Syncell. pag. 282.

Ῥωμαίων ιδ' ἐπίσκοπος ΒΙΚΤΩΡ ἔτη ιδ'. Idem pag. 2;2 et seq.

## NOTÆ.

[a] Lampridius atque Herodianus l. VII testantur a Cleandro multo post id temporis, sive circa 10 Commodi ann. fuisse has thermas excitatas.

[b] Legerat pridem Pontacus *Septimum* pro *Septembrem*: quod nomen, ipso jubente in Curis posterioribus, et veterum magno numero librorum suffragio accedente, restituimus. Et falsum tamen hoc ipsum est, si Dioni credimus, qui novas appellationes mensium recensens, de suis cognominibus ab stolido illo imperatore impositas, ostendit Augustum mense *Commodum* ab eo dici jussum, non Septembrem. Id porro ipsum Lampridius comprobat, ubi ait, *pro Augusto Commodum, Augustum pro Septembri, Herculeum pro Octobri*, etc., appellatos. Faciunt nihilominus cum Eusebio, et Hieronymo, Eutropius, et Victor.

[c] In Parmensi ms. *Dulcionius* hic appellatur, et trigesimus primus *Didius*.

[d] Respuit de more Scaliger distinctam Italico charactere periocham, quam quidem veteres quoque libri, et Parmensis ms. ignorant. Diximus de Apollonio ad Hieronymi epist. 70, ad Magnum, et ad Librum de Viris Illustribus c. 40.

[e] Uno plus dicit Parmens. ms. sive *annis* 44.

[f] Quod Solis caput referebat cum septem radiis, ut superius num. 2091 notatum est. Re etiam vera in Græcis Syncelli Ἡλιακὸς κολοσσὸς nominatur.

[g] Legit et in Græcis Βεστιλιανοῦ Scaliger: constat vero rectam scripturam esse *Vectiliani*. Sublatum est hoc hominis monstrum hoc exeunte anno, pridie calendas Januarias, immo ipsa nocte quæ calendis illis proxime antecedit. De necis genere confer Lampridium, Eutropium, et Victorem, qui conciliari facile in se possunt.

[h] Interjacent quidem sex menses a Pertinacis imperio, quod calendis Januariis inivit (sive eadem qua occisus est Commodus nocte) ad imperium Severi, quod circa calendas Julias senatus approbatione confirmatum est. Atque hoc videtur temporis intervallum annotare voluisse Eusebius, qui Pertinaci menses sex regni tribuit. Re enim vera solos ille duos menses et dies viginti septem regnavit, ut Capitolinus auctor est; nam Eutropius et Victor dehabent illos dies septem, et *octogesimo imperii die* eum tradunt interfectum. Porro quod superest spatium temporis, implevit ex parte Didius Julianus, qui principatum die 28 Martii hujusmet anni a militibus acceptum, per duos item menses et quinque dies, sive ad calendas usque Junias, tenuit. Paulo ante ejus necem, sive ante idus Maias, Severus in Pannonia atque Illyrico fuerat ab exercitu imperator appellatus; sed non nisi sub Junii finem videtur imperii administrationem a senatu accepisse.

[i] Fortasse verius dixisset *sexagenario;* nam ipse Eutropius, quo cum unice videtur convenire, illum ait *septuagenariam* tantum *attigisse ætatem*. Reliqui certe scriptores, vel 66, ut Capitolinus, vel 67, ut Victor in Epitome, et Xiphilinus, annos tantum Pertinaci attribuunt, cum præfecturam Urbis ageret.

[j] Opponit Scaliger Capitolini testimonium, ubi ait, *Eadem die qua Augustus est appellatus, et Flavia Titiana uxor ejus Augusta est appellata.* Sed laborare luxatione eum locum, satis manifesto, ut mihi quidem videtur, ostendit Salmasius, qui ita etiam restituit ut et cæteris mendis careat, et minime ad Titianam referatur. Eum adito eruditionis laude hominem nulli secundum.

*Olymp.* *Romanorum.* *An.Dom.* *Ann. ab Abr.*

Pertinax, obsecrante senatu, ut uxorem suam [a] Augustam, et filium suum Cæsarem appellaret, contradixit : sufficere testatus, quod ipse regnaret invitus.

Pertinax occiditur in palatio, Juliani [b] jurisperiti scelere : quem postea Severus apud Milvium [*Sc.* Mulvium] pontem interfecit.

*Romanorum XVII, SEVERUS, regnavit* [c] *annis* 18.

243 1 Severus [d] provincia Tripolitana oppido Lepti, solus ex Africa usque in præsentem diem, Romanis imperator fuit, et in honorem Pertinacis, quem Julianus occiderat, Pertinacem se cognominari jussit. 195

2 Clemens Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, et Pantænus Stoicus philosophus, in disputatione dogmatis nostri disertissimi habentur. 196

3 Narcissus Jerosolymitarum episcopus, et Theophilus Cæsariensis, [e] Polycrates quoque, et Bacchylus Asianæ provinciæ episcopi insignes habentur. 197

*Candidus Christianorum disputator cautissimus notus efficitur.*

4 Quæstione [f] orta in Asia inter episcopos, an secundum legem Mosi, 14 mensis Pascha observandum esset, Victor Romanæ urbis episcopus, et Narcissus Jerosolymarum, Polycrates quoque, et Irenæus, et Bacchylus, plurimique ecclesiarum pastores, quid eis probabile visum fuerat, litteris ediderunt, quarum memoria ad nos usque perdurat. 198 2210

244 5 Judaicum [g] et Samariticum bellum ortum, vel resumptum. 199

6 Severus Parthos, et [h] Adiabenos superavit, Arabesque interiores ita cecidit, ut regionem eorum Romanam provinciam faceret, ob quæ Parthicus, Arabicus, et Adiabenicus cognominatus est. 200

7 Severo imperante, thermæ Severianæ apud Antiochiam, et Romæ factæ, et [i] Septizonium exstructum. 201

## GRÆCA FRAGMENTA.

Περτίναξ, ἀξιούσῃ τῇ συγκλήτῳ Ῥωμαίων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Σεβαστὴν ὀνομάσαι, καὶ τὸν υἱὸν Καίσαρα ἀποδεῖξαι, ἀντεῖπε, φάσκων, Ἱκανὸν, ὅτι βεβιασμένος πάρειστ ἐπὶ τὴν ἀρχήν. Chron. Pasch. pag. 211.

Περτίναξ... ἐσφάγη ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, ὡς ἐξέρχεται ἀπὸ τοῦ Παλατίου, κ. τ. λ. Idem ibidem.

Ῥωμαίων ἑπτακαιδέκατος ἐβασίλευσε ΣΕΥΗΡΟΣ ἔτη ιη'. Syncell. pag. 282.

Κλήμης... πρεσβύτερος Ἀλεξανδρείας... καὶ Πάνταινος φιλόσοφος ἀπὸ Στοϊκῶν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ διέλαμπον. Ex Idem ibid.

Σευῆρος Ἀδιαβηνοὺς καὶ Ἄραβας (συμμαχήσαντας τῷ Νίγρῳ) καθυπέταξεν. Idem pag. 283.

## NOTÆ.

[a] Dicitur Victor etiam antiquissimo scriptori quem laudat Eusebius in Histor. lib. v, cap. 28, τρισκαιδέκατος ἀπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ ἐπίσκοπος. Pontificatus autem ejus initia et finem quod spectat, alii in alia omnia abeunt. Liber pontificalis, quem sequuntur recentiorum plerique, *a consulatu Commodi quinto et Glabrionis* eum auspicatur ante annos ferme septem ab Eusebii rationibus; ducitque per *annos* 10, *menses* 2, *dies* 10..., *usque ad Lateranum et Rufinum.* Exinde docti chronologi annos solidos 12 diesque 10 præterea supputant. Bucherianus catalogus in consulum notatione luxatus corruptusque est; tempus tamen quo Victor sedit, *annis* 9, *mensibus* 2, *diebus* 10, concludit. Diem obitus alii 20 Aprilis, 28 Julii illigant : cui quidem etiam in Ecclesiasticis tabulis memoria illius consignatur. Eusebius ipse, lib. v Hist., cap. 20, tradit Eleutherium obiisse 10 anno Commodi imperatoris (tribus scilicet annis antequam Pertinax imperium capesseret), et tunc quidem Victorem Eleutherio successorem datum.

[b] Tacent istud *jurisperiti* Eutropius, Victor aliique, quod ut jure addi possit, certum tamen est non alium quam Didium Julianum intelligi.

[c] Parmensis ms. uno plus dicit, sive *annis* 19. Scaliger in suis mss. hæc subdi notat : *Ideo autem hic duo anni positi sunt, quia superiore anno sex menses regnavit Severus.* In uno Bong. paulo aliter : *eo quod superioris anni sex mensibus regnavit Severus :* quæ omnia glossator de suo addidit.

[d] Confer Eutropium, a quo hæc noster descripsit, Spartianum quoque in Severo cap. 18, et notas Casauboni.

[e] Mendose olim, in Scaligeri quoque exemplaribus, *Polycarpus* erat loco *Polycratis;* quod tamen mendum in notis doctus idem vir cavit, voluitque præterea locum ita restitui : *Polycrates quoque Asianæ provinciæ, et Bacchylus Corinthiorum episcopus,* etc. Postremus iste in pr. Palatino *Braccillus* depravate dicitur; Græci, atque ipse Eusebius Βακχύλλον, cum gemina λ littera, scribunt. Latini autem, idque rectius, *Bacchylum.* Quæ subsequitur periocha de Candido Christianorum disputatore, Italico charactere distincta, in nostris mss. non habetur, et a Scaligero exsulare hinc penitus jussa est.

[f] Huc referendum omnino est ipsiusmet Eusebii Histor. lib. v, cap. 23, ex quo item suppleri Græca nullo negotio poterunt.

[g] Pro *Samariticum* tres Palatini mss. *Sarmaticum,* unus Parmensis *notum* pro *ortum* legit : ubi tamen cum Scaligero alii-que editis libris rescribendum est *motum.* Mirum, hujus historiæ neque in Edesseno Chron. mentionem esse. Et discimus tamen e Spartiano fuisse ab hinc triennio Antonino Severi filio decretum a senatu *Judaicum triumphum,* qui ad hocce bellum omnino referendus est. Neque probabilitate caret Judaicum bellum dici, quod in Syria (quæ a Pescenii partibus stabat) gestum est; siquidem Palæstina, Judæorum everso jam regno, addita est Syriæ, atque eodem fere nomine regionis venit. Quamquam et proprie Palæstinam scimus crudeliter a Severo habitam, ob Nigri causam. Vide iterum Spartianum.

[h] Eutropius (a quo pronuntiat Scaliger Hieronymum hæc totidem verbis descripsisse) in nupera recensione Havercampii juxta melioris notæ codd. fidem, *Adiabenos* tacet, neque porro addit Severo *Adiabenici* cognomentum, quæ procul dubio e Spartiano infarta dicuntur : in reliquis etiam nonnihil differt. In nostris mss., ut et laudatis Scaligero atque aliis, *Azabenos,* et mox *Azabenicus* scriptum est ex Eolicæ, ut volunt, dialecti pronuntiatione. Qua de re sæpe alias diximus, et initio epistolæ 22 ad Eustochium. Quod rei caput est, hæc recentiores chronologi, et noster Blanchinius ex nummis apud Mediobarbum, gesta referunt ante biennium; et certe altero aut tertio imperii sui anno Severus expeditionem in Parthos atque Adiabenos susceperat, Arabiam quoque Felicem devastaverat. Fortasse autem Eusebius triumphum qui hocce anno de Parthis, Adiabenis, etc., victis, Antonino Caracallæ Severi filio a senatu decretus est, notat.

[i] In aliis libris *Septizodium* legere est, quod et Salmasius in vetustiore Palatino codice haberi annotaverat, quamquam hoc negat Schurzfleischius.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | 8 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 202 | |
| 245 | 9 ZEPHYRINUS, [a] XIV, Romanæ ecclesiæ episcopatum suscepit annis 17. | 203 | |
| | Persecutione in Christianos facta, [b] Leonides Origenis pater gloriosa martyrii morte transfertur. | | |
| | 10 Alexander ob confessionem Dominici nominis insignis habetur. | 204 | |
| | 11 Clemens multa et varia conscribit. | 205 | |
| | 12 Musanus [c] nostræ philosophiæ scriptor agnoscitur [d]. | 206 | 2220 |
| 246 | 13 Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud Lugdunum interfecto, Severus in Britannos bellum transfert : ubi ut receptas provincias ab incursione barbarica faceret securiores, vallum [e] per 132 millia passuum a mari ad mare duxit. | 207 | |
| | Tertullianus Afer Centurionis proconsularis filius omnium Ecclesiarum sermone celebratur. | | |
| | 14 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 208 | |
| | 15 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 209 | |
| | 16 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 210 | |
| 247 | 17 Origenes Alexandriæ studiis eruditur. | 211 | |
| | 18 Severus moritur [f] Eboraci in Britannia. | 212 | |
| | *Romanorum XVIII, ANTONINUS cognomento CARACALLA, Severi filius* [g], *regnavit annis* 7. | | |
| | 1 Antiochiæ IX episcopus constituitur Asclepiades. | 213 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων ιε', ἐπίσκοπος ΖΕΦΥΡΙΝΟΣ ἔτη ιθ' ἢ ιβ'. Syncell. pag. 283.

Λεωνίδης Ὠριγένου πατὴρ ἐμαρτύρησε, διωγμοῦ γεγονότος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Idem ibid.

Μουσιανὸς ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. Idem ibidem.

Σευῆρος... Ἀλβῖνον τυραννήσαντα κατὰ Λουγδούνων πόλιν ἀνεῖλεν. Idem ibidem.

Σεβῆρος τὸν ἐν Βρετανίᾳ νίκησας πόλεμον, ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν περιετείχισε τὴν νῆσον σταδίοις χιλίοις. Cedrenus Hist. Compend. pag. 199.

Σευῆρος ἐν Βρετανίᾳ νόσῳ τελευτᾷ. Ex Sync. p. 283.

Ῥωμαίων ὀκτωκαιδέκατος ἐβασίλευσεν ἈΝΤΩΝΙΝΟΣ, ὁ ἐπικληθεὶς ΚΑΡΑΚΑΛΛΟΣ, υἱὸς ὢν Σευήρου, ἔτη ζ'. Syncell. pag. 284.

Ἀντιοχείας ἔννατος ἐπίσκοπος Ἀσκληπιάδης. Idem ibidem.

## NOTÆ.

Quod alii libri habent *Septidonum*, amanuensis vitium videtur. Ne diutius hisce immoremur, vide, quod et Schurzfleischius monet, Mabillonii Iter Italicum.

[a] Biennio ante, sive sub consulatu Tib. Saturnini, et C. Galli, referunt Zephyrini electionem antiqui pontificum catalogi : e quorum notatione Blanchinius infert, tunc primum fuisse ab eo Pascha celebratum, cum electus jam fuisset die 25 Septembris anni superioris. Verum etiam biennio et decem mensibus supra Eusebii rationes sedem obtinuisse, docent iidem veteres catalogi, et chronologi recentiores, qui ejus martyrium 26 die Julii assignant, coss. C. Brutio Præsente, et T. Messio Extricato secundum. Alii 26 Augusti dicunt, qua item die memoria ejus in Ecclesiis agitur : alii 20 Decembris, ut in vetustis aliquot Martyrologiis, atque illo, quod Hieronymi audit. Constat tamen ipse sibi Eusebius in Hist. lib. v, cap. 28, ubi ordinatum tradit Zephyrinum ἀμφὶ τὸ ἔνατον τῆς Σεβήρου βασιλείας ἔτος, *anno principatus Severi circiter nono*. At lib. vi, cap. 21, eumdem scribit vita functum anno primo Elagabali, cum ὅλοις ὀκτωκαίδεκα ἔτεσι, *solidis annis octodecim sacerdotium obtinuisset*. Hunc pontificem cur in Græcis suis Collectaneis Scaliger prætermiserit, non video.

[b] Huc referendus omnino locus est Hieronymi lib. de Viris Illustribus cap. 54 : *Origenes... decimo Severi Pertinacis anno adversum Christianos persecutione commota, a Leonide patre, Christi martyrio coronato, cum sex fratribus, et matre vidua pauper relinquitur, annos natus circiter decem et septem*, etc. Scaliger subdit huic periochæ grandioribus litteris *Quinta Persecutio*, quem titulum, ut et reliquos ejusmodi, ignorant mss. atque editi meliores libri.

[c] In Parmensi ms. continua orationis serie additur, *al. Musonius*, atque ita quidem et in primo Palatino codice, teste Schurzfleischio, appellatur. Vide laudatum modo Hieronymi librum de Viris Illustribus cap. 31, et nos ibi.

[d] Scaliger hic grandioribus litteris ad tituli instar periocham apponit ejusmodi : *In hoc anno Jobeleum a majoribus invenimus observatum, id est, duodecimo anno Severi et* 252 *Antiochenæ urbis*. Quæ verba et A Pontacus quidem in nonnullis mss. invenit, sed meliore usus consilio, tamquam adventitia respuit. Sunt vero et absurda : nam quod Eusebii hallucinationi Scaliger tribuit, ut Jobeleum huc referat, cum nullum potuerit celebrari neque secundum rationes Judaicas, neque secundum Eusebianas, hoc, inquam, temere facit, neque veri speciem ullam habet. Nostri etiam mss. ea penitus ignorant. Habet vero Lucensis ms., sed ad libri oram.

[e] Apud Eutropium, a quo locum istum videtur Hieronymus delibasse, in accuratioribus plerisque libris cum editis, tum mss., ut et apud Cassiodorum et Victorem, centenarii nota non habetur, quæ etiam repugnare videtur Dionis et Spartiani testimoniis, ipsiusque rei veritati. Non enim, inquit Hearnius, tanta est insulæ eo loci (inter *Itunæ* nimirum æstuarium, et *Tinæ* ostium) latitudo, etiamsi ipsum anfractuosum muri ductum ascendentem, et descendentem persequaris, quod si etiam in Italica milliaria B resolvas, paulo plus quam 80, ut recte numeravit Spartianus, colligas. Procul dubio itaque librariorum vitio numeri quinquagenarii illa nota in quibusdam codicibus penitus omissa, in aliis cum nota centenarii (quod facile fieri potuit) commutata fuit. Mirari nihilominus subit, qui factum, ut pervaserit libros omnes Hieronymianos, eoque magis nonnullos Eutropii, a quo noster hausit. Orosium et sequiores alios nihil moror. Tempus quod spectat, malunt docti chronologi gestum in Severi annum decimum sextum, aut in sequentem differre. Vide Pagium et Blanchinium.

[f] Editi vetustiores libri *Eburaci :* primus Palatinus ms. *Oboraci*, minus bene, teste Schurzfleischio, qui et prætermissam penitus a Miræo fuisse hanc periocham, notat.

[g] Addidimus ex Parmensi ms. atque editis plerisque aliis libris quæ deerant verba, *Severi filius*. Maluimus autem cum Pontaco et Latinis aliis, præcipue autem cum Syncelli Græcis, annos, quibus Caracalla regnasse dicitur, putare *septem*, non expleto C tamen hoc ultimo, sed tantum inchoato. Constat enimvero eum diebus saltem aliquot (nam sunt qui tantum quatuor annumerent) sextum annum exces-

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | Alexander XXXV Jerosolymorum episcopus ordinatur, adhuc vivente Narcisso, et cum eo pariter Ecclesiam regit. | | |
| | 2 Antoninus [a] Caracalla cognominatus propter genus vestis, quod Romæ erogaverat, et econtrario Caracallæ ex ejus nomine Antoninianæ dictæ. | 214 | |
| 248 | 3 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 215 | |
| | 4 Antoninus Romæ thermas sui nominis ædificavit. | 216 | 2230 |
| | 5 Antoninus tam impatiens libidinis fuit, [b] ut novercam suam Juliam uxorem duxerit. | 217 | |
| | 6 Antoninus interficitur inter Edessam et Carras [c] anno ætatis 43. | 218 | |
| 249 | 7 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 219 | |
| | *Romanorum XIX, MACRINUS, regnavit anno uno.* | | |
| | 1 Macrinus præfecturam prætorii gerens, imperator factus. | 220 | |
| | Antiochiæ X episcopus constituitur Philetus. | | |
| | Circensibus Vulcanaliorum Romæ amphitheatrum incensum. | | |
| | Aggarus [d] vir sanctus regnavit Edessæ, ut vult Africanus. | | |
| | Macrinus occiditur in Archelaide. | | |
| | *Romanorum XX, MARCUS AURELIUS ANTONINUS, regnavit an. 4.* | | |
| | 1 Marcus Aurelius Antonini Caracallæ, ut putabatur, filius, et sacerdos [e] Eliogabali templi, adeo impudice in imperio suo vixit, ut nullum genus obscœnitatis omiserit. | 221 | |
| | 2 CALLISTUS XV [f] Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscepit an. 5. | 222 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος λε' Ἀλέξανδρος. Ex Syncel'. pag. 268.

Ἀντωνῖνος... ἐσφάγη μέσον Ἐδέσσης καὶ Καῤῥῶν, ὢν ἐτῶν ζ'. Chron. Pasch. pag. 213.

Ῥωμαίων ιθ', ἐβασίλευσε ΜΑΚΡΙΝΟΣ ἔτος α'. Id. ibid.

Ἀντιοχείας ἐπίσκοπος ι' Φίλητος. Sync. p. 286.

Κιρκισίοις Ἡφαιστίοις ἐκάη τὸ ἀμφιθέατρον ἐν Ῥώμῃ. Idem pag. 284.

Ἀφρικανὸς Αὔγαρόν φησιν, ἱερὸν ἄνδρα... βασιλεύειν Ἐδέσσης (κατὰ τούτους τοὺς χρόνους). Sync. p. 286.

Μακρῖνος ἐσφάγη ἐν Ἀρχελαΐδι. Idem pag. 284.

Ῥωμαίων κ', ἐβασίλευσεν ΑΝΤΩΝΙΝΟΣ ΑΥΡΗΛΙΟΣ ἔτη δ'. Idem ibidem.

Ῥωμαίων ις', ἐπίσκοπος ΚΑΛΛΙΣΤΟΣ ἔτη η'. Idem pag. 285.

## NOTÆ.

sisse. Eutropius duos videtur menses adjicere : *Defunctus est*, inquiens, *anno imperii sexto, mense secundo*. Pagius ex Dione duos præterea dies addit : nec moratur Spartianum hac in re sibi minime constantem. Igitur qui *sex* tantum annos ascribunt, quos inter et Parmensis ms. est, et docti post Scaligerum non pauci, veritati nonnihil detrahunt, et multum sibi in consequenti serie negotii facessunt. Scaliger, ut de hoc uno dicam, coactus est, subsequentes reliquas olympiades solido anno posthabere : ut qui secundus est in nostra recensione, primum ille uniuscujusque olympiadis faciat. Adeo laborant apud eum continuo unius anni metachronismo : quod ut uno exemplo demonstrem, Censorinus. de Die Natal. cap. 54, necem Maximini *ad annum secundum olympiadis* 254 refert, qui in Scaligerana recensione non secundus, sed primus est ejus olympiadis annus. Dicemus ibi fortasse hac de re iterum.

[a] Confer Spartianum, et Victorem utrumque, in Cæsaribus, et in Epitome, et doctorum in eos interpretum notas. His adde Eutropium ad subsequentem periocham de thermis. Pro *Antoninianæ*, erat *Antonianæ*.

[b] Atque hæc accepit Hieronymus ab Eutropio : iste a Spartiano, qui etiam Victori persuasit, Juliam novercam fuisse Caracallæ, non matrem, et porro ductam ab eo uxorem. Qui ab hac stant opinione, seu potius commento, Marciam dicunt matrem Caracallæ, Juliam vero Getæ. Sed reliqui scriptores, et Græci omnes, Oppianus, Dio, Herodianus, Philostratus : aliique pari consensu Juliam Augustam, quæ et Domna dicta est, Antonini Caracallæ, sicut et Getæ matrem faciunt, neque incestum hoc facinus probris perditissimi imperatoris adcensent. Eadem hæc est Julia in antiqua inscriptione Albæ Juliæ inter Gruterianas pag. 6, quam se professus est Scaliger non intelligere, et ut quærerent, chronologis eruditis et antiquitatis investigatoribus proposuit. Tantula res crucem summo viro fixit. Vide Salmasium in notis ad laudatum Spartiani locum p. 142.

[c] Subductis rationibus, malim Dioni, qui illa tempestate vivebat, et ad certum id nosse poterat, fidem adhibere : solos autem ille attribuit Caracallæ annos vitæ viginti novem. Hieronymus ab Eutropio sumpsit, hic autem a Spartiano, quem falsum eo loci esse, sibique minime constare, Pagius ostendit. Vide et Casaubonum ad Spartiani Caracallam cap. 9.

[d] Mirum, hoc demum anno regem Edessæ nominari, quo regnum Edessenum finem accepit. Sic enim laudatus Assemanio vernaculus auctor constituit Dionysius Jacobitarum patriarcha in Chronico : *Inchoatum fuit regnum Edessenorum olympiade* 161, *desiit olympiade* 249. Et inferius ad annum Abrahæ 2233 : *Hic etiam regnum Edessenorum cessavit, quod annis trecentis quinquaginta duobus duraverat. Ab hoc vero tempore deinceps Romanis subjecti fuerunt.* Quibus quidem indicari annum primum Elagabali, laudatus Assemanius notat. Conciliare autem studet cum Dione, qui lib. LXXVII, de Antonino Caracalla scribit : *Cum ad ipsum tamquam ad amicum Augarus rex Osrohenorum venisset, ei fidem fregit, comprehensumque conjecit in vincula, et Osrohenem rege destitutam capit :* tunc enim, quod et Tillemontio placet, Edessenorum regno finis videtur impositus. Dissidii hæc est una causa. Inter postremum Caracallæ, et primum Elagabali, intermedius annus regni Macrini, ipsi deputatus est Elagabalo, qui imperium suum, ut Pagius notat, ab ejusdem anni principio auspicari voluit, quo ad ipsum a Macrino Romanæ legiones defecerunt : adeptusque imperium, jussit Macrini nomen e Fastis abradi, suumque substitui, perinde atque ipse, non Macrinus, subsequentem proxime a Caracallæ morte annum aperuisset. Ideo gestum ascribi et postremo Caracallæ, et primo Elagabali potuit : sed vero pressius ex Africano Eusebius (si propositum erat Augari historiam, ac fatum Edesseni regni annotasse) Macrini temporibus illigavit. Cæterum in Pontacena editione male *Aggarus* scriptum erat pro *Avgarus*, aut *Abgarus*, quod idem est.

[e] Iisdem Eutropius verbis, in quem videsis recentiores interpretes Cellarium atque Hearnium. Sed et nummi SACERDOS. DEI. SOLIS. ELAGABAL. inscripti sunt.

[f] Alii ex antiquis *Calixtum* vocant. Superaddunt Bucherianus catalogus, et liber Pontificalis, *menses duos et dies decem*. Econtrario nec solidum quinquennium eum implevisse, contendunt accuratiores chronologi.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| 250 | 3 | Eliogabalum [a] templum Romæ ædificatum. | 223 | |
| | 4 | In Palæstina [b] Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, urbs condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Julio Africano scriptore Temporum. | 224 | |
| | | Antoninus Romæ occiditur tumultu militari, cum matre Semia [c] Syra. | | |
| | | *Romanorum XXI, ALEXANDER, Mammææ filius, regnavit an.* [d] 13. | | |
| | 1 | Alexander [e] Xerxem regem Persarum gloriosissime vicit, et disciplinæ militaris tam severus corrector fuit, ut quasdam tumultuantes legiones integras exauctoraverit. | 225 | |
| 251 | 2 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 226 | 2240 |
| | 3 | URBANUS XVI Romanæ ecclesiæ ordinatur episcopus [f] annis 9. | 227 | |
| | 4 | Ulpianus jurisconsultus, assessor Alexandri insignis habetur. | 228 | |
| | 5 | Thermæ [g] Alexandrinæ Romæ ædificatæ. | 229 | |
| | 6 | Geminus presbyter [h] Antiochenus, et Hippolytus, et Beryllus episcopus Arabiæ Bostrenus, clari scriptores habentur. | 230 | |
| 252 | 7 | Antiochiæ XI constituitur episcopus [i] Zebennus. | 231 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Παλαιστίνης Νικόπολις, ἡ πρότερον Ἐμμαοῦς, ἐκτίσθη πόλις, πρεσβεύοντος ὑπὲρ αὐτῆς (καὶ προϊσταμένου) Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ τοῦ τὰ Χρονικὰ συγγραψαμένου. Chron. Pasch. pag. 214.

Ἀντωνῖνος... ὑπὸ στρατιωτῶν... ἀνηρέθη... σὺν τῇ μητρί. Ex Syncell. pag. 285.

Ῥωμαίων κα', ἐβασίλευσεν ΑΛΕΧΑΝΔΡΟΣ Μαμμαίας υἱὸς ἔτη ιγ'. Chronic. Pasch. pag. 214.

Ἀλέξανδρος σφόδρα τῆς στρατιωτικῆς ἀταξίας ἀντεχόμενος, κ. τ. λ. Ex Syncell. pag. 285.

Ῥωμαίων ιζ', ἐπίσκοπος ΟΥΡΒΑΝΟΣ ἔτη ζ. Syncell. pag. 286.

Οὐλπιανὸς νομοθέτης (ἐγνωρίζετο). Ex Syncell. p. 285.

Ἤκμαζον κατὰ τοῦτο πλείους λόγιοι καὶ ἐκκλησιαστικοὶ ἄνδρες... Βήρυλλος ἐπίσκοπος τῶν κατὰ Βόστραν Ἀράβων, ὡσαύτως καὶ Ἱππόλυτος ἑτέρας που καὶ αὐτὸς προεστὼς ἐκκλησίας. Ex Eusebio Hist. Eccl. lib. VI, cap. 20.

Ἀντιοχείας ἑνδέκατος ἐπίσκοπος Ζέβεννος. Syncell. pag. 286.

## NOTÆ.

[a] Legendum aut *Eliogabaleum*, aut *Eliogabali*, A non injuria contendit Scaliger.

[b] Quo anno condita est Nicopolis, consules fuere ipse Elagabalus IV, et Severus Alexander Cæsar. Sed cum ejus anni tres menses vix attigerit imperator (qui, teste Lampridio, ante diem pridie nonas Martii interfectus est), veteres quidam scriptores ab Alexandro, non, ut Eusebius, ab Elagabalo, conditam urbem eam dicunt. Anastasius Bibliothecarius: *Emmaus Palæstinæ castellum, de quo in sacris legitur Evangeliis, Alexandro Nicopolis est honorari decreta, legatione fungente Africano, qui historias in quinque libris descripsit.* Atque hoc est quod ex alio testimonio urget, et culpæ tribuit Eusebio Scaliger, qui non intellexit, quo hæc pacto conveniant: Si enim, inquit, imperator Alexander deduxit hanc coloniam, quomodo anno quarto Antonini Elagabali id potuit, quando nondum erat imperator? Quare et causam hallucinationis Eusebii hanc comminiscitur: quia quarto anno Elagabali Africanus B Chronicon suum terminavit, Eusebium qui hoc habebat in animo, confudisse tempus terminati Chronici cum tempore coloniæ deductæ. Plana erat, si quod erat res, fuisset assecutus. Vera causa est, quam attigimus, cur alii ad Alexandrum, noster ad Elagabali postrema tempora, satis quidem recte gestum maluerit referre. Cassiodorus quoque, *His Coss.* (Elagabalo et Alexandro) *in Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, urbs condita est.* Nec dissentit ipse alibi Hieronymus lib. de Viris Illustribus cap. 63: *Julius Africanus.... sub imperatore M. Aurelio Antonino* (Elagabalo) *qui Macrino successerat, legationem pro instauratione urbis Emmaus suscepit, quæ postea Nicopolis appellata est.*

[c] Legerat Pontacus uno *Semiasyra*, quod nos in duo, ut debuit, tribuimus. Æque bene Scaliger *Symia Sira*, et Græce Συμία Συρά: quod nomen ab Hebræo שהמיא סיהרא perquam erudite interpretatur *lunulam onychinem*, quod ornamentum est pendens ex collo mulierum. Orientalibus enim et præcipue C Syris frequens et vulgo usitatum fuisse, notat, appellationes imponere a rebus quæ in deliciis sunt, cujusmodi gemmæ, et mundus muliebris. Cætera apud eum videsis. Alii cum Lampridio et Capitolino *Semiamiram* dicunt.

[d] Adde modo dies novem: et vide Pagium, qui accusat erroris Lampridium.

[e] Accepit Hieronymus ab Eutropio: a quo itidem, monet Schiekardus, non recte *Xerxem* eum regem nominari, ut et *Artaxerxem* ab Herodiano, Xiphilino, et Lampridio, et *Artaxarem* ab Agathia Scholastico, cum genuinum ejus nomen fuerit *Ardschir*, ut ex Tarich, Arabico libro genealogico, compertum est. Cætera, etiam inferius, ubi de Ulpiano sermo est, a laudati Eutropii interpretibus repete.

[f] Uno minus dicit ipsemet Eusebius in Hist. lib. VI cap. 23, sive *octennio* tantum, ἔτεσιν ὀκτὼ perfunctum Romanæ Ecclesiæ pontificatu Urbanum. Quin etiam ex consulari nota in Bucheriano catalogo, *a consulatu Maximi et Æliani, usque Agricola et Clementino*, colligas neque octennium illud explevisse. Attamen idem ille catalogus facit in annorum summa fere cum Hieronymo; octo enim annis, *menses* 11, *dies* 12 (in ms. Reginæ Suecor. *menses* 10 *dies* 12) adjungit. Plus dicit unus Corbeiensis ms. Constantio laudatus, *annos* 9, *mensem* 1, *dies* 2. Est vero Bucheriani catalogi summa ab ordinatione in episcopum, ad martyrii diem supputanda, eaque propior ad fidem.

[g] Recole quæ superius de Neronianis thermis dicta sunt. Quamquam et proprie fundatas alias ab Alexandro, laudatus etiam Scaligero, Lampridius notat: *Opera veterum principum instauravit. Ipse nova multa constituit: in his thermas nominis sui, juxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, aqua inducta, quæ nunc Alexandrina dicitur.*

[h] In Parmensi ms. *Germianus* hic dicitur, et *Beryllus Arubasternus*, corrupte. De Hippolyto in Græcis Collectaneis lib. I Scaliger Syncelli verba pro Eusebianis obtrudit: Ἱππόλυτος ἱερὸς φιλόσοφος, ἐπίσκοπος Πόρτου τοῦ κατὰ τὴν Ῥώμην, κ. τ. λ., quæ tantum abest, ut scribi ab Eusebio potuerint, ut qui Latine Eusebianum hocce opus Hieronymus vertit, libro de Viris Illustribus neget, se reperire umquam potuisse, cujus ille civitatis episcopus fuerit. In eam ego sententiam concesserim, quæ Hippolyti sedem figit in Portu Romano in Arabia, et ἐμπόριον τῆς Ἀραβίας Ptolemæus vocat: quam et probabiliorem facere videtur iste Eusebii locus, eo nimirum, quod in eadem regione, sive Arabia, Beryllus episcopus recensetur.

[i] Atque hic *Zenus* pro *Zebennus* in Parmensi ms. nominatur: Eusebio in Hist. Ζεβῖνος dicitur.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | 8 Origenes Alexandriæ clarus habetur. | 232 | |
| | 9 Alexandrinæ ecclesiæ XII ordinatur episcopus [a] Heraclas an. 16. | 233 | |
| | 10 Alexander [b] in matrem Mammæam unice pius fuit, et ob id omnibus amabilis. | 234 | |
| 253 | 11 Origenes [c] de Alexandria ad Cæsaream Palæstinæ transit. | 235 | |
| | 12 PONTIANUS XVII Romanæ ecclesiæ episcopatum suscepit [d] annis 5. | 236 | 2250 |
| | 13 Alexander occiditur [e] Moguntiaci tumultu militari. | 237 | |
| | *Romanorum XXII, MAXIMINUS, regnavit* [f] *annis* 3. | | |
| | 1 Maximinus primus ex corpore militari, sine [g] senatus auctoritate, ab exercitu imperator electus est. | 238 | |
| 254 | 2 Maximinus adversum Ecclesiarum sacerdotes persecutionem facit. | 239 | |
| | 3 Maximinus Aquileiæ [h] a Pupieno occiditur. | 240 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ὠριγένης ἀπὸ Ἀλεξανδρείας [Ed. Ἀλεξάνδρου] εἰς Καισάρειαν Παλαιστίνης μετέστη. Syncell. pag. 288.

Ῥώμης ἐπίσκοπος ιθ' ΠΟΝΤΙΑΝΟΣ ἔτη γ'. Idem pag. 287.

Ἀλέξανδρος... ἀναιρεῖται... ἐν Μογουντιακῷ στρατιωτικῷ ἐπαναστάσει. Idem pag. 285.

Ῥωμαίων κγ', ἐβασίλευσε ΜΑΞΙΜΙΝΟΣ... ἔτη γ'. Chr. Pasch. pag. 214.

Μαξιμῖνος... ἀναγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ στρατοῦ, κ. τ. λ. Chron. Pasch. ibidem.

Μαξιμῖνος κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν ἐκίνησεν. Syncell. pag. 287.

Μαξιμῖνος ἀνῃρέθη... ἐν Ἀκυληΐᾳ. Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Lectum antea corrupte *Heracleas*. Atque huic quidem anno ejus ordinationem assignant libri plerique omnes cum editi, tum mss. Duo tamen Oxonienses Dodwello laudati in sequentem transferunt, sive ad decimum Alexandri.

[b] Videri potest voluisse his verbis Hieronymus gestum Severi aliquod in Mammææ matris gratiam indicare: puta quod eorumdem occasione verborum Lampridius narrat: *In matrem Mammæam unice pius fuit, ita ut Romæ in palatio faceret diætas nominis Mammææ, quas*, etc. Aliter non erant profecto in certum imperatoris annum conjicienda: quod factum Scaliger usque adeo miratur.

[c] Valesius in notis ad Eusebium Histor. libro VI, cap. 26, In Chronico, ait, Eusebii hæc Origenis migratio ab urbe Alexandrina ad Cæsariensem, in quibusdam codicibus refertur anno 12 Alexandri, ut testis est Pontacus. Sed mira est Eusebii a scipso dissensio, qui in Chronico eam migrationem commemorat anno vel biennio post mortem Demetrii. Hic vero Origenem Alexandria migrasse scribit paulo antequam Demetrius ultimum diem obiisset. Quod quidem verius puto. Nam post Demetrii interitum, nihil jam causæ erat cur Origenes Alexandria discederet; cum præsertim Demetrio successisset Heraclas, unus ex discipulis Origenis. Accedit quod hic refert Eusebius, Origenem ex urbe Alexandria discedentem, munus suum, et catechizandi officium Heraclæ tradidisse. Ex quo apparet, Origenem paulo ante prolatam a Demetrio adversus ipsum excommunicationis sententiam, Alexandria discessisse. Neque enim post illam sententiam magisterium suum in Alexandrina Ecclesia Origenes retinere potuit. Recte igitur Baronius Eusebii Chronicon emendat, et Origenis quidem migrationem ab urbe Alexandrina confert in annum 10 Alexandri, mortem vero Demetrii in annum sequentem. Sed in eo labitur, quod sententiam excommunicationis a Demetrio latam esse dicit anno antequam Alexandria migraret Origenes: quod refutavimus. Cum enim magisterium suum Origenes semper Alexandriæ retinuerit, apparet ipsum ante damnationem illinc discessisse. Porro cum Origenes se a Demetrio in synodo episcoporum damnatum esse comperisset, epistolam scripsit ad amicos suos qui erant Alexandriæ, qua in Demetrium et reliquos episcopos invehebatur. Ejus partem citat Hieronymus in libro II adversus Rufinum. Porro jam semel Origenes Cæsaream se receperat, Antonini Caracallæ temporibus; sed a Demetrio honorifice revocatus, brevi Alexandriam redierat, ut supra relatum est. Postea vero cum in Achaiam proficisceretur, per Cæsaream Palæstinæ transiens, ibidem presbyter est ordinatus.

[d] In Histor. autem lib. VI, cap. 29, uno plus dicit, sive ἔτεσιν ἕξ episcopatum Romanæ Ecclesiæ Pontianum tenuisse. Et veteres catalogi supra annos quinque, menses duos, et dies septem ei tribuunt: qui conciliari non incommode cum eo possunt, si sex dici incompletos intelligas. Qui solos quinque annumeret cum auctore nostro, non invenio; Syncellum autem, atque ex eo Nicephorum, qui tres modo dicunt, non moror.

[e] Apud Moguntiacum, *in Gallia, in vico cui Sicila* (vel *Sicilia*) *nomen est*, ut Lampridius et Victor docent.

[f] Numero utitur rotundo, ut et Epiphanius, Orosius, Victor, Cassiodorus, atque alii, qui tres cum auctore nostro annos Maximino assignant, cum ille tamen vix aliquot supra biennium mensibus imperio potitus sit. Causam, et rerum, quas noster præterit, seriem ab historicis pete. Victor de Cæsaribus cap. 27: *Horum* (Maximinorum) *imperio ad biennium per hujusmodi moras annus quæsitus:* cujus loci interpretes adito. Vide et Petavium de Doctrin. Temp. lib. XI, cap. 24.

[g] Accepit noster ab Eutropio, quocum Herodianus et Capitolinus consentiunt. Victor autem cepisse tradit Maximinum *potentiam suffragiis legionum; quod etiam Patres, dum periculosum existimant inermes armato resistere, approbaverunt.*

[h] Atque id ex Eutropii, quem et Victor sequitur, fide. Alii enim non a Pupieno, sed a militibus occisum Maximinum tradunt. Ejus interfectorem Herodianus lib. VII atque VIII Maximum vocat; cui tradit ex Fortunatiano Capitolinus fuisse nomen Pupieno, sed alium tamen a cognomine Pupieno Maximo imperatore, qui certe per id temporis Romæ agebat. Palatinus primus ms., teste Schurzfleischio, pro *a Pupieno* habet *apud Pievo*, ex qua corrupta lectione potest fortasse aliquid boni excudi. Scaliger, qui primum olympiadis annum hunc facit esse quo interfectus est Maximinus, erroris convincitur a Censorino, qui eodem hoc anno librum de Die Natali scribebat, et mortem Maximini *ad ann. 2 olympiadis* 254 refert.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | *Romanorum XXIII*, [a] *GORDIANUS, regnavit annis* 6. | | |
| | 1 ANTEROS [b] XVIII Romæ episcopus ordinatur mense uno, post quem XIX FABIANUS annis 13. | 241 | |
| | 2 Gordiano Romam ingresso, [c] Pupienus et Albinus, qui imperium arripuerant, in palatio occisi. | 242 | |
| 255 | 3 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 243 | |
| | 4 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 244 | |
| | 5 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 245 | |
| | 6 Gordianus [d] admodum adolescens, Parthorum natione superata, cum victor reverteretur ad patriam, fraude Philippi præfecti prætorio haud longe a Romano solo interfectus est. | 246 | 2260 |
| | Gordiano milites tumulum ædificant, qui Euphrati imminet, ossibus ejus Romam revectis. | | |
| | *Romanorum XXIV, PHILIPPUS, regnavit* [e] *annis* 7. | | |
| 256 | 1 Philippus Philippum filium consortem regni facit, primusque omnium ex Romanis Imperatoribus [f] Christianus fuit. | 247 | |
| | 2 Regnantibus Philippis [g] millesimus annus Romanæ urbis expletus est, ob quam solemnitatem innumerabiles bestiæ in circo magno interfectæ ludique in campo Martio theatrales, tribus diebus ac noctibus populo pervigilante, celebrati. | 248 | |
| | 3 Theatrum Pompeii incensum, et Hecatonstylon. | 249 | |
| | 4 Quadragesimus [h] missus natali Romanæ urbis cucurrit, et agon mille annorum actus. | 250 | |
| 257 | 5 Philippus urbem nominis sui [i] in Thracia construit. | 251 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων κγ', ἐβασίλευσε ΓΟΡΔΙΑΝΟΣ ἔτη ς'. Syncell. pag. 288.

Ῥώμης ἐπίσκοπος ιη' ΑΝΤΕΡΩΣ μῆνα ἕνα· Μεθ' ὃν .. ΦΑΒΙΑΝΟΣ ἔτη ιγ'. Ex eodem p. 287 et 288.

Γορδιανὸς... εἰς Πάρθους ἐλθών... Ῥωμαίοις ὑπέταξεν· ἀλλὰ πρὸς Κτησιφῶντα γενόμενος, ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν Ὑπάρχου Φιλίππου γνώμῃ, κ. τ. λ. Ex Syncell. pag. 288.

Ῥωμαίων κδ', ἐβασίλευσε ΦΙΛΙΠΠΟΣ ἔτη ζ'. Ex eodem ibidem.

Φίλιππος... προσετέθη τῇ πίστει Χριστοῦ, κ. τ. λ. Idem ibidem.

Φίλιππος πόλιν ᾠκοδόμησεν ὀνομάσας αὐτὴν Φιλιππούπολιν. Cedrenus Hist. Compend. pag. 204.

## NOTÆ.

[a] Perstat in errore, quem modo animadvertimus, Scaliger. Censorinus hocce anno secundo olympiadis, in Agone Capitolino, quem undequadragesimum numerat, Pupieno et Balbino interfectis, auctor est, Gordianum adhuc adolescentulum imperatorem appellatum. Docet vero Pagius Agonem illum inter diem 14 Martii, et ante exitum Maii celebrari solitum; in quem locum pleraque alia congerit lectu digna.

[b] Vulgo *Antherus* dicitur, pro quo *Anteros*, ut est in Bucherinno catalogo, utque Græce Ἀντέρως restituimus. Pr. Palatinus ms. corrupte *Atherum* vocat. Sedisse eum ultra mensem, duos tresve dies, alii decem, et undecim volunt. Fabiano etiam supra annos tredecim, mensis unus diesque decem, addi solent. Sed nihil dubium est minus accurate utriusque initia ab Eusebio constitui, quæ altius erant, adhuc superstite Maximino, repetenda.

[c] Pertinent hæc ad superiorem annum, ut ex his quæ diximus liquet. Vide Histor. Miscellan., Herodianum quoque et Capitolinum, qui Pupienum atque Albinum non in palatio, ut cum Eutropio noster, sed eductos inde, atque in via contrucidatos notant.

[d] Huc istam quæ ad Gordiani tertium, et subsequentem periocham, quæ ad quintum annum referebatur, ipso jubente in curis posterioribus Pontaco, distulimus. Accepit vero pene ad verbum Hieronymus ab Eutropio, quem videsis cum doctorum interpretum notis.

[e] Tot supputant quidem Orosius et Jornandes; vetustiores autem, Eutropius, ac Victor, solos *quinque*. Propius ad verum alii inter utrosque medii *sex* dicunt: ac sane duos menses, diesque fere viginti supra quinque annos, rationibus rite subductis, colligere est potitum imperio Philippum. Videsis Pagium.

[f] Recole quæ ad geminum huic locum in Hieronymi libro de Viris Illustribus cap. 54 observamus. Saltem non fuisse animo a Christianis alieno Philippum, veri speciem habet. Vere autem ad Christianos non accessisse, indicio est subsequens ipsa pericha de sæcularibus ludis, quos egit, ut alia prætermittamus.

[g] Qui juxta Varronem millenarius ab U. C. annus agebatur, tertius erat consulatus Philippi: non, ut pleri que alii docti viri putant, secundus. Evincunt id nummi COS. III. inscripti, in quorum postica SÆCVLVM NOVVM. apud Mediobarbum atque inter nummos Arscotanos tab. 58, MILLIARIVM SÆCVLVM; apud Oyselium, et rursus Mediobarbum, MILLENARIVM SÆCVLVM. Ejus utique filii junioris Philippi erat ille consulatus secundus: quod itidem nummi testantur, qui ludos sæculares COS. III. Philippi patris, et COS. II. filii, notant, SÆCVLARES AVG. et AVGG. Non igitur video quam bene rationes Eusebius, sive Hieronymus, ineant, qui hæc secundo imperii Philippi anno ascribunt, quæ videbantur in tertium saltem differenda. Cæterum confer Eutropium et Capitolinum; cum primis vero Cassiodorum, qui ab auctore nostro hausit.

[h] Quæ ad loci hujus intelligentiam faciunt, præoccupavit Pontacus, cujus huc referenda annotatio est a pag. 202 ad 205, in calce libri. Scaliger vulgatam lectionem, *Atlas mons*, retinuit. Nobis pro *Quadragesimus missus*, quod Pontacus legit, placeret rescribi 40 *missus*, et cohærenter mox *cucurrerunt*. Cassiodorus, *Quadraginta etiam missus natali Romæ Urbis cucurrerunt, et agon mille annorum actus*. Hieronymus aliam a laudata dudum sententiam hic memorat eorum, qui, et propius quidem ad verum, natalem millesimum Urbis annum a Palilibus Varronianis, in hunc imperatoris Philippi quartum conferebant. Recole quæ superiori proxime annotatione observamus.

[i] Vereor ne duo verba isthæc, *in Thracia*, quæ nec Græcus textus habet, glossator nonnemo olim annotarit ad libri oram, quæ postea temere infarta sint textui. Certe alia est Thraciæ ab ista, quam Philippus noster condidit Philippopolin. Illa multis ante sæculis conditorem habuit Philippum Amyntæ filium, Alexandri Magni patrem: perstabatque urbs clara nostri Philippi temporibus, quod ex Livio lib. XXXIV cap. 53, atque aliis compertum est. Hæc autem in Arabia, in ea scilicet regione, ex qua ortum du-

*Olymp.* *Romanorum.* *An. Dom.* *Ann. ab Abr.*

6 Alexandrinam [a] Ecclesiam XXIII episcopus tenuit Dionysius an. 17. 252
7 Philippus senior Veronæ, Romæ junior occiditur. 253

*Romanorum XXV, DECIUS, regnavit* [b] *anno uno, mens. 3.*

1 Decius e Pannonia inferiore [c] Budaliæ natus fuit. 254
Decius cum Philippos, patrem et filium, interfecisset, ob odium eorum, [d] in Christianos persecutionem movet: qua diaconus Laurentius Romæ martyrium duxit.
Antonius monachus in Ægypto nascitur.
Romæ amphitheatrum incensum.
Alexandro Jerosolymorum episcopo apud Cæsaream Palæstinæ ob martyrium interfecto, et Antiochiæ Babyla, Mazabbanes, [e] et Fabius episcopi constituuntur.
Decius cum filio in [f] Abritto occiditur.

*Romanorum XXVI, GALLUS et VOLUSIANUS Galli filius regnaverunt annis 2,* [g] *mensibus 4.*

258 1 Romanæ ecclesiæ episcopatum, post Fabiani gloriosam mortem, XX suscepit CORNE- 255

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀλεξανδρείας τρισκαιδέκατος ἐπίσκοπος Διονύσιος ἔτη ιζ'. Ex Syncell. pag. 289.

Φίλιππος ἀνῃρέθη ἅμα τῷ υἱῷ. Cedren. Hist. Comp. pag. 204.

Ῥωμαίων κε', ἐβασίλευσε ΔΕΚΙΟΣ ἔτος α', μῆνας δ'. Ex Chron. Pasch. pag. 215.

Δέκιος διὰ τὸ πρὸς Φίλιππον ἔχθος, πικρὸν ἤγειρε κατὰ Χριστιανῶν διωγμόν. Sync. p. 289.

Ὁ τῆς Ἱεροσολύμων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης... ἐτελειώθη τῷ μαρτυρίου δρόμῳ. Chron. Pasch. pag. 216.

Ὁμοίως δὲ καὶ Βαβυλᾶς τῆς Ἀντιοχέων τῷ τοῦ μαρτυρίου δρόμῳ ἐτελειώθη· Μεθ' ὃν Ἀντιοχείας ἡγεῖται Φάβιος, κ. τ. λ. Chron. Pasch. pag. 215 et seq.

Δέκιος... ἐσφάγη μετὰ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ὑπό τινος τῶν ἐξάρχων ἐν Ἀβυρτῷ. Idem pag. 216.

Ῥωμαίων κς', ἐβασίλευσε ΓΑΛΛΟΣ καὶ ΒΟΛΛΟΥΣΙΑΝΟΣ ἔτη β', μῆνας η'. Ex Cedreno Hist. Compend. pag. 204.

Φαβιανὸς ἐπὶ τῆς Ῥώμης ὁ ταύτης ἐπίσκοπος τὸν μαρτυρικὸν ἀνεδήσατο στέφανον. Μεθ' ὃν ἐπίσκοπος καὶ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ἔτη γ'. Ex Sync. pag. 289.

## NOTÆ.

cebat hic de quo sermo est, imperator Philippus, constructa ab eo est: quod luculentissime testatur Aurelius Victor cap. 28: *Marcus Julius Philippus Arabs.... rebus ad Orientem compositis, conditoque apud Arabiam Philippopoli oppido*, etc. Quin putat Scaliger Bostram ipsam civitatem, in qua natus erat, fuisse a Philippo instauratam, atque ita a se cognominatam; in quam sententiam doctissimus quoque vir Lucas Holstenius in notis ad Ortelium, et modo laudati Victoriani loci interpretes vulgo concesserunt. Sed enim, ut recte notatum est Cellario Geograph. Antiq. lib. III cap. 14, illa ex Historiis confirmari non potest; nam quod Zonaras, et Cedrenus, cum dicunt Philippum *ortum Bostris*, subjungunt ὅπου, vel ἔνθα, *ubi et urbem Philippopolin condidit*, nihil aliud dicunt, quam in agro Bostreno conditam eam urbem fuisse. Cætera notant ipsimet diversam fuisse Philippopolim a Bostris eo ipso, quod laudamus, testimonio ac verbis. Luculentissime autem unam ab alia distinguit vetus notitia Ecclesiæ apud Carolum a S. Paulo, quæ in Arabiæ provincia primum Βόστραν μητρόπολιν, deinde quarto numero Φιλιππούπολιν nominat, duasque episcopales urbes, non unam eamdemque monstrat exstitisse.

[a] Juxta Eusebii ipsiusmet rationes ac mentem hæc est ad tertium Philippi annum periocha revocanda: siquidem Heraclam post sexdecim episcopatus annos (qui ab numero 2247 computantur) Dionysius excepit. Etiam in Hist. lib. VI cap. 35, anno Philippi imperii *tertio* Heraclam diem obiisse, eique successisse Dionysium scribit. Nihil itaque dubium, quin librariorum oscitantia luxatus ordo fuerit, et mota loco periocha, ut passim in hoc libro contigit: non, quod Scaliger jactat, σφάλμα hoc μνημονικὸν Eusebii esse.

[b] A calendis Augusti hujus anni, quo imperium iniit, ad insequentis Decembrem, cujus mensis initio interfectus est Decius, unus supra Eusebii rationes mensis et dies aliquot computantur. Exponi adeo commode Eutropius et Victor debent, qui eum dicunt *biennio* imperasse: scilicet *non completo*, quæ duo verba vetus quoque codex apud Hearnium breviatoris textui adjungit. Blanchinius tamen noster circa Junium fuisse vult Decium occisum, adeoque ne solidum quidem illi annum regni attribuit.

[c] Vetustissimus quidam Hieronymi ms. Avercampio in notis ad Eutropium laudatus, *Burdali* præ- A fert: alii, maxime vulgati veteres, *Eudalia*, Victor *Bubalia* legit. Impressam lectionem Antonini Itinerarium, et docti plerique omnes veram unice comprobant.

[d] Atque ita Hieronymus lib. de Viris Illustribus cap. 54 motam ait persecutionem a Decio, *eo quod in religionem Philippi desæviret, quem et interfecit*. Paria Eusebius in Hist. lib. VI cap. 39, nisi quod in ea persecutione statim pro Laurentio ponit Fabianum Romæ martyrium pertulisse. Subnectit huic pericopæ Scaliger grandioribus litteris ad tituli instar, *Septima Persecutio*, quæ verba, ut de aliis diximus, libri nostri ignorant.

[e] In Parmensi ms., *Arabanes, et Fabianus episcopi*, etc. Videsis Eusebium in Hist. loco dudum laudato, Pearsonium quoque Annal. Cyprian. et Pagium ad an. 250.

[f] Abrutum, sive Abrytum in Mœsia dici, quamquam ignotus ille est geographis locus, multa me adducunt ut credam. Et primo laudatus Syncello B Dexippus pag. 299: Δέκιος ἀναιρεῖται, ἐν Ἀβρύτῳ τῷ λεγομένῳ φόρῳ Θεμβρονίῳ, sive Θερεβρωνίῳ, al. Θεμαρανίῳ. Tum ipsa, quæ laudamus Græca ex Paschali Chronico, ubi par credere est, obvia passim litterulæ metathesi scriptum ἐν Ἀβύρτῳ pro Ἀβρύτῳ. Et Latinis Victor in Deciis, quos tradit, *Barbaros trans Danubium persectantes, Abruti fraude cecidisse*: manifesto enim mendosum est quod vulgo scribitur *Bruti*, et a loci nomine ad hominis nomen ideo transfertur, quod additum sit *fraude*, quo verbo absolute Victor, et pro *fraudulenter*, tametsi minus Latine usus est. Denique Jornandes de Rebus Getic. cap. 18: *Veniensque Adabritto* (al. *Abrupto*) *Mœsiæ civitatem, circumseptus a Gothis, et ipse exstinguitur*. Legendum ibi *ad Abrittum*, conjecit et Pagius. Sed ipsa jam apud diversos auctores scripturæ similitudo evincit, loci ejus nomen designari: et *Abrutum*, sive *Abrytum* ab iis dici voluisse, ut ut in ignotiore vocabulo describendo librarii peccarint. Pontacus, et C Scaliger (cui nulla in toto hoc Chronico dubia magis lectio fuit) habent *in Abritto*: vetustiores editiones *in Aprucio*: Parmensis ms. *in Abrutio*.

[g] Parmensis idem ms. *mensibus* 3. Vere autem neque integrum biennium a Decii morte, Gallus: tum ab Hostiliani, Volusianus, imperarunt: omnino menses 23. Recte adeo Eutropius interfectos eos dixit, *non completo biennio*.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | LIUS annis 2, [a] qui et ipse martyrio coronatus est. Exstant ad eum Cypriani octo epistolæ. | | |
| | Pestilens morbus [b] multas totius orbis provincias occupavit, maximeque Alexandriam et Ægyptum, ut scribit Dionysius, et Cypriani *de Mortalitate* testis est liber. | | |
| | Novatus [c] presbyter Cypriani, Romam veniens, Novatianum, et cæteros confessores sibi sociat, eo quod Cornelius pœnitentes apostatas recepisset. | | |
| | Antiochiæ XIII constituitur episcopus Demetrianus [d]. | 256 | 2270 |
| | 2 LUCIUS XXI Romanæ Ecclesiæ episcopatum tenet menses 8 [e]. Post quem XXII Stephanus annis 3. Exstant ad utrumque Cypriani epistolæ. | | |
| | Gallus et Volusianus, cum adversum Æmilianum, qui in Mœsia res novas moliebatur, ex Urbe profecti essent, in foro Flaminii, sive, ut alii putant, [f] Interamnæ interfecti sunt. | | |
| | Æmilianus tertio mense invasæ tyrannidis exstinctus est. | | |
| | *Romanorum XXVII, VALERIANUS et GALLIENUS regnaverunt annis* 15. | | |
| | 1 Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus: Gallienus Romæ a senatu Cæsar appellatus est. | 257 | |
| | 2 XYSTUS XXIII [g] Romanæ Ecclesiæ episcopatum tenet annis 8. | 258 | |
| 259 | 3 Cyprianus primum Rhetor, deinde presbyter, ad extremum Carthaginensis episcopus martyrio coronatur. | 259 | |
| | 4 Valerianus, in Christianos [h] persecutione commota, statim a Sapore Persarum rege capitur, ibique servitute miserabili consenescit. | 260 | |
| | 5 Sapor, rex Persarum, Syriam, Ciliciam et Cappadociam depopulatur. | 261 | |
| | 6 Valeriano in Persas ducto, Gallienus pacem nostris reddidit. | 262 | |
| | Antiochiæ XV constituitur episcopus Paulus Samosatenus. | | |
| 260 | 7 Gallieno in omnem lasciviam dissoluto, Germani Ravennam usque venerunt. | 263 | |
| | 8 Alamanni vastatis Galliis, in Italiam transiere. | 264 | |
| | 9 Græcia, [i] Macedonia, Pontus, Asia, depopulata per Gothos. | 265 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Λοιμὸς ἐπεκράτει κινηθεὶς ἀπὸ Αἰθιοπίας μέχρι δύσεως, κ. τ. λ. Ex Cedren. Hist. Compend. pag. 204.

Ναβάτος αἱρεσιάρχης πρεσβύτερος Ῥώμης ἐγνωρίζετο. Ὃς τοὺς ἐπιθύσαντας ἐν διωγμῷ μετανοοῦντας οὐκ ἐδέχετο. Ex Sync. pag. 299, et Cedreno pag. 204.

Ἀντιοχείας τεσσαρεσκαιδέκατος ἐπίσκοπος Δημητριανός. Sync. pag. 303.

Ῥωμαίων ἐκκλησίας ἐπίσκοπος κα', ΛΟΥΚΙΟΣ μῆνας η'. Μεθ' ὃν ΣΤΕΦΑΝΟΣ ἔτη β'. Scaliger in Collect. et Syncell. pag. 303.

Γάλλος καὶ Βουλουσιανὸς ἐν ἀγορᾷ Φλαμενίου ἐσφάγησαν. Ex Sync. pag. 299.

Αἰμιλιανὸς...... ἐσφάγη ἐν τῷ Παλατίῳ. Ex Cedreno Hist. Compend. pag. 204.

Ῥωμαίων κζ', ἐβασίλευσεν ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟΣ καὶ ΓΑΛΛΙΗΝΟΣ ἔτη ιε'. Ex Sync. pag. 303.

Ῥωμαίων ἐπίσκοπος κε', ΞΥΣΤΟΣ ἔτη θ'. Idem ibid.

Κυπριανὸς... ὁ μέγας Καρθαγένης ἐπίσκοπος, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ τελειοῦται. Idem pag. 289.

Οὐαλεριανὸς πόλεμον μετὰ Σαπώρου τοῦ Πέρσου ποιήσας, καὶ δοριάλωτος γεγονώς... ἐτελεύτησεν. Ex Cedr Hist. Compend. pag. 205.

Σαπώρης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς καταδραμὼν Συρίαν ἦλθεν εἰς Ἀντιοχείαν καὶ πᾶσαν Καππαδοκίαν ἐδῄωσεν Sync. pag. 303.

Ἀντιοχείας ιε', ἐπίσκοπος Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς. Idem ibidem.

Γότθοι διὰ τῆς Ποντικῆς θαλάσσης ἐλθόντες... πᾶσαν Ἀσίαν... καὶ τὰς Ἰωνίδας πόλεις διέφθειραν. Ex eodem pag. 204.

## NOTÆ.

[a] Addit Bucherianus catalogus *menses tres, et dies decem*. Ipsemet Eusebius Hist. lib. VII c. 2, ἔτεσιν ἀμφὶ τὰ τρία episcopatum tenuisse Cornelium scribit. Confer autem Pagium, et Tillemontium. Vetustiores editiones numerum *octo* de Cypriani ad eum epistolis tacent.

[b] Jornandes laudatus antea Scaligero: *Defuncto tum Decio, Gallus et Volusianus regno potiti sunt Romanorum, quando et pestilens morbus pene istius necessitatis consimilis, ut nos ante hos novem annos experti sumus, faciem totius orbis fœdavit, supra modum quoque Alexandriam, totiusque Ægypti loca devastans, Dionysio historico supra hanc cladem lacrymabiliter exponente, quam et noster conscripsit venerabilis martyr Christi episcopus Cyprianus in libro, cujus titulus de Mortalitate.* Grassata dicitur per annos 15, nihilque ea notius apud auctores, Eutropium, Zonaram, Cedrenum, atque alios magno numero.

[c] Confer ipsummet Eusebium in Histor. libro VI cap. 43, cum Valesii notis; hisce enim otiosum esset immorari.

[d] Aliam subnectit huic pericopæ Scaliger, repertam in uno ms. in hæc verba: *Jobeleus juxta majores nostros:* quæ illis comparat de alio Jobeleo a majoribus celebrato ante annos 48 sub Severo: et quid sibi velint ingenue se profitetur ignorare, cum in hac ipsa recensione annus desit explendo Judaico Jobeleo, biennium Eusebiano. Præstabat enimvero codicum aliorum omnium, qui nihil habent ejusmodi, sequi fidem, merumque istud studiosi alicujus glossema respuere.

[e] Uno minus dicit Parmensis ms. sive *septem*, cum uno plus dicere præstitisset, sive *novem*. Ita etiam Stephani tribus annis totidem menses, et aliquot dies superaddunt chronologi recentiores. Mox de Cypriani epistolis, quæ *octo* dicebantur in Pontacena editione, nos numericam notam expunximus ad Parmensis, aliorumque melioris notæ codicum fidem, reique veritatem. Irrepserat illa ex superiore epistolarum ad Cornelium mentione.

[f] In Parmensi ms. *apud Interamne*, pro *Interamnam*. Atque hoc unum dicit Eutropius, a quo ipsa hæc periocha excerpta est, ut et subsequentes majorem partem.

[g] Aliis *Sixtus*. De ejus varia nominis scriptura recole quæ superius ad Xystum I observamus. Dissidium majus est inter auctores de temporis spatio, quo Ecclesiam tenuit. Ac ne ipse quidem sibi constat Eusebius Hist. lib. VII cap. 27, ubi ἔτεσιν ἕνδεκα, *annis undecim* præfuisse eum dicit. Tu vide Pagium, Pearsonium quoque in Annal. Cyprian. et de success. prim. Rom. episcop. dissert. I cap. 10 et Bullum Defens. Fid. Nic., quibus adde quæ P. Coustantius disputat in editione sua Epist. Romanor. Pontificum, in Xysto. Ms. Parmensis *novem* illi annos tribuit.

[h] Præponit huic periochæ Scaliger, quem ignorant libri alii, titulum *Octava Persecutio*. Quod quærit de tempore, quo Xystus, et quo Cyprianus martyrium obierint, disces a laudatis modo Pagio, et Pearsonio, atque aliis recentioribus qui eorum pontificum acta diligentissime prosecuti sunt.

[i] Scaliger, qui ab anno Caracallæ septimo, ut ibi

| *Olymp.* | | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | 10 | Quadi et Sarmatæ Pannonias occupaverunt. | 266 | 2280 |
| | | Germanis Hispanias obtinentibus, Tarracon expugnata est. | | |
| | | Parthi Mesopotamiam tenentes, Syriam incursaverunt. | | |
| 261 | 11 | Alexandrinæ ecclesiæ XIV ordinatur episcopus Maximus an. 18. | 267 | |
| | | DIONYSIUS XXIV Romanæ Ecclesiæ episcopus constituitur [a] annis 12. | | |
| | | Odenatus [b] decurio Palmyrenus collecta agrestium manu ita Persas cecidit, ut ad Ctesiphontem castra poneret. | | |
| | 12 | Hierosolymarum episcopatum tenet Hymenæus. | 268 | |
| | 13 | Paulus Samosatenus a cunctorum prædicatione desciscens, Artemonis hæresim suscitavit: in cujus locum Antiochenæ Ecclesiæ XVI ordinatur episcopus Domnus. | 269 | |
| | 14 | Galliæ per [c] Posthumum, et Victorinum, et Tetricum receptæ. | 270 | |
| | | Gallienus Mediolani occiditur. | | |
| 262 | 15 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 271 | |
| | | *Romanorum XXVIII, CLAUDIUS regnavit* [d] *anno uno, mensib.* 9. | | |
| | 1 | In Alexandria [e] Bruchium, quod per multos annos fuerat obsessum, tandem capitur. | 272 | |
| | | Claudius [f] Gothos, Illyricum et Macedoniam vastantes, superat; ob quæ in curia clypeus ei aureus, et in Capitolio statua aurea collocata est. | | |
| | | Claudius [g] Sirmii moritur. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀλεξανδρείας πεντεκαιδέκατος ἐπίσκοπος Μάξιμος ἔτη η'. Syncell. pag. 303.

Ῥώμης ἐπίσκοπος κς', ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ἔτη η'. Id. ibid.

Ὠδέναθος Παλμυρηνός..... πολλοὺς διέφθειρε Περσῶν. Id. pag. 304.

Ἱεροσολύμων... ἐπίσκοπος Ὑμέναιος. Id. p. 307.

Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς .. τὴν Ἀρτέμωνος ἀνανεωσάμενος αἵρεσιν... τοῦ θρόνου Ἀντιοχείας καθαιρεῖται. Μεθ' ὃν Ἀντιοχείας ἑκκαιδέκατος ἐπίσκοπος Δόμνος. Ex eodem pag. 303 et 306, et Cedren. pag. 205.

Γαλλιῆνος ἐσφάγη ὑπὸ στρατιωτῶν, πλησίον Μεδιολάνων. Cedren. Hist. Compend. pag. 205.

Ῥωμαίων κη', ἐβασίλευσε ΚΛΑΥΔΙΟΣ ἔτος ἕν, μῆνας θ'. Ex Syncello et Nicephor. chronogr. Comp. p. 310.

Ἐπὶ Κλαυδίου ἐνικήθησαν Γότθοι. Chronic. Pasch. pag. 218.

Κλαύδιος τελευτᾷ ἐν Σιρμίῳ. Idem ibidem.

## NOTÆ.

exposuimus, continuo deinceps anni metachronismo peccat, hoc tamen gestum (quod cum præcedenti proxime una serie conjungit) novo errore ad annum refert hujusce olympiadis primum, et num. 2277. Hallucinatur deinde in eo etiam quod ait, illi nimirum anno congruere Trebellii Pollionis testimonium, qui scribit, hoc actum Gallieno et Faustino coss., cum sit omnino e Fastis, rectaque chronologorum supputatione perspicuum, eorum consulatibus insequentem annum, hujus olympiadis secundum, seu num. 2278 designari; sed eo minus ferendum, quod temere subdit, delirare, ut solet, Cassiodorum, qui gestum in consulatum Albini et Maximini conjecit. His enimvero consulibus hic ipse annus tertius olympiadis, et numerus notatur, ad quem fuisse ab Eusebio relatum, cum veteres libri plerique omnes editi æque atque mss. testantur: tum vero ipse Cassiodorus, quem ad Eusebianum exemplar rationes suas exegisse, nihil est dubium. Facile etiam hic annus in utriusque consulatus ex parte incidebat: quæ causa fuerit cur alter a Trebellio Pollione, alter notetur a Cassiodoro. Cæterum ab Eutropio maxima ex parte, quæ hic recensentur sub Gallieno, gesta, desumpta sunt. Parmensis ms. *per Getas* legit pro *Gothos*.

[a] Quin solos novem, tresque menses, et dies decem pontificatum tenuisse eum autumant chronologi recentiores. Ex Bucheriani autem catalogi verbis, *ex die* XI *kalendarum Augusti Æmiliano et Basso coss. usque in diem* VII *kalendas Januarii coss. Claudio et Paterno*, sedisse eum colligas annos decem, menses quinque, dies quatuor. Sed neque ejus libri certa fides eo loci est.

[b] Ita et Sexto Rufo scribitur, *Odenathus Decurio Palmyrenus collecta Syrorum agrestium manu*, etc. quem locum laudavit ante nos Scaliger. Sed quare Decurio vocetur, omnino causam ignorare professus est: denique accipiendum dixit obvio sensu, quo curialis municipii Palmyreni significatur, maxime cum eum Agathias, ante partam de Sapore victoriam, obscurum hominem vocet. Atqui Trebellio Pollioni *princeps Palmyrenus*, itemque Zosimo et Procopio Ἄρχων appellatur: ipsum denique nomen decurionis interpretatur in antiquis glossis δεκάρχης, et δεκαδάρχης et λοχάρχης, atque his similia, quibus princeps locus et dignitas indicatur. Nomen porro ei ipsum *Odenatus* apud Græcos aspiratur, apud quos varia scriptura est, Ὀδέναθος et Ὀδαίναδος, et veteris, ut aiunt, nummi ΟΔΗΝΑΘΟΣ, et Zosimi Ὀδάναθος, et Procopii Ὀδονάθης, etc.

[c] In nummis sine aspiratione POSTUMUS. Videsis Eutropium lib. IX, cap. 9.

[d] Recentiores chronologi, Pagius et Relandus, colligunt regnasse Claudium solidis duobus annis, et sex fere mensibus. Eos adito. Alii dicunt, anno uno, mensibus decem, diebus quinque.

[e] Reprehendit Eusebium Scaliger ἀνιστορησίας, quod referat sub Claudio gestum, quod sub Aureliano contigisse, Ammianus Marcellinus testatur lib. XXII, ubi de Alexandria loquens: *Ad ultimum*, inquit, *multis post annis, Aureliano imperium agente, civilibus jurgiis ad certamina internecina prolapsis, dirutisque mœnibus, amisit regionum maximam, quæ Bruchium appellabatur*. Et Valesius quidem ipse hunc locum in notis ad Eusebii Hist. lib. VII, cap. 32, ita atque Scaliger accepit. Maluit tamen Eusebii sententiam sequi ob alias, quas recolas, si libet, apud eum, causas. Erat vero (quod et Pagius ad annum 269, num. 11, pridem animadvertit) intelligendus Ammianus de posteriore alia seditione, atque excidio, quod sub Aureliano contigerit: id quod etiam venire Scaligero in mentem facile potuisset, ex aliarum, quas ibi narrat Eusebius, historiarum comparatione (ac præcipue de Anatolio, qui Bruchii obsidione soluta, in Syriam migravit), nisi aliter animatus, et paulo iniquior in auctorem nostrum fuisset. Cæterum apud Græcos alia ejus nominis scriptura plerumque est Πυρουχεῖον, et Προυχεῖον. Scaliger quod ait apud Epiphanium lib. de Pond. et Mens. ἐν τῷ Βρουχείῳ legi, videtur de suo fecisse, nam Βραχίων vocat Epiphanius, ac porro ibi ἐν τῷ Βραχίῳ legitur.

[f] Ex Eutropio, quibus paria habent Trebellius, Victor aliique. Notum, clypei vocabulo προτομὴν imperatoris in eo expressam debere intelligi.

[g] Aquileiæ, non Sirmii, occubuisse ex pestilentia eum dicunt, qui et volunt diutius regnasse. Recole superiorem annotationem.

*Olymp.* — *Romanorum.* — *An. Dom.* — *Ann. ab Abr.*

2 Quintillus [a] Claudii frater a senatu Augustus appellatus, decimo septimo imperii sui die Aquileiæ occiditur. — 273

*Romanorum XXIX, AURELIANUS regnavit* [b] *annis* 5, *mensib.* 6.

1 Antiochenæ ecclesiæ XVII ordinatur episcopus [c] Tymæus
Aurelianus, Tetrico apud Catalannos prodente exercitum suum, Gallias recepit. — 274

263 — 2 Zenobia apud [d] Immas, haud longe ab Antiochia vincitur; quæ, occiso Odenato marito, Orientis tenebat imperium. In qua pugna strenuissime adversum eam dimicavit Pompeianus dux cognomento Francus, cujus familia hodieque apud Antiochiam perseverat, et ex cujus Evagrius charissimus nobis stirpe descendit. — 275

3 Eusebius Laodicenus episcopus insignis habetur.
Aurelianum [e] Romæ triumphantem Tetricus et Zenobia currum præcesserunt; e quibus Tetricus Corrector postea Lucaniæ fuit, et Zenobia in Urbe summo honore consenuit, a qua hodieque Romæ Zenobia familia nuncupatur. — 276 — 2290

4 Aurelianus templum Soli ædificat, et Romam firmioribus muris vallat.
Primus [f] agon Solis ab Aureliano constitutus. — 277

5 Aurelianus cum adversum nos persecutionem movisset, fulmen juxta eum comitesque ejus ruit, ac non multo post, inter Constantinopolim et Heracleam, in [g] cenophrurio viæ veteris occiditur. — 278

*Romanorum XXX, TACITUS regnavit menses* 6 [h].

264 — 1 Quo apud Pontum occiso, obtinuit FLORIANUS imperium diebus 80.
Hoc quoque apud Tarsum interfecto: — 279

*Romanorum XXXI, PROBUS regnavit annis* 6, *menses* 4.

1 FELIX XXV Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscepit [i] annis 5.
Probus [j] Gallias a Barbaris iterum occupatas, ingenti virtute restituit.
Anatolius Laodicenus episcopus, philosophorum disciplinis eruditus, plurimo sermone celebratur. — 280

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κυντίλλος κατέσχεν ὅλας ἡμέρας ιζ', καὶ ἀπέθανε. Syncell. pag. 506.

Ῥωμαίων κθ', ἐβασίλευσεν ΑΥΡΗΛΙΑΝΟΣ ἔτη ε', μῆνας ς'. Ex Niceph. Chronogr. pag. 310.

Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ιη', ἐπίσκοπος Τιμαῖος. Ex eodem pag. 333.

Αὐρηλιανὸς... Γαλλίαν ὑπέταξεν. Sync. p. 506.

Ζηνοβία... πλησίον Ἀντιοχείας... ἐν Ἴμμαις καλουμένῳ χωρίῳ (ἐνικήθη). Ex eodem ibid.

Αὐρηλιανὸς Ἡλίου ναὸν ἐν Ῥώμῃ κατεσκεύασε. Idem pag. 506.

Αὐρηλιανὸς..... ἤρξατο τὰ τείχη Ῥώμης ἀνανεοῦν. Chron. Pasch. pag. 218.

Αὐρηλιανὸς μέλλων διωγμὸν κινεῖν κατὰ Χριστιανῶν θείῳ κεραυνῷ διακωλύεται· συσκευῆς δὲ γενομένης κατ' αὐτοῦ ἐκ τῶν κατ' αὐτὸν ἐδολοφονήθη... μεταξὺ Ἡρακλείας καὶ Βυζαντίου, ἐν τῷ καλουμένῳ καινῷ φρουρίῳ. Sync. pag. 307, et Cedren. Hist. Compend. pag. 205.

Ῥωμαίων λ', βασιλεύει ΤΑΚΙΤΟΣ μῆνας ς'. Οὗ σφαγέντος ἐν Πόντῳ, βασιλεύει ΦΛΩΡΙΑΝΟΣ ἡμέρας πη'. Οὗ σφαγέντος ἐν Ταρσῷ, βασιλεύει ΠΡΟΒΟΣ ἔτη ς', μῆνας δ'. Syncell. pag. 307.

Ῥωμαίων κζ' ἐπίσκοπος ΦΗΛΙΞ ἔτη ε'. Idem ibid.

Ἀνατόλιος ὁ Λαοδικείας ἐπίσκοπος φιλοσοφικοῖς μαθή-

## NOTÆ.

[a] Ita etiam Eutropio scribitur. Alii *Quintillium* vocant: veteres nummi *Quintillum*. Consentiunt in dierum, quibus imperium tenuit, numero, laudatus Eutropius et Pollio: Vopiscus autem *vigesimum* usque diem computat.

[b] Huic vero solos dant annos quatuor, tres menses, et dies viginti plus minus, recentiores cum Pagio Chronologi. Vopiscus econtrario, et Zonaras sex annos minus paucis diebus. Differentia orta videtur ex interregno, quod septem fere menses duravit, ut illi tribueretur, quod ad Tacitum usque à senatu electum, temporis spatium interjacet.

[c] In Parmensi ms. *Timotheus*, *vel Timæus*. Quæ subsequitur periocha ab Eutropio, aut qui paria habet Pollione, desumpta est.

[d] Vitiose vulgo, et Scaligero lectum *apud Timas*. Hieronymus videtur hæc accepisse a Sex. Rufi Breviar. cap. 24: *Aurelianus* (*Zenobiam*) *apud Immas haud procul ab Antiochia vicit, et Romæ triumphans ante currum duxit*. Quem locum laudans Salmasius in Notis ad Vopiscum, illum æque atque nostrum auctorem reprehendit, quod res gestas diversis temporibus in unum confuderint. Illo enim, quod apud Immas commissum est, certamine nonnisi pars quædam Palmyrenorum, quæ collem imminentem suburbano Antiochiæ occupaverat, dejecta inde et profligata est. Quo autem proprie victa est Zenobia, resque ejus penitus attritæ, postea commissum est apud Emesam, quæ 134 millibus passuum distat ab Antiochia. Verum alia videtur Rufi, eoque magis Hieronymi mens fuisse, qui ideo fortasse hanc unice de Zenobia victoriam memorant, quod ab illa regni Palmyreni fatum dependerit: siquidem regina ab improspero illo conflictu in certam perniciem ruit. A Cæterum *Immas*, aut *Himmas* vocant præter Rufum, Jornandes cap. 84, et Hieronymus in Vita Malchi: Plinius, et Ptolemæus in singulari *Immam*. Quæ sequuntur de Pompeiano duce Franco abs Hieronymo addita, nemo non videt.

[e] Confer Eutropium, et Trebellium, in eosque doctorum virorum commentarios. Quibus adde Vopiscum et Victorem Schotti ad subsequentem periocham.

[f] Scaliger ait: Ergo eodem anno agon Capitolinus, et agon Solis celebrabantur. Agon Capitolinus institutus num. 2102. Intervallum ad hunc agonem, anni 188, hoc est, agones Capitolini absoluti 47. Quare hoc anno inivit Domitiani agon Capitolinus 48, et Aureliani primus Solis.

[g] Corrupte in Parmensi ms. *canoflorio*. Sunt qui malint *zenophorio* scribi: alii *cænophorio*, sed præstat juxta Græcum *cænophrurio* legi, quod est, *nova custodia*. Neque hic prætereas Vopiscum, Eutropium, B atque alios.

[h] Addit Pagius dies pl. min. viginti. Econtrario sexdecim fere dies adimit Floriano Cassiodorus, qui eum tradit regnasse dies tantum quatuor supra duos menses. Ms. Parmensis præfert in universum *diebus* 89. Vide Eutropium, et Victorem in Epitome.

[i] Satis equidem recte temporis, quo sedit, spatium definitum est: sed quam altius fuissent repetenda initia, ex superioribus, ubi dictum est de Dionysio, intelliges.

[j] Hoc uno abludit verbo Eutropius, quod pro *virtute* dixit *præliorum felicitate*. Confer autem et Vopiscum. Subsequentem periocham de Anatolio Scaliger in sequentem proxime annum differt.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | 2 Secundo [a] anno Probi juxta Antiochenos 325 annus fuit, justa Tyrios 402, vel 403 secundum quosdam, juxta Laodicenos 324, juxta Edessenos 589, juxta Ascalonitas 380. | 281 | |
| | Initium [b] jubilæi 86. | | |
| | Insana [c] Manichæorum hæresis in commune humani generis malum exorta. | | |
| | 3 Probus Gallos et Pannonios vineas habere permisit, [d] Almumque et Aureum montem militari manu consitos provincialibus colendos dedit. | 282 | |
| 265 | 4 Antiochiæ XVIII constituitur episcopus Cyrillus. | 283 | |
| | Saturninus [e] Magister exercitus novam civitatem Antiochiæ orsus est condere : qui postea imperium molitus invadere Apamiæ, occiditur. | | |
| | 5 EUTYCHIANUS XXVI Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscepit [f] mensibus 8 post quem XXVII GAIUS annis 15. | 284 | |
| | 6 Probus [g] tumultu militari apud Sirmium in turri, quæ vocatur Ferrata, occiditur. | 285 | |
| | Alexandrinæ Ecclesiæ XV episcopus præfuit Theonas annis 19. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

*μασι διαπρέπων ἐγνωρίζετο.* Syncell. p. 307.

*Ἡ τῶν μανέντων Μανιχαίων πανόλεθρος ἀπώλεια τῷ τῶν ἀνθρώπων παρεισήχθη βίῳ.* Idem ibidem.

*Ἀντιοχείας ιζ ἐπίσκοπος Κύριλλος.* Idem ibid.

*Σατουρνῖνος στρατοπεδάρχης τὴν καινὴν Ἀντιοχείαν ἤρξατο κτίζειν, ὃς ὕστερον ἐπαναστὰς τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐσφάγη ἐν Ἀπαμείᾳ.* Idem ibidem.

*Τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας μετὰ Φήλικα ἐγέγονεν (ἐπίσκοπος)* ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ *μῆνας η'. Μεθ' ὃν* ΓΑΙΟΣ *κθ' ἐπίσκοπος ἔτη ιε'.* Syncell. ibidem.

*Πρόβος ἐσφάγη ἐν Σιρμίῳ.* Idem ibidem.

*Ἀλεξανδρείας ις' ἐπίσκοπος Θεωνᾶς ἔτη ιθ'.* Idem ibidem.

## NOTÆ.

[a] Eorum quæ hoc anno Probi secundo continentur, una est apud Scaligerum periocha, sensusque unus continua serie, qui ad Manichæorum hæreseos initia refertur, juxta plurium maximeque insignium coloniarum epochas denotanda. Rejecta proinde illa, quæ intermedia est, periocha, *Initium jubilæi* 86, contextus refigitur ad hunc modum : *Secundo anno Probi, juxta Antiochenos* 325 *anno* (quod reposuit ex ingenio et præconcepta opinione Scaliger pro *annus fuit*), *juxta Tyrios* 402 (prætermissis quæ subsequuntur, *vel* 303 *secundum quosdam* : quæ quidem etiam in Parmensi ms. desiderantur), *juxta Laodicenos* 324, *juxta Edessenos* 588 (pro 589 quod et mss. nostri præferunt, et rescribi jussit secundis Curis Pontacus), *juxta Ascalonitas* 380, *insana Manichæorum hæresis*, etc. Nobis hæc Pontacena recensio præferenda omnino visa est, et rationi conformior, et mss. auctoritati : quas causas ut recte recolas apud ipsum Pontacum in notis ad calcem libri, auctor sum. De Antiochenorum epocha dictum satis superque suo loco ad num. 1969. In altera Tyriorum assignanda, seu cum annis Christi comparanda, peccat Scaliger solito unius anni metachronismo : de quo errore alias, et ad primum Christi annum lectorem monuimus. Compertum hoc est ex actis, quæ ipsemet laudat, synodi Chalcedonensis, actione secunda, post consulatum Flavii Zenonis et Postumiani, indict. prima, qui annus putabatur a colonia deducta 574, congruit vero Christi 447, num. Eusebiano 2464. Primus adeo annus num. 1890 respondebat : illudque exordium est epochæ, ex quo recte Eusebius rationes suas iniit. Laodicena, ut vides, anno uno Antiochenam antevertit. De Edessena dictum suo loco, et superius ad numerum 2234, ubi de Abgaro ex Chronico Edesseno, et ex Dionysio Jacobitarum patriarcha. Æram Ascalonitarum Chronici Paschalis auctor anno primo olymp. 169 illigat : *Ἀσκαλωνῖται τοὺς ἑαυτῶν χρόνους ἐντεῦθεν ἀριθμοῦσιν.* Videsis Spanhemium de Usu et præstantia numismat. ejusque urbis nummos ab Harduino illustratos.

[b] Recole quæ dicta superius sunt de Jobeleorum celebratione, quæ in aliquot mss. et Scaligeri editione non semel hoc libro memoratur, ad num. 2222 et 2270. Sed ut libere quod sentio dicam, malim utique totam pericopam *initium jubilæi* 86 expungi hinc penitus et deleri. Conjecturam hanc meam comprobat ms. antiquissimus Lucensis apud illustrissimum Mansium, quo in codice nihil de jubilæo isto habetur. Variarum autem epocharum, quæ præcedunt, supputationes ad marginem pagellæ ejiciuntur, *Ex quo colligas*, ait Mansius, *hasce notas alterius esse Scriptoris, exordia Manichæorum juxta varias epochas definientis.* Sentit itaque ipse demum illustris. Mansius annotationum istarum recentiorem manum, quarum causa minus æquam Scaligeri defensionem susceperat.

[c] Non erat cur miraretur Scaliger, quomodo ex proprio hæresiarchæ nomine Μάνης, deflexum sit attributum Μανιχαῖος, idque attributum pro nomine proprio usurpari cœptum. Deflexerunt ejus asseclæ, ad tollendam ignominiam nominis Μάνης, quod Orthodoxi in Μανεὶς, id est *furiosus*, detorquebant, conciliandamque illi econtrario laudem. S. August. hæres. 46 : *Manichæum, quasi Mannæ fundentem, pro Manicheo, id est, insano appellaverunt.* Sed hæc obiter Syncellus ad quartum Probi annum, ejus hæreseos initia differt. S. Epiphanius de Pond. et Mens. *nono* Valeriani et Gallieni *Imperii anno* tradit descendisse Manetem a Perside, et hæres. 66 sectarios Manichæos refert *in temporibus Aureliani imperatoris circa quartum annum imperii ejus.* Natus porro dicitur Manes in Chronico Edesseno anno Græcor. 551, qui cum Christi 240 concurrit.

[d] Auctores alii *Almam* dicunt. Confer Eutropium, a quo sumpta hæc sunt, et qui paria his habent, Vopiscum, et Victorem in Epitome. Huc refer etiam quæ superius diximus ad num. 2108 de edicto Domitiani, ne quis in urbibus novellaret.

[e] Recole quæ superius dicta sunt ad num. 2084 de Vespasiano *militum magistro.* Dux proprie erat limitis Orientalis Saturnius, quem *et imperium usurpare conatum in cliente*, scribunt Eutropius, Vopiscus, et Victor.

[f] Quin immo annos solidos octo, et menses undecim, et quod excurrit, cum Bucheriano Catalogo recentiores chronologi volunt Eutychianum Rom. Eccl. præfuisse. Constat tamen ipse utcumque sibi Eusebius in Hist. lib. VII, c. 32, ubi *οὐδ' ὅλους μῆνας δέκα*, *vix decem menses* in Episcopatu transegisse eum, scribit. Proxime accedit libri Pontificalis auctor, qui sedisse dicitur, *anno* 1, *mense* 1 *ac die* 1. De Caio, quamquam suis temporibus eum notat Eusebius advixisse, potior tamen est eruditis Bucheriani laudati catalogi fides, qui eum refert Ecclesiam administrasse solis *annis* 7, *mensibus* 4, *diebus* 7.

[g] Ex Eutropio, qui eadem ex Vopisco accepit.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | *Romanorum XXXII, CARUS cum aliis CARINO et NUMERIANO, an. 2.* | | |
| | 1 Carus [a] Narbonensis, cum omni Parthorum regione vastata Chochem et Ctesiphontem nobilissimas hostium urbes cepisset, super Tigrim castra ponens, fulmine ictus interiit. | 286 | 2300 |
| 266 | 2 Numerianus cum ob oculorum dolorem lecticula veheretur, insidiis Apri soceri sui [b] occisus est, vix fetore cadaveris, post aliquot dies scelere comperto. | 287 | |
| | Carinus [c] prælio victus apud Margum occiditur. | | |
| | *Romanorum XXXIII, DIOCLETIANUS [d] regnavit annis 20.* | | |
| | 1 Diocletianus Dalmata, scribæ filius, imperator electus statim Aprum in militum concione percussit, jurans sine suo scelere Numerianum interfectum. | 288 | |
| | 2 Diocletianus in consortium regni Herculium Maximianum assumpsit, qui rusticorum multitudine oppressa, quæ factioni suæ [e] Baccaudarum nomen indiderat, pacem Galliis reddit. | 289 | |
| | 3 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 290 | |
| 267 | 4 Carausius, sumpta purpura, Britannias occupavit. | 291 | |
| | Narsæus [f] Orienti bellum intulit. | | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ῥωμαίων λϐ', ἐβασίλευσε ΚΑΡΟΣ σὺν τοῖς παισὶ Καρίνῳ καὶ Νουμεριανῷ ἔτη β'. Ex Chron. Pasch. p. 218.

Κάρος ἀνὴρ Γαλάτης... παρέλαβε Κτησιφόντα· ὃς παρὰ τῷ ποταμῷ Τίγριδι διαστρατοπεδευόμενος κεραυνοῦ κατασκήψαντος ἀθρόος ἅμα τῇ σκηνῇ διαφθείρεται. Sync. pag. 308.

Νουμεριανός... ὀφθαλμιάσας ὑπὸ τοῦ ἰδίου πενθεροῦ φονεύεται, τὴν μὲν προσηγορίαν Ἄπερος. Id. ibid.

Καρῖνος (ἡττηθεὶς) ἐσφάγει ἐν πόλει Νουμερίᾳ. Ex Niceph. Chronogr. pag. 310.

Ῥωμαίων λγ', ἐβασίλευσε ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΣ ἔτη κ'. Chron. Pasch. pag. 219.

Διοκλητιανὸς (τῷ γένει Δαλμάτης) παραλαβὼν ἀρχὴν, τὸν Ὕπαρχον Ἄπερα τὸν τοῦ Νουμεριανοῦ σφαγέα παραχρῆμα φονεύει. Sync. pag. 208.

Διοκλητιανὸς εἰς τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας κοινωνείαν ἔδειξε Μαξιμιανὸν Ἐρκούλιον. Chron. Pasch. p. 219.

Καραύσιος ἀντῆρε, καὶ Βρετανίαν κατέσχε. Ex Scal. Collectaneis.

## NOTÆ.

[a] Malim utique *Naronensis*, ex Narona in Illyrico, A quæ tamen et Narbona cum aliis, tum dicta est Ptolemæo. Certa eorum hallucinatio est, qui addunt *in Gallia*, quod ex Eutropio qui nominis similitudine deceptus est, Sidonius et Zonaras hauserunt : Hieronymus autem satis consulto reticuit, erroremque adeo cavit. Porro Cochem Seleuciæ vetus nomen esse, Ammianus Marcellin. lib. XXIV c. 5, docet : *Coche, quam Seleuciam nominant.* Scaliger cum Græcis vulgo *Conchen* legit : alii mss. præsertim libri *Colchen*, et *Clochen*, et *Gorchen*. Sunt et qui *Cocenith*, et *Sohenen* vocant. Zosimus, lib. III, videtur *Zochasen*, Ζωχάσην nominasse. Impressam lectionem unice veram, Eutropii, Sexti Rufi c. 24, Jornandis c. 86, de Success. Regn. aliorumque auctorum melioris notæ codices comprobant. Periit Carus hujus anni mense Decembri, cujus VI idus advivebat, sed jam fato functus erat die 12 subsequentis Januarii : quod ex titulo legis 2 cod. Justinian. *de prædiis*, et ex lege ejusdem codicis 3, *revocand. donat.*, compertum est. B

[b] Atque hæc Eutropii verba sunt. Scaligero nihil incertius, nihil perturbatius visum est temporibus horum trium Augg. et Numeriani præsertim, de quo auctorum dissidia iis reliquit discutienda, *quos æquus amavit Juppiter :* se enim ambiguitatem mirari magis, quam solvere posse professus est. Nobis in Eusebii nostri rationibus nihil non veritati consentaneum, nihil non planum videtur, atque illud cumprimis (quando ab recte constituta Diocletiani inauguratione hæc pendent) perquam recte quod utramque historiam in eumdem annum contulerit, contra atque Scaliger, qui Diocletiani initia in annum sequentem differt. Dubio locum non sinit esse auctor Paschalis Chronici, qui distincte, et καθ' ἡμέρας, rem totam exponit : cumque sub hujusce anni coss. retulisset *Numerianum ab Apro præside Perinthi Thraciæ necatum*, eadem temporis notatione subdit : *Diocletianus renuntiatus imperator*, πρὸ ιε' καλανδῶν Ὀκτωβρίων, XV *kalendas Octobres, Chalcedone :* tum, *Ingressus est Nicomediam* C *purpuratus* πρὸ ε' καλανδῶν Ὀκτωβρίων, V *kal. Octob.* et καλάνδαις Ἰανουαρίαις, *kalendis Januariis, consul processit.* Igitur ante aliquot dies, quam imperator Diocletianus acclamaretur, Numerianus occisus est : recta autem ratio persuadet, id ipso Septembri mense circa initium contigisse. Confer Wesselingium lib. Probabilium c. 24.

[c] Ut hocce anno Carinum prælio victum a Diocletiano, atque interemptum putemus (tametsi ejus interitus tempore nihil est Scaligero incertius), videtur nos adducere rerum series, quæ ab Eutropio, atque aliis narrantur. Nihil certe est cunctatus uterque imperator, quin signa conferret, et adventanti Carino, Diocletianus occurrit. Scimus tamen, in sequentem annum conferri ab Idatio in Fastis, quod nec probabilitate sua caret. Locum, quo ille profligatus est, alii minus recte *Murgum* appellant : Scriptor actorum S. Restitutæ *Argium*. Eutropius situm declarat inter Viminatium urbem, et Aureum montem. Tabulæ Peutingerianæ, *Aureo monte* X, *Margum* XIV, *Viminacio*, etc. Itinerarium Jerosolym., *Civitas Margo* M. XI, *civitas Viminacio* M. X, *ubi Diocletianus occidit Carinum*. De Nicephoro, quem in Græcis laudamus, consule Wesselingium lib. laudato.

[d] Diximus modo de ejus imperii initio, quod recte huic anno Eusebius assignat : male Scaliger in sequentem differt. Confirmat luculentissimo testimonio lex, *ut nemo invitus*, l. 3 cod. Justinian., cujus titulus, *Imp. Diocletianus A. Camerio, Dat. id. Octob. Carino II et Numeriano coss.* qui hunc scilicet annum aperuerunt. In Græcis subsequentis periochæ verba parenthesi inclusa τῷ γένει Δαλμάτης, e Cedreno adjecimus.

[e] Corrupte in Parmensi ms. *Bagaridarum :* in uno quem Glareanus laudat, *Progaridarum*, in aliis *Baogaudarum :* et quod præ cæteris probatur *Bagaudarum*, reliquas enim magno numero variantes pro librariorum captu lectiones non moror. Nomen factionis et partium, quod pridem Scaligero notatum est, non regionis aut gentis, ut putat Anna Fabr. in Eutropium, evincitur cum aliis veterum, Victoris puta et Prosperi, testimoniis, tum præcipue isto Salviani lib. V de Gubern. : *Vocamus rebelles, vocamus perditos, quos esse compulimus criminosos. Quibus enim aliis rebus Bagaudæ facti sunt, nisi iniquitatibus nostris*, etc. Zosimus, lib. VI 2, cum impressa lectione Βακχαύδας vocat. Confer Chronic. Sigeberti ad hunc annum Christi, et rursum ad 437, etc. Hallucinatur Scaliger, qui inscriptionem ARRETI. CHANARTÆ. PRINCIPIS. GENTIVM. BAQVATIVM. ad Bagaudas hosce nostros refert, cum sint illi Baquates non ignoti Africæ populi, quorum meminit etiam Antoninus Itinerarii sui initio.

[f] Omnia quæ hoc numero complexus est gesta,

*Olymp.* — *Romanorum.* — *An. Dom.* — *Ann. ab Abr.*

Quinquegentiani [a] Africam infestaverunt.
Ægyptum Achilleus [b] obtinuit, ob quæ Constantius et Galerius Maximianus Cæsares assumuntur in regnum: quorum Constantius Claudii ex filia nepos fuit, Galerius in Dacia haud longe a Serdica natus. Atque ut eos Diocletianus etiam affinitate conjungeret, Constantius privignam Herculii Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit; Galerius filiam Diocletiani Valeriam duxit, ambo uxores, quas habuerant, repudiare compulsi.

5 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 292
6 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 293
7 Busiris et Coptus contra Romanos rebellantes, ad solum usque subversæ sunt. 294
268 8 Carporum [c] et Basternarum gentes in Romanum solum translatæ sunt. 295
9 Primus [d] Diocletianus adorari se ut Deum jussit, et gemmas vestibus calceamentisque inseri, cum ante eum omnes imperatores in modum judicum salutarentur, et chlamydem tantum purpuream a privato habitu plus haberent. 296 2310
10 Alexandria [e] cum omni Ægypto per Achilleum ducem a Romana potestate desciscens, octavo obsidionis mense a Diocletiano capta est. Itaque plurimi per totam Ægyptum gravibus proscriptionibus exsiliisque vexati, interfectis his qui perduellionis causa exstiterant. 297
11 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 298
269 12 MARCELLINUS XXVIII Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscepit [f] annis 6. 299
Ecclesiæ Jerosolymorum XXVII ordinatur episcopus Zabdas.

## GRÆCA FRAGMENTA.

Οἱ Πεντεγεντιανοὶ τὴν Ἀφρικὴν κατέσχον. Ex Scalig. Collect.

Αἰγύπτου ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀποστατησάσης... Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος Κωνστάντιον καὶ Μαξιμιανὸν Γαλλέριον Καίσαρας ἐποίησαν, πείσαντες τὰς ἰδίας αὐτῶν καταλιπόντας γαμετὰς, τὰς αὐτῶν εἰληφέναι θυγατέρας· Θεοδώρα ἦν τοῦ Κωνσταντίου, καὶ Βαλλερία ἡ τοῦ Γαλλερίου τοῦ Διοκλητιανοῦ θυγάτηρ. Cedren. Hist. Compend. pag. 212.

Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς τὴν Βούσιριν καὶ τὴν Κοπτὸν πόλεις ἐν Θήβαις τῆς Αἰγύπτου, ἀποστατησάσας τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, εἰς ἔδαφος κατέσκαψαν. Cedren. Hist. Compend. cap. 211.

Πρῶτος Διοκλητιανὸς ἐσθῆτι καὶ ὑποδήμασι λίθοις τιμίοις, καὶ χρυσῷ κεκοσμημένοις ἐχρήσατο, προσκυνεῖσθαι ἑαυτὸν παρὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἔθος ἐκέλευσε. Idem 212.

Τῆς Ἀλεξανδρείας σὺν τῇ Αἰγύπτῳ ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀποστατησάσης, τῇ προσβολῇ τῶν Ῥωμαίων πλεῖστοι ἀνῃρέθησαν. Cedren. Idem ibid.

Ῥωμαίων κθ', ἐπίσκοπος ΜΑΡΚΕΛΛΙΑΝΟΣ ἔτη θ' [Ed. β']. Ex Nicephor. Chronogr. p. 328.

Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος λθ' Ζαβδᾶς. Ex cod. p. 327.

## NOTÆ.

accepit Hieronymus ab Eutropio. Cujus sane potior auctoritas est, conferentis in eumdem annum et occupatas a Carausio Britannias, et illatum Orienti bellum a Narseo: quam Scaligeri, qui Narseum annis post hunc octo regnum iniisse, eoque multo serius bellum intulisse Orienti contendit, sive uno alterove anno antequam se Diocletianus imperio abdicaret. Miseret nos certe ejus et pudet, quod hanc esse dixit Hieronymi ἀλογιστίαν. Huc tu refer quæ Mammertianus tradit in Panegyr. Maximian. Aug.

[a] Parmensis ms. *Quinquegentanos*, corrupte. Aurelius Victor *nationes quinquegentanas* vocat. Scaliger scribit Quinquegentianos eosdem esse ac Pentapolitas, a quinque civitatibus illius provinciæ, Cyrenis, Ptolemaide, Arsinoe, Darni, et Berenice, quas civitates Hesperidas vocabant. Eadem erat Sylburgii opinio in notis ad Pæanium. Eos Valesius in notis ad Ammian. Marcell. lib. XXII cap. 16, utpote deceptos auctoris ejus male intellectis verbis, castigat: aliosque contendit fuisse Pentapolitas a Quinquegentianis. Nempe quod illi Cyrenaicam incolerent; isti barbari essent supra limitem Africæ positi, ut colligit ex antiquo auctore Julio Honorio, quem Æthicus magna ex parte descripsit. Nobis in re perquam obscura nihil definire libet.

[b] Maxime in rem nostram Victor, *eodem tempore* hæc atque superiora, quæ uno anno Hieronymus comprehendit, notat contigisse. Sed noster ab Eutropio accepit, etiam cum minus accurate loquitur. Ejusmodi est illud, *Constantius Claudii ex filia nepos fuit*, quod ἁπλῶς certe, ut pridem Scaliger animadvertit, falsum est; non enim a Claudii, sed ab ejus fratris Crispi filia Claudia et Eutropio natus est Constantius: qui adeo non Claudii, sed Crispi nepos ex filia dicendus fuit. Latius tamen vocabulum istud accipiunt ejus ævi scriptores, quo etiam ἀδελφιδοῦς, fratris sive sororis filios significant. Unde Trebellius quoque in Claudio *Constantium Cæsarem Nepotem futurum Claudii* dixit, et *Augustæ ipsum familiæ esse:* denique in Gallieno, *Is enim est Claudius, a quo Constantinus vigilantissimus originem ducit*, etc. Mox pro *Serdica* habent libri antiquiores *Sardica*.

[c] Vitiose cum Parmensi ms. libri alii *Caprorum*. Ptolemæus Καρπιανοὺς, *Carpianos*, vocat: plerique alii omnes *Carpos*. Eutropius, *Carpis et Basternis subactis, Sarmatis victis: quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt*. Victor: *Carporum natio translata omnis in nostrum solum*. Sed hic esse ὕστερον πρότερον contendit Scaliger; contigisse enim translationem illam Carporum postquam Britanniæ a tyrannide Carausii et Alecti liberatæ sunt. Contra Idacius in Fastis gestum refert Nummio Tusco et Annulino coss., quæ temporis notatio cum Eusebiana hypothesi congruit.

[d] Idem antea Caligula, Domitianus, aliique ausi sunt: unde rectius Victor, *Primus*, inquit, *omnium, Caligulam post Domitianumque, dominum palam dici passus, et adorari se, appellarique uti deum*. Verum ab Eutropio noster accepit, cujus interpretes adito. Sed et Carinum et Aurelianum auro et gemmis usos in vestibus, notum ex Vopisco cap. 49, etc. Porro Scaligerum non moramur, qui nullam fuisse dicit Hieronymo causam, cur hæc in nonum aut decimum annum Diocletiani conferret. Par certe credere est ab impio ausu exordium sibi fecisse Diocletianum desæviendi in Christianos. Cedrenus quoque eo certo anno, quamquam alio atque Hieronymus, ascribit, nempe decimo septimo: ut longius a vero Scaliger abludat, qui voluisset ad imperii initium referri.

[e] Eutropius, *Diocletianus obsessum Alexandriæ Achilleum octavo fere mense superavit, eumque interfecit. Victoria acerbe usus est. Totam Ægyptum gravibus proscriptionibus cædibusque fœdavit*.

[f] Scaliger, qui, ut sæpe alias monuimus, ut suæ hypothesi inserviat, olympiades solido, et quod excurrit, anno postponit: Marcellinum ad hunc quidem refert Diocletiani duodecimum, sed quem facit esse

| *Olymp.* | | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|---|
| | 13 | Post decem annos per [a] Asclepiodotum præfectum prætorii Britanniæ receptæ. Juxta Lingonas a Constantio Cæsare [b] sexaginta millia Alemannorum cæsa. Galerius Maximianus [c] victus a Narseo ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit. | 300 | |
| | 14 | Veturius magister militiæ [d] Christianos milites persequitur, paulatim ex illo jam tempore persecutione adversus nos incipiente. Galerius Maximianus, superato Narseo, et uxoribus, ac liberis, sororibusque ejus captis, a Diocletiano ingenti honore suscipitur. | 301 | |
| | 15 | Thermæ Diocletianæ Romæ [e] factæ, et Maximianæ Carthagini. Ecclesiæ Jerosolymorum XXXVIII præfuit Hermon [f]. | 302 | |
| 270 | 16 | Antiochiæ XIX constituitur episcopus Tyrannus. [g] | 303 | |
| | 17 | Alexandrinæ [h] Ecclesiæ XXI post Theonam, ordinatur episcopus Petrus, qui postea IX persecutionis anno gloriose martyrium perpetravit. Diocletianus et Maximianus Augusti, insigni pompa Romæ triumpharunt [i], antecedentibus currum eorum Narsei conjuge, sororibus, liberis, et omni præda, qua Parthos spoliaverant. | 304 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κωνστάντιος Ἀλανίας... ἐκράτησεν. Cedr. Hist. Comp. p. 212.

Γαλλέριος Μαξιμιανὸς κατὰ Ναρσέως τοῦ τῶν Περσῶν βασιλέως ἐκδραμὼν, τοῦτον μὲν ἐδίωξε, τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ ἀφελόμενος, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ..... ὑπέστρεψε πρὸς Διοκλητιανόν. Idem ibid.

Ἱεροσολύμων μ΄ ἐπίσκοπος Ἑρμῶν. Ex Niceph. p. 327.

Ἀντιοχείας κ΄ ἐπίσκοπος Τύραννος. Ex eod. p. 335.

Μετὰ Θεωνᾶν... διαδέχεται τὴν ἐπισκοπὴν τῶν ἐπ᾽ Ἀλεξανδρείας Πέτρος... ὃς ἐννάτῳ ἔτει τοῦ διωγμοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, τῷ τοῦ μαρτυρίου κατεκοσμήθη στεφάνῳ. Eusebius Hist. Eccl. lib. VII, cap. ultimo.

Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ τῶν Περσῶν ἐπανελθόντες ἐν Ῥώμῃ κατήγαγον θρίαμβον· ἐν ᾧ τάς τε τοῦ Ναρσοῦ γαμετὰς, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὰς ὁμαίμονας ἐθριάμβευσαν, καὶ ἀρχηγοὺς ἑτέρων ἐθνῶν, καὶ τὸν πλοῦτον ὅσον ἐκ τῶν Περσῶν ἐλῄσαντο. Scalig. in Collectaneis.

## NOTÆ.

olympiadis præcedentis tertium, et Christi (quod solito biennii metachronismo laborat) ducentesimum nonagesimum septimum. Quæ sequuntur gesta, ad eam normam comparata sunt: quod monemus nos identidem, cum fucum fecisse doctis eam recensionem, videmus. Nempe Marcellinum hunc aiunt in Eusebii Chronico ad annum Christi 304 defunctum referri, cujus, ut vides, rectæ rationes postulant, in Pontacena, atque adeo accuratiore hac nostra recensione, successor Eusebius anno demum trecentesimo septimo nominatur. Revera novem illi annos auctor elargitur, quia Marcellum, quem catalogi alii Marcellino subrogant (ei nimirum atque Eusebio intermedium), minime admisit. Quod jurene factum, an fallente eum nominis similitudine, non judico.

[a] Eutropius, *Post septennium Allectus* (Carausium) *occidit, atque ipse post eum Britannias triennio tenuit, qui ductu Asclepiodoti Pr. Pr. est oppressus. Ita Britanniæ decimo anno receptæ.* Allectum porro cum gemino *l* contra atque Scaliger contendit, libri omnes præferunt. Notandum hic vero ab hocce anno Diocletiani 13 nullam apparere in Lucensi ms., referente Mansio, usque ad annum 16 numericam notam: ut quæ huic spatio interjacent omnia in ipsum 13 referenda censeri possent. Si desultorius iste mos ex ipso Chronici auctore S. Hieronymo processit, facilis hæc ratio succurreret, ut ab anachronismis quorum subinde in eo opere a viris eruditis tenetur reus, excusari posset.

[b] Præpostere inversis numericis notis Parmens. ms. tantum præfert 40 *millia.* Laudatus modo Eutropius cap. 23: *Per idem tempus a Constantio Cæsare in Gallia pugnatum est circa Lingones:* et mox, *sexaginta fere millia Alamannorum cæcidit.*

[c] Atque hæc ex Eutropio, qui pluribus rem verbis narrat. Paria habet Sextus Rufus.

[d] Vocat hunc Eusebius in Hist. lib. VIII cap. 4, στρατοπεδάρχην, quod vertit Dodwellus *magistrum armorum.* De *magistro militum*, quod idem videtur, superius in Vespasiano. In Miræi editione, et nonnullis mss. hæc periocha post biennium ponitur; serius uno adhuc anno, sive ad Diocletiani decimum usque septimum in Scaligeri editione differtur. Propius accedit nostræ recensioni Prosper in Chronico, ubi cœptum in Christianos milites desævire tradit, Anicio Fausto II et Severo Gallo coss.; is enim cum Diocletiani 14 et 15 ex parte annus concurrit. Vide Lactantium de Mortibus Persecutor. cap. 10, in eumque locum doctorum hominum notas.

[e] Verius ædificari cœptæ. Pagius enim Dissert. Hypatic part. II cap. 6 num. 12, diu post absolutas, atque anno demum Christi 305, qui juxta ejus supputationem numero Abrahamitico 2322 respondet, dedicatas ex antiquis inscriptionibus probat.

[f] Expunximus quos addebant Pontacus, et vetustiores editi libri cum Parmensi, nonnullisque aliis mss. *annos triginta novem;* nam neque eos addunt alii melioris notæ libri, et cum primis Scaligeri editio, neque annos omnino annotare amat Eusebius in aliis quam Romæ episcopis. Abnormis præterea est ille numerus, cui nedum persecutionis per id temporis notitia, sed et refragatur successoris ejus Macarii quæ habetur recensio hoc ipso libro post annos tredecim. Fortasse vere habet, quem laudamus in Græcis, Nicephorus, *novem:* quas videri poterunt librarii variantes alicubi numericas notas in *triginta novem* exaggerasse. Mihi persuasum est, fuisse hanc notam positam ad libri oram, *al.* XXXIX, pro eo quod ipse episcopus XXXVIII in textu dicitur: sed antiquarium, non locum Hermonis atque ordinem, qui alius revera apud alios est, ut est XL apud Nicephorum, sed annos putasse Episcopatus indicari, eosque textui perperam intulisse.

[g] Subnectit huic periochæ Scaliger grandioribus litteris, *Jobellus secundum majores*, quæ verba ex unius alteriusve codicis ms. albo minori charactere notata excepit. Annum tamen non hunc numerat, sed Diocletiani decimum octavum, eumque hujusce olympiadis secundum. In notis non diffitetur rectæ supputationi deesse annos quinque: sed Eusebium apud quem Jobel est quinquaginta annorum solidorum, intelligere ab Adam præteriisse Jobel 85, et tunc iniisse octogesimam sextam πεντηκονταετηρίδα. Præstabat vero, ut alias animadvertimus, quando plerique alii codices hæc ignorant, utpote addititia præteriisse.

[h] Hanc quoque periocham in Græcis Scaliger prætermisit, qui sæpius alia pro Eusebianis obtrudit contextui haud consona. Rem ipsam quod spectat, videsis auctorem Historiæ patriarcharum Coptitarum, et Ruinartum in Actis Martyrum.

[i] Quoniam *Romæ* dicit actum triumphum, idque ipsum Eutropius sub finem cap. 27 conceptis verbis, *post triumphum inclytum, quem ROMÆ ex numerosis*

| Olymp. | | Romanorum. | An Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 18 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 305 | |
| | 19 | Terræmotu horribili apud Tyrum et Sidonem multa opera conciderunt, et populus innumerabilis oppressus est.[a] Decimo nono anno Diocletiani, mense Martio, in diebus Paschæ, ecclesiæ subversæ sunt. Persecutio Christiana. Secundum Antiochenos an. 351. | 306 | 2320 |
| 271 | 20 | Secundo anno [b] persecutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt | 307 | |
| | | *GALERIUS solus biennio Augustus imperium tenuit.* [c] | | |
| | 1 | Romæ XXIX episcopus EUSEBIUS constituitur [d] mensibus 7, post quem XXX Ecclesiam tenet MILTIADES annis 6. | 308 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἔτους ιθ' Διοκλητιανοῦ, μηνὶς Δύστρῳ, ἐν ἡμέραις τοῦ Πάσχα, κ. τ. λ. Chron. Pasch. p. 221.

Τῷ β' ἔτει διωγμοῦ Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανὸς ἀπέθεντο τὴν ἀρχὴν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐκ συνθήματος, ὁ μὲν ἐν Νικομηδείᾳ, ὁ δὲ Μαξιμιανὸς ἐν Μεδιολάνῳ. Scalig. in Collectaneis.

Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν λδ' ΓΑΛΕΡΙΟΣ, καὶ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΟΣ ἔτη β'. Idem.

Ῥώμης κθ' κατέστη ἐπίσκοπος ΕΥΣΕΒΙΟΣ μῆνας ζ, μεθ' ὃν λ' τῆς ἐκκλησίας ἐκράτησε ΜΙΛΤΙΑΔΗΣ ἔτη γ'. Id.

## NOTÆ.

*gentibus egerant* : quibus consentiunt et Lactantius de Mortib. Persecutor. cap. 17, et Cassiodorus in Chronico : facile assentior doctis viris, qui post fere biennium, sive ad vigesimum usque annum Diocletiani, triumphum hunc differunt. Enimvero ante eum annum non fuisse Diocletianum Romæ, ex Historia compertum est, et luculentissime in notis ad laudatum Lactantii librum Balusius ostendit. Missa proinde facimus quæ pro Eusebiana sententia, et contra Scaligerum (qui ἀναχρονισμὸν ejus animadverterat) multa nec inerudita Valesius in notis ad Eusebii Hist. lib. VIII cap. 13 edisseruit. In eo dumtaxat videtur aberrare Scaliger, quod addit, actum ab imperatoribus triumphum aliquot mensibus antequam purpuram deponerent, nam per ferme adhuc sesquiannum imperium retinuerunt. Propius itaque ad verum accedunt nonnulli etiam Pontaco inspecti codices mss. qui ad annum 19 periocham hanc referunt : cujusmodi unum laudat Balusius vetustissimum atque optimum Colbertinum, sed præpostero ordine, cum antecedat historiam persecutionis.

[a] Præponitur in Scaligeri editione ad tituli instar grandioribus litteris, *Decima Persecutio* : tum ipsa periocha, *Decimo nono anno*, etc., et subsequens, *Secundum Antiochenos*, etc., eodem charactere et forma perscribuntur. Omittitur vero *Persecutio Christiana* : quæ quidem verba, ut et notatio illa temporis juxta Antiochenos (quæ in veteribus libris, teste Scaligero, non in contextu, sed e regione scripta est) in Parmensi ms. non habentur. Sed neque in aliis, quot scio, libris Scaligeranam illam epigraphem, *Decima Persecutio*, invenire est. In Lucensi tamen ms. refert Mansius hic legi grandioribus litteris PERSECUTIO, cui e regione ad marginem pagellæ respondet hæc annotatio, *Persecutio* X. Non igitur *de suo*, ut suspicabar, Scaliger lemma istud adjecit, sed ex aliquo exemplari suo ms. ad Lucensis instar excepit. Rem ipsam quod spectat, Diocletianeæ omnium sævissimæ initium Lactantius lib. de Mortib. Persecutor. cap. 12 denotavit, ut nihil accuratius : *Inquiritur*, inquit, *peragendæ rei dies aptus et felix, ac potissimum Terminalia deliguntur, quæ sunt ad* VII *kalend. Mart.*, *ut quasi terminus imponeretur huic religioni. Ille dies primus lethi, primusque malorum causa fuit... Qui dies cum illuxisset, agentibus consulatum senibus ambobus octavum et septimum, repente adhuc dubia luce ad Ecclesiam* (Nicomediæ) *profectus cum ducibus et tribunis*, etc.: et cap. 13 : *Postridie propositum est edictum, quo cavebatur ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate, tormentis subjecti essent*, etc. Cœpit itaque Persecutio die 23 Februarii, cujus propositum edictum est subsequenti die 24 anno quo octavum consulatum Diocletianus, septimum Maximianus agebat : ex quibus conficiunt docti viri, Eusebium unius fere anni metachronismo errare, et a secundo anno persecutionis initium sumere. Videsis chronologiam. Persecut. Dodwelli et Balusii, et Pagium ad an. Christ. 302, num. 5.

[b] Liquet ex his, quæ præcedenti proxime annotatione observamus, eum annum, quo kalendis Maiis purpuram uterque Augustus deposuit, non secundum fuisse persecutionis, sed tertium jam inchoatum. Haud itaque recte hæc ab Eusebio conjuncta sunt: licet a priore ejus hallucinatione ista consequitur. Respondebat secundus persecutionis annus consulatibus Diocletiani nono, et Maximiani octavo, antequam se imperio abdicarent : quod etiam ex panegyrico Maximiano et Constantino Augg. dicto perspicuum est : *Te rursus vicesimo anno imperatorem, octavo consulem ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit retinere, ut videretur augurari jam et timere quod factum est.* Scaliger cum sæpe alias in Diocletianeis temporibus peccet, tum fallitur in eo splendide, quod ait, fieri minime potuisse, ut post depositam purpuram decimum consulatum gereret Diocletianus; quem cum certo constet gessisse, eum cum vicesimo imperii illius anno comparat, quo dicitur se rebus abdicasse : tantoque altius repetit imperii ejus initia, seu potius rerum seriem totam prævertit. Obstant enimvero veterum monimenta omnia, quæ triennio post abdicatum imperium, consulatum ejus decimum notant. Quo autem anno purpuram exuit, consules quintum fuisse Constantium, et Valerium Maximianum Cæsares, pari omnes consensu Fastorum conditores, Chronicon Paschale, Cassiodorus, Idatius, Prosper, Anonymus de Præfect. et Bucherii Fragmentum, et si qui ejusmodi sunt auctores alii, testantur. Tantum denique abest, ut decimum consulatum tunc gesserit Diocletianus, ut ille annus in actis concilii Cirtensis describatur, *Post consulatum Diocletiani* IX *et Maximiani* VIII. Quæ proinde multa in eam rem vir cætera doctissimus disserit, falso, ut vocant, principio laborant : neque Elkupti epocham, a qua veteres multos deceptos fuisse dicit, satis ipse bene intellexit.

[c] Addit Prosper, *mox cum alio annis sex* : quod et propius ad verum est. Et Scaliger ex Victore Schoti annotat, eum biennio solido Augustum fuisse ante imperium Constantini, cujus quarto anno obiit.

[d] Quin soli menses quatuor et sexdecim dies ei ascribuntur in Bucheriano catalogo, cujus fidei aliis monimentis suffragantibus, standum censet Tillemontius. Ab Eusebii autem morte ad Melchiadis ordinationem, novem menses et aliquot dies Romanam cathedram vacasse evincunt chronologi re-

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
| --- | --- | --- | --- |
| 2 | **Maximinus** [a] et Severus a Galerio Maximiano Cæsares facti. | 309 | |
| | Constantius [b] decimo sexto imperii anno diem obiit in Britannia Eboraci, post quem filius ejus Constantinus ex concubina [c] Helena procreatus, regnum invadit : quarto autem persecutionis anno, Constantinus regnare orsus. | | |
| | *Romanorum XXXIV, CONSTANTINUS regnavit annis* [d] 30, *mensibus* 10. | | |
| 1 | Maxentius Herculii Maximiani filius a prætorianis militibus Romæ [e] Augustus appellatur. | 310 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Γαλέριος Μαξιμιανὸς βασιλεύων Ῥώμης δύο Καίσαρας ἐποίησε, Μαξιμῖνον [Ed. Μαξέντον] μὲν ἐν ἀνατολῇ, ἐν δὲ Ἰταλίᾳ Σευῆρον. Chron. Pasch. p. 222.

Κελτῶν βασιλεύσας Κωνστάντιος ἐπὶ ἔτη ιγ' ἀπέθανε· καὶ διεδέξατο αὐτὸν ὁ παῖς αὐτοῦ Κωνσταντῖνος, ὁ νόθος ἐξ Ἑλένης αὐτῷ γενόμενος. Idem ibidem.

Ῥωμαίων ἐβασίλευσεν λε' ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ ἔτη λ', μῆνας ι'. Ex eodem ibidem.

Οἱ ἐν Ῥώμῃ στρατιῶται (πραιτωριανοὶ) ἀνηγόρευσαν Μαξέντιον τὸν υἱὸν Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου, βασιλέα. Cedren. Hist. Comp. p. 213.

## NOTÆ.

centiores. Deinde ipsi Melchiadi solos attribuunt A *annos* 2, *menses* 6, *dies* 9, quo pacto emendandum catalogum Bucherianum, probant. Re etiam vera sunt alia hujusce Eusebiani operis exemplaria, quæ non sex annos, sed tres tantum numerent. Quin ita habet Scaligeri editio, et quod gravius longe momentum est, qui Eusebium describere amat, Prosper in Chronico. Potuerunt numericæ notæ VI facile a librariis in fere similes III mutari. Sed minorem numerum sic ratum habent docti chronologi, ut vulgo interpretentur pro duobus completis, et uno inchoato, tres dici. Verum, ut sentio, non satis hinc recte arguunt, nam licet tres adscribant laudati Eusebiani codices, et Prosper, in ipsa tamen digestione temporum a Miltiade ad Silvestrum numerant supra quinque : et iste quidem per interjectos consulatus, ille per huic plane conformem annorum recensionem. Dicemus hac de re iterum ad Silvestrum qui mox succedit.

[a] Eodem anno, immo una eademque die, scilicet B kalendis Maiis, quibus Diocletianus et Maximianus abdicarunt, Galerius et Constantius Augusti appellati sunt, et pronuntiati Cæsares Severus ac Maximinus. Compertum hoc est ex Lactantio de Mortibus Persecutorum toto contextu cap. 18 et initio subsequentis ; quæ loca huc referas cum doctorum hominum observationibus. Noster sive Eusebius, sive Hieronymus, cum in præcedentibus historiis atque annis persecutionis prochronismo peccent, hic errant in contrariam partem. Eadem tamen illis mens erat, quæ Eutropio, tum Socrati, et Theophani, qui nonnisi postquam Galerius in Italiam venit, creatos Severum et Maximinum Cæsares, scribunt.

[b] Parmensis ms. tantum habet, 6 *imperii anno :* sed 16 ex quo Cæsar assumptus est a Diocletiano et Maximiano, annum supputari, perspicuum est. Malim tamen dixisset auctor noster, 16 *imperii mense* pro *anno*, ut ex quo Augustus appellatus est, C statim a Diocletiani et Maximiani abdicatione, ordiretur. Nimirum eo ferme spatio temporis rerum potitus est Constantius, a kalendis scilicet Maii ad subsequentis anni VIII kalendas Augusti. Sentit Scaliger apud Photium, ἐν τῇ πολιτείᾳ ἁγίων πατέρων, dici istum, quo Constantius obiit, annum tertium persecutionis. Vereor autem, quin Græca τρίτον δὲ ἤδη τότε ἦν ἔτος τοῦ καθ' ἡμῶν διωγμοῦ, satis ille recte acceperit, quæ mihi potius videntur initium quarti significare : sicque interpretor : *Tertius jam tunc erat* (actus) *annus persecutionis* ; ἤδη ἦν, *jam fuerat*, seu, *paulo ante fuerat*. Re etiam vera tertius jam erat annus absolutus, et quartus inchoatus. Confer Dodwelli chronologiam persecut. et Diocletianeam Baluzii.

[c] Mirum id sane de Constantini ortu sentire Eusebium ; nam Chronici Paschalis auctor, quem laudamus in Græcis, Eusebium descripsit : Zosimum autem non moror, utpote hostem Constantini nominis infensissimum. Sedenim plerique alii scriptores etiam ex ethnicis natum Constantinum tradunt, *ex obscuriori* quidem *matrimonio*, ut Eutropius : aut *Helena matre vilissima*, ut Anonymus Valesianus ; legitima uxore tamen, nec nisi propter nobiliores nuptias, cogente Diocletiano, repudiata. Quin ex hoc ipso quod priorem repudiatam Eusebius ipsemet superius tradiderit, colligunt fuisse Helenam veram uxorem ; cui nempe datum repudium interpretantur. Desipit certe quidem Scaliger, qui priorem Constantii uxorem fuisse pronuntiat Minerviam, matrem Crispi Cæsaris, quam dimittere coactus est, cum Theodoram privignam Herculii duxit. Atqui Crispus Cæsar non Constantii, sed Constantini filius fuit : Minervia, seu rectius Minervina, non mater Constantini, sed concubina utique. Hæc nemo est paulo doctiorum qui nesciat. Porro non, ut ait Hieronymus, Constantinus *invasit* imperium, sed ex suprema patris voluntate, accedente militum in Britannia consensu, obtinuit. Fallitur ergo denuo Scaliger, qui contra auctorem Politiæ SS. Metrophanis et Alexandri, negat Constantinum successorem imperii a patre designatum. Testantur id enimvero conceptis verbis, Eumenius in panegyrico, Julianus orat. prima ad Constantium, et Orosius lib. VII, c. 26. Denique Cæsar a Galerio appellatus est VIII kalendas Januarias, atque illud nummi quoque ipsi testantur. Eos Scaliger cum non intelligeret, tertio erravit, et pronuntiare ausus est, nullam historiam referre eum Cæsarem a Galerio dictum. Scilicet ignorabat panegyr. I Maximiani et Constantini : *Cum tibi pater imperium reliquisset, Cæsaris tamen appellatione contentus, exspectare malueris, ut idem te, qui illum, declararet Augustum.* Luculentissime autem Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. cap. 25, de Galerio loquens : *Illud excogitavit, ut Severum, qui erat ætate maturior, Augustum nuncuparet : Constantinum vero, non imperatorem, sicut erat factus, sed Cæsarem cum Maximino appellari juberet.*

[d] Victor in Epitome solis ait *annis triginta :* qui tamen a semetipso dissentit inferius, ubi de eo proverbium recitat, *Trachala decem annis præstantissimus, duodecim sequentibus latro, decem novissimis pupillus :* nisi, quod doctus ejus interpres monuit, rescribendum videatur, *præstantissimus dux, decem sequentibus*, etc. Eutropius absolute *unum et trigesimum* numerat. Noster vero propius habet.

[e] Appellatus VI kalendas Novembris eodem, quo Constantinus regnare orsus dicitur, persecutionis anno quarto, quod ex Lactantii lib. de Mortibus Persecut. cap. 26 constat. Sed et Eutropius, *Romæ*, inquit, *interea prætoriani, excitato tumultu, Maxentium Herculii filium, qui haud procul ab Urbe in via*

| Olymp. | Romanorum. | An.Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| 272 | 2 Severus Cæsar a Galerio Maximiano contra Maxentium missus, [a] Ravennæ secundo imperii sui anno interficitur. | 311 | |
| | Licinius [b] a Galerio Carnunti imperator factus. | | |
| | Herculius Maximianus [c] a filia Fausta detectus, quod dolum Constantino viro suo pararet, Massiliæ fugiens occiditur. | | |
| | 3 Quirinus episcopus [d] Siscianus gloriose pro Christo interficitur : nam, manuali mola ad collum ligata, e ponte præcipitatus in flumen, diutissime supernatavit et cum spectantibus collocutus, ne sui terrerentur exemplo, vix orans ut mergeretur, obtinuit. | 312 | |
| | 4 Galerius Maximianus [e] moritur vicesimo imperii sui anno, quod partim Cæsar, partim Augustus exercuit. | 313 | |
| | 5 SILVESTER XXXI Romanorum Ecclesiæ ordinatur episcopus [f] annis 22. | 314 | |
| 273 | 6 Maximinus, [g] persecutione in Christianos facta, cum jam a Licinio puniendus esset, apud Tarsum moritur, anno imperii sui sexto. | 315 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

῾Ο Γαλέριος Μαξιμιανὸς Σευῆρον ἀπέστειλε τὸν Καίσαρα, ἵνα Μαξέντιον ἀνέλῃ· καὶ ἀνῃρέθη Σευῆρος ἐν πολέμῳ. Chron. Pasch. p. 222.

Λικίνιος ἀναγορεύθη εἰς Καρνοῦντα. Idem p. 223.

῾Ερκούλιος Μαξιμιανὸς, τῆς αὐτοῦ κατὰ τοῦ γαμβροῦ ἐπιχειρήσεως ὑπὸ Φαύστης τῆς θυγατρὸς καταμηνυθείσης, ἀναιρεῖται. Ex Scalig. Collect.

Γαλέριος σκωληκόβρωτος γεγονὼς, ἐξέψυξεν. Cedren. Hist. Comp. p. 213.

῾Ρωμαίων ᾿Εκκλησίας λβ' ἐπίσκοπος ΣΙΛΒΕΣΤΡΟΣ ἔτη κβ'. Ex Nicephor. Chron. p. 328.

Μαξιμῖνος... κατὰ Χριστιανῶν ἐπινοήσας... ἡττηθεὶς ὑπὸ Λικινίου ἐν Κιλικίᾳ φυγὰς ὤλετο. Ex Cedreno pag. 215, et Chron. Pasch. p. 223.

## NOTÆ.

*publica morabatur, Augustum nuncupaverunt.* Hallucinatur Scaliger, cui mirum est legi in Maxentii nummis DIVO MAXIMIANO PATRI SOCERO ÆTERNA MEMORIA; cusus enim ille est nummus non in Maximiani patris, sed in soceri Galerii Maximiani memoriam.

[a] Ita quidem et Victor in Cæsaribus, et Eutropius dicunt, *Ravennæ obiit, et Ravennæ interfectus est.* Sed Victor alter in Epitome, *Romæ,* ait, *ad tres Tabernas extinguitur :* quem locum Zosimus lib. II, 11, τρία καπηλεῖα Græce vocat. Suntne igitur *tres Tabernæ* in Ravennatensi agro, an Romano, intelligendæ? Scaliger non dubitat fuisse in agro Ravennate, et victorem ὁμωνυμίᾳ loci deceptum, putasse eas tres Tabernas esse, quæ sunt ad forum Appii, ultra Urbem, Terracinam euntibus. Et verosimilius quidem videtur apud Ravennam, ob eam quam narrat historiam Zosimus. Interim cum *Romæ* Victor dicat, ejusque nominis, *tres Tabernæ,* loca alia extra Urbem occurrant, ut ex Cicerone l. II ad Atticum epist. 10, et Ammiano l. XVI, c. 11, docti viri monent, non satis ipse recte videtur Scaliger distinxisse. Erant *tres Tabernæ* etiam inter Laudem et Placentiam, inter Fanum fugitivi et Interamnam, etc.

[b] Lactantius de Mortibus Persec. c. 29 : *Aderat ibi Diocles, a genero nuper accitus, ut quod ante non fecerat, præsente illo, imperium Licinio daret, substituto in Severi loco.* Factum Carnunti in Pannonia, III idus Novemb. Errant igitur Pontacus in notis, et Scaliger de Emendat. temporum p. 497, qui Diocletianum negant Salonis unquam pedem extulisse. Confer Victorem in Cæsaribus c. 40, Eutropium quoque l. X, c. 4, qui in temporis notatione non nihil videtur aberrasse ; siquidem post Maximiani Herculii mortem Licinium imperatorem factum, significat. His adde Zosimum lib. II, 11.

[c] A superiore proxime gesto, sive Licinii Augusti nuncupatione, ad Maximiani Herculii necem trium ferme annorum spatium interjacet. Ille quinto persecutionis anno (his enim uti rationibus hic libet) imperium arripuit, quod etiam recensione hac sua Eusebius observavit ; iste octavo demum persecutionis ejusdem anno, *eliso et fracto superbissimo gutture vitam detestabilem turpi et ignominiosa morte finivit.* Recole utramque historiam apud laudatum Lactantium de Mortibus Persecutor. cap. 29 et 30. Sed et Idacius, in Fastis, Herculii mortem assignat *anno secundo post consulatum* X et VII *Maxentio* III *solo :* qui cum eo, quem diximus, a Licinii inauguratione tertio, et persecutionis octavo anno concurrit. Adeo non recte subduxisse rationes Eusebium, tum ex Historia apparet lib. VIII c. 13, et Constantini Vita lib. I cap. 48, tum ex hoc maxime loco, quem Prosper Eusebium describere assuetus in hunc ipsum annum contulit, et cum Licinii Augusti nuncupatione conjunxit.

[d] In Parmensi ms. *Quintinus* scribitur, Sciscia est in superiore Pannonia prope Segesticam. Zosimus lib. II, 48, *Sisciam* vocat. Scaliger Prudentium laudat Peristephano septimo : quem videsis cum doctorum interpretum notis.

[e] Non videtur nisi undevigesimum imperii attigisse, siquidem kal. Martiis, ut suo loco innuimus, et auctor Chronici Paschalis tradit, Diocletiano V et Maximiano Herculio. IV coss., in regnum assumptus est. Obiit vero circa mensem Maium coss. Gal. Maxim. Arment. VIII et Licinio Augusto. Confer Idacium, et quæ accuratius disputata hac super re sunt Dodwello ex Fastis Theonis et Fastis Græcis Heraclii. Historiam repete ab Lactantio de Mortibus Persecutor. cap. 35. Mortuus est Sardicæ, ut discimus ex Anonymo Valesiano, quam urbem Thraciæ Mediterraneæ Ptolemæus annumerat : Scaliger ἁπλῶς dixit, in Dacia Ripensi. Quæ subduntur, *quod partim Cæsar, partim Augustus exercuit,* in Parmensi ms. non sunt.

[f] Mense uno minus. In catalogo Bucheriano : *Silvester annis 21, mensibus 11. Fuit temporibus Constantini, a consulatu Volusiani et Anniani ex die pridie kal. Febr. usque in diem kal. Januar. Constantio et Albino coss.* In quem locum observatum ante nos, *kalend. Januar.* exclusive, ut assolet, notari terminum, quoniam in Martyrologio, quod Hieronymi audit, *Depositio S. Silvestri episcopi* ad ipsum diem 31 Decemb. refertur. Minus certe recte habet Parmensis ms., qui solos ei tribuit *annos 21.* Cæterum illustris. conterraneus meus Franciscus Blanchinius insignem Eusebii errorem hunc dicit in prolegomenis tom. II, Anastasii pag. 28 : Non enim, ait, tertio Constantini anno Melchiades, cui Silvester successit, fato functus est, cum constet anno 7 aut 8 Constantini sub Melchiade celebratum fuisse Romanum in causa Donati concilium. Confer quæ modo diximus ad Melchiadem.

[g] Sic vocant Parmensis ms. aliique notæ melioris libri, Prosper, et Scaliger : male autem Pontacus, aliique *Maximianum.* Quamquam non diffitemur, ipsum nec semel alibi nominum similitudine deceptum, Eusebium aberrasse, et quæ nequissimi persecutoris Maximini erant, Maximiano attribuisse. Sed eo tamen turpius Scaliger, Eusebii errorem exaggerans,

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 7 | Alexandrinæ ecclesiæ XVIII ordinatur episcopus Achillas. Maxentius juxta pontem ª Milvium a Constantino superatus occiditur anno imperii sui sexto. Pax nostris a Constantino redditur. Bellum Cibalense adversum Licinium. Jerosolymarum XXXIX episcopus constituitur Macarius. Diocletianus ᵇ haud procul a Salonis in villa sua Spalato moritur, et solus omnium inter deos privatus refertur. | 316 | 2330 |
| | 8 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 317 | |
| | 9 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 318 | |
| 271 | 10 | Crispus et Constantinus, filii Constantini, et Licinius adolescens Licinii Augusti filius, Constantini ex sorore nepos, Cæsares ᶜ appellantur : quorum Crispum Lactantius Latinis litteris erudivit, vir omnium suo tempore eloquentissimus; sed adeo in hac vita pauper, ut plerumque etiam necessariis indiguerit, nedum deliciis. | 319 | |
| | 11 | Licinius Christianos ᵈ de palatio suo pellit. | 320 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

'Αλεξανδρείας ἐπίσκοπος ιη' 'Αχιλλᾶς. Niceph. Chron. pag. 222.

Μαξέντιον ἀνεῖλε Κωνσταντῖνος πολέμῳ... Πίπτει μὲν Μαξέντιος... εἰς τὴν γέφυραν Μουλυβίου βασιλεύσας ἔτη ς'. Chron. Pasch. p. 222 et 223.

'Ο Χριστιανῶν..., πέπαυται διωγμός, Cedr. p. 215.

'Ιεροσολύμων μα' ἐπίσκοπος Μακάριος, Niceph. Chr. pag. 327.

Διοκλητιανὸς ἰδιωτεύσας..... τὰ πνεῦμα ἀπέῤῥηξεν. Cedrenus Hist. Comp. p. 213.

Κωνσταντῖνος Αὔγουστος.., Κωνστάντιον καὶ Κρίσπον τοὺς ἑαυτοῦ υἱοὺς Καίσαρας ἀνηγόρευσε. Chr. Pasch. pag. 224.

Λικίνιος ἤρξατο κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸν κινεῖν. Cedreuus pag. 223.

## NOTÆ.

peccat, quod bonum principem ac laudabilem fuisse, A et numquam Christianos persecutum Maximianum, pronuntiat. Incentorem immo, et signiferum persecutionis vocat eum Rufinus lib. VIII, c. 15; ut Lactantium de Mortibus Persecutorum sæpe, et Anonymum Valesianum prætereamus. Post biennium a Galerii Maximiani morte Maximinus exstinctus est apud Tarsum, cum hujusmet anni pridie kalendas Maias inter Hadrianopolim et Heracleam fuisset a Licinio superatus. Adisis librum de Mortibus Persecutorum cap. 49.

ª Eutropius, lib. X, c. 4 : *Quinto*, ait, *Constantinus imperii sui anno bellum adversus Maxentium civile commovit ; copias ejus multis prœliis fudit : ipsum postremo Romæ .... apud pontem Mulvium vicit.* Quamquam Zosimus, lib. II, indictum a Maxentio bellum significat : *Maxentius occasiones gerendi adversus Constantinum belli quærebat*, etc. Tempus quo victus atque exstinctus est, demonstravit omnium apertissime Lactantius de Mortibus Persecutor. c. 44 : *Imminebat dies, quo Maxentius imperium cœperat, qui est ad* B *textum kalendas Novemb. et Quinquennalia terminabantur*, etc., quæ sunt Eusebianis rationibus consentanea. De Mulvio ponte, hodie *Ponte-mole*, haud repetam quæ tot viris doctissimis disputata sunt. *Milvium* vocant Cicero, Livius, Aurelius Victor, aliique; *Mulvium* dicere amant Eutropius, Lactantius et cumprimis Græci, quos laudare hic nihil interest. Egit Victor Gifellinus de varia nominis hujus scriptura apud Ortellium Thesaur. Geographico.

ᵇ Quamquam hæc fere ad verbum (quod etiam Scaligero notatum est) Noster ab Eutropio expresserit, secutus tamen est in temporum comparatione Aurelium Victorem in Epitome, qui tradit Diocletianum annos *in communi habitu prope novem* egisse. Sed ut in ejus voluntariæ mortis causa ex veneni haustu, ita in annorum quos privatus egit numero falsum Victorem esse, Balusius in notis ad Lactantii librum de Mortibus Persecutorum contendit. Falluntur adeo etiam Zosimus, Auctor Chronici Paschalis, C atque Idacius in Fastis, qui mortem Diocletiani assignant III nonas Decemb. Sabino et Rufino coss. Discimus enimvero ex Lactantii dudum laudato lib. cap. 42 eum vivere desiisse, superstite adhuc Maximino, et ante Licinii et Constantiæ nuptias, post annos septem, totidemque menses, et aliquot dies, ex quo purpuram deposuerat. Adeo subsequenti cap. 43 de Maximini interitu locuturus Lactantius, *Unus*, ait, *jam superat de adversariis Dei : cujus nunc exitum ruinamque subnectam.* Consulito locum, in eumque notas Balusii, et Cuperi. Quod additur *in villa sua Spalato*, legit olim et Prosper : alii *Aspalato* habent, Parmensis aliique mss., *in villa sua palatio*. Et hanc quidem vocem verosimile est substitutam præpostero criticorum studio, pro obscuriore alia *Spalato*. Minime autem par credere est, quod Cuperus autumat, hanc quoque *Spalato* non ab Hieronymo profectam, sed fuisse potius a glossatore aliquo appositam libri albo, ut villæ proprium quod vulgo ferebatur, nomen significaret, deinde textui a librariis intrusam. Nec prodest conjecturæ, quod ipse Eutropius tantum habet, *in villa, quæ haud procul a Salonis est ;* Hieronymus enim non ita Eutropium describebat, ut non licere sibi de suo quædam addere, alia truncare, putaret. Elevat econtrario fidem, quod vetus ea sit Prosperi, quam dudum laudavimus, eadem lectio. Cætera videsis Sponium in Itinerario.

ᶜ Confirmat ipse in Constantini M. Vita, lib. IV, cap. 40, primum hunc esse honorem sortitum Constantinum cognominem patri ἀμφὶ τοῦ πατρὸς δεκαετηρίδα, *decimo circiter paterni imperii anno.* Et est tamen perinde accipiendus, ac si jam absoluto anno illo dixisset, ut cum auctore Chronici Paschalis conveniat, et cum Idacii Fastis, qui ad Gallicani et Bassi consulatum hæc referunt. *His coss. levati tres Cæsares, Crispus, Licinius et Constantinus, die kal. Mart.* De tempore, quo Crispus præceptore Lactantio usus est, ut et de loco, pluribus disputat contra Chiffletium Balusius præfat. ad notas in librum de Mortibus Persecutorum.

ᵈ Nihil dubium, quin hoc fecerit Christianos persequendi initium. Sedenim Cedrenus, quem ea de causa in Græcis laudare placuit, in temporis notatione obstat, et anno demum Constantini τῷ ιδ' καὶ ιε', *quartodecimo et insequenti*, testatur Licinium ad gentilitatem, quam in gratiam Constantini reliquerat, se recepisse, postquam Illyrici provinciis per arma civilia spoliatus ab eo est, et persecutionem adversus Christianos, quorum hactenus studiosum se simulaverat, tunc movisse. Paria docet Sozomenus lib. I, cap. 7, Licinium, qui ante religionem Christianam coluerat, post cladem illic acceptam, animo mutatum, multos sacerdotes, qui in suis partibus degebant, graviter afflixisse.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 12 | Basileus Amasiæ Ponti episcopus sub Licinio martyrio coronatur. Alexandrinæ [a] ecclesiæ XVIII ordinatur episcopus Alexander : a quo [b] Arius presbyter de Ecclesia ejectus, multos suæ impietati sociat; ad quorum perfidiam coarguendam synodus 318 episcoporum, in Nicæa urbe Bithyniæ congregata, omnes hæreticorum machinas ΗΟΜΟΟSΙΙ oppositione dejecit. *Et fuit* [c] *synodus prima. Helena* [d] *Constantini mater, divinis monita visionibus, beatissimum Crucis signum, in quo mundi salus pependit, apud Jerosolymam reperit.* | 321 | |
| | 13 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 322 | |
| 275 | 14 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 323 | |
| | 15 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 324 | |
| | 16 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 325 | |
| | 17 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 326 | 2340 |
| 276 | 18 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 327 | |
| | 19 | Constantius [e] filius Constantini Cæsar factus. Licinius Thessalonicæ [f] contra jus sacramenti, privatus occiditur. | 328 | |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Ἀλεξανδρείας ιθ' ἐπίσκοπος Ἀλέξανδρος, κ. τ. λ. Nicephor. Chr. comp. pag. 332.

Ἡ ἐν Νικαίᾳ πρώτη ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος τῶν τριακοσίων δεκαοκτὼ ἁγίων πατέρων ἐγένετο, ἥτις τὸν Ἄρειον, καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ ἠναθεμάτισεν. Cedrenus pag. 224.

Λικίνιος... ἀπήνεγκατο τέλος σφαγείς, κ. τ. λ. Chron. Pasch. pag. 225.

## NOTÆ.

[a] Invenit Scaliger in Freher. ms. ad n. 2336, alteram hanc periocham, *Constantinopolis dedicatur :* in cujus etiam recensione peccatum unius anni metachronismo, notat. Nihil simile nostri, aut quos consulere licuit, alii mss. aut vulgati libri habent.

[b] Diu antea flagitiosam hæresim Arius invexit, utque Orosius lib. VII, cap. 28, testatur, iis diebus spargere in vulgus cœpit, quibus Crispus et Constantinus junior Cæsares appellati sunt : anno scilicet, ut paulo superius animadvertimus, imperii Constantini Magni decimo, vel undecimi initio. Quod si verum est, aut ipsa etiam Alexandri episcopi ordinatio erat citius multo, saltem ad decimum Constantini M. referenda, aut certe fallitur Theodoretus Hist. Eccl. lib. I, cap. 2, et lib. IV Hæreticar. Fabul. cap. 1, qui excogitandæ hæreseos causam hanc fuisse Ario dicit, quod Alexandrum sibi prælatum in episcopatu ægre tulerit. Cæterum nemo non videt, ejus occasione electionis isthæc de Ario, et Nicæna synodo, quæ ad alios atque alios annos spectant, commemorari : atque in hac etiam re satis obvia Scaligerum falli, qui κυρίως dici ab Eusebio hoc putat, tunc cœpisse Arii venenum in vulgus spargi.

[c] Postrema hæc verba neque Eusebii esse, neque Hieronymi, Italici characteris, quo descripta sunt, nota indicat. Ea Scaliger exsulare penitus jussit : nos, quod etiam in Parmensi ms. sint, cum Pontaco retinuimus. Neque vero huc erat Nicæna prima synodus referenda, quam post ferme quadriennium actam esse, sive anno Constantini Augusti 18, omnes norunt. Ipsa ejus acta ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ : *sub consulatu Paulini et Juliani* annotata sunt, et Gelasii Historia, ut alia omittamus, confirmant. Diem etiam quo cœpta est, notat Collectio Græca a Tilio edita, XIII *Kalend. Julias*, a quo *usque ad diem* VIII *Kalendas Septembres* durasse, Collectio alia quæ Cresconiana audit, testatur. Eusebius ipse l. III, c. 14, de Vita Constantini, anno hujus imperii 20 actum concilium tradit.

[d] Atque hæc sunt ab aliena manu, quæ neque nostri mss. habent, et minimo minus cum Scaligero expunximus. Sunt enim, ut doctus vir notat, in editiones traducta totidem verbis ex Rufino Hist. Eccles. lib. I cap. 8. Tantum certe abest, ut ab Eusebio scripta videri possint, ut qui narrationem illam de reproducta per Helenam a Calvariæ ruderibus cruce impugnant, palmare sibi argumentum ab Eusebii hac super re silentio desumant, cum cætera pietatem ejus erga sancta loca, in quibus et duas ecclesias ædificavit, tot laudibus cumulet. Nos facti historiam quod pertinet, aliis veterum testimoniis ac monimentis nitimur.

[e] Triennii prochronismo Scaliger in recensione A sua peccat, retrahens Constantii Cæsaris nuncupationem ad annum Constantini Augusti decimum septimum. Quem errorem et vetustiores editi libri plerique errant : ipse alio in Abrahamiticis numeris vitio cumulat : quorum nunc cum 2339, nunc cum præcedenti 38, eum annum componit. Recte vero Parmensis ms. aliique septem laudati Pontaco, quem et sequimur, gestum huc referunt. Hujus recensionis ipsemet fidejussor Eusebius est Vita Constantini lib. IV, cap. 40, ubi de trinis ejus decennalibus, quibus tres filios Cæsares creavit : *Secundus*, inquit, *avi sui nomen referens Constantius*, ἀμφὶ τὴν εἰκοσαετηρικὴν πανήγυριν ἀνηγορευόμενος, *circa* (patris sui) *Vicennalia, Cæsar est declaratus.*

[f] In Parmensi ms. atque editis quibusdam libris, *contra jus sacrum*, Eutropius, *contra religionem sacramenti* dixit : Zosimus contra τοὺς ὅρκους. Sed jure tamen factum contendunt, qui Licinium rebus Thessalonicæ novis studuisse, et contractis militibus, populos ad defectionem sollicitasse, scribunt, Socrates B lib. I, Cedrenus, aliique. Adeo Constantinum Orosius lib. VII excusat : narrat vero Zonaras fuisse Licinium a militibus, Romano assentiente senatu, postulatum ad supplicium, quod nec privatus quievisset, sed tyrannidem affectasset. Gravior de temporis notatione lis est. Scaliger ad annum Constantini Augusti 18 retulit, suamque recensionem gemino Aurelii Victoris testimonio comprobari autumat. Primum, quod referat ille in epitome, Constantinum *annis tredecim solum imperasse :* quod certe non contigit, nisi Licinio purpura demum et vita exuto ; quamobrem cum vulgo compertum hoc sit, Constantinum anno imperii trigesimo obiisse, deductis tredecim illis, quibus solus regnavit, evinci Licinium 18 Constantini interfectum. Ego iisdem omnino rationibus conclusum ibo pro 17 proxime præcedenti, cui nimirum si tredecim adjicias, recte constabunt triginta. Alterum testimonium ex alio Victore in Cæsaribus desumit, ubi rupta pax dicitur Licinium inter et Constantinum, *sexennio* postquam Crispus, Constantinus junior et C Licinianus Cæsares sunt facti : tum Licinius pulsus, Chalcedona concessisse, ibique una cum Martiniano oppressus. Quare, infert, deductis sex de 18 annis imperii Constantini, remanebit annus 12 imperii ejusdem, quo illi Cæsares renuntiati. Ita magno viro licet lectori illudere. Probandum erat, quod et sumpserat sibi, a trium Cæsarum nuncupatione, tamquam a certa epocha, rationes institui, et sexennio adjecto, annum exsurgere Constantini decimum octavum. Colligit vero prorsus in contrariam partem, et hunc, de quo disputatur, annum decimum octavum, pro certa ponit necis Licinii epocha, ex eoque infert ad trium Cæsarum nuncupationem, suæ hypothesi accommo-

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | Nazarius [a] rhetor insignis habetur. | | |
| 20 | Crispus filius Constantini, [b] et Licinius junior Constantiæ Constantini sororis et Licinii superioris filius, crudelissime interficiuntur, anno [c] imperii sui nono. | 329 | 2343 |

## GRÆCA FRAGMENTA.

Κωνσταντῖνος Κρίσπον τὸν ἴδιον υἱὸν Καίσαρα ὄντα καὶ διαβληθέντα αὐτῷ ἀνεῖλε. Chron. Pasch. ibidem.

## NOTÆ.

dandam. Quid, quod fallitur in hoc ipso splendide? neque enim, ut colligit, duodecimo Constantini anno, sed decimo, sive ipsis Decennalibus vixdum exactis, quod est suo loco declaratum, tres illi Cæsares appellati sunt. Proinde erant hac etiam de causa ab hac temporis nota, quæ utpote certior a Victore proponitur, ineundæ rationes ad annum Licinii θανάσιμον investigandum. Quod si præstes, et termino utroque incluso, deducas inde sexennii initium, ad annum devenies Constantini decimum septimum, quem et superiore testimonio designari a Victore alio, in Epitome, diximus. Hoc nimirum anno Constantini, Victor uterque sensit occisum Licinium, non insequenti, quod Scaliger fingit. Propius autem, necne, accedat eorum sententia ad verum, non judico, nec est dictu facile, aliis ea super re Veterum dissentientibus. Idacius in Fastis sub consulatu Paulini et Juliani refert: qui utique annus cum decimo octavo Constantini concurrit. Noster qui serius, et ad decimum usque nonum differt, suos certe habuit auctores, quos sequeretur. Ejusmodi est Anonymus Valesianus, sive auctor Fragmenti de Constantio Chloro editus a Valesio post Ammian. Marcellinum pag. 661, ubi Licinium ait, *regnasse annis* 19, *filio et uxore superstite*. Scilicet ab eodem, quo Constantini, anno, imperium Licinii auspicatur: et sane ejusdem anni, ille pridie kalendas Aprilis, hic III idus Novembris, Augusti appellati sunt. Dicitur ad vitam privatam a Constantino superatus rediisse mense Octobri: obiisse autem sub anni finem.

[a] Constantini Magni laudes dixit in Quinquennalibus Crispi et Constantini junioris Cæsarum, die eorum natali, kalendis Martiis. In quod tempus Constantini Magni Quindecennalia incurrebant: et vota pro Vicennalibus nuncupabantur. Sed non eo respexisse Hieronymus videtur.

[b] Annum Constantini vigesimum Scaliger subsequenti demum gesto, canonum Eusebianorum postremo ascripsit: Pontacus econtrario primam numeri præcedentis periocham *Constantius filius*, etc., ab eo est auspicatus. Neutrum sequi nobis, sed vetustiorum editionum, et Parmensis codicis auctoritatem præferre placuit, quæ etiam propius ad historiæ veritatem visa est accedere. Dicemus infra, quanti sit in re chronologica hunc inter Eusebianos annum recepisse, et num ab Eusebio, an Hieronymo in Versione et recognitione hac sua, annotatus videatur. Interim egisse adhuc Crispum inter vivos anno paterni imperii vicesimo, et Romæ Decennalia sua edidisse, cum in idem tempus posteriora quæ Romæ itidem acta sunt, Vicennalia Constantini patris incurrerent, auctor est Optatianus Porphyrius in hujus panegyr. (quidquid Norisio ad num. Licin. videatur) his versibus :

Sancte Pater, rector Superum, Vicenalia læta,
Augusto, et decies crescant solemnia natis.

Crispi scilicet, et junioris Constantini Decennalia multiplicentur. Constantino autem Augusto vicennalia Romæ soluta exacto jam altero decennio, seu vicesimo imperii anno, nihil dubium est. Affirmat porro et Sozomenus, Hist. Eccl. lib. I, cap. 5, Crispum τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς τοῦ πατρὸς ἡγεμονίας, *anno imperii patris sui vigesimo*, mortem obiisse. Denique et illud quod ait Eusebius, fuisse hunc annum imperii, Cæsarei scilicet, Crispi et Licinii nonum, conciliari facile cum laudatis modo testimoniis potest. Cum enim exacto primo Constantini decennio, circa ipsam Decennalium ejus panegyrim, Cæsares appellati sint, noni ejus anni finis non incommode potest cum initio vigesimi paterni imperii concurrere. Verum enimvero alium Eusebius rerum ordinem tenet, et Vicennaliorum celebrationem, non eorum modo, quæ Nicomediæ acta sunt, sed et quæ Romæ *sequenti anno*, post Crispi necem recenset. Ac licet sequens iste annus videatur non de Constantini ipsiusmet annis intelligendus, ut alius a vicesimo imperii ejus notetur, sed juxta Eusebianos calculos, qui annorum initia ab autumno auspicatur (possitque adeo unus idemque ille vicesimus esse), minime diffitendum est tamen, aut ὕστερον πρότερον ab Eusebio dici, aut certe aliam ejus fuisse mentem : et mortem Crispi non vicesimo Constantini, sed præcedenti decimo nono adscribere voluisse. Id ipsum Idacius in Fastis voluit, qui gestum refert Constantino VII et Constantio Cæs. coss., cum ipse per id temporis, teste Zosimo lib. II, imperator Romæ ageret. Videndus interim Sozomenus in fine libri secundi. Eodem tempore occisum Licinium juniorem testatur Orosius quoque lib. VII cap. 28.

[c] His quæ disputata sunt hactenus de θανασίμῳ Crispi anno, scrupulum locus iste ingerit, qui criticos magni nominis male habuit. Innuimus quidem nos, si post Constantini, quæ Romæ acta sunt Vicennalia, Cæsaris filii mors differatur, quo possit pacto annus ille nonus imperii hujus intelligi, et noster cum aliorum auctorum testimoniis in concordiam venire. Sed præterquam quod non levis id ipsum momenti est, nimis alia multa restant ex temporum comparatione, et rerum serie concilianda, quæ doctos sane viros in alia omnia impulerunt. Nummi quoque ipsi Crispi et Constantini, post varia inter se veterum dissidia, accedunt ad difficultatem exaggerandam. Satius proinde visum est multis, isthæc, *anno imperii sui nono*, respuere, tamquam non germana, sed a studioso quopiam assuta: maxime cum in antiquis etiam mss. aliquot desiderentur, atque ipsi Pontaco, homini in expendenda veterum codicum fide præ cæteris diligentissimo, suspecta valde fuerint. Atque ut pro genuinis nihilominus habeas, vim tamen eorum Pagius eludit, qui Hieronymum a kalendis Septembribus duxisse annorum initia autumat. Quod licet neque videatur verosimile, ut mox pluribus ostendemus, neque, quod rei caput est, de Eusebianorum annorum initiis, quæ ducuntur utique ab autumno, sed de annis Crispi singularibus, hic quæstio sit: minime diffitendum est tamen, perquam difficilem definitu rem esse, et recentiorum disputationibus in utramque partem agitatam. Norisius noster, dissert. de num. Licin. c. 3, testimonium ex panegyr. Optatiani Porphyrii, in quo rei cardo vertitur, ad Quindecennalia Constantini refert, quo tempore Vicennalia vota nuncupabantur. Sed ut ne longius hisce immoremur, totam huc refer Tillemontii annotationem 54 in Constantini Vitam.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | [a] Vicennalia Constantini Nicomediæ acta, et sequenti anno Romæ edita. | | |

GRÆCA FRAGMENTA.

Κωνσταντῖνος εἰκοσαετηρίδα τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἦξε, καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ Ῥώμῃ Βικεννάλια. Chronic. Pasch. p. 255.

NOTÆ.

[a] Facile Hieronymum hæc impulerunt, ut superiori proxime, vel huicmet periochæ annum, quem modo dicebamus, Constantini 20, numero Abrahamitico 2343 respondentem, adjungeret. Enimvero tot eum supputasse in Eusebiano Canone, ex ejusdem continuatione compertum est, quam a Constantini vigesimo primo exorditur: tum vero manifestissimum ex summa universa, quam in Operis sui fine colligit, atque ea quam de suo Eusebianæ præfationi subnectit: *A Tiberii*, inquit, *quintodecimo anno usque ad decimum quartum annum Valentis, quo interiit, numerantur anni* 351. *Itaque fiunt anni istius historiæ* 2395. Nam si ad annos quidem 2044 quos in eadem præfatione se testatur Eusebius collegisse ab Abrahamo ad Tiberii usque decimum quintum, illos 351 adjicias, summa consurget 2395, a quibus rursum si annos 52 subducas Hieronymianæ continuationis, remanebunt usque ad Constantini vigesimum, a Tiberii quidem decimo quinto, anni 299; ab Abraham vero 2343, uno plus scilicet, quam videtur Eusebius computasse. Quod cum sit comparatione hac ipsa numerorum manifestum, testantur etiam conceptis verbis Anianus, et Panodorus antiqui chronologi apud Syncellum pag. 28, putasse eum solos 2342 ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως τῆς εἰκοσαετηρίδος Κωνσταντίνου, ἐν τῷ κατὰ πλάτος συνῆξε χρόνον ἐτῶν ͵βτμβʹ: *ab Abraham ad Vicennalia usque Constantini* (hoc nimirum quo Chronicon ejus gesto concluditur) *in extenso opere tempus collegit annorum* 2342. Vicennalia quidem illa intelligenda quæ primum Nicomediæ; nam quæ postmodum acta sunt Romæ, in sequentem annum Eusebius transfert. Annus autem idem ille erat vicesimus in eorum, A quibus imperium Constantinus obtinebat, serie: tametsi alius sive vigesimus primus in Eusebiana supputandi methodo a kalendis Septembribus fuerit. Adeo nihil dubium est, quin ipsum terminum dinumerationi suæ ille adcensuerit, Constantini, inquam, vigesimum, inclusive, ut vocant, majori saltem ex parte, quam voluit cum præcedenti Abrahamitico numero 2342, in quem desinebat, concurrere, κυρίως enim ad annos ab Abrahamo exigere reliquarum gentium tempora sibi proposuerat. Neque audiendus Scaliger, cui minime perspectæ Eusebii rationes erant, intulitque ex hoc loco, uno anno Nicomedienses anticipasse Vicennalia, id est, Christi Dionysiano 326, cum anno sequenti Romani rite ea celebraverint. Ex quo commento aliud infert, ostendi scilicet Constantinum inivisse imperium anno Christi 307, et annum primum imperii Constantiniani consurgere ex 24 Septembris num. 2323. Quæ quidem omnia et veri speciem nullam habent, et pridem refutata sunt Petavio, doctisque aliis chronologis. B Itaque Hieronymo causa illa fuerit, quam dicebamus, ut annum Eusebiano computo superadderet, cum in continuatione hac sua, annorum initia duceret, non ut Eusebius ab autumno, sed juxta suorum vulgarem usum a kalendis Januarii, eodem facile modo postremum hunc Eusebiani Chronici accepit: et quem ille *sequentem annum* dixit non ab eo numero, in quem præcedens Abrahamiticus desinebat, sed in serie annorum Romanorum intellexit, atque adeo a vigesimo primo Constantini opus suum exorditus est.

EUSEBII CÆSARIENSIS CHRONICON FINIT.

---

# S. HIERONYMI CHRONICON.

## HUCUSQUE HISTORIAM SCRIBIT EUSEBIUS PAMPHILI MARTYRIS CONTUBERNALIS, CUI [a] NOS ISTA SUBJECIMUS.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| Eod. ann. | Arnobius in Africa rhetor clarus habetur, qui cum in civitate [b] Siccæ ad declamandum juvenes erudiret, et adhuc ethnicus ad credulitatem somniis compelleretur, neque ab episcopo impetraret fidem, quam semper impugnaverat: elucubravit adversus pristinam religionem luculentissimos libros, et tandem velut quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetravit. | Eod. ann. | |
| | 21 Drepanum [c] Bithyniæ civitatem in honorem martyris Luciani ibi conditi, Constantinus instaurans, ex vocabulo matris suæ Helenopolim appellavit. | 330 | |

NOTÆ.

[a] Recole, atque huc refer, quæ præcedente proxima annotatione de anno abs Hieronymo Eusebianis calculis superaddito, ejusque rei causis disputamus.

[b] In Parmensi ms. *Siccæ*: sed nihil dubium quin *Sicca Veneria* notetur. Tum plurium numero, *neque ab episcopis*: in fine vox *fœdus* desideratur, æque bene. Vide lib. de Viris Illustribus cap. 79.

[c] Idem ms. *Drepnam* et mox *Lucani*, neque id C male. Pontacus *Drepanam* legerat. Græce Δρεπάνη et Δρέπανον. Socrates ejus meminit nomine tenus in Eccles. Hist. lib. 1 cap. 18, et dicitur tamen Scaligero, hæc ad verbum ex Latinis Hieronymi reddidisse: quin etiam accepisse ab eo Cedrenum, qui Δρέπανον τὸ ἐν Νικομηδείᾳ vocat, ejusque instaurationem anno subsequenti adscribit: cætera bene convenit. Tu videsis Procopium Cæsariensem de Ædificiis p. 96.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| 277 | 22 | In Antiochia [a] Dominicum, quod vocatur Aureum, ædificari cœptum. | 331 | |
| | | Constantinus uxorem suam [b] Faustam interficit. | | |
| | | Donatus [c] agnoscitur, a quo per Africam Donatiani. | | |
| | | Antiochiæ post Tyrannum, XX ordinatur episcopus Vitalis, post quem Philogonius XXI, cui succedit XXII Paulinus, post quem XXIII Eustathius, quo in exsilium ob fidem truso, usque in præsentem diem Ariani Ecclesiam occupaverunt, id est, Eulalius, Eusebius, [d] Euphronius, Placillus, Stephanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoius, Dorotheus, rursum Meletius : quorum idcirco tempora non digessi, quod eos hostes potius Christi, quam episcopos judicem. | | |
| | 23 | Juvencus presbyter, natione Hispanus, Evangelia heroicis versibus explicat. | 332 | |
| | | Porphyrius, [e] misso ad Constantinum insigni volumine, exsilio liberatur. | | |
| | 24 | Alexandrinæ Ecclesiæ XIX ordinatur [f] episcopus Athanasius, *qui ob Arianis persecutus ad Constantium refugit.* | 333 | |
| | 25 | Constantinopolis [g] dedicatur, pene omnium urbium nuditate. | 334 | |
| | | Metrodorus [h] philosophus agnoscitur. | | |
| 278 | 26 | MARCUS XXXII Romæ ordinatur episcopus mensibus 8, [i] post quem JULIUS XXXIII ordinatus est annis 16, mensibus 4. | 335 | |
| | | Edicto [j] Constantini gentilium templa subversa sunt. | | |
| | 27 | Romani Gothos [k] in Sarmatarum regione vicerunt. | 336 | 2350 |
| | | Constantius filius Constantini provehitur ad regnum. | | |
| | | Pestilentia et fame innumerabilis multitudo in Syria, Ciliciaque periit. | | |
| | 28 | Sarmatæ [l] Limigantes, dominos suos, qui nunc Arcaragantes vocantur, facta manu, in Romanum solum expulerunt. | 337 | |
| | | Calocerus [m] in Cypro res novas molitus opprimitur. | | |
| | 29 | . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 338 | |
| | 30 | Constantinus cum liberis suis honorificas ad Antonium monachum litteras mittit. | 339 | |

## NOTÆ.

[a] Dicemus hac de re inferius ad ejusdem templi encænia. Notum, ecclesiasticis scriptoribus *Dominicum* appellari domum, in quam fideles ad celebranda mysteria conveniebant. *Aureum* hoc audit, quia *permagna auri ærisque copia, et reliquæ pretiosæ materiæ ornamentis* a Constantino decoratum est, ut Eusebius in Vit. Constant. lib III, 49, tradit.

[b] Ex Zosimi narratione lib. II, 29, intelligere est, exiguum temporis spatium intercessisse a Crispi ad Faustæ necem. Equidem superiore proxime anno utriusque mortem patratam, malim existimare.

[c] Invenit Scaliger notatum e regione in Freher. codice, *Donatus hæresiarches sexto post Arium anno unitatis vinculum rupit.*

[d] Hunc Parmens. ms. *Euphorinum* vocat. Pro *Euzoius* olim erat *Euzoicus*.

[e] Persuasum doctissimis viris, Scaligero, Pagio, et cum primis Tillemontio, not. 52 ad Vit. Constantini, non aliud hoc fuisse Porphyrii, quod *insigne volumen* Hieronymus vocat, quam quod superest etiamnum carmen de laudibus Constantini. Hoc vero cum constet, fuisse Vicennalium ejus occasione elucubratum, eaque certa doctorum hominum, si Noritium excipias, sententia sit (in quam et nos supra, ubi *de θανασίμῳ* Crispi anno, concessimus), jure illi videntur Hieronymum, qui gesti mentionem huc usque distulit, de solidi biennii metachronismo reprehendere, vel ἁπλῶς dicere eum Tillemontio, Hieronymianam recensionem defendi nullo modo posse.

[f] Decessorem suum Alexandrum testatur ipse Athanasius in Apologia II, quinto post finitum Nicænum concilium mense obiisse. Confer Sozomenum, lib. II, cap. 17, et Epiphanium hæres. 68, quibus adde quam scripsit Cl. Montfauconius S. Doctoris Vitam. Qui subsequitur versus Italico charactere descriptus non habetur in antiquioribus libris, et apud Scaligerum.

[g] Idacius in Fastis ad consulatum Gallicani et Symmachi refert *die* V *idus Maias* : quocum facit Paschalis quoque Chronici auctor, qui addit *Feria* 2, *indictione* ὀ ; eo enim anno in undecimam diem Maii feria secunda incidit. Uterque adeo bene cum Hieronymo : siquidem consulatus ille cum anno Constantini vigesimoquinto ex parte concurrit.

[h] Huc refer quæ Cedrenus narrat. Videtur autem hic ille Metrodorus, quem tradit Photius composuisse periodum 532 annorum, quam a primo Diocletiani exorditur. Eamdem periodum an. 532 vulgo creditur Victorius Aquitaniæ episcopus primus apud Latinos a Græcis sumptam usurpasse. A Græcis, inquam, nam et Sync. pag. 35, de Aniano ( qui Metrodoro tamen huic nostro a Photio laudato junior est ) editam ab eo memorat *Paschalis tabulam* 532 *annorum*, etc. Porro Dionysius Exiguus anno epochæ christianæ 626, eamdem instauravit atque accuratius recensuit, a quo et nomen vulgo Dionysianæ assumpsit. In hoc etiam a Victorio abiusit, quod eam periodum a primo Diocletiani anno ad primum Christi retraxit, Victorius ab anno passionis inchoavit.

[i] Exigui quidem momenti differentia est Hieronymum inter et antiquos catalogos in mensium annorumque numero, quibus Marcus et Julius Romanam cathedram obtinuerunt. Constat ex his tamen et recta ratione, triennio saltem serius fuisse Marci ordinationem referendam. Julius certe quarto ante Constantini mortem mense ordinatus est. Sed Eusebianis adhuc calculis atque hypothesi noster adhæret.

[j] Ascribit etiam Cedrenus, laudatus pridem Scaligero, τῷ κς' καὶ κζ' ἔτει.

[k] Auctor Fragmenti de Constantio et Constantino a Valesio editus post Ammianum pag. 661 : *Deinde* (post Constantinopolis dedicationem ) *adversum Gothos bellum suscepit, et implorantibus Sarmatis auxilium tulit. Ita*, etc. Consentit Idacius quoque in Fastis, ubi Pacatiano atque Hilariano coss. ait, *Victi Gothi ab exercitu Romano in terris Sarmatarum die* XII *kal. Maii*. Præcedenti proxime mense Aprile egisse Constantinum Marcianopoli, quæ Mœsiæ secundæ in Gothorum ac Sarmatarum vicinia urbs est, constat ex leg. cod. Theod. 4, *de Sponsalibus*. Vide Zosimum lib. II.

[l] Vitiosum est, quod libri alii præferunt, *Dimicantes*, et *Limicuntes*. Limigantium nomine veniunt servi, quibus Sarmatæ arma dederant, cum a Scythis bello peterentur : qui cum de Scythis victoriam retulissent, adversus Sarmatas dominos suos arma verterunt, eosque patriis sedibus deturbarunt. Ita Ammianus Marcell. lib. XVII c. 12 et 13, et l. XIX c. 11. Pro *Arcaragantes* quidam libri præferunt *Ardaragantes*.

[m] Theophanes quoque gestum hoc anno Constantini 29 illigat : Tillemontius autem præcedenti proxime, antequam Dalmatius Cæsar nuncupatus esset. Aurelius Victor, de Cæsaribus, in fine, statim a morte Crispi, et ante Constantinopolis conditum, narrat, cui et malunt alii cum Petavio fidem adhibere.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | Tricennalibus [a] Constantini Delmatius Cæsar appellatur. | | |
| | Patera [b] rhetor Romæ gloriosissime docet. | | |
| | Nazarii rhetoris filia [c] *Eunomia, virgo Christiana,* in eloquentia patri coæquatur. | | |
| | Tiberianus [d] vir disertus præfectus prætorii Gallias regit. | | |
| | Eustathius Constantinopolitanus presbyter agnoscitur : cujus industria in Jerosolymis [e] martyrium constructum est. | | |
| 31 | Constantinus extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi episcopo [f] baptizatus, in Arianum dogma declinat : a quo usque in præsens tempus ecclesiarum rapinæ, et totius orbis est secuta discordia. | 340 | |
| | Constantinus, cum bellum pararet in Persas, [g] in Ancyrone villa publica juxta Nicomediam moritur, anno ætatis suæ 66, post quem liberi ejus tres ex Cæsaribus Augusti appellantur. | | |
| | *Romanorum XXXV, CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, et CONSTANS regnaverunt annis* [h] *21, mensibus 5, diebus 12.* | | |
| 1 | Ablavius præfectus prætorii, et multi nobilium occisi. | 341 | |
| | Sapor rex Persarum, Mesopotamia vastata, duobus ferme mensibus [i] Nisibin obsidet. | | |
| | Delmatius Cæsar, quem patruus Constantinus consortem regni [j] filiis reliquerat, factione Constantii patruelis, et tumultu militari interimitur, anno imperii sui tertio. | | |
| | Jacobus Nisibenus [k] episcopus agnoscitur, ad cujus preces sæpe urbs discrimine liberata est. | | |

## NOTÆ.

[a] Diem præterea notant, Idacius quidem, in Fastis, XIV, Auctor vero Paschalis Chronici, VIII *kal. Octobris.* Eusebius in oratione de laudibus Constantini in ejus Tricennalibus, vel certe paulo post habita, *fortissimos quatuor Cæsares*, tres scilicet Constantini filios, et Delmatium, memorat.

[b] Antea erat *Pater*, alias *Pather*. Diximus de insigni eo rhetore in epist. 120, ad Hedibiam, initio.

[c] Scaliger et mss. plerique distincta Italico charactere verba prætermittunt : quæ sunt in Parmensi ad hunc modum, *Nazarii filia Christiana virgo in eloquentia patri coæquatur, cui nomen Eunomia fuit.*

[d] Vide Gotofredum in Prosopographia codicis Theodosiani. Ex eo Tillemontius hocce anno Tiberianum vicarium Hispaniarum profert. Scaliger in uno alteroque ms. *Titianum* scriptum invenit, quem scire se dixit clarissimum senatorem : Tiberianum vero præf. præt. Galliarum ignorare.

[e] Aliud par credere est, quam quod Macarii Jerosolymitani episcopi industria exstructum Eusebius lib. III de Vita Constantini cap. 32 memorat. Scaliger enim parum abest, quin deceptum hic Hieronymum dicat. Nec tamen diffitemur, *martyrion* primitus appellatum Jerosolymitanum templum illud, quod Constantinus excitavit, ut Cyrillus catech. 14 testatur, quo deinceps nomine martyrum quoque sepulcra donata sunt.

[f] Nihil est in ecclesiastica historia, de quo disputatum sit magis. Faciunt cum Hieronymo Eusebius lib. IV Vit. Constantini cap. 61 et seq., Sozomenus lib. II, 34, Socrates I, 39. Ex Latinis S. Ambrosius in Funere Theodosii Magni, etc. Addi et Zosimus potest, qui post Crispi et Faustæ necem, ait Constantinum criminum piacula quæsivisse apud Christianos : ut adeo, si baptismum imperatoris designare voluit, vulgatæ ex actis S. Silvestri opinioni non faveat. Quamquam ejus narrationem aliis de causis Socrates falsi jampridem arguit. Sed hæc persequi, nostrarum partium non est.

[g] Parmens. ms., *in Cirone*, Victor in Cæsar., *Achyronam* vocat, Cassiod., *Acyronem*. Dicitur Bithyniæ oppidum apud Nicomediam, quod Porphyrogennetæ *Pythia* appellatur. Annos vitæ Constantini, quos 66 Hieronymus numerat, pro incompletis accipito; uno enim minus dicunt Eusebius, Rufinus, Socrates, Sozomenus, atque alii. Quamquam idem Eusebius in Vit. lib. IV cap. 53 : *Imperii*, inquit, *curriculum duobus et triginta annis explevit, exceptis mensibus ac diebus paucis : vitæ vero spatium duplo fere longius fuit.* Quæ verba fucum fecere Scaligero, ut anno serius mortem Imperatoris putarit contigisse, et Tricenna in ejus uno item anno fuisse anticipata (quemadmodum et Vicennalia dixerat) in Oriente. Adeo non explevisse eum vera Tricennalia, quæ incidisse voluit in 24 diem Septembris, ut complendo anno solidi menses Romani quatuor et dies duo defuerint. At vero se res penitus econtrario habuit. Constantinus a die 25 Julii, Constantio et Maximiano VI coss., imperium auspicatus est, eademque die post annos triginta recurrente, Constantio et Aloino coss., Tricennalia celebravit : quibus exactis, decem præterea mensibus superstes fuit : XI *kalendas Junias* decessit e vita. Hæc Hieronymianis calculis, immo et Eusebianis in Chronico (oratorio enim more in Vita loquitur) apprime consentanea recensio est.

[h] Uno minus habet ms. Parmens., sive 23. Notatu autem dignum, non statim a patris obitu, sed post trium et quod excurrit, mensium interregnum, Septembre scilicet ejus anni, filios imperio successisse. Discimus id ab Eusebio in Vit. lib. IV, toto cap. 67, et cap. 71, in fine, iis verbis : *Ipse etiam* μετὰ θάνατον, *post mortem, imperium retinens, quasi redivivus universum orbem gubernans*, etc.

[i] Gestum in Scaligeri recensione cum præcedenti numero 2754 concurrit : ad cujus rationes propius habent Chronici Paschalis auctor, et Theophanes, qui Nisibis obsidionem *per tres et sexaginta dies* eidem anno, quo mortuus est Constantinus, Feliciano, ut aiunt, et Titiano coss., ascribunt. Atque illo quidem advivente, recentiores nonnulli chronologi Saporem irrupisse, arguunt ex Libanio, qui tradit in βασιλικῷ post obitum Constantini Persas non ausos esse Tigris ripam superare. Alii non ante cœptum bellum dicunt, quam *audito Constantini excessu.* Videsis Valesium ad lib. XX Ammiani Marcell. cap. 7.

[j] Non addit Parmens. ms. *filiis*, quam vocem subjungit Scaliger verbo *reliquerat.*

[k] Eodem, quo mortuus est Constantinus anno, nulla de obsidione Nisibis injecta mentione, in Chronico Dionysii Jacobitarum patriarchæ Jacobus ipse ex hac vita migrasse dicitur : *Anno* 649 (Græcorum, qui cum Dionysian. 338 concurrit) *decessit Constantinus Magnus, diviso inter ipsius filios imperio. Vixit autem annos* 65, *tenuitque imperium annos* 33. *Hoc eodem anno S. Jacobus Nisibis episcopus ex hoc sæculo migravit.* Ita et Chronici Edesseni auctor, cl. Assemanio interprete, *Anno* 649 *obiit S. Jacobus Nisibis episcopus.* Et potest ille quidem annus cum hoc ipso, ad quem refert Hieronymus, convenire, si annos Domini ex Eusebiana vulgo apposita recensione, tametsi falsa, ad Dionysianam exigas. Quod vero aiunt, eodem illo Constantinum obiisse, ex Eusebii exaggeratione oratoria, et supputandi ratione in Vita ejus adornanda fluxit, et suo loco superius expositum est. Cæterum de liberata Jacobi precibus Nisibi, copiose Theodoretus agit Hist. Eccl. l. II, c. 30, et Philostorgius lib. III, 23. Adverbium *sæpe* in Parmensi ms. non habetur.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | 2 Ex hoc loco impietas Ariana Constantii regis fulta præsidio, exsiliis, carceribus, et variis afflictionum modis, primo Athanasium, deinde omnes non suæ partis episcopos persecuta est. | 342 | |
| 280 | 3 Constantinus [a] bellum fratri inferens, juxta Aquileiam Alsæ occiditur. | 343 | |
| | 4 Vario eventu adversum [b] Francos a Constante pugnatur. | 344 | |
| | Multæ Orientis urbes terræmotu horribili conciderunt. | | |
| | Adæus in Syriacœle clarus habetur, a quo hæresis Audæana. | | |
| | 5 Franci a [c] Constante perdomiti, et pax cum eis facta. | | |
| | Hermogenes [d] magister militiæ Constantinopoli, tractus a populo ob episcopum Paulum, quem regis imperio et Arianorum factione pellebat. | 345 | |
| | Antiochiæ [e] Dominicum Aureum dedicatur. | | |
| | Macedonius artis [f] plumariæ, in locum Pauli ab Arianis episcopus subrogatur, a quo nunc hæresis Macedoniana. | | |
| | Paulus crudelitate præfecti [g] Philippi (nam fautor Macedonii partium erat) et Arianorum insidiis strangulatur. | | |
| | 6 Maximinus [h] Trevirorum episcopus clarus habetur, a quo Athanasius Alexandriæ episcopus, cum a Constantio quæreretur ad pœnam, honorifice susceptus est. | 346 | 2360 |
| 281 | 7 Sapor Persarum rex Christianos persequitur. | 347 | |
| | Neocæsarea [i] in Ponto subversa, excepta ecclesia ac episcopo, cæterisque, qui ibidem reperti sunt. | | |
| | 8 . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 348 | |
| | 9 Titianus [j] vir eloquens præfecturam prætorii apud Gallias administrat. | 349 | |
| | 10 Athanasius ad Constantis litteras [k] Alexandriam regreditur. | 350 | |

## NOTÆ.

[a] Differebat Pontacus gestum ad subsequentem proxime annum, fratrum Augustorum quartum, quod nos maluimus cum aliis libris et Scaligeri recensione revocare ad tertium, tametsi hunc ille cum Abrahamitico num. 56 supra bis millesimum trecentesimum comparat. Sane dubitare non licet, quin coss. Acindyno et Proculo contigerit : id quod Socrates lib. II, c. 4, testatur, eoque luculentius Zonaras, consentientibus in idem tempus Sozomeno, Philostorgio, et reliquis qui historiam eam narrant. Quin etiam de mense, Aprile nimirum, partim ex eorumdem testimoniis, partim ex cod. Theodos. l. III *de dilationib.*, et l. III *de advoc. Fisc.*, jam constat. Ab eo itaque tempore quo fratres regnare cœperunt, Feliciano et Titiano coss., post tres fere interregni menses a patris morte, ut suo loco notatum est, atque adeo circa Septemb. ejus anni, ad Aprilem ejus quem dicebamus consulatus Acindyni et Procli, biennium, mensesque septem intercedunt : ac tertius ille, ex quo filii Constantini imperium obtinebant, annus agebatur. Exaggerat proinde Zosimus, qui Constantem ait, *toto triennio* fratris inimicitias dissimulasse. Cæterum quod dicitur Constantinus *juxta Aquileiam Alsæ* occisus, fere persuadet, cognomine fuisse olim fluvio Alsæ oppidum : nisi si quorumdam librorum verior est lectio, *juxta Aquileiæ Alsam :* certum est enim, Victore teste in Epitom., *occisi cadaver projectum in fluvium, cui nomen Alsa est, non longe ab Aquileia.*

[b] In Parmensi ms., *adversum Gallos :* item altera ab hac periocha male *Audens* pro *Audæus :* tum *hæresis Audiana*, ab Audio nimirum, ut aliis dicitur. Vide Nicephorum lib. XI c. 14. De terræmotibus, quorum mentionem auctor interserit, dicemus quarto ab hoc anno pluribus.

[c] Ascribit num. 2357 Scaliger, eamque recensionem ait unius anni prochronismo laborare. Pontacena hæc igitur, atque adeo nostra, quæ altero ab eo numero assignat, peccet in contrariam partem unius anni metachronismo. Atqui male identidem Abrahamiticos cum imperatorum annis Scaligerum comparasse, ostensum est alias : in hoc autem gesto sciens peccat, neque enim quod certo certius est, diffitetur Constantio III et Constante II coss. contigisse : et eum tamen non quintum, ut revera est, Augustæ eorum dominationis, sed quartum annum enumerat. Vide Socratem lib. II, 13, et Idacii Fastos. Julius Firmicus de Error. profanar. religion. imperatores alloquens, *Post excidia*, inquit, *templorum*, *vicistis hostes* (Francos), *propagastis imperium*, *et hieme tumentes ac sævientes undas calcastis Oceani*, *et insperatam imperatoris faciem expavit Britannus :* quibus trium annorum gesta denotantur.

[d] Seditionis historiam repete ex Libanio in βασιλικῷ p. 126. Convenit et juxta Idacium tempus : his coss. *Post Francos victos, tractus Hermogenes.*

[e] Atqui conceptis verbis Athanasius laudatus etiam Scaligero encænia ejus templi ὑπατείᾳ Μαρκελλίνου, καὶ Πρόβου Ἰνδικτιῶνος ΙΔ' ascribit : et Socrates l. II, c. 8, dedicatum affirmat anno, ex quo ædificari cœpit, decimo. Videtur adeo noster in utriusque gesti temporibus hallucinatus, et initium quidem ædificationis debuisse anno Constantini Magni vigesimo sexto, dedicationem vero superiori huic proxime, ascribere. Scaliger eamdem ferme rem dicit, sed in Abrahamiticis numeris comparandis de more fallitur.

[f] Non caret veri specie, Hieronymo, cum hæc ex auctore quopiam Græco dictaret aliudque ageret, fucum fecisse verbum ποικιλότεχνος, aut quid simile (quo *vafer* et callidæ mentis homo Macedonius dicebatur), ut illud pro ποικιλτικῆς τέχνης, id est, *artis plumariæ*, acceperit. Non tamen pronuntiare id cum Scaligero ausim, qui *sine dubio* tale quid asserit Hieronymo imposuisse.

[g] Tempus convenire, disces ab Athanasio epist. ad Solitar., ubi eum, *nondum vertente anno* præfectura sua magna cum ignominia spoliatum narrat, atque jam privatum, ac ludibrio habitum, ingenti mœrore diem obiisse. Adde Gothofredum in Prosopographia cod. Theodosiani.

[h] Male in Parmensi ms. *Maximianus* appellatur. Videsis ipsiusmet Athanasii Apologiam II.

[i] Falso in Parmensi ms. dicitur *Diocæsarea*. Verosimillimum est, quod Scaliger conjecit, hausisse hæc Hieronymum ex Græco auctore, apud quem fuerit χωρὶς τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ τῶν ἐκεῖ : lectum autem ab eo ἐπισκόπου pro πλὴν τῆς. Certe quidem Cedrenus eo sensu πλὴν τοῦ ἐπισκόπου dixit, et casum huicmet anno Constantii illigavit. Cæterum multi per ea tempora terræmotus in Oriente contigerunt, de quibus Orosius lib. VII, S. Greg. Nazianzenus carmine de rebus suis, Socrates lib. II, Sozomenus III, atque alii. Referendus huc præ cæteris Theophanes p. 11.

[j] Isidorus lib. II c. 1 : *Titianus et Calvus, qui themata de Virgilio elicuerunt, et deformaverunt ad dicendi usum.* Confer Gothofredum in Prosopographia cod. Theodosiani.

[k] Laborat biennii prochronismo Scaliger, qui Augustorum fratrum octavo anno hanc, ut et subsequentem periocham, illigat. Testis omni exceptione major Historia acephala, gesta potissimum Athanasii

*Olymp.* *Romanorum.* *An. Dom.* *Ann. ab Abr.*

Dyrrhachium [a] corruit terræmotu, et tribus diebus ac noctibus Roma nutavit,[f] plurimæque Campaniæ urbes vexatæ.

282 11 Magnis reipublicæ expensis, [b] in Seleucia Syriæ portus effectus. 351

Rursum Sapor tribus mensibus [c] obsidet Nisibin.

Eusebius [d] episcopus Emisenus Arianæ signifer factionis multa et varia conscribit.

Solis [e] facta defectio.

Bellum Persicum nocturnum apud Syngaram, in quo haud dubiam victoriam militum stoliditate perdidimus. Neque vero ullum Constantio ex novem gravissimis præliis contra Persas, gravius bellum fuit; nam ut alia omittam, Nisibis obsessa, Bizabdæ [f] et Amida captæ sunt.

12 Maximus quadragesimus post Macarium Jerosolymorum episcopus moritur : post quem Ecclesiam Ariani invadunt : primum [g] Cyrillus Eutychius, rursum Cyrillus Irenæus, tertio Cyrillus Hilarius, quarto Cyrillus : quorum Cyrillus cum a Maximo fuisset presbyter ordinatus, et post mortem ei ab Acacio episcopo Cæsariensi, et cæteris Arianis episcopis episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset, diaconus in ecclesia ministravit : ob quam impietatem sacerdotii mercede pensatus, Heraclium, quem moriens Maximus in suum locum substituerat, varia fraude sollicitans [*Al.* sollicitatus], de episcopo in presbyterum regradavit. 352

LIBERIUS XXXIV Romanæ Ecclesiæ ordinatur episcopus, quo in exsilium ob fidem

## NOTÆ.

continens, nuper ex antiquissimo Veronensis Ecclesiæ ms. edita, notisque illustrata inter *Observationes Litterarias*, tom. III, ab eo qui rei litterariæ gloriam unus apud nos sustinet, March. Scipione Maffeio. *Scripsit autem* (verba ejus historiæ sunt) *Imperator Constantinus de reditu Athanasii, et inter imperatoris epistolas hæc quoque habetur. Et factum est, post Gregorii mortem Athanasius* [f. *expulsus*] *est ex urbe Roma, et partibus Italiæ, et ingressus est Alexandriam. Phaophi* XXIV, *consulibus Constantio* IV, *et Constante* III. Designatur mensis Octob. dies 21, ann. Christi Dionysianus 346, in quod tempus decimus imperii Constantii et Constantis annus ante duos fere menses inchoatus incurrit.

[a] Superiori proxime ann. τῷ θ' Constantii assignat, laudatus etiam Scaligero, Cedrenus, qui hæc iisdem verbis refert Græce, quibus Hieronymus Latine. Sed par credere est, Dyrrhachium, et Romam, et Campaniæ urbes non eodem plane tempore terræmotu quassatas : quæ cum simul comprehenduntur, possunt ad utriusque anni partem pertinuisse.

[b] Atque hoc gestum Scaliger nono ascribit anno Constantii, nec tamen diffitetur referri a Cedreno ad decimum : quod et ab Hieronymo præstitum est, et vero propius videtur. Confer orationem I Juliani ad Constantium, et Libanii orat. XIII.

[c] Consignant omnino rectius Nisibenæ hujus obsidionis tempus Cedrenus τῷ ιγ' ἔτει, *decimo tertio Constantii anno :* et qui eumdem consulatu denotat, auctor Paschalis Chronici, *Sergio et Nigriniano coss.* Eadem antea ratio fuerat Juliani imper. orat. I et II, quibus locis tradit, irrupisse tunc Persas in Mesopotamiam, et Nisibin obsedisse, cum scirent Constantium in Occidentem adversus tyrannos profectum. Sed et Themistio orat. XIV Zonaræ, atque alii eadem temporis notatio est ; neque sane video, nisi si librariorum ea culpa fuerit, quo pacto Hieronymus ab unius saltem anni prochronismo excusari queat. Scaliger tamen eo gravius peccat, qui ad præcedentem, Constantii decimum refert : peccant et veteres plerique omnes libri editi, tum mss., qui annum his comparant Domini 350. Etsi enim hic revera annus fuerit juxta Dionysii computum, non erat tamen juxta auctorem nostrum, licet neque ejus, neque Eusebii esse laterculum istum, sæpe monuimus. Pro *tribus mensibus*, quibus ait Hieronymus obsidionem durasse, Vologesius tunc Nisibenus episcopus testis αὐτόπτης *centum dies* numerat.

[d] Verbum *episcopus*, quod desiderabatur, ex ms. Parmensi, aliisque libris suffecimus.

[e] Nihil est hujusmodi cœlestium characterum notatione, quæ cæteris certiora omnibus esse debuissent, inter auctores, veteres æque ac recentiores magis controversum. Cedrenus anno ascribit Constantii decimo. Consentit ei Scaliger, qui visam ait esse defectionem illam Constantinopoli hora tertia matutina, Junii sexta, anno Christi Dionysiano 346, numero 2362, epacta tam æquabili, quam castigata 21, quæ profecto est regione diei 6 Junii. Prætermitto, quod inde arguit de unius anni metachronismo Hieronymum, cujus minime rationes intellexit. Quippe vult, eum fuisse ab an. 338 Dionysiano initium Constantii auspicatum ; debuisse autem a 22 Maii præcedentis 337 repetere : utrumque longius a vero, ut ex his quæ superius suis locis annotata sunt, liquet. Porro Theophanes subsequenti anno, Christi Dionysiano 347, ut perspicuum est ex rerum, quas narrat, contextu, eclipsin eam assignat. Probatur etiam Petavio, de Doct. Temp. lib. XI, qui ejus quoque anni die Octobris 20 solem contendit defecisse. Sed quod facit ille, Nisibenæ obsidionis tempus proxime præcessisse, indicio est (si quæ dudum de ejus obsidionis anno diximus, persuadent) aliam fuisse solarem defectionem, quæ ad id temporis pertineret : facile autem rerum similitudine deceptos auctores esse.

[f] Convenit tempus, consentientibus in hunc ann. Idacii Fastis, et quod rei caput est, historica gestorum Constantii serie. Unus est Julianus imp. orat. I, qui ante ferme triennium prælium hoc referat, ubi Magnentii tyrannidem in Gallia cœpisse ait post fere ann. ab hoc prælio apud Singaram sextum, sive, quod idem est, sex annis ante Constantis mortem prælium illud contigisse. Cujus testimonio fidem adhibere malunt Gothofredus, Pagius, Harduinus, atque alii : cum multo tamen verosimilius sit, numericas notas fuisse ibi librariorum errore corruptas, puta positum ς' pro γ' aut β', ut Valesio ad Ammian. Marcellinum, et Tillemontio notatum est. Confer itaque Eutropium in fine, et Orosium lib. VII, ut et laudatum Scaligero Sextum Rufum in Brev. ad Valentem. De Nisibi autem ipsa, Bezabde et Amida, consule Cellarium Geograph. Antiq. lib. III, cap. 15. In Parmens. ms., *Bizable* et *Amiclæ*.

[g] Cyrillo, qui Maximo successit, ab Arianis extruso, Nicephorus subrogat Arsenium, Heraclium, Hilarium. Postea Cyrillus in sedem restitutus secundæ synodo interfuit, Gratiano imperante. Quatuor vero Cyrillos, quos post Maximum enumerat S. Pater, alii improbant, quibus unum per ea tempora Cyrillum fuisse, placet. Consule Annales Baronii an. 351. In Parmensi ms., *invadunt, id est, Cyrillus, Euricius*, et mox *cum a Maximiano, et ordinatione Maximini*, corrupte.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | truso, omnes clerici [a] juraverunt, ut nullum alium susciperent. Verum cum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotium substitutus, plurimi pejeraverunt, et post annum cum Felice ejecti sunt : quia Liberius tædio victus exsilii, et in hæreticam [b] pravitatem subscribens, Romam quasi victor intraverat [c]. | | |
| | 13 | Magnentio [d] apud Augustodunum arripiente imperium, Constans haud longe ab Hispania in castro, cui Helenæ nomen est, interficitur, anno ætatis 30, imperii vero sui 13 : quamobrem turbata republica, VETRANIO Mursæ, NEPOTIANUS Romæ imperatores facti. | 353 | |
| | | *Victorinus [e] natione Afer Romæ rhetoricam docet.* | | |
| | | Romæ populus adversum Magnentianos rebellans, [f] ab Heraclida Senatore proditur. | | |
| | | Nepotiani [g] caput pilo per urbem circumlatum, multæque proscriptiones nobilium et cædes factæ. | | |
| | 14 | Vetranioni apud [h] Naissum a Constantio regium insigne detractum. | 354 | |
| | | Magnentius [i] Mursæ victus, in quo prælio Romanæ vires conciderunt. | | |
| | | Gallus Constantii [j] patruelis Cæsar factus. | | |
| 283 | 15 | Gallus Judæos, [k] qui, interfectis per noctem militibus, arma ad rebellandum invaserant, oppressit, cæsis multis hominum millibus usque ad innoxiam ætatem, et civitates eorum Diocæsaream, Tiberiadem, et Diospolim, plurimaque oppida igni tradidit. | 355 | |
| | | Nonnulli [l] nobilium Antiochiæ a Gallo interfecti. | | |
| | | *Syriæ [m] populis crucis signum, et maximo conspicientium terrore, in orientali plaga apparuit.* | | |
| | 16 | Magnentius [n] Lugduni in Palatio propria se manu interfecit, et DECENTIUS frater ejus, quem ad tuendas Gallias Cæsarem miserat, apud Senonas laqueo vitam explet. | 356 | 2370 |
| | 17 | Gennadius [o] forensis orator, Romæ insignis habetur. | 357 | |

## NOTÆ.

[a] Marcellinus ac Faustinus presbyteri in præfat. precum : *Eo die*, inquiunt, *quo Liberius ad exsilium proficiscebatur, Clerus omnis, id est, presbyteri, et archidiaconus Felix* (in ejus locum intrusus), *et ipse Damasus diaconus, et cuncta Ecclesiæ officia, omnes pariter præsente populo Romano, sub jurejurando firmaverunt, se, vivente Liberio, pontificem alterum nullatenus habituros.*

[b] Fidem suscepit Sirmii tractatam, et a Demophilo sibi expositam, quam minime hæreticam fuisse, equidem malim cum doctissimis viris existimare. Sed hæc obiter.

[c] Addit Scaliger ex uno Bongarsiano exemplari, grandioribus in medio litteris, *Jobeleus secundum Hebræos :* in notis autem, falso epilogismo huc referri Jobeleum, contendit, et culpæ Hieronymo vertit. Atqui eam minime profectam esse annotationem ex Hieronymi calamo, evincit aliorum, qui nihil simile habent, librorum consensus.

[d] Convenit tempus, quod coss. Sergio et Nigriniano Socrates lib. II, capp. 9 et 10, in fine, et Sozomenus l. IV, 1, designant. Fasti Idaciani luculentius, die etiam annotata : *His coss. occisus est in Galliis a Magnentio Constans, et levatus est Magnentius die* XIV *kal. Febr.* Errat itaque, qui et minimo minus Scaligero imposuit, Chronici Paschalis auctor, qui præcedenti anno coss. Limenio et Catulino factum ascribit. In annis imperii Constantis *quindecim* rescribi pro *tredecim*, Pontacus in Curis Posterioribus jussit, ut supputari eos ex quo Cæsar creatus est, vellet. At vero spatium hoc ipsum Eutropius, a quo hæc Hieronymus hausit, amplificat ad usque *imperii annum* 17. Vetranio male in Parmensi ms. *Veturianus* appellatur. Iterum Idacius in Fastis, statim a Constantis morte, *Vetranio apud Sirmium kal. Maii eo anno et Nepotianus Romæ* III *non. Jun.* (levati) *et pugna magna fuit*, etc.

[e] Hæc neque in Parmensi ms. est periocha, quam Scaliger omnino respuit.

[f] Ms. Parmensis, haud recte tamen, *ab Heraclida servatore perditur.*

[g] Eutropius, lib. X, cap. 11 : *Nepotianus sævis exordiis dignum exitum nactus est : vigesimo enim atque octavo die a Magnentianis ducibus oppressus pœnas dedit, caputque ejus pilo per urbem circumlatum est, gravissimæque proscriptiones et nobilium cædes fuerunt*, etc.

[h] Minus recte antea *Naisum*. Confer Zosimum lib. II, cap. 44, Aurelium Victorem, Idacii quoque Fastos, et Socratem lib. II cap. 28.

[i] Idacius in Fastis, *His coss. bellum Magnentii fuit Mursa die 4 Octobris.* Mursa autem Pannoniæ oppidum ; falluntur enim, quod et Scaliger pridem animadvertit, Socrates lib. II, 32, et Sozomenus IV, 7, qui φρούριον Γαλλιῶν, *Galliarum castellum*, dicunt. In Tabulis Peutingerianis *Mursa major*, citra quam 10 millibus ad occasum *Mursa minor*. Vide Zosimum, et Aurelium Victor. in Epitome.

[j] Dicitur Idacio Cæsar appellatus *id Mart.*, ex quo tempore *Constantius Gallus* nominari cœpit, Victore teste. Confer Ammianum initio lib. XIV, et Philostorgium IV, 1. In Parmensi ms., *Constantii patruelis opera Cæsar factus. Iste Judæos*, etc., continua serie, atque una periocha.

[k] Confirmat Cedrenus gestum ad annum Constantii decimum quintum pertinere. Huc tu refer laudatos etiam Scaligero, Victorem de Cæsaribus, et Socratem lib. II, 33, quibus adde Sozomenum IV, 7. De Diocæsarea, itemque Diospoli Palæstinæ, recole S. Auctoris præfationem in Jonam.

[l] Narrant hæc Galli facinora Ammianus lib. XIV, Zosimus II, Socrates, atque alii.

[m] Hæc autem, tametsi Italico charactere distincta, a Scaligero penitus repudiata, etiam in Parmensi ms. sunt. Ascribitur autem vulgo portentum præcedenti anno, cum Gallus Antiochiam adventaret, ut Socrates lib. II, 28, auctor est : idque nonis Maii, ut auctor Paschalis Chronici, Cyrillus Jerosolymit. epist. ad Constantium, Theophanes, atque alii testantur. Solus Idacius in mense abludit : *Apparuit*, inquiens, *in Oriente Signum Salvatoris die* III *kal. Februar.*, *luna* 28 ; in quo et falli videtur.

[n] Cum sex fere menses supra triennium imperasset, ut Zosimus lib. II tradit, sibimet latus transfodit, III *Idus Augusti*, ut Idacius in Fastis, vel IV, ut Paschalis Chronici auctor, vel denique die 15 ejusdem mensis, ut Socrates lib. II, cap. 32, notat. Decentium, quem non fratrem, ut Hieronymus, sed propinquum tantummodo Magnentii, Zosimus vocat, XV kalendas Septembres ejusdem utique anni, laqueo vitam explevisse, Idacius prodit.

[o] Mavult putare Scaliger, *Forensis*, potius quam ad distinctionem ejus, quem Græci σχολαστικὸν, id est, causarum patronum vocant, pro gentilitio hic esse, sive pro *Forosegusianus ;* nam etiam hodie vulgo *Forense* appellantur. Sunt sane quidam mss., quorum unum et alterum Pontacus laudat, qui *Forojuliensis* pro *Forensis* præferunt.

| *Olymp.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.* |
|---|---|---|---|
| | 18 Minervius Burdegalensis rhetor, Romæ florentissime docet. | 358 | |
| | Gallus Cæsar [a] sollicitatus a Constantio patrueli, cui in suspicionem ob egregiam indolem venerat, in Istria occiditur. | | |
| | SILVANUS in [b] Gallia res novas molitus, 29 die exstinctus est. Victorinus [c] rhetor, et Donatus grammaticus, præceptor meus, Romæ insignes habentur : e quibus Victorinus etiam statuam in foro Trajani meruit. | | |
| | Paulinus et [d] Rhodanius, Galliarum episcopi, in exsilium ob fidem trusi. | | |
| | Alcimus et Delphidius rhetores in Aquitania florentissime docent. | | |
| | Petrus [e] Cæsaraugustæ orator insignis docet. | | |
| | Donatus, a quo supra Donatianos in Africa dici memoravimus, Carthagine pellitur. Quidam sectatores ejus etiam Montenses [f] vocant, eo quod ecclesiam Romæ primam in monte habere cœperint. | | |
| 284 | 19 Eusebius Vercellensis episcopus, et Lucifer, ac Dionysius Caralitanæ et Mediolanensis ecclesiæ episcopi, Pancratius quoque Romanus presbyter, et Hilarius diaconus, distantibus inter se, ab Arianis et a Constantio damnantur exsiliis. | 359 | |
| | Julianus frater Galli, Mediolani [g] Cæsar appellatur. | | |
| | Antonius monachus 105 ætatis anno in eremo moritur, solitus multis ad se venientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis viro referre quamplura : cujus nos exitum brevi [h] libello explicavimus. | | |
| | Hilarius episcopus Pictaviensis, factione Saturnini Arelatensis episcopi, reliquorumque, qui cum eo erant, Arianorum, ante triennium in Phrygiam pulsus, libros de nostra religione componit. | | |
| | Reliquiæ [i] Apostoli Timothei Constantinopolim invectæ. | | |
| | Sarmata, Amatas, et Macarius discipuli Antonii insignes habentur. | | |
| | Liberius episcopus Romanus in [j] exsilium mittitur. | | |
| | Magnæ [k] Alemannorum copiæ apud Argentoratum oppidum Galliarum, a Cæsare Juliano oppressæ. | | |

## NOTÆ.

[a] Pontacus exponit, Constantium variis artibus Gallum ad se pellexisse, ac demum interfici curasse. Græci quos Scaliger laudat, *μετάπεμπτον*, id est, accersitum dicunt. Idem *ob regiam indolem* cum aliis pro *egregiam* legit : multumque miratur, isthuc ab Hieronymo proditum, fuisse Gallum propter regiam indolem Constantio suspectum, quem potius ob multa incivilia gesta, utque auctores alii narrant, crudelitatem, vecordiam, perfidiam, affectatum denique imperium jussit interfici. Erit qui his nimirum de causis impressam lectionem *ob egregiam indolem*, quæ et plurimorum codicum est, veriorem existimet : idque velit *εἰρωνικῶς* dici, ut illud Virgilii notissimum, *egregia conjux* de Clytemnestra. Sed est sane verosimilius quod postmodum Scaliger conjecit, tantum non pro certo asseruisset, in Græco auctore, unde hæc excepit Hieronymus, fuisse scriptum ὕποπτς διὰ τὸ βασίλειον γενόμενος : illum autem τὸ βασίλειον, quod certe tyrannidem affectare significat, pro *regia indole*, deceptum dictandi properantia, vertisse. Pro *in Istria*, æque bene libri alii *Istriæ* habent : neque, ut jactat Scaliger, idioma Hieronymianum hoc est, sed Latinum utique, et melioris notæ auctoribus usurpatum. Codex tamen Parmensis neutrum habet, sed *occiditur* absolute. Tempus quod spectat, Scaliger præcedenti proxime anno Constantii 17 gestum ascripsit. Et vero coss. Constantio Aug. VII, atque ipso Gallo III contigisse, compertum est : sed cum Cæsarei ejus imperii quartum annum auctores eum supputent ab Idibus Martii, ut superius animadvertimus, consulatus autem ille in partem quoque decimi octavi Constantii, puta a kalendis Septembribus, incurrat, ut satis illud bene constet, gestum in hunc erat Constantii differendum : id quod etiam indicat sub ejus anni initium Gallum fuisse interfectum, Vide sæpe laudatos auctores Hist. Eccl., et Victorem in Cæsaribus, qui a Galli morte demum post septuaginta annos reipublicæ curam ad unum redisse annotat. Adde Chrysostomum quoque Homil. 15 in Epist. ad Philippenses.

[b] Atque hujus necem Scaliger ad præcedentem annum revocat, quod longius a vero abhorret. Lege Juliani orat. I, ad Constantium et Victorem in Cæsaribus, denique Ammianum Marcellinum lib. XV cap. 5 et 6.

[c] In præfatione commentarii prioris ad Galatas, *Non quod ignorem Gaium Marium Victorinum, qui Romæ, me puero, rhetoricam docuit*, etc. Vide quæ ibi annotamus.

[d] Antea *Rhodianus* scriptum erat : alii libri *Rhodanium* præferunt. Vide Sozomenum lib. IV cap. 19, et laudatum ibi Valesio Sulpitium Severum.

[e] Abest hæc a Parmensi ms. periocha. Haud scio, num alii de oratore isto auctores loquantur.

[f] Confer S. Patris Epist. in nostra recensione 37, ad Marcellam, initio, et quæ nos ibi.

[g] In Scaligerana editione, culpa, ut videtur, typographorum, hæc periocha desideratur. Recte porro tempus hac recensione assignatum anno Constantii decimo nono ineunte : siquidem Julianus creatus est Cæsar VIII *id. Novembris*, Arbitione et Lolliano coss., ut Ammianus Marcellinus lib. XV cap. 8 auctor est : anni autem Constantii, ut sæpius notatum est, ducunt a Septembre initium. Ammiano consentit Idacius in Fastis, auctor vero Paschalis Chronici, et Fasti Siculi mensem dicunt proxime præcedentem, sive VIII id. Octobris, quod licet rationibus nostris minime officiat, non tamen probamus.

[h] Primum obtinet locum tomi secundi nostræ hujus editionis. Annum quo scriptus liber est, diximus Christi 374, aut sequentem. Parmensis ms. in futuro, *explicabimus*, quod pronuntiationis est mendum.

[i] Ex eorum numero, qui vulgo apostoli audiunt, Timotheum non fuisse, compertum est, quod Primasius in cap. primum Epistol. ad Philippenses, quæ incipit, *Paulus, et Timotheus servi Jesu Christi*, planissime statuit, cum dicit, *Omnis apostolus servus, non omnis servus apostolus*. Sed sicut Epaphroditus a Paulo apostolus Philippensium dicitur : sic vocare quandoque amant scriptores veteres generali vocabulo apostolos, qui ad gentem aliquam Christiana fide imbuendam missi sunt. Porro haud recte in Parmensi ms., *Constantinopoli, inventæ* pro *Constantinopolim invectæ*, legit.

[j] Huc refer Theodoretum Hist. Eccl. lib. II, cap. 16, atque illud cumprimis insigne responsum Liberii ad Constantium, malle se Ecclesiasticas leges servare integras, quam habere Romæ domicilium.

[k] Gestum confert in sequentem Constantii annum Scaliger, quod et minus probabile est, et est certe contra veterum librorum fidem. Commissa est pu-

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | | Sarraceni [a] monasterium beati Antonii irruentes, Sarmatam interficiunt. | | |
| | 20 | Constantio [b] Romam ingresso, ossa Andreæ Apostoli et Lucæ Evangelistæ a Constantinopolitanis miro favore suscepta. | 360 | |
| | 21 | Nicomedia [c] terræmotu funditus eversa, vicinis urbibus ex parte vexatis. | 361 | |
| | 22 | Paulinus [d] Trevirorum episcopus in Phrygia exsulans moritur. Evanthius eruditissimus grammaticorum, Constantinopoli diem obiit, in cujus locum ex Africa [e] Chrestus adducitur. | 362 | |
| 285 | 23 | Synodus [f] apud Ariminum et Seleuciam Isauriæ facta, in qua antiqua patrum fides, decem primo legatorum, dehinc omnium proditione damnata est. Honoratus [g] ex præfecto prætorio Galliarum, primus Constantinopoli præfectus urbis factus. Gratianus, qui nunc imperator est, nascitur. Hilarius, [h] cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias redit. | 363 | |

## NOTÆ.

gna circa Julium mensem, adeoque circa hujusce anni decimi noni finem. Porro quod huc refert doctus vir Zosimum, lib. III, cap. 3, non videtur animadvertisse, eum vel exaggerare præter modum, vel librario mendo premi in numericis notis, ubi ait, sexaginta millia Alemannorum deleta, cum sex tantum millia referat Ammianus Marcellinus lib. XVI cap. 12, octo Libanius in Orat. funeb., et ante pugnam non nisi 30 aut 35 millia, iisdem testibus, fuerint.

[a] Atque hoc Scaliger gestum anno subsequenti vigesimo Constantii ascripsit.

[b] Ingressus est Romam Constantius, consule se IX, et Juliano II, ut Idacius in Fastis testatur, IV *kal. Maias :* quæ annum utique imperii ejus vigesimum, uno alteroque mense ultra medium, denotant. Hieronymus ipsemet lib. de Viris Illustribus, cap. 7 : *Constantinopolim vigesimo Constantis anno ossa Lucæ cum reliquiis Andreæ apostoli translata* testatur. Adeo manifestum est, falli Scaligerum, qui reliquiarum translationem istam in annum insequentem, Constantii vigesimum primum, differt : et, quod mirum est magis, de metachronismo, quem ipse admisit, recensionem hanc arguit. Quin immo citius uno circiter mense, sive *die* V *non. Mart.*, ut idem iterum Idacius notat, reliquiæ illæ Constantinopolim invectæ sunt. Sed et in eo multum Scaliger hallucinatur, quod contendit novam Romam, sive Constantinopolim, non *Romam* ἁπλῶς, seu veterem tunc ingressum esse Constantium. Hieronymum autem male τὸ *novam* prætermisisse, quod erat in Græco scriptore, unde accepit, Νέαν Ῥώμην. Nam neque ex Græcis hæc hausit S. Pater, neque sane ad aliam quam veterem urbem Romam, hanc nimirum Italiæ nostræ, tunc temporis venisse Constantium, auctores alii omnes, et cumprimis Ammianus Marcellinus lib. XVI, significat. Quid quod triumphum ibi egit, et *vota* 35 *edidit* laudato sæpius Idacio teste, ac per triginta fere dies urbis magnificentiam est demiratus? Cæterum de reliquiis illis vide Philostorgium lib. III cap. 2, in eumque Gothofredum, denique et Pagium dissert. Hypatica, p. 257.

[c] Contigit utique Datiano et Cereale coss. vel V kal. Septembres, ut Socrates; vel IX, ut Ammianus Marcellinus sentit. Agebatur tamen etiamnum annus vigesimus primus Constantii, qui, ut sæpius notatum est, ab ipso Septembre inchoatur. Falso itaque Scaliger, cui auctoris nostri rationes haud satis perspectæ erant, prochronismum illi unius anni imputat. Aurelius quoque Victor in Cæsaribus cap. 16, circa finem, tradit constratam terræmotu Nicomediam sua ætate. Cæreale consule : ut male rationes subduxerit auctor Paschalis Chronici, qui in consulatum insequentem Eusebii et Hypatii confert. Porro quas Hieronymus vicinas urbes ex parte vexatas, Idacius alias centum quinquaginta civitates dixit, nisi si cubat in numericis notis mendum. De Nicomediæ ruina exstat Libanii monodia, et Marcellinus Comes eam tradit fuisse ab Ephremo diacono elegiacis versibus expressam.

[d] Ascribit præcedenti proxime anno Scaliger. Ms. Parmensis in *Pithya* pro *Phrygia* legit.

[e] Pontacus legerat *Cretus :* unus apud Scaligerum ms. *Charistus* habet, alii *Cærestus :* nostram lectionem cum alii etiam editi libri, tum Parmensis ms. probat. Evanthius, aliis Eugraphius dicitur, cui et commentarius in Terentium, olim Donato ascriptus, tribuendus videtur.

[f] Notior historia est, quam ut verbo explicem. Scaliger, qui referri huc jubet Hieronymi dialogum contra Luciferianos, ex eo ait manifesto colligi, consules huic Chronico exemplo Eusebii adscriptos fuisse. Somniis quippe suis usque adeo delectatur : neque animadvertit, quæ consulatu prænotantur sæpius in eo dialogo acta ipsa concilii proferri. Nos hic eadem urgemus, quibus argumentis Eusebium consulum paria Operi suo non attexuisse, jam evicimus. Sed erit inferius iterum dicendi hac de re locus.

[g] Abest a Parmensi ms. hæc periocha. Luculentissime autem Idacius in Fastis sub Eusebio atque Hypatio consulibus, *Ipso*, ait, *anno primum processit Constantinopoli præfectus Urbi nomine Honoratus die tertia idus Decembris.* Anno igitur Constantii vigesimo tertio jam ineunte : ex quo manifestum est, falli Scaligerum, qui gestum illigat proxime præcedenti vigesimo secundo. Neque ejus rationes juvat, aut nostras imminuit Chronici Paschalis auctor, qui III *idus Septembris* pro *Decembre* posuit : nam et falsus in eo est, et ab eo scilicet mense anni Constantii inchoantur. Adito Socratem lib. II cap. 41, initio, et Sozomenum lib. IV cap. 23. Eidem anno recte Gratiani ortus assignatur.

[h] Quæ hinc subsequuntur ad Julianum usque, Pontacus cum anno Constantii vigesimo quarto gesta omnia comparaverat : Scaliger e contrario omnia, postremo excepto, cum præcedente proxime vigesimo tertio. Neuter bene : quamquam codicum mss. uterque nitatur auctoritate; est enim dissidentium invicem incerta fides, quam licebat, et satius erat ad Historiæ veritatem exigere. Præterquam quod nec exiguo numero sunt, quos ipse Pontacus laudat, mss. libri, qui priora quatuor hæc gesta ad Meletium usque, cum vigesimo tertio Constantii, reliqua cum subsequente anno componant : quorum sane potior nobis auctoritas fuit, maxime codicis quoque Parmensis suffragio accedente. Sane Hilarium ad Gallias rediisse sub anni vulgaris Dionysiani 360 finem, aut sequentis initium, prope certum est. Illud vero tempus in fere medium vigesimum tertium Constantii incurrit : Confer, si lubet, S. Antistitis Vitam a Benedictinis adornatam, ejusque præfixam editioni Operum.

*Olymp.* | *Romanorum.* | *An. Dom.* | *Ann. ab Abr.*

Macedonius [a] Constantinopoli pellitur.
Omnes pene toto orbe Ecclesiæ sub nomine pacis et regis, Arianorum consortio polluuntur.
Constantinopoli ecclesiarum [b] maxima dedicatur.

21 Meletius [c] Sebastiæ Armeniorum episcopus, ab Acacio et Georgio episcopis Arianis Antiochiam transfertur, et post non grande temporis intervallum, cum presbyteros, qui ab Eudoxio antecessore suo depositi fuerant, suscepisset, exsilii justissimam causam subita fidei mutatione delusit. 364

Gallia per Hilarium [d] Ariminensis perfidiæ dolos damnat.
Constantius [e] Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur, anno ætatis 45.

*Romanorum XXXVI, JULIANUS regnavit anno uno, mensibus* [f] *septem (vel ut aiunt alii, ann.* 2, *mensibus* 8).

1 Juliano [g] ad idolorum cultum converso, blanda persecutio fuit, illiciens magis, quam impellens ad sacrificandum: in qua multi ex nostris voluntate propria corruerunt. 365

Georgio [h] per seditionem populi incenso, qui in locum Athanasii ab Arianis fuerat ordinatus, Athanasius Alexandriam revertitur.

2 Eusebius et Lucifer de exsilio regrediuntur, e quibus Lucifer [i] accitis duobus aliis confessoribus, Paulinum Eustathii episcopi presbyterum, qui se numquam hæreticorum communione polluerat, in parte catholica Antiochiæ episcopum facit. 366 2380

Prohæresius [j] sophista Atheniensis, lege data ne Christiani liberalium artium doctores essent, cum sibi specialiter Julianus concederet, ut Christianus doceret, scholam sponte deseruit.

Æmilianus ob ararum subversionem Dorostori a Vicario incenditur. Ecclesia Antiochiæ clausa, et gravissima imminentis persecutionis procella Dei voluntate sopita est. Nam Julianus in Persas profectus, nostrum post victoriam diis sanguinem voverat: ubi a quodam simulato [k] perfuga ad deserta perductus, cum fame et siti Apostata per-

## NOTÆ.

[a] Auctor Paschalis Chronici ad hunc annum: *Macedonius episcopus CPolitanus propter multa ipsius propria crimina exauctoratus est, et in locum ejus subrogatus Eudoxius mense Audynæo* (Januario), *die* 27, *præsentibus*, etc.

[b] Hoc scilicet anno, consulibus Constantio x et Juliano III, τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, *quintodecimo die mensis Februarii*, teste, quem et Scaliger laudat, Socrate lib. II c. 43. Luculentius auctor Paschalis Chronici: *Hoc anno, mense Peritio* (Februario) *die* 15 *magna ecclesia Constantinopoleos dedicata est*. Et paulo post, *Encænia magnæ ecclesiæ celebrata sunt anno trigesimo quarto plus minus, ex quo fundamenta Constantinus Victor Augustus jecerat. Acta sunt autem illius Encænia his consulibus,* XVI *kalendas Martias, qui dies est mensis Peritii* 14. Legendum utrobique videtur 15. Vide Cangium, si lubet, in *Constantinopoli Christiana*.

[c] Dudum laudatus auctor Fragmenti de rebus Athanasii, ex Veronensi codice, sub *consulatu Tauri et Florenti*, circa hujusce anni initium: *Apud Antiochiam*, inquit, *Arianæ hæreseos ejicientes Paulinos de ecclesia, Meletium constituerunt, quo nolente eorum malæ menti consentire, Euzoium presbyterum Georgii Alexandrini ejus loco ordinaverunt.*

[d] Eodem recidit quod habet codex Parmensis, *Arianæ perfidiæ*: vitiose apud Scaligerum, *Arminiensis*, etc.

[e] Obiit iisdem consulibus Tauro et Florentio III *non. Novembris* (ut Idacius, Socrates, Cedrenus, atque alii testantur) adeoque exacto jam anno Augustalis imperii vigesimo quarto, qui in Septembre desinit. Annum autem ætatis quadragesimum quintum, quem Hieronymus supputat, vixdum inierat, siquidem, ut notat Julianus, orat. I, Gallicano et Basso coss. idibus Augustis est natus. Paria habent Eutropius, Victor in Epitome, et Socrates. Modo laudatus auctor Fragmenti de rebus Athanasii, num. 6: *Quarta die*, inquit, *mensis Cyac* (hæc vel Novembris postrema est, vel Decembris prima) *præfectus Gerontius nuntiavit mortem Constantii imperatoris, et quod solus Julianus tenuit universum imperium*. Porro alii pro *Mopsucrenis*, Mopsuestiam dicunt: Ammianus, lib. XXI, et Aurelius Victor cum Hieronymo, cujus huc refer epist. 60 ad Heliodorum num. 15.

[f] Quantum a Decembris initio, solido intermedio anno, ad VI kalendas Julias intercedit. Minus adeo recte Scaliger habet *mensibus octo*. Subjuncta verba cum uncinis neque Parmensis ms. neque melioris notæ libri alii agnoscunt.

[g] Notatum Scaligero ex ipsiusmet Juliani epist. ad Alexandrinos, hunc fuisse annum undecimum, ex quo ad idolorum cultum sese converterat. Male Pontacus legerat, *ab idolorum cultu converso*, etc.

[h] Accuratissime, ut nihil supra, laudata sæpius historia de rebus Athanasii: *Audito* (Constantii obitu) *cives Alexandrini et omnes contra Georgium clamaverunt, eodemque momento sub custodia illum constituerunt, et fuit in carcere ferro vinctus ex prædicto die Cyac* 4 *usque ad* 27 *ejusdem mensis* (id est, 23 Decembris), *diebus* 24. *Nam* 28 *die ejusdem mensis mane pene omnis populus illius civitatis perduxit de carcere Georgium, nec non etiam comitem, qui cum ipso erat insistentem fabricæ Dominicæ, quæ dicitur Cæsarium, et occiderunt ambos, et eorum corpora circumduxerunt per mediam civitatem: Georgii quidem super camelum, Dracontii vero homines funibus trahentes; sic injuriis affectos circa horam* 7 *diei utriusque corpora combusserunt.* Vides horam denique ipsam annotatam. Tum paucis interjectis: *Post dies autem tres, Methir* 14 (Februarii 8), *datum est præceptum Gerontio præfecto ejusdem Juliani imper. nec non etiam Vicarii Modesti, præcipiens episcopos omnes factionibus antehac circumventos et exsiliatos reverti ad suas civitates et provincias. Hæ autem litteræ sequenti die Methir* 15 *propositæ sunt; postmodum autem, et præfecti Gerontii edictum propositum est, per quod vocabatur episcopus Athanasius ad suam reverti Ecclesiam. Et post dies* 12 *hujus edicti propositionis Athanasius visus est apud Alexandriam, ingressusque est ecclesiam, eodem mense Methir die* 27, *ut sit ex ejus fuga Syriani et Hilarii temporibus facta, usque ad reditum ejus Juliano... Methir* 27, etc.

[i] Alibi *accitis*, etc., e quorum verborum regione Scaliger in Bongarsiano codice vetustissimo invenit scriptum, *Gorgonium dicit de Germania, et Cymatium de Gabula*.

[j] Hoc nomine per id temporis honorificentissimo rhetores compellabantur. Prohæresio autem Πᾶν γένος ὑψιλόγον εἶχε, ut Nazianzenus canit. Eum vivere desiisse quinque post Juliani mortem annis, Eunapius tradit: qui tametsi Christianorum hostis infensissimus, summa illi omnia tribuit.

[k] Christianos, ad creandam huic nomini invidiam, cædis auctores Libanius dixit: cujus locum profert etiam Sozomenus lib. VI. Qui interfuerunt huicmet expeditioni, Eutropius et Ammian. Marcellinus non usque adeo conveniunt: ille ab hostili ma-

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | didisset exercitum, et inconsultius a suorum erraret agminibus, ab obvio forte hostium equite conto ilia perfossus interiit, anno ætatis [a] 32. | | |
| | *Post quem sequenti die JOVIANUS ex primicerio domesticorum imperator factus est.* | | |
| 286 | 1 Jovianus rerum necessitate compulsus, [b] Nisibim et magnam Mesopotamiæ partem Sapori Persarum regi tradidit. | 367 | |
| | Synodus Antiochiæ a Meletio et suis facta: in qua [c] homousio annomeoque rejecto, medium inter hæc homoiousion, Macedonianum dogma, vindicaverunt. | | |
| | Jovianus [d] cruditate, sive odore prunarum, quas nimias adoleri jusserat, Dadastanæ moritur anno ætatis 33. | | |
| | Post quem Valentinianus tribunus Scutariorium, e Pannonia Cibalensis apud Nicæam Augustus appellatus, fratrem Valentem Constantinopoli in communionem [e] regni assumit. | | |
| | *Romanorum XXXVIII, VALENTINIANUS et VALENS regnaverunt annis 13, mensibus 5.* | | |
| | 1 Valentinianus egregius alias imperator, et Aureliano moribus similis, nisi quod severitatem ejus nimiam, et parcitatem [f] quidam crudelitatem et avaritiam interpretabantur. | 368 | |
| | Apollinaris [g] Laodicenus episcopus multimoda religionis scripta componit. | | |
| | 2 Terræmotu [h] per totum orbem facto, mare littus egreditur, et Siciliæ multarumque insularum urbes, et innumerabiles populos oppressit. | 369 | |
| | Procopius qui apud Constantinopolim tyrannidem invaserat, apud Phrygiam salutarem [i] exstinctus est, et plurimi Procopianæ partis cæsi atque proscripti. | | |
| | DAMASUS [j] XXXV Romanæ Ecclesiæ ordinatur episcopus. | | |
| | Et post non multum temporis intervallum Ursinus a quibusdam episcopus constitutus, [k] Sicininum cum suis invadit, quo Damasianæ partis populo confluente, crudelissimæ interfectiones diversi sexus perpetratæ. | | |

## NOTÆ.

nu: hic nihil de hoste, sed, *incertum subita equestris hasta*, perfossum imperatorem narrant. Nec memorat hostem Zosimus; sed utique Victor in Epitome, *ab uno ex hostibus, et quidem fugiente, conto percutitur.* Christiani scriptores rem incertiorem faciunt: noster videtur a Sexto Rufo accepisse. In Parmensi ms. vox *conto* desideratur.

[a] Uno minus Socrates lib. III supputat, in quo et falsus est; Julianus ipsemet epist. 51 ad Alexandrinos, quam scripsit ultimo vitæ suæ tempore, triginta duos annos natum se dicit: totque Ammian. Marcellinus lib. XXV, c. 3, et Eutropius verbis *altero et tricesimo* notant: hic diem quoque addit, VI *kal. Julias*. In vetere sæpe laudata Historia de rebus Athanasii: *Olympus autem idem præfectus, mense Mensore, 26 die, consulibus Juliano Aug.* IV *et Sallustio, nuntiavit, Julianum imperatorem esse mortuum, et Jovianum Christianum imperare.* Quod dicitur Hieronymo *Primicerius*, idem est atque primus: et Ammiano quidem Marcellino, *Domesticorum ordinis primus* Jovianus appellatur.

B [b] Sanctus ipse Pater, laudatus etiam Scaligero, lib. de Locis Hebraicis, *Achad*, *urbs regni Nemrod in Babylone. Porro Hebræi hanc esse dicunt Mesopotamiæ civitatem; quæ hodie vocatur Nisibi, a Lucullo quondam Romano consule obsessam captamque, et ante paucos annos a Joviano imperatore Persis traditam.* Reliquas Mesopotamiæ provincias, Arzanenam, Maxoenam, Zabdicenam, et Corduenam Ammianus Marcellinus libro laudato memorat: qui et iniquas pacis conditiones, quemadmodum Eutropius, atque alii, deflet. Videsis tamen ea de re S. Gregorium Nazianzenum in epist. ad Philipp. cap. 2, Augustinum de Civit. Dei libb. IV et V, denique Rufinum lib. II, 1.

[c] In Parmensi ms., *omousion anomousionque*. Confer Pontaci notas in calce libri.

[d] Eutropius, a quo noster hausit, *Multi*, ait, *exanimatum opinantur nimia cruditate; inter cœnandum enim epulis indulserat: alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis grave quiescentibus erat: quidam nimietate prunarum, quas gravi frigore adoleri multas jusserat. Decessit imperii mense* 7 (rescribendum 8, sunt enim ab ejus electione VI kal. Julias, ad diem obitus, quem statim notat, supra solidos menses septem, dies viginti unus), *quarto decimo kal. Martias ætatis, ut qui plurimum ac minimum tradunt, tertio, et trigesimo anno.* Confer Ammianum quoque, et Victorem in Epitome, Socratem lib. III, Sozomenum VI, etc. Dadastana Galatiam inter et Bithyniam est

A oppidum.

[e] Tricesimo ferme die, ut ait Socrates, postquam ipse Augustinus est nuncupatus. Ammianus lib. XXVI scribit V *kal. Apriles*: Idacius autem, et Chronici Paschalis auctor ante diem IV *kal. Apriles*, dicunt.

[f] Opponit Hieronymo Scaliger Victoris testimonium in Epitome, *infestus tamen vitiis, maximeque avaritia, cujus punitor ipse fuit acer*. Sed falsa lectione Schotti deceptus ipse est; legendum enim omnino ibi cum mss. omnibus libris *infectus* pro *infestus*, ut et *cupitor* pro *punitor*, quod et Arntzenius in notis ad eum locum pluribus evincit.

[g] In Parmensi ms. tota hæc periocha desideratur.

[h] Nihil dubium, quin terræmotus ille idem sit, quem Ammianus lib. XXIV describit, *consule Valentiniano primo cum fratre Valente.* Innuimus porro nos in notis ad Vitam S. Hilarionis, num. 40, eumdem illum denotari ab Hieronymo verbis, *Ea tempestate terræmotu totius orbis, qui post Juliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos*, quo locô, nisi nos ea fallit opinio, facile pro *Juliani* legendum *Joviani* erit. Constabit certe luculentius, voluisse etiam Hieronymum, primo, non altero anno Valentiniani celeberrimum toto orbe terræmotum adscribi, ut quod alterius tamen anni nota hic apponitur, incautis amanuensibus culpæ tribuendum videatur. Major in eo scrupulus est, quod volunt, hunc ipsum innui commentario 5 in c. XV Isaiæ, quem ait S. Pater in sua *infantia* contigisse. Ea de re videsis quæ ibi annotata sunt, et quæ in Vita uberius disputantur.

[i] Factum consignat Idacius in Fastis VI kal. Junias: auctor Paschalis Chronici XII kal. Julias hujusmet utique anni. Confer Ammianum lib. XXVI c. 7 et seqq., Zosimum lib. IV, Philostorgium IX, etc.

[j] Liberio, qui VIII kal. Octobres obiit, ut Faustinus et Marcellinus in Libello precum testantur, Damasus kal. Octobris ejusdem, quæ in diem Dominicam incidebant, ordinatus est. Anastasium et veteres alios Pontificum catalogos non moramur.

C [k] Ammianus quoque *Basilicam Sicinini* vocat lib. XXVII c. 3; Socrates lib. IV c. 29, Σικίνης: Parmens. ms. *Siccinnium*. Alii *Basilicam Liberii*. Sed et Ursinum, recentiores nonnulli docti viri *Ursicinum* dicere amant. Vide laudatum Ammiani locum, in eumque notas Valesii, Rufinum præterea lib. II 10, Socratem IV, Sozomenum VI, etc. In subsequenti periocha plus habet ms. Parmens., *Byzantii baptizatus*.

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | 3 Valens ab Eudoxio Arianorum episcopo baptizatus nostros persequitur. | 370 | |
| | Gratianus [a] Valentiniani filius Ambianis imperator factus. | | |
| 287 | 4 Tanta [b] Constantinopoli est orta tempestas, ut miræ magnitudinis decidens grando nonnullos hominum interfecerit. | 371 | |
| | Apud [c] Atrebatas lana e cœlo pluviæ mixta defluxit. | | |
| | 5 Hilarius [d] episcopus Pictavis moritur. | 372 | |
| | Nicæa, [e] quæ sæpe ante corruerat, terræmotu funditus eversa. | | |
| | Libanius Antiochenus rhetor insignis habetur. | | |
| | 6 Agon Constantinopoli a Valente redditus. | 373 | |
| | Athanaricus [f] rex Gothorum, in Christianos persecutione commota, plurimos interfecit, et de propriis sedibus in Romanum solum expellit. | | |
| | 7 Eusebius [g] episcopus Vercellensis moritur. | 374 | |
| | Constantinopoli [h] apostolorum martyrium dedicatur. | | |
| | Magna fames in Phrygia. | | |
| | Lucifer Caralitanus episcopus moritur, qui cum Gregorio episcopo Hispaniarum, et Philone Libyæ, numquam se Arianæ miscuit pravitati. | | |
| 288 | 8 Maximinus [i] præfectus annonæ maleficos ab imperatore investigare jussus, plurimos Romæ nobilium occidit. | 375 | |
| | Valentinus [j] in Britannia, antequam tyrannidem invaderet, oppressus. Presbyter Sirmii iniquissime decolatur, quod Octavianum ex proconsule apud se latitantem prodere noluisset [k]. | | |
| | 9 Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios commentatur, qui post quintum nativitatis suæ annum luminibus orbatus, elementorum quoque ignarus fuit. | 376 | 2390 |
| | Equitius Comes Illyrici iniquissimis tributorum exactionibus ante provincias quas regebat, quam a Barbaris vastarentur, erasit. | | |

## NOTÆ.

[a] Fasti Idaciani, auctor Paschalis Chronici, et Socrates lib. IV 11, *die* IX *kal. Sept.* consignant, Lupicino et Jovino coss. quibus hic certe annus Valentiniani imperii designatur. Confer tamen quæ subsequenti proxime annotatione observamus.

[b] Eidem anno Valentiniani tertio hanc, ut et subsequentem periocham Scaligeri editio comparat. Quod est quidem propius ad verum : nondum tamen id quod res est, monstrat. Veteres enim prius hocce gestum præcedenti proxime inaugurationi imperatoris Gratiani trium fere mensium spatio anteponunt. Auctor Paschalis Chronici scribit, *Deum Constantinopoli grandinem saxeam depluisse mense Desio*, hoc est, Junio. Idacius quoque in Fastis, *die* IV *nonas Julias* id ait contigisse, et Socrates, *Sexto nonas Julii, grando immensæ magnitudinis, instar lapidum cecidit Constantinopoli.* Iidem Gratianum imperatorem postea renuntiatum IX kal. Sept. produnt. Est itaque verosimile, luxatum hic fuisse a librariis Hieronymianum textum iisque hoc esse ὕστερον πρότερον culpæ tribuendum.

[c] Corrupte in Parmensi ms., *Apud Trabatas Galliæ civitatem lana*, etc.

[d] Innuimus paulo superius, ubi de ejus reditu in Gallias, mortem his temporibus, anno Christi Dionysiano 368, aut certe subsequentis initio consignandam. Scaliger biennio anticipat, sive anno illigat Valentiniani tertio. Adito S. patris Vitam, ejusdem editioni Operum præfixam.

[e] Procubuit V idus Octobris, secundo Augustorum consulatu, quod tempus in eorum imperii annum quintum ex parte incidit. Scaliger autem non hanc modo periocham, sed et consequentes duas, cum quarto imperatorum componit, ipsumque adeo Agonem Cpolitanum, quem tamen referri a Cedreno ad septimum, non diffitetur.

[f] In Parmensi ms. *Hatalericus.* Scaliger gestum præcedenti proxime anno ascribit. Certe per id temporis, sive ultimo demum belli Gothici anno, regnare Athanaricum cœpisse, ex Isidori Chronico colligere est. Prosper recensioni huic nostræ favet, qui sub tertio Augustorum consulatu hæc refert, quæ totidem, ut assolet, verbis ab Hieronymo describit.

[g] Diem obiisse anno Christi Dionysiano 370 qui cum septimo Valentiniani concurrit, recepta doctis Chronologis sententia est. Ac nititur quidem isto A cumprimis Hieronymiani Chronici testimonio, quod in plerisque omnibus cum editis, tum mss. libris ad hunc plane modum atque annum recitatur. Verum Scaliger cum præcedente proxime Valentiniani sexto contendit, atque eo quidem ineunte, siquidem et subsequentes reliquas quatuor periochas, ad Valentini usque tyrannidem, eadem numerica nota comprehendit. Baronius econtrario quod sentiat, annos Valentiniani et Valentis in Hieronymi Chronico ab eo supputari, qui eorum inaugurationem subsequitur, hocce testimonio, iisdemque rationibus utitur, ut Eusebii mortem differat in subsequentem Dionysian. 371, Valentiniani et Valentis octavum. Confer Theodoretum Hist. Eccl. lib. V cap. 1. Adde et Tillemontium, si lubet.

[h] Chronici Paschalis auctor hujusmet anni consulibus ascribit, tametsi Valentiniano τὸ τέταρτον pro τρίτον dicat, *mense Xantico, ex a. d.* V *idus Apriles.* De recta vocabuli *martyrium* significatione superius diximus.

B [i] Dicitur Rufino *Maximus*, quemadmodum et in aliquot legibus compellatur, quas laudat Gothofredus in Prosopographia. Scaliger quoque, et nonnulli Hieronymiani codices sic vocant. Tempus quod spectat, ex Ammiano Marcellino lib. XXVIII, c. 1, prope certum est, Olybrium tunc Urbis præfecturam gessisse, cum præfecto annonæ Maximino commissum est illud in maleficos judicium. Hoc autem anno, Gratiano iterum et Probo consulibus, Olybrius præfectura Urbis decesserat. Hæc tota causa est, cur de biennii saltem metachronismo Hieronymus a Valesio in notis ad Ammiani locum reprehenditur. Judicium ea de re penes lectorem esto. In Parmensi ms. non additur *Romæ* nomen : sed absolute est, *plurimos nobilium occidit.*

[j] Ita eum auctores plerique appellant: Scaliger *Valentinianum* mavult cum aliis libris, et Zosimo, cujus geminum huic locum laudat. Periocham porro istam, ut et subsequentem cum præcedenti proxime C anno comparat. Historiam ab Ammiano repete lib. XXVIII cap. 3.

[k] Subnectit Parmens. ms. ignotam libris aliis periocham ad hunc modum : *Lex datur : nobilitate deleta, ut nono gradu jungantur.* Quæ bonæ procul dubio notæ sunt; sed ut pro Hieronymianis habeantur, satis argumentorum non suppetit.

| Olymp. | | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|---|
| | 10 | Eunomius discipulus Ætii Constantinopoli agnoscitur, a quo hæresis Eunomiana. Saxones cæsi [a] ad Usonem, in regione Francorum. Burgundiorum [b] 80 ferme millia, quot numquam antea, ad Rhenum descenderunt. Clearchus [c] præfectus urbis Constantinopoli agnoscitur, a quo necessaria et diu exspectata votis aqua civitati inducitur. Alexandriæ XX ordinatur episcopus [d] Petrus, qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis hæreticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptæ pecuniæ intulerit. Melania nobilissima mulierum Romanarum, et Marcellini quondam consulis filia, unico [e] prætori tunc Urbano filio derelicto, Jerosolymam navigavit: ubi tanto virtutum præcipueque humilitatis fuit miraculo, ut Teclæ nomen acceperit. | 377 | |
| | 11 | Post Auxentii seram mortem Mediolani Ambrosio episcopo constituto, omnis ad fidem rectam [f] Italia convertitur. Aquileienses clerici, quasi chorus beatorum habentur [g]. Quia superiore anno Sarmatæ Pannonias vastaverant, iidem consules [h] permansere. | 378 | |
| 289 | 12 | Valentinianus [i] subita sanguinis eruptione, quod Græce apoplexis vocatur, Brigitione moritur. *Post quem GRATIANUS, assumpto in imperium VALENTINIANO fratre, cum patruo Valente regnat.* *Apollinarius* [j] *Laodicensis jactatione ingenii quosdam errores pertinaciter asseverans, hæresim sui nominis suscitavit, quam Damasus habito Romæ concilio damnavit.* Eutropius presbyter, vir eloquentia clarus agnoscitur. Multi monachorum Nitriæ per tribunos et milites cæsi. Valens, lege [k] data, ut monachi militarent, nolentes fustibus jussit interfici. | 379 | |

## NOTÆ.

[a] Ad præcedentem proxime annum, IV consulatus Valentiniani et Valentis, refert Cassiodorus, quocum facit et Scaliger. Ammianus autem triennio adhuc citius, sive ad eorumdem Augustorum consulatum III revocat, cui et assentiri Valesius mavult ea de causa, quod hæc nimirum investigare sibi ille proposuerat. Pro *ad Usonem*, Scaliger uno verbo *Deusone* legit : quam omnino fuisse, contendit urbem, aut locum in finibus Francorum et Saxonum circa Rhenum. Erit fortasse, qui fluvium Usam in Britannia designari putet. Vide quæ Pontacus pro impressa lectione disputat. Insignis hac de re locus est Orosii l. VII, ex istis, ut videtur, Hieronymi delibatus: *Valentinianus Saxones, gentem in Oceani littoribus et paludibus inviis sitam, virtute atque agilitate terribilem, periculosam Romanis finibus, eruptionem magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit.*

[b] Atque hæc Cassiodorus, itemque Idacius in Fastis cum eodem Valentiniani et Valentis IV consulatu comparant, quorum et Scaligero rationes probantur. Ammianus econtrario ut Saxonum, de quibus modo, ita et Burgundionum *Augustis ter consulibus* cladem assignat. Eum adito l. XXVIII c. 5. Scaliger *quod numquam* pro *quot* legit.

[c] Ejus, ut et aquæductus ab eo exstructi meminit Socrates lib. IV c. 8. Supersunt et multæ ad eum Libanii epistolæ. Corrupte in Parmensi *Cleapeus* vocatur.

[d] Toties laudata Historia e Veronensi ms. vulgata de rebus Athanasii in fine : *Defuncto autem Athanasio 8 Pachom mensis* (id est Maii 3 anni Dionysiani 373), *ante diem quintum dormitionis suæ ordinavit Petrum episcopum de antiquis presbyteris, qui in omnibus eum secutus gessit episcopatum.* Vides utcumque recte tempus cum decimo Valentiniani anno dudum inchoato congruere.

[e] Perperam cum apud Scaligerum et Pontacum, tum in aliis ferme omnibus libris erat, *prætore tunc Urbano*, ut eam dignitatem Melaniæ filiolus tunc gessisse diceretur, id quod et falsum est, et a veri specie omni distat immane quantum. Correximus proinde nos *prætori*, ut sensus sit, Melaniam filium suum prætori Urbano dereliquisse, ut qui pupillorum curam ex officio gerere debebat, puerulo de tutore provideret. Quod ait Rufinus Invectivar. l. II, hunc de Melania locum *de exemplaribus suis erasisse* (Hieronymum) *cum actus suos vidisset districtioris disciplinæ feminæ displicere*, fidem non meretur. De eo, quod *neptem* Marcellini consulis eam vocat, non *filiam*, dictum alias, et disserit etiam Pontacus. Unum movet nos, quod innuit idem Rufinus, scriptum olim, seu tunc temporis, dumtaxat fuisse, *parvulo filio Romæ derelicto*, nec verbo tenus *prætoris tunc Urbani* mentio esset, cui filius fuerit commendatus. Certe S. quoque Paulinus epist. 29 hoc maxime miratur, ac laudat in Melania, *quod in magna licet potentissimorum et clarorum propinquorum Romæ copia, nemini parvulum suum verbo, ut dici solet, alendum, erudiendum, tuendum, mandavit.*

[f] S. ipse Ambrosius, epist. 14, an. 382 scripta ad Theodosium, *Laborem quia etiam nobis indicendum putavimus, non pro ITALIA, quæ jamdudum ab Arianis quieta et secura est, nec ulla hæreticorum perturbatione vexata.* Paria habet in Luc. lib. IX c. 32 : *Æstus omnes quibus ITALIÆ populus per Judaicæ olim et Arianæ proxime sævitatis incendia coquebantur, sereno jam spiramine temperantur.*

[g] Quam libri alii editi omnes, et cum Parmensi ms. pars maxima ignorat, Scaliger ex uno ms. periocham aliam textui assuit, quæ ita habet : *Theodolus miserabilis presbyter, dum adversus conscientiam furoris sui sacrificia Deo offerre audet, in mediis precibus eliditur.* Ego nihil minus ab Hieronymi calamo profectum existimo. Ignota ipsa quoque historia est.

[h] Evicimus ex hoc loco, quem in contrariam partem urgebat Scaliger, consulum paria minime omnium fuisse ab Hieronymo, ut neque ab Eusebio, Chronico operi attexta. Enimvero quod consulum mentionem hoc demum anno facit, quo nulli creati sunt, ea nimirum causa est, quod novum hoc erat atque insolens, adeoque et memoria dignum : cum econtrario consulum paria, ut parum ad rerum historiam, ita nihil proposito suo conducerent. Recole quæ hac super re uberius disputata sunt initio hujusmet libri pagg. 34 et 79.

[i] Ammianus ait, *Erumpente subito sanguine.* Iterum Hieronymus, epist. 60, ad Heliodorum, sive epitaph. Nepotiani num. 15 : *Valentinianus, vastato genitali solo, et inultam patriam derelinquens, vomitu sanguinis exstinctus est.* Vide quæ ibi annotamus. Exspiravit XV kal. Decembres, anno imperii secundo, et decimo, ut ait Ammianus, minus centum dies, coss. Gratiano III et Æquitio : quæ temporis notæ Hieronymianis rationibus optime consonant. Pro *Brigitione*, Parmens. ms. *Brigitio* legit : rectior scriptura est *Bregetione*, quemadmodum Tabula Theodosiana, Itinerarium Antonini, Notitia imperii, Ammianus, atque alii præferunt.

[j] Neque isthæc Italico charactere descripta periocha nec pone sequens, *Eutropius presbyter*, etc., in Parmensi ms. habentur. Scaliger quoque eas respuit.

[k] Apud Scaligerum, *legem dedit, ut monachi mili-*

| Olymp. | Romanorum. | An. Dom. | Ann. ab Abr. |
|---|---|---|---|
| | Theodosius Theodosii postea imperatoris pater, et plurimi nobilium occisi. | | |
| | Photinus in Galatia moritur, a quo Photinianorum [a] dogma Judaicum: qui multa continentiæ et ingenii bona uno superbiæ malo perdidit. | | |
| 13 | Basilius Cæsariensis episcopus Cappadociæ clarus habetur. | 380 | |
| | Alemannorum [b] circiter triginta millia apud Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani strata. | | |
| 14 | Florentinus [c] et Bonosus et Rufinus insignes monachi habentur: e quibus Florentinus tam misericors in egentes fuit, ut vulgo pater pauperum nominatus sit. | 381 | 2395 |
| | Gens [d] Hunnorum Gothos vastat, qui a Romanis sine armorum depositione suscepti, per avaritiam Maximi ducis, fame ad rebellandum coacti sunt. | | |
| | Superatis in congressione Romanis, Gothi funduntur in Thracia. Valens de Antiochia exire compulsus, sera pœnitentia nostros de exsiliis revocat. | | |
| | Lacrymabile bellum [e] in Thracia, in quo, deserente equitum præsidio, Romanæ legiones a Gothis cinctæ usque ad internecionem cæsæ sunt. Ipse imperator Valens, cum sagitta saucius fugeret, et ob dolorem nimium sæpe equo laberetur, ad cujusdam villulæ casam deportatus est: quo persequentibus Barbaris, et incensa domo, sepultura quoque caruit. | | |
| | Ab Urbe condita [f] usque ad extremum hujus Operis annum, fiunt anni mille centum triginta unus, hoc modo: *Sub regibus, anni ducenti quadraginta: sub consulibus, anni quadringenti sexaginta quatuor: sub Augustis et Cæsaribus, anni quadringenti viginti septem.* | | |

## NOTÆ.

*tarent*, reliquis verbis quæ subnectuntur, *nolentes fustibus jussit interfici*, prætermissis. Addit autem et Prosper, qui Hieronymum describere amat, *nolentes fustibus necarentur.* A

[a] Ita Pontacus pro *inductum*, quod antea obtinebat, in curis posterioribus rescribi *Judaicum*, jussit. Testatur et Scaliger, nullum librum esse scriptum eorum, quos ipse viderit, qui non habeat *dogma Judaicum*. Sane quod Ebionis atque Artemonis cumprimis deliria instaurabat, Judaicum dogma jure merito dixeris. Videsis autem de Photino Diatribas Petavii, Sirmondi, Larroquani, Petri de Marca atque aliorum. Quæ subnectuntur verba, *qui multa continentiæ et ingenii bona uno superbiæ malo perdidit*, Scaliger præterit: notat vero in uno Petav. ms. ad oram libri e regione subsequentis periochæ, *Basilius Cæsariensis*, etc., haberi. Quæ manifesta luxatio est loci, qui recte in plerisque aliis omnibus libris ad Photinum, quem unice spectare potest, refertur. Ausus tamen est Isaacus Vossius referre ad Basilium, B et calumniam hinc struere Hieronymo, quod famam sanctissimi episcopi laceraret. Mera id genus convicia, nec merentur verbo refutari. Prosper eorum verborum loco habet, *a quo Photinianum dogma, Paulo Samosateno et Artemone, de quibus supradictum est, conceptum auctoribus.*

[b] Strenue hallucinatur Basnagius, qui in notis ad Prosperum monet, cladem hanc referendam ad annum Constantii 20, ductuque Juliani Alemannis esse illatam. Enimvero Ammianus Marcellinus σύγχρονος auctor hocce anno, *Gratiano quater*, et *Merobaude coss.*, et quidem *autumno vergente in hiemem*, victoriam de Alemannis *apud Argentariam* refert. Victor quoque in Epitome cap. 47, *Hic* (Gratianus) *apud Argentariam oppidum Galliæ triginta Alemannorum millia in bello exstinxit.* Sequenti anno, qui cum Christi Dionysiano 378 concurrit, inivit sextum consulatum Valens: in quod tempus, qui nuper magno conatu doctus vir eam victoriam conferendam, contendit, vereor ut satis recte Ammiani, ad quem C provocat, sensum perceperit. Neque vero diffiteor, illum lib. XXXI, cap. 10, antequam superatos apud Argentariam Alemannos dicat, primum notare anni ejus autumnum, et quidem vergentem in hiemem: deinde mentionem Lentientium facere, qui Rhenum *Februario mense* transmittere moliebantur. Sed non ideo alterum huic gesto annum assignat, sed Lentientis Alemannici populi occasione, retexit belli causas, unde *clades exitiale primordium sumpsit.* Contextus conferendus est, ut rem teneas. Quamquam et ibi mancus locus est, deque mendo suspectus, ubi *Februarium* mensem nominat.

[c] Idem, qui *Florentius* in epistolis, quas ad eum Hieronymus dedit, appellatur. Vide epistolas 4 et 5 in recensione nostra, in quibus de Bonoso item et Rufino.

[d] Equidem Gothorum istam in Romanum solum trajectionem biennio antequam Hieronymus, Valente V et Valentiniano juniore Aug. coss., qui annus est Christi Dionysianus 376, Ammianus lib. XXXI cap. 4, itemque Idacius in Fastis consignant. Atqui noster non illud temporis, quo transvecti sunt ad Romanos, sed cum postea ducum, et cumprimis Maximi avaritia rebellare compulsi sunt, notat. Scaliger præcedenti proxime anno gestum accenset, jubetque in notis omnino huc referri capita 34 et 35 libri V (dixisset immo IV) Socratis.

[e] Commissa pugna est V idus Augusti, quod prodit Ammianus lib. XXXI cap. 12, Idacius in Fastis, Socrates lib. IV cap. ultimo, atque alii. Idem Ammianus Bacurio, et Cassio, qui sagittarios et scutarios regebant, exitii causam imputat, quod *inerti discessu primordia belli fœdarint.* Imperatorem quod spectat, unus est Libanius in orat. ad Theodosium, qui eum, cum posset aufugere, maluisse dicit hostibus circumfusum pugnando occumbere. Reliqui magno numero scriptores, Hieronymo (qui paria his tradit epist. 60 ad Heliodorum, paulo superius laudata) consentiunt, fuisse illum sagitta transfixum, ad villulæ cujusdam casam (ἀχυρῶνα Cedrenus vocat, de quo nomine superius ad Constantini M. mortem dictum est) deportatum, ibique a persequentibus, reique insciis Barbaris concrematum. Illi auctor noster nonnisi quatuordecim annos imperii attribuit, Victorem in Epitome, ut videtur, secutus, qui et solos quinque menses anni ejus decimi quarti numerat. Constat vero, ab ejus imperii initio, quod est, ut suo loco ostendimus, Joviano et Varroniano coss. V *kal. Aprilis* rite consignatum, ad hunc obitus sui diem V *idus Augusti*, se sextum et Valentiniano secundum coss. supra annos quatuordecim, menses quatuor et dies aliquot, quibus potitus est regno, intercedere. Id ipsum luculentissimo testimonio, Cyrillus monachus, vetus auctor, qui S. Euthymii Vitam conscripsit, editus a Benedictinis Parisiensibus Analectorum Græcor. tom. I, confirmat: *Nondum*, inquit, *expleto quinto mense, sexto consulatu elatus impius Valens, exercituque in Barbaros Thracias depopulantes ducto..... irruentes Barbari ipsum incenderunt, nondum completo primo anno ab Euthymii ortu.* Omnino igitur Quintilem, sive Julium eum dixisse voluit, quem dixit *quintum mensem*, quo Valens, exercitu in Barbaros ducto, profligatus est. Si enim nondum actus erat annus *ab Euthymii ortu*, sive quod idem sonat, exiguum deerat explendo spatium, ille, ut cap. 7 dicitur, *natus est..... mense Augusto, quarto Gratiani consulatu.*

[f] Quæ hinc subsequuntur ad finem usque libri

Colliguntur omnes anni usque in consulatum Valentis vi et Valentiniani junioris iterum Aug. a 15 Tiberii anno, et prædicatione Domini Jesu Christi, anni 351.
A secundo anno Darii regis Persarum, quo tempore templum Jerosolymis instauratum est, anni 899.
Ab olympiade prima, qua ætate apud Hebræos Isaias prophetabat, anni 1155.
A Salomone et prima ædificatione templi, anni 1411.
A captivitate Trojæ, quo tempore Samson apud Hebræos erat, anni 1561.
A Mose et Cecrope primo rege Atticæ, anni [a] 1890.
Ab Abraham et regno Nini et Semiramidis, anni [b] 2395.
Continet omnis canon ab Abraham, usque ad tempus supra scriptum, annos 2395.
A diluvio autem usque ad Abraham supputantur anni 942.
Ab Adam usque ad diluvium anni 2242.
Fiunt ab Adam usque ad 14 Valentis annum, id est, usque ad consulatum ejus vi et Valentiniani iterum, omnes anni 5579.

## NOTÆ.

ἀνακεφαλαιώσεις, omnes in Parmensi ms. desiderantur. Scaliger istam dumtaxat ab Urbe condita, cum subjuncta expositione, quæ Italico charactere notata est, in textum recepit, utpote vere Hieronymianam : cæteras quæ hic, et in aliis plerisque libris subnectuntur, ipse etiam in calce notat ex antiquissimo Bongarsiano ms. exhibuit, sed tamquam ab aliena manu postmodum adjectas exsulare a reliquo contextu jussit. Pontacus de his satis multa, quæ consuluisse non abs re erit. Nos in eam procliviores sententiam sumus, quæ ipsimet Hieronymo illas attribuit. Certe cohærent ita sibi, atque invicem respondent, ut uno perturbato numero, totum Hieronymi, ipsiusque Eusebii computum corrumpi, necesse sit. Quem sane errorem Scaliger hic etiam errat, ubi pro annis quadringentis viginti septem, qui *sub Augustis et Cæsaribus* numerantur, solos computat quadringentos viginti quatuor : unde non 1131, quam sanctus Pater proposuit, sed dumtaxat 1128 summa consurgit. Et audet tamen ille hallucinationem hanc suam Hieronymo culpæ vertere : quam emendare dum studet, novo errore cumulat, volens spatium *sub regibus*, non solis 240, sed 243 supputari : et minorem tamen eum numerum poni ab Eusebio a Palilibus primis ad regifugium, non diffitetur. Jam vero quoniam hoc anno concluditur Hieronymi Chronicon, Valente vi et Valentiniano juniore ii coss., isque annus in apposito *annorum Domini* laterculo, non qui agebatur æræ vulgaris Christi juxta Dionysium ex eruditorum omnium consensu 378, sed 381 ascribitur : revocandum est in memoriam, quod alias nec semel arrepta occasione monuimus, eum laterculum non fuisse ab Eusebio, atque adeo neque ab auctore nostro huic Operi attextum : quamquam tot revera anni a 42 Augusti, cui Christi natalem diem ascribunt, juxta eorum rationes ex succedentium imperatorum annis, et serie, rite supputentur.

[a] Legerat Pontacus 1834, rescribi autem in curis posterioribus jussit, superaddita centenarii nota, 1935. Falso utrumque, ut et quod Scaliger descripsit, 1990; neque enim alius revera fuit Hieronymi computus, quam annorum 1890, ut nos excudimus. Quippe terminus *a Mose et Cecrope*, annum vitæ Mosis octuagesimum, et qui cum eo concurrit, imperii Cecropis quadragesimum quintum. Id erit cum aliis locis, tum ex præfatione Eusebii manifestissimum : *A nativitate*, inquit, *Abrahæ, usque ad Mosen, et egressum Israel ex Ægypto, computantur anni* 505.... *Similiter a Nino et Semiramide, usque ad Mosen et* A *Cecropem anni* 505. Et paulo superius : *A 80 autem anno Mosis, et egressu Israel de Ægypto, rursus ad superiora conversus, usque ad primum annum Abrahæ reperies annos* 505, *quos similiter a* 45 *anno Cecropis usque ad Ninum et Semiramim Assyriorum principes supputabis*. Igitur si ab annis 2395 (quos S. Pater ab Abraham, et regno Nini et Semiramidis, usque ad Chronici sui finem, colligit) demantur anni 505 (qui a Nativitate Abrahæ, et a Nino et Semiramide, usque ad Mosem et Cecropem, ab Eusebio colliguntur), omnino a Mose et Cecrope, usque ad Chronici hujusmet finem, anni remanebunt 1890. Tot fuisse ab Hieronymo supputatos, res quam exposuimus, evincit. Accedit vero, quod eamdem annorum summam præferunt codices quoque mss. aliique chronographi, teste Pontaco in notis, quas omnino ut huc referat, auctor sum. Nam quod maluit ille nihilosecius rescribere 1935, hallucinatio est hominis cætera diligentissimi, quam nuperus auctor Observationum ad Chronicon Prosperi ante nos coarguit his præci- B pue verbis, quæ huc libet referre : Pontacus loco citato etiam hoc addit, *quod idem num.* 1935 *annorum etiam subducatur ex illis quinque calculis, quos supponit auctor in præfatione, a Cecrope, a captivitate Trojæ, a prima olympiade, a secundo Darii, et a decimo quinto Tiberii, usque ad annum 14 Valentis*. Sed ad hanc rationem Pontaci respondeo, hoc certissimum esse, si ex Pontaci hypothesi, primus calculus a Cecropis anno primo deducatur, quod tum ex quinque illis calculis idem ille 1935 annorum numerus subducatur. Verum hoc non est id, quod hic in quæstionem venit. Probandum enim Pontaco erat, quod illorum quinque calculorum primus, qui a Cecrope deducitur, ab imperii ejus primo, et non ab imperii ejus anno quadragesimo quinto exclusive, in illa, de qua loquitur, Eusebii præfatione, ab Hieronymo Latine versa, repetatur. Contrarium autem experiri potuisset, si quantitatem primi illius intervalli, a Cecrope ad captivitatem Trojæ, considerasset. Nam C in illa præfatione, et in illo, quem respicit, loco, expressis verbis legitur, *a Cecrope ad captivitatem Trojæ, anni* 329. Et si huic primo calculo reliquos quatuor calculos, ibidem determinatos, adjeceris, subducetur, non ille numerus 1935 annorum, sed genuinus Hieronymi num. 1890, demptis scilicet Cecropis 45 prioribus imperii annis.

[b] Perperam in Bongarsiano apud Scaligerum codice 2315. De collectionibus ab Adamo et diluvio dictum satis abunde alias.

## S. HIERONYMI CHRONICON FINIT.

# PROSPERI AQUITANICI CHRONICON.

## HUCUSQUE HIERONYMUS PRESBYTER ORDINEM PRÆCEDENTIUM DIGESSIT ANNORUM: NOS QUÆ [a] SECUTA SUNT ADJICERE CURAVIMUS.

*Romanorum.* — *Annis Domin.* — *Anni ab Abraham.*

*Igitur Valente a Gothis in Thracia concremato, Romanorum XLI, GRATIANUS, cum fratre Valentiniano, regnavit annis* 6.

1 AUSONIO ET OLYBRIO coss. — 382

Gratianus post mortem patrui, Theodosium Theodosii filium in consortium assumit imperii, et ei regnum tradidit Orientis.

*Theodosius* [b] *summa felicitate multis atque ingentibus prœliis Gothos superat, et e Thracia pellit.*

*Longobardi ab extremis Germaniæ finibus, Oceanique protinus littore, Scandiaque insula magna multitudine ingressi, et novarum sedium avidi, Iborea et Aione ducibus, Vandalos primum vicerunt.*

*Sempronius vir apprime eruditus agnoscitur.*

Ea tempestate [c] Priscillianus episcopus de Gallæcia ex Manichæorum et Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit.

2 GRATIANO V ET THEODOSIO coss. — 383

Ambrosius pro catholica fide multa sublimiter scripsit.

*Theodosius* [d] *cum Thessalonicæ ægrotaret, ab Ascholio ejusdem civitatis episcopo baptisma suscepit.*

*Procurante Gratiano, eo quod Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis.*

*Synodus patrum* 150 *apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse negantem.*

3 EVAGRIO ET [e] EUCHERIO coss. — 384

Martianus episcopus Turonorum Gallicæ civitatis, multi clarus (*f.* charus) habetur.

*Gregorius Nazianzenus, vir sua ætate eloquentissimus, et Hieronymi præceptor, obiit* [f].

## NOTÆ.

[a] In Parmensi ms., *consecuta*. Contulimus autem hunc nos librum etiam cum nupera Basnagii recensione tom. I Antiquarum Lectionum Canisii: quin ejus quoque annotationes, quibus nostram industriam præoccupavit, adjecimus, ejusdem singulis locis nomine subnotato.

[b] Quæ Italico charactere descripta sunt, Basnagius uncinis inclusit, in Parmensi ms. omnia desiderantur, nec ea Labbeus novit. In altera pericopa pro *ingressi*, legit Basnagius *egressi*.

[c] Male libri alii, et Basnagii editio, *Priscianus episcopus de Galatia*. Etiam ms. Parmensis in eo errat, quod *Galantiæ* præfert: Pontacus *Galeciæ* legerat.

[d] Atque hæc Italico charactere distincta, a Basnagio uncinis inclusa, a Parmensi ms. et Labbei editione absunt. Pro *ab Ascholio*, quod nomen in curis posterioribus restitui Pontacus jussit, libri alii editi, æque atque ms. *a Basilio* habent. In tertia periocha, quam voluisset Pontacus ad subsequentem annum referri, legit Basnagius *Patrum* 180, qui et convocatum concilium mense Maio anni 381 annotat.

[e] Perperam in Canisii editione *Eleutherio*: monuit ibi de mendo Basnagius. Nec bene in Parmensi ms. *Eleucerio*. Alibi *Euchario* scribitur.

[f] In Labbeano Prosperi Chronico hic legitur: *Finis cycli quarti, et exordium quinti.* Hunc cyclum, quem quintum Prosper appellat, cæteris præferebat Bucherius. Quippe arbitratus est, Ecclesiam Romanam tunc calculos suos emendasse, et hunc castigatum laterculo Teophili opposuisse. Tantoque Latinorum plausu exceptus est, ut *Romana supputatio* appellari meruerit. 1° Ab anno 382 et consulatu Syagrii cœpisse, nemo est qui dubitare possit. Non enim fit verisimile, Prosperum, qui illis temporibus vixit, ignorasse caput cycli Latinorum. Deinde vero *Paschasinus*, antistes Lilybæus, in sua ad *Leonem* papam epistola, a consulatu Syagrii et initio cycli ad Paschatis festum anni 444 recensebat annos 63. At is numerus ab anno 382 effluxit, si extrema excludantur. 2° Ad cœlestes hujus sæculi lunas aptatus esse debuit ille cyclus, quippe tam Prosper, quam Paschasinus ætatis suæ lunas, quas sensibus usurpabant, ignorare non potuerunt. Hæc equidem Bucherius; sed levi, ni fallor, conjectura. Concedam facile, cyclum illum quintum cœpisse anno 382, ut priores inceperant annis 130, 214 et 298; sed qua ratione probabitur quintum cæteris fuisse castigatiorem? Si cœlestes lunas, quæ sensibus usurpabantur, non ignoravit Prosper, cur illos inventores priorum cyclorum latuerunt? Eadem lunæ facies prioribus Ecclesiæ sæculis ac sequentibus, idem siderum motus. Nec patet, in astronomia peritiores fuisse Latinos sæculo quarto desinente, quam secundo vel tertio. Diffidebat ipse Prosper calculo ætate sua recepto, animadvertens tamquam aliquod singulare, quod consulatu XVIII Theodosii et Albani, hoc anno *Pascha* IX *kal. Maias celebratum est, nec erratum sit: quia kal. Maiarum dies passionis fuit, ob cujus reverentiam natalis urbis Romæ sine Circensibus transiit.* Quippe Palilia incidebant in 21 Aprilis, qui fuit hoc anno dies Veneris, et Pascha celebrabatur 23 ejusdem mensis; sed observat Prosper tamquam aliquid singulare, *hoc anno non erratum* fuisse circa *diem Paschatis*, quia fuerunt scilicet adhuc errores frequentissimi annis præteritis, et cum nemo cyclum emendasset, intercalatione horarum et minutorum deficientium. Non igitur prioribus emendatior fuit hic cyclus, quem nemo satis accurate castigaverat. Ideo Cyrillus anno 437 cyclum suum inchoaturus, Latinos adhuc reprehendit, opponens ipsis cyclum Theophili, qui veritate subnixus semper perseverabat. Denique in eo fallitur Bucherius, quod hunc cyclum Prospero tribuat, cum illum, ut priores, ab aliis sit mutuatus. Vixit enim auctor Chronici circa medium sæculi quinti. Nec cyclum quem fecerat, sed quem ab alio mutuatus erat, notavit. Deficiebant igitur aliquatenus omnes illi cycli Latinorum, et medicam manum a peritioribus astronomis exspectabant. BASN. — Adito cl. Wanderaggen in observationibus ad Prosperi Chronicon capp. 52 et 53.

| *Romanorum.* | *Annis Domin.* | *Anni ab Abraham.* |
|---|---|---|
| 4 ANTONIO ET SYAGRIO coss. | 385 | |
| Athanaricus rex Gothorum, apud Constantinopolim 15 quo fuerat susceptus, die [a] occiditur. | | |
| 5 MEROBAUDE II ET SATURNINO coss. | 386 | 2400 |
| Arcadius Theodosii imperatoris filius Augustus appellatur. | | |
| *Petronius Bononiensis episcopus, vir studiis et sanctitate clarus moritur.* | | |
| 6 RICIMERE [b] ET CLEARCO coss. | 387 | |
| Honorius Theodosii filius nascitur. | | |
| Romanæ Ecclesiæ post Damasum [c] SYRICIUS XXXVI præfuit an. 18. | | |
| In [d] Britannia per seditionem militum Maximus imperator est factus, quo mox ad Gallias transfretante, Gratianus Parisiis Merobaudis [e] magistri militum proditione superatus et fugiens, Lugduni [f] captus atque occisus est. | | |
| Maximus Victorem filium suum [g] consortem regni facit. | | |
| *Romanorum XLII, VALENTINIANUS cum Theodosio regnavit annis* 8. | | |
| 1 ARCADIO ET BAUTONE coss. | 388 | |
| Hoc tempore Hieronymus presbyter, toto jam mundo clarus habitat in Bethleem, egregio ingenio et studio universali Ecclesiæ serviens. | | |
| Priscillianus in synodo Burdegalensi se damnandum intelligens, ad imperatorem Maximum [h] provocavit, auditusque Treviris ab Evodio præfecto prætorio, a Maximo gladio addictus est cum Eucrocia Delphidii rhetoris conjuge, et Latroniano, aliisque erroris consortibus. | | |
| Burdegalæ [i] quædam Priscilliani discipula nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus exstincta est. | | |
| 2 HONORIO [j] N. P. ET EVODIO coss. | 389 | |
| 3 VALENTINIANO III ET EUTROPIO coss. | 390 | |
| 4 THEODOSIO II ET CYNEGIO coss. | 391 | |

## NOTÆ.

[a] Malim legere cum Basnagio, *occidit*, juxta Veterum de Athanarici obitu testimonia, Ammiani Marcellini lib. XXVII, Zosimi lib. IV, Themistii orat. VI, Orosii lib. VII c. 34, Cassiodori, atque aliorum.

[b] Parmens. ms., *Ricomede*, alii libri, *Nicomede :* utrumque male.

[c] In Canisii edit., *Ursinus*, in qua item, *anni sex*, quibus præfuit, desiderantur. Basnagius ait, Mendose scriptum *Ursinus :* fuit enim Siricius papa, qui hoc anno Damaso, mense Decembri mortuo, successit, ut habet Labbeanus codex : ejus initia tamen in sequentem annum rejicit Papebrochius. BASN.

[d] In Britannia seditione militum creatum imperatorem fuisse, scribit Prosper. Anno igitur 384 assignat illam seditionem factam a militibus, ut Maximum ad fastigium imperii evehèrent. Sed evenerat illa commotio sive plebis sive militum anno præterito, Merobaude et Saturnino consulibus. Chronicon Saxonicum ad ann. 381 : *Hoc anno Maximus imperator potitus est imperio. Is in Britannia natus est, atque inde contendit in Galliam.* Describebat, ni fallor, Socratem narrantem : *Illis fere temporibus, quibus hæc concilia Constantinopoli celebrabantur, Maximus ex Insula Britannia imperium invasit :* ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, etc. Μάξιμος ἐκ τῶν περὶ τὰς Βρετανίας μερῶν, ἐπανέστη τῇ ἀρχῇ. Socratem sibi testem adducebat Baronius probaturus, Maximum esse in Britannia natum. Socratis mentem explicavit Valesius reddens : *Maximus ex Britanniæ partibus profectus*, sed vox illa deest in Græco. Adjiciebam olim Maximum se venditasse ex Helenæ, Constantini matris, familia ortum. At quid Helenæ generis cum Hispanis? Monuit ergo me doctissimus Cuperus, cui hæc familiariter scripseram, errare auctorem Chronici Saxonici, orationem Maximi fabulis esse refertam, optimeque Valesium interpretari Socratem, cum asserit, Maximum ex Britanniæ partibus profectum esse. Et revera Zosimus ipsum Iberum appellat. Et ex Hispania cum Theodosio militaturus in Angliam advenerat, unde *exsul* appellatur. Rescribebat autem eruditissimus Cuperus non *seditione militum*, ut hic Prosper, sed *Insulanorum motu*, Maximum fuisse creatum imperatorem, quippe Latinus Pacatus narrat, id factum a *paucis Insulanis et exsulibus orbis*. Illi insulani et exsules fuerunt procul dubio Britanni : *et toto seclusos orbe Britannos*. Deinde asserit id evenisse *legionibus insciis*. Quæritur denique de perfidia ducum et defectione legionum. Rem aliter quidem refert Zosimus. Asserit enim, Maximum milites ad odium imperatoris excitasse, eo quod Alanos transfugas militum numero susceperat, et muneribus cohonestabat ; sed ea facile componi possunt : quippe insulani primo commoti fuere, deinde milites ea ratione adversus Theodosium commovit, ut plebis in eum studia promoverent. BASN.

[e] Haud scio, num præferenda sit Tyronis Prosperi lectio, quæ, Canisio judice, Merobaudem proditionis suspicione liberat. *Merobaude magistro militum* , etc. Confer Pacatum.

[f] Lugduni cæsum fuisse Gratianum, testatur Hieronymus coævus : Gratianus ab exercitu suo proditus, et ab obviis urbibus non receptus, ludibrio fuit hosti : *cruentatæque manus vestigia parietes tui*, *Lugdune, testantur.* Oratorio plane stylo hæc refert Hieronymus, ut solet. Rem, ut evenerat, narrat Socrates, summamque Andragathii perfidiam : is enim Maximi comes satellitibus suis præcepit, ut ubique divulgarent, imperatoris uxorem in lectica muliebri, quæ a mulis portabatur, vehi. Juxta urbem Galliæ Lugdunum occurrit imperatori fluvium transeunti. Ille uxorem suam esse credens, dolum minime præcavit : *Andragathius vero repente e vehiculo prosiliens Gratianum peremit.* Rejicienda igitur Zosimi narratio, qui diversa prorsus habet : vult enim Mauros equites ab imperatore discessisse, ab iisque conclamatum *Maximum Augustum*, deinde cæteros paulatim ad ejus partes transiisse, quod cum videret Gratianus, fugisse versus Alpes : Andragathium, e Ponto Euxino natum, ipsi peramicum, ut videbatur, cum equis laborum tolerantissimis, imperatoris pressisse vestigia, eumque Sigiduni pontem transiturum occidisse : Sigidunum autem, urbs Mœsiæ superioris, quantum a Lugduno distet, nemo nescit. BASN.

[g] Addunt Canisius et Basnagius Cæsarem. Mox in annis Valentiniani supputant uno minus, sive septem. Ita et Pontacus pridem excuserat : sed octo rescribi in curis posterioribus jussit.

[h] In Parmensi ms., *pervolavit.* Sequentia duo verba, *a Maximo*, a quo gladio addictus Priscillianus dicitur, apud Labbeum desiderantur.

[i] Ad subsequentem proxime annum Urbicæ supplicium Canisii et Basnagii editiones differunt.

[j] Iidem NOB. pro N. P. id est, *nobili puero*, legunt.

| *Romanorum.* | *Annis Domin.* | *Anni ab Abraham.* |
|---|---|---|
| Maximus tyrannus [a] a Valentiniano et Theodosio imperatoribus in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regiis, sistitur, et capite damnatur: cujus filius Victor [b] eodem anno ab Arbogaste interfectus est in Galliis. | | |
| 5 TIMASIO ET PROMOTO coss. | 392 | |
| Ithacius et Ursacius episcopi ob necem Priscilliani, cujus accusatores fuerant, Ecclesiæ communione privantur. | | |
| *Longobardi* [c], *eorum ducibus defunctis, primum sibi regem creaverunt Algelmundum Ajonis filium, qui regnavit annis* 33. | | |
| 6 VALENTINIANO IV ET NEOTERIO coss. | 393 | |
| *Signum in cœlo, quasi columna pendens ardensque, per dies 30 apparuit.* | | |
| *Theodosius venerabile Joannis Baptistæ caput ex vico Coslui Constantinopolim deportans, septimo ab urbe lapide in basilica, quam magno sumptu in ejus honorem erexerat, recondit.* | | |
| 7 TITIANO ET SYMMACHO coss. | 394 | |
| *Eugenius favore Arbogastis confisus, imperium sibimet usurpavit.* | | |
| 8 ARCADIO II ET RUFINO coss. | 395 | |
| Valentinianus ad vitæ fastidium nimia Arbogastis magistri militum [d] austeritate ductus, laqueo apud Viennam periit. | | |
| Arbogastes magister exercitus, mortuo Valentiniano, cujus exitu gravabatur, Eugenium in Galliis imperare facit. | | |
| *Romanorum XLIII THEODOSIUS, cum jam per 14 regnaret annos, regnat cum Arcadio et Honorio filiis, annis* 3. | | |
| 1 THEODOSIO III ET HABUNDANTIO coss. | 396 | 2410 |
| Honorium [e] pater suus Theodosius in eodem loco, quo fratrem ejus Arcadium Cæsarem fecerat principem, constituit, 17 ab urbe milliario, cum hora tertia tenebræ factæ sunt. | | |
| 2 ARCADIO III ET HONORIO II coss. | 397 | |
| Joannes monachus anachoreta clarus habetur, qui ornatus prophetiæ gratia Theodosium consulentem de eventu belli, quod adversus Eugenium movebat, victorem futurum prædixit. | | |
| 3 OLYBRIO ET CENSORINO coss. | 398 | |
| Theodosius Eugenium [f] vincit, et perimit. | | |
| Augustinus beati Ambrosii discipulus, multa facundia doctrinaque excellens, Hippone [g] Regio in Africa episcopus ordinatur. | | |
| Hoc tempore Claudianus poeta innotuit. | | |
| Theodosius imperator Mediolani moritur. | | |
| *Romanorum XLIV, ARCADIUS cum jam regnasset annis* [h] 12, *regnat cum fratre Honorio annis* 13. | | |
| 1 ARCADIO IV ET HONORIO III coss. | 399 | |
| Terræmotus per dies [i] plurimos fuit, cœlumque ardere visum est. | | |
| *Orosius Hispanus presbyter, vir eloquens et historiarum cognitor, claret.* | | |
| 2 CÆSARIO ET ATTICO coss. | 400 | |
| Flaccilla nata est Arcadio filia. | | |
| *Evagrius incredibilis abstinentiæ monachus, et in sacris litteris eruditus, apud Ægyptios habetur insignis.* | | |
| 3 HONORIO [j] IV ET EUTYCHIANO coss. | 401 | |
| ANASTASIUS XXXVII Romanæ Ecclesiæ episcopatum tenet annos 3, dies 21. | | |
| 4 MANLIO THEODORO VC. coss. | 402 | |
| Cum hoc consulatum inierat Eutropius Eunuchus, qui mox honore et vita exutus est. | | |
| 5 STILICONE ET AURELIANO coss. | 403 | |
| Gothi Italiam, Alarico et Rhadagaiso ducibus, ingressi [k]. | | |

## NOTÆ.

[a] Post mortem infandam Gratiani, Valentinianus metu perculsus pacem cum eo spoponderat. Theodosius ipse, legatis acceptis, imagines ejus tamquam in imperio collegæ, per Ægyptum deferri jusserat. Ea tamen mente, ut ubi sese offerret occasio, vindictam ob usurpatum imperium repeteret : quod factum anno 388, ejus ducibus ad Savum fluvium debellatis, ipso vero ad Aquileiam profligato. BASN.

[b] Verba *eodem anno* in plerisque aliis libris desiderantur.

[c] Tam isthæc, quam quæ subsequenti consulatu, Italico charactere distincta sunt, a Basnagio autem uncinis inclusa verba, in Parmensi ms. ut et apud Labbeum desiderantur.

[d] Parmens. ms., *audacitate.* In subsequente periocha, ubi dicitur, *cujus exitu gravabatur,* Pontacus male *exercitus,* pro *exitu* legerat.

[e] Tota hæc periocha a Parmensi ms. abest.

[f] Addit idem ms., *tyrannum.*

[g] Male Basnagius post Canisium, *Hippone regione,* pro *Regio.* Subsequente periocha plus habet Parmens. ms., *Claudianus insignis poeta.*

[h] Verius in Parmensi ms., *annis* 3, ex quo scilicet consors factus est imperii cum Theodosio patre.

[i] Hæc quæ consulibus Arcadio IV, etc., dein anno sequenti Cæsario, evenerunt, omittuntur in Chronico Labbeano. BASN. In Parmensi quoque ms. ea omnia desiderantur.

[j] Prævertunt hunc et subsequentem consulatus, cum annexis periochis, Canisius et Basnagius : sive hic Manlium memorant, cum Eutropii nece : subsequenti autem anno Honorium, cum Anastasii pontificatu : qui et dies 22 pro 21 supra annos tres sedisse, in Parmens. ms. dicitur.

[k] Errat Prosper : quippe Alaricus et Rhadagaisus alternis vicibus Italiam sunt ingressi, alterque jam fugerat, a Stilicone profligatus, cum eamdem iterato impetu tentavit Rhadagaisus. Advenerat in Italiam Alaricus anno 400, ut bene Prosper : et biennio post deletus est a Stilicone. De Rhadagaiso vero sic Isidorus æra 443 : *Anno imperii Honorii et Arcadii* 10, *rex Rhadagaisus, genere Scytha, cultu idololatriæ deditus barbaricæ immanitatis, ferocitate sævissimus, cum ducentis armatorum millibus Italiæ partes vehementi vastatione aggreditur, cujus exercitus a Stilicone duce Romano in montuosis Tusciæ locis circumclusus, fame potius quam ferro consumptus est, ipse postremum rex captus et interfectus est.* Habes hic annum, quo ingressus Italiam Rhadagaisus, nempe æræ Hispanicæ 443, qui incidit in annum æræ vulgaris 404. Nec objicias, hunc annum conciliare Isidorum cum anno 10 Honorii, qui fuit æræ vulgaris 403, quippe fallitur sæpius Isidorus, non quidem in computanda æra Hispanica, sed in ea concilianda cum annis im-

| *Romanorum.* | *Annis Domin.* | *Anni ab Abraham.* |
|---|---|---|
| 6 VINCENTIO ET [a] FRAVITTA COSS. | 404 | |
| Joannes Constantinopolitanus, et Theophilus Alexandrinus illustres episcopi habentur : sed utrumque obscuravit discordia, quæ eo usque processit, ut Joannes a Theophilo oppressus Pontum exsilio pergere cogeretur, cum tamen communionem ejus, maxima pars [b] eorum episcoporum, Romani pontificis exemplum secuta, servaverit. | | |
| 7 ARCADIO V ET HONORIO V COSS. | 405 | |
| Pollentiæ [c] adversus Gothos vehementer utriusque partis clade pugnatum est. | | |
| INNOCENTIUS XXXVIII Romanæ Ecclesiæ præest episcopus annis 15, mensibus 2, diebus [d] 21. | | |
| 8 THEODOSIO AUGUSTO ET RUMORIDO [*Al.* RIMORIDIO, *male*] COSS. | 406 | 2420 |
| Eudoxiæ [e] Arcadii uxoris statua super porphyricam columnam posita est. | | |
| 9 HONORIO VI ET ARISTETO COSS. | 407 | |
| Eudoxia uxor Arcadii diem clausit. | | |
| 10 STILICONE II ET ANTHEMIO COSS. | 408 | |
| Rhadagaisus in Thuscia multis Gothorum millibus cæsis, ducente exercitum Stilicone, superatus et captus est [f]. | | |
| 11 ARCADIO VI ET PROBO COSS. | 409 | |
| Vandali et Alani Gallias, trajecto Rheno, pridie kal. Januarias ingressi. | | |
| 12 HONORIO VII ET THEODOSIO II COSS. | 410 | |
| Constantinus [g] (ex infima militia ob solam speciem nominis) in Britannia tyrannus exoritur, et ad Gallias transit. | | |
| 13 BASSO ET PHILIPPO COSS. | 411 | |
| Arcadius imperator Constantinopoli moritur. | | |
| *Romanorum XLV HONORIUS cum Theodosio [h] fratris filio regnavit annis 16.* | | |
| 1 HONORIO VIII ET THEODOSIO III COSS. | 412 | |
| Vandali [i] Hispanias occupaverunt. | | |

## NOTÆ.

peratorum, ut optime notavit Pagius. Emendandus igitur Prosper circa annum, quo Italiam vastare cœpit Rhadagaisus; sed ipsi credere debemus in anno stragis et mortis, quas ad annum 405 refert. BASN.

[a] Olim *Fabricio* Pontacus legerat, quod et postmodum emendavit. Et *Fabritius* quidem hic scribitur in laterculo Fastorum ex Colbertina bibliotheca : *Fabricius* nusquam.

[b] Tacet in Parmensi ms. aliisque libris.

[c] Ita Pontacus secundis curis restituit, cum antea in libris plerisque aliis, tacito hic urbis nomine, legeretur : *Adversus Gothos vehementer utriusque potentiæ partis, clade*, etc. Basnagius ait : Quinque sunt hic notanda : primo reponenda est *Pollentia*, cujus loco apud Canisium legitur *potentia*. Ibi enim pugnatum est a Stilicone, cujus victoriam cecinit Claudianus :

O celebranda mihi cunctis Pollentia sæclis !

Fuit urbs illa Liguriæ ad Tanarum sita. Secundo nititur hoc Prosperi testimonio Baronius, ut probet Anastasium pontificem ad anni 402 mensem Aprilem, ejusque diem 27 vitam produxisse, quod reprehendit Pagius. Quippe vult obiisse Anastasium die 14 Decembris anni 401. Septem post dies Innocentium adiisse pontificatum, Prosperumque et Marcellinum errare, qui hoc anno Innocentii pontificatus initia assignent. Sed vereor ne erret criticus ille celeberrimus, dum scrupulose nimis dies computat, niti turque nimia cum fiducia catalogis pontificum aut similibus monumentis, quorum diversitas falsitatem aut novitatem probat : quippe qui catalogos circa dies, menses, immo et annos voluerit componere, incassum laboraverit, oleumque et operam perdiderit. Nos Prosperi vestigiis inhærentes, credimus Anastasium sedem occupasse annos 3, dies 21, ita ut die natali Christi 25 Decembris anni 401 obierit, ut bene Prosper. Innocentius vero pontifex fuit ordinatus mense Januario anno 402 : cumque sedem tenuerit annos 15, *menses duos et dies* 21, diem suum claudere debuit mense Martio desinente anni 417. Tertio observandum apud Labbeum assignari tantum annos 14 Innocentio primo, demptis diebus et mensibus. Ibi procul dubio mendum irrepsit, amanuensis incuria. Nec mirandum ; si enim consulas plerosque pontificum catalogos, quos criticæ suæ fronti apposuit Pagius, ibi sæpius reperias gravius peccasse, qui tantum 12 annos illi tribuunt. Quarto animadvertendum est, deesse in Chronico Labbeano omnia quæ hic narrantur sub consulatu tum Theodosii, tum Honorii septimo, usque ad hæc verba, *Rhadagaisus*, etc. Quinto denique, hoc anno Theodosius junior ab Arcadio creatus est Augustus, et anno sequenti consul factus est secundum morem usitatum. BASN.

[d] Cum Basnagii editione ms. quoque Parmensis dies 22 numerat.

[e] In Parmensi ms. tota isthæc periocha desideratur : alii libri *porphireticam* pro *porphiricam* dicunt.

[f] Male igitur Baronius in annum sequentem rejicit. BASN.

[g] Conclusa uncinis verba *ex infima militia ob solam speciem nominis* Parmensis ms. tacet, desiderantur etiam apud Labbeum. Et quidem (subdit Basnagius in notis) mihi desumpta videntur ex Beda, et hic aliena manu reposita ; sic enim ille : *Apud Britannias Gratianus municeps tyrannus creatur, et occiditur. Hujus loco Constantinus ex infima militia, propter solam spem nominis, et sine merito virtutis eligitur.* Occurrunt hic eadem verba, et emendari debet Prosperi textus. Non enim propter *speciem*, sed *spem* nominis, Constantini scilicet, electus est; faustum enim felixque nomen illud autumabant rebelles propter Constantinum magnum. Aliud etiam animadvertendum, quippe non hoc anno, ut Prosper narrat, sed sequenti in Galliam transmeavit, ibique Aquitanos præsertim in partes suas adduxit, filium in Hispaniam misit, qui debellatis Veterano et Didymo ducibus eos ad patrem adduxit, quo imperante necati sunt. BASN.

[h] Parmens. ms., *cum Theodosio filio*, minus recte.

[i] Vandalos ideo dictos tuetur Grotius, quia certis sedibus astricti non erant, sed vagi palabundique errabant, ideoque credi plerosque barbaros, qui tunc temporis in diversas imperii Romani provincias irruperunt, Vandalos fuisse dictos. Nititur Grotius etymologia nominis apud Germanos notissima. Et quidem prima hæc potuit esse ratio, qua multæ gentes, propriis sedibus relictis, in alias transeuntes, Vandalorum nomine indicantur ; sed forsan alia fuit etiam causa, quæ posterioribus sæculis saltem invaluit, nempe ferocitas morum his gentibus communis. Differebant quidem religione Hunni, Pagani, et Vandali Ariani ; sed eodem animo, ferro et igne provincias, quas ingrediebantur, vastabant. BASN.

| Romanorum. | Annis Domin. | Anni ab Abraham. |
|---|---|---|
| Attalus Romæ imperator factus, qui mox privatus regno, Gothis [a] cohæsit. | | |
| 2 FLAVIO VARRONE [b] VC. COS. | 413 | |
| Roma [c] orbis quondam victrix, a Gothis Alarico duce capta : et ob hoc solus fuit orientalium partium consul, quod et [*Al.* in] sequenti anno observatum est. | | |
| 3 THEODOSII [d] AUGUSTI IV CONSULATU. | 414 | |
| Constantinus per Honorii duces Constantium et Ulfulam, apud Arelatense oppidum victus et captus est, cujus filium Constantem in Hispania regnare orsum, Gerontius comes in Maximum quemdam tyrannidem transferens, interemerat. | | |
| 4 HONORIO IX ET THEODOSIO V coss. | 415 | |
| Maximo in Hispania regno ablato, vita est concessa, eo quod modestia [e] humilitasque hominis, affectati imperii invidiam non merebatur. | | |
| Gothi rege Ataulpho Gallias ingressi. Eodem tempore heros vir sanctus, et beati Martini discipulus cum Arelatensi oppido episcopus præsideret, a populo ipsius civitatis insons, et nullis insimulationibus noxius [*Al.* obnoxius], pulsus est : inque ejus locum Patroclus ordinatur, amicus et familiaris Constantii magistri militum, cujus per ipsum gratia quærebatur : eaque res inter episcopos regionis illius magnarum discordiarum causa fuit. | | |
| 5 LUCIANO [f] VIRO CLARISSIM. CONSULE. | 416 | 2430 |
| Hujus collega in consulatu fuit Heraclianus, qui novarum in Africa rerum reus, et honorem amisit et vitam. | | |
| Burgondiones partem Galliæ propinquantem Rheno obtinuerunt. | | |
| Jovinus [g] et Sebastianus fratres, in Gallia regno arrepto, interempti. | | |
| Hac tempestate Pelagius Brito dogma nominis sui contra gratiam Christi, [h] Cœlestio et Juliano adjutoribus, exeruit, multosque in suum trahit errorem, prædicans, unumquemque ad justitiam voluntate propria regi, tantumque accipere gratiæ, quantum meruit : quia Adæ peccatum ipsum solum læserit, nec posteros ejus obstrinxerit. Unde et volentibus possibile sit omni carere peccato, omnesque parvulos tam insontes nasci, quam primus homo ante prævaricationem fuit : nec ideo baptizandos, ut peccato exuantur, sed ut sacramento adoptionis honorentur. | | |
| 6 CONSTANTIO [i] V.C. CONSULE. | 417 | |
| Attalus Gothorum consilio et præsidio tyrannidem resumit in Gallia. | | |
| 7 HONORIO X ET THEODOSIO VI coss. | 418 | |
| Attalus a Gothis ad Hispaniam migrantibus neglectus, et præsidio carens capitur, et Constantio [j] Patricio vivus offertur. | | |
| Ataulphus a quodam suorum vulneratus interiit : regnumque ejus, Vuallia, peremptis qui idem cupere [k] intelligebantur, invasit. | | |
| 8 THEODOSIO VII ET PALLADIO coss. | 419 | |
| Placidiam Theodosii imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, quamquam Athaulphus conjugem habuerat, Vuallia pacem Honorii expetens reddidit, ejusque nuptias Constantius promeretur. | | |
| ZOSIMUS XXXIX Romanæ Ecclesiæ episcopatum suscipit anno uno, mensibus 9, [l] die | | |

## NOTÆ.

[a] Ita et Parmens. ms. et Labbe : Basnagius autem *cessit*, quæ, inquit, Canisiana lectio præferri debet. Quippe sic Orosius de Attalo : *In hoc Alaricus imperatore facto, infecto, refecto, ac defecto citius his omnibus actis pene quam dictis, primum risit, et ludum spectavit imperii.* Quippe *Gothi Attalum una die tamquam imperatorem fecerunt procedere ; altera servi schemate ministrare.* Oros. l. VII, c. 1, 12.

Monendum est hoc anno 409 tribui consulatum Constantino. Viderat magnus Scaliger Epitaphium Eusebiæ, insculptum lapidi qui Augustæ Trevirorum servabatur, ex quo probabatur, Honorium et Constantinum fuisse consules anno 409, quo illa obierat. Quæro, inquit Scaliger, quis sit *iste Constantinus, Honorii collega in VII consulatu? Scio in promptu esse commune et usitatum perfugium illum Constantinum fuisse suffectum, mihi vero ita non videtur.* De Em. Temp. l. v p. 516. Facile nodus solvitur : In Galliis se consulem dixit et fecit Constantinus Tyrannus, qui tunc ibi dominabatur, sed ejus nomen non appositum est in monumentis publicis, quæ sequebatur Prosper. BASN.

[b] Tacet Basnagius notas VC. Alii codices addunt *et Tertullo*, quod non usque adeo improbarim.

[c] Verba *orbis quondam victrix*, Parmensis ms. non agnoscit.

[d] Alia orationis serie in Parmensi ms. *Theodosio Aug. IV consulatu suo Constantius* (pro *Constantinus*) *per Honorii duces Constantium et Ulfulam apud Athelanense oppidum*, etc.

[e] Minus integre post Canisium Basnagius, *modestia humilitatis affectati*, etc.

[f] Auctores alii, et quot scio Fasti consulares *Lucium*, non *Lucianum* vocant.

[g] Perperam in Canisii editione *Jovius*. Quippe, ait Basnagius, Jovinus fuit nomen Tyranni, qui Moguntiæ anno 411, imperator factus est et fratrem Sebastianum collegam in imperio sibi fecit. Sed et distinguenda sunt tempora, neque enim eodem anno ac imperium usurpavit, necatus est Jovinus et Sebastianus : sed ipsi in Gallias transiverunt; ibi Ataulfi proditione in Honorii manus incidentes Lucio consule, h. e. anno 413, pœnam capitis dederunt. BASN.

[h] Atque hoc minus recte Canisiana editio, *Cœlestino et Juliano auditoribus.*

[i] Ita et Fasti Idaciani, et veteres plerique omnes libri vocant. Maluit tamen cum Canisio suo Basnagius, *Constantino Vero consule.* Vide Fastos Relandi.

[j] Tacet Parmens. ms. *Patricio.*

[k] Apud Labbeum *idem cupere intelligebant.*

[l] Alias uno die minus, sive *octo.* Labbeus autem *annis tribus* legit. Basnagius ait : Peccatur in utroque exemplari in assignandis annis Zosimi ; quippe constat Innocentium Primum pontificem obiisse die duodecimo Martii, anni Christi 417. Vacavit sedes tantum sex diebus, et die decima octava Martii, quæ fuit Dominica, ordinatus est Zosimus, qui jam pontifex Paschale festum celebravit. Erravit ergo Prosper, qui anno 419 hujus pontificis assignat initia. Sed multo deterius peccatur in Labbeano codice, in quo tres anni dantur Zosimo; quippe obiit anno 417, sedemque occupavit *annum unum, menses novem ;* obiit scilicet ille mense Decembri. De dierum numero controvertitur; codices enim aliquot, ut Canisianus, 8 dies, alii novem assignant, et quidem melius, cum Zosimus diem suum clauserit 26 Decembris. BASN.

| *Romanorum.* | *Annis Domin.* | *Anni ab Abraham* |
|---|---|---|
| bus 9. Quo tempore Pelagius jam a pontifice Innocentio prædamnatus, [a] Afrorum vigore, et maxime Augustini episcopi scientia resistebatur | | |
| 9 Honorio XI et Constantio II coss. | 420 | |
| Honorius triumphans Romam ingreditur, præeunte currum ejus Attalo, quem Liparæ vivere exsulem jussit. | | |
| 10 Honorio XII et Theodosio VIII coss. | 421 | |
| Hoc tempore [b] Constantius servus Christi ex vicario Romæ habitans, et pro gratia Dei Pelagianis devotissime resistens factione eorumdem multa pertulit, quæ illum sanctis confessoribus sociaverunt. | | |
| Concilio apud Carthaginem habito 217 [c] episcoporum, ad papam Zosimum synodalia decreta perlata, quibus probatis, per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est. | | |
| Valentinianus [d] Constantii et Placidiæ filius, nascitur VI nonas Julias. | | |

## NOTÆ.

[a] Interserunt hic alii libri *ei* pronomen.

[b] Prosperum errasse putat Garnerius, præf. et not. in Mar. Merc., quod asserit Constantium a Pelagianis passum Romæ ann. 418, cum tamen ille sanctus laicus contra Pelagianos *sine scriptura* rem gesserit, priusquam vel Hieronymus, vel Augustinus scriptis pugnarent; pugnarunt vero jam sancti doctores inde ab anno 412. Levi sane conjectura, quippe potuit Constantius laicus in Pelagianos primus insurgere ante annum 412, et multa pati ab iis anno 418, ita ut per sexennium duraverit pugna qua confessoris titulum obtinuit. Non igitur eo argumento derogari potuit fides Prospero. Hunc Constantium *ex-vicarium* dicit Garnerius, hoc est rusticanum; sed fallitur, quippe Romæ degebat Constantius, Italiæ præfectorum assessor, ut notavit Palladius in Historia Lausiaca. Hoc potius ex Garnerio debet observari, tres hæreses hoc sæculo natas non ab Ecclesiasticis, sed a laicis primum fuisse profligatas. Primus pugnavit adversus Pelagianos Constantius. Prosper et Hilarius, laici, adversus Semipelagianos; et Eusebius, tunc temporis scholasticus, qui obtestationem suam contra Nestorianos errores ad valvas ecclesiæ affixit, eorumque venenum revelavit. Basn.

[c] Verius habet codex Parmensis 214. Basnagius ait: Vexatissimus est hic locus : primo, ut majorem Zosimo conciliet auctoritatem, quidam legendum putavit : *A pontifice Zosimo synodalia decreta sunt prolata, quibus probatis, per totum mundum Hæresis Pelagiana damnata est.* Fatetur Garnerius, hæc verba aliquam *vim pati*, vel potius inferre, genuinæ Prosperi sententiæ; sed tuetur ea cum vera rerum Historia cohærere. At non licet verba pro libitu immutare. Eadem leguntur in Chronico Hieronymi, nec Sicardus ea depravandi ullam habuit rationem, quippe ea cum Historica veritate facile conciliabuntur. Textus emendari tantum debet circa numerum episcoporum in concilio congregatorum, quippe non 217, sed 214 tantum fuerunt, ut ferebat Labbeanus codex. Secundo suspicione laborat Prosper apud theologos, utpote qui et Patribus Africanis supremas in damnatione Pelagianorum tribuat partes; cum Zosimo pontifici potius debeantur. Degebat hoc anno 418 Ravennæ imperator Honorius, ibi rescriptum edidit, quo Pelagiani Roma exsulare jubebantur. Datum illud rescriptum die 30 Aprilis, seu pridie kal. Maias. Quæritur, an id fuerit actum auctoritate Zosimi, an concilii Africani, cujus decreta ad Zosimum pervenerant, ab eoque fuerant probata. Posterius confirmat Prosper; sed obstare videtur tum reverentia erga pontificem, tum tempus concilii Carthaginensis; cum enim congregatum fuerit 21 Martii, et ad calendas Maias fere prorogatum, non potuerunt ejus litteræ Romam nec Ravennam pervenire, antequam imperator legem suam adversus Pelagianos sanxisset. Ut Prosper ab omni suspicione vel erroris, vel nimii erga Africanos studii liberetur, observari debet, non unam, sed binas hoc anno habitas in Africa synodos circa Pelagianorum causam, quarum prior convocata fuit post Natalitia Christi, A urgebat enim res : ea vero synodus aliam indixit ad 21 Martii, quo tempore legatum ab ea missum Roma reversurum sperabatur cum responsis Zosimi. Id probat ipse Prosper, apud quem legebatur olim post hæc verba, Placidiæ filius nascitur V nonas Julias : *Carthaginis concilium contra Pelagianos.* Postremas voces eraserunt amanuenses imperiti, quod sibi fingerent, eadem bis repeti, ut notavit eminentissimus Norisius; at illa *cum vera historia cohærent*, cum dua habita sint concilia. Rem confirmat Augustinus, rerum Africanarum sui temporis peritissimus : *Item papæ Zosimo de Africano concilio scriptum est, ejusque rescriptum ad universos totius orbis episcopos missum est, et quod posteriori concilio plenario totius Africæ contra ipsum errorem constituimus, hæc omnia misimus vobis.* Vides binas synodos indicari, alteram Africanam ab Augustino dictam, quæ rescripta sua transmiserat ad Zosimum, antequam *plenaria totius Africæ* fuisset congregata. Zosimus ipse litteras suas B direxit : *Aurelio ac cæteris, qui in concilio Carthaginensi affuerunt.* Datæ sunt illæ litteræ 21 Martii, finito jam altero sive priori concilio; quippe Zosimus ad secundum non potuit scribere, si inchoatum versus Martii finem, ad kalendas Maias usque perseveravit. Id postulat denique Historiæ Pelagianæ series: quippe Marcellinus, Ecclesiæ Carthaginensis subdiaconus, synodi litteras detulit ad Zosimum, et medio Martio Romam advenit. Fuerunt igitur litteræ illæ prioris alicujus synodi Carthaginensis; in qua Aurelius et cæteri præsules Africani *affuerant.* Sublata hac difficultate, patet, impellentibus potissimum Africanis, Honorium rescriptum imperiale protulisse. Sic Prosper in carminibus suis de Ingratis Africam compellat circa Pelagianos, ab eo damnatos et profligatos :

> Convenere tui de cunctis urbibus almi
> Pontifices; geminoque... celeberrima cœtu
> Decernis, quod Roma probet, quod regna sequantur.

C Et Honorius ipsi scripsit Aurelio, clementiam suam, dum ex urbe expulerat Pelagianos, *secutam esse judicium Sanctitatis ejus.* Commoverat igitur imperatorem Aurelii et Africanorum auctoritas, eorumque impulsu potissimum rescriptum suum promulgaverat adversus Pelagianos. Sicque ratum et fixum habetur, quod Prosper narrat in Chronico. Nec tamen spreta fuit auctoritas summi pontificis, cum quo acta sua adversus Pelagianos communicaverant Africani, ut calculo suo firmaret. Sed neminem latet, Zosimum aliquatenus propendisse in partes Cœlestii, a quibus removeri non ita facile passus est. Monitus ab Africanis, rescripsit die 2 Martii omnia adhuc in integro esse : elapsi sunt aliquot dies, antequam Cœlestius causam dicere cogeretur, et sibi conscius urbe fugeret, et Zosimus ipsum damnaret. Nil mirum igitur, si, inscio pontifice, datum sit rescriptum imperatorium 30 Aprilis, vel saltem si priores hujus damnationis tribuantur partes Africanis, quibus res cordi fuit, ut testatur Prosper, et alii negant. Basn.

[d] Reponenda Valentiniani natalitia anno sequenti, ut Marcellinus et Idacius ferunt. Discrimen etiam

*Romanorum.* — *Annis Domin.* — *Anni ab Abraham*

BONIFACIUS XL Romæ episcopatum tenet annis 3, mensibus 8, diebus 6 [a].

11 MAXIMO ET PLINTA coss. 422

Constantius pacem firmat cum Vuallia, data ei ad habitandum Aquitania [b] secunda, et quibusdam civitatibus confinium provinciarum.

12 THEODOSIO, IX CONSTANTIO III coss. 423

Constantius ab Honorio in consortium [*Al.* consortem] regni assumitur.

Hieronymus presbyter moritur anno ætatis suæ 91 pridie calendas Octobris [c].

13 AGRICOLA ET EUSTATHIO coss. 424

Constantinus imperator moritur [d].

14 HONORIO XIII ET THEODOSIO X coss. 425

Hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est, cui Castinus dux fuit, qui Bonifacium virum bellicis artibus præclarum inepto et injurioso imperio, ab expeditionis suæ societate avertit. Nam ille periculosum sibi atque indignum ratus eum sequi, quem discordem superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum urbis, atque inde ad Africam proripuit, idque reipublicæ multorum laborum initium fuit.

15 MARINIANO ET [e] ASCLEPIODOTO coss. 426 — 2440

Placida Augusta a fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Honorio et Valentiniano filiis proficiscitur.

16 COELESTINUS XLI Romanæ Ecclesiæ præsidet episcopus annis 9, [f] mensibus 10, diebus 17. 427

*Longobardorum II regnavit Lamissus meretricis filius annis* 3.

Honorius moritur, et regnum ejus Joannes occupat, connivente ut putabatur [*Al.* putatur] Castino, qui exercitui magister militum præfuit.

*Romanorum XLVI, THEODOSIUS regnavit annis* 30.

1 CASTINO ET VICTORE coss. 428

Theodosius Valentinianum, amitæ suæ filium, Cæsarem facit, et cum Augusta matre sua ad recipiendum occidentale mittit imperium: quo tempore Joannes dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello reposcit, ad defensionem sui infirmior factus est.

2 THEODOSIO XI ET VALENTINIANO coss. 429

Placidia Augusta et Valentinianus Cæsar mira felicitate Joannem tyrannum opprimunt, et regnum victores recipiunt, data venia Aetio, quod Hunni, quos per ipsum Joannes acciverat, ejusdem studio ad propria reversi sunt. [g] *Castinus autem in exsilium actus est, quia videbatur, Joannem sine conniventia ipsius regnum non potuisse assumere.*

Valentinianus decreto Theodosii Augustus appellatur.

Arelas nobile oppidum Galliarum a Gothis multa vi oppugnatum est, donec, imminente Aetio, non impuniti abcederent [*Al.* discederent].

3 THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II [h] coss. 430

Patroclus [i] Arelatensis episcopus, a tribuno quodam barbaro multis vulneribus laniatus,

## NOTÆ.

occurrit in diebus, dum alii VI, alii V nonas assignant. Sed levissima disputatio de die. Constat, Valentinianum anno 425 creatum fuisse Augustum, eumque tunc temporis septennem. BASN.

[a] Minus recte habet Canisii editio *mensibus* 9, ademptis diebus. Basnagius ait: Crimen Prospero fecit Garnerius, quod Bonifacium iniisse pontificatum anno sequenti scripserit. Non viderat ille Canisianam editionem, aut præjudiciis abreptus adversus Prosperum, eam neglexerat: quippe assignatur initium pontificatus Bonifacii anno 418, coss. Honorio XII, et Theodosio VIII. Sed in sequentem annum rejicitur in Labbeano exemplari, in quo hæc adjiciuntur: *Hoc tempore fuit tertium schisma, Eulalio antipapa per Honorium Cæsarem ejecto, quod duravit annis duobus.* De hoc tertio schismate consulatur Anastasius in Bonifacio. Quot annis sedem occupaverit, controvertitur. In Labbeano codice tribuuntur anni 4, demptis mensibus. Anastasius numerat annos tres, menses 4, dies 13; Garnerius annos quatuor, menses decem, exceptis diebus tribus. Sed hoc calculo ademptum Cœlestino annum queritur Pagius, et merito. Ordinatus est Bonifacius 29 Decembris anni 418, obiit 4 Septembris ann. 423. Sic supersunt tantum anni tres, menses octo, dies septem. Pagi Crit. BASN.

[b] Neque Parmensis ms. neque editi libri alii addunt *secunda*.

[c] Controversiam movet Garnerius adversus Prosperum, eo quod eodem anno collocavit Hieronymi obitum et Constantii assumptionem in consortium regni. Equidem constat, Constantium imperatorem factum anno sequenti. Sed quot annos vixerit Hieronymus, dubitatur. Auctor ejus Vitæ, quam edidit Mabillonius Annal. Eccl. tom IV, illum vixisse tantum 87 annos, 6 menses asserit. Prosper vero ejus vitam tres annos producit; anno quippe 91 mortuum dicit Gennadius, quem prioris vitæ abbreviatorem facit

A Mabillonius, anno ætatis 90 animam exhalasse testatur. Alius vero mortem illam anno imperii Theod. junioris 12, alius 14 assignat, quæ nullatenus conveniunt. In tanto sententiarum discrimine, Prosperi sententiam sequimur, qui Hieronymum ann. 420 (æræ vulgaris), 31 Septembris obiisse, et 90 annis vixisse asserit; quippe si a consulatu Ablavii, quo nativitatem Hieronymi refert Prosper, anno 331 numeres ad annum 420, effluxerunt tantum 90 anni, postremo nondum completo, sicque legendum ubi vel 91 vel 95 occurrunt. BASN. Dicemus hac nos de re pluribus in S. Doctoris Vita. Parmensis ms. annorum numerum non exprimit, vacuo ibi interjecto spatio.

[d] Cum regnasset tantum per septennium. BASN.

[e] Male apud Canisium et Basnagium *Asclepiodoro*.

[f] Tacet Canisiana editio menses et dies. Parmensis autem ms. solos octo in dierum numero supputat. Et Basnagius ait: Addendi menses decem, dies octo vel novem, cum obierit anno 432, decimo octavo die

B Julii. Errat quippe Prosper, qui initia pontificatus Cœlestini ad ann. 423 refert, cum anno præcedenti inceperit. Vide Pagium ad ann. 432. Quæ sequuntur de Lamissi regno triennali, desunt in Labbeana editione. BASN. Eadem et in Parmensi ms. periocha desideratur.

[g] Aberant etiam a Parmensi ms. hæc quæ Italico charactere distinguimus. Assuta autem sunt postea paulo aliis verbis, *quia impossibile videbatur, Joannem sine comitiva ipsius regnum potuisse præsumere.*

[h] Parmensis ms. *et Valentiniano Augusto* II.

[i] In codice Pithœano legitur: *Patroclus Arelatensis episcopus infami mercatu sacerdotia vendere ausus.* Credidit Salmasius, contra ideo erexisse Patroclum, turbasque de primatu Ecclesiæ Arelatensi vindicando concitasse, impulsum constitutione Honorii et Theodosii, tunc temporis data, qua in civilibus Arelate metropolis septem provinciarum constituebatur. Sed fallitur Salmasius, quippe jam anno, vel saltem

*Romanorum.* — *Annis Domin.* — *Anni ab Abraham*

occiditur, quod facinus ad occultam jussionem Felicis magistri militum referebatur, cujus impulsu creditus est [*Al.* traditur] etiam Titus diaconus vir sanctus Romæ pecunias pauperibus distribuens, interfectus.

4 Hierio et Ardabure coss. — 431

Bonifacio, cujus potentia gloriaque in Africa augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, qui ad Italiam venire abnuerat, publico nomine illatum est, ducibus Mavortio et Galbione et Sinoce, cujus proditione Mavortius et Galbio, cum Bonifacium obsiderent, interempti sunt: moxque ipse a Bonifacio [a] dolo detectus occisus est. Exinde gentibus, quæ uti navibus nesciebant, dum a concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum est, bellique contra Bonifacium cœpti in Sigisvultum comitem cura translata est.

Gens Vandalorum ab Hispaniis ad Africam transiit.

5 Felice et Tauro coss. — 432

Nestorius Constantinopolitanus episcopus [b] novum Ecclesiis molitur errorem inducere, prædicans Christum ex Maria hominem tantum, et non Deum natum, eique divinitatem collatam esse pro merito.

Huic impietati præcipua Cyrilli Alexandrini episcopi industria, et Papæ Cœlestini repugnat auctoritas.

Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci possidendam occupaverunt, Aetii comitis armis recepta.

6 Florentio et Dionysio coss. — 433

Felice ad patritiam dignitatem provecto, Aetius magister militum factus est [c].

Agricola Pelagianus, Severiani episcopi Pelagiani filius, Ecclesias Britanniæ [d] dogmatis sui insinuatione corrupit, sed ad actionem Palladii diaconi papa Cœlestinus Germanum Antisiodorensem episcopum vice sua mittit, ut deturbatis hæreticis Britannos ad catholicam fidem dirigat.

7 Theodosio XIII et Valentiniano III coss. — 434

Aetius Felicem cum uxore sua Padusia, [e] et Grunnitum diaconum eos insidiari cum præsensisset, interemit.

Augustinus [f] episcopus per omnia excellentissimus moritur v kalendas Septembris, libris Juliani, inter impetum obsidentium Vandalorum, in ipso dierum suorum fine, respondens, et gloriose in defensione Christianæ gratiæ perseverans.

8 Basso et Antiocho coss. — 435

Congregata apud Ephesum plus ducentorum synodo sacerdotum, Nestorius cum hæresi nominis sui, et cum multis Pelagianis, qui cognatum sibi dogma juvabant, damnatur.

Ad Scotos in Christum credentes ordinatur a papa Cœlestino Palladius, et primus episcopus mittitur.

9 Aetio et Valerio coss. — 436 — 2450

Romanæ Ecclesiæ XLII præficitur episcopus SIXTUS [g] annis 8, diebus 19, totius orbis pace et consensione mirabili.

Bonifacius [h] ab Africa ad Italiam per urbem venit, accepta Magistri militum dignitate, qui cum sibi resistentem Aetium prælio superasset, paucos post dies morbo exstinctus est. Aetius vero cum deposita potestate in agro suo degeret, ibique eum quidam inimicus ejus repentino incursu opprimere tentasset, profugus ad urbem, atque illinc ad Dalmatiam, deinde Pannoniam ad Hunnos pervenit: quorum amicitia, auxilioque usus pacem principum, [i] et jus interpollatæ potestatis obtinuit.

## NOTÆ.

aliquot mensibus ante constitutionem promulgatam, dederat pontifex Zosimus litteras, quibus probatur, jam fuisse controversiam de sede Arelatensi, qua imperium in vicinas Ecclesias sibi vindicare conabatur. Obiit igitur Patroclus, multiplici ratione præsulibus Gallis molestus. Ideoque Proculus Massiliensis de cæde in Patroclum facta exsultavit, et Deo benedicere visus est. Basn.

[a] In aliis libris *doli detectus*.

[b] Mortuo Sisinnio anno 427, dissidenteque tum clero, tum plebe, circa electionem successoris, Theodosius Nestorium evocavit ex Antiochia. Constantinopolim advenit anno 428; hoc tamen anno errorem non aperuit, sed sequenti tantum: attamen Dorotheum Anastasiumque errantes, vel toleraverat, vel impulerat. Basn.

[c] Male in Parmensi cod. ut et Canisiana editione, *factus est ex agricola*. Tum subsequento paragrapho, *Pelagianus Severiani* (al. *Saveriani*), etc.

[d] Apud Canisium, *Hyberniæ:* pro *Britanniæ:* tum minus certe recte, *insimulatione* pro *insinuatione:* denique *actione Palladii* pro *ad actionem*, etc. Mox Parmens. ms. *vices suas mittit*, etc.

[e] Canisii, eademque Basnagii editio *Egrumitium* uno verbo.

[f] Erravit igitur Marcellinus, qui anno præterito jam ad superos evolasse B. Augustinum scribit; nondum enim a Vandalis cincta fuit obsidione civitas Hipponensis anno 429. Nec indicta synodus Ephesina, ad quam ab imperatore vocatus Augustinus, morte præventus, adesse non potuit. Peccat etiam doctissimus Cave circa annos ejus episcopatus, quos triginta quinque tantum recenset; cum Possidius illos ad quadraginta proferat. Vixit igitur Augustinus ad 76 usque annum, quem non complevit, et 40 in episcopatu perseveravit. Fuit annus ille viris celeberrimis infaustus; quippe diem clausit tum Aurelius Carthaginensis, tum Alypius Tagastensis, cum Augustino primum Manichæus, cum eo ad fidem conversus, et baptismalibus undis tinctus, cum eo Pelagianis infensissimus. Mitto quæ de Augustini corpore, apud eos sepulto, venditant Augustiniani monachi Ticinenses. Nituntur lapide, cui insculptum fuit nomen *Agostino*, quem eumdem cum Hipponensi præsule sibi fingunt. Lapis ipse, cui nomen inscribebatur, confractus in pulverem abiit, ubi primum e loco commotus est. Consulatur hac de re vir eruditissimus D. Montfaucon, in Diario Italico, a quo hæc hausimus. Basn. Vide quam scripsit S. Patris Vitam Possidius cap. 31.

[g] Annos, et dies Canisiana editio tacet. Quæ sequuntur reliqua periochæ verba, ad subsequentem paragraphum initio referebat, quæ Basnagius, utpote ibi parvum, aut nullum sensum fundentia, delevit. In aliis libris pro *orbis* est *urbis*, et *confessione* pro *consensione*.

[h] Eadem editio verbis *ab Africa* prætermissis, legit *ad Italiam pervenit in urbem*.

[i] Atque hoc perperam in eadem editione, *Aetius* pro et *jus*, tum *interpellatæ* pro *interpolatæ*.

| Romanorum. | Annis Domin. | Anni ab Abraham |
|---|---|---|
| 10 Theodosio [a] XIV et Maximo coss. | 437 | |
| *Maxima [b] urbis regiæ pars septentrionalis per tres dies continuos* [Al. *continuo*] *incensa collapsaque est mense Augusto.* | | |
| *Joannes monachus cognomento Cassianus Massiliæ, insignis et facundus scriptor habetur.* | | |
| 11 Aspare et Ariobinda coss. | 438 | |
| 12 Theodosio XV et Valentiniano IV coss. | 439 | |
| Pax facta cum Vandalis, [c] data eis ad habitandum per Trigetium Africæ portione, III idus Februarii, Hippone. | | |
| Eodem tempore Gundicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius bello [d] obtrivit, pacemque ei supplicanti dedit, qua non diu potitus est. Siquidem illum Hunni cum populo suo atque stirpe deleverunt. | | |
| 13 Isidoro et Senatore coss. | 440 | |
| Gothi pacis placita perturbant, et pleraque municipia sedibus vicina suis occupant, Narbonensi oppido maxime infesti : quod cum diu obsidione et fame laboraret, per Littorium comitem ab utroque periculo liberatum est. Siquidem per singulos equites binis tritici modiis advectis, strenuissime et hostes in fugam vertit, et civitatem annona implevit. | | |
| 14 Aetio II et Sigisvulto coss. | 441 | |
| Bellum adversus Gothos, Hunnis auxiliantibus, geritur. | | |
| Geisericus rex Vandalorum intra habitationis suæ limites volens catholicam fidem Ariana impietate subvertere, quosdam nostrorum episcoporum [e] eatenus persecutus est, ut eos privatos jure basilicarum suarum, etiam civitatibus pelleret, cum ipsorum constantia nullis superbissimi regis terroribus cederet. | | |
| Valentinianus Augustus ad Theodosium principem Constantinopolim proficiscitur, filiamque ejus in matrimonium accipit. Eodem anno piraticam Barbarorum fœderatorum desertores exercuerunt. | | |
| Per idem tempus quatuor Hispani viri, Arcadius, Probus, Paschasius, et Eutychius, dudum apud Geisericum merito sapientiæ et fidelis obsequii clari habebantur : quos rex, ut copulatiores sibi faceret, in Arianam sectam transire præcepit. At illi [f] hoc facinus constantissime respuentes, excitato in rabidissimam iram Barbaro, primum proscripti, deinde in exsilium acti, tum atrocissimis cruciati suppliciis, ad postremum diversis mortibus interempti, illustri martyrio mirabiliter occubuerunt [g]. | | |

## NOTÆ.

[a] Deerat in Pontacena editione numeralis nota xiv consulatus, quam ex Parmensi ms. aliisque libris suffecimus.

[b] Absunt hæc Italicis litteris descripta a Parmensi ms. quæ Basnagius uncinis inclusit. Labbeus quoque prætermisit, cujus tamen codex eorum loco habebat :

Colliguntur omnes anni usque ad consulatum Theodosii xiv et Maximi.

A 15 Tiberii anno, et passione Domini, anni 406.

Ab instauratione templi sub Dario, anni 954.

Ab olympiade prima, et Isaia propheta, anni 1210.

A Salomone, et prima ædificatione templi, anni 1466.

A Moyse, et Cecrope, rege Atticæ, 1990.

Ab Abraham, et regno Nini et Semiramidis, anni 2450.

A diluvio autem usque ad Abraham, anni 1071.

Ab Adam usque ad diluvium, anni 2242.

Sunt itaque ab Adam usque ad tempus suprascriptorum consulum quinque 763.

[c] in Parmensi ms. compendiariis notis, *per triennium in loco Africæ portione Hypone*. Labbeus legebat *per Trigetium Africæ portione, Hippone :* alii *per Trigetium in loco Africæ, Hippone*. Quæ lectiones (inquit Basnagius) præferri debent Canisianæ isti, *per triennium a loco Africæ portione Hippone*. Neque enim per *triennium* tantum assignata fuit Genserico illa Africæ portio, sed ei concessa, ut pax restauraretur, binis ipsi impositis conditionibus, ne quid ulterius invaderet Gensericus, et Hunnericum filium obsidem daret. Firmata pace, Hunnericus ad patrem reversus est, et Gensericus conditionem Sacramento obsignatam violavit. Trigetius igitur fuit Legatus Romanorum, qui de pace cum Vandalis egit ea conditione, ut pars Africæ illis cederet, altera Romanis subdita remaneret. Idem Trigetius fuit cum Leone pontifice ad Attilam missus : *Ut pax truculentissimi regis expeteretur, suscepit hoc negotium cum viro consulari Abieno, et viro præfectorio Trigetio, beatissimus papa Leo, auxilio Dei fretus, quem sciret numquam priorum laboribus defuisse*, ut narraturus est ipse Prosper ad annum 452. Vandalorum autem pax, hic indicata, sancita fuit in Hipponensi civitate, quam occupaverant, dum ad Superos abiret Augustinus. Basn. Omnium itaque rectissime impressa lectio habet.

[d] Alii legunt *obtinuit*. Sed melius *obtrivit*. At paulo accuratius sunt distinguenda, quæ uno tenore, quasi eodem tempore transacta recenset Prosper. Duplici enim certamine pugnatum est ab Aetio adversus Burgundiones, qui Belgicam provinciam invaserant. In priori profligati sunt illi rebellantes, in posteriori vero cæsa sunt viginti millia : vel, ut loquitur alius Prosper, *universa pene gens fuit deleta*. Denique anno sequenti, nempe 436, Gundericus rex ab Hunnis cæsus est. Basn.

[e] Quorum Possidius et Novatus, ac Severianus clariores erant. Labbe. Novatus, Sitifensis antistes, Augustino superstes fuit, et sub Genserico potuit martyrio coronari. Possidius vero D. Augustini vitam scripsit, et fuit Calamensis episcopus. Basn.

[f] Canisiana editio *hoc* tacet, mox *rapidissimam* legit pro *rabidissimam*.

[g] Hos martyres ut Vandalicæ persecutionis primitias venerantur Hispani, eosque tamquam contribules sibi vindicant.

> Africa primitias dedit Vandalica Christo
> Martyribus quinque, quos et Iberia tulit.
> Toleti Arcadius nascens, Salmantica Probum,
> Paschasium, Eutychium protulit ipsa suos :
> Hos sequitur puer Ultronius Paulillus et ipse
> Sanctorum frater, absque timore pugil ;
> Gensericus eis crudelis barbara divis
> Supplicia inflixit quo fides alma cluit.
> Clauditur hoc igitur sanctum cujusque sepultum
> Corpus sarcophago, mens at in astra volat.

Horum martyrum celeberrimus fuit Arcadius, cæteris opulentior, et ad quem epistolam hortatoriam direxit Honoratus Antonius, episcopus Constantinæ urbis. Sunt, fateor, ne Mirreo quidem excepto, qui Honoratum ab Antonino distinguant, tamquam diversos plane scriptores. Sed unus idemque fuit episcopus, et auctor epistolæ ad Arcadium, quæ etiam nunc superest. Constantina autem fuit Cirta. Errat vir doctus, qui eam Nicephorium appellatam credidit, ob insignem ab Alexandro Magno ibi reportatam

| Romanorum. | Annis Domin. | Anni ab Abraham |
|---|---|---|

Puer autem Paulillus nomine, frater Paschasii, et Eutychii, pro elegantia formæ atque ingenii admodum regi acceptus, a professione atque amore catholicæ fidei cum nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus, et ad infamem servitutem damnatus est : nec ideo, ut apparet, interfectus, ne superata sævitia impii regis etiam illa ætas gloriaretur.

15 THEODOSIO XVI, FAUSTO coss. 442

Hoc quoque anno iidem piratæ multas insulas, sed præcipue Siciliam vastavere [a].

Adversum Gothos in Gallia quædam prospere gesta.

16 THEODOSIO XVII ET FESTO coss. 443

Litorius, qui [b] secunda ab Aetio Patritio potestate, Hunnis ut auxiliantibus præerat, dum Aetii gloriam superare appetit, dumque aruspicum responsis et dæmonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conseruit, fecitque intelligi quantum illa, [c] quæ cum eodem periit, manus prodesse potuerit, si potioribus consiliis, quam sua temeritate uti maluisset; quando tantam ipsa hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideranter prælians in captivitatem incidisset, dubitandum foret, cui potius parti victoria ascriberetur.

Hac tempestate Julianus [d] Eclanensis, jactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi episcopatus intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi correctionis [e] spem præferens, molitus est in communione Ecclesiæ irrepere.

Sed his insidiis Sixtus papa diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit, et ita omnes catholicos de rejectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam hæresim apostolicus gladius detruncasset.

Per idem tempus Vitricus reipublicæ nostræ fidelis, multis documentis bellicis clarus habetur.

Pax cum Gothis facta, cum eam post ancipitis pugnæ lacrymabile experimentum, humilius quam umquam ante poposcissent.

Aetio rebus, quæ in Galliis componebantur, intento, Geisericus, de cujus amicitia nihil metuebatur, xiv kal. Novembris Carthaginem dolo pacis invadit, omnesque opes ejus, excruciatis diverso tormentorum genere civibus, in jus suum vertit. Nec ab ecclesiarum despoliatione [*Al.* despoliatione] abstinens, quas et sacris vasibus exinanitas, et sacerdotum administratione privatas, non jam divini cultus loca, sed suorum jussit esse habitacula. In universum captivi populi ordinem sævus, sed præcipue nobilitati et religioni infensus, ut non discerneretur, hominibus magis, an Deo bellum intulisset.

Carthago a Vandalis capta, anno postquam Romana esse cœperat, [f] 585 [*Alias* 583.]

17 VALENTINIANO V AUGUSTO ET ANATHOLIO coss. 444

Defuncto Sixto episcopo, 40 amplius diebus Romana Ecclesia sine antistite fuit, mirabili pace atque patientia adventum diaconi Leonis exspectans, quem tunc inter Aetium et Albinum amicitiæ redintegrandæ [g] gratia Galliæ detinebant, quasi ideo longius esset abductus, ut electi meritum et eligentium judicium probaretur. Igitur LEO diaconus legatione publica accitus, et gaudenti patriæ præsentatus, 43 Romanæ Ecclesiæ episcopus ordinatur.

Geisericus Siciliam graviter affligens, accepto nuntio [h] de Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte, celeriter Carthaginem rediit, ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuisset. Verum ille amicum se magis quam hostem videri volens, diversa omnia apud Barbaros, quam præsumpserat, reperit : eaque spes causa illi maximæ [i] calamitatis et infelicissimæ mortis fuit.

## NOTÆ.

victoriam : quippe nullatenus Alexander hic vincere potuit, qui Africam imperio suo nec subjecit, nec ingressus est. Condidit ille Cirtam, ab Africana diversam; in Mesopotamia fuit Constantina vel Cirta episcopalis sedes Africæ, Amanuensium culpa aliquando in mss. codicibus Constantia appellata. Honoratus Antoninus, qui hanc sedem tempore Vandalicæ persecutionis obtinuit, ex ea nondum exsulantibus omnibus episcopis, ad Arcadium vehementer scripsit, ut constanter fidei certamen subiret. An Probus, Paschasius et Eutychius, quem alii Eutychianum appellant, fuerint Salmaticenses, nemini innotuit. Fertur solummodo, ex Hispania cum Genserico trajecisse, ibique copiis militaribus summa cum fortitudine præfuisse. BASN.

[a] Superius indicati sunt, nempe desertores Barbarorum fœderatorum.

[b] Apud Canisium *secundæ .... potestati.*

[c] Idem, *illa eorum, quæ periit manus*, etc.

[d] Idem *Julianus jactantissimus*, tacito urbis nomine. In Parmensi ms. *Acclanensis* pro *Eclanensis* legitur. Basnagius ait : Legebat Baronius, *Atellanensis*, male. In Labbeano codice multo melius *Eclanensis*. Fuit enim Eclanum Sedes episcopalis, non longe a Benevento dissita, inter Campaniam et Apuliam. Prosper Africanus in libro de Promissionibus sic habet : In Italia nobis apud Campaniam constitutis, dum venerabilis et apostolico honore nominandus Leo Manichæos subverteret, et *contereret Pelagianos et maxime Julianum*. Jam fuerat damnatus ille a Zosimo pontifice, ita ut mirum videatur Leonem

A Magnum, tunc temporis diaconum, operam suam et consilia Sixto adhibuisse, ut ejus insidias aperiret, quippe quæ jam antea revelatæ fuerant : et moriens Augustinus insudabat libro 6 Operis imperfecti adversus Julianum. BASN.

[e] Alii libri et Canisius *speciem :* Parmensis ms., *correctione spem præferens*. Paulo post ubi scriptum est, *catholicos de rejectione fallacis bestiæ gaudere*, pro *de rejectione* iidem libri et Parmensis ms. uno verbo *defectione* habent, minus, ut videtur, recte.

[f] Non addit Parmensis, ut neque Labbeanus codex, alterum hunc calculum a priori diversum, qui et, Basnagio judice, aliena manu adjectus est. Codices enim, inquit, indicant annum 585. A Romanis capta fuit Carthago, ut constat ex Velleio, *Cornelio Lentulo et L. Mummio coss.*, anno periodi Græco-Romanæ 5348, cui, si addas 585, efficient 1933, qui incidunt in annum 439 Christi.

[g] Suffecimus ad Parmensis ms. fidem *gratia*, quod B in aliis libris omnibus verbum deerat, et verosimile visum est ob quamdam cum subsequente *Galliæ* similitudinem, fuisse, ut assolet, ab imprudente librario prætermissum : certe ad sensus perspicuitatem atque integritatem facit. Mox pro *longius esset abductus*, apud Canisium, librosque alios, *longus esset adventus* legitur, quod nec satis congruum videtur. Denique male 40 pro 43 in Basnagii editione pontifex Leo numeratur.

[h] Apud Labbeum, *de Sebastiani ad Africam transitu, celeriter*, etc.

[i] Canisius, *maximæ et calamitatis et infelicis mor-*

| Romanorum. | Annis Domin. | Anni ab Abraham |
|---|---|---|
| 18 CYRO V. C CONSULE. | 445 | |
| Theodosius imperator bellum contra Vandalos movet, [a] Ariobinda et Anaxilla atque Germano ducibus cum magna classe directis, qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quam Africæ præsidio fuerunt. | | |
| 19 DIOSCORO ET [b] EUDOXIO coss. | 446 | 2460 |
| Hunnis Thraciam et Illyricum sæva depopulatione vastantibus, exercitus, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium partium [c] revertitur. Cum Geiserico autem ab Augusto Valentiniano pax confirmata, et certis spatiis Africa inter utrumque divisa est. | | |
| In Geisericum apud suos de successu rerum superbientem quidam optimates ipsius conspiraverunt; sed molitione detecta, multis ab eo suppliciis excruciati atque exstincti sunt. Cumque idem audendum etiam aliis videretur, multis regis suspicio exitio fuit, ut hac sui cura plus virium perderet, quam si bello superaretur. | | |
| 20 MAXIMO II ET [d] PATERNO coss. | 447 | |
| Hoc tempore plurimos Manichæos intra urbem latere diligentiæ papæ Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos, et oculis totius Ecclesiæ publicatos, [e] omnes dogmatis sui turpitudinem et damnare fecit et prodere, incensis eorum codicibus, quorum magnæ moles fuerant interceptæ. Quæ cura viro sancto divinitus, ut apparuit, inspirata, non solum Romanæ urbi, sed etiam universo orbi plurimum profuit. Siquidem confessionibus in urbe captorum, qui doctores eorum, qui episcopi, quive presbyteri, in quibus provinciis vel civitatibus degerent, patefactum est. Multique Orientalium partium sacerdotes industriam apostolici rectoris imitati sunt. | | |
| 21 THEODOSIO XVIII ET ALBINO coss. [f] | 448 | |
| Attila rex Hunnorum [g] Bledam fratrem et consortem suum perimit, ejusque populos sibi parere compellit. | | |
| 22 VALENTINIANO VI ET NONIO coss. [h] | 449 | 2463 |

## NOTÆ.

*tis*. Idem mox notas *V. C.* consuli Cyro denegat, quas et Fasti Idaciani, et laterculus consulum ex Colbertina bibliotheca adjungunt.

[a] Parmens. ms. *Ariobindo et Ansila*, Canisius *Ariovinda et Ausila.*

[b] Idem corrupte *Lendosio*: alias apud Canis. *Leudoxa.*

[c] Verius, ut videtur, in Parmensi ms. *Orientalium provinciarum*, etc.

[d] Neque hoc male in Parmensi ms. *Paterio*, quemadmodum et Canisius olim, et Labbeus excuderant. Ita et Novell. Theod. tit. 11, l. 1, Marcellinus, et Fasti Idaciani appellant. Cl. Maffeius noster in libro, cui titulum fecit *Diplomatica*, pag. 150, ex papyro quam perperam legit *Maximi ter* pro *maximi iter*, id est *iterum*, sive *secundo*, tertium consulatum a Maximo initum commentus est.

[e] Basnagius, *omnes dogmatis sui turpitudines;* Labbeus, *publicatos omnes, dogmatis sui turpitudinem*, etc.

[f] Subnectit Canisiana editio periocham hujusmodi, quæ in aliis libris desideratur: *Hoc anno Pascha Domini IX kal. Maii celebratum est, quia inde XI kal. Maiarum dies passionis fuit, ob cujus reverentiam natalis urbis Romanæ sine Circensibus transiit.* Consule nuperum auctorem Observationum ad Veterum Patrum epistolas Paschales, edit. Amstelædami 1734, p. 442 et seq.

[g] In Parmensi ms. *Blebam.*

[h] Hunc Prosperiano Chronico finem imponimus, quem et in aliis plerisque libris habet, tum ms. ut in Parmensi, atque aliis, quos Pontacus laudat: tum vulgatis, ut in Pontacena hac ipsa, et Scaligerana editionibus, itemque Canisiana vetere; nam quæ Basnagius præterea addit, ex Labbeo accepit, cui tamen ab aliena manu ob styli discrepantiam suffecta videbantur. Continuant illa temporum ac rerum seriem per solidum exinde decennium, usque in consulatum Ardeburis et Maximi, et captam a Genserico rege Vandalorum Romam: quibus præterea quædam de regibus Vandalorum, usque ad eorum interitum adjiciuntur, omnia ad celebris exemplaris Augustani, quod et Ulticianum vocant, auctoritatem et fidem. Multa Pontacus ea de re in Apparatu, quem videsis, et quocum conferas, quæ postmodum Basnagius, et nuper Vanderagen disputat pro eorum germanitate in Observationibus ad Chronicon Prosperi a p. 21, ad 24. Nobis nihilosecius assuta videntur ab aliena manu, aut certe in hanc partem argumenta potiora sunt: sed his immorari notarum angustia non patitur. Præstat quod laudatus auctor observat, animadvertit, monere, in Laterculo annor. Domini (quem tamen sæpe diximus, ut neque ab Eusebio fuisse, aut Hieronymo; ita neque a Prospero adjectum) quem supra notavimus unius anni errorem recurrere, dum annus ab Abraham 2441, et Domini 427, nullos ascriptos consules habeat, et consules anni ab Abraham 2410, et 2442 se invicem sequantur. Hinc enim est quod consulatus Valentiniani VI et Nonii, in hac editione concurrat cum anno ab Abraham 2463 et Domini 449, uno anno serius quam oportebat, juxta ipsius Pontaci placita, qui annum Constantini 20 facit concurrere cum anno ab Abraham 2343 et Domini 329, et annum Valentis 14 quo interiit, facit concurrere cum anno ab Abraham 2395 et Domini 381. Vulgatum enim Prosperi Chronicon habet tantum consulum paria 67, nec plures in hac sua editione Pontacus recenset. Sed et in Scaligerana editione peccatum alia ex parte: cum Scaliger annum Constantini 20 faciat concurrere cum anno ab Abraham 2342 et Christi 327, et per consequens, Valentis annum 14 quo interiit, cum anno ab Abraham 2394 et Christi 379, et per consequens, consulatum Valentiniani VI et Nonii, cum anno ab Abraham 2461 et Christi 446. Numerat autem Scaliger, ut alias notatum est, annos Christi, non ab illo ipso anno, quo juxta Eusebium, Christus natus est, sed e sequenti Augusti 43 ab Abraham 2016.

## PROSPERI AQUITANICI CHRONICON FINIT.

# ARNALDI PONTACI
## VAZATENSIS EPISCOPI
## IN
# EUSEBIO-HIERONYMIANUM ET S. PROSPERI CHRONICA
## APPARATUS, CASTIGATIONES ET NOTÆ.

# APPARATUS AD NOTAS.

Augustum et plane divinum opus tractandum suscipimus, *a mundi fabrica* usque ad ann. Christi 446, cujus dignitas quanto magis hactenus imminuta et depressa variarum sordium colluvie, tanto nunc augustior videri debet, ubi decorem pristinum recepit. Ad cujus cognitionem et explicationem quo facilius accingeremur, idem præstandum duximus, quod iis, qui dum veterum monumenta perlustrant, ut cujus fuerint, intelligant, inscriptiones, signa et cenotaphia contuentur et examinant : sic nos ab inscriptione libri et notione auspicaremur : ut quoniam nomina et appellationes sunt quædam rerum imagines, ex illis facilior et tutior ad totius libri intelligentiam via muniretur.

Notandum ergo est imprimis, variis titulis seu nominibus Chronicon Eusebii insigniri. Aliis enim dicitur *Chronica* in singulari femineo, sicut Hieronymo in Danielem, *quem locum in Chronica Eusebii, quam ante annos plurimos in Latinam linguam vertimus, diligens lector poteris invenire.* Idem habent Isidorus, Idacius, Contractus, Beda, Marianus, Vincentius, Palmerius, Trithemius, et alii. Si quando enim hujus Chronici meminerunt, utuntur hujusmodi loquendi formula, vel simili, *Eusebius usque ad hoc tempus produxit suam Chronicam.* Unde Isidorus *Chronica Græce dicitur, quæ Latine series temporum, qualem apud Græcos Eusebius Cæsariensis episcopus edidit*, etc.

Aliis *Chronicæ* Chronicarum, ut Greg. Turon. *De supputatione vero hujus mundi evidenter Chronicæ Eusebii Cæsariensis episcopi ac Hieronymi presbyteri proloquuntur.*

Aliis χρονικὸν ut Hieronymo ipsi, *cum Eusebii*, ait is, *Cæsariensis* χρονικὸν *in Latinum verterem*, etc. Item, *Eusebius scripsit* χρονικὸν, *id est, temporum Breviarium.* Aliis *Chronicon*, ut eidem Hieronymo, *Ego*, inquit, *scripsi Chronicon* : sic Gennadius, *Hieronymus scripsit Chronicon* : sic Freculphus et alii, et hoc est usitatius.

Aliis *Chronicum*, ut Gelasio *Eusebius scripsit Chronicum.* Idem usurpant Idacius et Antoninus.

Aliis *Chronica*, Chronicorum, inter quos eminet Augustinus, *Nostri qui Chronica scripserunt, prius Eusebius, postea Hieronymus* : et Beda, *Eusebius composuit Chronica*, et paulo post, *juxta Chronica Eusebii.* Aliis *Chronici* Chronicorum, in plurali, ut Adoni, circa an. 4085, *Chronici signant*, dum de hoc libro loquitur : quod idem præstat Contractus.

Aliis *liber* χρονικῶν, seu *Chronicorum* ut Gennadio ab initio et Nicephore. Aliis, *libri Chronicorum*, ut Bedæ, Adoni. Cur autem potius *libri* quam *liber*, vide quæ diximus p. 224. C. D. Alii cum hunc librum citant, *Eusebius*, inquiunt, *in Chronicis*, ut Hieronymus in Danielem, Cassiodorus, Cedrenus, Beda, Vincentius, Antoninus, et vulgus scriptorum. Nonnumquam vocatur simpliciter *Chronicon*, sine adjectione nominis auctoris. Severus enim Sulpitius non semel ita scribit *legitur*, inquit, *in Chronicis*, dum refert aut citat aliquid ex hoc Chronico. Idem Comestor, Antonin., et alii. Ut enim nomine *Poetæ* intelligimus κατ' ἐξοχὴν apud Græcos Homerum, apud Latinos Virgilium, et nomine *Philosophi* Aristotelem, sic nomine *Chronici*, hoc Eusebii et Hieronymi opus.

Aliis *historia Chronica*, ut Augustino, *supputatio*, ut loquitur is, *quam secutus est Eusebius in historia sua Chronica, perspicua veritate subnixa est.* Aliis *historia Chronicorum*, ut Vincentio. Aliis *historia temporum*, ut Paulino ep. 35, inter epistolas Augustini. Aliis *Annales* ut Freculpho, *Eusebius in Annalibus.* Aliis *historia de cunctis temporibus* eidem Paulino ibid. Aliis *liber temporum;* sic scribit Hieronymus, *in libro temporum præfatus sum.* Sic etiam Marcellinus.

Aliis χρονικοὶ κανόνες, ut Eusebio ipsi in præfat. lib. I Histor. Eccles., ἤδη μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον ἐν οἷς διετυπωσάμην χρονικοῖς κανόσιν, quæ Christophorsonus vertit *cum libros de ordine temporum componerem.* Musculus retinuit voces Græcas, licet Latinis litteris. Idem apud Cedrenum qui citat Eusebium ἐν τοῖς χρονικοῖς κανόσι, quæ interpres reddidit, *in tabulis annalibus.*

Idem etiam apud Suidam, ubi interpres, *annales regulas ;* Augustin. lib. de Mirabil. reddit, *Chronicos canonicos ;* Hieronymus *temporum canones*, ut præfat. de locis Hebraic., *Eusebius post temporum canones, quos nos Latina lingua edidimus.* Sic idem testatur Hippolytum episcopum scripsisse *canones temporum* usque ad an. I Alexandri imperatoris, ut Dionysius Halicarnass. laudat κανόνας temporum, quos scripsit Eratosthenes, quod interpres reddidit *regulas* : et Plutarchus in Solone meminit Chronicorum : sic enim apud eum leges χρονικοῖς λεγομένοις κανόσιν, quod noster Amiotus reddidit Gallice, *tables qu'on appelle Chroniques ;* Lapus interpres Latinus, *annalibus canonibus nuncupatis. Aliis dicitur Chronicorum canonum multiplex historia*, ut Adoni initio sui Chronici. Immo etiam ipsi Hieronymo, qui enumerans Eusebii volumina, *edidit*, inquit, *Chronicorum canonum omnimodam historiam, et eorum* ἐπιτομὴν, et de se loquens, *scripsi Chronicon omnimodæ historiæ ;* et apud Suidam, Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐξέδωκε πολλά

τεύχη Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας καὶ τούτων ἐπιτομήν. Idem apud Sophronium interpretem Græcum Hieronymi.

Et quoniam propria ac primæva appellatio videtur ista, ut dicantur *Chronici canones*, seu *canones Chronicorum*, non levis oritur difficultas, quæ sit horum genuina interpretatio. Cum enim illa vox *canon* tam apud theologos, et jurisconsultos, quam apud alios ad varia significanda applicetur, cujusmodi exemplorum pleni sunt thesauri utriusque linguæ, non leve dubium emergit quæ sit hoc loco ejus propria significatio. Nos quo brevius expediamus, putamus Chronicos canones nil aliud esse, quam tabulas aliquas, id est diversa spatia dimensa lineis ac laterculis, quæ continent numeros sibi oppositos ex adverso, quibus indicantur tempora seu anni divisorum regum invicem concurrentes seu concordantes, et ex quorum collatione seu comparatione colligitur canonica seu regularis, et certa temporum supputatio et collectio. Per lineas intelligo illa lineamenta recta a summo ad imum, quas vulgus *columnas* vocat, et quas Hieronymus in præfat. appellat *lineas numerorum*, aut *numeri* seu *ordines numerorum* aut *numeri* (ut auctor incertus in canones Evangel. vocat *figuras columnarias*), quæque continet seriem, seu, ut idem Hieronymus loquitur, *tramitem regnorum et ordinem numerorum* cujusque regni. Per laterculos, illas lineas transversas, seu collaterales a dextra ad sinistram, quas ipse Hieronymus vocat *virgulas*, et nos aliquando etiam strigas, et quæ continent non ordinem seu seriem regni seu regnorum, sed unicum numerum seu annum cujusque ordinis regnorum : ita ut illi omnes numeri, qui sunt in singulis laterculis, si simul considerentur, et invicem comparentur ut oppositi, vocentur canones. Alter enim alteri lucem affert et fidem conciliat. At historia, quæ est sita ad illum laterculum, et quæ peculiariter pertinet ad unum ex numeris illius laterculi, dicitur convenire et concordare in illo canone, seu in illo concursu et compositione annorum diversorum regum. Ex illa enim oppositione exsurgit regula certa supputationis temporum, ex qua tandem fit unio et conciliatio calculi Biblici cum calculo ethnicorum, quam tamquam præcipuum scopum et finem hic liber sibi proponit.

Hinc Hieronymus tria distinguit ut necessaria ad canones Chronicos, *lineas* quæ continent seriem annorum seu numerorum : *virgulas* quæ sunt intertextæ illis numeris : et *historiam*, quæ assignatur, seu ut ille loquitur, *applicatur* uni ex illis numeris, seu etiam certo tempori vel anno illius virgulæ seu laterculi. Itaque in canone Chronico non tam consideranda est series, seu ordo rectus numerorum, seu annorum, quam oppositio numerorum seu annorum diversorum ordinum.

Hinc fit ut Hieronymus vocet Chronicon Eusebii, *omnimodam historiam canonum Chronicorum ;* at suum, *Chronicon omnimodæ historiæ*. Neque enim istud continet, ut superius, tot concurrentes numeros, seu annos diversorum regum, sed solam seriem numerorum, seu annorum imperatorum. At historia apud Eusebium ita se habet ad canones Chronicos, ut pendeat ab illis , id est a comparatione diversorum temporum, seu annorum, qui in singulis columellis, et laterculis jacent. Ipsi enim canones sunt veluti bases quædam, super quas universa historiæ moles consurgit : sed apud Hieronymum historia pendet non a temporibus seu a comparatione temporum, sed a tempore, id est a serie per annos imperatorum : ita ut res gestas contineat sola serie annali, non autem cum serie canonica seu per canones, sive per ordinem diversorum annorum, eorumque comparationem , sicuti fit apud Eusebium, si minus ubique, saltem in majori parte libri. Ideo Hieronymus, ut diximus , non vocat suum supplementum *Chronicon historiæ canonum*, sed tantum *Chronicon historiæ*. Jam enim multo ante desierant

A varii ipsi canones apud Eusebium. Hinc intelliges, quo sensu scribat Hieronymus initio suæ appendicis, *Huc usque historiam scribit Eusebius*, non quod vocet Chronicon Eusebii historiam, ut autumat vir doctissimus, *quia*, inquit, *Eusebius in suo Chronico scripserit prolixiorem rerum gestarum narrationem (quæ postea a librariis mutilata est) quam simplex Chronicon postulat;* sed quod nomine historiæ intelligat illam partem Chronici Eusebiani, quæ res gestas continet. Significat autem Eusebium non deduxisse usque ad annum 20 Constantini canones Chronicos, desierant enim multo ante ab anno 2 Vespasiani, sed solummodo historiam Chronicam, id est quæ est comparata seu applicata cum sola unius generis serie per imperatores. Intelliges etiam quo sensu idem Hieronymus scribat ad calcem ejusdem supplementi, *Colligitur omnis canon ab Abraham*, etc., cum in aliis epochis seu collectionibus, videlicet *A secundo anno Darii*, etc., et aliis hujusmodi, non utatur voce *ca-*

B *nonis :* idem enim est quasi diceret, Colligitur tota et universalis supputatio facta per seriem annorum ab Abraham, et per comparationem cum annis modo Assyriorum, modo Medorum, modo aliorum regum, modo imperatorum illis succedentium, quæ habet vim certissimæ normæ seu canonis. At si canon idem esset ac simplex supputatio temporum, eodem vocabulo usus fuisset in aliis collectionibus seu articulis.

Hinc quoque fit ut cum basis, et fundamentum historiæ, ac præsertim historiæ Chronicæ sit circumstantia temporis seu anni : fundamentum etiam canonum Chronicorum sit concursus, et oppositio diversorum numerorum seu annorum , in quibus inest numerus illius anni, ad quem historia illa pertinet; cumque præcipua libri Chronici ratio consistat non in exhibenda, seu (ut loquitur Hieronymus) explananda historia, vel exponenda re aliqua, quæ accidit, sed in anno designando, quo illa contigit: proinde dum ex principali causa petitur nomen, sci-

C licet a canone Chronico, et non ab historia, fit ut liber vocetur potius *Chronicon* seu *canones Chronici*, quam *historia Chronica*, seu annalis.

Hinc unio seu concordia quatuor evangelistarum, quæ ab Eusebio describitur per hujusmodi lineas rectas, et transversas, quæ complectuntur certos, et diversos numeros invicem sibi oppositos, quibus indicantur diversa capita, in quibus ipsi evangelistæ conveniunt, *canones Evangelici* dicuntur apud Hieronymum tom. IX, ubi præcipue est consideranda non series, sed oppositio numerorum seu capitulorum, quæ conficit illam unionem seu conciliationem.

Eo sensu videntur Græci vocem hanc *κάνων* mutuati ab Hebræis, cum apud eos כנה, *cana*, idem sit ac basis ; titubat enim historiam, dum minus certa est temporis circumstantia : non autem ut vult vir eruditus a קנה, quod calamum mensuræ significat, unde originem sumpsit vox Gallica *canne*. Itaque omnium optime Budæus canones Chronicos inter-

D pretatur annos *συγχρόνους* : et hallucinantur viri docti, non solum qui exponunt canones Chronicos nil aliud esse nisi supputationem temporum, quæ omnium historiarum sit veluti norma, sed etiam qui hanc expositionem cæteris præferunt.

Cæterum non levis nata est difficultas, censendusne sit hic liber, quem aggredimur, sola *historia omnimoda Chronicorum canonum*, vel ipsum *Chronicon*; an etiam sola *eorum Epitome*, an vero utrumque, cum Hieronymus, Sophronius, et Suidas testentur, Eusebium scripsisse, et *historiam omnimodam Chronicorum, et eorum Epitomen*, atque illud (*et*) unum ab altero distinguat. Joannes Curterius in epistola, quam præfixit fragmentis Eusebii in editione librorum Historiæ Ecclesiast. Eusebii, anno 1571, asserit solam Epitomen nobis superesse, Chronicos autem canones excidisse, argumento sumpto ex illis fragmentis, quæ citantur ab Anastasio episcopo Nicæno lib. quæst. in S. Scripturam ex Eusebio in Chronicis,

sicut habetur tom. VI Sacræ Bibliothecæ p. 238 primæ editionis. Et quia illa non habentur in nostris Chronicis Eusebii, sed illa fragmenta commentitia esse manifestissime apparet ex eo, quod cum præcipuum fundamentum eorum sumatur ex eo, quod Eusebius in Chronicis dicat Christum natum esse anno ab orbe 5500 evoluto et impleto; certum tamen est, quantum testantur tam omnes libri hujus Chronici, quam alii plerique auctores, Eusebium hoc in Chronicho sensisse, Christum natum an. orbis 5199. Neque ulla ratione recipiendum videtur eumdem Eusebium sibi fuisse contrarium in re tam seria, et quæ est basis totius Chronici, et historiæ, ut unum scripserit in Epitome, et alterum in Chronico: unde argumentum est aut illa fragmenta falso fuisse imposita Eusebio nostro, aut Chronicon illud ab Anastasio citatum tribuendum esse alteri ejusdem nominis, quam Eusebio Cæsariensi, sicut in epist. 59, quæ est inter epistolas Augustini, fit mentio Chronici *Eusebii Constantinopolitani*. Licet ibi mendose scriptum videatur Constantinopolitani pro *Cæsariensis*, ut jam diximus in præfatione.

*Illi* tamen opinioni videtur favere Trithemius, dum lib. de Script. Eccles. Eusebii opera enumerans, vocat hoc ipsum opus Eusebii non *Chronicon*, sed *Epitomen Chronicæ*: sic enim ille, *Epitomes Chronicæ liber unus cum hoc initio, Moysen gentis Hebraicæ*, etc. Etenim ab iisdem verbis incipit præfatio Eusebii in hoc suo Chronico.

Vir doctissimus existimat Chronicon quod exstat, non esse illam ab Eusebio confectam Epitomen, nec Hieronymum illam vertisse: sed esse verum Chronicon historiæ, factum ab Eusebio, et translatum ab Hieronymo, licet in aliam formam redactum et mutilatum. Quod sit Chronicon, seu historia Chronicorum canonum et non Epitome, probat hac ratione, quia Hieronymus in præfatione loquitur de historia permixta Chronico, et initio appendicis nominat Eusebii opus, *historiam*. Addo quod quæ ipse Hieronymus, epist. 101, testatur se scripsisse in præfatione ad Chronicon Eusebii præmissa, reperiuntur eadem in præfatione, quæ hic habetur. Quod autem fuerit in aliam formam mutatum, hoc satis, inquit, dignoscitur ex ipsa lectione et comparatione tam præfationis Hieronymi quam formæ editorum. Sed quod sit mutilatum et decurtatum a librariis, idem vir doctissimus vult probare ex eo, quod ipsi librarii: *Pertæsi varietate ejusmodi distinctionum, litterarum et colorum, quæ Hieronymus requirit in præfatione, multa ex eodem Chronico subduxerint*; et colligit hoc argumento, quod *si non nisi quæ exstant, fuerant ordine temporum disponendæ, cur adeo fuit laborandum Hieronymo, ut tot lineis, tot coloribus adhibitis differentiis auditorem fatigaret, quæ tamen adeo necessaria fuisse testatur librarius, si tædio victus aliquid prætermiserit, intexeret non tam Chronicon quam labyrinthum erroris. Quamobrem ob paulo prolixiorem rerum gestarum narrationem, quam simplex Chronicon postulat, ejusmodi opus Eusebii idem Hieronymus in exordio suæ appendicis historiam nominat.*

Nos tamen sentimus cum Ludovico Vive in August. lib. XVIII de Civitate Dei cap. 8, utrumque exstare et Chronicon, et Epitomen, et hoc ipsum esse illud opus, quod habemus præ manibus, et quod vocatur ab Hieronymo et aliis *Chronicon Eusebii*. Quod enim sit illud ipsum, hoc certissime demonstratur ex eo, quod in eodem legatur idem quod et Hieronymus epist. 101, et in Daniel cap. IX, Cedrenus sæpe, Aug. lib. I de Mirab. Scrip. cap. 28, et plerique alii referunt ex Chronico Eusebii, seu ex canonibus Chronicis. Quod sit etiam illa Epitome, nec ipsa fuerit liber distinctus a Chronico, colligitur ex eo, quod nullus umquam veterum id dixerit, neque usquam legatur citata sola Epitome, nisi dum idem refertur quod habetur in Chronico.

Insuper si quis accurate examinet τὰς δυνάμεις τῶν ῥημάτων, titulus hic *Chronicon Eusebii* complectitur, et historiam canonum Chronicorum, et Epitomen eorumdem, id est compendium tam historiæ, quam ipsorum canonum: cum etiam Hieronymus et alii distinguunt *historiam canonum Chronicorum* ab *eorum Epitome*, illis verbis non tam exprimunt titulum libri, quam ipsius descriptionem per periphrasim; quia historiam, id est rem gestam brevi narratione exhibet agglutinatam, velut basi ac suo fundamento ipsis canonibus succincte descriptis. Nam in prima et majori parte libri complectitur in singulis columellis breviter et per notas, annos singulorum regum, per quos fit non solum deductio, sed, quod est præcipuum, comparatio temporum. Quid enim brevius et compendiosius pingi potest et dici in canonibus, quam si non tantum ipsos solos numeros ne quidem scribas, sed compendiose exprimas per notulas, sed etiam solas notulas cum notulis compares sine ulla alia scriptura, atque si seriem annorum ab Abraham per solas decadas, seu potius notulas decennales apponas, sicut fuit primum institutum Eusebii.

Posset etiam forsan dici per illam Epitomen canonum intelligi eam brevem seriem temporum quam ante Chronicos canones, seu annum 43 Nini, et primum Abrahæ Eusebius præmisit, facto initio ab Adamo; sed prior sententia magis placet.

Quid enim aliud significat ipse Hieronymus, cum loquens de hoc Chronico explicat, ut dixi, illud nihil esse aliud quam *Breviarium temporum*, nisi quia in eo breviter Eusebius attingit singulas historias et singulos annos regum? Quid aliud etiam ipse Eusebius, dum in Proœmio lib. I Historiæ Eccles. ait se constituisse Epitomen eorum, quæ continent libri sui Historiæ Ecclesiasticæ, cum Chronicos canones componeret: ἤδη, inquit, κανόσιν ἐπιτομὴν κατεστησάμην· πληρεστάτην δ' οὖν ὅμως μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον ἐν οἷς διετυπωσάμην Χρονικοῖς αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρμήθην τὴν ὑφήγησιν ποιήσασθαι. Quæ sic reddidit Musculus: *Cum Chronicos canones componerem, Epitomen istorum constitui. Verum plenissimam illorum narrationem in præsenti adornare cogitavi.* At Christophorsonus multo clarius: *Jam vero in illis libris, quos de temporum ordine conficiebamus, quaquam istas res breviter strictimque percensuimus*, etc.

Eusebius enim distinguit libros Historiæ Ecclesiasticæ a Chronico, quod in illis plenius, in hoc brevius; in illis singillatim, in hoc summatim, et ut ipse loquitur per *Epitomen*, et ita Chronicos canones et Epitomen idem opus esse docet manifestissime.

Unde tantum abest ut officiat auctoritas Trithemii, ut potius confirmet nostram sententiam. Neque enim facit Chronicon diversum ab Epitome, sed unicum tantum exprimit: et dum alii vocant *Chronicon*, ipse nuncupat *Epitomen Chronicæ*, quibus significet idem esse et Chronicam et Epitomen.

Quod etiam clarius indicat Cedrenus. Nam postquam profitetur se numerare reges Syriæ post Alexandrum ex τοῖς Χρονικοῖς κανόσι Eusebii, sicuti ipsi reges in illis etiam hodie leguntur, *Eusebius*, inquit, ἐν ἐπιτομῇ τάδε φησίν, id est: *compendiose hæc dicit.*

Nec obstant, quæ de varietate colorum et linearum ab Hieronymo requiruntur. Cum enim totum opus fuisset ab initio ita compactum, ut tota historia simul in unum, et subsequenter esset: numeri vero mutuo essent sibi oppositi in diversis columellis Assyriorum, Ægyptiorum, Hebræorum, etc., historiæ nulla ratione distingui poterant, ut discerneretur ad quod regnum et ad quem annum regis quælibet historia deberet referri, nisi lector varietate colorum juvaretur. Alias enim evenisset, ut quod erat assignandum Hebræis, tribueretur Assyriis, ut explicabimus paulo post, et sic potius fuisset confusio quam ordo temporum. *Universa* enim *historia titubat, ubi confuse de temporibus scribitur*, ait Eusebius lib. X de Præparat. cap. 3.

Denique tantum abest, ut Chronicon Eusebii per-

venerit ad nos mutilatum, quin auctius multo fuit, scilicet accessione eorum, quæ in magna exemplarium parte deesse observavimus, ac præcipue quæ diversa littera notavimus: nec est ullus pene liber vetus qui plures contineat versiculos, quam habeant editi, aut certe rarissime: ubi tamen fere semper glossema seipsum prodit. Cuspinianus existimat pariter *Chronicon Eusebii esse mutilum et laceratum;* primo *in numeris pene undique, et hoc esse verum quemque intelligere, qui annos consulum numerarit ad Octavianum.* Secundo quod desit in illo consulum series, quam ab Eusebio autumat appositam fuisse. *Totus*, inquit, *Eusebius est corruptus: cum enim columnas pingat regum Macedonum, Assyriorum in columna consulum, ne verbo quidem consules describuntur, qui ordine omnes sine dubio sunt ab Eusebio scripti: quod hinc licet conjectare, quod cum Eusebius desit, et Prosper Chronica continuavit, ordine recensentur consules.*

Illi utcumque videtur favere Marianus, dum ait ab anno 13 Ptolemæi Soteris, et ad consulatum *Nepotis* IV *et Luctalii et Urbis* 650 (nam corrupte legitur 560), Eusebium scribere *sub his consulibus natum fuisse Pompeium Magnum.* Ex iis enim videtur habuisse aliquod exemplar Chronici Eusebii, in quo descripti essent consules per seriem. Verum opinio Cuspiniani levi nititur fundamento. Ego enim libere affirmarim, nullum propemodum desiderari numerum in ratione temporum, seu serie annorum, ex qua conficitur supputatio temporum per canones, seu per collationem annorum diversorum regum. Quod manifestissime demonstratur ex eo, quod numeri, qui deducuntur per seriem, totidem annos conficiunt, nec plus nec minus ab Abraham usque ad annum 30 Christi, videlicet 2044, vel etiam ab Abraham usque ad annum 14 Valentis, scilicet 2395, quot præscribit Eusebius in præfatione, et quot ex multis aliis locis constat fuisse ex ejus et Hieronymi mente.

Quod spectat ad ordinem consulum, si Eusebius consules inseruisset, haud dubie veterum quispiam meminisset, vel citando vel referendo: quin etiam Eusebius et Hieronymus (Hic enim magnam partem rerum Romanarum sibi vendicat in præfatione) alicubi mentionem fecissent horum Fastorum, seu ordinis consulum, præcipue ubi agitur de Christi ortu, vel ejus baptismo, ut quemadmodum quoto anno Augusti, sic quibus consulibus Christus natus et baptizatus esset, designarent: hic demum dum ad calcem libri Hieronymus colligit annos, qui fluxerunt *ab Abraham, a prima olympiade, a Dario, a Salomone*, et aliis similibus epochis, qui fieri posset ut illam ab initio consulum præteriisset?

Nec est quod te in sententiam Cuspiniani adducat titulus ille *consulum*, qui in omnibus libris legitur ab olymp. 67, usque ad olymp. 183, seu ad annum primum Julii Cæsaris; nam auctor non ibi meminit consulum, quod eorum seriem proponat, sed ut in locum præcedentium regum Romanorum doceat consulum potestatem successisse; et præcipua quæ deinceps referentur, ad Romanos spectare. Præterea si ad singulos annos conscripsisset ambos consules, quid erat necesse, dum loquitur de ortu Virgilii, exprimere illum accidisse *coss. Pompeio et Crasso*, vel ubi ait L. Accium natum *Mancino et Serramo coss.?* Illa enim peculiaris expressio satis indicat, in cæteris non adhibitam fuisse consulum successionem. Ad hæc cum designat unicum consulem, ut loquens de re gesta sub consulatibus Marcelli et Ciceronis, cur non etiam ambos accivisset, vel etiam cur adjecit *hoc gesta sunt tempore*, quasi ordo ipse consulum non satis demonstraret ipsam temporis circumstantiam? Deinde cum Cassiodorus scripserit suum Chronicon (quod nil pene continet præter ordinem consulum) post Hieronymum annis 178, et testetur se collegisse illud ex Livio, Aufidio, et Paschali, nonne citius meminisset Eusebii quam aliorum, cum alioquin crebro ejusdem referat sententias integras?

Sed hic mirari satis nequeo prodiisse hoc tempore viros doctos, qui negarunt hoc opus esse Eusebii, totumque Hieronymo vindicandum velint. Levis sententia, sed levior ratio: quia, inquiunt, eum et librorum de Demonstratione, et de Præparatione, ac Historiæ Ecclesiasticæ, et cæterorum operum Eusebii, Græca autographa exstent, nullum Chronici Eusebiani hactenus repertum sit. Certius enim est, quam ut probatione egeat, plurima exstare et Athanasii, et Basilii, Chrysostomi, et aliorum quamplurimorum opera edita Latine, quorum non inveniantur prototypa, in quibus inepta esset illa ratio. Adde quod sic omnium sæculorum scriptores, quorum mentio superius a nobis facta, erroris convincantur, dum illi omnes hoc Chronicon, ex quo aliqui nonnulla, alii ferme omnia decerpsere, Eusebio, non Hieronymo solum acceptum ferant. Denique cum se Hieronymi partes suscepisse profiteantur, frustra illi tribuunt, quod is sibi non arrogat; imo ille non solum passim Chronici Eusebii meminit, ut lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, de Optimo genere interpretandi, in Danielem et alibi, sed ea quæ ex illo citat, eadem et ipsissima verba in ipso reperiuntur.

Jam vero quoniam multi ægre ferunt, antiquam formam hujus Chronici fuisse immutatam a librariis, et hoc negari non potest, sciendum est illam non aliam fuisse quam eam, quæ a S. Hieronymo in Præfatione præscribitur, quæque in codicibus Victorino, Oisellino, et tribus Vaticanis quodammodo observata cernitur. In illis enim ab Abraham usque ad olymp. 67 (nam deinceps conveniunt cum aliis libris, ut tota historia sese consequatur in eadem columna, cujus titulus *consulum* aut *imperatorum*, nec sit canonibus, seu numeris intermixta) singulæ columellæ, sive *Assyriorum*, sive *Sicyoniorum*, sive *Hebræorum*, sive aliorum, nil continent præter notulas numerales, quibus comparantur et deducuntur per seriem successionis anni regum, seu patriarcharum, qui συγχρόνοι seu contemporanei fuerunt, sine alia scriptura, quam solius nominis regis, aut patriarchæ, a quo numeri illi initium sumunt: tota vero historia in unam columnam ita confertur, ut quæque, sive quilibet paragraphus, aut versiculus sit oppositus e regione illius laterculi, qui continet illum annum, cui debetur ipse versiculus: et quia nonnumquam accidit, ut cum sunt plures versiculi ad unum et eumdem laterculum pertinentes, ipsi collocentur non solum ad latus illius laterculi, cum ibi non sit satis spatii, sed etiam intra illum laterculum et insequentem, dum divelluntur ab invicem, quo locus detur versiculo, Hieronymus dicit in præfatione: *Virgulas rebus pariter ac numeris esse intertextas*, non quod ipsi laterculi contineant in se, seu intra se utrumque (habentur enim intra se solos numeros), sed quod inter se habeant; ut verbi gratia inter laterculum, qui continet an. 75 Abrahæ, 27 Zameis, 3 Thelasion, et 75 Ægyptior., et proximum qui continet ann. 76 Abrahæ, 28 Zameis, 4 Thelasion, et 76 Ægyptior. in Vi. et O. (sicut etiam vides in impressis), habentur omnia hæc *Abraham cum septuaginta*, etc., usque ad *patres eorum anni* 430, ubi autem contingit, ut plurimi versiculi includantur inter duos laterculos, tunc columellæ sequentes in quacumque parte paginæ occurrat illa inclusio, habent eumdem titulum *Assyriorum* et *Hebræorum*, etc., qui erat initio paginæ. Et notandum quod Hierony. in præfatione vocat *priorem membranam*, et *posteriorem membranam* idem, quod nos priorem *paginam*, et posteriorem *paginam*, vel etiam *folium rectum* et *folium versum*.

At quoniam hoc pacto cum diversi anni diversorum regum habeantur in uno et eodem laterculo, et dum in unoquoque eorum habenda est ratio diversarum columnarum, prout continent diversos numeros, seu annos diversorum regum deductos per seriem, facile erat lectorem decipi in assignanda qua-

libet historia ad suam propriam columnam et sedem, seu ad proprium annum illius laterculi, seu regis, ad quem spectat: verbi gratia jubilæus, qui est referendus ad an. 51 Abrahæ, ut vides in editis, poterat referri ad an. 7 Apis regis Sicyoniorum, vel ad an. 41 Semiramidis reginæ Assyriorum, vel etiam ad an. 51 dynastiæ Ægyptiorum, cum illi quatuor numeri sese contueantur, et sint positi e regione in eodem laterculo, ad quem situs est ille versiculus: *Principium 41 jubilæi secundum Hebræos*, etc. Propterea introducta fuerat illa diversitas colorum in singulis columnis, seu ut loquitur Hieronymus, *numeris linearum*, ut statim in ictu oculi ex illa dignosceretur annus illius laterculi, ad quem ille versiculus esset referendus. Licet enim ut plurimum quæque historia aut versiculus quilibet præ se ferat aliquid, potest dignosci (præter laterculum, qui discernitur ex situ) columna regis et ipsius numerus, seu annus ad quem refertur, ut videre licet in hoc exemplo de jubilæo, qui est proprius Hebræorum: tamen fieri potuit, vel ut omnes lectores id ipsum non ita caperent, vel ut historia difficilior aut obscurior situ occurreret, in quo errare poterant: adeo ut illo modo esset necessarium prius pervenisse *ad lectionis notitiam*, ut loquitur Hieronymus in præfatione, *quam didicisse ordinem legendi*, quod est contra naturam disciplinarum. Ideo librarii tædio victi propter hanc colorum varietatem, excogitarunt illam nostram formam, ut ad eamdem columellam, seu ordinem regni et ad eumdem annum cujusque laterculi, quem antiquus color significabat, constituerint quamque historiam, utque pro illo magno spatio seu unica illa columna, quæ continebat omnia, quæ spectabant ad historiam, illa penitus sublata ex columellis columnas ampliores effecerint, ut possent capere aut singulos versiculos, aut saltem eorum prima verba, et ita eorum quilibet sisteret in unoquoque laterculo ad eumdem annum illius regni et regis (quod erat Chronici proprium) quem prius varietas coloris indicabat.

Eusebius vel Hieronymus poterat (dices) hanc formam instituere, et non lectorem exponere illi periculo, ut dum *tædium fugit*, *labyrinthum erroris intexat*: poterat quidem, sed antiqua visa est commodior, tum quod servata ea methodo, quidquid erat spatii, melius completur, et liber minus fit crassus: tum quod vetus illa ratio canonum hoc præ se ferebat, ut inter columellas nil ascriberetur (sic enim centus seriem annorum citius dignoscit, et quod præcipuum est in ratione Chronologiæ, facilius discernit conformitatem seu comparationem, quæ est in annis singulorum regum), utque universa historia obtineret proprium, et distinctum locum a canonibus, seu columnis. Ideo necesse fuit illi recurrere ad subsidium colorum, sicut etiam idem faciendum jubet in canonibus Evangelicis Eusebii. Licet autem antiqua forma retenta fuerit in supradictis quinque mss. pro ratione diversarum columellarum, quæ nihil habent præter notulas numerales, et ratione unicæ columnæ, seu certi spatii, quo continet totam historiam; tamen exacte in illis observata non fuit varietas colorum. Quamvis enim colores cærulei, virides et rubri habeantur in illis quinque: non tamen ita apposite, ut color historiæ idem sit cum colore anni, seu numeri, ad quem ipsa refertur: sed ac si color esset introductus pascendis oculis, non animis; quod tamen Hieronymus docet non in eum finem factum. Itaque semper etiam in illis quinque erratum est in non observandis coloribus, sicuti præscripserat Hieronymus: ex mutatione autem illius antiquæ formæ, et transpositione seu mixtione versiculorum per diversas columnas, et dum cessavit varietas colorum, nata est non minor fere varietas, ut videlicet quod hic librarius in serie Atheniensium collocat, ille in serie Macedonum, quod is e regione anni 51, verbi causa, Abrahæ, alter e regione an. 7 Apis; et ita de cæteris, sicut docent notæ in plerisque locis.

Diu autem ancipiti animo apud me agitatum, restituendumne mihi esset hoc Chronicon non solum in eam formam, quam habent codices Vi. et O. et tres Vatic., sed etiam ad primigeniam, ut quod antea colorum varietate (quam exhibere aut imitari nequibant typographi) vel diversorum typorum formis, aut diversis alphabeti elementis notarem, ac distinguerem, majorem chirographorum partem, et universaliorem auctorum consensum sequendo: ubi tamen litteraria et viva oracula consului, eaque mihi responderunt rem et invisam, et censuris nimiis obnoxiam fore, nil mutare proposui.

Præterea non est quod de Eusebio quis conqueratur; quod ea epocha *ab Abraham*, qua is præcipue utitur, nulli sit usui in lectione veterum ad annos investigandos, et invenienda tempora; cum nullus eam adhibeat, sed potius omnes scriptores computent per annos ab Urbe, sive consulares, et id genus; brevi enim methodo per illam supputationem ab Abraham, pervenies ad unamquamque anni rationem secundum quamlibet æram, quæ potest occurrere apud quoscumque auctores. Ut, verbi causa, si vis scire quoto anno Abrahæ, vel olympiadis, vel alterius epochæ res aliqua contigerit juxta annum ab Urbe, observato cum quo anno vel olympiadum, vel ab Abraham concurrat annus primus epochæ Urbis, adde superiori anno Abrahæ, qui est 1264, summam illam annorum, de qua mota est quæstio; quod inde componetur, indicabit annum, quem investigas: verbi gratia legis apud Titum Livium et alios, anno ab Urbe 302 decemviros creatos esse Romæ; consulito Eusebium, et scies primum annum ab Urbe incidere in proximum annum, post annum 1264 ab Abraham: huic summæ aggregato 302, prodibit inde 1566 ab Abraham: et eo anno dices rem illam contigisse. Inde quoque assequeris, non solum quoto anno olympiadis, sed etiam quo anno ante Christum. Laboras similiter, ut scias quotus sit a Christo centesimus annus Julianus, discens ex notis hujus initium petendum a 4 anno Julii Cæsaris, qui ortum Christi annis 43 præcedit, subduc a 100, superest 57, quo dices incurrere centesimum annum Julianum.

Investigaturus præterea in quem annum ab Urbe incidat centesimus annus Græcorum, de quo sæpe in libris Machabæorum, primum revocato in memoriam, unde numerandi initium petendum sit, sicut diximus de annis ab Urbe, æram vero Græcorum comperies inchoari ab anno insequente annum ab Abraham 1704: illi si adjunxeris centum, efficies 1804. Rursus ab ea summa deduc 1264, quod reliquum erit, indicabit tibi, quoto anno ab Urbe evenerit ille centesimus annus epochæ Græcorum. Idem statuito de cæteris æris sive anni Antiochenorum, sive anni Edessenorum, aut Laodicenorum: ubi enim ex hoc Chronico, vel ex notis illius, æræ initium habueris, quam quæris, haud dubie præscripta methodo cætera assequeris, ut quoto anno ab Urbe, vel quotæ olympiadi, vel alii calculo objiciatur.

Ad extremum non est prætereundum, quare potius Eusebius per annos ab Abraham et per olympiades, quam per annos ab Urbe, vel per aliam epocham suum Chronicon deduxerit: cujus rei non alia reddenda ratio, quam quod cum esset Græcus, et Christianus, et Græcis ac Christianis scriberet, ut demonstraret sacrorum librorum antiquitatem, et veritatem per rationem historiæ, quodque præcipuum est in historia, per chronologiam et circumstantiam temporis, docere debuit quam conformes essent calculus Biblicus, et is quem veteres scriptores ethnici sequebantur, quod fit per Abraham et succedentes patriarchas ac reges, et initam jam supputationem per olympiades receptam inter Græcos: neque enim Græci per annos ab Urbe vel consulum numerabant, sed tantum per olympiades ut plurimum. Quod si dixeris ab Hieronymo saltem, qui ut plurimum quæ ad historiam Romanam pertinent, adjunxit huic Chronico, debuisse depingi annos ab Urbe et alios: po-

tuit is, fateor; quid si tamen consulto præteriit, quia animadvertit cum superiore methodo quemvis brevi momento hoc ipsum posse assequi, neve etiam tot supputationum appositionem librarium et lectorem oneraret?

Hæc dicta sint de Chronicis Eusebii et Hieronymi. Nunc operæ pretium fuerit quædam de Prosperi Chronico subjicere; nam tria prostant Chronica nomine Prosperi diversa. Est vulgatum, quod hactenus fuit subtextum Hieronymi Chronico, cum hoc titulo in omnibus editionibus, *Prosperi Aquitanici*, nulla facta mentione *S. Episcopi Regiensis*. At in Fa. et Lo. nullus est titulus: in Fa. tamen sub finem habetur, *Hic finit Prosper post Hieronymum*. Rursus in hoc Chronico instituta est enumeratio consulum ab Ausonio, usque ad Valentinianum VI. Alterum est editum a diligentissimo et antiquitatis studioso Henrico Canisio J.C. cum hoc titulo, *Chronicon Tironis Prosperi*, quod vocat *Ulricianum*, ubi deducuntur quoque consules, sed ab Ausonio ad Ardabirem; nec est alteri dissimile, nisi quod est compendiosius, ut videre licet in notis. Tertium est editum a Pithœo J.C. cum hoc titulo, *Chronicon Prosperi Tironis Aquitani*, cui exstat exemplar persimile tam in bibliotheca Victorina, quam in Oisellina, statim post Hieronymi Chronicon, nisi quod in his duobus postremis habetur solum nomen *Prosperi*, videlicet in initio, *Quæ sequuntur Prosper digessit*, et ad calcem, *Hucusque Prosperi chronographia*. Alterius similis exemplaris ms. nisi quod est paulo auctius, meminit Joseph. Scaliger l. VI de Emendat. tempor. poster. editio. p. 574. Est autem Pithœanum hoc aliis brevius, et sine ulla consulum adjectione; sed tantum cum serie annor. per imperatores ab ann. 1 Theodosii Mag. usque ad an. 5 Valentiniani, seu ad Romam captam per Geisericum; omninoque non solum dissimile aliis duobus Chronicis vulgato et Ulriciano, et verbis et sententiis, sed etiam diversum et oppositum in multis, licet habeat nonnulla, quæ videntur sumpta ex vulgato. Nihilominus tamen vir ille eruditus contendit illud esse solum germanum Chronicon Prosperi, idque duplici nomine: primum eo quod desinat in captam Urbem a Vandalis, et ideo videatur *esse membrum amplioris ejus, quod ipsius nomine ab orbe condito ad captam a Vandalis Romam Gennadius presbyter se legisse testatur*: sed his satisfacit liber Lodonensis, in quo habetur Chronicon sub nomine *Prosperi episcopi Regini*, quod incipit, *Adam cum esset annor.* 230, *genuit Seth. Seth cum esset annor.* 205, *genuit Enos. Enos autem*, etc., et persequitur usque ad descriptionem Urbis captæ per Geisericum et consulatum Valentiniani VIII et Anthemii. Nam cum illud contineat omnia pene, quæ sunt in Chronico Eusebii et Hieronymi, post illam ultimam periodum Hieronymi, *lacrymabile bellum in Thracia*, etc., et illa postrema verba, *sepultura quoque caruit*, continet etiam omnia eadem, quæ sunt in vulgato, nisi ubi peccavit librarius, et præter illa alia quæ sunt a Consulatu Valentiniani VI usque ad Urbem captam a Vandalis. Accedit Contractus, qui postquam multa desumpsit ex Prospero vulgato, addit circa ann. Christi 450, quo Roma capitur a Geiserico, *Hucusque Prosper suam Chronicam perduxit*. Adeo ut non minus de eo Chronico Lodonensi intelligendus sit Gennadius, quam de altero Pithœi: et de hujusmodi libro Lodonensi videtur locutus Gesnerus, dum ait, *Alicubi legitur exstare librum Prosperi de temporibus ab Adamo, usque ad sæculum suum*. Quod spectat ad alteram rationem Pithœi scilicet, *Non antiquorum modo exemplarium fidem, sed et Sigeberti, Marianique testimonia asserere illud Chronicon Prospero*, fateor Sigebertum, seu Sigibertum (utrumque enim legitur) habere nonnulla, licet pauca, quæ leguntur in illo Prosperi Pithœi, ut verbi gratia dum anno Christi 402 scribit: *sanctus Martinus hoc anno obiit secundum Prosperum, qui scripsit eum obiisse anno 5 Arcadii et Honorii*, sed idem multo plura refert quæ ad verbum respondent

A vulgato, sicuti sunt verbi gratia, ea quæ leguntur circa annos 385, 386, 396, 404, 418, 427, 433 et alios. Quod attinet ad Marianum, utique et in singulis fere annis habet aliquid depromptum ad verbum ex Prospero vulgato. Pro quo etiam facit auctoritas editorum, et quod Cassiodorus, Isidorus, Marianus, Sigebertus, Contractus, et alii multa referunt ad verbum ex illo Chronico, vel dum profitentur se sua colligere ex Prospero, vel etiam dum silent a quo. Pithœanum vero videtur fuisse illis omnibus penitus ignotum, aut saltem majori parti; sicut etiam Marcellino comiti, qui scripsit circa an. Christi 530. Nam licet ipse bis mentionem faciat Prosperi tam circa consulatum Theodosii XVI et Fausti, quam Vibiani et Felicis, qui est Christi 464, et biennium ante ejus obitum, ac multa proferat quæ ad verbum sunt eadem cum iis, quæ in vulgato Prospero habentur, nihil habet eorum quæ sunt in Pithœano. Idem potest dici de Vi-

B ctore Tunnunensi, qui scripsit circa an. Christi 560, dum initio sui Chronici ita scribit, *a decimo octavo consulatu Theodosii junioris Victor episcopus Tunnunensis Eccles. Africæ historiam prosequitur, ubi Prosper reliquit*. Cum enim meminit consulatus XVIII Theodosii, docet Prosperum deduxisse suum Chronicum per seriem consulum, qua caret codex Pithœanus. Video tamen viros eruditissimos, in quibus est V. C. Joseph Scaliger, existimare duo illa genera Chronicorum, et vulgatum, et Pithœanum esse revera Prosperi Aquitanici episcopi regiensis, sed nullo modo assentiri eis possum, quod multa legantur in utroque inter se penitus contraria, nec sit vero simile ex eodem ore calidum et frigidum manasse. Exempli gratia (et hoc erit instar omnium) in pontificibus Romanis, vulgatum constituit initium Syricii ad an. 6 Theodosii, at Pithœanum ad an. 12; vulgatum tribuit Syricio annos 17, Pithœanum an. 7; vulgatum ponit initium sedis Innocentii papæ ad an. 7 Arcadii et Honorii, Pithœanum ad an. 5; vulgatum dat Innocen-

C tio 15 annos, et aliquot menses, et dies, illique constituit Zosimum successorem: Pithœanum tribuit Innocentio annos 24, et ei substituit Sixtum pro Zosimo; vulgatum post Innocentium nominat Zosimum, Bonifacium, Sixtum et Leonem: Pithœanum autem solos Sixtum et Leonem; vulgatum constituit initium Leonis ad. an. 17 Theodosii: Pithœanum ad ann. 16; vulgatum numerat Leonem XLIII episcopum: Pithœanum XL. Omitto ejusmodi alia multa, quorum discrepantias lector per se ipsum poterit advertere. Præterea in Pithœano habentur ista ad ann. 4 Theodosii: *Priamus quidam regnat in Francia, quantum altius colligere potuimus*. At quomodo homo Francus, seu Aquitanicus potuit ignorare, aut dubitare de rege Francorum? Adde quod illius auctor prodit se esse Hispanum, ubi subdit: *Prudentius lyricus poeta noster Hispanus*. Sed forsan potest dici duos fuisse diversos auctores hujus nominis, *Prosperi*, et utrumque Aquitanicum, quorum alter episcopus Regiensis fue-

D rit cujus sit vulgatum Chronicon; alter nomine *Prosperi Tironis Aquitani*, seu *Tironis Prosperi* (nam prius illud est in exemplari Pithœi, alterum in exemplari Ulriciano) seu etiam *Tironis* simpliciter (ut apud Marianum) cui sit tribuendum Chronicon Pithœi. Augetur hæc nostra suspicio auctoritate Mariani, dum anno Christi 378 meminit utriusque Tironis et Prosperi. *Excerpta* (scribit in modum tituli et indicis) *ex Chronicis Tironis et Prosperi Chronicæ Eusebii temporibus prætermissis*. Cum enim disjungit Tironem a Prospero, manifeste docet esse diversos scriptores, et ambos scripsisse Chronicon: dixi tamen *forsan*, quia nihil animadverto in Mariano, quod sapiat Prosperum Pithœi, sed tantum vulgatum. Sit ergo nostrum vulgatum *S. Prosperi episcopi Regiensis*, licet in nonnullis auctum, sicut notæ indicant suo quoque loco, et ipse character cursivus, ut loquuntur, seu Italicus, quo illa sunt nunc edita, et etiam in nonnullis decurtatum, scilicet in his quæ de-

siderantur in calce: quorum licet pars habeatur in Chronico Pithœi, sed non tota, ut manifeste patet ex toto ipso Chronico integro, quod quia brevi favente Deo opt. max. edendum curabimus, ne quam novitatem inducerem, eousque distuli additionem eorum, quæ in hoc Chronico circa finem desiderantur. Conjicio autem Prosperum illum, qui forsan, ut dixi, est auctor Chronici Pithœi, non aliunde suum opus exorsum, quam ab iis, in quæ desierat Hieronymus; econtrario hunc Prosperum qui est auctor Chronici, seu vulgati supplementi ad Hieronymum, incœpisse suum Chronicon ab Adam: unde si in vulgato, et Ulriciano Prospero reperiatur ordo consulum, non est quod miretur eruditus Pithœus, licet desint in Eusebio et Hieronymo. Nam ipse codex Lod. ostendit Prosperum in suo Chronico auspicatum fuisse enumerationem consulum a passione Christi, sumpto initio a C. Eusio Gemino et C. Rebellio Gemino coss., eosque deinceps persecutum usque ad calcem, id est usque ad consulatum Valentiniani VIII et Anthemii; quæ non multum profecto est diversa a Fastis Cassiodori, adeo ut probabile fiat, aut hunc exscripsisse suos consules ex illo Chronico Prosperi, aut utrumque ex aliquo alio auctore, et forsan ab Aufidio, vel a Paschali, ex quibus suos consules sumpsisse se testatur ipse Cassiodorus. Quod dictum sit obiter, ut satisfaciam Onuphrio, qui lib. II Fastor. existimat *non videri verisimile fuisse librum quempiam Fastorum, ex quo Cassiodorus illa consulum nomina eo ordine digesserit, quia adeo perverse, inepte, et præpostere positi sunt, præcipue a Tiberio ad Diocletianum, ut portento simile videatur*. Ipsa etiam verba, quæ in exordio Chronici apponuntur, *Hucusque Hieronymus presbyter ordinem præcedentium digessit annorum; nos quæ secuta sunt adjicere curavimus*, vel ut habent Vi. et O.: *Hucusque Hier. presb. ord. præc. diges. anno quæ sequuntur Prosper digessit*, quodammodo indicant Prosperum nil minus, dum suum Chronicum aggreditur, ita præfatum, sed sequentia addita ad Hieronymum a librariis, ut excisa ex aliquo tractatu longiori, et ita non videntur errare qui putant Prosperum scripsisse supplementum ad Chronicon Prosperi, et Chronicam integram ab Adam usque ad mortem Valentiniani. Quamvis autem Hieronymus initio sui operis, eodem præludio utatur, dispar tamen est ratio: siquidem cum is Chronicon Eusebii verterit, necnon auxerit, nihil mirum si nulla præmissa præfatione suum consequenter subjungat. Quæ causa cum Prospero defuerit, minus probabile est eum inde dicendi initium captasse. Præterea si eadem fuisset mens nostro Prospero, quæ Hieronymo, ut ille additam suum assueret ad Hieronymum, sicut hic ad Eusebium, cur non eamdem methodum Hieronymi iniisset, sicut Hieronymus illam Eusebii, scilicet per annos imperatorum, olymp. et ab Abraham? Cur etiam consules addidisset? Series enim consulum certissimum est argumentum, hoc Chronicon, seu supplementum esse partem, seu continuationem alterius majoris voluminis, ubi Fasti consulum superiorum haberentur, sicut liber Lod. ostendit perspicue, dum illud subjicit integrum. Accidit autem nostro Prospero, quod evenisse videmus Palmerio: postquam enim pars Chronici Palmerii fuit subjuncta Chronicis Eusebii, Hieronymi, et Prosperi, factum est ut antecedentia, quæ erant ab Adam usque ad tempus, in quo desinit Prosper, ob eam causam perierint, vel saltem ægre et difficile reperiantur, licet essent valde desideranda, si verum est quod testatur Gesnerus, *Palmerium diligenter perlustrasse Chronicam Eusebii, eamque emendasse et intitulasse*.

Quod ergo auctor hujus Chronici, seu appendicis habuerit nomen Prosper, nulla dubitandi occasio relinquitur, sed an idem ille sit, qui cognominatur Aquitanus, non ita planum ex libris: solus Gennadius ex veteribus hoc asseverat, quem imitantur Trithemius, Petrus de Natalibus, et alii recentiores.

Præterea an ille auctor, qui dicitur Prosper et cognominatur Aquitanicus, fuerit episcopus, jure dubitare quis posset: nam in nullis editionibus hunc præfert titulum: deinde si fuisset episcopus, qui fieri potuit ut Victor Tunnunensis, cum esset episcopus in Africa, et scriberet centum annis post, prætermitteret titulum episcopi, dum Chronici Prosperi mentionem faceret? neque mihi persuadere possum Gennadium presbyterum Massiliensem, de episcopo suo pene contemporaneo et vicino (siquidem verum est eum fuisse episcopum in provincia; Massiliensis enim episcopatus confinis est Regiensi) scripsisse tam abjecte et humiliter, *Prosper homo Aquitanicæ regionis sermone scholasticus*, etc., nulla facta mentione episcopatus, cum mox subjungat eumdem scripsisse librum Chronicorum. Marcellinus quidem iisdem verbis utitur circa consulatum Viviani et Felicis, sed quoniam idem ante annos 25 dixerat Prosperum, Regiensem episcopum, scripsisse contra librum Cassiani (quod tamen Gennadius tribuit ipsi homini Aquitanico), videtur duos constituere, quorum alter fuerit episcopus, alter simpliciter appelletur Aquitanicus: sed non constat quem illorum faciat auctorem Chronici, licet multa habeantur apud eum exscripta ad verbum ex hoc Chronico. Præterea Ado proxime ante ann. Christi 475 facit mentionem *Prosperi Aquitanicæ regionis, notarii Leonis papæ*. Sed subticuit an idem sit auctor Chronici.

Verumtamen ad illud Gennadii, et proinde Marcellini, qui ejus verba est imitatus, potest dici, eum ita locutum de Prospero, tum quod hic scripsisset Chronicon, cum nondum esset episcopus, tum quod Gennadius illi esset infestus, propter hæresim Pelagianam, quam tuebatur, et cujus Prosper fuerat acerrimus oppugnator; hoc enim significant ejus verba, dum scribit *Prosperum infamasse opuscula collatoris*, id est Cassiani, *quæ*, inquit, *Ecclesia Dei* (sic vocat Ecclesiam seu potius sectam Pelagianorum) *probat*. Deinde quod tunc temporis, et eo ævo fuerit episcopus dictus Prosper, satis constat partim ex Sidonio, qui facit mentionem Prosperi episcopi Aurelianensis, et ex actis concil. Vasensis, et Carpentoractensis, in quibus leguntur hæc: *Prosper episcopus subscripsit*, et *Prosper constitui et subscripsit*, et *Prosper episcopus subscripsit*: partim ex ipso Marcellino, qui, ut dictum est, meminit Prosperi episcopi Regiensis. Præterea quod Prosper episcopus Regiensis, qui vivebat circa illa tempora, fuerit et dictus sit Aquitanicus, seu Aquitanus, satis constat ex Martyrologio Romano, atque ex Antonio Flaminio, Surio, Antonino, Trithemio, Petro de Natalibus, Sigonio et aliis. Quod etiam idem ille fuerit in sanctorum numerum relatus, eique dicatus sit dies septimus ante calendas Julii, quo obiit, atque ejus memoria et reliquiæ summa colantur veneratione apud Regium in Æmilia, testantur pene omnes illi qui proxime citati sunt, ac præsertim Sigonius Mutinensis, qui ut vicinus Regiensibus loquitur ut de re sibi notissima.

At quod hic S. Prosper Aquitanicus episcopus Regiensis sit ille idem, qui hoc Chronicon scripsit, testantur quidem Trithemius et Petrus de Natalibus, sed ex veteribus nullus.

Postremo cum in diversis regionibus sint plura oppida nominis Regium, et inter ea duo præcipua, quæ ad rem præsentem faciunt, unum in Gallia, vulgo Ries, alterum in Italia, quod Ptolomæo est Ῥήγιον λεπίδιον, et utrumque episcopali sede nobilitatum, non levis oritur difficultas, ut dijudicemus an Prosper Aquitanicus episcopus Regensis, ut pingunt Marcellinus, Honorius et Sigonius, vel Regini, ut habet codex Lodonensis, vel Reginensis, ut est apud Gesnerum: vel Rhegynensis, ut legitur apud Petrum de Natal.; vel Rhegiensis, ut apud Trithemium, Dinamium; vel ut est in Martyrologio Romano: *Episcopus apud Regium*, cui simile quid habet Gennadium, dum loquens de Fausto appellat eum *Episcopum apud Regium Galliæ* (sic enim haud dubie legendum est, et

non ut refert etiam postrema Hieronymi editio, *apud Regium Galliæ*) fuerit episcopus in Gallia, vel in Italia : illust. Baronius, noster Scaliger et alii plerique docti, cum quibus idem nobis aliquando judicium, sentiunt fuisse episcopum Regiensem in Gallia, sive in Aquitania, ut quidam eorum : sive in Provincia, ut rectius cæteri, cum Regium Galliæ sit in Provincia, non in Aquitania. Ad cujus rei probationem ea ab illis affertur ratio, quod cum Prosper subscripserit conciliis Vasensi, et Carpentoractensi, conciliaque illa fuerint provincialia, nec ut plurimum nisi ex eadem provincia, aut vicinis urbibus episcopi illuc convenerint; proinde necesse videtur Prosperum, qui illis subscripsit, ex Regio potius Galliæ, quam Italiæ prodiisse. Verum quid obstat quin ille Prosper sit idem cum Prospero episcopo Aurelianensi, sicut autumat ipse Baronius in Martyrologio, vel certe alius quispiam ex eadem provincia metropolitana : quin etiam cum in conc. illo Vasensi, post illa verba *Prosper episcopus subscripsit*, statim subjungatur, *Aquitanus episcopus subscripsit*, nec sit probabile unum cognominari Aquitanum, alterum vero nominari, maxime cum eorum subscriptiones proxime sese consequantur : hinc necessario videtur fieri in illo conc. Prosperum, et Aquitanum duos esse. Neque enim error ullus librarii subesse potest, quasi legendum esset *Prosper Aquitanus episcopus subscripsit*, cum certum sit episcopos in subscriptionibus conciliorum non usos nisi nomine proprio. Adde quod minus est rationi consentaneum, concludere Prosperum episcopum Regiensem fuisse episcopum in Gallia, ex eo quod episcopus Regiensis fuerit natione Aquitanicus, et quia Regium est episcopatus in Gallia. Hoc enim nil aliud est, quam diversas personas confundere ob similitudinem nominis. Quis vero probet hujusmodi ratiocinationem, fuit Romæ tempore Ausonii familia Paulinorum, ergo familia Paulini, quæ a Vasate civitate est oriunda (teste Eucharistico Paulini) quæque tunc Burdegalæ florebat, Romana fuit? Optaram equidem Prosperum Gallum totum posse in Gallia retineri : verum nobis satis superque est, quod omnium pene ore sit Aquitanicus. Neque video quid cogat nos credere omnes Aquitanos potius fuisse constitutos episcopos in Gallia quam in Italia; præsertim cum facilius fuerit Leoni papæ, cujus Prosperum ferunt fuisse amanuensem, dare episcopatum in Æmilia Longobardiæ, quam in provincia Galliæ : neque ullus sit qui Prosperi Regiensis episcopi monumentum referat esse in Gallia, sicut plures testantur esse in Italia; atque de hoc multa exstent firmiora testimonia, de altero non nisi meræ conjecturæ habeantur. Vix denique credi possit duos fuisse eodem tempore Prosperos, et utrumque episcopum Regiensem, unum in Gallia, alterum in Italia. Adde quod videtur Regiensem dici a Regio Italiæ, et Regensem a Regio Galliæ, sicut observat Ortelius, et de hac videre licet apud Usuardum et Bedam in Martyrologio, et Notitiam provinciar.; seu Reiensem, ut apud Sidonium Carm. 16, et lib. VI, epist. 125; seu apud Reios, ut lib. IX, epist. 9. Quapropter si expendamus non solum ea, quæ a diversis auctoribus singillatim dicuntur de Prospero scriptore hujus Chronici, sed etiam colligamus in unum omnes circumstantias, fit manifestum ex superioribus Prosperum Aquitanicum scripsisse Chronicon, et hoc vulgatum; eumque fuisse episcopum Regiensem in Italia : nihilominus supremum judicium erudito lectori relinquo.

Porro duo nobis præstanda censuimus, alterum ut inter omnes editiones aliquam eligeremus, quam præcipue emacularemus, alterum ut eamdem tam cum aliis editionibus, quam cum mss. et diversis auctoribus conferrem. Illud quidem, ut, quoniam artium proprium est circa certam aliquam materiam versari, eamque perficere et excolere; sic nos suscepta Eusebii castigatione editionem Henrici Petri Basileæ, mense Martio an. 1529, inter cæteras elegimus, ut supra monuimus : tum quia prior venit in manus nostras, tum quia castigatior visa est : ut si cæterorum errata plerumque non attingam, istius præcipue habitam a me rationem memineris, ad cujus normam alias componas. Hanc vero, quo res esset accuratior, contulimus cum omnibus editionibus, quæ potuerunt ad nos pervenire; ut cum Veneta, Lutetiana, Basiliensibus quinque, Sonniana : item cum membranis Vaticanis septem, Aurelianensi, Avenionensi, Lemovicensi, Parisiensibus tribus, Alcobaciensi et id genus, sicut ex catalogo, quem ordine Alphabetico subjicimus, planius fiet, quæ quoniam studio brevitatis elementis quibusdam, seu notis distinximus, quæ sit horum significatio, paucis accipe.

A. indicat *Aurelianense* exemplar manuscriptum, habens Chronic Eusebii, et Hieronymi, sine Prospero : communicatum olim a Petro Daniele Aurelianensi, viro eruditissimo, et librorum veterum scrutatore studiosissimo, cujus tam honorifica mentio apud Turnebum, Pithœum, Canterum, Lambinum, et alios plerosque, quod quia fuerat sumptum ex illa celebri quondam Bibliotheca monasterii S. Benedicti Floriacensis ad Ligerin, quod decem leucis ab Aurelia distat : ideo nuncupatur a nobis Aurelianense ob vicinioris urbis celebritatem. Videtur autem scriptum ann. Domini 629, cum initio libri hæc habeantur majusculis litteris : *In an.* 5 *Childeberti regis Francorum, Pipino jubente, ab Adam sunt anni* 5 *millia* 900. *Fuit pascha* 10 *cal. April. Ascensio Domini fuit cal. Maias per cyclum numerum ann.* 140. *Repetitio a capite cycli.* Ad calcem autem hæc legantur : *Et a* 14 *Valentis usque hodie, indictione* 12 *die calend. Martias imperatore Heraclio, sunt anni* 248. *Fiunt omnes anni ab Adam usque hic* 5824.

Av. *Avenionense ms.* continebat eadem Chronica, sed distincta per capita et sine lineis, columnis, aut serie numerorum a viro non indocto commodatum.

Al. *Alcobaciense ms.* quod in celebri bibliotheca monasterii Alcobaciensi in Hispania exstat : quodque cum Andreas Schottus Antuerpiensis soc. Jesu professor, et idem antiquitatis diligentissimus indagator, quique tot exquisitæ suæ eruditionis edidit testimonia, contulisset Toleti die 12 Julii an. 1583, variæ lectiones ab eo observatæ in historia, et nullomodo in chronologia, tam ex Chronicis Eusebii et Hieronymi, quam Prosperi, et ad Simonem Barravium J.C. Tholosanum, virum summæ doctrinæ, et totius antiquitatis peritissimum, missæ, in manus nostras devenerunt opera Frontonis Ducæi Burdigalensis nostri, ejusdem societatis professoris, cujus singularem eruditionem, et summum in antiquitate pervestiganda judicium testantur ejus gravia scripta, et gravissima commendatio virorum doctissimorum, inter quos phœnix hujus sæculi Baronius pluribus in locis suorum Annalium. Hujus codicis ms. meminit sæpe Vasæus in Chronico Hispaniæ, ejusque ope receperat se idem facturum, quod nunc præstamus, ut videre licet ex iis, quæ scribit p. 446 : *Eusebii*, inquit, *Cæsariensis Chronicon multis mendis, quibus scatebat, repurgatum, et lectioni sinceræ restitutum, ex veterum codicum, et præcipue Alcobaciensis collatione propediem in lucem dabimus, Christo opt. max. conatus meos adjuvante, simul cum Chronico D. Hieronymi et Prosperi Aquitanici*, quod utinam illi per fata præstare licuisset.

B. *Basiliensem primum* excusum Basileæ, cum Chronicis Eusebii, Hieronymi, Prosperi, Palmerii, et aliorum, ab Henrico Petro anno Domini 1529, mense Martio, ad imitationem editionis Venetæ vel Parisiensis, de quibus postea, nisi quod caret minio, et hoc est quod a nobis susceptum fuit emendandum, et quod cum ms. et editis conferendum. Primum enim in manus nostras venerat, et reliquis castigatius visum est.

B1. *Basiliense* 2, excusum Basileæ, cum iisdem

Chronicis ab eodem Petr. an. 1536, mense Martio priori illi et typorum forma, et paginæ magnitudine pene simile, auctius tamen est duplici indice. His annumerarem tertium, cujus Gesnerus in Epitome suæ Bibliothecæ facit mentionem, aitque editum fuisse per eumdem Henricum Petrum an. 1542, quia tamen ad nos non pervenit, et est verisimile non esse cæteris dissimile, illud idcirco prætermittimus.

Fa. *Fabritianum ms.* elegantissime descriptum litteris nigris vermiculatis, et lazuleis, continens tria Chronica Eusebii, Hieronymi, et Prosperi. Hoc habet singulare quod vice annorum ab Abraham atque a Christo, habet annos ab orbe condito per decadas, nullumque est quod propius accedat ad edita, tam quoad historiam, quam quoad chronographiam : quod demum acceptum ferimus D. Nicolao Fabro senatori Parisiensi v. c. qui pietate, eruditione et antiquitatis intelligentia velut jubar cæteris prælucens, piis omnibus ac litteratis est charus et commendatus, in quibus est summus Baronius variis in locis : hoc is benevole, quo nos et studiosos omnes arctius sibi astringeret, mittendum dedit.

Fux. *Fuxense ms.* habens sola Chronica Eusebii et Hieronymi, quod nobis e celebri bibliotheca collegii Fuxensis Tholosani prodiit, et singulari munere alumnorum illius, et diligentia Joannis Sabaterii senatoris Tholosani, charissimi sororis filii ad nos pervenit.

H. *Henricianum* seu Basiliense 3, excusum Basileæ, ab eodem Henrico Petro ann. 1570, una cum operibus Eusebii, ejusdem formæ cum superioribus, cujus etiam meminit Gesnerus in Bibliotheca.

L. *Lemovicense ms.* cum solis Chronicis Eusebii et Hieronymi, datum olim utendum a Joanne Aurato poeta celeberrimo ac regio, Lutetiæ litterarum Græcarum clarissimo professore.

Lo. *Lodonense ms.* cum tribus Chronicis Eusebii, Hieronymi, et Prosperi, missum ab erudito, et pio viro Alexandro Georgio, provinciali societatis Jesu in provincia Aquitanica, e bibliotheca eductum collegii Lemovicensis ejusdem societatis, antea casu repertum in officina bibliopolæ Lemovicensis. Dictum autem a nobis est Lodonense, quod in ejus limine ista præferuntur : *Iste liber est fratris Petri Guidonis ordinis Prædicatorum, quem habuit ab avunculo suo episcopo Lodonensi.*

Lo. *Lodonense ms.* Alterum cum superiore exemplari Lodonensi consultum, cum hujusmodi inscriptione, *Chronica Prosperi Aquitanici et episcopi Regini*, continens veluti epitome Chronici Eusebii et Hieronymi, unico contextu sine serie annorum : nonnulla etiam habet aliunde adjecta, sed plurima etiam in eo sunt omissa. Nam nihil aliud fere persequitur nisi ea, quæ historiam Judæorum, Romanorum, et Christianorum attingunt. Sed de eo plura, cum egimus de Prosperi libris.

Lut. *Lutetianum* impressum ab Henrico Stephano Lutetiæ an. 1512, eodem pene modo et figura, et ut plurimum cum totidem nec pluribus verbis, et lineis in unaquaque pagina quam habeat editio Veneta : nisi quod in nonnullis vocabulis dissentiunt, culpa, credo, correctorum.

M. *Meldense ms.* cum duobus primis Chronicis, sine Prospero, olim commodatum a RR. Joanne Tilio episcopo Meldensi, cujus manet celebris, et perennis memoria apud omnes pios et litteratos.

O. *Oisellinum ms.* cum Eusebio Hieronymo, et etiam cum Chronico nomine Prosperi, non quidem vulgato, sed Pithœano; hoc habet singulare præ cæteris, ut in eo videas varietatem illam colorum rubri, cærulei, viridis observatam, sed non debitam, aut non cum eo judicio et ratione, quam Hieronymus præscribebat. Habet etiam historiam separatam a canonicis Chronicis, seu columnis numerorum, sicuti supra pluribus declaravimus. Oisellus J.C. et in suprema Parlamenti Parisiensis curia patronus celeberrimus et disertissimus atque laboriosus vetustatis scrutator, quique suæ spectatæ integritatis et eruditionis luculentum in Aquitania nostra dedit testimonium, cum advocati regii munere fungeretur, in illa amplissima decuria senatorum Parisiensium in Aquitaniam a rege ad jus dicendum missa ante annos 23, ne rempublicam litterariam thesauro illo fraudaret, liberaliter transcribendum communicavit.

P. *Puteanum ms.* continens Eusebii et Hieronymi Chronica sine Prospero, multis in locis propter vetustatem fugientibus litteris et lituris refertum, quod olim suppeditavit Claudius Puteanus v. c. dum viveret consiliarius regius in suprema curia Parisiensi, vir omni litterarum et virtutum genere præstantissimus, ac bono veterum auctorum natus.

Pet. *Petrinum*, seu *Basiliense quartum* editum per eumdem Henricum Petrum Basileæ, mense Martio ann. 1549, una cum Eusebii operibus, quod in omnibus fere respondet editioni anni 1529, serie, numero linearum et paginarum, necnon typorum forma.

Peta. *Petavinum ms.* minio illustratum cum Chronicis Eusebii et Hieronymi, sine Prospero, quod D. Paulus Petavius v. c. in suprema Parisiensi curia senator regius eruditissimus, et sedulus antiquitatis indagator, ac veterum librorum promptuarium, pro suo erga litteratos studio, Parisiis ad nos perferendum dedit. Hoc exemplar præ cæteris propius accedit ad Fux.

*Petavii Fragmenta ms.* Schedæ aliquot antiquissimæ membranaceæ unius aut alterius ms. Eusebii et Hieronymi, quæ, codice carie et vetustate consumpto, superstites remansere, ejusdem v. c. Paulii Petavii beneficio ad nos delatæ.

Pi. *Pithœanum ms.* cum Chronicis Eusebii et Hieronymi sine Prospero, a Francisco Pithœo J.C. actore causarum celebri in suprema curia Parlamenti, diligentissimo conservatore antiquitatis, viro multis nominibus commendando, atque inter cætera non solum quod habuerit fratrem litteratissimum illum quondam Pet. Pithœum jurisconsultum, antiquitatis indagatorem sagacissimum, quem non minus sanguinis propinquitate, quam morum et doctrinæ similitudine attingit; sed quod pro sua summa eruditione solus a rege Christianissimo selectus fuerit ex immenso illo fonte totius doctrinæ et eruditionis choro advocatorum Parisiensium, qui collationis Fontis Eblaudi inter episcopum Ebroicensem et Mornæum Plesseum arbiter sederet cum regni cancellario, et aliis primariis viris, ut ad hoc nostrum opus symbolam suam conferret, hunc codicem nobis liberaliter communicavit.

Pi. quoque indicat in notis ad Prosperum, fragmenta Fastorum Consularium, quæ habentur ad calcem ejus codicis Pithœani.

Reg. *Regium ms.* quod olim exstabat in bibliotheca Christianissimæ Catharinæ Medicææ reginæ Matris, habens Chronica Eusebii et Hieronymi et annos mundi, sed non ab Abraham, et cujus varias lectiones idem Fronto Ducæus observatas, veluti benevolentiæ et eruditionis suæ surculum, ad nos transmisit.

S. *Sozomeni Pistoriensis* Chronicon ms. in quo ad verbum descriptum est Chronicon Eusebii, usque ad olymp. 183, in his quæ pertinent ad historiam, nam desideratur series annalis : nos legimus in Vaticana Bibliotheca, et Gesnerus in sua Bibliotheca testatur, eum scripsisse historiæ universalis immensum volumen.

S. *Savaronicum* Chronicon Eusebii, Hieronymi, et Prosperi, excusum Basileæ an. 1536, quo continentur Dittographiæ, quas v. c. Joannes Savaro Claromontensis in Montisferrandi subsidiorum curia senator, et vice-cancellarius excerpsit ex duobus mss. Ille ubi rescivit nos in excolendo Eusebio occupari, ut suum studium, quo erga venerandam antiquitatem afficitur, cujusque tam celebre in expurgando Sidonio populari suo testimonium dedit, magis comprobaret, ex Arvernis ad nos humaniter transmisit.

So. *Sonnianum* impressum a Michaele Sonnio Lutetiæ an. Domini 1587, cum cæteris operibus Eusebii, ubi cum typographus assereret virum doctum castigasse pluribus in locis Chronica Eusebii, et Hieronymi, et cum præfixus titulus præferret libros Eusebii restitutos *opera Joannis Dudrei Parisiensis theologi*, rogatus ille per litteras a nobis, ut indicaret, num quo manuscripto usus esset, rescripsit pro sua in nos benevolentia se quidem commentarios Grynei in lib. de Præpar. Evang. purgasse ac præcidisse nonnulla, quæ catholicorum aures poterant offendere: cætera vero non attigisse, sed typographo esse tribuenda. Postquam autem ad nos pervenit codex Victorinus, cognovimus mutationes, quæ reperiuntur in hac Sonniana editione, ex illo codice ut plurimum desumptas, licet non satis feliciter ubique.

*Tres mss. Fab.*, *seu* 3 *mss. Fab.* ejusdem Nicolai Fabri v. c. Chronicon Eusebii, excusum Basileæ an. 1529, plurimis et variis lectionibus ditatum, quas is summa diligentia excerpserat, et notaverat collatione facta cum tribus mss. quorum tertium habuerat a Jacobo Cujacio jurisconsultorum nostri sæculi coryphæo. In eo desideratur, quod pluribus in locis, nil sit annotatum: opus suis numeris absolutum videri poterat, si perfecisset, ut cœperat, tantus est in viro illo ingenii splendor. Hoc quoque una cum suo superiore chirographo libentissime deferendum curavit pro sua spectata virtute.

V., Va., Vat., Vatic. Istæ litteræ sunt indices manuscriptorum exemplarium, quæ habentur in celebriori totius orbis Bibliotheca Romæ in Vaticano. Legimus quidem nos cum ibi ageremus, tres codices cum Chronicis Eusebii, Hieronymi, et Prosperi, quos distinguendos duxeramus his tribus notis V., Va., Vat., ita ut V. indicaret primum exemplar, Va. secundum, Vat. tertium. Tandem tamen cum assecuti sumus multas et varias lectiones, quæ habentur tam in illis, quam in cæteris quatuor, quod fuit paulo serius, et postquam multa ex nostris notis essent jam excusa, supersedimus ut plurimum ab illis tribus citandis, postrema hac *Vat.* contenti, cum additione tamen numeri librorum, ut *sic habent quatuor*, vel *quinque*, vel *sex*, vel *septem Vatic.* Porro variæ eæ lectiones congestæ et observatæ fuere opera et labore Henrici Spondani, viri eximia fide et eruditione, consiliarii regii, et supplicum libellorum in regia Navarrea magistri. Is enim pro sua in nos benevolentia, fideliter cum contulisset editionem Basileensem anni 1529, cum illis septem libris mss. accuratas illas observationes ad nos Roma transmisit, quibus etiam significavit quinque exemplaria habere omnia disposita sub variis columnis, eodem fere modo, quo habentur in impressis, licet sæpe varient: at tria reliqua continere omnia sub unica columna præter numeros, qui in singulis columellis notant seriem annorum regum et aliorum: ut crediderim illa tria esse hac in re similia Oisellino et Victorino codicibus de quibus supra.

Ven. *Venetum* editum ab Erhardo Ratdolt Augustensi, Venetiis an. 1483, idibus Septembris, omnium impressorum, ut opinor, antiquissimum, cum ars typographica non cœperit ante an. 1440. Hoc habet præcipuum, quod solum et unicum videtur omnium editorum primum excusum *juxta plurima* (nam aliæ editiones ad illius instar editæ sunt) ut loquitur typographus, *exemplaria undique comparata*. In eo multa sunt notata, ut anni mundi, et a Christo, olympiades, major pars tam titulorum, qui præficiuntur singulis columnis, quam ipsorum regum, numerorum, et primæ litteræ cujusque historiæ minio pinguntur: ita ut in hoc propius accedat ad formam præscriptam ab Hieronymo, quam omnes aliæ editiones, ut etiam in aliis rebus suo loco notabitur. Quamobrem non mediocri fuit nobis adjumento: multa enim in posterioribus editionibus immutata in deterius, accurata ejus collatione et deprehendimus et restituimus. Quanti enim sint documenti primæ editiones ad arguendam typographorum inscitiam, vel eorum qui oscitanter castigandos libros suscipiunt, sciunt hi qui in lectione manuscriptorum versati sunt.

Vi. *Victorinum* cum Eusebio et Hieronymo, et præterea cum Chronico quidem nomine Prosperi, sed diverso a nostro vulgato, et eodem cum illo, quod edidit Pet. Pithœus ut germanum, quodque habetur in Oisellino, cui est picturæ ac colorum elegantia et varietate, necnon referendæ historiæ ratione extra columnas canonum non tantum simile, sed pene idem. Id vero ad nos pervenit depromptum ex insigni illa Bibliotheca monasterii Sancti Victoris, in suburbiis Parisiensibus, beneficio religiosissimi D. Joannis Hurtault, prioris ipsius cœnobii, cum quo nobis in comitiis Blesensibus an. 1588 magna familiaritas intercesserat, cum esset unus ex delegatis cleri Parisiensis, et nos totius provinciæ Auxitanæ.

Denique præter illa exemplaria sive mss. sive impressa, quo triumviros nostros cultiores haberes, placuit cum aliquot aliis auctoribus conferre, ut cum Eutropio, Orosio, Isidoro, Adone, Beda, Cassiodoro, Mariano, Othone, Freculpho, Cedreno, Lamberto Schafnaburgensi, Rheginone, Marcellino Comite, Contracto, Alberto abbate Stadensi, qui scripsit an. 1256, Idacio, Jornande, Vincentio, Martino Polono, (is scripsit an. 1278) Antonino, Historia scholastica Comestoris, Jacobo Bergomate, et aliis multis, quorum fit mentio in notis, ubi locus occurrit. Quid enim accommodatius, quam si fontem cum rivulis, vel vice versa, rivulos cum fonte comparemus? Accedit quod hi cum illos tres velut chronologorum principes habuerint, ad eorum exemplar plane sese composuerunt. Nam vel magna ex parte, expresso nomine, eorum testimonia adhibent, ut ex *Eusebii Chronicis*, seu *ex Hieronymi Chronicis:* vel si reticeant, nihilominus conceptis verbis eadem habent, quæ illi tres, eosque imitantur, vel in sententiarum elegantia, vel in historiis disponendis inter se invicem, vel ad annorum numerum et situm. Proinde in his quæ referant, habent non minorem auctoritatem, quam optima quæque exemplaria: nam eorum lectio arguit codices Eusebianos, quibus usi sunt, ita habuisse. Non tamen omnia quæ sunt Eusebii, apud illos requiras, cum plurima omiserint, nec idem judicium omissorum ac expressorum esse debeat: idcirco ut alias præmonuimus, infirma aut nulla peti poterit auctoritas aut probatio ex iis quæ ipsi prætermittunt. Hinc etiam colligitur quod, nostris tribus scriptoribus castigatis, supradicti auctores, una et simul restituuntur, sed quia suis etiam notis nonnullos ex his auctoribus distinximus, eas ut intelligas, hæc subjecimus.

Alber. indicat Chronicon *Alberti* abbatis Stadensis, ubi pleraque ad verbum ex tribus nostris Chronicis sunt transcripta: floruit circa an. Christi 1240.

Ad. Chronicon *Adonis*, Viennensis archiepiscopi, Eusebii et Hieronymi, flosculis illustratum: floruit circa an. Christi 879.

Anton. Historialem summam *Antonini*, qui fuit archiepiscopus Florentinus, quippe videtur in Eusebium veluti commentarios edidisse, ejusque textum profert ad verbum aliquando sub nomine *Eusebii in Chronicis*, aliquando sub *Hieronymi in Chronicis*, etiam ubi de Chronico ipso Eusebiano agitur: aliquando vero sublato utriusque nomine: *In Chronicis*, inquit, *dicitur*, hæc nostra significans. Porro mendoso usus videtur exemplari, tum quod annos ab orbe condito numeret, secundum Eusebii Chronicon, quos certum ab Eusebio prætermissos, tum quod dissimilem admodum enumerandorum annorum rationem persequitur, menti Eusebii oppositam, ut ex codicibus sive mss. sive cusis constare potest, et ex uno aut altero exemplo liquebit. Ait enim Cyrum orsum regnare juxta Eusebium an. ab orbe 2404, cum secundum Eusebium lapsi sint 4640. Idem videre licet in Cambyse, cujus regni primordia constituit *secundum Eusebium an. mundi* 3454,

*et secundum LXX et Bedam an.* 4670, quæ tamen postrema, revera ipsiusmet nostri Eusebii summa haberi debet. Item *secundum Eusebium in Chron. Aristidem*, ait, *urbe ejectum an. Darii* 29, circa 1534 *ab Abrahamo*, cum tamen impressi 2 Xerxis anno assignent Verum nescio quomodo fiat, ut alibi concurrat cum nostra Eusebiana supputatione, dum scribit Theodosium cœpisse imperare secundum Eusebium an. mundi 5586. Floruit circa an. Christi 1450.

Bed. Chronicon, seu de Ratione temporum magni illius venerabilis *Bedæ* Angli, qui quamplurima, quæ in his Chronicis habentur, ad sua derivavit. Floruit an. Christi 726.

Vincent. seu Vinc. *Vincentius* Belvacensis episcopus ordinis Prædicatorum, qui tam in Speculo naturali, quam historiali (in utroque enim quamplurima nostrorum Chronicorum refert iisdem pene verbis et eodem ordine) codicem videtur habuisse similem Victorino: scripsit circa an. 1350. Cæteri scriptores licet notis nonnumquam indicentur, quia tamen satis familiares, ideo a nobis prætermissi.

Singulare fuit in restituendo Prospero, quod in tanta illa exemplarium mss. copia, pauca admodum usui fuere numero tantum septem, nimirum tria Vaticana, quæ legimus nos ipsi (Spondani enim Collectanea variantis scripturæ desinunt in Hieronymo), duo Lodonensia, Fabricianum et Alcobaciense: quæ nos quoniam iisdem notis insignivimus, quibus superius V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., et Al., ideo præcedentia erunt consulenda, ut de eorum significatione certior fias. Quæ septem exempl. cum in aciem contra fœdissima errorum monstra essent educenda, et numero imparia ad pugnandum viderentur, ad auxiliarios et socios recurrendum duximus, nimirum ad Cassiodorum, Hermannum Contractum, Marcellinum Comitem, Adonem, Sigibertum (qui scripsit an. 1200), Marianum, et cæteros, qui cum similia et iisdem plane verbis plerumque referant, aliquando quidem Prosperi nomine expresso, aliquando vero suppresso, classico ad signa sunt convocati, et veluti testes fidissimi, apud quos veritas erat deposita, ad ejus professionem sunt citati: et quo cuneus instructior esset, adjunximus ad mss. editos libros Chronicorum Prosperi, post an 1529, quos evulgandos curarunt Onuphrius Panvinius et Henricus Canisius Noviomagus, in quibusdam paulo emendatiores, quam antea, qui cum brevitatis causa notulis quibusdam indicentur, quænam eæ sint admonitum te imprimis volui.

On. significat *Onuphrianum* codicem Chronici Prosperi; inter Opera enim Onuphrii Panvinii, Venetiis impressum Chronicon an. 1558, cum aliquot aliis opusculis, ut cum Fastis, Comite Marcellino, et aliis.

Vulg. *Vulgatum* impressum Basileæ post Chronica Eusebii, et Hieronymi, an. 1529, ad quod nostras correctiones accommodavimus.

Can. *Canisianum*, id est, alterum Prosperi Chronicon editum Ingolstadii an. 1601, studio Henrici Canisii Noviomagi, quod ipse Vulgatum vocat, et est affine ei quod emendamus, nisi quod est correctius.

Ul. *Ulricianum*, hoc est Chronicon aliud Prosperi germanum priori, quod idem Canisius simul edendum curavit: vocatque *Ulricianum*, quod ejus autographum habuerit ex monasterio Augustano SS. Afræ, et Udalrici, ubi Eusebii et S. Hieronymi Chronicis subjectum erat Chronicon cum hoc titulo: *Incipit ex Chronicis Tironis Prosperi Chronicorum Eusebii temporibus prætermissis.*

Mar. *Marcellini Comitis*, Chronicon, quod Prosperum serie consulum, ac verborum et sententiarum similitudine quam proxime imitatur; scripsit circa an. 530.

# CASTIGATIONES ET NOTÆ

## IN EUSEBII PAMPHILI CHRONICON.

(Col. 33.) *Chronica trium illustrium*, etc. Hunc nos titulum præfiximus, sublato longo illo verborum circuitu primæ editionis Venetianæ: *Eusebii Cæsariensis episcopi Chronicon, quod Hieronymus presbyter divino ejus ingenio Latinum facere curavit;* vel exemplaris B. quod continet Chronica septem auctorum: *En damus Chronicon divinum plane opus eruditissimorum auctorum repetitum ab ipso mundi initio, ad annum*, etc., *usque salutis* 1512, *Eusebii Pamphili Cæsariensis D. Hieronymo interprete, D. Hieronymi presbyteri, Prosperi Aquitanici*, etc.; vel codicis H. qui complectitur totidem Chronica cum hoc titulo: *En tibi, lector, Chronica, hoc est rerum secundum temporum successiones, in orbe gestarum memorabilium elenchos: ad opus ut divino primum consilio institutum, ita omnibus cujuscumque sint professionis, quam maxime utile*; vel codicis A.: *Incipit epitoma de Chronicon, quibus generationes et regna ab Adam usque ad Abraham, et imperia, vel passiones Domini omnes consecuti sunt usque ad finem Valentis, et Valentiniani, adjecimus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*; vel codicis. Vi. et O.: *In Christi nomine liber Chronicorum Eusebii a S. Hieronymo de Græco in Latinum translatus;* cui convenit codex ms. Cujacii, ut præfert liber v. c. Nicolai Fabri. nisi quod illi accessit vox *incipit*, hoc modo: *In Christi nomine incipit liber*, etc.; vel codicis Lo.: *In hoc corpore continentur Chronica Eusebii, Hieronymi, Prosperi*; vel etiam codicum Pi. L.: *Chronica Eusebii, et Hieronymi;* vel Fa.: *Incipit Chronica Eusebii, Hieronymi, cum superadditis Prosperi;* vel Fux.: *Chronica Eusebii.* In So. vero, quæ editio continet omnia Eusebii opera, nulla est inscriptio, sed statim post orationem de laudibus Constantini, sequitur præfatio Hieronymi, nullo alio lemmate interjecto. His omnibus non dubitamus nostrum titulum præferendum, præsertim cum brevitate antiquitatis puritatem magis sapiat, nec plura nobis arrogemus, quam quod singulis typographis licuit, ut pro arbitrio, quem vellent, præmitterent. Porro quod in titulis Eusebii, et Hieronymi, nulla vel accessione, vel decessione facta, Prosperum econtra titulo episcopi nobilitaverimus, longe diverso ab omnibus mss. vel excusis (nam editi libri hæc tantum habent vel *Prosperi Aquitanici*, vel *Tironis Prosperi* vel *Prosperi Tironis Aquitani*, mss. vero nedum isthæc), dabis tu tamen, lector, non tam novitatis desiderio, a qua, quam longe possumus, absumus, sed potius peculiari erga virum nostratem studio, cui cum inter præcipuos chronologos locus esset concessus, eodem quo cæteri, gaudere debuit privilegio, ut eorumdem more suis titulis insigniretur, quo ex his, viri agnita dignitate operis magnitudinem suspiceres.

(Ibid.) *D. Hieronymi præfatio.* Noli tanquam putidam rejicere: quo enim simplicius dicendi genus, eo et antiquius et purius, et sic reponendum suaserunt Fa., Peta. et primæ illæ editiones Ven. et Lut., atque ultima So., ubi observandum vocem *Hieronymi* scribi simpliciter sine *H* in majori parte librorum scriptorum, et sine *y*: noluimus tamen ab

accepta orthographia recedere, cum sic vox ista pridem apud Ethnicos, ut apud Plutarchum et alios, pingi soleret. Adjecimus litteram majusculam D. quæ significat Divum, non quod suffragarentur mss. libri, sed ne receptæ jam inscriptioni adversaremur.

(Ibid.) *Eusebius Hieronymus Vincentio et Galieno suis salutem.* Ita habent exemplaria L., A., V., Vat., Fa., Peta., Vi., Pi., Lo., Sa., Ven., Fux., O., et Lut., pro *D. Hieronymi presbyteri in Eusebii Cæsariensis Chronicon ad Vincentium, et Galienum præfatio*, ut in B., H.; vel *Hieronymus presbyter Vincentio et Galieno suis*, ut in So., vel *Eusebius Hieronymus ad Innocentium*, ut in Al., sed valde corrupte : confirmatur nostra lectio auctoritate Trithemii lib. de script. Eccles. Cæterum *Hieronymus* dictus est *Eusebius* a patre : sic enim appellabatur pater illius, ut ipse tradit in catalago scriptorum ecclesiasticorum, hocque ei tanquam prænomen fuit, ut Paulino nostro Pontius, Augustino Aurelius.

(34.) *Scabris.* In V. *scatebris*, mendose.

(Ibid.) *Interpretata.* Sic dicendum censuimus, pro *interpretatum :* nam et sequentia hoc satis docent, et ita habet major pars exemplarium, ut A., L., Lut., Va., Vat., V., So., Lo., Pi., Vi., O., Fa., Peta. Idem quoque illi tres mss. notati in Fab.

(Ibid.) *Interpretata nesciunt, a Cicerone.* Post *nesciunt*, apposuimus virgulam, juxta Vi., Pi., Lo., Peta., Fa., Fux., cum antea post vocem *Cicerone*, sita esset : nam etiam sensus ita requirebat.

(Ibid.) *Lineas.* Ita correximus pro *linguas*, ut olim, secuti Au., L., M., Va., Al., Vat., So., Sa., Fux., Pi., Vi., O., et tres codices Fab. et Fa. ad oram, sed in textu habet *linguas ;* in Peta. exstat *linguas*, sed superscriptum est, *lineas*; nam auctoris sensum melius explicat, et sic habes apud eumdem Hieronymum epist. 101, ad Pammachium, de optimo genere interpretandi, dum ex instituto multa desumpta ex hac præfatione transcribit.

(Ibid.) *Insequentem. Insequentes* in tribus mss. Fab.; et in Peta. super vocabulum *insequentem* scriptum est *insequentes*, sed parum interest.

(Ibid.) *Excidere. Excedere* in A., L., So., Al., Lo., Fux., O., Peta., Vi., Pi., et tribus mss. Fab., et sic persistere auctor videtur in metaphora : qui enim lineas ad alicujus imitationem ducit, timendum illi ne excedat, hoc est, ne minus extendat, vel magis producat lineam, quam par fuerit : sic quoque legitur apud eumdem Hieronymum dicta epist. ad Pammach. Verum cum Marianus Victorinus ex ms. legendum putet *excidere :* neque nobis desint exemplaria, quæ huic receptæ lectioni astipulentur, nihil duximus immutandum.

(Ibid.) *In aliena lingua. In alia lingua* L., Pi., Peta.

(35.) *Significatum.* In Fa. positum ad oram : *Al., signatum est.*

(Ibid.) *Meum quod id efferam.* Planiorem credidi sensum, si veterum sequerer lectionem multis membranis confirmatam, quam ut in L. et Pi., *mecum quod differam*, vel ut in A., *meum quid efferam*, vel ut in V., Vat. et Fa., *meum quod id efficiam*, tamen in margine Fa. : *Al., quod id efferam*, vel ut in Lo. et H., *meum quod id efferam*, vel ut in tribus mss. Fab., *meum qui efferam :* cum sæpius legatur *meum*, quam *mecum*, illud retinendum putavi. Ideo autem magis placuit, quod in eo posita sit antithesis inter verbi proprietatem, et *meum :* agit enim de versione unius linguæ in aliam, per quam, quæ propria alteri, nostra efficimus. Cæterum quemadmodum Hieronymus ista omnia ad verbum citat in epist. 101 ad Pammach. de optimo genere interpret., quo res sit firmior, placet hic apponere, ex castigatione Victorii : *Cum*, inquit, *Eusebii Cæsariensis* χρονικὸν *in Latinum verterem, tali inter cætera usus sum Præfatione, Difficile est alienas lineas insequentem non alicubi excidere, et arduum, ut quæ in alia lingua bene dicta sunt, eumdem decorem in translatione con-*

A *servent : significatum est aliquid unius verbi proprietate; non habeo meum, quo id efferam.*

(Ibid.) *Ambitu.* In A. adjectum est *ambitu verborum.*

(Ibid.) *Vix brevia spatia. Vix brevis viæ spatia* Lo., Pi., Fux. : ita quoque legitur apud Hierony. dicta epistola 101 ad Pammachium.

(Ibid.) *Consumo.* Codices Vi., Fux., Pi., L., O. habent *consummo.*

(Ibid.) *Varietates.* In L., Fux. et A., *varietas*, sicut in Fa. ad oram.

(Ibid.) *Mi Vicenti. Mi Innocenti.* Al., sed perperam.

(Ibid.) *Theodotion. Theodosio*, Vi., O., Peta., sed utrumque est frequens apud Hieronymum et alios.

(Ibid.) *Discrepante.* Sic editi libri Lut., B., H. quibus suffragantur alii codices, exceptis A., V., L., Va., Vat., Al., Lo., Pi., V., Sa., Fa., So., O., in quibus legitur *discrepare* ejusdem modi, cum præ-

B cedentibus *exprimere, et sequi :* nil tamen duximus immutandum : nam receptam lectionem sensus satis tuetur ; et veteri standum proverbio, τὰ ἀκόντα μὴ κινήσεις.

(36.) *Quibus censeantur.* Sic restituimus ex Pi., Lo., Vi., O., L. et Al., pro *quibus censeatur.*

(Ibid.) *Meruerint.* Expunximus *tenuerint*, et ejus loco istud reposuimus, secuti A., L., M., Vat., Lo., Pi., Vi., Sa., O., Peta., Fux. et So. : ingratus enim foret tam vicinus ejusdem vocis concursus in tam brevi periodo, *tenent*, et *tenuerint.*

(Ibid.) *Dure sonantes.* Hanc lectionem retinuimus, quamvis in L. *dure sonare*, et in A. et Fux. *dure*, desit.

(Ibid.) *Quod diserti homines. Quod isti homines* Vi., Sa., O.

(Ibid.) *Perhorrescant. Perhorrescunt*, Al.

(Ibid.) *Quid Psalterio. Quid Psalmo* Vi., Pi., L., Lo., O., et tres mss. in Fab.

(Ibid.) *Nunc Alcaico. Nunc Achaico*, Al.; *nunc*

C *alchayco*, Fux. ; *nunc Caldaico*, Peta. : prima retinenda : nam ita dictum carmen ab Alceo auctore.

(Ibid.) *Solomone gravius. Salomone gratius* Al. Vi., O., Au. Sed utrum legendum *Solomon*, an *Salomon*, vide infra.

(Ibid.) *Penitus non cohærent.* Sic restituimus ex A., M., V., Peta., L., Pi., et tribus mss. Fab., cum in impressis Fa. et aliis haberetur *penitus non inhærent*, et in So., Vi., Lo., Al., Fux., Sa., et ad oram Fa., *penitus non hærent :* natus est inde error, quod cum vox *non* scriberetur per nomen cum titulo suprascripto, quidam librarii crediderunt legendum *in.*

(Ibid.) *Exponat Latinum. Exprimat in Latinum* Al., Fa., Sa., Vi., O., Lo., tres mss. Fab., quod ipsum in epist. 101 legitur.

(37.) *Prosæ.* Non dubitavimus sic corrigendum loco, *pro se*, juxta V., Lo., Peta., Pi., L., O., tres mss. Fab., H. et So., quia alioquin nullus videbatur

D sensus : præterea habet idem istud Hieronymus in epist. ad Pammach.

(Ibid.) *Ut non vobis mirum.* Ita coegit nos legere multitudo exemplar. L., A., M., V., Al., Lo., Vi., Peta., Pi., Vat., O., Vat., Fa., So., loco *ut non nobis mirum*, ut in B., H., Pet., Ba. : omnino enim auctor admirationem removet ab iis quos alloquitur.

(Ibid.) *Vel divisa.* Deest in A., Al., Lo., Peta., Fux.

(Ibid.) *Vel divisa sit.* Pro *sit* Pi., L., Peta., Fux., habent *fit* : et ita legendum dicebam, ut tria verbi hic posita paribus indicandi modis efferrentur : sed typographus retinuit antiquam scripturam.

(Ibid.) *Rerum ipsarum brevitate.* Sic in L., M., A., Al., Sa., O., Lo., Vi., Pi., Peta., cum in cæteris, *rerum ipsa brevitate.*

(Ibid.) *Numeros inexplicabiles. Numeros inextricabiles* Vi., O., Pi., Peta., tres mss. Fab. ; in Fa. ad marginem est scriptum, *alias extricabiles.*

(Ibid.) *Ut autem, ... unde præmonendum.* Hæ octodecim lineæ desiderantur in codicibus Peta., Fux., L., A., Al., Lo., Pi.; sunt in aliis et in uno trium mss. Fab., sed non dubito esse Hieronymi: omissa autem crediderim exscriptorum industria, qui cum rationem illam hic præscriptam non observarent, ne suam negligentiam aut inscitiam proderent, satius illis visum est delere omnino, quam non præstare.

(Ibid.) *Cognoscatur.* Sic in A., V., Vat. et So., pro *cognoscantur*, ut in cæteris.

(Ibid.) *In explanatione historiæ.* Olim *in explicatione*; sed secuti sumus Vi., O., et oram Fa., quemadmodum et infra post tredecim lineas; alioquin potuit sustineri lectio recepta: nam ita Catullus de historia: *Omnes ævum tribus explicare chartis.*

(38.) *In numeris respondere.* In V., Va., Fa., *numeris respondere* absque *in*; at in Vi., O., *in numeris respondente.*

(Ibid.) *Sed mixtim nigro. Sed mixtum nigro.* Vi., Fa., O.

(Ibid.) *Nec in explicatione. Nec in explanatione,* Fa. Sed de hac re supra.

(Ibid.) *Nona linea.* Nullus est, qui vel minimum auctoris sensum attendat, qui hanc lectionem non magis probet: sic enim in M., Vi., Vat., O., Sa., Ven. et So.; quam si legerit vel *non aliena*, ut in V. et Va., vel *non linea*, ut in Lut., B., H., Pet., Ba., et aliis mss.

(Ibid.) *Ne quis irrationabili æstimet.* Castigationem hanc non damnabis, pro (ut est in editis et aliis) *ne quis irrationabili extimet*: nam sic monuerunt restituendum chirographi L., A., Lo., Peta., O., Vi., Pi., Fux.,

(Ibid.) *Voluptate. Voluntate,* L., A., Pi.

(Ibid.) *Et eumdem coloris locum, quem prior membrana signaverat, etiam posterior servaret.* Noli quæ in veteribus editionibus reperiuntur, desiderare, videlicet, *et eumdem coloris locum quem prior membrana signaverat, ex adverso positi numeri retinerent, vel etiam posterior scriptura servaret.* Quæ enim amputavimus, auctoritate horum chirographorum sustulimus, L., A., Lo., Al., Fux., Pi., et Peta., et quia omnino delenda videbantur: nam diversum, et contrarium sensum efficiunt præcedentibus, quibus significat numeros ex adverso positos in singulis regnorum columnis, seu, ut loquitur Hieronymus, *tramitibus*, diverso colore distinguendos, quo facilius dignoscantur. Si enim, verbi gratia, notas numerales primæ columnæ *Hebræorum* contempleris, ut 2, 3, 4, et easdem illas notas cernas in columna *Ægyptiorum*, cum proxime se consequantur, haud dubio confundentur, et commiscebuntur, ut ex 2 et 2 fiat 22, et ita deinceps, nisi colore, et linea distinguantur. Ergo mens Hieronymi est, ut prior littera cujusque historiæ eodem colore inficiatur, quo nota numeralis cujusque tramitis, ad quam referri debet.

(Ibid.) *Servaret. Reservet* Al. P.

(Ibid.) *Genuinum dentem.* In Lo., V., Al. et Pi., et in tribus mss. Fab. vox, *dentem*, desideratur, nec videtur necessaria, cum exstet proverbium, *genuino mordere*, quod satis familiare D. Hieronymo Apolog. adversus Rufin. et alibi, ubi ait, *possim respondere si velim, possim genuinum læsus infigere*: neque enim genuini dicti sunt quasi gemini, quod crediderunt aliqui, sed a genis sunt sortiti appellationem: sunt enim dentes Maxillares, ut præclare explicat Tullius II de Nat. Deorum, ubi de ordine et appellatione dentium, qui quoniam occulti, hinc *mordere genuino*, pro *clanculum detrahere*. In V., Va., Fa., *geminum dentem.* Aimoinus in epistola nuncupatoria, dum transcribit has quattuor aut quinque lineas, licet nomen Hieronymi reticeat, ab his verbis, *nec ignoro*, usque ad, *auctorem referent*, eadem habet: *huic*, inquit, *volumini genuinum dentem infigant.*

(Ibid.) *Quod vitari.* Recensueramus *vitare* ex Al., L., Pi., Fux., A., V., Va., Lo., Fa., Peta., pro *vitari*, sed typographus neglexit.

(Ibid.) *Calumniabuntur tempora.* Communis lectio in B., Pet., Ba., H., Peta., Lo., Fa., et aliis mss., et apud Aimoinum *calumniabuntur in tempora*: visa autem est præpositio hæc, *in*, superflua, et sic Vi., Fux., Pi., O., So. habent. At in V., Pi., legitur *calumniabuntur interpretata.* In Lo. ista sic distinguuntur, *calumniabuntur, in tempora convertent ordinem*, etc., posita virgula post *calumniabuntur.*

(39.) *Obtestatio*, etc. Desideratur hæc obtestatio in codicibus L., Lo., Pi., Peta., Fux., Vi., O. et A., non proinde tamen rejicienda: quia in cæteris legitur proxime ante præfationem Hieronymi, etsi sine ullo titulo, nisi quod primæ editiones Ven. et Lut. habent: *Hieronymi in hujus aliquando libri descriptores, ut archetypus describatur, adjuratio*: nec est solius D. Hieronymi, vel Eusebii, sed antiquioris multo D. Irenæi, et iisdem plane verbis ab eodem editam fuisse in opere, quod περὶ τῶν ὀγδοαστῶν inscripsit, testis idem Hieronymus in lib. de Scriptor. Ecclesiast., et citatur ex eodem Irenæo ab Eusebio nostro lib. 5 Hist. cap. 19, ut proinde non inconcinne cum hoc loco ipse apposuerit, aut Hieronymus. Videtur autem hoc a magnis viris institutum, vel ut accuratissima diligentia usos se fuisse in describendo profiterentur, vel ut tacite præfatiuncula hac indicarent tale esse opus, ut nullam reciperet mutationem; vel ut quisquis hoc susciperet describendum, obtestatione hac ad id fideliter præstandum adigeretur.

(Ibid.) *In eumdem codicem similiter.* Particulam hanc adjunximus secuti V., Va., Vat.; præterea cum hæc obtestatio ex D. Irenæo sumpta credatur, hæc vox apud eum habetur, et apud Eusebium loco superiori, ὁμοίως; ne in ipsa obtestatione restituenda, obtestationis videremur obliti, fuit fideliter sine ulla vel omissione vel mutatione transcribenda.

(Ibid.) *Res arguent, syllabas eventilabunt.* Sic Fa., B., H., L., So. (nisi quod habent *ventilabunt*, pro *eventilabunt*) et mss. sicut etiam Aimoinus: proinde satius visum retinere, quam reponere *redarguent syllabas, eventilabunt litteras*, sicut in A.

(Ibid.) *Accidere plerumque.* Satius juxta L., A., Lo., M., Peta., O., Al., Vat., Vi., Pi., tres mss. Fab. et Aimoinum, quam ut olim *accidere plerisque.*

(Ibid.) *Inseruimus.* Ita nos loco *asseruimus*, quod prius legebamus, idque secuti A., M., Vat., Peta., Al., Lo., So., Pi., Vi., O., Sa., L., et tres mss. Fab.

(Ibid.) *Sciendum etenim est, me et.* Rectius quam ut olim, *sciendum etenim me esse et*, ex fide Lo., Vi., Fa., O., Peta., Pi., L. et trium mss. Fab.

(Ibid.) *Utpote eruditissimus. Ut eruditissimus*, Lo.; *ut eruditus*, Al., L., Pi., Vi., O., Fa., Peta.

(Ibid.) *Quam ut Græca scribens parum suis necessaria.* Videbatur legendum *Græce*, sicut habent O., Lo., Vi., Fa., L., Pi., Peta., Fux., et ita typographo præscripseramus; alias enim fere nullus est sensus, sed neglexit is.

(Sub finem hujus præfationis id legitur): *Explicit Prologus.* In L., Lut. et Pi., *explicit Præfatio*; in prima editione Ven. *Hieronymi Præfatio explicit*; in Fux. *explicit Epistola Hieronymi.* Itaque non duximus contemnendum consensum tot codicum, præsertim cum testimonio Hieronymi comprobetur: *Solemus nos* (inquit epist. ad Marcellam) *completis opusculis ad dictionem rei alterius sequentis medium interponere Explicit, aut Feliciter, aut aliquid hujusmodi*: ubi observo recentioribus genus hoc dicendi videri incultum, et abesse a plurimis libris scriptis; sed in re tam levi quid opus immorari?

(39.) *Eusebii Præfatio.* Inscriptionem hanc vulgatæ illi prætulimus: *Eusebii Pamphili Cæsariensis in Chronicon suum Præfatio, D. Hieronymo interprete*: licet non omnes chirographi nostram habeant. Nam in A., V., *Præfatio feliciter incipit Eusebii*; in V.,

O., *Incipit Præfatio Eusebii in Chronicis, a sancto Hieronymo interpretata.* In Fa., *incipit Eusebii Præfatio interpretata feliciter :* nec rursus vulgati omnes idem imitantur : nam So., Ven., Lut., *incipit Eusebii interpretata Præfatio*, quibus respondet Fux. In Lo. ita cohæret cum Hieronymi præfatione, ut nihil medium interponatur, ac si esset una et eadem.

(Ibid.) *Mosen gentis Hebraicæ. Moysen* in Fa. et Pi. ; *Moyses* in Vi., O.; *Moises* in Lo. Nos secuti sumus editos, et majorem numerum librorum.

(41.) *Tatianus.* Sic sine dubio restituendum erat ex A., M., V., Va., Vat., Al., So., Pi., Vi., O., Peta., Fa., et tribus mss. in codice Fabri, cum in B., H., Pet., Ba. legeretur *Tratianus*, et in L. et Lo. *Titianus*; in Fux., Ven., Lut., *Tacianus :* adde quod reperies in oratione hujus Tatiani contra Gentes, idipsum, quod hic citat Eusebius, videlicet Moysen fuisse Inachi temporibus : de hoc Tatiano noster auctor sub Antonino Vero, et Hieronymus lib. de Scriptor. Ecclesiast., Irenæus lib. I cap. 31, Eusebius lib. IV Histor. cap. 16 et 28, Clemens et plerique alii veterum.

(42.) *In priori libro. In priori libello* Lo., Fux.; hinc constat Eusebium dividere hoc opus in duos libros.

(44.) *Dissonos. Dissonantes* Lo., Al., Peta.

(Ibid.) *Quis volet.* Retinuimus veterem lectionem, quæ est omnium mss. præterquam V., ubi *qui volet :* quam sequatur, *qui volet.*

(45.) *Computet et reperiet. Computet, reperiet*, A., L., M., Va., Vat., Pi., Al., So., Peta., Vi., O.

(Ibid.) *Fuisse Israelem. Fuisse Israel* Lo., Peta., Fux., Pi., et tres mss. Fabri.

(Ibid.) *Israelis.* Rectius juxta Pi., Lo., Al., Peta., Vi., So., O., Fux., *Israeliticis*, quam ut in aliis editis *Israelitis*, vel ut in Fa.

(Ibid.) *Sit omnibus.* In Lo., Peta., Fux., Pi., Vi., O. et ms. Cujacii notato a Fabro, *sit ab omnibus.*

(46.) *Multo superior. Multo superius* Lo., Vi., Sa., Peta., So., O.

(Ibid.) *Chyrone. Cyrone*, Lo.; *Chirone*, Peta., Fa., Pi. : mirum quomodo ejus hoc loco faciat mentionem, cum subticuerit in Chronico.

(47.) *Antecedere Trojanum bellum an.* 375. Nescio quo fato misere olim positum 350 pro 375, non tantum in editis, sed in omnibus fere mss. Verum castigationem hanc debemus codici Fux., licet hoc ipsum inita supputatione firmetur, et his quæ scribit auctor circa annum ab Abraham 835.

(Ibid.) *Quadragesimo secundo. Quadragesimo primo*, Al. et unus ex tribus mss. Fabri : sed mendum est manifestum, ex consensu aliorum exempl. et ipso situ nativitatis Christi, ad annum 42 Augusti.

(48.) *Jerosolymorum. Jerosolymarum* in L., A., Pi., Peta., in qua lectione sæpe variant exemplaria tam impressa quam calamo exarata, quod hic semel monuisse sit satis : minus tamen usitatum est apud probatos auctores hoc vocabulum genere feminino in plurali, licet in sacris litteris aliquando vulgatus interpres pro *Jerusalem, Jerosolymam* dixerit in singulari, sicut etiam Cicero pro Flacco, et Sueton. in August.

(49.) *In ducentesimam primam.* Quia sic legeram in L., A., M., V., Va., Al., Lo., Vat., Pi., Vi., O., Sa., Peta., Fa., So., et tribus mss. Fabri apud Euseb. lib. x de Præparat. cap. 3, contra quam in B., Ven., Lut., Pet., Ba. et H., *in ducentesimam decimam*, et in Fux. *in* 201, nil putavi immutandum ; alias enim non constaret numerus ille Olympiadum, quem statim subjungit 237, et ipse textus Chronici, ut videbitur suo loco, ita necessario legendum satis comprobat.

(Ibid.) *A quo usque primam.* Sic ex Lo., Peta., Pi., L., Fux., Vi., O., pro, *A quo usque ad primam.*

(50.) *Et reliquorum incurrit ætatem.* In M., *et reliquorum prophetarum incurrit ætatem*, sed est inanis additio.

(Ibid.) *Tempora et usque.* Sic correximus ex Lo., Al., Fux., Vi., O., Peta. et Pi., pro *tempora usque* ut in impressis.

(Ibid.) *Invenies annos* CCCCVI. Ita nos neglecta lectione B., Ven., Lut., H., Ba., Pet., in quibus, *invenies annos* 460, vel, *invenies annos* 403, ut in uno ms. Fabri, vel, *invenies annos* 407, ut in altero ms. ejusdem, secuti veritatem calculi, et ferme omnia alia exemplaria : nam M., Fux., L., V., Va., Vat, So., Lo., Al., Pi., Vi., O., Fa., Sa., Peta., et liber Cujacii juxta Fabrum, sic habent : siquidem ut constat ex calculo, et serie Chronici, a Troja usque ad primam olymp. erant anni 405 integri, et annus 406 erat decurrens : sed facilis fuit transpositio numeri 6 ante 0, ut factum sit 460, pro 406. Eusebius lib. X de Præparat. cap. 3, ubi repetit pene hæc ipsa, duobus in locis numerat ann. 450. Sed non dubito ibi esse mendum, ut sit 50 pro 5; sive corrupto fuerit usus manuscripto interpres, sive ipsum ratio fugerit : nam in Græco excuso Parisiis legimus, ἀπὸ τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος ἐπὶ τοὺς ἔμπροσθεν ἀνιὼν χρόνους μέχρι τῆς Ἰλίου ἁλώσεως εὑρήσεις ἔτη συγκεφαλαιούμενα νη΄, *a prima olympiade usque ad excidium Trojanum, invenies quadringentos et octo annos ordine retrogrado*, sed ubique mendum, dum scribitur per η pro ε.

(51.) *Ut curiosissima. Et curiosissima*, Lo., So. *et curiosissime* Peta.

(Ibid.) *Supputabis annos* 406. Eidem malo idem remedium adhibendum, cum ipsum idem chirographi præscriberent, pro *anno* 460, ut olim.

(Ibid.) *Post hoc. Post hæc*, Lo., Peta., Fux., Pi., Vi., O.

(Ibid.) *Convertere.* Magis placuit hæc lectio, quia communior in L., M., V., Va., Vat., So., Peta., Fux., Al., Lut., Ven., Lo., Pi., Vi., O., Sa., Fa., quam codicum B., Pet., Ba., in quibus *converte te.*

(Ibid.) *Tibi et* 29. Retinuimus lectionem codicis H., cui conveniunt Vi., O., M., Lo., Peta., Fux., So., Pi., et duo mss. apud Fabrum, pro *tibi et* 28, ut in Ven., Lut., Pet., Al., Fa., nisi quod in hoc est suprascriptum *alias* 329; vel *tibi et* 27, ut in A., vel *tibi et* 20, ut in uno trium mss. apud Fabrum : nam ipsa ratio calculi annorum et temporis, quo Troja capta est, scilicet anno ab Abraham 835, magis ad nostram lectionem accedit : nam si addas 329 ad 504, qui præcesserunt 80 annum Moysis, efficies 833 : unde si adfuissent codices, legendum potius videbatur 31, nam ita complentur illi anni 835 quos habet Auctor in contextu Chronici : tamen lectio vulgata defendi potest, eo quod ipse non hic coerceat annos extremos, sed integros, et intermedios : quod non semel occurrit observandum apud bonos auctores, valetque ad innumera dubia diluenda, quæ inde nasci solent.

(Ibid.) *Impleverit. Impulerit* V. perperam.

(Ibid.) *Nam a* XLV *Cecropis*, etc. Hæc ex Al., M., L., V., Va., Vat., Lo., Vi., O., Peta., Sa., Fux., et ms. Cujacii, teste Fabro, pro *nam et* XLV *Cecropis*, ut in aliis, ubi sensus est mutilus.

(Ibid.) *Computantur anni* CCCXXIX. Convenientius, ut jam præmonuimus, quam ut olim *computantur anni* 328, auctoritate eorumdem librorum.

(52.) *Unquam.* Sic pro *usquam* ex Lo., Al., Vi., Peta., Pi., L., V., Fux.

(Ibid.) *Consequenter et Moysi.* Videbatur legendum *Mosis;* sed noluimus discedere a consensu exemplarium in hac præfatione : nam in contextu Chronici alterum legitur.

(53.) *Liberæ quoque raptus, et Europæ.* Feliciter emaculatus locus ad imitationem chirographorum Pi., Lo., Vi., O. (hi duo posteriores sine diphthongo), Peta., So., Al., et trium mss. Fabri, nisi quod in Al. pro *Liberæ*, perperam *Libyæ*, cum infelicissime in editis prostaret *liber quoque et raptus Europæ ;* nam Liberam et Proserpinam eamdem esse constat ex Cicerone actio. 6 in Verrem, ubi agens de illius raptu :

*Siculis*, inquit, *persuasum est fruges in ea terra primum repertas, et raptam esse Liberam, quam eamdem Proserpinam vocant;* et libro I de Nat. Deorum ait: *Liberum fuisse filium Cereris, et fratrem Liberæ*, quæ rapta est (ait auctor noster) ab Orco rege Molossorum, qui ab aliis Pluto dicitur. Freculphus libro II, cap. 8, referens ad verbum ista Eusebii, nulla tamen Eusebii mentione facta, per triginta ferme lineas habet *Libere quoque raptus* sine *æ*, sicut etiam Vi., O., et Lo.

(Ibid.) *Vina Jovis magni. Jovi vina magnis*, Peta.; *vina Jovi magnis*, Vi., O., Fux.; *vina Dei magnis*, Fre.

(Ibid.) *Voluerunt fundere. Voluere infundere*, Lo. Porro versus hi sumpti videntur ex Hom. Ἰλ. ύ.:

Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
Ἶλος τ' Ἀσσάρακός τε, καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης,
Ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων,
Τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,
Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

(Ibid.) *Apollo natus. Apollo natus est*, Vi., Lo., So., O., Fre., Fux., Peta., Fa.; sed sensus satis constat.

(Ibid.) *Latona Jovis conjux tempore Tityi fuit.* Cum diu loci hujus difficultas me retinuisset (legebam enim in editis *Latona Jovis conjux tunc Paticia fugit*, et multum ab illis et inter se dissentiebant chirographi in voce *Paticia;* nam in A., Lo., M., *Pertycia;* in Peta., *per Titya;* in Al., Vi., O., et uno ex tribus mss. Fab., *Pertitia*, sine *y;* et conjunctim in Fux., *Pertycia;* in V., Va, Sa., Fa., *Partitia;* in Vat., *Particia*, in uno ex tribus mss. Fab., *Pertydyca;* præterea auctor notarum marginalium in editionibus Basiliensibus et Sonniana legendum putabat *Ortygiam* (quæ postea *Delos*, teste Festo et aliis, dicta est, ubi veteres finxerunt Latonam Apollinem et Dianam peperisse: ad hæc persuaderi non poteram hominem Græcum *eruditissimum*, ut loquitur Hieronymus, locorum Græciæ ignarum) vertebam me in omnem partem, num loco *Paticia* reponendum esset *Pacessa*, quæ una est e Cycladibus insulis vicina Delo, cujus meminit Strabo libro X, vel *Pyrpila;* est enim una ex appellationibus quæ tribuuntur Delo ex Plinio libro IV, cap. 12; vel si mavis, *Pyrpole*, quo nomine dictam fuisse *Ortygiam* insulam tradit Solinus; vel num admittenda illa lectio codicis Peta., *per Titya*, montis enim *Tithii* in Peloponneso meminit Paus. libro II. Non deerant viri eruditissimi, quos cum hac de re consulerem, pro *tunc Paticia*, conjiciebant legendum *usurpaticia;* ita enim vertisse Hieronymum vocem παλλακὴ, cum satis notum sit Latonam fuisse Jovis pellicem. Dum igitur sum anxius, opportune affulsit nobis Freculphus, velut Deus ex machina, qui dum libro II, cap. 8, tomo I, refert ad verbum triginta lineas hujus loci ab illis verbis *itaque sine ulla ambiguitate* usque ad *suis locis inseremus*, eadem profert, nisi quod pro *Tityi* (nam *Titii* est mendum nostri typographi) legit *Tityonis;* sed prius similius est lectioni, unde nata est corruptio. Tamen licet deesset auctoritas tam antiqui scriptoris, ipsa narratio rerum quæ circa eadem tempora successive contigerunt, ipse ordo contextus historiæ satis confirmat nostram castigationem, præterquam quod illud *Paticia* sit vox nihili. Adde quod illa omnia quæ narrat hic auctor, sunt velut epitome eorumdem quæ ipse refert in contextu Chronici, adeo ut in eo iisdem pene verbis utatur circa annum Abrahæ 668: *Tityus convixit Tantalo, Tityonis tempore fuit Latona mater Apollinis*, etc. Occasio erroris nata videtur ex antiqua scriptione per compendium. Nam cum prius hæc ita scripta esset, *tpe Tityi fuit*, posteriores scriptores putarunt pro *tempore*, legendum *tunc per*, vel *tunc pa*. Nam familiare est *tpe* reddi per *tunc*, et ex reliquo *pe* fecerunt *per* vel *pa*, ex *Tityi* velut jam cæci facti efformarunt *per Titya*, vel *partitia*, vel alia hujusmodi, ut dictum est: quia vero postremo sequebatur *fuit*, nec ullus constare posset sensus cum

A illa deformatione, confinxerunt *fugit*, prout in pejus semper abit error.

(Ibid.) *Pulcherrima proles*, etc. Videntur sumpta ex Homer. Il. ξ:

Ἡ δὲ Διώνυσον Σεμέλη τέκε, χάρμα βροτοῖσιν.

(54.) *Orpheus, Minos.* Sic reposui ex fide Vi., O., Sa., Lo., Peta., Fux. et duorum mss. apud Fabrum, Fre. et ex ipso Chronici contextu, pro *Orpheus, Ninus*, ut in aliis libris valde mendose.

(Ibid.) *Gemini Castor et Pollux. Gemini Castores*, Al., Peta., Fux., Lo., et tres mss. apud Fab., Fre.; sic etiam Interpres versionis vulgatæ Act. XXVIII, Castoras dicit, quos Græci Διοσκούρους, Jovis filios.

(Ibid.) *Servivit Admeto.* In A., *servivit, et Admeto;* in Lo., *servivit Adameto;* in Al., *servivit Admeto regi:* nam erat rex Molossorum. Sed nostra lectio est consentanea verbis, quæ sunt circa annum 668, et veritati historiæ, ut constat ex Apollodoro, Æmilio Probo, et aliis exemplaribus, et Fre., ubi castigabis
B *Adineto* pro *Admeto*. Cæterum quod dii illi hominibus servierint, plura Athenagoras in orat. pro Christianis, ubi citat carmina poetarum in hanc sententiam; idem Tertullianus adversus Gentes; in Fa. ad oram,

Pavit et Admeti pecudes formosus Apollo,
Properti.

(Ibid.) *Sed philosophum.* Commodius ad mentem Hieronymi et consensum exemplarium, quam si litteris Græcis scribatur ut olim φιλόσοφον, cum vox illa, licet sit Græca origine, tandem usu Latina facta sit.

(Ibid.) *Qui ætate. Quia ætate*, Vi., Peta., So., O.

(55.) *Reperies annos* 505. Sic correximus ex Al., Lo., V., Va., Vi., O., Fa., Peta., Fux., pro *reperies annos* 550, cui consona est lectio apud Eusebium libro XII de Præpar., cap. 3, et ipsa ratio temporum

(56.) *Omni Asiæ.* Habes *omnium Asiæ* in B., Lut., Ven., H., Ba., Pet.: nostra tamen lectio, quia ex pluribus exemplaribus constat M., V., Va., Fa., Vat.,
C So. (at *omnis*, in Lo., Peta., Fux., Al.) magis placuit: hinc enim fit ut opposite in sequentibus Indos excipiat: et hoc confirmatur lectione ipsius Eusebii libro X de Præparat., cap. 3, et infra in primis verbis Chronici ad annum primum Abraham.

(57.) *In curiositate ne cesses.* In Al. et Lo. et Mariano, dum hunc locum refert pag. 72, *in curiositate necesse est*, sed mendose: quibus nihil aliud præ se ferre videtur, quam non hic lectori sistendum, sed excitandum sciendi studium.

(Ibid.) *Retrorsum annos* 942. Ita me multorum exemplarium consensus Peta., A., L., M., Va., Vat., V., Lo., Al., Vi., O., Pi., Fa., Sa., So., Fux., Mar., Eusebii, et Gregorii Turonensis libro I, cap. 7, postquam dixit se secutum exemplaria Chronici Eusebii, et tam hic, quam ad annum Christi 30, ubi eadem repetuntur, et ipsa ratio temporum coegit legere, cum in Lut., Ve., Ba., Pet., B. et H. habeatur 812, et in Al. 900.

(Ibid.) *Et ut loquar.* Interjecimus *et*, secuti A., F.,
D Pi., Vi, O., L., Mar., Peta., Lo.: nam sententia fit planior.

(Ibid.) *Retrorsum annos* 942. Sic correximus pro 842, suadentibus L., A., M., V., Va., Vat., Lo., Vi., Al., O., Mar., So., et ipso auctore circa olymp. 201. Juvatur hæc lectio testimonio Freculphi lib. I, cap. 35: *Beatus Hieronymus in Chronico Eusebii, atque Orosius in prima fronte suorum librorum dicunt a nativitate Abrahæ usque ad totius orbis diluvium, numerari supputando retrorsum, annos* 249.

(Ibid.) *Ab Abraham et Nino.* Sic restituimus pro *ab Abraham omnino*, ut olim putide, secuti Lo., Al., Vi., O., Pi., Fa., Sa., Peta., Fux.

(Ibid.) *Captivitatem, invenies an.* 834. Excusi pro 834 legebant 833 hoc loco. Verum cum tribus in locis sequentibus constanter legatur tam in illis quam in mss., 834, quivis facile agnoscit hic labem. Adde quod etiam hic consentiant membranacei A., L., M., V., Va., Vat., Lo., Fux., Pi., Peta., Fa., et editi H.,

So., et idem exstet ad annum ab Abraham 835, ubi sic habes *a 43 regni Nini, anni* 835, *alias* 834, tam in contextu quam in serie decennali annorum ab Abraham : non autem ille videbatur hic apponendus numerus 835, sicut legimus in Al. et in illo loco; sed nefas a tot exempl. recedere : vide notas in illum locum.

(58.) *Usque ad adventum Christi Domini.* Ista sic recensenda visa sunt ex Vi., O., Lo , Sa., Fa., Peta., So., Fux., Pi., pro *usque ad adventum Domini.*

(Ibid.) *Computantur anni* 505. In B., H., Peta., Ba., Ven., Lut., *computantur anni* 550 ; sed prius prævalet quod ei plura suffragentur exemplaria A., L., Lo., Pi., M., V., Va., Fa., Peta., Fux., Vat., So., et (quod caput) annorum calculus in ipso Chronico.

(Ibid.) *Templi, anni* 479. Ita necessum fuit restituere pro *anni* 429, ut olim, vel *anni* 489, ut in Lo., dictantibus A., L., M., Va., Vat., V., So., Pi., Vi., Fa., Peta., Fux., Fre., O., nisi quod in So. mendose *quadringenta* legatur pro *quadringenti;* et quia in omnibus libris reperitur nota numeralis 9, videbatur apponendum *anni* 480, quod ita legatur in omnibus exemplar. sub annum 507 et 885 ab Abraham, et apud Gregorium Turonens. libro I, capite 13, et in Hebraica vulgata ac Latina libro III Regum, cap. VI, atque in Complutensi, seu Antuerpiensi Græca editione, ἐν τῷ ὀγδοηκοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ ἔτει : quem locum Regum hic sequi se profitetur Eusebius. Verum noluimus dissentire ab illis exemplaribus hoc loco, cum differentia sit unius tantum anni, et certe si primus annus ducatus Mosis est an. 506 ab Abraham, adde ad 505 præcedentes, numerum 479, efficies 984, quo anno ab Abraham juxta supputationem Eusebii per seriem singulorum annorum, incidit quartus Solomonis completus, et initium ædificationis templi. At si ad 505 adderes 480, consummantur 985, et ita unus annus foret superfluus. Hic tamen observabis summa Dei providentia factum, ut in divinis litteris tres numeri exprimantur, sine quibus haud dubio incerta esset alioquin annorum supputatio ab Abraham usque ad templi ædificationem, inter quos primus est annus 75 Abrahæ, quo repromissio facta est : secundus annorum 430, qui intercesserunt ab illo anno repromissionis usque ad exitum ab Ægypto : tertius ab exitu usque ad ædificationem templi, anno 480, ex quibus resultat summa 985 : auctor tamen non nisi 984 numerat, qua etiam ipse quartus Solomonis includitur, licet ædificatio templi cœperit mense 2 anni 4, ut habetur IV Regum, VI. Sulpitius Severus libro I, videtur usus codice Biblico summe corrupto, cum pro 480 legeret 460, *librariorum*, inquit, *potius negligentia, quam ut Propheta erraverit;* sed miror quomodo in eluenda illa macula tam fœdam ipse incurrat, ut velit numerandum 588, nisi malis dicere non tam hic ab illo erratum, quam a librario.

(59.) *Usque ad quintum decimum.* Sic pro *usque ad undecimum annum*, ex A., Lo., Pi., L., Peta., Vi., O., Fux., M., V., Va.; Vat., Al., So. restituimus : quæ lectio confirmatur, vel ex hoc maxime quod eumdem terminum, paucis post lineis interpositis, ponat, non *undecimum*, sed *quintum decimum* dicit ; et quia idem legitur in contextu Chronici ad annum Christi 30.

(Ibid.) *Tiberi anno* 2044. Satius visum est sequi lectionem A., L., V., Va., Vi., Vat., O., Al., So., Pi., Sa., Fa., Peta., Fux., quam aliorum exemplarium, in quibus *anni* 2440, vel, ut in Lo., *an.* 2043 : nam confirmatur et ratione annorum Chronici Eusebiani, et consensu omnium exemplarium ad annum Christi 30, ubi idem repetitur, et aliorum ad calcem Hieronymi.

(Ibid.) *Usque ad Moysen et Cecropen anni* 505. Eadem necessitas restituendi hunc locum, quæ superius nos urgebat; idem enim terminus, et idem constat ex iisdem exemplaribus A., L., M., F., Pet., Fux., Va., Vat., Lo. et So., cum antea legeretur *usque ad Moysen et Cecropen anni* 550.

(Ibid.) *A Cecrope usque ad captivitatem Trojæ, anni* 375. Antiqua lectio habet tantum *anni* 329, idque communi chirographorum calculo, excepto Peta., ubi *anni* 338 : sed hæc quam longe ab anno 375 ! Verum multiplici ratione ad id adductus sum, sed inter hæc, auctoritate ipsius Eusebii, qui circa annum 835, libris omnibus plaudentibus, habet hoc idem, Addo illud vi supputationis demonstrari; nam si anno 460 ab Abraham, in quem incidit annus 35 Moysis et 1 Cecropis, aggregaveris 375, reperies annos 835, quo Trojanum contigit excidium.

(Ibid.) *Ad primam olympiadem anni* 406. In libris editis *anni* 460; sed emendavimus juxta præcedentia et ex fide eorumdem codicum, nisi quod hic in L., A., habetur *anni* 403 ; ipsum mendum sese prodit, posito 3 pro 5, cum sint numeri affines.

(60.) *Tiberii annum, anni* 2044. Sic legitur in A., L., M., Fa., Al., V., Va., Vat., Lo., So., Pi., Vi., O., Sa., Fux., Peta., et docet series Chronici, et ejusdem rei repetitio ad annum 15 Tiberii, pro eo quod antea legebatur *Tiberii annum, anni* 2330.

(Ibid.) *Itaque fiunt omnes anni.* Antea legebatur, *itaque fiunt anni ;* sed maluimus sequi Vi., O., Sa., So., Peta., Fa., Fux., Pi., Lo.

(Ibid.) *Turbationis differret.* Melius quam olim *turbationis afferat*, juxta A., Lo., L., Vi., Sa., So., Pet., Pi., O.

(Ibid.) *Omnem annorum congeriem.* In margine libri Fa. scriptum est : Al. *omnium ann. congeriem.*

(Ibid.) *Cæcidimus.* Melius quam ut in H., B., Ven., Lut., Pet., *decidimus*, præsertim cum ita exemplaria A., L., M., V., Va., Vat., Peta., Pi., Vi., O., Fa., sed hoc ad oram : *Alias, decidimus* habeant, et in Lo. *concidimus*, in Fa. *cedimus*, et ad oram *decidimus.*

(61.) *Quas ex singularium gentium.* Convenientius quam olim *quas ex singularum gentium*, juxta codices O., Vi., Fa., Fux., Peta., Lo., Vi., Pi., nisi quod in So. perperam legitur *in* pro *ex.*

(62.) *Quæ quando.* Sic restituimus pro *aut quando Urbs condita*, quasi de sola Roma loqueretur, secuti Lo., Vi., O., Al., So., Pi., Peta., Fux., quia de quibuslibet urbibus dictum videtur : mirum quomodo hæc et quatuor verba sequentia absint a codice H.

(Ibid.) *Summa cum brevitate ponemus.* Interposuimus *cum*, imitati L., A., Ven., Lut., M., V., Va., Vat., Peta., pro *summa brevitate*, ut in aliis editis, vel ut in Fux., Lo., So., *cum summa brevitate*. In fine hujus præfationis, et post illa verba, adjectum est in Fux. : *Thare anno* 28 *Assyriorum rex primus Belus mortuus est, quem Assyrii deum nominaverunt, atque filio suo Nino regnum tradiderunt. Thare anno* 49. *Sicyoniorum in Græcia rex primus Egyaleus mortuus est, qui primus Sicyoniorum regnavit an.* 52, *quo defuncto, regnavit Europs.*

(Sub finem præfationis.) *Explicit præfatio.* In Vi., O., Lo., Fa., cæteris demptis, hoc solum legitur, *explicit præfatio ;* in Pi. *finit ;* in Ven., Lut., *Eusebii interpretata præfatio explicit.*

(Ibid.) *Exordium libri.* Quæ subsequuntur usque ad *Regum series*, etc., pag. 11, sunt in impressis, præter So.; quin absunt et ab omnibus nostris chirograp., præter Fa., Lo., Va. et Vat., licet in illis multis in locis mutila, ut suo quæque loco demonstrabimus. Ea vero omnia quæ incipiunt a *Regum series*, etc., usque ad initium Chronici *Primus omni Asia*, excluduntur ab omnibus membranaceis, præter Vat. Non desunt tamen rationes quibus germana esse videantur, tum quia Eusebius ait se in *priore libro*; seu quod magis urget, *libello* (sic enim nonnulli mss.), *quamdam materiam futuro operi omnium regum nomina prænotasse Chaldæorum, Assyriorum*, etc., usque ad *Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt ;* quæ omnia illis optime conveniunt, tum quia sub finem hujus Exordii pollicetur quod præstat in Chronico, *Modo autem ad annum Abrahæ, annum ad an-*

*rum comparabimus.* Facit ad hæc Marcellini comitis testimonium, cum ait Eusebium *incepisse suum Chronicon a fabrica mundi, commemorantem originem hujus sæculi, et complectantem annos ab orbe* 5554. Si enim hoc Exordium rejeceris, numquam dici poterit Eusebium a fabrica mundi exortum. His adde quod cum Beda, Addo et alii plerique citent hæc Chronica, vocant *libros Chronicorum, seu temporum:* at sublato hoc Exordio, cum *Regum serie*, non nisi unicus dici poterit. Obsistunt tamen nonnulla quo minus tamquam genuina ita certo admittantur, ut tot membranarum auctoritas; quæ cum ista non habeant clare, negant esse Eusebii. Præterea minus respondent inter se hoc Exordium et Chronicon, cum plura ibi promittantur, quam quæ in hoc præstentur, ut dum ait se *seriem temporum descripsisse per tempora Dictatorum, cum Consulibus ordinariis.* Item ubi ait *se notare tempora et consules sub quibus Alexander finem fecerit Judæis, vel Vespasianus templum destruxerit*, et alia id genus, quorum nulla in Chronico fit mentio: adde quod summæ annorum a diluvio ad Abraham, et aliæ non conveniunt cum Chronico, inter quæ malo hærere quam alterutrum obfirmato animo asserere.

(Ibid.) *Exordium libri incipit.* Olim diversus erat titulus: nam in B., *Eusebii Pamphili Cæsariensis Chronicon;* et in H., *Eusebii Pamphili Cæsariensis in Chronicon, D. Hieronymo interprete;* sed secuti sumus codices V., Va., Fa., Ven., Lut., Vi., O., Lo.; cum in cæteris deesset, et titulus et totus contextus sequens usque ad illa prima verba Chronici, *Regnum Assyriorum. Primus omni Asiæ*, etc., p. 18. Typographus prætermisit *incipit;* in gratiam tamen antiquariorum hic annotamus.

(Ibid.) *Per regnum Assyriorum.* In V., *per signa Assyriorum*; in Lo., Fa., *per regna Assyriorum.*

(63.) *Historiographos.* Videbatur legendum *historiographi;* sed cum defuerit auctoritas libri scripti, et sensus non sit incommodus, noluimus discedere ab editis.

(Ibid.) *Et in libro hoc historiæ.* In Lo., *et in libro Ygini historiæ;* sed non video quare hic mentio Ygini.

(Ibid.) *Tempora olympiacorum.* Pro *tempora olympiadum*, ex Lo., Fa. et sequentibus, ubi *quoto agone olympiacorum*, consensu omnium exemplarium, quæ habent hoc exordium.

(Ibid.) *Episcoporum et Ecclesiarum.* Adjecta est copula *et*, juxta V., Lo.

(Ibid.) *Alexandriæ. Alexandrinorum*, in L.

(Ibid.) *Episcopatus sui tempore, martyrio coronatus sit.* Ita restituimus ex Fa., V., Va., Lo., pro *episcopatus tempore sui martyrii coronatus sit.*

(Ibid.) *Macedonum Alexandriæ. Macedonum Alexandrinorum*, Lo.

(Ibid.) *Vespasianus insecutionem sive destructionem templi eorum miserit.* Cum idem legatur in quatuor illis exemplaribus, quæ hoc exordium continent, hunc locum, licet suspectum mendi, non ausi sumus immutare, ubi melius forsan legeretur: *Vespasianus incensionem sive destructionem templi eorum jusserit, et tributa eis constituit.*

(Ibid.) *Constituit. Numeratio temporum.* Ita interpungendum docuimus ex Lo., cum olim sola virgula inter *constituit* et *numeratio* intercederet.

(64.) *Id est aqua et spiritus. Id est aquæ et spiritui*, in Lo.

(Ibid.) *Et tenebris.* Pro *et tenebras* juxta Lo.; verum totus hic locus videtur esse valde mendosus, nec ulla spes a mss.

(Ibid.) *In splendorem firmamenti cœli. In splendorem in firmamento cœli*, Lo.: quæ verior videtur, quia sic apud Septuaginta legimus, εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ.

(Ibid.) *Quem etiam bissextum nominavere. Quod etiam bissextum solent nominare*, Lo.

(65.) *Ob rememorationem. Ob remunerationem*, Fa., in quo ad marginem scriptum, *Alias; ob; rememorationem.*

(Ibid.) *Celebratur.* Erat turpe mendum, cum legeretur *celebriter;* sed secuti sumus Lo.

(Ibid.) *Sine auctore.* Vetus orthographia ideo nobis fuit imitanda, quia sic scribunt Lo. et Fa.; sed et viri eruditi eam suadent, si primam illius vocis observemus originem.

(Ibid.) *Volatilia cœli.* Pro *volatilia aeris cœli*, ex Al.; in Lo. *volatilia et retuni cœli;* in Fa. *volatilia et rerum cœli.*

(Ibid.) *Vivam repentem.* Sic ex Lo., Fa. pro *vivam repente* ut olim: Gen. I, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν.

(Ibid.) *Et omnem volatilem secundum suum genus.* Hæc adjecta sunt ex Lo., et apposite per antithesim *ad animam repentem.*

(66.) *Homo in animam viventem. In animam vivam*, Lo., Fa., et ita paulo antea.

(Ibid.) *Locum carne ejus.* Emendatius juxta Lo., quam ut olim, *locum caro ejus*, apud Septuag.: καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα ἀντ' αὐτῆς. Vulgata versio *et replevit carnem pro ea*, Gen. II, 21.

(Ibid.) *Vocabitur virago. Vocabitur mulier*, Lo. Fa.

(Ibid.) *Mulieris suæ Eva. Mulieris suæ Evam*, Lo.

(Ibid.) *Factus est Abel pastor.* Purior lectio auctoritatem Lo., Al., quam olim *factus est Deo obsequens pastor:* observandum porro omnia hæc *factus est Abel*, etc., usque *terram et cessavit aqua*, desiderari in Fa., V., Va., Vat.; sed ad marginem repositum, *Hic deficit:* et in contextu legitur *parere Abel et factus terram, et cessavit.*

(Ibid.) *Cain vero agricola. Cain autem erat operans terram*, Lo.: observa ex hoc loco, et post illa verba usque ad 34 *ann. Thelasionis* regis Sicyoniorum, p. 22, omnia illa desiderari in V., Va., Vat., Fa. et Lo.; sed in Lo. ista eorum vice apposita: *Et factum est post dies, attulit Cain de fructibus terræ hostiam Deo; et Abel obtulit de primitivis ovium suarum, et de adipibus suarum, et respexit Deus in Abel, et super dona ipsius: super Cain autem, et super hostias ejus non respexit, et mœstus factus est Cain vehementer, et concidit vultus ejus, et dixit Deus ad Cain, Ut quid tristis factus es, et ut quid concidit vultus tuus? nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? quiesce. Ad te aversio illius, et tu dominaberis; et dixit Cain ad Abel fratrem suum, Transeamus in campum, et factum est cum essent in campo, exsurrexit Cain super Abel fratrem suum, et occidit eum.... terra.... exiit autem Cain a facie Dei, et moratus est in terra Naid contra Edem, et cognovit Cain uxorem suam, et concipiens peperit Enoch, et erat ædificans civitatem, et cognominavit eam in nomine filii sui Enoch. Iste Enoch alter est, non qui transpositus est, ut non moriatur; ille enim filius est Hiaret* (scribendum erat *Jaret*)*; septimus ab Adam. Hæ sunt ergo generationes Cain: Cain genuit Enoch, Enoch autem genuit Gaidad, et Gaidad genuit Mechel, et Mechel genuit Matusalem, et Matusala genuit Lamech, qui accepit sibi uxores duas Ada et Sella, et peperit Ada Jobel, qui erat pater inhabitantium in tabernaculis pastorum jumentorum: hunc dicunt Silvanum, et nomen erat fratris ejus Bal, hic erat qui ostendit psalterium et citharam, hunc dicunt aliqui Mercurium. Sella autem, et ipsa peperit Obel, et erat malleator æramenti et ferri: hunc aliqui dicunt esse Vulcanum. Soror autem Thobel Noema, quam et ipsam aliqui dicunt esse Minervam: usque huc generatio Cain. Adam autem cognovit Evam uxorem suam, et concipiens peperit filium, et nominavit nomen ejus Seth; dicens, Suscitavit enim mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Post hæc in Lo., sequentia folia sunt concisa usque ad ann. 34 Thelasionis regis Sicyoniorum, ut ante dixi.

(67.) *Insolens. Iratus*, Al.

(Ibid.) *Sublatus.* Huic lectioni favent H., Pet.,

Ba., pro *subletus*, ut in B., Ven., Lut., vel *sublectus*, ut in Al., licet hæc ultima non omnino videatur improbanda.

(68.) *Mathusalam*. Videbatur communis scriptio *Mathusalem* huic nostræ præferenda; verum obstant scripti libri, et Fre., Mar. et alii: sed, quod magis, ipsi Septuaginta, apud quos Μαθουσαλά; nec dubium est auctorem illos imitatum.

(Ibid.) *In se autem septuagies*. Locus erat corruptus in omnibus exemplaribus, in quibus *si autem septuagies;* sed ita correximus, ad id nos cogente sensu, qui aliter nullus est, et auctoritas IV Geneseos: ὅτι ἄνδρα ἀπέκτεινα εἰς τραῦμα ἐμοί, καὶ νεανίσκον εἰς μάλωπα ἐμοί, ὅτι ἑπτάκις ἐκδεδίκηται Κάϊν, ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.

(70.) *Diminuebatur aqua post* 150. Restituimus 150 dies, pro 130 *dies*, ut olim; idque secuti V., Va., Vat., Fa., Vulgatam editionem, Gen. VII, et editiones Græcas et Latinas LXX Interpretum tam Romæ quam Antuerpiæ excusas.

(Ibid.) XXVII *die mensis*. In V. 17 *die mensis*, sed antiqua lectio est nostræ Vulgatæ versionis et LXX Interpretum Gen. VIII.

(Ibid.) *Ararath. Arath.*, Fa., et ita ubique in illo libro.

(Ibid.) *Post* XL *dies*. Sic emendate, vereque legitur juxta Al., nostram Vulgatam versionem, et LXX Interpretes Rom. et Antuerp. edit., Gen. VIII; non ut olim, *post* 150 *dies*.

(Ibid.) *Septimo autem mense*. Juvit in expurgando hoc loco membranaceus Al.: in cæteris enim sive editis, sive chirographis, in quibus istud exordium exstat, legebatur *Septimo autem die*, fœde nimis, ut colliget is, qui legerit Gen. cap. VIII.

(Ibid.) *In primo et* DC *anno*. Quis parem loquenti formulam illi, quam habebant Venetianæ, Lutetianæ et Basilienses editiones, *in primo et sexto anno vitæ Noe:* vel ut in Fa., *in primo et septimo anno vitæ Noe*, umquam usurpavit? hinc mutatio facilis fuit in id, quod habent Al. et Biblia LXX Interpret. tam Romæ quam Antuerpiæ excusa, καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἑνὶ καὶ ἑξακοσιοστῷ ἔτει ἐν τῇ ζωῇ τοῦ Νῶε, quin etiam ipse Hieronymus in Vulgata versione Gen. VIII, ita reddit.

(71.) *Ab Adam* usque *diluvium*, etc., usque ad *regum series*, etc. Desiderantur in Vat.; horum vero loco interjicitur, *Præfatio Hieronymi, de nominibus gentium*, et alterius anonymi, *Dimensuratio provinciarum*, etc., quæ judicavimus non esse hujus loci.

(Ibid.) *Secundum Hebræorum num.* MMDCLVI. Hæc desunt in V., sed in Va. apponuntur ad oram: idem habes apud Josephum lib. I Antiquit. c. 5, et aliis mss., excepto quod in Fa. 656, suppresso numero millenario.

(Ibid.) *Unde Arabes*. Locus corruptus cum de Arabis nulla mentio apud veteres. Multa persuadebant, ut *Aradi* reponerem: sic enim codex Fa. Adde quod de *Arado*, seu *Arada* Phœniciæ insula passim fiat mentio apud Ptolemæum, Stephanum Strabonem, et alios geographos, sed forsan obstat quod auctor, circa olymp. 5, *Aradum* conditam fuisse refert: nisi dicas ab Arado populo urbem hanc nuncupatam: præterea quod Gen. x, juxta interpretationem Chaldaicam, *Aradii* numerantur inter filios Chanaam, qui ex semine Cham propagati: Aradius enim erat filius Chanaam, at hic de filiis Sem agitur. Judicet ergo lector, num probabilius sit restituendum *Arabes*, quia legimus apud Epiphanium *Arabes* nominari inter posteros Sem, vel *Arphaxadæi*, cum legamus apud Josephum lib. I Antiquit. cap. 14: *Arphaxad Arphaxadæos nominavit, qui nunc Chaldæi, cum princeps eorum esset.* Idem Hieronymus in Quæstion. in Gen. scribit Chaldæos *ortos ab Arphaxad:* et apud Fre. *Arfaxad Arfaxateos nominavit, cum princeps eorum esset.* Sunt viri eruditi, qui conjiciant reponi posse *Hebræi*, nam Heber fuit pronepos Arphaxad; sed cum paulo post subjiciat Hebræos dictos ab Heber, minus huic loco apposite accommodari potest.

(Ibid.) *Aram. Amin* perperam in Fa.

(Ibid.) *Aramei autem Syriace dicuntur filii Aram Us, Ul, et Gater, et Mosoch gentes Barbarorum sunt secus Persas*. Hujus loci deformitas diu me sollicitum habuit; ulcus suspicabar: quid enim ineptius iis, quæ in editis, præter So., in quo hoc integrum exordium deest? *Aramei autem Syriace dicuntur filii Aram gentes Barbarorum Usce Algatusque Mosos sunt sub Persas:* sed huic qua ratione mederer, cum vetusti et meliores codices nullam lucem præferrent, ignorans, verti me ad Septuag. Genes. x, quorum editio Romana, et Antuerpien. ferme eadem habent Οὔζ, in Antuerp. ὡς corrupte, καὶ Οὔλ καὶ Γαθὲρ καὶ Μοσόχ: differunt plusculum eorumdem Latinæ versiones. Nam Romana *Hus, et Ul, et Gater, et Mosoch*, Antuerpiensis *Hus, Ul, Gether, et Mes:* quibus similia Hebr. et Chald. *Gether, et Mas*, et nostra Vulgata editio habet *Hus, et Hul, et Gether, et Mes*. Errorem facile agnosces, et unde natus sit: inde enim ortum habuit, quod librarii ex triplici nomine trium filiorum Aram confuse commixto, unicam vocem effecerunt. Nam Syllaba *Us* primi filii nomen est: *ce* corruptio conjunctionis *et*, vel καὶ Græcorum: *Al* locum occupat nominis *Ul: Gatus* pro *Gather: que* vero pro καὶ Græcorum copula significante *et* Latinorum: illa demum *gentes Barbarorum, et sunt sub Persas*, ut sunt separata nullum præferunt sensum. Totam ergo sententiam sic restituendam censuimus, *Filii Aram Us, et Ul, et Gater, et Mosoch gentes Barbarorum sunt secus Persas*. Nam a Mosoch sive Mes orti sunt, ut docet Josephus lib. I Antiquit. cap. 14. Messanæi populi, seu Meones, qui sinum Persicum incolunt, et pro *sub Persas*, recensuimus *sunt secus Persas*. Nam dum paulo ante loquitur de montibus Armeniæ, *sunt*, inquit, *secus Persas*.

(Ibid.) *Furfur. Phut*, Al. et LXX Interpret., tam Rom. quam Antuerp., Genes. x: quamvis illud discriminis intercedat, quod illic φοὺδ, hic φοὺθ, ut et Vulgata versio *Phut*, cum Hebr. et Chald. Apud Freculphum *Futh*.

(Ibid.) *Evilat gens Evilea*. Nullus est qui lectionem hanc non magis probet, quam si vel *Evigilat gens Evilea*, ut in Fa., Va.: vel *Elugilat gens Elulea*, ut in V.; vel *Evigilat gens Elulea*, ut in Fa.: sic enim Gen. x in editione Antuerp. LXX Interpret. Εὐλά; licet in editione Romana Εὐειλὰ; in versione Vulg. *Evila*, sicut editio Antuerp., vel ut olim editio Romana restituta *Hevila*, et rectius. Nam Hebr. et Chal. *Hevila*, ut etiam apud Philon. lib. I Allegor. legis *Havila*, cum aspiratione: et LXX Interpret. I Reg. XV scribunt Εὐϊλάτ. Et de Eluleis populis Mauritaniæ fit mentio apud Ptolomæum.

(Ibid.) *Madai, et Jaynam Elissa, et Thobel et Mosoth, et Thiras*. In V. et Va. aliter habentur ista, nimirum *et Inade et Josam, et Helisa, et Tobel, et Mosoch, et Chitasas;* in Fa., *et Inade, et Josan, et Elisa, et Tobel, et Moso, et Chitas:* LXX, Gen. x, in editione Rom., Μαδοί, Ἰωυάν, Ἐλισά, Μοσὸχ, *Madai, Jovan, Elisa, Mosoch:* in Antuerpiensi, Μαδαὶ Ἰωυάν: versio Vulg. Μοσόχ, nam *Elisa* exsulat; Hebr. et Chald., *et Madai, et Javan, et Tubal, et Meschec, et Tiras;* nam *Elisa* abest: Vulgata editio habet *Javan*, pro *Jaynan*, nec etiam ulla fit mentio *Elissa*, ut pariter in sequentibus, cum Eusebius numerat filios Japhet, eum subticet, et loco *Thobel* habetur *Thubal:* quæ proxime sequitur Joseph. lib. I Antiquit. cap. 7.

(Ibid.) *Asobones. Ascanat*, Fa.: LXX Ἀσχανάζ; Paraphras. Chaldaica *Aschenes*.

(Ibid.) *Elmodad et Saleph. Emoda et Aleph*, V., Va.; *Helmoda et Aleph*, Fa. Vulgata lectio Genes. x retinet communem lectionem.

(Ibid.) *Asarmoth, et Jareth, et Adoram. Et Sarmoth, et Jarach, et Odor* in V. Editio LXX Rom. Σαρμώθ, Ἰαράχ. Ὀδορρά, *Sarmoth, Jarach, Odorra*. Antuerpien. Ἀσαραμώθ Ἰεράχ καὶ τὸν Ὀδορράμ: versio Vulga. *Asarmoth, Jare, Adoram:* in quibus non dif-

ferunt Hebr. et Chald.; in Fa. *et Asarmoth, et Jarach, et Odor.*

(Ibid.) *Aisal. Eziel*, Fa.; *Osiel*, V., Va. Septuag. in editione Græc. Rom. Αἰζὴλ, et Antuerpiens. Αἰζὴλ: translat. Hieronymi *Jazal:* versio Vulga. *Usal*, cui conveniunt Hebr. et Chald.

(Ibid.) *Decla et Abymael. Decla, Heval, et Abimael*, sic codex Al., cui respondet Genes. x, tam in versione Vulgata, quam in Hebr. et Chald. *et Decla et Hebal, et Abimael:* apud Septuag. Δεκλὰ, καὶ Γεβὰλ, καὶ Ἀβιμεὴλ.

(Ibid.) *Abimael, Saban, et Uphir. Abimelech, Sabeb, et Taphir.* V. Va., Fa.; nisi quod in Fa. pro *Sabeb*, inest *Sabed*; Septuag. Gen. x, Romæ excusi Ἀβιμεὴλ, Σαβὰ, Οὐφεὶρ, in quorum versione Latina *Saba, et Ophir;* at Antuerpiæ excusi Ἀβιμεὴλ, Σαβὰν et Οὐφεὶρ; Hieronym., *Abimael, Saba et Jophir:* Vulgata *Abimael, Saba et Ophir*, cui consentit Hebr. et Chal.

(Ibid.) *Et Evilat. Et evila*, Fa.; *Ejula*, V.; vide supra.

(Ibid.) *A Massa.* Rectius quam olim *a Messe*, juxta Fa., et Genes. xxv, ubi *Massa* secundum Vulgatam, et Hieronymi versionem, Hebr. et Chald. et secundum LXX Μασσή.

(Ibid.) *In montem Orientis. In montem Orphesis*, Fa.; sed perperam.

(Ibid.) *Sem in tribus suas.* Sublata est præpositio *in*, apud V., Va.: quinetiam in V., sub finem periodi post *nationes suas*, adjectum est verbum *diviserunt;* sed cum in sequentibus desit, ubi tamen eadem loquendi forma usurpatur, minus necessarium judicavimus delere.

(72.) *Sabathaca. Sebecatha*, V., Va.; *Sebecata*, Fa.; et Gen. x. *Sabathacha* per duplex *h;* LXX Interpretes Σαβαταχὰ sicut et Chald.

(Ibid.) *Seba. Sabba*, Fa.; Septuaginta Rom. Σαβὰ; Antuerp. Σεβά.

(Ibid.) *Et Dadan. Et Vidadan*, V., Va.; *et Judadam*, Fa., prior impressorum lectio; sic enim et veritas Hebraica et versio Vulgata et LXX: quæ vero præmittuntur vocales in *Vidadam* et *Judadam*, *Vi.* et *Ju.*, efflictæ sunt ex copula *et* corrupta, seu ו *Vau* apud Hebr. et Chald.

(Ibid.) *In initio regni.* In V., *initium regni.*

(Ibid.) *Arach.* Sic Genes. x, et B. et H.; in V. *Aregh:* in Va., Fa., *Oregh:* Septuag. Rom. Ὀρέχ: Antuerpien. idem cum Romana, sed ejus interpres *Arach* reddit: nam ubique fere solet nomina propria exprimere juxta versionem Vulgatam: ut contra, editionis Romanæ interpres Græca mordicus imitatur; Hebr. et Chald. *Erech;* Hieronymus, et Vulgata versio nobiscum sentiunt.

(Ibid.) *Et Acad. Et Calcadar*, V., Fa.; Septuag. Rom. et Antuerp. habent Ἀρχὰδ: Hierony. et vers. Vulg., Hebr. et Chald. idem nobiscum.

(Ibid.) *Chalanne. Calanna*, Fa. Septuaginta Rom. et Antuerp. Χαλαννή; differunt Latinæ interpretationes; nam Rom. *Chalaune:* Antuerp. *Chalanne:* paraphrasis Chald. *Calane.*

(Ibid.) *Senaar. Sanaar*, Fa.

(Ibid.) *Mesaraim. Mestren*, V., Va.; *Menstren*, Fa.: versio Vulgata *Mesraim*, Hebr. et Chald. *Misraim.*

(Ibid.) *Anamiim, et Labiim. Embiim et Labii*, Fa. Genes. x, *Anamim*, ut Hebr. et Chald. Septuaginta interpretes Λαβιείμ.

(Ibid.) *Nephthuiim et Phetrusiim, et Celuim.* Leguntur hæc immutata in V., Va., Fa., scilicet *Nephtalin* (in Fa. *Neptalin*), *Patrionoin et Caslonoin.* At Gen. x editionis Vulgatæ *Nephthuim et Phetrusim et Chasluim*, a qua non discrepant Hebr. et Chald.: LXX vero, quos duces sibi delegit Eusebius, Romæ quidem emissi, alium ordinem sequuntur: Νεφθαλεὶμ, et multis interpositis, Πατροσονιεὶμ καὶ τοὺς Κασμωνιείμ. At Antuerp. Νεφθουεὶμ καὶ τοὺς Πατροσονιεὶμ καὶ τοὺς Κασλωνιεὶμ, et Interpres *Nephthuim et Phetrusiim et Celuim:* Paraphr. Chaldaica *Neptuim et Phetrusim et Celuim:* Hierony., in editio. Antuerp., *Neptuim Phetrusim et Celiuim.*

(Ibid.) *Et Caphthurim.* In V., Va., *et Thadaro;* in Fa. *Thathoro;* editio Romana LXX Interpret. Γαφθοριεὶμ. Antuerpiana Καφθοριεὶμ, Chald. *Philistiim Caputhcai*, seu *Cappadoces;* Hieronym. *Capturim*, Vulgata *Caphtorim.*

(Ibid.) *In Chanaam autem.* Loco *Chanaam autem*, ut olim, adjecta præpositione *in:* huic lectioni consentiunt V., Va., Fa.

(Ibid.) *Cethæum, et Jebusæum, et Amorrhæum, et Gergesæum, et Arachæum.* In V. et Va. diversa plane ratione leguntur hæc nomina: *Cethineum, et Eveum, et Aracheum, et Assameum, et Aradium, et Samarium, et Mathi.* Idem in Fa., nisi quod scribit *Cethmeum* pro *Cetheum*, et *Samareum* pro *Samarium*, *Marti* pro *Mathi:* at Genes. x, in Vulgata editione cum Hebr. et Chald.: *Hethæum et Jebusæum, et Amorrhæum, et Gergesæum, et Hevæum, et Aracæum, Smæum, et Aradium, Samaræum, et Hamathæum*, etc. LXX paulo aliter et quidem Romæ emissi Χετταῖον, Ἀρουκαῖον, Σαμαραῖον, Ἀμαθί, hoc est, *Chetteum, Aruceum, Samareum, Amathi:* Antuerpiæ vero edita, licet Græce Græcis respondeant, non ita Latina interpretatio. Nam *Ettæum, Evæum, Arachæum, Samarium, Amathæum* versio Hieronym.; Plantiniana *Ethæum, Arachæos, Samaræum, Amathæos.*

(Ibid.) *Et terris suis et gentibus eorum. In terris suis et in gentibus eorum*, Fa.

(Ibid.) *Gomer, et Magog, et Madai, et Jaynam*, etc. In V. et Va. *Eriphat, et Jorgama et filii Asson, Elisa et Thirsis et Citii et Rhodii, ex his dispersis sunt insulæ gentium in terra eorum:* in Fa. *Eriphat et Jorgama et filii Asson. Clisa et Tharsis et Citii et Rhodii ex his dispersis sunt insulæ gentium in terra eorum, unusquisque secundum linguam suam in tribus suas, et in gentibus suis.* Prius tamen verosimilius est et propius accedit ad historiæ Sacræ lectionem Vulgatam, si exceperis, ut paulo ante observavimus, quod loco *Jaynam et Thobal* Gen. x legitur *Jaram et Thubal:* at qui conveniant cum LXX, de his supra.

(73.) *Heber an.* CCC. Ad oram B., H., Pet., So., Ba., pro 300 adjectum 130, ut habent Septuaginta, testante etiam Beda, nihilominus codices Va., Vat. et alii, quos licuit videre, sequuntur nostram lectionem, pro qua nostra versio, veritas Hebraica, et Paraphrasis Chaldaica habent 430 *ann.*

(Ibid.) *Phalec cum esset annorum cxxx.* Ad oram quoque eorumdem librorum pro 130 notatum erat legendum 134 (sicut habent Septuaginta hodie: nam olim, teste Beda, habebant 130): nihilominus alii codices retinent Vulgatam lectionem, cui assentiuntur Jornandes, Nicephorus Constantinopolitan. in Chronographia, August. lib. XVI de Civit. cap. 10; versio Vulgata, Gen. XI, habet cum veritate Hebraica, et Chaldaica paraphrasi *an.* 30, sed nil muto, quia alioquin non colligeretur summa annorum 1072, quam paulo post ex his generationibus deducit auctor a diluvio ad Abraham.

(Ibid.) *Seruch an. c.* In V. *an.* 104; in Va. *an.* 134; in ora Pet., So., Ba. et H. *an.* 207, nescius an ex fide mss. vel ex auctor., Gen. x, ubi 207. Reperies apud Hierony. *Sarug:* apud LXX *Seruch*, cujus vice in Fa. *Saruch:* veritas Hebraica legit *Serug*, apposito *g*, pro *ch.*

(Ibid.) *Nachor cum esset annorum lxxix.* Licet olim pro 79 legeretur 89, et ad oram B., H., Pet., So., B., 179: nos tamen selegimus 79, tum quia ita præscribunt libri scripti V., Va., Fa., August. lib. XVI de Civit. cap. 10, Isidor. in Chron., Niceph. Constantinop. in Chron., et Antoni. cap. 1: nec mirum si dissentiant chirographi, cum dissideant inter se libri Biblici. Nam Vulgata versio pro 79, Genes. XI, legendum proponit 29, sicuti habet paraphrasis Chaldaica, veritas autem Hebraica 19.

(Ibid.) *Genuit Thare. Genuit Thara*, in Fa. et V., et ita in Lut. ubicumque fit mentio *Thare.* Septua-

ginta Interpret. Romæ editi Θαρρά, Antuerpiæ vero Θαρά; versio Hierony. *Thare*, juxta Hebræos; August., lib. xvi de Civit. cap. 10, legit *Thara* juxta LXX.

(Ibid.) *Quem socium. Quem secum.* Fa.

(74.) *Ab anno diluvii usque ad nativitatem Abrahæ sunt anni mlxxii.* Locus feliciter emendatus; nam conveniebant omnes libri ut pro 1072 legeretur 1720, cum iisdem quidem numeris, sed luxatis, et transmutatis: prodidit autem errorem ratio annorum præcedentium per generationes videlicet. Sem post diluvium an. 2, Arphaxad 135, Cainan 130, Sala 130, Heber 134, Halec 130, Ragam 132, Seruch 130, Nachor 79, et Thare 70 : ex quibus conficitur hæc summa 1072. Itaque quamvis exemplari destitueremur, tamen superior ratio id a nobis extorsit : quam confirmat auctoritas Augustini, qui lib. xvi cap. 10 de Civit. ex iisdem generationibus colligit eamdem summan 1072, quam etiam Beda de ratio. tempo. tribuit LXX Interpretibus. Hic tamen offert sese difficultas, qui concilianda sint ista cum iis, quæ habentur in præfatione et circa annum Christi tricesimum, ubi a diluvio ad Abraham numerantur tantum anni 942, idque suffragantibus omnibus libris; quin et ipse calculus Chronici ab orbe; hoc ipsum convincit, quo fit ut 30 annus Christi sit Eusebio 5228, cum alioquin si summa illa 1072 sumeretur pro 942, exsurgerent 5358, et hinc est verisimile omnia quæ sunt hujus exordii, minus esse germana.

(Ibid.) *Aram mortui filium.* Pro *Aram mortuum filium*, sic reposui testimonio V. et auctoritate S. Scripturæ Gen. xi : *tulit Thare Abram filium, et Loth filium Aram filium filii sui*, ita ut sit periphrasis ipsius Loth, qui erat filius Aram vita functi.

(Ibid.) *Venit in terram Charan. Chanaam Charan*, in V., Va., Ven., Lut. : sed nil immutandum, quia utrumque ferri potest, cum *Charan* sit portio regionis *Chanaam*. Hinc Gen. xi : *et eduxit eos de Ur Chaldeorum, ut irent in terram Chanaam; veneruntque usque Haran, et habitaverunt ibi.* Editiones LXX nonnihil variant in voce *Charan*. Nam Romana Καρράν, Antuerpiensis Καράν, et Hieronymi versio *Charan*, Paraphrasis Chaldaica *Aran*. Hinc corrige Freculphum, qui *Maran*, pro *Charan*.

(Ibid.) *Ibi annis* 205. Rectius quam olim *ibi anni* 250, tum ex fide V., Fa., tum quia Scriptura Genes. xi tradit annos Thare fuisse 205.

(Ibid.) ***Mortuus est in Charan. Mortuus est in Carra.* Fa.**

(Ibid.) *Ægialea vocabatur.* Post hæc verba subsequuntur in Ven., Lut., Fa. : *Abraham, Nachor, Arram*; etc., nisi quod in Fa. *Arra* pro *Arram*; sed absunt a posterioribus editionibus, et merito : in sequentibus autem *Nachor vir*, etc., singula nomina sunt per seriem, et velut columnam disposita.

(Ibid.) *Ox, Baux.* Antea legebatur *Hus, Bus*, ut etiam legitur Genes. xxii : tamen cum Exemplaria V., Va., Fa., Ven., Lut., retineant nostram lectionem, eam sequendam duximus, quia certum est Eusebium ista deprompsisse ex LXX Interpretibus (ut illi mos est in cæteris) in quibus Ὤξ, Βαὺξ, saltem in editione Antuerp.; Rom. tamen Οὔζ, Βαύζ, et interpres *Hus, Bus*.

(Ibid.) *Cazad.* In V., Fa. *Cazar*; Genes. xxii, *Cased*, ut olim, vel *Caseth*, ut editio Plantiniana; sed LXX, tam Romæ quam a Plantino editi habent, illi quidem Καζάδ, hi vero Καζάθ. Hebr. et Chald. *Cesed*.

(Ibid.) *Axau. Exau*, Fa., Ven., Lut. Septuag. Interpretes Ἀζαῦ; qui eos Romæ Latine reddiderunt *Asau*, qui Antuerp. *Asau*, a quibus non discrepant Hebr. et Chald. cum versione Vulg.

(Ibid.) *Pheldas. Phetdas*, Fa. Interpr. LXX φαλδὲς Romæ cusi; at Antuerpiæ φαλάς, et Latine ibi quidem *Phaldes*, hic *Phalas*. Nostra lectio est version. Vulg.; in Hebr. et Chald. *Phildasch*.

(Ibid.) *Ieldath.* In Ven., Lut., V., Va., Fa., *Iedaaph*; Genes. xxii *Iedlaph*, vel ut habet Hieronymi versio *Iedlaf*; LXX Romæ vulgati Ἰελδάφ, apud Plantinum Ἰελδάθ; Latine vero redditi, illi *Ieldaph*, hi *Ieldad*. version. Vulg. *Iedlaf*, Hebr. et Chald. *Ildlaph*.

(Ibid.) *Thabee. Thabech* in Ven., Lut., Fa. Septuaginta Ταβὲκ, saltem qui Romæ, at qui Antuer. Ταάδ; ambo Latine redditi *Tabee*, sicut habent version. Vulg. et Chald. *Thebach*.

(Ibid.) *Thocos.* Sic habent V., Fa., Ven., Lut., et ita restituendum censuimus pro *Tbua*, ut olim, quia sic habent Septuaginta version. Vulg. Τοχὸς, Plantiniana *Thaas*, cum Hebr. et Chald.

(Ibid.) *Maacha. Meca*, V.; *Melcha*, Fa. : primæ tamen possum allegare testem versionem Hieronymi editionis Plantinianæ, ubi *Maacha*; cum Hebr. et Chald. cui proxime accedunt LXX, qui in editione Romana, Μωχά : mendum autem agnosces in Plantiniana, ubi Χωμά pro Μωχά, transpositis elementis, nam interpres illius *Maacha* reddit.

(Ibid.) *Concubina Regma.* Sic legunt V., Va., Fa., Ven., Lut., et a quo non longe Septuaginta Ῥεμάν, Hebr. et Chald. *Reuma*, ver. Vulg. *Roma*.

(Ibid.) *Filii Saræ Esau, Jacob.* Istud audeo magis damnare quam mutare; nemo enim est tam cæcus, qui non videat hujus loci mendum, adeo ut mirum sit quomodo conveniant alia exemplaria, quæ vidimus tam edita Venetiis, Lutetiæ, Basileæ, quam mss. : legendum ergo *filius Sarra Isaac, ex quo Esau et Jacob*; tamen satis fuerit indicasse, ne quid contra communem librorum consensum suscipiamus.

(75.) *Nabajoth.* In Ven., Lut., Fa., *Nebeoth* : sic apud Septuaginta Ναβεώτ, Hebr. et Chald. *Nebajot.* Nostra lectio eadem est cum Vulgata versione.

(Ibid.) *Masma.* Rectius quam V., in Ven., Lut., *Massina*, vel ut in Fa., *Nasma*, vel ut in editionibus Basilien., *Massma*, cum duplici *s*. Hinc Septuag. Μασμάν.

(Ibid.) *Codar.* Auctor marginis B., H., Ba., Pet., legendum putat *Adad*, sic enim habet veritas Hebraica, Chaldaica, Vulgata lectio, et interpretatio Latina Septuaginta; sed video omnes codices cum Vulg. convenire, a quo non multum discrepat apud Septuaginta Χολδάδ.

(Ibid.) *Naphas.* In Fa. *Nephas*, sed supra *e* scriptum est *a* significans aliam lectionem *Naphas*, et ad oram alias *Nephar*. Septuaginta Ναφὲς, saltem Romæ impressi, at Antuerp. Ναφεὶς; Vulgata versio cum Hebr. et Chald. *Naphis*.

(Ibid.) *Cedma.* In Fa. *Coedma*, in Ven., Lut. *Codma*. Septuag. Κεδεμά. Vulgata versio cum Heb. et Chald. *Cedma*.

(Ibid.) *Gephar.* Germanius, quam olim *Sephar*, idque ex præscripto Fa. et Septuaginta, Genes. xxv, Γεφὰρ, pro qua versio Vulgata cum Hebr. *Epha*, sicut et Chald.

(Ibid.) *Regali.* In Fa., *Ragali* : apud Septuaginta Ῥαγμά; sed in versione Vulgata, Hebr. et Chald. nil ad hoc nomen accedit.

(Ibid.) *Zambram.* In Fa., Ven., Lut., *Zembra*; Septuaginta Romæ cusi Ζομβράν, Antuerpiæ Ζεμβράν : eorum vero interpretationes Latinæ, Romana quidem *Zambram*, Antuerpiensis *Zamran*, Vulg. vers. *Zamram*.

(Ibid.) *Jectam.* In Fa. *Letaam*, in Ven., Lut., *Jethaam*, licet mox *Lectaam*. At Septuaginta interpretatio Romana Ἰεζάν, Antuerpiana Ἰεκτάν, Hierony. Vulgata vers. *Jecsan*.

(Ibid.) *Madal.* In Ven., Lut., Fa., *Madai*. Heb. et Chald. *Medan*, Septuaginta Μαδάλ, Vulg. vers. *Madam*.

(Ibid.) *Madiam.* In Fa. *Yasiam*, in Ven. et Lut. *Mazian*, et Chald. *Mediam*, Septuaginta Μαδιάν, Vulgata vers. *Madiam*.

(Ibid.) *Jesboch. Jestoch*, Fa., Ven., Lut. : verum nostra lectio patronos habet cæteros codices, et Septuaginta; et version. Vulg. in Hebr. et Chald. *Isebach*.

(Ibid.) *Sobe.* In Fa. *Esseu*, in Ven. et Lut. *Eseu* : differunt Septuaginta editiones; nam Romana Σωέ,

Antuerpiana Σοϐέ, Hebr. et Hierony. *Sue* seu *Sua.*

(Ibid.) *Filii Jectam. Filii Lectaam*, in Fa., Ven., Lut.: de hoc paulo ante.

(Ibid.) *Theba.* in Fa. *Thenia;* mirum unde auctor hæc sumpserit, cum divinæ litteræ numerent tantum duos filios Jectan.

(Ibid.) *Latusim.* In Fa., Ven., et Lut., *Latusum:* editio duplex Septuaginta differt, quod Romana Λατουσιιμ cum unico τ, *Lætusiim:* Antuerpiensis Λαττουσιιμ *Lattusim* per duplex *l*. Versio Vulgata cum Hebr. et Chald. *Lathusim.*

(77.) *Regum series*, etc. Quæ sequuntur usque ad illa verba, *Primus omni Asiæ*, pag. 18, desunt in omnibus, præterquam in Vat., ut jam monuimus, quæ cum in multis differrent ab iis, quæ in contextu Eusebii habentur, recensuimus ad eumdem modum, quo illa restituimus.

(Ibid.) *Aralius.* Sic ex Vat. et ex contextu.

(Ibid.) *Belochus. Bolochus* Vat.: *Belotus* editi.

(Ibid.) *Mamithus.* Sic ex Vat. et iis quæ subjicientur paulo post.

(Ibid.) *Iphereus. Spherus.* Vat.

(78.) *Ascades. Aschatades.* Vat.

(Ibid.) *Mitreus an.* 37. Sic ex Vat. et contextu, pro *Mithreus an.* 27.

(79.) *Reges hi* 1240 *annis regnaverunt.* Desunt in Vat.

(80.) *Regnaverunt annis* 862. *Regnaverunt annis* 962. Vat.

(81.) *Syriæ, et Asiæ.* In Vat. deest *et Asiæ.* At vero post *Philippus* in Vat. titulus est *Asiæ*, et consequenter scriptum est, *Antigonus an.* 19. *Demetrius, qui et Polyorcetes, an.* 17.

(88.) *Crœsus. Hi reges regnaverunt ann.* 235. Quæ sunt adjecta post *Crœsus*, sumpta sunt ex Vat.

(Ibid.) *Rege VI Argivorum* usque *Athenienslum primus.* Desunt in Vat.

(90.) *Hinc principes annui constituti regnaverunt.* Hæc absunt a Vat. Sed eorum loco legitur *post hos novenii principes facti sunt.*

(91.) *Debbora cum Barach.* Ita monuerunt nos Vat. et probatissimæ quæque membranæ, ut reponeremus sicut pluribus in textu.

(92.) *Hyrcanus.* Ponitur in Vat. post illa, *Hinc reges alienigenæ*, et ante *Aristobulus.*

(94.) *Hi reges per an.* 250. Hoc ex Vat. desumptum est

(98.) *Dynastia in quam Cambyses*, etc., usque *Augustum regnaverunt.* Desunt in Vat. Sed eorum loco legitur *sub Persis fuerunt ann.* 111: *Amartheus an.* 6; *Nepherites*, 6; *Achoris*, 12; *Sammutes*, 1; *Neferites mens.* 4; *Nectanides*, 18; *Theo*, 2; *Nectanebes*, 18; *Hinc Alexandrinorum: Alexander an.* 12; *Ptolemæus*, 49; et quæ sequuntur supra, fol. 13, usque *Cleopatra* 22.

(100.) *Romæ post exactos*, etc., usque *Imperatores Romanorum.* Desunt in omnibus mss.; etiam in Vat. et valde aliena a fastis consulum; vix crediderim esse Eusebii.

(104.) *Valens ann.* 13, *mens.* 5. Pro *mens.* 15, ut olim legendum mens. 5, ex V. et ipso Chronico.

(Ibid.) *Valens ann.* 13, *mens.* 5. Post hæc statim subjunguntur ista in Vat. quæ non existimamus esse auctoris, licet aliquantulum conveniant cum his, quæ sunt in calce Hieronymi: *Continet itaque omnis canon secundum Hieronymum* 2395. *Item secundum Severum ab Adam usque ad diluvium* 1070. *A diluvio usque ad Abraham* 1070, etc., *usque ad Sedeciam. Item secundum Africanum, qui de temporibus, et historiis Hebræorum, et Græcorum, et Persarum, et Macedonum, et Alexandrinorum, itemque Romanorum, 5 libris omnia complexus est. Ab Adam usque ad Cataclysmum Noe* 2242. *A Cataclysmo usque ad transmigrationem Abraham in terram Chanaan. Habitatio Israel in Ægypto in terra Chanaan an.* 430. *Moyses in Eremo an.* 40. *Jesus Nave, et post eum presbyteri an.* 55; *Judicum et sine principibus, et pacis tempore an.* 490; *Sacerdotum et judicum an.* 90; *Regum Hebræorum an.* 490; *Captivitatis Babylonicæ an.* 70; *Persarum regum an.* 230; *Macedonum principatus cum Alexandrinis, et Ptolemæis, an.* 300. *Imperium Romanum usque ad Christum*, 74. *Omnes anni*, 5726.

At in impressis Ven., Lut., H., B., Pet., hæc legebantur: *Omnium ætatum brevis ratio, quam tamen Eusebio non ascripsimus. Habitatio omnis generis Israel in terra Chanaam in terra Ægypti, annis* 430. *Moyses in Eremo* 40. *Jesus Nave, et qui post ipsum fuerunt, an.* 55. *Judices et sine principibus, et pacis tempore*, 490. *Sacerdotes, et Judices*, 90. *Regnum Hebræorum*, 490. *Captivitas, et destructio Jerusalem, an.* 70. *Persarum regum*, 230. *Macedonum principatus cum Alexandrinis, et Ptolemæis, an.* 300. *Imperium Romanorum usque ad Salvatorem, et resurrectionem ejus, an.* 740. *In se omnes anni in tempus supradscriptum*, 5726. Quæ cum omnino visa sint non esse Eusebii, delenda judicavimus.

(107.) *Eusebii Cæsariensis Chronicon, D. Hieronymo interprete.* Retenta a nobis ea operis inscriptio, exemplo B., H., Pet., Ba., Hen., in prima editione et aliis mss. aut nulla, aut ut in Lut. a dextro latere legitur *Chronico*, et in Fux. *Chronica*, in utroque a sinistro *Eusebii.*

* (Ibid., I.) *Regnum Assyriorum.* Constans est librorum lectio, ut hunc titulum huic columnæ præferant, exceptis O., Vi., in quibus nulla alia hujus columnæ inscriptio, nisi *Ninus Assyriorum:* conveniunt tamen cum iisdem, quod in reliquis ac consequentibus columnis ad illud regnum pertinentibus, vox tantum *Assyriorum* legenda proponitur absque voce *Regnum*, quam propterea delendam judicavimus. Quod ducimus de columna *Assyriorum*, idem de cæteris reliquorum regnorum columnis est accipiendum, in quibus initio habebatur *Regnum Assyriorum, et Regnum Sicyoniorum;* postea tantum vox *Sicyoniorum*, seu *Ægyptiorum.* Pagina hæc seu columnæ, sive canones in Vi. et O. hunc præfixum habent titulum *Abraham Judæorum; Ninus Assyriorum, Europs Sithioniorum, Thebæi Ægyptiorum*, quemque primævum esse titulum demonstrant verba illa Auctoris in columna Sicyoniorum, *Post quem secundus Europs, qui et prælatus est titulo;* ea enim verba arguunt eum columnæ illius fuisse titulum.

(Ibid.) *Primus omni Asia*, etc. In memoriam redeas velim, lector, eorum, quorum superius a me facta est mentio, quod cum Eusebius et Hieronymus, quorum alter opus hoc in lucem edidit, alter editum excoluit, primum illud digesserunt in duas partes; in priori erant certi canones seu ordines aut columnæ, in quibus nihil aliud cernebatur, quam nomen regis et numeri annorum ipsius: in posteriori continebantur ea omnia, quæ ad historiam pertinent, quæque nunc diversas columnas occupant. Unde rescies ea omnia, quæ hic sparsa et divisa vides, primum unico quasi contextu, et consequenter descriptas, deinde vero amanuenses, et librarios ad unumquemque canonem seu columnam historiam omnem dispertitos fuisse, unde libri manuscripti retinuerunt in initio secundæ columnæ vocem *vero*, et quartæ columnæ *Porro apud Ægyptios*, vel *Apud Ægyptios autem;* quæ veterem connexionem totius sententiæ satis demonstrant. Ut autem ista facilius intelligantur, ea subjiciam oculis, prout in codice Victorino et Oiselli leguntur: *Primum Assyriorum rex Ninus Beli filius regnavit omni Asiæ, exceptis Indis, annos quinquaginta duos, cujus quadragesimo tertio imperii anno natus est Abraham* (hoc legis nunc in prima columna). *In Græcia vero secundo imperio Sithioniis imperavit Europs annis quadraginta quinque, cujus vicesimo secundo regni anno natus est Abraham* (hoc legis in secunda columna). *Porro apud Ægyptios sexta decima potestas erat, quam vocant dyna-*

* Abhinc numeri arabici paginam, Romani unam e columnis quas singula pagina comprehendit, indicant.

*stiam; ab hoc tempore regnaverunt eis Thebæi annos centum nonaginta* (hoc legis in quarta columna). *Ninus condidit civitatem Ninum in regione Assyriorum, quam Hebræi Ninivem vocant* (hoc habes sub prima columna). *Nino regnante apud Assyrios, primus Sithioniis imperavit Egialeus annis 52, a quo Egialia nuncupata est, quæ nunc Peloponensis vocatur : post quem secundus Europs, qui et prælatus est titulo* (hoc habes sub secunda columna). *Nino regnante Ægyptiis Thebæi imperabant* (hoc habes sub tertia columna). *Nino regnante apud Assyrios, novissimo ejus tempore nascitur Abraham* (hoc habes sub quarta). Ex his judica de cæteris.

(Ibid.) *Primus omni Asiæ.* Varie legitur ut in P., Al., Peta., Fux., *Primus omnis Asiæ* : in A. *Primus omnes Asiæ* : in vulgatis *Primus omnium Asiæ*, ut legisse videtur Antoninus. Seligendum duximus, *Primus omni Asiæ*, juxta codices L., M., V., Vat., Va., Sa., O., Pi., Vi., quæ confirmantur ex iis quæ sequuntur. Nam si *omnium* dixeris, excludes cæteros reges, et ipsum Belum patrem Nini; cui lectioni favet illud Tertulliani lib. de Pallio : *Ninus regnavit primus, ut autumat superiorum prophanitas.* At vero illud *Primus omnis Asiæ*, habet gravem auctorem Garciam de Loaisa Toletanum archiepiscopum, qui in Chronicon Isidori, testatur ita legi in vetusto codice ms. Chronici nostri pag. 368, licet frustra asciscatur ratio, ubi de auctoris mente satis constat. Constat autem præter mss. ex his quæ habentur lib. x de Præpar. cap. 3 : ὃν πρῶτόν φασιν ἁπάσης τῆς Ἀσίας, πλὴν Ἰνδῶν, κεκρατηκέναι, *quem* (Ninum) *aiunt primum toti Asiæ, India solum excepta, regnasse.* Quæ si cui subobscurior videatur, advocandus est Augustin. qui, lib. xviii de Civit. cap. 2, sua explanatione illustret : *Nullum imperium tam longe lateque diffusum est quam Assyriorum; quippe ubi Ninus rex Beli filius universam Asiam, quæ totius orbis ad numerum partium tertia dicitur, ad magnitudinem vero dimidia reperitur, usque ad Libyæ fines subegisse traditur.* Verum quo res clarior sit, notandum, quod auctor subjungit statim, *exceptis Indis*, hoc significare subdidisse imperio suo omnes populos Asiæ, *exceptis Indis.* At in codice So. : *Primus Assyriorum rex Ninus*, etc., suppressa voce *omnium*, vel *omni*, ita ut Ninus non primus dici possit simpliciter omnium regnasse in Asia, sed primus Assyriorum. Nec prætereundum est, cur a Nino, seu Abraham sit exorsus Eusebius. Nam cum constet plures ante eum regnasse, immo Ninum oriundum ex regibus, cur non a Belo, vel a Saturno initium dicendi fecerit? Verum hoc non tam proprium Eusebio, et cæteris veteribus, qui pro antiquitate et veritate religionis certabant cum gentibus, quam commune ethnicis historiographis fuit, tam Græcis, quam Latinis (ut testatur Paulus Orosius), qui annales suos incipiebant a Nino. Nam Adamum, aut Noemum, *in quibus*, ut loquitur Eusebius superiori præfatione, *nulla penitus nec Græca, nec Barbara et (ut loquar in commune) gentilis reperitur historia*, prorsus ignorabant. Sic Ctesias, Justinus, Diodorus, Orosius, Cassiodorus, et alii ab illo ordiuntur : hinc Tertullianus eodem lib. de Pallio ; *Piget tristia, non minus quam regnorum vices, recensere, quoties et ista mutaverint jam inde a Nino Beli progenie. Si tamen Ninus regnavit primus, ut autumat superiorum prophanitas, fermeque apud vos ultra stylus non progreditur* : et Diodorus, lib. i : *Primus*, inquit, *rex Assyriorum scriptores nactus est Ninus*, et πρῶτος τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων. Cujus rei ratio reddi potest, vel quia, ut loquitur Fabius Pictor (si eum fideliter expressit Annius Viterbiensis, qui eum nobis exhibuit, simul cum cæteris), *Ninus aureos mores circa finem aurei sæculi, nova regnandi cupiditate mutavit, et primus bella finitimis movit.* Nam ut addit Justinus lib. i : *Longinqua, non finitima bella gerebant, nec imperium sibi, sed populis gloriam quærebant, contentique victoria, abstinebant.*

(107, ii.) *Sicyoniorum.* In Pi., L., Fa., Fux., *Sycioniorum* : in Vi., O., *Sithioniorum* : in Ven., Lut., *Sityoniorum* : in Lo., *Sicioniorum* : et licet idem passim in illis exemplar. ubicumque de *Sycioniis* fit mentio, aliquando tamen non sibi constant : literam dirimit præter alia exemplar. Eusebius lib. x de Præpar. cap. 3, ἐν Σικυῶνι : sic pingunt Plutarchus, Pausanias, Homerus, Eustathius, Suidas, Diodorus, Clemens, et alii plerique.

(Ibid.) *Secundus Sicyoniis.* In Vi., O., *secundo imperio Sithioniis* : in Pi., *secundo imperii Sicyoniis* : in Peta., 2 *Sicyonis* : in Fa. tota sententia sic legitur, *Europs apud Sicyonios rex secundus regnavit an.* 45, sed nostra lectio confirmatur aliis exempl. et ex sequentibus.

(107, iii.) *Hebræorum gentis exordium.* Maluimus titulum hunc præfigere, quam sequi vulgatum *Regnum Hebræorum.* Nam quæ ratio confingendi tunc regnum, quando neque rex, neque subditi? deinde ita docuerunt A., Peta., Fux., et tres mss. Fab., quibus accedunt L., ubi *Hebraicæ gentis exordium*, et Pi., ubi *Hebrææ gentis exordium* : in So. diversi plane habentur tituli ab his, ut primæ columnæ *Ninus Assyriorum*, secundæ *Europs Sicyoniorum*, tertiæ *Abraham Judæorum*, et quartæ *Thebæi Ægyptiorum.* In Vi. et O. fere idem, nisi quod prima columna est *Judæorum*, seu *Hebræorum* (nam initio ponit *Judæorum*, postea *Hebræorum*), secunda *Assyriorum*, tertia *Sicyoniorum*, quarta *Ægyptiorum* : et ita ordinasse videri posset Eusebius, cum ait in præfatione, *Præsens opusculum ab Abraham usque ad nostram ætatem, inferiora tempora persequetur ; et statim in principio sui Hebræorum Abraham, Assyriorum Ninum, et Semiramin proponet*, etc. Verum si ea quæ statim sequuntur, consideres attentius, non dubitabis eum statuisse eumdem ordinem, quem vulgati libri et nos sequimur, cum aliquot mss.: *Si*, inquit, *enumeres ab ultima ætate Nini*, etc. Item *in Sicyone*, etc., *apud Hebræos quoque*, etc. Item *apud Ægyptios*, etc. Verba etiam historiæ, ut primitus erant simul conjuncta, sicut ex Vi., O., retulimus, docent hunc ordinem, ut videre est in illis verbis, *In Græcia vero*, etc. Adde quod cum texit historiam, incipit loqui de Assyriis, *Primus omni Asiæ*, etc. Maluimus ergo nil mutare, quam imitari L., A., Lo., Peta., Fux., Pi., et tres mss. Fab., ubi prima columna est *Assyriorum*, secunda *Hebræorum*, tertia *Sicyoniorum*, quarta *Ægyptiorum*.

(Ibid.) *In hujus Nini imperio apud Hebræos nascitur Abraham qui cum centum esset annorum genuit Isaac, cujus Abrahæ erat annus primus tunc, cum imperii Nini quadragesimus tertius.* § *Regnante Nino*, etc. Hic fluctuant libri. Nam Peta. et Fux. : *In hujus imperio apud Hebræos nascitur Abraham, qui cum 100 esset annorum, genuit Isaac.* Idem A., V., et tres mss. Fab. et in omnibus illis desiderantur hæc, *cujus Abrahæ erat annus primus, tunc cum imperii Nini 43.* In. Fa. : *Regnante Nino apud Assyrios novissimo ejus tempore nascitur Abraham*, desunt cætera ; in Pi. : *Nini imperio quo imperabat Assyriis novissimo ejus tempore nascitur Abraham, qui cum 100 esset annorum, genuit Isaac*, desunt pariter cætera ; in Ven. et Lut. : *In hujus Nini*, etc., usque *Isaac, cujus Abrahæ erat annus primus, tunc cum imperii Nini 43, Abraham an.* Quid habeant codices Vi., O., quos hoc loco credimus castigatiores, jam diximus. Ex quibus licet colligere quemlibet librarium pro suo arbitrio ista disposuisse, quando historia in singulas columnas fuit dispertita.

(107, iv.) *Porro apud Ægyptios.* Adjecimus *Porro*, et sustulimus *autem*, ex Vi., Pi., L., Lo., Fa., Peta., O., et ut stylus primævus Eusebii magis appareret, antequam historia esset in columnas digesta.

(109, i.) *Beli filius regnavit annis 52.* Hic supplevimus *annis 52*, quod deerat in B., Ba., Pet., H. et Fa., suadentibus codd. L., V., A., Va, Vat., P., So.

Al., Peta. et tribus mss. Fab.; in Fux. *ann.* 53, *Beli filius:* deest in Fa.

(Ibid.) *Quem Belum Assyrii deum sibi nominaverunt.* Desunt hæc in L., Vi., A., V., So., Pi., Fa., Peta., Fux., O., et in tribus mss. Fab. Et licet propterea sit verisimile non esse germana, et quod Euseb. lib. xx de Præpar. cap. 3, nihil horum meminerit, quamvis cætera exprimat; tamen quoniam certum est ex Cyrillo lib. III contra Julian. et aliis Belo primo hominum, Dei nomen datum ab Assyriis, eique sacrificatum, ideo reliquimus, et præterea quod in aliis impressis et nonnullis mss. exemplaribus extaret, quorum antiquitati, et auctoritati plurimum deferendum est.

(Ibid.) *Hujus Nini 43 anno imperii sui natus est Abraham.* Desiderantur ista quoque in V. At in L., Pi., Fa., pro *Hujus Nini*, scriptum est, *cujus Nini 43 anno imperii:* in Fux. et Peta. deest vox *Nini*.

(109, II.) *Cujus regni* XXII. In P., Ba., Hen., H., et Pet., legitur, *Cujus regni vigesimo quinto:* in V., Va., M., *Cujus regni vigesimo:* in L., Peta., A., So., Vi., Pi., O., Fux., Ven., Lut. et tribus mss. Fab., *Cujus regni vigesimo secundo;* quod postremum caret dubio. Nam hoc ipsum ratio convincit, petita ex ipsa Chronici delineatione, quam orditur in serie Sicyoniorum a 22 Europis, opposito 43 Nini, quo natum dicit Abraham. Verum desiderantur hæc in Fa. *Cujus regni 22 anno natus est Abraham:* ubi vox *cujus* indicat contextum historiæ, antequam in columnas divideretur.

(109, III.) *Tunc cum imperii Nini quadragesimus tertius.* Pro his in H., B., So., Pet., Ba., He., corrupte legebatur, *tunc anno imperii Nini*, etc., ubi illud, *etc.* pro 43. Sed correximus ex Ven., Lut., cum deessent mss.

(109, IV.) *Quo tempore regnabant. Ab hoc tempore regnaverunt* Pi., L., O., Vi. Sed nostra lectio confirmatur ex aliis exemplaribus et ex præfatione Eusebii, ubi eadem refert.

(Ibid.) *Qui præfuerunt Ægyptiis.* Absunt a Pi., L., M., P., V., Va., Fa., Peta., sed tamen possunt tolerari.

(Ibid.) *Ægyptiis an.* 190. Sic restitutum pro *Ægyptiis an.* 19, ex A., Al., L., M., V., Va., P., So., Ven., Lut., Fa., Vincen., Anton. et tribus mss. Fab., et ex ipso ordine annorum.

(111, I.) *Quæ ad præsens Nisibis nuncupatur.* Corrupte in H., Ba. et Pet. *Nisibus.* Apud Stepha. *Nesibis.* Sed ista omnia magis perperam fuerunt additi, cum desint in L., A., M., P., So., Pi., Vi., Sa., Peta., O., Fux., et in tribus mss. Fab., et apud Vincen., licet cætera referat: et penitus expunxissem, nisi me retinuisset odium novitatis, maxime in delendo, et auctoritas aliorum exemplarium. Nam nihil tale reperies apud ullum probatum auctorem, immo cum cætera de Nino urbe referat Eusebius lib. x de Præparat. cap. 3, nihil horum commemorat: Hieronym. quoque in Quæstio. in Genes. et lib. I in Osee cap. II, eadem verba referens, quæ hic Eusebius loquens de urbe Nino, *quam Hebræi*, inquit, *vocant Ninivem:* Græci enim Scriptores et Latini Ninum vocant: facit etiam mentionem *Nisibis*, eamque diversam constituit a Ninive. Plinius etiam diversas facit urbes Nisibim et Ninum, licet in eadem regione Mygdoniæ. Hinc corrigendus Otho Frisingen. lib. I cap. 6, dum ait, *Ædificavit Ninus civitatem maximam, quam ex nomine suo Ninum, seu Ninivem vocavit, quæ adhuc, in Mesopotamia posita, mutato nomine lingua eorum Nivissa vocatur:* forsan quia hic legerat *Nisibis:* unde confecit *Nivissa:* quam autem diversa sit *Ninus* a *Nisibi*, satis apparet ex *Plin.* lib. VI cap. 13 et 16, Strabone lib. XVI, Nicephor lib. IX cap. 29, et Theodor. lib. II cap. 30, cum illa sit ad Tigrim fluvium sita, hæc ad Mygdoniam: unde dicta est Antiochia Mygdoniæ in Mesopotamia, testibus Hierony. ad olymp. 279 et 286, Dio. lib. XXXV, Plutarch., Polyb., Plin., Steph. et aliis.

(Ibid.) *Zoroastres.* Lectio vulgata erat *Zoroastes* ex

A duobus simplicibus Persicis nominibus זרד־אשתר *Soroaster;* sed maluimus sequi L., A., P., Pi., Vi., Peta., Fux., O., Vincen., Antoni., Gregorium Turon. lib. I cap. 5, ex Eusebio, Justinum lib. I Histor., Plutarch. in Numa et Alcibiade, Plin. lib. XXX cap. 1 et XXXVII cap. 9, Apuleium in Apolog., Ammian. Marcelli. lib. XXIII, Oros. lib. I cap. 4, Hieronym. lib. I in Osee cap. II, ipsum Eusebium lib. I de Præparat. cap. 6, et lib. X cap. 3, Ζωροάστρης ὁ μάγος: idem Clemens lib. I et V Stromat., Plato in Alcibiade, Agathias lib. II.

(Ibid.) *Magus.* Ita consulendum fuit huic loco, quemadmodum habent et chirographi L., A., Al., M., P., V., Peta., O., Fux., So., Pi., Sa., Vi., cujus vice in aliis *magnus* legitur. Nam nulla potest subesse ratio, cur *magnus* diceretur, cum sæpius fugatus et subactus fuerit, ut videre est apud veteres scriptores. Adde quod, ut ipse Eusebius, lib. X de Præpar. cap. 3, scribit, *tempore Nini Zoroastres magus apud Bactrios regnabat*, καθ' ὃν Ζωροάστρης ὁ μάγος Βακτρίων ἐβασίλευσε: et Hieronym. lib. adversus

B Pelagianos vocat Zoroastrem magum. Denique certum est eum magicis artibus semper fuisse infamem, immo et earum inventorem habitum testibus Plinio, Justino, Suida et aliis. Sunt etiam, qui scribant, vocabulum *Zoroastrem* idem significare ac magicæ artis inventorem, sicuti eum fuisse testatur Augustin. lib. XXII de Civit. cap. 14, Clemens lib. I Stromat. appellat eum magum et Persam. Hunc reperio appellari nonnumquam apud Plato. in Alcibiade, et Valer. Maxim. lib. I cap. 8, ex Plato., *Erum Pamphilium.* Quod autem *magnus*, pro *magus* scriptum sit hoc loco, non adeo mirum videri debet, tum propter affinitatem vocum, tum etiam quod simile quid reperiatur in Fastis Sigonii, ubi e converso legimus *Ausonius magus*, pro *Ausonius magnus*.

(111, II.) *Ægialeus. Egialeus* O., Vi., Fa.; *Egyaleus* Fux.; cæteri vulgatos sequuntur.

(Ibid.) *Ægialea.* Non omnia exempl. inter se con-

C veniunt. Nam L. et A. habent *Agilia:* Pi. *Ægilia:* Reg. *Ægialis:* O., Peta., Vi., *Egialia:* Fa. *Egialea:* apud Plin., lib. IV cap. 12, *Ægialia:* in Fux. *Egyalia:* Straboni, Stephano, Pausaniæ, et aliis Græcis Αἰγιαλεῖα, unde Latini reddunt illud *ei*, modo per *i*, modo per *e;* licet videatur germanius per *e*, cum *Ægialus*, a quo regio, Græce Αἰγιαλεύς dicatur.

(111, III.) *Apud Chaldæos terit.* Hunc locum restituimus juxta codd. L., A., V. Sa., So., Fux., Pi., Vi., O., et oram Fa., pro *apud Chaldæos agebat:* in M. *texit*, in P. *texuit*, in Peta. *tenet.* His consequenter post verbum *terit*, adjecta sunt in O., Vi., Sa. et ultima editione Sonniana, quæ sequuntur: *Apud Hebræos usque ad nativitatem Abrahæ computantur anni* 1950; *usque ad diluvium enim ab Adam habent annos* 1656, *et inde usque ad Abraham* 293; *et ideo quinquagesimus jubilæus a nativitate Abrahæ computatur; unus enim jubilæus quinquaginta anni sunt.* Verum quam hæc audacter, et putide fuerint inter-

D posita, satis mirari non possum; non solum quod in aliis exemplaribus non reperiantur, sed præcipue quod inter se non cohæreant. Nam cum computet quinquagesimum jubilæum, et det unicuique jubilæo quinquaginta annos, ex tali numero consurgerent 2500, quorum tamen vice castigator ille ponit 1949. Nam 1656 et 293 hunc numerum conficiunt, nec minus dissentiunt a sequentibus, ubi circa annum 50 Abrahæ, adjectum est in iisdem codicibus O., Vi., Sa., So., *Principium jubilæi* 41, quod consonat cum aliis exemplaribus, nisi quod in Vi. et O. legitur *Principium jubilæi* 51, sed mendose, de quo postea. Ubi tria advertes, primo quæ nova reperiuntur in editione Sonniana et libro Sa., videri sumpta a codice Victorino, cui similis est O.; secundo quam sit periculosum velle libros scriptos imitari, nisi maturum adhibeatur judicium; tertio quam misere cum iis agatur, qui cum castigationem editorum suscipiunt, eisdem labem inurant.

(111, iv.) *Ægyptiis imperant. Ægyptiis imperabunt*, L., A., P., O., So., Vi., Sa., Peta.

(111, v.) *Anni ab Abraham.* Quoniam institutum nostrum est huic Chronico colorem nativum, et puritatem, quantum datum est, restituere, et ad id pertinet potissimum series annorum, quibus totum opus continetur, in locum annorum mundi, qui primam columnam occupabant, suffecimus annos in Abraham per decades, ad id adducti partim auctoritate, partim ratione: auctoritate, quoniam omnes mss. codices idem habent sine annis mundi, excipe tantum Reg., V., Va., Vat., Fa., in quibus anni mundi, pro annis ab Abraham depinguntur, ita ut primus Abrahæ sit ab orbe 3185, sicut habebant olim editi, et videntur habuisse codices, quibus usi sunt Contractus et Antoninus; ille enim anno 15 imperii Tiberii ita scribit: *Juxta Chronica quæ ipse Eusebius de utraque editione, ut ipsi videbatur, composuit, anni sunt 5228.* Nam si annos 2014, quos enumerat Eusebius ab Abraham usque ad 15 Tiberii, addas 3184, efficies illum numerum 5228. Ratione vero, quia æquum fuit, ut quoniam temporis nati Abrahami, veluti fontem suæ supputationis et historiæ ponebat, ab illo item numeraret, seu deduceret. Quod ea fuerit Eusebii mens, satis clare colligitur ex fine præfationis ejus, et ex contextu Chronici ad an. Christi 30. Nam ut loquitur, *decidit omnem congeriem annorum in decadas, et fiunt omnes anni istius historiæ 2395*, et ab Abraham ad 15 annum Tiberii computat annos 2044, et ad calcem libri Hieronymus exprimit, quot annos ab Abraham contineat totum opus. Sin autem lectori sit in votis scire, quoto anno ab orbe condito, juxta Eusebium, quælibet historia contigerit, anno qui erit ab Abraham, erunt addendi anni 3184, qui ut ipse computat, ante natum Abraham fuerant elapsi ab orbe. Summa enim, quæ ex horum duorum numerorum additione conficietur, dabit eum numerum ab orbe, quem expetis. Quod quo facilius intelligatur, proposito exemplo illustrabitur; verbi gratia annus 15 Tiberii incidit in annum Abrahæ 2044: huic adde annos illos ab orbe usque ad Abraham 3184, efficies 5228, ab orbe usque ad 15 Tiberii. Unde satis mirari nequeo typographum editionis Sonnianæ, qui cum solos annos ab Abraham apponere cœpisset, probe persecutus est usque ad annum 117; inde vero mutata velificatione annos mundi subrogavit, ut viderat in præcedentibus editionibus. Scito autem Eusebium in ratione supputandi annos ab orbe, secutum præcipue editionem Bibliorum juxta LXX Interpretes, ut ipse docet circa annum 547, quod facit etiam ipse Josephus, licet Judæus: unde videmus antiquos Patres tam Græcos, quam Latinos, et ipsam Ecclesiam catholicam tam in conciliis œcumenicis, quam in Martyrologiis, secutos calculum Eusebii, relicta Hebraica illa supputatione, de qua plerique nimis ambitiose gloriantur.

(113, i.) *Assyriorum* II, *Semiramis regnavit an. 42.* Inversa erant ista, cum antea præpostere legeretur, *Semiramis* II *Assyriorum regnavit annis 42*. Sed hoc in posterioribus editionibus. Nam prior est, ut Ven. et Lut., et membranacei a nobis sunt, præter Vi., O., ubi *Secunda apud Assyrios imperavit Semiramis;* quæ licet verbis a superioribus differant, sententia tamen eadem sunt: nec tamen mirum videri debet si ita reposuerimus. Si enim restituendus auctor, sequendi potius tot libri editi, et chirographi, quam Henrici Petri judicium, qui primus, auctore nullo, hunc ordinem pervertit. Advertendum enim in primo Eusebii autographo, ubi historia quæque erat sejuncta, et separata a suo canone, id est, a canone, seu columna, ad quam referebatur, non autem canonibus intertexta, ut nunc vides; illic quidem appositum fuisse nomen *Semiramis* in canone, inter duas notas numerales, alteram quæ 52 annum superioris regis Beli terminabat; alteram quæ ab anno primo, a quo Semiramidis imperium deducebatur; sed in illa columna seu spatio, quod continebat explanationem totius historiæ, erat scriptum *Semiramis Assyriorum* II *imperavit annis 42*. Cum autem amanuenses et typographi animadvertissent difficilem, seu quasi ἀδύνατον, diversorum colorum observationem præscriptam ab Hieronymo (qui velut tituli et indices erant, ad quem canonem et numerum quæque historia referri deberet), copularunt ea quæ erant in historia cum nominibus positis in quolibet canone: sic hoc loco ubi viderunt vocem *Semiramis* esse positam in serie annorum regum Assyriorum, et eamdem repeti in columna historiæ, eam semel retinuerunt, ut vitarent inanem illam ejusdem nominis proprii repetitionem: tamen Henricus Petrus et posteriores typographi existimarunt gratius fore, si lectori nomen primum occurreret: hinc fit ut non hic solum, sed ubique, tam in serie *Assyriorum*, quam *Hebræorum*, et cæterorum regnorum seu ordinum, præposuerint nomen regis appellationi regni. Quod si aliquando, etsi raro contingat, ut inverso ordine præmiserint nomen regni, ut videre est in B., H., Pet., Ba., So., sub regibus Assyriorum *Zameis*, et *Arii*, et regibus Sicyoniorum *Apis*, et *Thelasionis*, hoc illis excidit ex priori forma: debuerat sufficere quod vox *regni*, columnis singularum paginarum anteiret per modum indicis. Cum enim inspecto titulo innotescat, quæ sit regni series, quid necesse in eadem illa serie in singulis regibus repetere? ac ut exemplo rem intelligas, cum prima columna inscribatur *Assyriorum*, cumque titulum deinceps in singulis illis columnis præferat, numquid non in eadem illa pagina inanis dicetur repetitio, et *Assyriorum Semiramis*, vel *Assyriorum Zameis*, et sic de aliis? tamen maluimus errare cum cæteris, quam soli sapere, quod de similibus dictum velim scias, ubi videris nos a vulgatis in posterum dissentire.

(115, ii.) *Telchin*. Nullus sanæ mentis negarit legendum *Telchin*, pro *Selchin*, ut in Ven., Lut., B., H., Va., Vat., Pet., Ba., cum ita præscribant codices membranacei P., Pi. et Mar., in quorum subsidium veniunt L., A., ubi *Tilchin*, et Vi., O., ubi *Telchinus*, et Sa. qui *Thelcinus*, et Peta. qui *Thelcin*, et So. in quo *Telchinus*, in Fux. *Thelechin*: apud Clement. lib. I Stromat. et Eusebium, lib. X de Præparat. cap. 3, Τελχίνος: apud Pausan. Τελχῖν; et licet in V. et Fa. exstet *Stelchin*, in Reg. *Stechin*; in eo tamen affinitatem agnosces, quod ubique *t*, et *n*, reperiantur: nec te decipiat quod Plin. lib. VI cap. 5, meminerit cujusdam Telchii. Nam et tempore, et vitæ ratione multum dispares, cum ille rex, hic vero sit auriga.

(Ibid.) *Ægialea. Ægialia*, Peta., L., A.; *Egiales*, Fa.; *Ægialis* Reg.; verum de hoc Paulo ante.

(Ibid.) *Apud Cretam regnavit Cres indigena. Cres dicta a Crete indigena, quem aiunt*, etc. In Fa. et Reg. pro *Apud Cretam*, leges *Apud Cretas*: et in O., Vi., vice horum omnium verborum, quæ in excusis habentur, invenies *Apud Cretam regnavit primus Cres indigena, a quo Creta appellata, quem aiunt*, etc.; verum utrum receperis, nihil aut parum refert.

(115, iii.) *Principium* XLI *Jubilæi*, etc., usque ad *sunt anni 2000*. Nullum subest dubium, quin ita sit legendum, quia quadragesies quinquaginta conficiunt 2000. Itaque non possum laudare codices Vi., O. et editionem Sonnianam, ubi apponitur *Principium 51 Jubilæi*, nec etiam quod ad finem periodi pro *sunt anni* 2000, So. legit *fiunt anni* 1325, A. *fiunt anni* 3335, Peta. *fiunt anni* 2184, et L., O., Vi., M., Pi., *fiunt anni* 3235. Error qui cernitur in his codicibus, inde fluxit, quod librarii misere confuderint annorum calculum secundum Eusebium ab orbe cum eo, quem ipse refert ex mente Hebræorum; hac ratione ultimus numerus 3235 est purior [illegible]ris, quia an. 51 Abraham est revera Eusebio 323[illegible] ab orbe.

(Ibid.) *Principium* XLI *Jubilæi.* Ista certam non habent sedem. Nam aliquoties ad annum 50 Abra[illegible]

læ collocantur, ut in Peta., Fux., et apud Marianum tribus in locis ex Eusebio, quibus respondet quod in vulgatis sequentes jubilæi 42, 43, 44, 45, etc., ponuntur ut plurimum e regione 100, 150, 200, 250, et non 101, 151, 201, aut 251, ab Abraham: aliquando ad annum 52 ejusdem, ut in Fa., in quo tamen subsequentes jubilæi desunt. Qui situs necessario videtur inferri ex altero illo jubilæo 51, si verum sit eum incidere in septimum annum Josue, qui est ab Abraham 551, ut habent vulgati libri. Nam decies quinquaginta conficiunt annos 500. Nihilominus absit ut negligamus consensum aliorum codicum tam impressorum, quam penna exaratorum, qui reponunt ad annum 51 Abrahæ; præsertim cum videam rabbi Jacob, in Compendio Talmud. p. 124, scribere anno quinquagesimo Abrahæ adimpleri bis mille annos ab orbe. Adde quod nulla subest ratio, quæ certo dictet, quo anno Abraham secundum Hebræos veteres, desinat bis millesimus annus ab orbe, seu quo ejus anno initium illius jubilæi 41 sit collocandum, cum præter Eusebium, nullus veterum Patrum produci possit, qui de ea re scripserit; et præterea quantum hi, qui supputationem annorum ab Adam usque ad Abraham, secundum veritatem Hebraicam, profitentur, inter se pugnent ac dissentiant hac in re, norunt qui vel minimum chronologos versarunt. Si tamen conjectione esset agendum, initium hujus jubilæi assignandum potius videretur anno 45 Abraham, quam quinquagesimo, vel quinquagesimo primo; idque duplici nomine: primo quidem, quia in nonnullis codicibus, ut paulo post videbitur, initium jubilæi 51 et annus ultimus Mosis (qui est ab Abraham 545) simul concurrunt; similiter initium jubilæi 71 ad an. ab Abraham 1515; secundo vero ac præcipue, quia in pluribus libris initium 81 jubilæi respondet anno Christi 31, qui opponitur 2045 anno ab Abraham. Etenim si subducas a 45 Abraham, usque ad 30 Christi, invenies quadragesies 50 annos, seu 40 jubilæos, ac proinde duo annorum millia. Advertendum tamen jubilæi vocem usurpari hic ab Eusebio, in eo sensu tantum, prout significat quinquaginta annorum interstitium; idque ad imitationem jubilæi Mosaici (qui quinquagesimo quoque anno celebrabatur), relicta ratione ortus, seu initii illius, sive etiam solemnitatis, et mysteriorum. Adhibenda enim distinctio inter jubilæum Mosaicum, seu legalem, et chronicum, seu Eusebianum, quod is includat certas quasdam et præscriptas cæremonias, libertati seu possessioni amissæ quinquagesimo quoque anno restituens, numerari cœptus a partitione terræ sanctæ, et ejus 50 anno currente celebratus; hic vero spatium tantum 50 annorum dicat, initio sumpto ab orbe condito. Nihilominus tamen si divisio terræ sanctæ cœpit fieri anno 2501 ab orbe, ut plerique ex recentioribus docent juxta Hebraicam veritatem, et ille idem annus, teste Eusebio, concurrit juxta Hebræos cum anno 551 ab Abraham, ut 200 cum 50 ejusdem currente, fiet haud dubio, ut et Eusebianus et Mosaicus jubilæus inter se deinceps conveniant, incipiendo ab anno 551, ut spatio, sic etiam initio; non sine summo mysterio et incredibili Dei providentia. Cæterum et hic obiter advertes loco *jubilæi* in Fa. legi *jobelei*, idemque exstare in Pi., nisi quod super *o*, appingatur *u*; in Peta., V. et Reg. *jobilæi*, in Fux. *jobelæi*: ita in expressione vocis Hebraicæ ludunt nonnumquam chirographi. Vulgata tamen receptior est, et linguæ Latinæ accommodatior.

(117, II.) *Gnoson. Gnosum*, Vi., O.; *Gnossum* Pi.; *Cnoson* Peta.; *Nosum* Mar. Reperio scriptum passim sine defectu, modo cum *C*, modo cum *G*. Græce tamen tum apud Strabonem lib. X de Geograph., tum apud Pausan. in Laconicis, Homerum in Odyss. et in hymno Apollinis cum K; non autem cum Γ: Interpretes modo cum *G*, modo cum *C* pingunt: Polybius, lib. IV, cum *G*; Cicero, lib. I de Legibus, cum *C*; omnia fere nostra exemplaria cum *G*.

(Ibid.) *Cybeli matri templum. Cybele matris templum*, Fux.; *Cybelæ matris templum*, Pi., Vi., O., So.; *Cybelue matris* Peta.; *Cebeli matri templum*; Ver., Lut.

(117, III.) *Noe moritur*. Deest in A., L., V., Va., Fi., Reg., Vi., O., Fa., Sa., Peta., Fux., nec immerito. Nam cum a diluvio usque ad Abraham (auctore ipso Eusebio circa annum Christi 30) prætererint 942 anni; et cum ex eodem initio Chronici, Noe tantum vixerit 950 annos, et ipse, Scriptura teste Genes. IX, vixerit post diluvium annos tantum 350, cuivis absurdum videtur, dicere Noe obiisse an. 69 Abrahæ. Esto tamen immotum; quia sic jubet omnium editorum et aliquot membranarum phalanx: præcipue vero quia mens nostra non est integras receptas sententias expungere, sed quæ suspecta, diversa littera, et notis indicare. Adde quod Hebræi, quos sequuntur multi recentiores Chronographi, in sua Chronologia, quæ vocatur Sedar Olam Rabba, id est, *series sæculi magna*, volunt Noe obiisse anno 58 Abraham. Sed in illis non mirum est, quia a diluvio ad natum Abraham numerant tantum annos 999, quibus si addas 58, efficies prædictos annos Scripturæ 350, quibus post diluvium vixit Noe. Verum si sequenda esset eorum opinio, erat ergo collocandum ad annum 58 Abrahæ, et non ad annum 69.

(Ibid.) *Alloquio*. Sic reposuimus ex So., A., Vi., O., Va., Vat., pro *eloquio*: in Peta., Fux., *alloquio*:

(Ibid.) *Primus annus repromissionis Dei ad Abraham*. Hæc adjecimus ex L., Pi., M., P., Vi., O., Sa., Peta., Fux., Va., So., et ratio subsequentium id postulare videtur, cum sæpe fiat computatio annorum repromissionis, quæ tanti est momenti, ut ab hac promissione usque ad promulgationem legis in monte Sinai, noster auctor cum Paulo ad Galat. III numeret annos 430. Videbantur hæc reponenda ad annum 76 Abrahæ; Scriptura siquidem Genes. XII docet septuaginta quinque annorum fuisse Abraham, cum repromissio facta est illi a Deo; immo videtur tunc temporis natus 130. Sed quia illa quæstio non est hujus loci, et merito vocatur *indissolubilis* ab Hieronymo lib. de Quæst. Hebr., lector poterit eum consulere. Facit etiam ipsa ratio, quæ arguit primum annum repromissionis incipere a currente anno 76 Abraham, et absoluto 75. Nam si 430 annus repromissionis desinit in 505 ab Abraham, et 144 annum currentem captivitatis Ægyptiacæ, ut videbitur suo loco, tolle 430 a 505, remanent 75 integri. Adde quod 40 annus repromissionis non incideret, sicut decet, juxta omnes codices, in annum ab Abraham 115, seu potius 114, si 75 annus Abraham includeretur, et esset principium illius numeri 430. Idem judicium de 50, 60, 70 annis repromissionis, et aliis ejusmodi, quos noster auctor percurrit per decadas. Nihilominus placuit nihil mutandum, cum nefas sit sine libris loqui. Illa autem observatio est valde necessaria, ut certo dignoscas errorem qui cernitur in A., Fux. et aliquot mss., in quibus 100 ann. repromissionis ponitur ad 14 annum Jacob, et 174 Abraham, cum tamen certum sit ex contextu auctoris concurrere cum 15 Jacob et 175 Abraham. Idem de 130 an. repromissionis, et aliis, qui in nonnullis mss. præcedunt uno anno vulgatum situm.

(Ibid.) *Non infirmat ad destruendam promissionem*. Ut ita legeremus pro *non infirmata ad des. pro.* effecerunt Vi., O., et Peta., licet in illis pro *ad destruendam*, exstet *ad evacuandam*, sicut etiam habet Pi. Facit etiam versio vulgata quæ pro *non infirmat*, habet, *non irritum facit*, οὐκ ἀκυροῖ Galat. III.

(119, II.) *Thelasion. Telesion* in Va., Vat.; *Thelesion* in Reg., Fa.; *Thelchion* in So.; *Telxion* in L., P., Pi., *Thelxion* in Fux.; *Thelsion*. in Vi., O., Sa., Peta, ut apud Apollodor. lib. I; *Telexion* apud Othonem lib. I, cap. 9, Pausaniam, Augustinum lib. XVIII de Civit. cap. 2, ubi Vives testatur in quibusdam veteribus Augustini codicibus legi *Telxio*, in

aliis *Thelasio :* in hoc hallucinatur, quod existimet eumdem esse, qui apud nostrum Eusebium olim *Selchim*, nunc *Telchim;* et tribuat Pausaniæ Θελξίων, qui tamen habet Τελξίων; unde inferi non esse dubium quin ita sit legendum. Nam ipse Augustinus disertis verbis declarat Thelexionem illum fuisse quintum inter Sicyoniorum reges, cum tamen Selchim sit tertius. Vincentius legit etiam *Telexion*, quamvis addat *vel Celxion.*

(119, III.) *Abraham cum 75 esset annorum*. Hæc desunt in L., Pi., M., P., sed in ejus locum legitur: *Hinc primus annus repromissionis Dei ad Abraham, a quo usque ad Mosen et egressum*, etc. Sed in aliis utrumque legitur.

(Ibid.) *Quoque in Exodo*. Sic pro *quoque Exodo* ex Al., A., L., Vi., O., Pi., P., M., Fa., Peta., Fux., 7 Vatic. Locus est Exodi cap. XII.

(Ibid.) *Annis* 430. Congruentius juxta L., Pi., Fa., quam, ut olim, *anno* 430 sicut in aliis.

(121, III.) *Annus repromissionis*. Ita restituimus ex V., Va., Vat., Pi., P., M., A., L., Ven., So., Lut., pro CIX *an. repromissionis*, ut olim fœde in B., H., Lut., Pet., Ba., Hen. Hoc autem loco observabis quam dolenda auctorum conditio, qui tam misere a librariis tractantur, ut cum primæ editiones Ven. et Lut. essent hoc loco, et alias sæpe satis puræ et integræ, qui eas recensendas, et cudendas susceperunt, innumeris erratis fœdarunt: quod in aliis auctoribus non semel contigit: hoc autem semel dictum sit in commendationem priorum editionum.

(Ibid.) *Abraham ex ancilla*. In vulgatis, ut in aliquot mss. ista erat in columna Ægyptiorum, quia illa Hebræorum erat referta, idque ad annum 88 dynastiæ Ægyptiorum, et Abraham: in Pi. sub columna Hebræorum, et ad annum 89, idem in Vi., O., in columna historiæ ad eumdem annum. Maluimus sequi Fa., Fux., Mar. et Bedam, reponendo sub annum 86, sub columna Hebræorum, quia Scriptura docet Genes. XVI Abraham fuisse 86 *annorum quando peperit ei Hagar Ismaelem.*

(121, III.) XX *Annus repromissionis*. Sic correximus ex L., A., P., Pi., Vi., O., Sa., Peta., So., et ratione habita præcedentium, et consequentium pro CIX *ann. repromissionis*, ut mendosissime in H., B., Pet., Ba., vel 10 *an. repromissionis*, ut in Ven., Lut., Porro ex anno 96 Abrahæ, ut erat olim in iisdem editionibus, reposuimus ad annum ejusdem 95, secun L., A., P., Vi., O., Pi. et rationem supputationis.

(Ibid.) *Sodoma et Gomorrha succensæ*. Desiderantur in Pi., L., Fa., Peta., Fux. et quinque Vaticanis, nihilominus tamen, cum in aliis habeantur, respondeantque anno 99 Abraham, quin firmentur auctoritate Genes. XVII, XVIII, XIX: nulla mutatio instituta.

(Ibid.) *Abraham cum centenarius esset, genuit ex libera filium Isaac, cui supervixit an.* 75. §. ISAAC *filius Abrahæ*. Sic reponendum didicimus ex So., Vi., O., A., Au., L., Sa., M., V., P., Pi., Peta., Fux., Mar., nisi quod in L., Pi. deest *Isaac filius Abrahæ;* quorum loco in Ven., Lut., B., H., Ba., Pet. et aliis legebatur mendose, et extra ordinem, *Isaac Hebræorum filius Abrahæ* LX *ætatis suæ anno generat Jacob :* verum in A. illa vox *Hebræorum* deest, et merito. Nam licet alia tolerarentur, saltem illa aut tollenda, aut prætermittenda, ut in Fa., Ven., Lut., Peta., V., O., quasi inscriptio, cujus vice initio columnæ legitur *Hebræorum*, sed de hoc alias.

(Ibid.) *Initium 42 jubilæi secundum Hebræos*. Sumpsimus ista ex V., Va., Al., nisi quod in V., loco *secundum Hebræos*, legimus *secundum Judæos:* in quibus libris, licet hæc circa 100 annum ab Abraham disponerentur, a nobis tamen assignata illis sedes fuit ad an. 101 qui est primus Isaac, ut responderent 51 anno ejusdem, quo initium habuit 41 jubilæus. Porro quia aliter vulgati libri erant imperfecti, dum continent alios sequentes jubilæos per 50 annos, et hunc omittunt (credo quia locus erat occupatus), tamen si bene auguror, omnes isti jubilæi deleri debuerant, saltem usque ad 51 jubilæum. Neque enim germani esse videntur. Nam ut quid alioquin post 51 jubilæum aliquis codex non subjungeret similiter reliquos consequentes jubilæos, ut 52, 53, et ita demum post 61 jubilæum, subjecisset 62, 63, 64, etc.? Item post 71 addidisset 72, 73, et consequentes; nihilominus video majorem numerum codicum (nam nonnulli ut Fa. penitus prætermittunt) convenire in expressione tantum horum jubilæorum 41, 51, 61, 71, 81, quos referunt per decadas jubilæorum. Hinc malui nimis religiosus in retinendo, quam minus prudens in expungendo haberi. Illa autem expressio jubilæorum per decadas videtur magis accommodata ad Eusebii mentem, qui ut suam supputationem ab Abraham digessit per decadas annorum, sic supputationem Hebræorum ab orbe per decadas jubilæorum, id est, a quingentesimo anno in quingentesimum: alioquin si institutum Eusebii fuisset notare singulos annos quinquagesimos seu jubilæos, cur non cœpisset ab anno 1 Abraham? qui revera est initium 40 jubilæi, quoniam ejus 51 annus est initium 41 jubilæi.

(Ibid.) *Primo omnium*, etc. Sic corrigendum quivis judicabit ex B., Al., Vi., O., Pi., P., Fa., Sa., Peta., So., et 7 Vaticanis *pro primus omnium*, ut in editis. Causa erroris manavit ex eo, quod librarii putarunt *o* esse abbreviationem 9, quæ idem valet atque *us*.

(Ibid.) *Abrahæ verbum*. Sensus minus anceps, juxta L., V., Pi., Vi., O., Va., quam ut olim *Abraham verbum*.

(Ibid.) *Apparuisset*. Concinnius quam olim *aperuisset* ex So., Pi., Vi., O., Fux., Peta., Fa., Ven., Lut., Sa., et 7 Vaticanis.

(Ibid.) *In nostro tempore. In nostrum tempus* Vi., O., Fa.

(123, I.) *Aralius*. Ita reposuimus, cum in Lut., B., H. et Pet. *Analius :* in Ba. *Amalius*, et in margine eorumdem *Arelius*, ut est apud Cassiodor.: in V. *Atalus*. Sed *Aralius* in prima editione Ven. et in mss. P., A., V., Va., Al., So., Vi., O., Pi., Sa., Fa., Vincent. et trib. mss. Fab. Idem apud Jornan. et Augustin. lib. XVIII de Civit. cap. 3. Vives in eum locum scribit *in veteribus Augustini codicibus legi Argium:* Otho Frisingen. lib. I Chron. cap. 34: *Aralius*, inquit, *secundum Eusebium Analius*.

(Ibid.) *Assyriorum V Aralius*. Vocem *Assyriorum* et numerum V præposuimus, cum antea legeretur *Aralius V*.

(123, II.) *Ægidius*. in L., A., V., Lo., Pi., Sa., *Ægidrus :* in Vi., Peta., O., *Egidrus :* in Mar. *Ægedrus :* in Fa., Reg., Fux., *Egydrus :* utrumque habet Vincent., nisi quod cum *E*, non cum *Æ*, scribit: apud. Pausan. in Corinth. Αἴγυρος.

(Ibid.) *In Creta*, etc. Hæc ex A., L., Vi., O., Pi., Fux., reposuimus in serie Sicyoniorum sub an. 8 Ægidii, cum antea essent in columna Ægyptiorum, ad nu. 133, et in Peta. ad ann. 10 Ægidii. Nam quid habet Creta commune cum Ægyptiis? Deinde cum quæ prius de Creta dicta sunt, ad columnam Sicyoniorum reposita fuerint, cur non pariter ista?

(Ibid.) *Supra scriptum*. Ita lego ex fide A., L., M., L., V., S., Va., Sa., Peta., Vat., Fux., Reg., Vi., O, Pro *subscriptum :* quin et ratio ipsa hoc convincit: de his enim superius sub rege Api, non autem inferius egit.

(Ibid.) *Vindicant*. Sic etiam juxta S., P., Lo., Pi., Fa., Peta., Lo. et 7. Vaticanis *indicant*. In Fux., Vi., O, *Vendicant*.

(125, I.) *Qui Balaneus*. Retinuimus lectionem vulgatorum et aliquot mss. atque Cassiodori; lice *Baleus* dicatur in A., L., P., Vi., O., Pi., in trib mss. Fab. et apud Jornan: *Balaeus* in Peta., Fux. apud Othonem, lib. I Chronic. cap. 11, *Baleos*; ua idem ipse, ibidem cap. 34, testatur legi secund Eusebium *Balaneus*, sicut etiam habet August. lib xVIII de Civitat. cap. 3.

(125, II.) *Thurimachus.* In V., Reg., *Tyramachus*; in Vi., O., Fux., *Thurimacus*; in Fa., *Thirimachus*; in Ven. et Lut., *Tiramachus*; in Lo., *Turamagus*; apud Augustin. lib. XVIII de Civit. cap. 3: *Thuriachus, quem quidam*, inquit, *Thurimachum scribunt*; in quem locum Vives, *apud Eusebium*, inquit, *Tiramachus; et sic in antiquo codice Brugensi*; nil dubium quin mendose, ut alia permulta: Otho Frising. lib. I cap. 11, *Turichus* seu *Turimachus*. Verum non est dubium, quin *Thurimachus* potius retinere debeamus; sic enim major pars exemplarium, Vincen. et Pausanias lib. II Θουριμαχός.

(125, III.) *Principium jubilæi* 43. In omnibus editis legebatur mendose 13 *jubilæi*: sed licet in Fux., A., L., Pi., O., Vi., Peta., nulla fiat mentio *jubilæi*: tamen ex 4 Vatican., Lo., Fa., restituimus hunc locum, licet sint valde suspecta, ut jam diximus cum de 41 jubilæo ageremus.

(Ibid.) *Hebræorum Jacob filius Isaac*, etc. Antea vox *Hebræorum* intercludebatur hoc pacto, *Jacob Hebræorum filius Isaac*, etc., quæ quo consilio a nobis transposita sit, si scire velis, repetenda erunt, quæ fuse in superioribus notis tractavimus: ubi docuimus, cum tituli illi Assyriorum, Sicyoniorum, Hebræorum et id genus confuse, et pro arbitrio typographorum, aut librariorum apponerentur in contextu absque dubio aut restituendos secundum veterem auctoris methodum, quod vix præstari potest, propter difficultatem colorum; aut delendos omnino, aut præmittendos: licet enim ista non sint aliena ab Eusebio, certum tamen aliam fuisse ipsius methodum; ita ut cum canones numerorum seu annorum regum separari describerentur, solo nomine regis, a quo notæ illæ numerales progrediebantur in illis apposito, et essent distincti ab illo spatio, in quod omnia congerebantur, quæ historiam continebant, ad commodiorem intelligentiam, et quo quidvis facilius distingueretur in illo spatio, appellatio regni anteibat nomen regis, aut personæ, cujus anni numerabantur: ut hoc loco, *Hebræorum Jacob*, etc., vel, ut in Vi., O., *apud Hebræos*, illa vox *Hebræorum* innuebat primo quoque ictu oculi, ad quem canonem seu seriem regum, illa historia referretur. Jam vero cum tam hæc quam quævis alia historia suum canonem obtineat, et ex situ et titulo cujusque canonis statim dignoscatur, ad quod regnum sive *Assyriorum*, sive *Hebræorum*, sive aliorum, unaquæque pertineat, inanis est illa repetitio regni, maxime dum agitur de Hebræis, sed inanior, si interponatur, cum sensum perturbet. De similibus idem dictum puta, ne actum agere cogamur.

(Ibid.) *Isaac usque ad principatum filii Joseph.* In Pi., *Isaac usque ad Joseph*; Vi., O., *Isaac cui prænotatur usque ad Joseph*; in aliis ut prostat in editis.

(125, V.) *Initium regni Argivorum.* In Pi., *Initium Argivorum*; in Fux., *Argivorum principium*; utrumque deest in Peta., Fa., Lo., Pi., Sa., et tribus mss. Fab.

(Ibid.) *His temporibus primus apud Argos*, etc. Addidimus vocem *primus* ex 4 Vatic., Vi., O., Pi., Mar., Peta., Fux., quibus congruit quod Euseb. lib. x de Præparat. cap. 3, ait Inachum primum regem Argivorum, et fuisse tempore quinti regis Assyriorum, et post initium regni Semiramidis, et anno 150 ab illo initio.

(Ibid.) *Vocant et colunt. Vocant et* desiderantur in L., A., P., M., Vi., O., Peta., Pi., et apud Mar. ac Bedam de temporum ratione.

(Ibid.) *Bosphorus nuncupatur.* Sic sine dubio restituendus erat hic locus ex A., L., M., Lo., Fux., P., Vi., O., Pi., Sa., septem Vat. et tribus mss. Fab., Mar. et Epiphanio initio Panarii, et nostro Eusebio circa annum 488, atque Plutarcho in Pomp., Apollodoro lib. II, et aliis quampluriinis, cum quibus convenit vetus ms. bibliothecæ Reginæ matris, ut etiam asserit Ducæus in Collectaneis ad Clemen- A tem Alexand. pag. 797, cujus vice in impress. legebatur *Bosphoronæus nuncupatur*; in Al., *Bosphoreus nuncupatur*; in Fux., Fa., Peta., *Bosphorus nuncupatus*; nisi quod in posteriori per *f* pro *ph* pingitur. Nam fabula tradit Ionem mutatam fuisse in vaccam, et tranasse illas angustias maris Thracii, quæ circa Bizantium separant Asiam ab Europa; unde fretum illud *Bosphorus* appellatur, Βόσπορος. Aliunde vero legimus a filio Inachi, cui nomen *Phoronæus*, fluvium dictum *Phoronæum*: horum enim meminit Pausan. lib. II, ubi refert, *Phoronæum fluvium fuisse in Peloponneso, cui pater Inachus, eumque fuisse arbitrum cum Cephiso Asterione et Inacho fluviis inter Neptunum et Junonem de regione disceptantes, qui cum eam Junoni adjudicassent, Neptunus illis iratus omnem aquam ademit, ita ut omnes isti fluvii aquam accolis non suppeditarent, nisi imbribus adjuti*: unde apparent manifesta menda in Lo. ubi legitur *Inachus filius* pro *Inachus fluvius*. Quid enim hæc ad musas?

B (127, IV.) *Sirapin. Sorapin*, L.; *Serapis*, Pi.; *Serapim*, Vi., O.; *Surapin*, Peta.; *Sorapyn*, Fux.; verum nil innovandum. Nam, testibus Eusebio lib. XX de Præparat. cap. 3, et August. lib. XVIII de Civit. cap. 5, rex qui dum viveret dicebatur Apis, post mortem primo *Sorapis*, aut *Soroapis*, deinde una littera, ut fieri assolet, commutata, *Sarapis* seu *Serapis*, nam utrumque apud Pausaniam et alios, licet illud sæpius a Latinis, hoc a Græcis, dictus est, non ἀπὸ τοῦ σερεῖν quod idem est ac mundum gubernare seu ornare, ut olim volebat Phylarchus, teste Plutarcho, neque a σερεῖ voce Ægyptiaca, quam Plutarchus opusc. de Iside et Osir. vult significare gaudium et lætitiam, neque ἀπὸ τοῦ σωροῦ, id est arca, seu sepulcro, ut volunt Varo, Suidas, Rufinus lib. II cap. 23, Clemens Alexandr. lib. I Stromat., et alii Græci, sed meo judicio ab *Apis et* שור, *Sor*, quæ vox Hebræis bovem significat, ut Sorapis sit idem ac bos Apis; nemo enim nescit Ægyptios aluisse in septo quodam bovem, eumque, ut loquitur Augus- C tinus, *deliciis affluentibus in honorem regis Apis venerabantur*; et ut Macrobius, lib. I Saturnal. cap. 15, *cultu attonitæ venerationis*; prout etiam indicant Rufinus lib. II cap. 22, Plinius lib. VIII cap. 46, Cicero lib I de Nat. Deor., Strabo lib. XVII, Pausanias, Suidas, Herodotus, Diodorus, Plutarchus, Mela, Solinus, Rufinus, Ælianus. Sed quis non veterum? nec dubium quin ad imitationem illius Ægyptiacæ superstitionis seu idololatriæ, veteres Hebræi conflarint vitulum aureum, Exod. XXXII, ut docet Clemens lib. VI Constitut. cap. 20, et Lactantius lib. IV cap. 10, et Hieroboam III Reg. XII, vitulos aut vitulas ut LXX vertunt, et Joseph. lib. VIII Antiquit. cap. 3. Qui plura velit scire de Serapide, ejus templo et simulacro, et unde dictus, videat doctissimum et piissimum Baronium tom. IV Annal. pag. 610 et seqq.

(127, V.) *De Argivorum regno ita loquitur, Consequenter persequemur, reges.* Sic restitui ex Ven., Lut., A., L., M., S., O., P., Lo., Vi., Pi., Sa., D Peta., Fux., Mar., 7 Vat., pro *de Argivorum regno quod loquitur consequenter persequemur reges*, ut in editionibus Basil. et Sonni. Hanc emendationem confirmat G. Loaisa Hispanus in Chronic. Isidori ex veteri ms.: unde miror qua audacia posteriores typographi mutarunt veterem lectionem, ut mendosam hanc exponerent, quod non semel occurret.

(Ibid.) *Reges argivi. Reges Argivorum* duo Vat.; *reges Argi*, O., A., L., Lo., M., P., Vi., Pi., Peta., Fux., Mar. et tres mss. Fab.

(Ibid.) *Crothopi.* In A., *Crotuphi*; in Fux., *Crotophi*; in V., Fa. et P., *Crotepi*; in Lo., *Crotophi*. Lectio sine spiritu est recepta a Pausania l. I et II, et ab auctore lib. x de Præparat. cap. 3, ubi ex Tatiano numerat reges Argivorum, apud quos Κροτωπὸς: tamen retinuimus vulgatam ex fide aliorum exemplar. Hinc corrige Marian. ubi *Crocophi*.

(129, I.) *Armamitres.* Ita legendum docuerunt primæ editiones Ven., Lut. et ultima So.,

quibus consentiunt calamo exarati V., Lo., Reg., Peta., Fux., et tres mss. Fab., et duo Vati., *pro Armametres*, ut in aliis editis, aliquot mss. et apud Cassiodorum. Otho. lib. I, cap. 11, *Armamithres;* apud Vincent., *Armamithra:* sic etiam apud August. lib. XVIII de Civit. cap. 3 in editione Lutetiana. Nam *Armamitres* in editione Lovanien. pro quo apud Jornandem corrupte *Armamitres*. Lectio nostra est aliorum codicum et Cassiodori.

(129, III.) CX. *Annus repromissionis*. Cum deessent in vulgatis, ascita sunt ex L., V., P., Lo., A., Peta., Vi., O., Fux., et propter vim antecedentium et consequentium.

(129, IV.) *Ægyptiorum* XVII *dynastia, quo tempore*, etc. In Vi., O., *Ægypti* XVIII (error pro XVII) *dynastia apud Ægyptios post decimam septimam dynastiam regnaverunt Pastores annis centum tribus, ipsi sunt Pharaones:* in Lo., Vi., O., Peta., Fux., leges *Ægyptii* pro *Ægyptiorum:* nihilominus scias in iisdem exemplaribus modo unum, modo alterum reperiri, ideo nihil mutavimus ab editis. Hinc iterum observabis, quæ fuerit Eusebiani Chronici forma primæva, quoniam historia conferta in unum, separatam Ægyptiorum columnam obtineret. Nam illa *Ægypti* XVII *dynastia*, sita erant in canone seu columna notarum numeralium Ægyptiorum; sequentia vero *apud Ægyptios post decimam*, etc., inserta erant in columna historiæ. Qui primus formam mutavit, ita conjunxit, ut ex illis duabus separatis sententiis unicam effecerit, verbis Eusebii, seu Hieronymi paululum immutatis. Hinc major exemplarium pars pro *Ægyptiorum*, habet, *Ægypti*. Jam vero verba illa *ipsi sunt Pharaones*, desunt in aliis exemplaribus; exstant nihilominus apud Vincentium, ac etiam apud Antoninum ejus æmulum, quo fit ut conjiciam Vincentium exemplari simili Victorino usum fuisse.

(Ibid.) *Reges Ægyptiorum*, etc. Tota hæc periodus abest ab A., L., Pi., sed perperam.

(Ibid.) *Qui in principio pastores; qui in principio pastorum* Peta., Fa., Fux., Vi., O., Lo., sed prior lectio huic videtur præferenda, cum auctor referat descensum Josephi et fratrum in Ægyptum circa an. 110 hujus dynastiæ; non ergo descenderunt initio horum regum Ægypti, qui pastores dicti sunt. Adde quod Scriptura Genes. XLVII docet fratres Josephi, ubi primum in Ægyptum sedem transtulerunt, pastores sese professos. Interroganti enim Pharaoni, *Quid habetis operis, responderunt, Pastores ovium sumus, servi tui et nos et patres nostri.*

(131, III.) *Principium Jubilæi* 44, etc. Desunt in A., L., Pi., O., Vi., Peta., Fux., V., Va., et tribus mss. Fab., et est observandum non solum hoc loco, sed ubique desiderari in illis codicibus ea, quæ dicuntur in aliis de jubilæis 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, collocavimus autem ad an. 41 Jacob, cum prius esset ad an. 40, sed si initium 41 jubilæi accidit 51 ab Abraham, ut constituimus, eadem ratio cogit apponere hunc jubilæum ad an. 41 Jacob.

(133, V.) *Phoroneus*. Sic pro *Phoronæus*, secuti Peta., V., Va., Fa., Vi., O., Lo., Pi., L., et primas editiones Ven., Lut., sicut etiam pingunt Josephus, Euseb. de Præparat., Clemens, Plutarchus, Plinius et alii: neque tamen nego utrumque et cum et sine diphthongo legi apud Augustinum, et alios bonos auctores: corrige Mar. ubi *Pheroneus*.

(Ibid.) *Conscripsit*. In Al., A., L., M., V., Va., Peta., P., Fux., Vi., O., *constituit;* in Sa., *statuit*. Verum quia sensus eodem recidit, et prius legitur apud Adon. in primis editionibus Ven., Lut., et ultima So.: ideo retinuimus.

(Ibid.) *Plato in Timæo*, etc. Citat hoc idem ex Platone Clemens lib. I Stromat. et ex Clemente Eusebius lib. XVIII de Præparat. cap. 3. *Acusilaus*, inquit, *Phoroneum omnium hominum primum ait fuisse, unde Phoronides poeta mortalium patrem appellat. Hinc Plato in Timæo secutus Acusilaum; et cum vellet eos aliquando inducere ut dicerent de rebus antiquis hujus civitatis, aggreditur dicere quæ sunt antiquissima de Phoroneo, qui dictus est et primus, et de Niobe*, etc. Verba Platonis in Timæo sunt non longe ab initio, περὶ Φορωνέως τε τοῦ πρώτου λεχθέντος καὶ Νιόβης καὶ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, etc., quæ videntur accipienda potius de Phoroneo Prisco: quam de Juniore rege Argivorum, de quo hic.

(Ibid.) *De temporibus antiquorum*. A., L., M., V., P., Fa., O., Peta., Vi., Lo., Pi., Fux., *de temporibus antiquis*, quæ observavimus non tam ut castigatione digna censeantur, cum sensus eodem recidat, quam ut apposita varietate, cuivis quod placuerit, seligendum permittamus.

(133, II.) *Thessalus Græci filius regnat in Thessalia*. Ne in hac varietate varies, monendus es in A., L., V., P., Pi., Peta., sita esse in columna Argivorum ad an. 13 Phoronei, in aliis mss. ut in vulgatis, nisi quod in O., Vi., ad an. 16 ejusdem; sed et plerumque occurrere similes transpositiones ex una columna in aliam, idque sæpe proficisci ex angustiis laterculorum, qui aliis onerati plura capere non possunt. Sed cum anni potius, quam columnæ sit habenda ratio, parum interest, in qua columna, immo etiam quo anno, cum sint ut plurimum poetarum commenta usque ad Trojam captam, vel etiam usque ad primam olympiadem. Quis autem fuit Thessalus, vide Patercul. lib. I.

(135, V.) *Ogygius*. Varie usurpatur hæc vox, *Ogycus*, L.; *Ogieus*, Pi.; *Ogius*, Mar.; *Ogigius*, Lo., Fa., Fux.; *Ogines*, Vi., O.; *Ogygus*, A., Peta., tamen cum *e* scripto supra *u*. Sed alia exemplar. nostram lectionem retinent; quæ est etiam Augustini lib. XVIII de Civit. cap. 8. Item Soloni, licet Vinetus in suis ad eum observationibus ex mss. legendum putet *Ogygus*, sicuti est apud Tatianum orat. contra Gentes; tamen altera communior est apud Strabo. lib. VIII de Geograph. et alios. In P. hoc loco, et apud omnes codices paulo post scribitur *Ogyges*, et ita habet interpres Eusebii lib. X de Præparat. cap. 1 et cap. 3, ubi tamen Eusebius scripsit Ὤγυγος, ut etiam Pausanias lib. I. Difficilius expediri possit, qui fuerit iste *Ogyges*. Nam plures hujus nominis legimus: Priscum eumdem putant esse cum Noemo, et sub quo faciunt novimestrem inundationem. Sic enim Xenophon et Solinus: *minus convenit*, inquit Augustinus loco citato, *inter auctores qui fuerit Ogyges Atticus, sub quo accidit altera eluvio bimestris.*

(Ibid.) *Ogygius in Attica Eleusinam condidit, quæ antiquitus vocabatur Acta*, etc. In vulgatis hæc corrupta leguntur, scilicet, *Ogygius qui in Attica Eleusina, quæ antiquitus vocabatur Actica, et alias*, etc., quæ auctoribus libris membranaceis, et manuducente sententia, correximus. Nam expunximus vocem *qui*, juxta L., A., M., Vi., O., Lo., Peta., et 3 Vati. correximus *Eleusinam*, pro *Eleusina*, et adjecimus verbum principale *condidit* ex codd. L., M., Lo., A., Pi., Peta., Vi., O. et 2 Vati., sine quibus nullus exstabat sensus, et illis assentitur Oros. lib. I, cap. 7, cum ait *Ogygium condidisse Eleusinam:* ita etiam legit Comestor in Histor. Scholastica. Reposuimus etiam *Acta* pro *Actica* (ut in H., Fux.) vel pro *Attica* (ut in B. et So.) vel *Atta* (ut in V., Va., Val.) secuti Lo., Vi., O., Pi., Reg., Fa., Ven. et Lut.; cujus loco legitur vocabulum illi proximum *Acte* in 4 Vati., Al., Peta., Fux., L., A., et tribus mss. Fab., ut etiam apud Plinium lib. IV, cap. 7, Solinum et alios. At alterutrum horum *Atta* vel *Acta* legendum necessario constat ex sequentibus. Nam consentientibus omnibus exemplar. ad annum 457 vocatur *Atta* (seu *Acta* ut in Al.), et ad annum 497 *Attæ* (seu *Actæ* ut in Al.), sicut Cicero orat. pro Sextio. Sic quoque Græci utrumque dicunt Ἄττις et Ἀκτή. *Attica*, inquit Gellius lib. XIV, cap. 6, *appellata fuit* Ἀκτή *id est, ora, et Acta apud poetam*, etc.; et Euseb. lib. X de Præparat. cap. 3, κατὰ δὲ Φόρβαντα Ἀκταῖον ἀφ' οὗ Ἀκταία ἡ Ἀττική; Strabo lib. I, καὶ πέραν τῆς Ἀκτῆς κείμενον. Sensus ergo hujus loci is est, Ogy-

gium condidisse urbem Eleusinam in ea regione, quæ vocatur Attica. Nam vocem *Attica* esse nomen regionis, non solum urbis, patet ex Eustathio et aliis, et urbis Eleusinæ sitæ in Attica regione, et quæ non longe est ab Athenis meminit Strabo lib. VIII, et auctor sub an. Christi 126, eamque cognominat *Atticam* Ptolemæus. Ex hac et tribus aliis, quibus constabat urbs Athenæ, ipsa cognominata est *Quadrurbs* teste Festo : ut apud Plutarch. vocatur Τετράπολις, et apud Euripidem populus Atheniensis vocatur Τετράπολις ξύνοικος λαός. Vives in Augustin. lib. XVIII de Civitat. cap. 8 videtur habuisse exemplar. Chronici Eusebii, in quo ita scriptum erat, *Ogygius, qui in Attica Eleusinæ, quæ antiquitus vocabatur Acta, regnabat, et aliis civitatibus plurimis*, etc. Tota ista sententia habet locum circa ann. 27 Phoronei in A., Vi., O., L., Pi., Peta.; in Fux. ad an. 29; in Lo., et Fa. ad ann. 12, ut in vulgatis; sed indicasse sufficiat. Quid enim proderit mutatio, ubi non nisi commenta poetarum, nulla ratione certa stabilita?

(137, I.) *Belochus*. In So., H., B., Ba. et Pet., ad marginem correctionis gratia *Bolechus*; sicut legimus apud Cassiodorum in Chron.; apud Vincen. *Belotus*; in Vi., O., Ven., Sa., Mar., *Belocus*; in Fux., *Belogus*. Plutarch. lib. de Amor. Frat. et lib. de Mulier. virtut. vocat *Ochum*; sed cæteri codices nobis favent, et Jornan. Hæc ergo stent immota.

(137, II.) *Niobæ primæ, . . . . cognominant*. Ista etiam in iisdem exemplaribus columnam Argivorum occupant ex opposito anni 16 Phoronei; in Vi., O., an. I ejusdem : sed, ut diximus, parum interest, quo anno et in qua columna fabulis istis locus concedatur. *Niobæ* autem genitivi terminationem retinuimus, licet *Niobes* sit in Fa., ut et sæpe apud Hieronymum epist. 83 et passim apud Ovidium : utrumque enim est in usu apud Latinos.

(Ibid.) *Teltaphis et Carsatis*. Sic restituimus ex B., H., Ven., Lut., Pet. et nonnullis mss. Desunt in L. Pi. *Thelcisus et Chariatus*; sed in A., *Thelcisus et Carratus*; in Va., *Thelchicus et Cariachus*; in Vi., O., *Thelasis et Carsatis*; in V., Vat., P., *Thelasus et Caratus*; in Mar., *Telcisis et Carsatis*; Lo., *Thelsicus et Cariachus*; Sa., *Telciis et Curiatiis*; Peta., *Thelcisiis et Cariaciis*; Fux., *Telcasis et Carsatis*; in S., Fa. et So., et in ora codicis Fa., *alias Telciesis*. At Oros. lib. I cap. 7, *Telchines* (licet vetus liber habeat *Thelchises*) et *Carpathius*; Otho Frising., *Thelscisees et Charathasii*; Strabo lib. X et XIV Geograph. et Diodorus lib. V legunt *Telchines*; alii *Tastaphis et Carsatis*. Hæreo in tanta copia et varietate, ut proinde satius visum fuerit editorum lectioni insistere; nec celabo hæc pariter reperiri sub columna Argivorum, et ad an. 20 Phoronei in A., L., V., P., Pi., Peta.; in aliis, ut in vulgatis : nil tamen muto in re parvi aut nullius momenti, ut diximus non semel.

(Ibid.) *Instituunt bellum*. *Instituerunt bellum*, Lo.; *instituit bellum*, Vi., O.; *instituit bellum*, Peta.; ita ut *Teltaphis et Carsatis* dandi casus censeantur.

(137, III.) *Jacob descendit*, etc. Hic paragraphus varie situs est. Nam in Vi., O., ad ann. 72 Jacob; in Fux., 76; in Peta., 77; in A., L., Pi., 78; in Lo., Fa., 80.

(Ibid.) *Et servivit apud Laban. ann.* 7. Adjecimus vocem *apud* ex præscripto Lo., Fa., Peta., Pi., Fux. et duobus mss. Fab., licet in Vi., O., et in uno trium mss. Fab., desint hæc tria verba.

(139, III.) CXL *Isaac annus*. Sic ex H., Pet., Ba., So. et tribus chirographis Fab. ac omnibus mss. pro 160 *Isaac an.*, ut in Ven., Lut., luxatis numeris; vel 150. *ann.* ut in Pi., et id docent antecedentia et consequentia.

(Ibid.) CLXX *an. Repromissionis*. Sic ex 3 Vati., Pi., Peta., Fa., Fux., Lo., H., So., Pet., Vi., O. et veritate historiæ pro LXX *an. Repromissionis*, ut plane mendose in B., Ba., Pet., Ven., Lut. et aliis mss.

(Ibid.) *Jacob generat Ruben*, etc. Hæ octo lineæ filiorum Jacob ortum recensentes, varie et sub diversis annis collocantur pro varietate membranarum. Nam in Vi., O., inchoantur ab anno Jacob 79 his verbis *Ruben natus* : in Pi., L., progrediuntur ab anno 81 ejusdem, videlicet sub an. 81, *Jacob generat Ruben*; ad ann. 82, *Jacob generat Simeon*; et ad an. 83, *Jacob generat Levi*; ad an. 84, *Jacob generat Judam, a quo Judæi appellati*; et ad an. 85, CLXX *annus Repromissionis*, *Jacob generat Joseph* : et ad an. 90, CL *an. Isaac*; in Fa. ad 87, *Jacob generat Ruben*; ad 88, *Jacob generat Symeon*; ad ann. 89, *Jacob generat Levi*; ad ann. 90, CL *ann. Isaac, et principium* 41 *jubilæi*, *et Jacob generat Judam, a quo*, etc.; ad ann. 91, *Jacob generat Joseph*. In A., sub ann. 90, *Jacob generat Ruben*, et quæ sequuntur singula singulos consequentes annos occupant; in Fux. et Peta. ad ann. 85, *Jacob generat Ruben, Simeon, Levi, et Judam, a quo Judæi appellati*; in Vi., O., ad ann. 79, *Ruben natus*; ad an. 80, *Simeon natus*, CXL *annus Isaac*; ad an. 81, *Jacob generat Levi*; ad an 82, *Judas natus, a quo Judæi appellati*; ad an. 85, CLXX *annus Repromissionis*; ad an. 90, CL *annus Isaac*; ad ann. 92, *Joseph natus*. Nos secuti majorem numerum codicum tam editorum quam manu exaratorum firma esse voluimus, ut erant; nil enim ad mutationem nos adigit, cum omnes libri in hoc quidem concurrant, ut singulis annis consequentibus Jacob genuerit filium : in eo differunt, quod serius vel citius incipiant connotare.

(139, V.) *Messana quæ et Mamertina, conditur*. Abest a Fa.; in Fux. vero additur *in Sicilia* : ponuntur autem hæc in Vi., O., ad ann. 46 Phoronei : in Lo., L., Pi., ad. an. 47; in Peta., A., ad ann. 50; in Fux., ad. an. 52.

(141, II.) *Messapus* 9. Hæc scriptura debetur duobus Vati., A., L., S., Al., Vi., Fa., O., Fux., Pi., Ven., Lut., Mar., Vincen., quamvis in nonnullis sit duplex *p*, ut apud Aug. lib. XVIII de Civit. cap. 4 : *Messappus, qui et Cephisos a quibusdam traditur*, pro *Messapius*, ut in vulgatis, vel *Mesapus*, ut in Vi., O., Peta., Otho, vel *Missappus*, ut in Lo. De *Messapio* a quo *Messapia* regio, Strabo lib. IX, Plin. lib. III cap. 11.

(141, III.) *Principium* 45 *jubilæi*. Desunt in L., A., Pi., Peta., Fux., Vi., O., 3 Vati. et tribus mss. Fab., neque videntur valde certa ut præmonuimus.

(Ibid.) CLX *annus Isaac*. Non ita prius editi : siquidem pro 160 legendum proponunt 170, quin nec membranacei omnes conveniunt. Nam in 4 Vat. 140. Recensendum tamen hoc pacto docuerunt Lo., Vi., Fa., Fux., O., et ipsa series temporum adeo manifesta, ut longiori probatione non egeat.

(Ibid.) *Joseph venundatus*. *Joseph venditur*, L., A., Au., Vi., O., Pi., Peta., Fux.

(Ibid.) *Ann. agens* 17. Videbatur verius *sedecim*, ex præscripto Lo., Vi., O., quam ut olim *septemdecim*, vel *octodecim*, ut in L., H. Illa enim lectio conformis est Exod. cap. XII : retinendus tamen fuit antiquus numerus, cum prius in sede anni 1 Joseph habita sit ratio antiqui situs.

(Ibid.) CLXX. *Isaac annus*. Prius pro 170 fœde erat scriptum 370, cum ex 270, qui ad oram faciunt annos Abraham et 100 ex annis Isaac, illum numerum misere miscuerint, ut docent omnes mss. et præcedens annus Isaac 160, et subsequens 180.

(141, V.) *Diluvium . . . . sub Ogyge*. Hæc posita sunt in Peta., Fux., ad an. 50 Phoronei; in Vi., O., Pi., Lo., ad an. 51; in aliis ut nos. Nota obiter quod in Vi., O., est additum, *diluvium Ægypti quod*, etc., et in Fux., *diluvium in Achaia* : hoc illi longe præferendum. Nam ex Euseb. lib. X de Præpar. cap. 3, et aliis plurimis constat diluvium Ogygium accidisse in Attica, in qua regnabat Ogyges, et quæ Ogygia Stephano, quæque est regio Achaiæ notissima.

(143, II.) *Telchines*. Sic ex Va., Vat., L., A., M., Pi., Vi., O., Peta., pro *Thelchines* in H., B., Ba. Pet., vel *Thelcines* in Ven. et Lut., et *Theleines* in V., Va., Fux. In So., *Telechines*; in Reg., *Telchinis*; apud Otho. Frising. lib. I Chronic., *Thelscisces*. Nostram

lectionem sequuntur Diodor. lib. v, cap. 12, quem Euseb. in proœm. lib. II de Præpar. cap. 1 profitetur se ut plurimum imitari; Pausan. lib. IX, Strabo lib. XIV, Suidas, Clemens lib. I Stromat., Ovid. lib. VII Metam. Sic Apollo *Telchinius* apud Lydios, Juno et Nymphæ *Telchiniæ* apud Diodor. lib. v, cap. 22. Porro crediti sunt magi, quod essent insignes artifices. Strabo ex Creta in Cyprum venisse, deinde in Rhodum commigrasse scribit lib. x. Orosius lib. I, cap. 7, scribit *Thelchines*, et eosdem facit cum *Teltaphis: Iidemque*, inquit, *Telchines, et Carpatii post paululum victi, patria profugi*, etc., *Rhodum insulam, quæ Ophiusa antea vocabatur, quasi tuta possessione ceperunt*.

(143, II.) *Telchines victi Rhodum*. Addidi *victi*, quia ita in exemplaribus L., A., M., Sa., Fa., Pi., Vi., O., Mar., Peta., Reg., Fux., 3 Vati. Hunc paragraphum reliquimus sicut habent editi libri ad annum 28 Messapi, cum in Peta., O. et Vi., sit ad an. ejus 23; immo in Peta. sub columna Argivorum ad an. 6 Apis, qui respondet illi anno 23; in Fux., L., Pi., ad ann. 7 Apis; in A. ad ann. 9 ejusdem; præterea reliquimus sub columna Sicyoniorum, quia sic alii libri, et quod didici ex Eustathio in Iliad. III: *Sicyoniam dictam Telchiniam*, διὰ τὸ τοῦ ἀδομένους [sic] Τελχῖνας.

(143, IV.) *Memphis in Ægypto ab Ape condita*. Hæc adjecimus ad an. 9 Apis ex A., Lo., L., Fa., Sa., Peta., Fux., Vi., O., Pi.; licet varient in numeris: nam collocantur in A. sub ann. 12 Apis; in L., Pi., Fux., sub an. 10; et in Lo. sub an. 5; in Vi., O., sub an. 9; in Sa. sub an. 89 Ægyptiorum, qui respondet 9 Apis. Absunt ab aliis, et licet Memphis dicatur consensu omnium exemplarium condita ad an. Abraham 525 ab Epapho, tamen non est novum in hoc libro eamdem rem constitui diversis temporibus, prout scriptores, ex quibus Eusebius consarcinavit suum Chronicon, varii sunt de re eadem. Adde quod Auctor lib x de Præpar. cap. 3 ex Clemente Alexand. lib. I Strom., ejus conditum tribuat Api. Josephus lib. VIII Antiquit., cap. 6, refert ad regem Amcum, quem multis annis ait præcessisse Abraham. Verum dici potest ab Api primo fuisse habitatam et ab Epapho muris cinctam et ornatam.

(145, III.) *Hebræorum Joseph dux Ægypti*. Rectius quam ut in posterioribus editionibus *Joseph Hebræorum dux Ægypti*, secuti priores editiones et mss., nisi quod in Vi., O., *Joseph ex Hebræis;* sed de hoc supra.

(Ibid.) *Anno ætatis suæ 30 vixit*. Hæc absunt ab L., A., 6 Vati., Fa., Peta., Lo., Pi., Fux., sed optime respondent præcedentibus et subsequentibus: vox *vixit* deest in Vi., O., cæteris retentis.

(145, IV.) *Ægyptiorum. Apud Ægyptios*, in Vi., O.; *Ægypti*, in Peta., Fux.; *Ægyptii*, in A., L., Pi.

(Ibid.) *Dynastia Diopolitanorum*. Antea legebatur *Politanorum* tam in impressis, quam apud Antonin. et in nonnullis exemplar. Sed maluimus sequi A., L., Vi., O., Peta., Pi., Fux., Sa., Fre., et 3 Vati. Accedit Mar. et Vincen. in quibus *Diapolitanorum*, et Orosius lib. I, c. 8, vocat regem Diapolitam. Sed non dubium quin ita dicti fuerint a Diospoli urbe metropoli Thebaidos in Ægypto apud Ptolemæum, Strabonem, Plinium et alios. Variæ enim sunt Thebæ, unde Eusebius lib. x de Præparat. c. 2, postquam fecit mentionem de *Diospoliticis* mulieribus, addit τὰς δὲ Θήβας καὶ Διόσπολιν τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν.

(Ibid.) *Annis* 348. Desunt in Peta., Fux., Vi., O., Pi.; quid vero in aliis, periit una cum meis schedis memoria: non ablegانda tamen, cum optime respondeant ann. ab Abraham 641, quo ista dynastia desiit.

(Ibid.) *Amasis. Amoses*, L., Pi., Fux., Fre.; *Moysis*, A.; *Moses*, Peta.; *Amosis* 15, Vi., O., Sa., Anton., Mar., sicut apud Herodotum passim, Clement. Alexand. lib. I Stromat. et Eusebium lib. x de Præp. c. 3, Ἀμώσις, licet interpres vertat *Amasis*: quam scripturam habent Plinius lib. XIX cap. I, Orosius lib. I cap. 8, Vincent. lib. I. Idem videtur, qui a Platone in Phædro dicitur *Thamus*.

(147, II.) *Heratus*. Videbatur purior scriptura sine aspiratione, quia sic habent Fux., Vi., O., V., Fa., Mar., Vincen.; quibus accedunt *Aratus* in L., Vi.; *Crætus*, in Peta., ubi *C* pro *E*, licet ad margineum sit *Ateratus*, et *Erato*. Apud Augustin. lib. XVIII de Civitat. cap. 8, apud Pausan. in Corinth., *Peratus*: tamen in re parvi momenti nil muto.

(147, III.) *Initium jubilæi* 46. Deest in L., A., Pi., Vi., O., Peta. et 3 Vati. Huic antea locus erat assignatus circa 19 Joseph., a nobis tamen rejectum in 20 ann. ejusdem. ut respondeat anno 51 Abraham, quo 41 jubilæus sumpsit initium.

(147, V.) *Sparta condita*, etc. Agnoscis veterem sedem, hoc est, ad an. 24 Apis; eam enim illi assignarant excusi et scripti aliquot, quamvis in Vi., O., ad an. 31, et in Fux., Peta., Mar., ad an. 7 Amasis: cui potius hærendum non constat aliunde.

(149, IV.) *Chebron. Ebbon* Al., sed mendose.

(Ibid.) *Ammenophis. Amenophis*, A., V., Vincen., Va.; Josephus lib. I, contra Apion.; *Ammenonphis* In So.; *Menotes*, in L., Pi.; *Ammenofes*, in Vi., O., Sa. Vulgata est aliorum exemplarium, et Fre.; in Mar. *Menophis*.

(151, I.) *Mamithus*. In Pi., *Mamitus;* in Mar., *Mamitas;* in Fux. et apud Jornan., *Maminthus;* in Peta., *Mamynthus*, et ad oram, *Alias: Mamichus;* in Fre. *Monitus*. Nostra lectio aliorum est codicum et Cassiodori.

(151, II.) *Plemneus*. Sic legendum docent P., L., Va., Fa., Peta., Fux., Mar., quibus proxime accedunt A., ubi *Plemeneus;* Pi., ubi *Plemneos;* Vi., O. et Vincen., ubi *Plemmeus*, semper per *m* loco *n*. Sic Augustin. lib. XVIII de Civit. cap. 7, *Plemineus*, cum *i* superfluo, errore scriptoris: Pausan. lib. II in Corinth., Πλημναῖος, cum diphthongo et unico *μ*; Otho lib. I cap. 16, *Clemineus;* sed mendose. Olim in Ven., Lut., B., So., *Plenneus*, licet in So. ad oram legatur, *alias Plemmeus;* in H., Ba. Pet., *Plenens*.

(151, III.) *Principium 47 jubilæi*. Sic correximus ex Al., V., Va., Vat., Pet., H., So., et ex ratione præcedentium et subsequentium jubilæorum, pro *Principium* 17 jubilæi, ut fœde in B., Ba., Ven., Lut., sed utrumque abest ab O., A., L., Pi., Vi., Fa., Peta., Fux. Reposuimus autem in an. 351, ab Abraham, cum antea anno 350, quia hoc postulat ratio, si initium 41 jubilæi fuit ann. 51 Abraham, ut sæpius dictum.

(151, IV.) *Ægyptiorum reges . . . . lectum posuimus*. Desunt in A., Al., L., Fa., Va., Pi., Peta., sed sunt consentanea veritati et his quæ sunt circa an. 495. At in Fux. paulo aliter, *Ægyptiorum reges omnes tunc Pharaones dicebantur propter dignitatem, sicut et nos dicimus imperatores, Augustos: habebat ergo unusquisque proprium, sicut ex libris Manethonis sacerdotis Ægyptiorum agnoscitur:* collocanturque ista ex opposito anni 10 Amenophis.

(Ibid.) *Manethonis*. Sic ex 4 Vatic., Ven., Fux., et Lut. pro *Mamethonis*, ut in aliis; Euseb. lib. X de Præpar. c. 3, Μανέθως; interpres, *Manethus*. De Manethone Historico sæpe Josephus, qui videtur idem cum Manethone Sebennita, de quo Plutarch. opusc. de Iside et Osiride.

(Ibid.) *Mephres. Metres*, in L.; *Mefres*, Fa. et Peta.

(153, III.) *Hebræorum servitus in Ægypto an*. 144. Pro *servitus* in Peta. *servitium*. In L., Pi. pro 144 legimus 164, sed corrupte, ut satis constat ex annorum serie. Augustin. lib. XVIII de Civit., cap. 7, ponit 145. Sunt qui respuant tot annos, dum incredibile judicant tam diuturno spatio populum illum serviisse, et tam dura servitute pressum potuisse ita propagari, ut sexcenta armatorum millia absque mulieribus et pueris ex Ægypto eduxerit. Nihilomi-

nus quoniam Aug. lib. II QQ. in Exod.; q. 47, ubi multa hac de re agitasset, tandem concludit, *proinde illa nimirum computatio, quam secutus est Eusebius in historia sua Chronica, perspicua veritate subnixa est*, non est, quod rejecta tanti viri auctoritate, ab Eusebii opinione deflectamus.

(155, IV.) *Mispharmutosis*. In L., *Misparenthosis*; in Lo., *Musphaimolosis*; in Pi., *Misporentosis*; in V., O., *Nuspharmotosis*; in Fa. *Misfarmutos*; in Peta., *Mispharmutosis*; in Fux., *Mysparmuthosis*; in Mar., *Mispharmithosis*; in Fre., *Nuspharmitos*; apud Josephum lib. I contra Apion. ex Manethone, *Mephramuthosis*; apud Theophilum Antioch. lib. III, *Metrammutosis*. Nostra lectio est aliorum exemp. et Vincen.

(155, V.) *Criassus*. Hanc lectionem didicimus ex V., Va., Mar., P., So., Fa., Peta., Fux., pro *Crassus*, ut in editis, eamque confirmant Aug. lib. XVIII de Civit. c. 8 (nisi quod scribat per unicum *s*), ut in Fre. et Euseb. lib. X de Præpar. c. 3, ubi item Κρίασος per unicum ς, licet interpres vertat *Crassus*. Huic sunt affinia *Creausus* in Vi., O.; *Creassus* in Pi., L., A. Tatian. vero Orat. contra Græc., *Criasis*: in Reg., *Cariassus*; Pausanias habet Πειράσας.

(Ibid.) *In Argis prima sacerdotio functa est Callythias filia Pyrantis*. Locus erat valde mendosus, cum antea legeretur tam in vulgatis, quam in nonnullis mss. et Fre., *In Argis primus sacerdotio functus est Callythias filius Pyrantis*. Sed expurgavimus ope codicum V., Va., Vat. et Lut., præcipue Fux., ubi post hæc verba, *In Argis primus sacerdotio functus est Callithya Spirantis filius*, subjungitur, *alter mulierum hoc vocabulo Spirantis filiam dicit*: quibus consonat Reg., ut etiam testatur P. Fronto Ducæus Soc. Jesu professor in suis (nam præ modestia subticuit nomen) Collectaneis in Clem. Alex. p. 774, eamque lectionem confirmat ex Eusebio lib. III de Præparat. c. 3 et Plutarcho scribentibus Pirantem consecrasse antistitem in templo Junonis filiam suam Callytiam, ac patris quidem nomen in illo ms. Reginæ, et in V. scribebatur *Spirantis*, pro *Pirantis*; sed cum alia omnia exemplaria scriptum habeant *Pirantis*, et ipse Eusebius cum Plutarcho Πείρας, et nusquam alias legam *Spirantis*, malui prius retinere. Sciat autem lector in L., Pi., deesse vocabulum *Callytias*; item in P. legi, *In Argis primus sacerdotio functus est Adlithi Piranti filius*; in Peta., *Calithias filius Pirantis*; in Vi. et O., *In Argis primus sacerdotio functus est Callithias Piranti filius*: apud Mar., *In Argis primus sacerdotio functus est Callichia Spirancis filius*. Joannes Sichardus, quem ferunt auctorem veteris marginis hujus Chronici in B., H., Ba., Pet., So., notat alias legi, *Ballithias Pirantis primi filius*; sed non video qua ratione nitatur. In editione Lut., post *filius Pirantis*, adjectum est, *Alii*, *Callythia Spirantis filia*; in B. scriptum est *Callyrias*. Leopardus lib. I Emendation., cap. 15, ita refert locum Eusebii forsan ex aliquo ms.: *Argis prima sacerdotio functa est Callithea Pirantis filia*.

(157, I.) *Machaleus*. Sic recensuimus auctoritate membranaceorum L., A., V., Vi., O., Pi., Fre., trium Vat., Cassiod. et Jornan., quibus addendi alii Reg., Fa., et Lut. Licet enim hi non ita omnino nobiscum sentiant, quia carent spiritu, favent tamen, ubi *Maccaleus*, pro *Mancaleus*, ut in aliis editis, vel *Mancalœus*, ut apud Vincen., vel *Magchaleus*, ut in Peta., vel *Macchaleus*, ut in Fux., vel *Machaleus*, ut in Mar.

(157, II.) *Orthopolis*. In Fa., Peta., O., Vi., V., licet hi duo in columna historiæ adhibeant aspirationem, *Ortopolis*; August. de Civit. legit *Orthopolus*. Verum Pausan. lib. II, et omnes codices tam vulgati quam membranacei, immo et Vincen., Mar., et Otho. lib. I cap. 16, sequuntur nostram lectionem.

(157, IV.) *Thuthemosis*. *Thomosis*, Vi., O.; *Tuthemosis*, Fa.; *Tuthimosis*, Pi. Apud Joseph. lib. I contra Apion. ex Manethone Τέθμωσις, nunc Θμῶσις.

A Idem apud Theophilum lib. III. At in Peta., *Thitmosis*; in Fux., *Tutmosis*; in Fre., *Tumosis*: in Mar., *Themosis*; forsan idem qui a Josepho et Theophilo *Thmosis*, seu *Themosis*, et a Platone *Thamus*.

(157, V.) *Atlas frater..... vocetur*. Hæc desunt in V., Va., Vat., Fa.; at in Pi., Peta., *Athlans*; in Fux. et vulgatis, *Athlas* pro *Atlas*, ut et deinceps quoties hæc vox occurrit. Totus iste paragraphus est situs ad annum Criassi 9 in Fux., sed in aliis, ut nos et vulgati.

(Ibid.) *Astrologus dictus est*. *Astrologus fuit* in A., L., M., P., O., Vi., Pi., Peta., Fux., Mar.,: tamen August. lib. XVIII de Civit. cap. 8: *Atlas magnus fuisse Astrologus dicitur*.

(Ibid.) *Qui ob eruditionem istius disciplinæ*. *Qui ob eruditionem disciplinæ* L., A., M., P., Vi., Peta., Fux., O.

(Ibid.) *Affirmatus est*. *Dictus est*, L., A., Fux., M., P., Vi., Pi., Mar., O.

(Ibid.) *Altissimum dicit*. *Altissimum affirmat*, M., B L., A., Vi., Pi., Fux., O., Peta., Mar.: hinc agnosces mendum duorum illorum priorum vulgatorum Ven. et Lut. ubi *dicunt* reperitur, pro *dicit*.

(Ibid.) *Æthiopes... consederunt*. Ista pro diversitate exemplarium diversum obtinent situm. Nam in L., Pi., reponuntur sub columna Ægyptiorum in an. 2 Amenophis: in Peta. sub columna Argivorum ad an. 28 Criassi, qui respondet quarto Amenophis: in A. et Al. ad an. 29 ejusdem Criassi; in Fux. sub columna Sicyoniorum ad an. 9 Orthopolis, qui respondet an. 28 Criassi. Nos secuti sumus vulgatos, cum quibus conveniunt alii mss.

(159, II.) *His regnantibus Syrus .... accepit*. Ista omnia in Al., A., L., P., Pi., sub regno Argivorum collocantur in ann. 26 Criassi, qui respondet 6 an. Orthopolis, ut habent vulgati; sed rectius collocanda viderentur sub regno, seu serie Assyriorum: nam Assyria et Syria partes sunt Asiæ adeo inter se vicinæ, ut sæpe confundantur, sicut alibi dicemus; quin addit Strabo lib. XVI statim ab initio: *Syrorum no-* C *men tendere videtur a Babylonia usque ad Issicum sinum, et ab hoc olim usque ad Euxinum*; quin et per Syros nullos alios docet intelligi ab iis, *qui de Syrorum imperio scribunt, quam qui Babylonem ac Nini regiam constituerunt*; sed in re levi nil muto.

(Ibid.) *Ex cujus vocabulo*. Rectius ut in L., A., Pi., Vi., O., Peta., Fux., Fa., Fre., Mar., quam olim *cujus vocabulo*.

(159, IV.) *Amenophis*. L., P., *Ammenopes*; *Amenopis* Peta., Fre.; *Ammenophis*, Vi., O., Fa., Pausanias lib. I, *Phamenophes*; Fux., *Amenoptes*, et postea *Amenopthes*. Nostram lectionem sequitur Joseph. lib. I cont. Apio., Ἀμένωφις.

(Ibid.) *Seu Amenoptes*. Deest in sex Vatic., A., L., M., Al., O., P., Vi., Pi., Fa., Reg., Ven.; et videtur a librario adjectum, ut et alibi sæpe, ubi fit notatio diversi nominis, vel temporis cum istis particulis, *sive*, *vel*, *alias*. Tamen nihil mutandum censuimus, ne videremur novitatis nimis studiosi in re parvi D aut nullius momenti.

(Ibid.) *Memnonem putant lapidem loquentem, quippe cujus*, etc. In V., Va., Vat., *Memnonem putant cujus*, etc. At pro *Memnonen* habes in O., Vi., *Memnonem*; in Fa., *Menopem*; in Peta., *Memnopem*; in Ven., *Menopen*; in Lut., *Memnon*. Narrant istud ipsum tamquam rem admiratione dignam Pausan. lib. I, Diodor. lib. II cap. 6, Plin. lib. XXXVI Nat. Histor. c. 7, et Suidas: *Radio*, inquit, *statuam attingente, quod fit oriente sole, non potest non videri mirabile; cum, radio in os incidente, statua loquatur, oculi apparent hilares ad lumen*; Cornel. Tacit. lib. II German.: *Aliis quoque miraculis intendit animum, quorum præcipua fuere, Memnonis saxea effigies, ubi radiis Solis icta est, vocalem sonum reddens*. Hoc idem contigisse Colosso Thebis testatur Strabo lib. XVII. Illi autem faciunt hunc Memnonem regem non Ægyptiorum, sed Æthiopum, quod ex Æthiopia, vel potius e Susis civitate Persarum ad bellum Trojanum

venerit: quin Diodorus ducem tantum facit præsidii missi Trojanis a Theautamo Assyriorum rege, aitque *fuisse filium Tithonis præfecti Persarum*. Hesiodus in Theogon. facit: *Auroræ Tithonisque filium*; Pausanias *ex Æthiopia in Ægyptum venisse, et penetrasse usque Susa*: fuit et alius *Memnon* nomine *Artaxerxes*, rex Persarum, de quo auctor circa olymp. 93.

(159, IV.) *Quippe cujus statua usque ad adventum Christi sole oriente vocem dare dicebatur*. Desunt in A., L., Al., M., O., P., Vi., O., Pi., Ven., Fa.; duobus Vati., ut in Fux. deest solum *quippe*, et præterea ista post *dicebatur*, attexuntur: *ex tunc enim conticuit, hunc statuam ipse sibi posuit*.

(161, I.) *Iphereus*. *Sfierus*, A.; *Spherus*, L., Pi.; *Sperus*, Vi., O. et Jornan.; *Sfereus*, Cassiodorus; *Iphræus*, Fre.; *Phereus*, Vincen. et Mar.; *Saphrus*, August. lib. XVIII de Civit. cap. 8; *Sferreus*, Peta.; *Sperreus*, Fux. Nostram lectionem inter cæteras selegimus, quia communis est aliis omnibus exemplaribus, et quia eam fuisse mentem Eusebii constat ex Othone lib. I, cap. 34: *Sperus*, inquit, *secundum Eusebium Iphereus*.

(Ibid.) *Mamylus*. Ita nos ex A., L., V., Pi., Fux. Idem Cassiod. *Mamilius*, Fa.; *Mamylius*, Peta.; *Mamilus*, Vi., O., Reg., Jornan., Fre.; *Manilus*, Vincen.; *Mamelus*, Mar., Otho. lib. I, cap. 34, vel secundum Eusebium legendum *Mamytas*, sicut exstat in Lut.

(161, II.) *Amram genuit Mosen*, etc. Plurimum interest scire quoto captivitatis Ægyptiacæ anno natus sit Moses, cum octogesimus ejus annus respondere debeat, ut ait auctor noster, anno 144 captivitatis. Neque enim codices inter se conveniunt. Nam Vi., O., referunt hoc ad an. 64 captivitatis, P. ad an. 66, Peta. ad ann. 67, Aug. ad ann. 68. Libentius tamen assentior vulgatis et aliis mss. ac Mar. ut in 65 captivitatis annum incidat, quod unica hac ratione satis superque constabit. Etenim usque ad captam Trojam a nativitate Mosis Auctor numerat annos 410, et ab Abraham 835: si ex his demas 410, supersunt 425. Ergo anno 426 ab Abraham (qui incidit in 65 captivitatis) natus est Moses.

(161, III.) *Principium 48 jubilæi*. Desunt in A., L., Pi., Vi., Fux., O., Vatic., Peta.: et cum antea essent ad an. 39 servitutis Ægyptiacæ, reposuimus ad an. 40, quia ille incidit in ann. ab Abrahamo 401; et si initium 41 jubilæi cœpit, ut vidimus, anno 51 Abraham, ergo istius jubilæi initium, ejus an. 401 et non 400.

(161, IV.) *Epidaurus*, etc. Vetus sedes his retenta ad an. 53 Criassi. Sic enim placitum Fa. et editis, cum uno anno dissentiant Fux., Vi., O., Peta., Pi., qui consignarunt an. 4. Pausanias lib. II tribuit hujus conditum Epidauro filio Pelopis; ipse tamen addit ex opinione Argivorum et aliorum, hunc Epidaurum dici filium Argi, quem hoc eodem tempore vixisse tradit auctor.

(165, V.) *Primus regnavit in Thessalia Hæmon. Phorbas Rhodum obtinuit*. Cum antea eadem bis haberentur, et sub columna Sicyoniorum, et sub Argivorum et circa eosdem pene annos, nemo est qui non judicet vitio librarii id contigisse. Itaque alterum delevimus ex columna Sicyoniorum, manuducentibus mss.

(Ibid.) *Hæmon*. *Hemon*, in Vi., O.; *Æmon*, in Peta. et Pi.; *Emon*, in Fux., Fa., Fre.

(Ibid.) *Primus quadrigam...Throchilus*. Pro *Arogilus* ex A., Al., Peta., Pi. et Theone Arati scholiaste, qui ait *eum fuisse filium Calliteæ*, seu *Callitiæ sacerdotis*. *Prochilus*, Reg., V.; *Tochilus*, P.; *Trochilus*, Mar.; Fre.; Pausanias lib. I; Ædo in Chronic. Procidus; Tertul. lib. de Spectac., *Arophilus*. *Trohilus*. Vi., O.; *Trochlus*, Fux.; *Arorilus*, Lo. Auctor paulo post indicans diversam opinionem scriptorum, eamdem inventionem tribuit Erichthonio. Præterea plures sunt qui hæc ad ann. 14 Phorbantis reduxere. Nam præter cusos veteres, illi Fa., Lo., Al., sic præstant. Reliqui vero ab his dissident, et a se invicem. Nam Pi. annum II appingit; Vi., O., an. 18; Fux., Peta., 19.

(Ibid.) *Seu proclytus*. Hoc defecit in V., Va., Ven., Fa., Mar.

(167, I.) *Sparetus*. In L., *Sparthus*; in P., Pi., *Sparachus*; apud Vincen., *Speretus*; in Fux., *Sparretus*; apud Cassiodor., *Sputæthus*; in Peta., *Spataothus*; in Mar., *Sparethus*. Nostra lectio conformis Jornandi, Fre. et aliis.

(167, III.) *Principium 49 jubilæi*. Absunt a Pi., L., Vi., O., Fux., Peta. Nos posuimus propter rationes sæpe dictas.

(Ibid.) 35 *anno Mosis Cecrops regnabat*, etc. Hic ego non levem agnosco labem, dum 35 annus Mosis et annus primus Cecropis opponuntur anno 101 servitutis. Quod enim e regione anni servitutis 99 disponi debeant, satis constat ex numeris præcedentibus. Si enim 30 annus Mosis, ut ante dixit auctor, incurrit in 94 servitutis, consectarium est, annum 35 ejusdem cum 99 comparandum: si etiam numerandi initium non sumpseris ab illo anno 99 servitutis, numquam prodibit ista summa annorum 375, a 35 Mosis usque ad captam Trojam, quam Auctor tantopere necessariam judicat, tam in præfatione, quam in Chronico; sed erunt tantum 373. Contra autem si annum 35 Mosis anno 99 servitutis opposueris, omnes notæ numerales erunt immutandæ usque in finem libri; neque Trojanum excidium respondebit anno 25 Tautanis Assyriorum regis, sed 27; nec 23 Menesthei regis Atheniensium, sed 25, seu anno 2 Demophoontis: neque anno 3 Labdon judicis Hebræorum, sed ejus 5; et idem de cæteris regnis statuendum: tamen auctor in præfatione et alias illud connumerat cum 25 Tautanis, 23 Menesthei, 3 Labdon, etc. Porro quod diximus de an. 35 Mosis, idem accipiendum de anno I Cecropis, quia apud auctorem ille annus primus semper debet comitari 35 Mosis, ut ejusdem annus 45 annum 80 Mosis. In his hæreo, an librariis, vel auctori tribuendum sit; sed hæc lectoris periti judicio permittamus.

(167, VI.) *His temporibus*, etc. Ante hæc, hunc titulum, *Atheniensium regni principium*, præ se ferunt 4 Vati., O., Lo., Vi., Peta., pro quo in Fa., *Atheniensium regni principatum*, non obscura labe. In Fux. vero, *Atheniensium principium*.

(Ibid.) *In Atta*. *In Acta*, Lo., Vi., O., Pi., Al., Fa., Peta., Ven., Lut., De hoc superius et postea.

(Ibid.) *Numerantur reges*. Sic correximus ex A., L., P., Al., Lo., Ven. et 3 Vatic. pro *numerant reges*.

(Ibid.) *Multa miranda*. Nam hinc incipiunt *tempora Heroica*, quibus omnes dii Græcorum nati sunt, inquit noster auctor lib. X de Præparat. cap. 3. In Fux., *Multa miracula*, pro *multa miranda*.

(169, V.) *Triopas*. Sic correximus mendum codicum Ven., Lut., B., H., Pet. et So., ubi legebatur *Troyphas*; secuti sumus codices Vi., A., O., Peta., Fux., Mar. Nam etiam sæpissime apud Pausan. *Triopas*. Sic Tatian. orat. contra Gentes, et Clemens lib. I Strom., Τριόπας; Euseb. quoque lib. X de Præparat. cap. 3, Τριόπα; Aug. quoque lib. XVIII de Civit. cap. 8, et Diodor. lib. V Bibliothec. cap. 13, et cap. 16, habent *Triopas*, quamvis diversæ inflexionis et terminationis, ita ut Diodorus dicat *Triopus*, non *Triopas*; nisi id interpres, vel typographus fecerit: et lectionem nostram confirmant quædam mss. quæ vidit eruditus Ducæus, ut testatur in suis Collectaneis in Clement. Alexand. pag. 797, quibus proxime accedunt V., Va., Lo., Fre., ubi *Troipas* legimus per vocalium inversionem; *Trispas* in L., Pi. Paulus Leopardus lib. IV Emendat. cap. 9 admonuerat esse legendum *Triopas*. Hinc corrige Gregorium Turon. lib. I, cap. 17, ubi *Tropas*.

(169, VI.) *Primum in arce*. Conjiciebam legendum seu *Primum in Atta*, seu *primum in Acte*, pro *in arce*, cum constet ex Plinio, Herodoto, Hygino et aliis, *Primum ortum olivam in Attide*, seu *regione Actica*, et cum sequentia loquantur de Athenis, tamen cum

nullius codicis præsidio juvarer, reliqui integrum. Utraque enim lectio tolerari potest, arx enim illa erat in Acte.

(Ibid.) *Et ex Minervæ nomine, quæ Græce Athena dicitur, Athenæ nuncupatæ.* Locus hic egebat castigatione; restituimus pro *Et ex Minervæ nomine Græce quoque Athenæ nuncupatæ*, ex A., L., M., P., Fa., Lo., Lod., Pi., Peta., Fux. et 7 Vatic., nisi quod in uno illorum, *Quæ Græce* Ἀθήνη *dicitur*, *Athenæ*, etc. In Fa., Ven., *et ex Minervæ nomine Græce, quæ Athena:* cætera desunt. Certum est ex Platone in Cratino et aliis, eam, quæ apud Latinos dicta est Minerva, vocatam fuisse proprio nomine apud Græcos Athenam, et Palladem: dehinc ab utroque nomine urbem sortitam nomen *Athenas* et *Palladias:* unde non dubito quin in Chronico Græco, loco *Minervæ* legatur Ἀθήνη, et ideo non esse incongruam hanc sententiam. *Et ex Athenæ nomine Græce quoque Athenæ nuncupatæ*, sine illa additione, *quæ Athenæ dicitur.*

(Ibid.) *Dicebatur autem Cecrops Diphyes.* In L., A., M., Po., O., Lo., Peta., Vi., Fux., *Dicebatur autem Diphies:* tamen vox *Cecrops* videtur necessaria, ut sensus sit clarior. In Fa., *Dicebatur autem Cecrops Athenæ.*

(Ibid.) *Diphyes.* Pro *Diphyes*, in Vi., Peta., O., scriptum est *Difies*, et in Sa. *Defies*, in Fux. *Dyphyes;* sed Vulgata sine dubio cæteris prævalet.

(Ibid.) *Id est duabus naturis.* Desunt in A., L., M., V., Vat., P., Lo., O., Fa., Peta., Fux., Vi., Pi. Verisimile est hæc adjecta fuisse, ut Græci hujus epitheti, sive cognominis vis exprimeretur; præter rationes hic allatas ab Eusebio, vide alias apud Suidam.

(Ibid.) *Quod cum esset Ægyptius utramque linguam sciebat. Quod esset Ægyptius, et utramque linguam sciebat*, Fa.

(Ibid.) *Græcam et Ægyptiacam.* Desunt in A., L., M., V., Va., P., Lo., Vi., Peta., Fux., Pi., Fa., O.; alia tamen exemplaria non sunt penitus respuenda: nam et Ægyptium genere fuisse Cecropem testatur Suidas et alii plerique.

(174, IV.) *Acengeres. Achenchores*, Al., A., Peta., Fux.; *Ceris*, L., Pi.; *Aceneris*, M.; *Acenteres*, V.; *Acheneres*, P.; *Acenoeres*, Lo.; *Acencris*, Vi., O.; Vincen.; *Acenchres*, Mar. Apud Josephum lib. I contra Apionem, Ἀκεγχρὴς, *Acenchres;* Fre., *Aceneres.*

(Ibid.) *Seu Acencris.* Absunt ab L., A., Fa., V., Peta., Va., Vat., Vi., O. et Ven.

(Ibid.) *Curetes et Coribantes.* In Fa. et Lo., *Corretes;* in Ven., *Corretes;* in Pi., *Corubantes*, appicto y super u. Jam vero si sequamur exemplaria A., L., P., transferenda sunt ad regnum Atheniensium et ad 16 Cecropis. Item si sequamur Lo. et Gregor. Nazianz. orat. in sancta lumina, Plutarch. in opusc., Adon. in Chronic., Isidor. in Chron., et Suidam, legendum esset *Corybantes.* Sed sine libris nil judicavimus immutandum, præsertim cum faveant graves scriptores. Cæterum ut scias qui fuerint isti Curetes, consule Pausan. lib. III, V, VIII, X; Diodor. Siculum lib. III, cap. 5; Strabon. lib. VII et X, Clementem orat. ad Gentes; Dionys. Halicarn. lib. I, II et VII; Suidam qui paucis eos describit, *Rheæ filios, Jovis nutritios, custodes et magistros*, aitque fuisse vates, unde proverbium κουρήτων στόμα, id est, fatidicum. Orpheus scribit duos hymnos de Curetibus, et per eos videtur intelligere ventos. Strabo lib. X ubi plures attulit etymologias nominis *Curetum* (ut ἀπὸ τῆς κουρᾶς, *a tonsura*, κουρῆτας, *detonsos* appellatos; secundum alios a monte quodam Curio), et ubi multa similia attulit, subjungit: *nec ipse amplius in digressionis parte de ipsis verba facere verebar, physicam rationem historiæ familiarem adjiciens*, *Curetas Italiam habitantes nomen hoc adeptos esse ferunt, quia sicuti* κόραι, *hoc est, puellæ, muliebres longas stolas induunt;* et aliquot interpositis: *Curetes itaque, id est, Curatores, vel quia nuper ei ministrarent, vel quia Jovis* κουροτροφίαν, *id est, alimoniam* (utrumque enim dicitur) *operati sunt.* Quidam putant ex æris sono, quo in sacris Jovis utebantur, reperisse musicam. Illud certius est, quam ut probatione egeat, eos solitos uti tympanis et scutis ex saltationibus ad numerum. Plura Clemens Alexand. orat. adhortat. ad Gentes, Dionysius Halicarn. lib. VII Antiquit., et expressit carmine Lucret. lib. II:

> Hic armata manus Curetas nomine Graii,
> Quos memorant Phrygios, inter se forte caterva
> Ludunt, in numerumque exsultant, etc.

(173, VI.) *Musæus. Musicus*, Lo., A., P., M., Peta., Fux., Vi., O., Mar.; *Muiseus*, V.; *Moysicus*, L., P.; *Museus*, Fa. Sed nostra lectio sine dubio retinenda.

(Ibid.) *Erechthei. Eicthei*, A., L.; *Cucha*, Mar.; *Eicethei*, M., Vi., O.; *Erithei*, Fa., V., Va.; *Euedei*, P.; *Eutheræ Nymphæ filium*, Lo.; *Erkithei*, Ven.; *Euectei*, Fux. Musæum quidem alii faciunt Eumolpi filium, ut constat ex Epitaphio, quod illius operibus præfigitur.

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει, etc.

Pausan. lib. X facit eum filium *Antiphemi.* Suidas tres refert: primum Eleusinum Antiphemi filium Orphei discipulum, alterum Thebanum, Thamyra genitum, tertium Ephesinum.

(Ibid.) *Judicium Neptuni*, etc. *Deorum judicium Neptuni*, etc.; Vi., Peta., O.

(Ibid.) *De contentione regionis. De contentione regnorum*, Fa.

(Ibid.) *Io Inachi filia.* Absunt a Pi. Sed ita leguntur in P., Peta., *Io Iasi filia. Iasus autem filius erat Triopæ.* In A., Fux., *Ioiasi filia*, unica voce *Ioasi* ex duabus efficta, sed mendose: licet vero Pausanias scribat Io fuisse filiam Iasi, quia tamen satis est explorata mens Eusebii ex iis quæ circa ann. 163 præcesserunt, tutius est vulgatam lectionem retinere.

(Ibid.) *Qua in bovem, ut dicitur, versa, Bosphorus appellatur.* Hunc locum ita restituimus ex variis exemplaribus, cum antea legeretur in B., H., So., Pet., Ba., *Quæ in bovem dicitur versa, et Bosphorus appellatur;* in Ven., Lut., *quæ in bovem dicitur versa, Bosphorus appellatur;* in Fa., *Bosphorum;* in Peta., *Bosforus appellatus.* Nam pro *quæ*, posuimus *qua*, ex Lo. et secuti judicium docti Ducæi, qui in Clement. Alexandr. optime conjecerat legendum *a qua;* sed cum sensus constaret sine *a*, noluimus adversari omnibus exemplaribus, a quibus abest. Adjecimus quoque *ut*, ex A., M., Lo., O., Vi. et expunximus *et*, juxta A., M., Lo., O., Vi., Ven., Lut. et 7 Vati., quæ optime respondent superioribus ad an. 164. Verum tota sententia *ab Io Inachi*, etc., usque ad *appellatur*, deest in L., Pi.

(175, IV.) *Chencres. Chenchres*, Lo.; *Ceneris*, Pi.; *Acencheres* apud Joseph. lib. I contra Apion. *Ceneres*, Fa., Fux.; *Cenchres*, Peta.

(175, VI.) *Cecrops in Eubœa Athenas condidit, quam et Diadas nominavit, hanc urbem Euboici Orchomenon appellaverunt.* Constans est omnium exemplarium consensus. Nihilominus Dominicus Niger geographus non contemnendus, aliter refert hunc locum Commentar. XI Geograph. pag. 306: *Cecrops in Bœotia Diadas condidit, quam Boetii Orchomenon vocarunt*, ubi pro *Eubœa* et *Euboici* repositum vides *Bœotia* et *Bœotii;* vereor ne suo marte confinxerit, cum in tanta copia codicum tam mss. quam impressorum quos vidi, nullus ita habeat: forsan deceptus est, quia cum legisset apud Pausaniam, Strabonem, Ptolemæum et alios Ὀρχόμενον esse urbem Bœotiæ, quæ Diades dicitur, putavit unicam esse et eamdem cum hac, de qua hic Eusebius. Nihilominus certum est aliam esse, quæ Diadas appellatur in Eubœa insula, cujus etiam meminit Strabo lib. X, ubi agit de Eubœa. Nam etiam plures fuisse urbes ejusdem nominis *Orchomenos* et *Athenas* in variis regionibus sitas, et norunt omnes, et constat ex Ariano, Æliano, Plinio, Stephano, et aliis: præterea Joan. Lonicerus in suis in Pindarum scholiis duas Orchomenos fuisse obser-

vat. alteram in Arcadia quæ Polymnerus, alteram in Bœotia, quæ Mynidea a Mynido flumine diceretur. Hinc castigabis Fre., ubi hanc ipsam sententiam referens, *Carcomenon* dixit. In Mar., *Cecropis in Eubœa Athenas quas et Diacas condidit, quam urbem Eubœi Orchomenon appellaverunt.*

(175, VI.) *Athenas condidit, quam et Diadas nominavit: hanc urbem.* In O., Lo., Vi.: *Athenas quas et Diadas condidit: quam urbem*, etc. In Fux., Fre., *Athenas civitatem, quam et Diadas condidit, quam urbem.*

(177, II.) *Ascades. Ascatades*, A. L., P., Pi., Peta. et August.; *Ascatadis*, M., Lo., Cassiod. In O., Vi., *Astacadis*; in Fa., *Ascadis*, et supra, *Alias: Ascatadis*; in Fux., *Aschatades*; Otho. lib. I, cap. 18, *Aschaltide:* idem tamen ibidem, cap. 34, *secundum Eusebium Ascades* monet legendum: idem habent Jornan. et Vincen., nisi quod hic aspiret *Aschades.*

(177, VI.) *Plato meminit. Memorat*, A., L., V., Va., M., P., Lo., O., Vi., Peta.; *commemorat*, Mar.

(Ibid.) *Ab Hellene Decaulionis et Pyrrhæ filio.* Mirum quomodo hic locus sit adeo varius in re tam vulgata. Nam in O., Vi., *a Deucalione et Ellene et Pyrrha;* in A., M., L., Al., Lo., Pi., Fre., *a Deucalione Hellene et Pyrra hi qui*, etc.: in Fa. et 2 Vatic., *a Deucalione Hellene et Pirrani;* in Peta., *a Deucalione Hellenus et Pyrra;* in 4 Vati., *a Deucalione Bellone et Pyrra hi qui*, etc., nisi quod in Vat. loco *Pyrra* est *Priami*; in uno ex Vati. *Pyrrami;* idem quoque in P., nisi quod pro *Pyrra*, legitur *Pyrrachi*, et in Lo., *Pirra:* in Ven. *a Deucalione Hellene et Pira hi qui*, etc.: in Lut. *ab Helene Deucalionis et Pyrrhæ filio ii qui*, etc.: in O., Vi., *a Deucalione et Hellene* et *Pyrra hii qui*, etc. Nam vulgatissimum est ex fabulis poetarum et veterum libris Hellenem fuisse Deucalionis et Pyrrhæ filium, licet nonnulli dicant Promethei et Pyrrhæ, et eos qui vocati sunt Hellenes, ab hoc Hellene antea fuisse appellatos Γραικούς. Quod clarius docet Aristoteles lib. I Meteor. cap. ultimo: *Factum est*, inquit, *diluvium Deucalionis* περὶ τὸν Ἑλληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον καὶ τούτου περὶ τὴν Ἑλλάδα ἀρχαίαν, αὕτη δ' ἔστιν ἡ περὶ Δωδώνην καὶ τὸν Ἀχελῷον· ᾤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοί, νῦν δὲ Ἕλληνες, *circa locum Græcum, et hic fuit circa antiquam Helladem. Ipsa autem est circa Dodonem et Acheloum. Habitant enim Selli ibi et qui vocabantur tunc quidem Græci, nunc autem Hellenes.* E contrario Apollodorus lib. I (si tamen integer est textus) putat ab hoc Hellene prius nominatos Hellenas, qui postea Græci vocati sunt. Unde multum aberrant illi, qui quod vident Latinos frequentius usurpare nomen *Græcum* quam alterum *Hellenes*, existimant cum Hesychio in voce Ραικός nomen *Græcus* a Romanis inventum addita littera *G*, cum antea *Ræci* dicerentur: Ραικοὶ Ἕλληνες Ῥωμαῖοι δὲ τὸ Γ προσθέντες Γραικοί φασι. Sed eorum error convincitur ex Lycophrone et Aristotele, apud quos non semel reperitur vox Γραικός. Suidas quidem tradit *Hellenes* dictos *Græcos* ab aliquo Græco, ἀπὸ τοῦ Γραικοῦ τινος. Sed Plinius, lib. IV, cap. 7, explicat a quo, dum ait illam partem Thessaliam cognominatam *Græciam a Græco rege ibi genito, et Hellas et Hellenes ab Hellen, item reges hos eosdem:* addit idem. *Homerus tribus nominibus appellavit Myrmidonas et Hellenas et Achæos.* Certum est autem nomen *Græcus* non fuisse extensum ad omnes alias nationes Europæas, quas Latini Græcas appellarunt, sicut extensum fuerat nomen *Hellenes*, nisi a Romanis et ab iis qui inter eos Latine loquebantur, *Ab isthmi* (inquit Plinius) *angustiis Hellas incipit; nostris Græcia appellata.* Sicut enim teste Thucydide lib. I ne quidem tempore Homeri adhuc invaluerat mos iste appellandi omnes illas nationes nomine communi τῶν Ἑλλήνων, sed Ἕλληνας dictos tantum, qui ex Phthiotide erant oriundi cum Achille: οὐδαμοῦ τοὺς ξυμπάντας ὠνόμασεν, οὐδ' ἄλλους ἢ τοὺς μετ' Ἀχιλλέως ἐκ τῆς Φθιώτιδος, οἵπερ καὶ πρῶτοι Ἕλληνες ἦσαν, Δαναοὺς δ' ἐν τοῖς ἔπεσι καὶ Ἀργείους καὶ Ἀχαιοὺς ἀνακαλεῖ: sic etiam diu nomen *Græcus* fuit peculiare populo qui incolebat eam regionem quæ *Hellas* dicebatur, usque dum a Romanis fuit extensum ad omnes alios populos qui Græce loquebantur, quique Hellenes dicebantur ab his qui Græce scribebant. Unde videmus recentiores Græcos imperatorum Constantinopolitanorum renuisse dici Γραικούς, sed Ῥωμαίους vel Ἕλληνας, ipsos autem non aliter ut plurimum, vocasse Romanos quam Latinos.

(Ibid.) *Hi qui prius Græci, Hellenes nuncupati sunt.* Hæc ita correximus pro, *a quo primum Græci Hellenes nuncupati sunt*, ut olim in B., H., So., Pet., vel *hi qui Græce Helnes nuncupati sunt*, ut in Ven.; in Fa. *qui Græci Helnes;* in Peta. *qui prius Græci Hellenes nuncupati sunt*, vel *hi qui primum Græci Helenes nuncupati sunt*, ut in Lut. Qua in re secuti sumus mss. Lo., A., O., Vi., M., L., Pi., P., Al., Mar., Fux., Fre., tres Vati., nisi quod in Fre., *Hellenes.* Ita pridem observarat legi Ducæus in suis in Clementem Collectaneis, ex codd. Reg., Pi., O., Vi., quæ nos ita se habere comprobavimus, ubi duo hi postremi in manus nostras venerunt.

(179, III.) *Principium 50 jubilæi.* Desunt in L., A., Pi., Peta., O., Vi. et 3 Vatic.: nihilominus retinuimus, non quod existimemus esse genuina, sed ob auctoritatem vulgatorum librorum et aliquot mss.; reposuimus autem ad annum 501 propter rationes tam sæpe repetitas.

(179, VI.) *Et Atta sub eo Attica vocata.* Emendatior lectio quam olim in Ven., B., H., Pet., Ba.: *et Attæ sub eo Attici nuncupati sunt;* aut in Lut.: *et sub eo Attici nuncupati sunt.* Hoc nos docuerunt L., A., M., tres Vati., P., Lo., Al., Pi., So., Peta., Mar., nisi quod in Lo. et Pi *Acta* pro *Acte;* et in O., Vi.: *et Acta Attica vocata*, absque *sub eo;* in Fux.: *et terra quæ ante Acte, sub eo Attica vocata a filia Cranai regis Atheniensium secundi quæ dicta est Attis:* vide supra de *Acta* et *Atta.*

(Ibid.) *Quæ prius Ephyra.* Sic ex A., Fux., Al., L., M., Va., O., P., Vi., et quod ita scriptum sit consensu omnium exemplarium circa n. 608, pro, *quæ prius Ephyrus*, ut in So., B., H., Pet.; vel *quæ prius Epyrus*, ut in Lut.; aut *quæ prius Epirus;* ut in Fa., Ven., aut *quæ prius Epyra*, ut in Peta. Plinius lib. III cap. 2, legit *Ephirus:* Patercul. lib. I, et Gellius lib. XIV, cap. 6, *Ephyre;* et idem habent Pi., Lo.: at in Lo., *Epira;* Pausan., lib. II, Corinthiacam regionem Ἐφυραίαν ab Ephyra Oceani filia ait vocatam, urbs tamen auctore Strabone lib. VIII Geograph., Stephano et aliis, dicta est *Ephyra*, ab Homero Ionice Ἐφύρη. Auctor repetit conditam urbem Corinthum circa annum 608, idque ex varia opinione scriptorum, quos sequitur: alii faciunt multo recentiorem, sicut Velleius, qui tribuit Aletæ Corinthiorum regi, seu anno Abrahæ 921, si verum est, ut ait, eam durasse an. 952. Nam ex illis duobus numeris efficies 1571, quo anno vides incidere ejus excidium.

(181, III.) *Hebræorum Moses 80 annum*, etc. Cum antea ista propter absentem interpunctionem et minusculas litteras, e quibus inchoabantur, essent obscurata, illustranda fuerunt imprimis interpunctione, deinde adhibitis majusculis litteris ex præscripto membranarum mearum. Cum enim vox illa *Hebræorum* redundare videretur, cum titulus columnæ hoc idem præferret, aut fuerat delenda, aut aliunde juvanda, addendo aut *columna*, aut *historia*, aut *dux:* sed quia novitas ingrata, et præterea in cæteris columnis hoc idem desideratur, ut saltem quid subaudiendum esset, facile suppleretur, vox *Hebræorum* et majusculis litteris et adhibita interpunctione debuit a cæteris reparari, quod semel dixisse sufficiat.

(Ibid.) *Ex Ægypto Hebræorum gentis efficitur.... an. 40. Ab Ægypto suæ gentis regem eis in eremo tradit* Pi., L.,

(Ibid.) *Moses in Sina monte divino fruitur aspectu.* Exsulant a Fux. In cæteris ita vagantur, ut in Peta. ad an. 141 servitutis; in A., L., Pi., P., M. ad ann.

142; in Vi. et O., ut nos; in excusis ad ann. 2 Mosis. Coercuimus ad ann. 1 ejusdem; nam tertio mense post egressum ab Ægypto, legem Moses accepit in Sina. Exod. cap. XIX.

(181, VI.) *Hercules cognomento Desinaus.* In vulgatis legebatur *Desinas* : sed quia in iisdem secundo loco erat *Desinaus*, existimavimus posterius esse retinendum; maxime cum alii libri habeant ut plurimum, ultimam syllabam *us*. Hinc in P. et 2 Vati. *Desanatus* : in 3 Vati. *Desonaas* : in Pi. *Desanaos* : in A., L., M., Vi., O., Al., Sa., Fux., Fre., *Desanaus*: in So., Lo., Peta., Vincen., *Desinaus* : in Mar. *Dosenaus* et *Dosonaus* : in primis editionibus Ven. et Lut., cum prius sit *Desinas*, postea legitur *Desanaus* : in Fa. vero priori loco *Dephinas*, et scriptum est supra, *al. Desinaus*, et posteriori loco *Decanaus* : nec fuit facile dijudicare, quæ vox esset purior, cum inter tot cognomina, quibus fuit celebris Hercules, nullum reperiam, quod ad hoc aliquantulum accedat, præter unicum *Dorsanes* apud Hesychium et Arrianum : longius vero petitum crediderim, si ab altero illo epitheto Βοδοίναν derivaris : quod tamen viro doctissimo video utcumque probari, vel si a דשן *deschen*, manare dixeris, quæ vox Hebræis pinguem seu potentem significat. Nam fuisse epithetum Herculis, ut diceretur pollens et invictus, constat ex inscriptionibus Gruteri pag. 315.

(Ibid.) *Memoriam Cappadocibus. Memoriam a Cappadocibus.* Peta.

(Ibid.) *Eliensibus. Eliniensibus* A.; *Eliis* L., Pi.; *Elenensibus* M., V.; *Heliensibus* Peta.; *Ellenensibus* O., Vi.; *Deliis* Va. Nil tamen video, cur a lectione Vulgata dimoveamur. Cum enim non improbemus a voce Ἀθηναῖος derivari *Atheniensis;* cur non idem patiamur, ut ab Ἠλαῖος *Eliensis* efformetur. Sic enim plerique scriptores.

(183, II.) *Echitreus, Ethireus* A., M.; *Echyreus*, Fux. Prius exstat apud Vincen., Fre., *vel*, inquit Vincentius, *Eritreus* : hujus inter veteres nulli, aut pauci meminerunt, immo nec Pausanias, licet reges Sicyoniorum enumeret.

(183, III.) *Ab hoc loco* usque ad *an.* 480. Tota hæc sententia abest a Lo. et Fa.: adjecimus vocem *loco*, ex primis editionibus Lut., Ven., et ex ms. Pi., Vi., O., Fux., Peta., cum deessent in H., So., Pet., Ba. Porro locus assignatus his circa 1 ducatus Mosis, ne cum excusis, qui ad. an. 3 reposuere, laberemur : duces sese præbuerunt Pi., Vi., O., et ratio, quæ per annorum subductionem peti debuerat ab exitu Israel, ut docebimus, ad an. 4 Salomonis, licet in Peta. et Fux. sita sint ad an. 2, et in Lo. et Fa. deficiant.

(183, VI.) *Apollinis Delii templum*, etc. Cave ista eradas, quamvis proxime habeantur. Ita enim omnes libri; licet non omnes ita constanter ad eumdem annum reponant. Nam in Lo. et Fa. sedem habent ad annum 1 Amphictyonis : in Vi., O., ad an. 4; in Pi. ad an. 5; in Fux. ad annum 7; in Peta. ad annum 8 Cranai. Nos eo abripimur, quo frequens librorum numerus.

(Ibid.) *Ab Erisichthone.* Ita lego secutus Pi. et ipsum Euseb. lib. III de Præparat., cap. 3, ubi ὑπὸ Ἐρισίχθονος, et Pausaniam lib. I. Accedunt A., L., M., P., in quibus *Erisictone*, et Fux. *Erisicthone*. Olim legebatur *Erisisthone*, ut in H., B., So., Pet., vel *ab Erisistone* sine *h*, ut in Ven., Lut.; *ab Eristone*, ut in Fa. : *ab Erysictone*, ut in Peta.; *ab Erisictone*, ut in O., Vi. In Lo. hoc loco *ab Erithone*, et paulo post *ab Erisictone*. Post hæc verba *ab Erisicthone fabricatum* in M., L., Al., O., Vi., Pi., adjectum est *filio Cecropis;* sicut postea, dum idem repetitur, consentientibus omnibus exemplaribus : nec propterea codices accusandi, cum sæpe alias similis repetitio contingat, ut ante diximus.

(Ibid.) *Ædificatum. Fabricatum est*, A., Lo., O., Vi., Lod., P., L., Pi., Fux., Peta.

(185, III.) *Primus apud Hebræos*, etc. Exsulant a Fa. et Lo., sed in Vi. et O., posita sunt ad an. 4 ducatus Mosis : in Peta., Fux., Pi., L., A., ad an. 5; in re dubia reliquimus ad an. 6, ut olim.

(185, IV.) *Cherres.* Peta. *Cheridos* : Vi., O., *Acherres.*

(185, V). *Crothopus. Scrotopus* Pi.; in Lo. *Crothophus* ; in Peta., O., Vi., Fux., So., Sa., Al., *Crotopus* : sic Eusebius Græce lib. X de Præparat. cap. 3; nam interpres *Crotophus* : idem Pausan. lib. I et II, et Clemens lib. I Stromat. Κρότωπος; interpres Tatiani orat. contra Græc. *Crotopas* : de eodem vide superius.

(185, VI.) *Apud Athenas.* Deest in L., M., P., Lo., O., Vi., Pi., Fa., Peta. Sed est veritati consentaneum; hinc in Fux., *apud Athenienses.*

(Ibid.) *Nomen. Numen*, Fa.

(Ibid.) *Constituitur. Constitutum* in A., L., M., V., P., Lo., Ven., Lut., Fa., Peta., Fux.; *constitutus*, O., Vi.

(Ibid.) *Atheniensium II Cranaus.* Sic restituimus pro *Cranaus* IV *Atheniensium*, ut olim in B., H., So., Pet., secuti A., L., V., P., Al., Lo., Pi., Fa., Fux., O., Vi., Vincen., Mar., et primas editiones Ven., Lut.; et re vera si Cecrops fuit primus, ut jam dixit Eusebius, hic erit secundus, et juxta hanc correctionem, et ex fide eorumdem exemplarium in sequentibus regibus Atheniensium immutavimus numerum, ut qui dicebatur *V*, dicatur *III*; et qui *VI*, dicatur *IV*, et ita de cæteris, nec dissimulandum in P. legi *Cranius* pro *Cranaus*, et in Peta., Lo., M., Ven., Lut., Fa et Vincen., *Granaus.* Sed nihil hæc nos movent; familiare enim est veteribus libris ut *G* ponatur pro *C*, et e converso : Justinus lib. VII habet *Caranus.* Ab hoc *Cranao* poetæ vocant Athenienses *Cranaos*, et Pindarus Ἀθήνας Κραναάς. Hinc castigabis Fre. apud quem *Cradanus.*

(Ibid.) *Cranaus indigena vocata.* Absunt, ut dixi, ab L., Fux., Pi. Sed sunt in aliis exemplaribus et consona his, quæ tradit Pausanias lib. I, licet Stephanus lib. IV de Urbibus paulo diverse.

(Ibid.) *Apteras, Argonautas*, V.; sed mendum est manifestum.

(187, III.) *Moses in deserto.* Assignantur ut in vulgatis, anno 15 Mosis, in omnibus codicibus, præter Vi. et O., a quibus absunt.

(187. IV.) *Telegonus.* Prius cum aspiratione pingebatur hoc loco *Thelegonus ;* ea tamen omittenda visa est ad imitationem membranarum, et ipsorum vulgatorum paulo ante, sicut etiam apud Dionys. et Justin. lib. VII, dum ait, *regnasse fertur Telegonus pater Asteropæi*, licet ibi pro *Telegonus*, videatur legendum *Polegonus*, vel *Palegonus* ex Homero Iliad. φ :

Ἀστεροπαίῳ ἐπᾶλτο, κατακτάμεναι μενεαίνων,
Υἱεῖ Πηλεγόνος.

(Ibid.) *In Ægypto regnavit secunda, Telegonus Oris Pastoris filius septimus ab Io, et ab Inacho ; et illud Cranaus indigena ex cujus*, etc., usque *vocata.* Nil corruptius in toto opere. Nam primo in editis illa *In Ægypto regnavit secunda* omnino deerant, et statim post illa *Atheniensium* II *Cranaus an.* 9, et ad annum Cranai legebatur *Telegonus Oris Pastoris filius septimus ab Io et ab Inacho* : postea sequebatur nova sententia, *Cranaus indigena ex cujus*, etc. ; nec minus corrupte, in omnibus fere mss. Nam in A. ad illum annum primum Cranai, et post illa verba *Atheniensium*, etc., *Oris pastoris filius septimus ab Inacho*, sine his, *In Ægypto regnavit secunda Telegonus*, quasi significet Cranaum esse filium Oris : postea sequebatur ut altera sententia *Cranaus indigena*, etc., usque ad *vocata*. In Lo. ; *In Ægypto regnavit Telegonus*, idque ad an. 48 Cecropis : *Oris Pastoris filius cinbinaco* ad an. 1 Cranai, post illa *Atheniensium* II, etc. : hæc autem *Cranaus indigena*, etc., ad an. 3 Cranai : in O., Vi., Va., P., ad an. 1 Cranai, et post illa *Atheniensium*, habetur *Telegonus Oris Pastoris filius septimus ab Inacho :* deinde ut nova clausula *Cranaus indigena*, etc. : idem in Vat., nisi quod legatur *Telegonus Oris Pastoris filius et Io ab Inacho.* In L., Pi., sub columna Ægyptiorum ad an. 4 Cher-

res, qui respondet ad an. 49 Cecropis : *in Ægypto regnavit secunda Telegonus Horis Pastoris filius septimus ab Inacho;* illa *Cranaus indigena*, etc., desunt penitus : in O., Vi., ad an. 1 Cranai et an. 6 Acherres in columna historiæ : *In Ægypto regnavit Telegonus Oris Pastoris filius septimus ab Inacho Cranaus indigena ex cujus*, etc. In M., sub columna Ægyptiorum ad an. 4 Cherres : *In Ægypto regnavit secunda Telegonus Oris Pastoris filius*, et sub columna Atheniensium, ad an. 1 Cranai, et post illa *Atheniensium II*, etc., *septimus ab Inacho*, sequitur: *Cranaus indigena, ex cujus*, etc. In Peta., sub columna Ægyptiorum ad an. 5 Cherres : *in Ægypto regnavit Thelegonus* ; et sub columna Atheniensium ad an. 1 Cranai, et post illa *Atheniensium II*, *Cranaus an.* 9, sequitur ad an. 2 Cranai : *Oris Pastoris filius septimus ab Inacho Cranaus indigena*, etc., significans Cranum esse filium Oris : In Fux., in columna Ægyptiorum ad an. 5 Cherres : *In Ægypto regnavit Telegonus;* et ad an. 6, ut altera periodus, *secunda Ægypto regnavit Telegonus Horis Pastoris filius septimus ab Inacho :* illa autem *Cranaus indigena*, etc., desiderantur ut in Pi., L.; sed in Fa. et prima editione Venetiana, post illa *Atheniensium*, etc., legitur et ad an. 1 Cranai, *Oris Pastoris filius, et Oi ab Inacho*, sine voce *Telegonus :* postea ad an. 3 Cranai, *Cranaus indigena*, etc., et sine illis *in Ægypto regnavit secunda Telegonus* Marian. ad an. 2693 : *Argivorum Oris Pastoris filius septimus ab Inacho inventus est ;* postea ad an. 2694, ut nova sententia : *Argivorum Cranaus*, etc., *indigena*, usque *vocata*. Difficile fuit judicium facere ex antiquis auctoribus, tum quod de illo Telegono nil pene scribant, tum quod de Oro non minus fere inter se dissentiant. Nam Plinius *Horum* (sic enim scribit cum aspiratione lib. 30, cap. 15) Assyriorum regem facit; Diodor. lib. I, cap. 2, et lib. III, cap. 4, filium Isidis. Pausan. lib. II ; *Orum*, inquit, *in Trœsenia aiunt genitum, mihi tamen Ægyptiacum, non Græcum nomen esse videtur. At illum regnare dicunt*, etc. Herodor. lib. II ait inter deos, qui in Ægypto primi imperarunt, *postremum regnasse Osiris filium, quem Græci Apollinem nominant ;* Græca lingua est Dionysius, id est Liber. Quam omnem varietatem, ne chamæleon quidem, licet omnes colores induat, imitari posset : maluimus ergo sequi illos codices, qui et veritati, et sibi mutuo conformes videntur. Errorem autem inde manasse conjicio ex eo quod cum antiquitus tota historia obtineret primum locum seu columnam (ut licet adhuc cernere in Vi., O.), hæ duæ sententiæ se invicem sequebantur non distinctæ interpunctione, qua carent omnes fere libri mss. Quod autem una pertineret ad sextum annum Cherres regis Ægypti, et altera ad primum annum Cranai, qui erant sibi oppositi, indicabant diversi colores, sicut declarat Hieronymus in sua præfatione. Defectus ergo interpunctionis et colorum fecit, ut illæ sententiæ postea sic confusæ, et permixtæ fuerint ab ineptissimis librariis. Quod autem Eusebius *filium Telegonum Oris Pastoris* dixerit, id factum ad distinctionem aliorum ejusdem nominis, ut Telegoni filii Ulyssis, et Circes, de quo frequens mentio in fabulis poetarum. Sed si sermo sit, ut videtur, de Oro quem paulo ante regem Ægypti appellavit, qui fit ut Orus ille vocetur *Pastor*, cum multa ante dynastia Pastorum defecerit, nec is ad eam, imo ad illam quæ Diopolitanorum dicitur, annumeretur. Sed malo ab erudito lectore hæc excuti. Subjungo hoc tantum, non temere Cranaum ab Inacho septimum numerari ; nam si per reges Argivorum, regnum Cecropis computes, septimus rex reperitur post Inachum. At Telegonus multo excedit hunc numerum in regibus Ægyptiorum. Ex his autem omnibus conjicio, quo jure Julius Africanus, teste Eusebio lib. X de Præpar. cap. 3 affirmarit, *usque ad olympiadas nil exploratum in historia Græcorum inveniri, sed omnia confusis conscripta temporibus.*

(187, VI.) *Deucalionis filius*, etc. Hic stes velim, eum fluctuent libri in sede assignanda huic periodo. Nam A., L., Peta., Fux., Pi., O., Vi., circa annum 1 Amphictyonis collocant; in Fa. circa annum 7; in Lo. circa annum 8 Cranai. Tu habe fidem vulgatis, et majori membranarum numero.

(Ibid.) *Amphictyon.* Sic emendavimus pro *Amphitryon* ex A., P., 3 Vati., Vincen., et ex Clemen. lib. I Stromat., Pausan. lib. III, Apollodoro lib. I, Stephano de Urbibus, August. lib. XVIII de Civit. cap. 22, Orosio lib. I, cap. 9, emendato a Fabritio; nam antea legebatur *Amphitryon.* Nostræ lectioni est affinis illa O., Vi., Pi., *Amphictheon* ; L., *Amphicthon ;* Lo., *Amphicton ;* V., *Amphicthon* ; Fa., *Amphiteon ; Amphition*, Fre. Justinus vetus lib. II, habet antiquam lectionem, restitutus autem per Bongarsium *Amphictyon*. Cæterum posuimus numerum *tertius* pro *quintus*, et eadem ratione qua fecimus Cranaum secundum : quod similiter observabimus in sequentibus regibus Atheniensium.

(189, IV.) *Epaphus filius*, etc. Hæc periodus locum obtinuit in Peta., Fux., sub columna Atheniensium circa Amphyctionis nonum, e regione anni 15 Cherres : in Pi. vero et Fa. sub columna Ægyptiorum ad an. 10 Cherres : in O., Vi., demum, ad eumdem quidem annum ; sed ad quam columnam reduci debeat, minus certum, cum historia in unum conferta sit, et colorum varietatem non exprimat, qui distinctionis canonum seu columnarum habentur indices.

(Ibid.) *Filius Io et Iovis. Filius Ionis, et Jovis* A., Peta. ; *filius Jovis*, M., O., Vi., Ven., Mar., Pi.; *filius Io.* L., absque *et Jovis.* Vulgata lectio caret omni dubitatione, cum constet ex Apollodoro lib. II et aliis Io nupsisse Jovi, postquam nupsisset Telegono regi Ægypti, et procreasse ex Jove Epaphum, Epaphum vero uxorem habuisse Memphim Nini filiam, de cujus nomine Memphim urbem nominavit. Poterat tamen videri lectio illa, *filius Io*, sine *et Jovis*, magis germana Eusebio, quia prius dixerit Epaphum genitum ex Io et Telegono ; nihilominus prævaluit major numerus exemplarium.

(Ibid.). *Condidit, cum Ægypto secundæ regnaret. Condidit cum in Ægypto secunda regnaret*, Peta., L., Pi., A., Lo., Vi., O., Sa., sex Vati. At in Ven., H., B., Pet., Ba., corrupte legitur *secunde* sine diphthongo.

(Ibid.). *Armæus. Armaos* L., A., V., *Armæus* Lo., vel *Armus*, licet littera *u* non sit bene formata : *Armais* Peta., Fa., Fux., Mar., Pi., Sa.; sic et Josephus ex Manethone lib. I, contra Apion. *Armabis.* Al. *Armagis* Vi., O. et Vincen. Verum in rebus peregrinis, et quasi fictitiis parum interest quid seligas.

(191, IV.) *Cath filius Trismegisti floruit.* Absunt ab L., A., P., Lo., Pi., Peta. et 3 Vati.; sed in Vi., O., ad an. Remessis 24, legitur *his temporibus Tat filius Hermetis Trismegisti fuisse dignoscitur.*

(191, V.) *Argis. Stenelus an.* 11 *Castoris de Argivorum principibus*, etc., usque *primo regnante Atreo.* Locus erat corruptus et perturbatus, cum prius hæc verba *Castoris de Argivorum principibus*, sine ullo sensu transposita essent ante illa, *Argis Stenelus* (seu *Stelenus*), ut ante, et legeretur *Argivorum Stenelus Castoris de Argivorum principibus Stenelus IX. Argis an.* 14, mox sequebatur *cum Stenelum Danaus* etc. Sed secuti sumus codd. A., L., Pi., ut illa *cum Stenelum* et usque *regnante Atreo*, sint verba Castoris antiqui scriptoris, quem sæpe citat Eusebius : ita ut post vocem *Castoris* subintelligenda sit vox, *verba* vel *testimonium :* quasi dicat, *hæc sunt verba Castoris de Argivorum principibus cum Stenelum*, etc.; vox autem *Argivorum* erat omnino superflua, aut delenda erat altera *Argis.* Porro vox sequens *Stenelus* bis erat repetita ex eo quod olim, cum tota historia contineretur certa columna, vox illa simplex *Stenelus* erat in canone regum Argivorum post numerum 21 qui est ultimus regni Crothopi, et ante illum numerum 1, qui est primus regni *Steneli.* Cætera Arg

*Stenelus IX, an.* 11, erant in columna historiæ, ut adhuc cernere licet in O., Vi. Sed cum historia quæque fuit in suum canonem traducta, utrumque retinuerunt sine judicio; ideo alterum delendum fuit; consule superiora. Ad evitandam amphibologiam omnem notanda duo, primum quidem duos esse, qui appellatione hac admodum sunt vicini, quorum alter rex Argivorum, alter Mycenarum, de quo antea vulgati circa an. 715, sicut videre licet in notis; secundo illam vocem *Stenelus* incredibili varietate in membranis et libris excusis efferri. Nam primæ editiones Ven. et Lut. modo *Stellantus* ut hoc loco, quod idem habent chirographi S., V., Va., et is quem citat Loaisa in chronicon Isidori, nisi quod habeat aspirationem: modo *Stelenus* ut circa annum Abrahæ 532, in O., Vi., P., A., L., M., Pi., Peta., Fa., Sa., et tribus mss. Fab., primo loco *Sthenelantus*, secundo vero *Stenelus*, vel *Stelenus*, servata ferme eadem utrobique orthographia. In Lo. et Al. priori loco *Thelantus*, posteriori *Stenelus*. In Fux. illic *Sytenelantus*, hic *Stenelus* (ut etiam Fre.), modo per *h*, modo absque *h*; editiones Basilienses, et Sonniana habent utrobique *Stelenus*. Variant etiam auctores; nam Clemens lib. I Stromat., Pausanias lib. II, *Sthenelas*; sic Orosius restitutus lib. I, cap. 11, veius vero *Stelenus*. At Euseb. X. de Præparat. cap. 3, Σθένελος quod interpres reddit *Sthenalus*, Tatianus oratione contra Græcos *Stelanus*: non est negligendum servari non *le*, sed *ne*, syllabam mediam ut plurimum: quæ varietas minus mira videri debet, cum jam tempore Augustini grassari cœpisset: is enim lib. XVIII de Civit., cap. 8: *Rex*, inquit, *Argivorum nonus Sthelenas, sive Stheneleus, sive Sthenelus, varie quippe in diversis auctoribus invenitur*. Si quid ergo statui posse videtur, quo alter ab altero dignoscatur, vocato nobiscum illum quidem *Stelenum*, hunc vero *Stenelum*; neque tamen contendo utrumque aliquando confundi apud Pausaniam, Strabonem, Homerum, Aristotelem et alios bonos auctores, et apud illos modo cum *h*, modo sine aspiratione: quod si veritatem originis spectes, *Sthenelaus* potius scribendum quasi σθένος λάου, robur populi. Porro tota illa periodus non ita certa est in chirographis. Nam in Peta. non exstat, sed in Vi., O., ad annum 8 Steneli revocatur; in Pi. ad annum 1, in Fux. ad an. 4, in Fa. et Lo. ad annum 20 Crothopi; quos imitantur excusi. Sed quid est cur de anno tantopere simus solliciti?

(191, VI.) *Erichthonius*. In Lo., *Irictonihus*; in L., *Mericthonius*; in V., Pi., *Erithonius*; in Fre., *Fricthonius*; in O., Vi., Fa., Peta. et apud Vincen., *Erictonius*; absque controversia tamen primum magis probandum. Nam præter cæteros mss. et primos editos Ven. et Lut., in quibus ita reperitur, sic scribunt Hieronymus lib. I adversus Jovin., Pausanias lib. I, Isocrates in laudatione Helenæ, Apollodorus, Virgilius, Ovidius, Isidorus, et August. lib. XVIII de Civit. cap. 12, qui, ut plurimum, sequitur Eusebii chronicon. At Plinius lib. VII, cap. 56, *Erchitonius* per unicam aspirationem.

(Ibid.) *Semeles*. *Semelæ* tam hic quam in aliis locis in A., L., P., Peta.; *Semele*, V., P., Lo., Fa., Fux., Ven., Lut., O., Vi. Sed lectio nostra est Horatii Ode 19, et aliorum: utrumque est in usu.

(Ibid.) *Homero Erechtheus*. Placuit hæc scribendi ratio potius quam antiqua *Eritheus*, tum quia sic docuerunt O., Vi., a quibus non longe *Eretheus* Lo., Fa.; *Erictous* Pi., *Erecteus* Peta., *Ericheus* Fux., tum quia apud Homerum II Iliad. δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος ubi genitivus Ionicus a nominativo Ἐρεχθεύς; sic habet Pausanias lib. II; incuria typographi posthabuit nostram emendationem, cum retinuit *Eritheus*.

(191, IV.) *Filium Steneli*. Quare *Steneli* potius quam ut olim *Steleni*, et idem in sequentibus, vide quæ de his supra notavimus pag. 40.

(Ibid.) *Pelopidæ*. In Fa., Fux., *Pelopide*; in L., Pi., *Pelidæ*; sed vitiose. Nam Atreus et Thyestes fuerunt filii Pelopis, teste Apollodoro lib. II, et aliis.

(Ibid.) *Primo regnante Atreo*. Desunt hæc verba in L., Pi., sed exstant in aliis: posuimus vero *Atreo* pro *Atteo*, ut erat in Ven., H.; vel *Attæo*, ut in aliis editionibus Ba., So.; vel *Acræo*, ut in Al.; vel *Atræo*, ut in A., P., quinque Vati. Secuti sumus O., Vi., Peta., Lo., Fux. et Pausan. lib. II, et quia idem auctor lib. X de Præparat. cap. 3, et inferius consentientibus exemplarib.

(193, I.) *Amyntas*. *Amintes*, Peta., Fux., Lo.; Pi., O., Vi., *Amyntes*; Cassiod. et Jornan., *Aminthes*; Fa., *Anintes*; Vincen., *Amnites*; verum prius receptius est, ut videre est apud Cyrillum lib. I contra Julianum, et alios.

(193, IV.) *Remesses*. *Mermesses*, Fux.; *Ramesses*, Cyrillus lib. I contra Julia.; *Remessi*, Pi.

(Ibid.) *Qui et Ægyptus*. Sic pro *qui et Ægyptius* ut olim, ex L., O., A., Vi., Fux., et ex ipso auctore paulo post. Desunt tamen in Pi.

(Ibid.) *Ægyptus quæ prius Aeria*. Pro *Aeria* in L. *Eria*, ut etiam Mar.; *Erial*. O., Vi.; *Aerea* Isidor. lib. XIV; Orig. c. 3. Sed alia exemplaria *Aeria*, ut etiam apud Diodor. lib. I, Gellium lib. XIV, cap. 6. In Peta. abest *quæ prius*.

(Ibid.) *Dicebatur ab Ægypto*. Sic nos secuti A., Lo., L., P., O., Vi., Pi., cum antea *legeretur*, *dicebatur ab Ægyptio*.

(Ibid.) *Ab Ægypto tunc ibi regnante*. *Ab Ægypto rege* Pi. At in Fux. A., Peta., Lo., P., pro *ibi*, legitur *sibi*, sed sensus eodem recidit.

(Ibid.) *Cui datum est regnum, ejecto Danao*. Hæc non sunt in 4 Vati., A., P., Fa., Fux., Lo., Pi., O., Vi., L., M., Mar., Peta., sed tamen sunt consona veritati historiæ.

(193, VI.) *Arcas*. *Archas*, Peta., Fa., Vi., O.; *Arcus*, Fux. Scriptura vulgata est Pausaniæ lib. VIII.

(Ibid.) *Callistonis*. *Calisto*, Lo., Vi., O., Peta.; *Callestonis*, Pi.; Fre. et alia mss. sequuntur vulgatam: quibus consentit Pausanias, dum hanc historiam explicat lib. VIII.

(195, III). *Constituitur Jesus*. Unus omnium codicum consensus, ut scribendum proponant *Jesus* vice *Josue*, ut vulgus; quin et Septuaginta, evangelistæ, et apostoli Act. VII, Hebr. IV. Immo et veritas Hebraica Neemiæ VIII, versu 17, et antiqui Patres non sine mysterio incredibili, ut sic Josue dux populi adumbrare intelligeretur Christi gesta, quem nomine referebat; et ut is Hebræos in terram sanctam introduxerat, sic futurum ut Christus pios cœlo restitueret, et alia id genus quæ ad redemptionem generis humani pertinent.

(195, V.) *Regnavit Gelanor*. In V., *Galaton*; in Mar., *Genalor*; in P., *Gelanos*; in H., B., So., Pet., *Gelenor*. Nos maluimus sequi A., Lo., L., O., Vi., Sa., Fux., Ven., Lut., Pi., Peta., Fa., ut etiam Pausan. lib. II, et Plutarch. in Pyrrho, et alios plures.

(Ibid.) *Danao tradiderunt*. In Lo., L., Peta., *Dardano tradiderunt*; in P. utrumque; in Pi., *Dardanio tradiderunt*; in Fux., *Danaoque regnum suum crediderunt*; sed in illis mendum apparet manifestum ex ipso contextu et Pausania lib. II, itemque ex Strabon. lib. V, et Oros. lib. I, cap. 11.

(Ibid.) *Vindicavit*. *Vendicavit* Fux., Vi., O.

(Ibid.) *Expulsus Ægypto*. In M., O., Vi., *expulso fratre Egisto*; in Pi., *expulso Ægypto*. Vulgata lectio est sine dubio retinenda. Nam idem est cum eo, quod prius dixerat, Danaum ejectum fuisse ab Ægypto: et tantum abest, ut Danaus expulerit fratrem, quin a fratre expulsus; cujus nomen erat Ægyptus, seu etiam Ægyptus: sed diserte hoc Scholiastes Apollonii in lib. I Argonautar., ubi agens de conditore navis, Argos Ἄλλοι δέ λέγουσι Δαναὸν διωκόμενον ὑπὸ Αἰγύπτου πρῶτον κατασκευάσαι.

(Ibid.) *Erichthonius primus quadrigam junxit*. Qua-

*drigam invexit* Lo., sed prior lectio est aliorum exemplarium, et Tertulliani lib. de Spectacul., Comestoris ex Eusebio, et Virgilii III Georgic. :

Primus Erichthonius currus, et quattuor ausus
Jungere equos, rapidusque rotis insistere victor.

Quibus convenit Plinius lib. VII, cap. 56. Hac de re vide supra. Jam vero hæc reduximus ad an. 4 Danai, secuti Lo., Fa., Peta., Fux., Pi. Nam licet in tribus posterioribus sit sub columna Atheniensium, idque ad annum 17 Erichthonii, nihilominus cum simul concurrant annus 17 Erichthonii, et 4 Danai; præterea cum columna Atheniensium, ad quam jure hæc pertinebant, plura hic non caperet, ad viciniorem fuit recurrendum. Rursus quamvis in O., Vi., columna dignosci nequeat, omnia in unum congesta cum sint, opponuntur certe anno 13 Erichthonii, qui ultimo Steneli respondet.

(195, VI.) *Orithyia*. In O., Vi., Ven., Lut., Fa., Vincen., *Orithia*, et passim apud Herodotum, et alios per *i* finale, sine *y* : aliquando per *y*, ut apud Justin. lib. X; in tribus Vatican. *Orinthia*. Consultius tamen visum est antiquam orthographiam retinere cum utroque *y* et *i*, tum quia ita tam cæteri editi, quam chirographi, tum quia sic exstat apud Stephan. de Urbibus, Cicero. lib. III Tuscul., Pausan. lib. I, Strabon. lib. VII Ὠρειθυῖα, Oros. lib. I et alios quamplurimos : Plato in Phæd. scribit *Orithya*, Ovid. libr. VI Metamorph., Apollodor. lib. III, Apollonius ejusdem Scholiastes in I Argonaut. Nam diphthongus Græcorum υι exprimitur a Latinis per *y* et *i*.

(Ibid.) *Orithyia Erechthei, qui et Erichthonius dictus est, a Borea Thrace rapitur*. Non dubito esse delenda, quod absint ab L., P., M., Lo., Pi., O., Vi., Fux., Peta., quinque Vati., et quod legantur circa annum 608. Tamen quia exstant in aliis chirographis et ad oram Vat. et Fa. ad annum 11 Erichthonii, licet in posteriori supra scriptum sit *in alio codice hæc* (scilicet *Orithyia*, etc., *usque in Libya* ædificata est) *anno* (Erichthonii) 15 *incipiunt*, liberum fuerit lectori retinere, et ubi voluerit, collocare. Nam cum fabulosa sint, quo minus certa, minus certum habent situm.

(Ibid.) *A Borea Thrace*. Sic juxta sequentia ad annum 528, et ex Al. et Vincen. pro *arborea trace*, ut in Ven., Lut., Fa., vel *Borea trace*, ut in aliis editis : et nostra lectio confirmatur ex sequentibus circa annum Abraham 630. Unde nullus improbarit, quod ita diviserimus, in duo nomina, et cum aspiratione scripserimus, maxime qui legerit Ovidium locis citatis, Pausaniam loco superiori, et passim Strabonem, Solinum, Melam, Apollonium et ejusdem Scholiastem lib. I. Argonaut. ubi fuse hæc, et alios plures scriptores. Nam quod Boreas dictus sit Thrax a patria Thracia, nemo nescit.

(Ibid.) *Triptolemus longa navi Eleusin veniens ibi frumenta distribuit*. Hæc non minus sunt suspecta, cum iisdem verbis repetantur circa ann. 604, eaque rejecerint libri manu exarati supra citati; nihilominus quia editorum vetustissimi ea habent cum aliquot mss., antiquitatis commendatio deleri prohibuit.

(197, III.) *Continent annos* 3730. Pro 3730 legitur in Al. 3738, in Fux. 3830. Sed male, ut constat tum ex aliis exemplaribus, tum ex Contracto, Adone, et Beda, qui eadem ex Eusebio referunt. Adde quod si annos ab Abraham 545 addideris ad 3184, qui præcesserunt, fient usque ad primum annum Josue 3730.

(Ibid.) *Principium quinquagesimi primi jubilæi*, etc. Horum varius est situs pro varietate codicum. Nam in Pi., L., collocantur ad annum 40 Mosis et ab Abraham 545; in Vi., O., Fux. et Peta. ad annum 1 *Jesus* seu *Josue*, qui est ab Abraham 546, et ita pridem legisse se testantur in Chronicis Eusebii Beda, Ado, Marianus, et Contractus : in Lo. ad annum 5 ejusdem Josue, vulgati vero ad annum 7 reposuere, qui est ab Abraham annus 552. Nos circa sextum Josue disposuimus, quia ille annus concurrit cum quinquagesimo primo anno ab Abraham. Etenim si initium quadragesimi primi jubilæi (nam illius situs videtur fundamentum et ordo cæterorum) incidit in annum 51 Abraham, ut superius demonstratum, et 50 jubilæum in annum 501, immo etiam annus 835 secundum Eusebium, et secundum Hebræos concurrit cum anno captæ Trojæ; ergo principium jubilæi quinquagesimi in 551. Hoc certius est, quam ut probari debeat. Econtrario si constitueris ejus initium ad annum 1 Josue, oporteret initium 41 jubilæi incidisse in annum 46 Abraham : ut etiam si initium 81 jubilæi concurrit cum 31 anno Christi, necesse est 51 jubilæum incidere in primum Josue. Nec tamen adversabor, quin aliquo modo defendi queat situs hujus jubilæi ad an. I Josue; fieri enim potest ut illi veteres Hebræi aliter quam Eusebius terminarint seu dimensi fuerint annos Abrahami, Isaaci, Jacobi, Josephi, et servitutis Mosis : ex quibus ille subducit summam 545 usque ad primum Josue. Idem dicendum de annis ducum seu judicum a Josue usque ad supradictum annum 835 : sic tamen ut tandem circa illum annum Hebræi convenirent cum computo Græcorum, et Latinorum. Adde quod diversa erit ratio anni Hebræorum, ab anno aliarum gentium; sicut notant ex Africano Hieronymus in Daniel. IX, et ante eum Eusebius lib. VIII de Demonst. cap. 2, dum aiunt 475 annos Romanos, et solares facere annos Hebraicos 490. His tamen omnibus superiores rationes potiores visæ sunt.

(197, IV.) *Busiris Neptuni*. Rei non certæ incertus situs, Nam in Pi., L., Fa. et Lo. constituuntur in serie Ægyptiorum : ita tamen ut in Pi., L., Vi., O. sint ad annum 12 Remesses; in Fa. ad annum 19, in Lo. ad annum 31. At in Peta. et Fux. sub columna Atheniensium; in Peta. quidem ad annum 29 Erichthonii, in Fux. ad annum 30, qui opponitur 26 Remesses; in editis ad an. 20, quos sequimur. Quid vero alii chirographi, pendet a meis prioribus curis, quæ quia perierunt, periit memoria. Cæterum ubique *Busiris* proponitur per *i*, præterquam in Fux., ubi *Busyris*, ut apud Virgilium, Senecam, Ovidium et poetas, sed vulgata scriptura est Plutarchi, Plinii, Strabonis, et aliorum.

(197, VI.) *Proserpinam rapuit Orcus Molossorum rex*. Licet hæc absint ab iisdem chirographis et exstent iisdem verbis repetita circa annum 620, quominus tamen expungeremus, prohibuerunt nonnulli manuscripti libri, ac præterea editi omnes, et ipsa lex, quam nobis diximus, ut nil nisi quod penitus absurdum, deleremus. In Va., Ven., Lut., *Molopsorum;* in Fa. *Molopxorum;* sed quam mendose, norunt, qui vel tantillum apud geographos et historicos sunt versati : accedit consensus aliorum exemplarium hic, ad annum 623.

(Ibid.) *Perseus occidit Gorgonem*. Idem de his esto judicium, ut licet videantur eradenda iisdem de causis, propter rationes tamen jam dictas retinenda fuerunt. Plura de hac re apud Diodorum lib. III c. 4, Pausan. lib. II, et Strabon. lib. VII.

(Ibid.) *Dionysius Nysam*, etc., *in India condidit et a suo nomine eam sic appellavit*. Isthæc non secus ac tres notæ superiores, amovenda essent. Nam exsulant ab iisdem mss., et iterum leguntur circa 685, pag. 59; verum cum reclament editi et Vat. eorumque lectio recepta sit, nefas nos ea rejicere : non celabo in Vat. legi *in Achaia*, pro *in India*, sed perperam. Nam licet inveniantur decem Nysæ (seu Nyssæ ut apud Stephanum, Arrianum, Melam et alios), nulla tamen est in Achaia. Quando autem mentio sit urbis Nysæ sine addito, semper est intelligenda Nysa Indiæ.

(Ibid.) *Cyrene in Libya ædificata est*. Iterantur hæc ad ann. 68, et circa olympiad. 4; quominus tamen eraderemus, prohibuit novitatis odium et rationes præcedentes.

(Ibid.) *Libya*. Vulgares habent *Lybia*. Observandum sæpius in hoc libro vocem hanc oberrare veste varia. Nam modo *Lybia*, modo *Libya*, nonnumquam etiam *Libia*, prout variant non solum mss. sed et editi. Hæc varietas dedit nobis ansam, ut quod magis probaremus, eligeremus. Placuit ergo præ cæteris *Libya*. Nam præterquam quod sæpius reperitur tam in vulgatis, quam in mss. aliorum scriptorum auctoritas id a nobis obtinuit, qui ita exhibent ut Thucydides, Plutarchus, Plinius, Pausanias, Seneca, Diodorus, Strabo, Ptolemæus, Stephanus, Virgilius, Solinus, Justinus, Hieronymus, Socrates, Augustinus, Orosius, Marianus, Statius, Seneca, Ælianus, Lucianus, Claudianus, Manilius, Horatius, et alii : sed præcipue quia ita Judith III, Ezech. XXX, Dan. XI, Act. II, et alibi passim; et fuit necesse auctorem sibi ubique constare. Nam erat corrigendus vel hoc loco vel in sequentibus. Non ibo tamen inficias, quin alterum bonos auctores habeat patronos, immo eos ipsos, quos citavimus, qui nonnumquam, licet raro, *per y* scribunt in prima syllaba. Notaveramus autem sic legendum *Libya*, sed excidit librario, unde numerabimus inter errata.

(199, III.) *Jesus successor Mosis terram Palæstinorum Judææ genti sorte distribuit*. Quam sit necessaria ratio anni a partitione terræ Sanctæ, nemo est qui ignoret; ideo hæc paucis sunt examinanda. Excluduntur quidem ab O., Vi., sed in cæteris varias sedes occupant. Nam in vulgatis, ut etiam in Lo. et Fa. reponuntur ad an. IX Josue : in Pi., Peta., Fux., Mar., ad an. 10. Quid alii libri, videant ii, qui priores meas observationes retinent : licet non adeo sit facile judicare certo ad quem annum reduci debeant. Cum Scriptura nil certi definiat, tamen ut præmonuimus, colligi potest ex Levit. XXV, et jubilæum Mosaicum, et terræ Sanctæ partitionem idem habuisse anni initium. Præterea certum est ex Josue XIV, post annos 45 a terra explorata, accidisse illam partitionem. At si exploratores missi sunt an. 2 exitus ab Ægypto, ut etiam colligi potest ex Num. XIII et XXXII, et Deuter. I, ergo merito illa partitio assignanda videretur, si faverent libri, eidem anno VI Josue, quo auctor initium sui jubilæi chronologici constituit : unde non dubito quin et tunc deinceps concurrant hujusmodi jubilæi cum Mosaicis; immo spatia illa, seu interstitia annorum 50, quæ præcesserunt ab orbe, non ob aliam causam ab Hebræis nomine jubilæi appellata videntur, quam propter hunc annum, qui efficit ut partitio temporum præcedentium fiat congrue per quinquagesimos, centenos et millenarios completos.

(199, V.) *In Creta regnavit Lapis*. Pro *Lapis* in Al. *Apis*; in Fux., Lut., Vi., O., *Japis*; in Peta., Pi., L., *Lappis*. Sed quia video alios codices convenire in veteri lectione, non dubito esse mendum in his: *de illo* rege nulla memoria veteres.

(199, VI.) *Danaus per* 50 *filias*, etc. Vaga est horum sedes. Nam in Pi. circa primum annum Danai: in O., Vi., ad annum 9 Steneli : in Fa. ad annum 18 Erichthonii : in Lo. ad annum 20 : in Peta, ad annum 21.

(Ibid.) *Filius Ægypti fratris*. Nemo est qui non probet, quod loco *Egisti*, recensuerimus *Ægypti*, juxta Lo., Pi., Mar., et Orosium lib. I, cap. 11. Licet enim plures codices habeant prius, tamen cum idem ex utroque nomine appellaretur, ut videre licet apud Ovidium lib. III de Ponto, apud Josephum lib. I contra Apionem, apud Pausaniam lib. II, Apollodorum lib. II, Theopompum lib. III, et alios plures; ex altero autem ut communiori ortum proverbium *Ægypti nuptiæ*, et auctor regnum illius hic referens non semel vocet *Ægyptum*, non *Egistum*; verisimile est in eadem appellatione, ne quam dubitandi causam præberet, constanter perseverasse.

(Ibid.) *Evadente solo Lynceo*. Pro *Lynceo* in Lo. *Lynteo* : in Fux. *Lintheo* : in Pet. *Lincheo* : in Vi., O., *Lino*, et licet plerique auctores hunc *Linum* vo-

A cent, Eusebius tamen communiori omnium codicum suffragio, et lib. IX de Præparat. cap. 3, Λύγκεον nominat : idem Clemens lib. I Stromat., Pausan. lib. II, et plerique alii.

(201, II.) *Chorax*. O., Vi., *Choras*.

(201, VI.) *Liber pater*, etc., *magis propter furorem, quam propter virtutem*. Desiderantur in A., P., 4 Vati., Lo., L., Peta., Fux., M., Pi., O., Vi., sed leguntur in margine codicum V., Va. et Fa., excepta voce *magis*, quæ item desideratur in Vatic. His consequenter adjungitur in Fa. : *Bache propter furorem quam propter virtutem alii dicunt*, idque litteris minusculis, ut argumento sit esse supposititia, præter vocem *Bache* (errorem in orthographia advertis), unde amandanda hinc videntur, cum auctor membranarum omnium consensu, nativitatem Liberi patris circa annum 627 referat.

(Ibid.) *Perseus cum uxore Andromacha rapti in cœlum sunt*. Desunt in iisdem mss., unde explodenda

B judicabis : verum cum fabulis poetarum non adversentur, illæsa maneant.

(Ibid.) *Andromachæ*. Libenter correxissem *Andromeda*, si adjutus fuissem ab aliquo exemplari. Nam Vulgare est poetas finxisse Cepheum ad placandam Neptuni iram, filiam ad scopulum catenis alligatam ceto devorandam exposuisse, sed demum a Perseo liberatam : quo alludit Propertius :

Non hic Andromedæ resonant pro matre catenæ.

Sic etiam Herodotus lib. 7 : *Postquam Perseus Danaes et Jovis filius ad Cepheum Beli filium commeavit et Andromedam ejus filiam duxit uxorem*, etc. Sic eam vocant Stephanus in voce χαλδαῖοι, et scholiastes Apollonii, August. in lib. XVIII de Civit. cap. 13, Solinus, Ovidius, Suidas in Perseo; Mela lib. I, cap. 11; Strabo lib. XVI; Plinius lib. IX, cap. 5, et lib. XXXV, cap. 11, et alii quamplurimi. Sed, quod præcipuum est, ipse Hieronymus in Jonam cap. 1.

(203, III.) *Gothoniel*. *Othoniel* in Al., Mar., So. et

C Judic. III, juxta Hebraicam, et nostram vulgatam editionem : verum si LXX Interpretes (quos sine dubio sequitur Eusebius) consulas, *Gothoniel* dices cum vulgatis et aliis mss. Nam tum editio 70 Romana, tum Complutensis et Antuerpiensis, id est, correctiores Γοθονιήλ legunt, immo et Eusebius Græcus lib. X de Præparat. cap. 5, ut proinde non possim laudare interpretem, qui ibi vertit *Othoniel*.

(203, V.) *Bithynia* usque *puniceus*. Desiderantur hæc in A., L., Pi., Vi., O., Lo., Peta., Fux., 3 Vati. Sed collocantur in P. paulo post ad an. 14 Lyncei regis: leguntur autem in margine V.

(203, VI.) *Templum Delphis magnum*, etc. Vox *magnum* deest in Lo., Ven., Vi., O., Pi. et Peta. Idem in Fux. et ejus loco ponitur *Apollinis*. Cæterum omnia hæc conservavimus ad an. 37 Erichthonii, ne dissentire videremur tum a vulgatis, tum a scriptis Lo., Pi., L.; neque enim cæteri omnes conveniunt. Nam in Fux. ad annum 34, in Fa. ad an.

D 36; in O., Vi., et Peta., ad an. 38. Ex aliis scriptoribus nil certi potest colligi.

(Ibid.) *Phlegiæ incensum*. Habeo gratiam optimis illis membranis Pi., V., L., A., et primo omnium excuso Venetiis, quod in restituendo hoc loco juverint. Antea enim *a Phlegra incensum* legebas : et licet non ita omnes, confirmor tamen maxime, cum non omnino dissentiat. Nam *a Phlægia* A., *a Flegio* Lut., *a Plegio* Fa.; *a Phlegio* Vatican., Fre.; *a Plecyo* Lo., *a Plegeto* Peta., *Floegeto* M., *Pletyo* Fux., *a Flegia* 3 Vatic. Adde quod Pausan., lib. II et 10, et alii templum illud Apollinis a *Phlegya* incensum scribant, unde Virgil. lib. VI Æneidos,

Phlegiasque miserrimus omnes.

Fuerat animus reponere *y*, pro *i*, cum ita passim occurrat apud Virgilium, Pausaniam et alios, sed obstiterunt chirographi et editi.

(Ibid.) *In Creta regnavit Asterius*. *In Græcia reg-*

*navit Asterius*, Peta. Sed quam inepte, cum consequenter vocetur *Cretensium rex;* sicut facit Diodorus lib. v. Tamen Augustin. lib. xviii, cap. 12 de Civit. nominat eum *Xanthum*, *cujus tamen*, inquit, *apud alios aliud nomen invenimus* : hunc porro ad annum 40 Erichthonii reduximus, cum antea ad 39 editi revocassent; sic enim Lo., Pi., O., Vi., a quibus non longe absunt A. et Peta., qui ad 34, Fux. ad 37, Fa. ad 38. Sed in re minus certa, quid certi de anno statui possit?

(206, vi.) *Rhadamanthum*. *Radamantum* Peta., Pi., Vi., O., Lo.; *Rhadamantum* Fa. Unumquodque est in usu apud bonos auctores, sed vulgatum est receptius.

(205, i.) *Belochus*. Sic emendavimus ex L., A., P., Lo., Cassiodor. et Mar., et supra pag. 30, pro *Belothus*, ut in editis, vel *Belochus* ut in Peta., Pi., Fa., vel *Bolocus*, ut in O., Vi., vel *Bolotus*, ut in Vincent., vel *Belogus* ut in Fux., vel *Bellothus*, ut in Ven. et Lut. : alioqui divisim legunt *Bel Ochus*, de quibus supra. Verum quoniam mss. et auctores citati legunt conjunctim, non potuimus ab illis dissentire; Jornandes retinet veterem lectionem.

(Ibid.) *Hujus filia Actosa*. In O., M., et Vi., pro *Actosa* legis *Iosa :* in So. *Actola :* in Lo., Fa., 3 Vati., Peta. *Attosa :* in Pi. *a Tossa :* in Fre. *Tosa ;* in 3 Vati. *Atossa :* in A., L., V., P., Mar., non exstant *ista hujus filia Actosa, quæ et Semiramis, regnat cum patre an*, 7. Sed in O., Vi., pro *an*. 7 legitur *an*. 12.

(205, iii.) *Gothonielis temporibus secundum*, etc. Prius legebatur *Gothonielis temporibus Aoth secundum*, etc. ; expunximus autem *Aoth*, secuti A., L., V., Peta., Fux., sex Vaticanos, Lo., Vi., O., Pi., nisi quod in Vi. et O. *temporibus Gothoniel, qui Hebræorum primus judex ex tribu Judæ fuit. Primus judex Gothoniel annis* 40 : in Pi. *temporibus in Gothoniel secundum Judæorum traditionem :* in Fux. *qui conjunguntur temporibus Gothoniel secundum Judæorum traditiones*. Suspicor hic additam vocem *Aoth*, non aliunde nisi quod cum eadem verba sequenti pagina haberentur, *temporibus Aoth secundum Judæorum traditiones*, sententiarum similitudine deceptus librarius, inde huc transtulit, ut sæpius descriptoribus contingit : movit hanc suspicionem, eo quod ista omnia *Aoth secundum Judæorum traditiones*, desiderentur in A., L., Lo., O., Vi., Pi., Fa., et 3 Vati.

(Ibid.) *Apud Judæos pontificatum suscepit Phines*. Hæc adjecimus ad an. 7. Gothonielis, secuti A., Pi., Al., L., Fux., O., Vi., Peta., licet Peta. ponat ad an. 9.

(205, vi.) *Hypermnestra*. In L., A., M., Vi., O., Pi., Lo., Peta., Fre., 5 Vati. *Hypermestra* sublato *n : Hypermestria* in Ven., *Hispermestra* in Lut. Desunt in Fa. Verum non est rejicienda nostra lectio. Nam præterquam quod exstat supra et in cæteris mss. et aliis impressis, ita habet Pausanias passim in Corinth., Apollodor. lib. ii, et Ovidius, inter cujus opera exstat epistola 14 ad Linum, seu potius Lynceum ejus maritum,

Mittit Hypermnestra de tot modo fratribus, uni.

(Ibid.) *Hypermnestra Danai filia*. Ad latus horum verborum in columna Argivorum sub ann. 35 Danai, qui respondet anno 43 Amphictyonis, hæc erant adjuncta in omnibus impressis, *Ephyra, quæ nunc Corinthus, a Sisypho condita est :* Item, *Ea quæ de Hypermnestra, quam Isidem Ægyptiorum deam vocant et quæ de Danae, ex qua Perseus natus, dicuntur his sunt gesta temporibus ;* tamen non dubitavimus delenda, cum desint hoc loco in V., Va., Lo., Vi., L., Pi., Fa., Peta., Fux., nisi quod in V., Va., legatur solum *ea quæ de Hypermnestra quam Isidem Ægyptiorum deam vocant :* præsertim quod eadem reperiantur post annos circiter viginti, ut videre licet : præter quam quod pro *Hypermnestra*, legitur *Demetra*, et merito. Nam nusquam, credo, reperies Hypermnestram vocatam Isidem, sicut de Demetra legitur.

(Ibid.) *Pandion filius*, etc. Hæc reposuimus in an. 1 Pandionis ex A., P., L., M., Fux., V., Vi., Pi., O., cum antea in impressis legerentur ad an. 44 Erichthonii, et in Lo. ad 46 an. ; in Fa. ad an. 43, *Pandion* autem a nobis retentum, licet in Pi. *Pandon:* in Vi., O., *post* 40 *Atheniensium*.

(Ibid.) *Raptus Europa*. In O., Vi., et Pi. : *Hoc tempore rapta Europa ;* vulgati et Fa. quos sequimur in re minus certa, constituunt ad an. 3 Pandionis : Lo. ad an. 4 ; Peta. ad an. 5; Pi. ad an. 6; O., Vi. ad an. 8 ; et A. et L. ad an. 9.

(Ibid.) *Cadmus regnavit Thebis*, etc. Hic paragraphum istum contine, nec te dimoveat librorum varietas. Nam Lo. ad annum 5 Pandionis revocat : Fux., Peta., Pi., ad annum 8 ; O., Vi., ad annum 9, cum nec numero editos, nec antiquitate cæteras membranas superent.

(Ibid.) *Dionysius, id est, Liber*. *Dionysius idem Liber* M., Lo. Facilis fuit lapsus propter similem scribendi rationem, ubi abbreviatione utimur, confirmatur autem vulgata non solum manuscriptis ac Fre., Mar., sed ex hoc maxime, quia quod hic per vocem *id est* exprimit, paulo infra per *qui* explicat.

(Ibid.) *Thebæus musicus*. Desideratur in O., Vi., sed non minus probandum, ut ex consequentibus apparet, et ex Fre., Vincen., ubi *in musica arte clarescunt :* in Fux. insertum est *Thebæorum qui in Achaia sunt*.

(207, v.) *Lynceus*. In Vi., Fa., O., *Linceus :* in Lo. *Lincheus :* in Fux., Peta., *Lyncheus :* non te tamen hæc dimoveant. Imitamur enim cæteros membranaceos, Pausaniam, scholiastem Apollonii, plures alios et ipsum auctorem lib. 10. de Præparat. cap. 3.

(207, vi.) *Mellus*. *Melus* Vi., Peta., O., Fux., Pi., Fre., scriptura per simplex *l* habetur apud Strabonem et alios geographos, dum de insula loquuntur.

(Ibid.) *Thasus*. *Thiasus* M., O., Vi. ; *Thussus* Va., Vat.; *Tasus* Lo., Fa.

(Ibid.) *Callista*. *Calesta* Vi.: *Calista* Peta., Fa., Fre. . *Calysta* Fux., *quæ prius Mariandyna*. In A., L., V., *quæ primum Ariandina :* in P. *quæ primum Ariandina :* in Fux., *quæ primum Aryandina :* in M., Pi., O., Vi., *quæ Arundina :* in Lo., Fa., *quæ prius Mariandina :* in Ven., Lut., *Mariandinæ :* in Peta., *Muriandina*. Nostra lectio est retinenda ; nam Mariandyni sunt populi Bithyniæ apud Strabon. lib. 7, et Melam, Ptolomæum et alios.

(Ibid.) *Linus e Thebis*. *Linus Thebæus* A., L., M., P., Mar., O., Vi., Lo., Pi., Peta., Fux., Fre., Vincent., ut etiam supra *Linus Thebanus* V., Va., Vat., Fa. : tamen quodcumque horum dixeris, non improbarim.

(Ibid.) *Idæi*. *Idei* Fa., O., Vi.; prius tamen qui respuat, dissentiat necesse est a Pausania, Clemente, Strabone, Diodoro, Plinio, denique ab omnibus veteribus.

(Ibid.) *Idæi Dactyli*. *Idei et Dactyli* M., O., Vi. *Idæi digiti, quos dicunt Græci*, Fux. Melius si alia exemplaria, Solinum, Plinium et alios quam plures imitatus fueris. Dactyles autem Idæos (incolas Cretæ ab Ida monte juxta Hesiodum, Pausaniam lib. v et alios) ferrum invenisse cum Eusebio scribunt Plinius lib. vii, cap. 56, Clemens lib. i Stromat., Strabo lib. x, qui *Dactylos, id est digitos a numero nomen accepisse* tradit, eo quod *ex novem Curetis unusquisque decem filios genuerit :* unde minus probo rationem scribendi Fa., ubi *Dactilis ;* vox enim genere Græca : unde nativa orthographia servanda ut habent Pausanias, Strabo et alii.

(209, i.) *Bellepares*. In Vi., O., *Bellesparis :* Vincen. *Helesparis*. Jornandes *Belepares :* Cassiodorus idem habet nobiscum : *Bellespares* Fre.

(209, iv.) *Menophis*. *Menopes* Vi., O.; *Amenophis* apud Joseph. ex Manethone lib. i contra Apion.

(209, vi.) *In Dardania.* Vulgati habent *in Dardana.* Nos sequimur Lo., Al., Pi., Fux. Peta., Ven., Lut., So., Vi., O., Fa., Fre., Mar., et præfationem et contextum sub an. 650, pro *in Dardana.*

(Ibid.) *Erichthonius. Ericlonius* Lo., Vi., O., Fa.; *Ericthonius* Fux., Peta.; *Ericthonus* Pi. Nos imitamur vulgares et Homerum lib. xx Iliad. De hoc supra.

(Ibid.) *Demetra.* Emendatior lectio juxta Lo., A., P., L., O., V., Vi., Peta., Fux., Fa., potius quam olim *Dimetra :* vel ut in Vincen. *Demetria :* vel etiam *Diana,* ut in Fre. Nam Græce Δημητὴρ, quo nomine nuncupata est etiam Ceres.

(Ibid.) *Quam aiunt.* Olim *quam aliqui aiunt;* sed maluimus sequi A., Peta., Fux., Fa., Lo., Mar., L., P., 4 Vat. et Vincen.

(Ibid.) *Deam Ægyptiorum.* Hæc duo vocabula desunt in A., Lo., O., Vi., Fa., Peta., Fux., P., L., M., Va., Pi.; sed cum non repugnent fabulis poetarum, nihil immuto.

B (Ibid.) *Armonia.* Mendosissime olim *Armenia* in Ven., Lut., B., H., So., Pet.; sive *Harmonia* in O., Vi., sive *Harmonia* in Lo. et Pausan. lib. ix, sive *Armenia* in Fa. Verum nostram lectionem confirmant Fux., Peta., A., L., V., Vat., Pi., et noster auctor circa annum 756, et lib. ii de Præparat. cap. 2. Hujus etiam emendationis nos admonuerat in Collectaneis in Clementem Alexand. eruditus Ducæus, et Vignerius in Biblioth. Tatianus etiam orat. contra Græcos, nisi quod aspiret *Harmonia,* ut et Eusebius, ubi supra et apud Hesiodum in Theogo., et Apollodor. lib. iii, Ἁρμονία cum spiritu denso; et sic scholiastes Apollonii, Lactant. lib. i de falsa Religione cap. 17, pag. 797. Fuit autem *Armonia* seu *Harmonia* filia Veneris et Martis, ut fabulantur Hesiodus in Theogo., Ovidius lib. 4 Metamor., Euripides initio Phœniss., Pindarus in Pythiis, od. 3, et alii : tamen error vulgatus jam invaluerat ante tempora Freculphi.

C (Ibid.) *Rapta a Cadmo.* Mendosa lectio vetus *capta Cadmo;* sed correximus ex Peta., Fux., Pi., A., P., Vi., O.

(211, iii.) *Hebræorum Aod.* Maluimus imitari L., A., Lo., Au., Pi., Peta., Fre., quam retinere vulgatam *Aoth :* confirmatur ex Clemente Alexand. lib. i Stromat. et editione Græca lxx Interpret. Judic. 3, tam Romana quam Antuerpiensi et ipso Eusebio lib. x de Præparat. cap. 5, Ἀὼδ, ubi interpres *Aud :* quibus accedit Hieronym. lib. i adversus Jovinian., ubi *Ahod* per *d* in fine et Idacius.

(Ibid.) *Ex tribu Effrem.* In Lo. *Effraim:* in Pi. *Effrim.*

(211, v.) *Pelops apud Argos regnavit* 8. *Pelops in Græcia regnavit* M., V., O., Pi.

(Ibid.) *Pelops apud Argos regnavit an.* 59, etc. Antea legebatur *an.* 53, cum Lo., Peta., Fa., Vi., O., Va., Vat. Sed cum idem annus 59 reperiatur communi chirographorum et editorum calculo, circa annum 708, quis dubitationi locus? præsertim cum sic M., Vi., O., licet in Pi., Peta., *an.* 55, in Fux. *an.* 54. Paragraphus autem hic varie est collocatus in Fux. ad *an.* 26 Lyncei : in Peta. ad *an.* 27, in Pi. ad *an.* 28; in Vi., O., ad *an.* 29. Nos retinuimus veterem situm in re dubia : si per exemplaria licuisset, aut penitus expunxissem, aut quo minus distaret ab iis, quæ infra dicuntur de Pelope, dimisissem ad an. 695. Etenim ab hoc anno 20 absoluto Lyncei usque ad illum annum 695, qui est annus 22 Acrisii, reperies annos 81 integros. Deinde quæ ratio constituere Pelopem ante Tantalum ejus patrem? sed videat lector quid seligendum putet in rebus fictis.

(Ibid.) *A quo Peloponnesus vocata.* Post hæc verba, hæc habentur : *hic fuit Pandionis filius sub quo cœperunt mysteria* in L., A., M., P., Bi., Peta., Lo., Fre.; sed quia idem fere reperitur in iisdem exemplarib. et in vulgatis ad an. 9 Erecthei, de quo hæc dicuntur, nil mutavimus.

(211, vi.) *Cadmea.* Sic pro *Catina* ex L., O., Vi., Pi., quibus aliquo modo astipulantur lectiones aliæ, ut *Cadmia* sive *Cathinia* V., Fa., Ven., Lut., Va., Vat., Peta.; *Cadmia* in Lo.; *Cathinia* in Fux.; *Cama* in P., A.; *Adinea* in M., nisi legas *Admea* : *Cadinia* seu *Cantinia* in 2 Vatic. Verum facile fuit librariis ut *Catinia*, pro *Cadmea*, seu *Cadmia* (nam utrumque apud Æmylium Probum et alios est in usu, quia *ει* Græcorum modo per *i*, modo per *e*, vertitur) sufficerent, decepti affinitate elementorum *t* et *d* (unde O., Vi., Lo., pro *Cadmus* scribunt *Cathmus*, et *in* pro *m;* hæc enim facile confunduntur). Adde quod cum (licet corrupte) consequenter legerent *Siden in Sicilia conditam*, putarunt vocem *Sicilia* ad utramque urbem referendam, hoc posito, de qua probabilius hoc debuit accipi, quam de *Catinia*, quæ celeberrima in illa regione : contra sublato *in Sicilia*, et reposito *in Cicilia*, nihil prohibuit quin legendum fuerit *Cadmea :* præterea cum mentio fiat *Catinæ* conditæ in Sicilia sub Romulo, circa olympiad. 10, non dubitavimus retinendum esse *Cadmea.* Nam idem est ac si dicat, quod scribit auctor lib. i de Præparat. cap. 3: *Cadmus Thebas condidit;* et Strabo lib. vii: *Cadmeiam Phœnices Cadmi comites possederunt.* Nemo enim ignorat Thebarum urbem caput Bœotiæ, ubi imperavit Cadmus, teste Josepho, Xenophonte, et aliis (nam plures fuerunt ejusdem nominis), a Cadmo conditam, in memoriam Thebarum Ægypti: teste etiam Pausania lib i et ix: *Cadmus oppidum, cui nunc idem est nomen, Cadmeam condidit, sed aucta postea urbe, inferioribus mœnibus, pro arce Cadmea fuit,* etc.: unde Plautus in Amphit. loquens de Cadmo *nostræ auctorem gentis* vocat; et Propertius :

Quin tibi Cadmea dicuntur, Pontice, Theba.

Et Thucydid. lib. i : *Quæ nunc Bœotia, prius Cadmeia vocabatur* : Isocrat. in Panegyrico appellat τὴν Θηβαίων Καδμείαν.

(Ibid.) *Side in Cilicia.* Correximus pro *Sisyde*, secuti Vatican., A., L., M., O., Lo., Fux., Pi., Vi., et judicium Ortelii ex suo manuscripto : *Fisia* V.; *Sicde* Peta.; in Mar. corrupte legitur *Catinia condita a Siside in Sicilia :* in Vati. *Cad. seu Catin. condit. a Syside;* in Vatic. *Cadi. seu Cati. condit. est a Sisyphe.* Sidæ urbis Pamphyliæ meminerunt I Machab. xv, Ptolemæus in Tabulis, Stephanus, Strabo lib. xiv, Polybius lib. v, Pausan. lib. viii, et Plin. lib. v, cap. 27.

(Ibid.) *In Cilicia.* Sic duximus corrigendum pro *in Sicilia*, tam propter auctoritatem codicum A., L., Vi., M., O., Pi., P., Peta., Fux., quam ratione moti. Nam licet *Side* dicatur sita in Pamphylia, tamen quia in finibus Ciliciæ, non est novum confinia regionum confundi.

(Ibid.) *Eleusinæ Cœleus regnavit coævus Triptolemo, quem*, etc. Hic locus ut erat fœdissima labe infectus, cum antea legeretur *Eleusinæ regnavit Cœleus Triptolemo, quem*, etc., ita multum negotii nobis exhibuit, propter Variorum exemplarium diversitatem. Nam in

D P.: *Eleusis Egeleus regnavit Celius Triptolemi, quem,* etc.; idem in Fa., nisi quod supra *Triptolemi* scriptum est, *Alias, Triptolemo.* Nos ne aberremus in loco tam lubrico, duces sequimur Peta. Pi., L., M., A., a quibus non multum dissident Fux.: *Eleusinæ Celeus regnavit coævus Triptolemi.* Idem in O., Vi. nisi quod pro *Triptolemi* habes *Triptolemo*; quin Lo. et Marianus lectionem nostram valent stabilire, licet non careant mendo; nam in Lo.: *Pleusin Geleus regnavit coellus Triptolemo, quem*, etc., ubi *Geleus* pro *Celeus* mutatione facta *C* in *G*, ut sæpius occurrit, et in illo exempl. passim, et *Coellus* pro *coævus* ex *v* duplici *ll* formato. In Mar. *Eleus Meteleus regnavit coævus Triptolemi:* ubi item observabis ex disjunctione *Pleusinæ*, et *Celeus*, et *m* pro *in*, natas voces illas difformes *Pleus Metelleus*. Licet autem ab Ovidio lib. iv Fastorum, Apollodoro lib. i, Pausania, Suida, Servio in lib. i Georgic., scholiaste Græco, Hesiodi, et aliis Triptolemus dicatur filius Cœlei, et edoctus agricul-

turam a Cerere hospitio recepta a patre Cœleo, atque ineptum sit dicere patrem filio coævum; tamen non est absurdum Eusebium existimasse Triptolemum ab alio genitum. Quis enim in figmentis illis poeticis dissentientium opiniones posset conciliare; cum tot sententiæ, quot capita; et cum ipsi Pausanias, Apollodorus, et alii doceant antiquiores varie sensisse de origine, et parentibus Triptolemi? Tamen si liceret extra librorum septa digredi, poterat forsan hic locus leviori mutatione sanari, si non admitteretur vox *coævus*, et pro *Cœleus Triptolemo*, legeretur *Cœlei Triptolemus*, scilicet filius, cum hujusmodi eclipsis non sit omnino Latinis infrequens et insolita, sed Græcis familiarissima, et potuit error ex Græco codice nasci, in quo littera *s* fini prioris dictionis adhæserat, quæ fini posterioris adhærere debuerat: et ita ex Χελεοῦ Τριπτόλεμος, factum inepte Χελέους Τριπτόλεμος. Nihilominus malui tandem quos dixi codices sequi, quam meam conjectionem sine libris prodere. Quod spectat ad situm, retinuimus vulgatum, in quo conveniunt Fa., Fux., licet O., Vi., Pi., Lo., constituant ad annum præcedentem Pandionis 33, vel, ut Peta., ad an. 36 ejusdem. Sed de situ tam horum quam cæterorum usque ad 1 olympiadem fuisset molestum et nimis longum inquirere, cum ubique varii et dissimiles sint libri, nihilque ex aliis scriptoribus fere colligi possit: ideo si aliquando situs mentionem faciamus, hoc fit ut inde, quanta sit in aliis varietas, perspicias.

(211, VI.) *Ad urbes.* Rectius quam *ad urbem*, cum adsit consensus L., A., M., P., Pi., O., Vi., Peta., Fux., Fre., Mar., et conveniat historiæ, seu fabulæ.

(Ibid.) *Serpens pinnatus. Serpens pennatus* Vi., Fux., Fre., O. Sed quis hos cæteris omnibus præferat? accedit quod cum Triptolemus vehi fingeretur a serpentibus (sic enim Ammianus lib. XXII: *Triptolemum*, inquit, *ob rapidos congressus aeris, serpentibus pennigeris fabulosa vetustas imponit*), sicut pennæ proprie sunt volucrum, ita pinnæ serpentum et piscium: unde germanius pinnati serpentes, quam pennati sunt dicendi.

(213, VI.) *Erichtheus.* Melius quam antea *Eurichtheus*. Nam paucis lineis interjectis sic, etiam olim scribebatur apud omnes codd. et Fre., licet Herodotus lib. VII, Apollodor. lib. III, Cicero lib. II Tuscul., cui proxime accedunt Ovidius lib. VI Metamorph., Plutarch. in Theseo, habeant *Eurichtheus*, sicut Lucianus *Erectheus*. At maluimus imitari Al., Peta., Lo. et Isocratem in laudat. Helenæ, Homerum ipsum, Pausan. lib. I, Justinum lib. II. In Vi., O. et Vincen. *Ericteus*, seu etiam *Erictous*: in V., Pi., *Ericlheus* et *Erithreus*; hunc nonnulli volunt esse eumdem cum Erichthonio, de quo superius; mihi certe minus sapit. Licet enim Justinus *Erichthi* tantum meminerit; Eusebium tamen aliter sensisse satis probat Chronici ratio et contextus, in quo duo proponuntur; alter qui quartus rex, alter qui sextus Atheniensium fuerit.

(Ibid.) *Quam rapuit Ædoneus.* Hoc nobis potius probatum est, quam quod olim *Aidoneus*, vel *Aiduneus* Mar., vel *Idoneus* O., Vi. Cum enim sit vox Græca Ἀϊδωνεύς, sicque legatur apud Plutarchum, Ælianum, et alios, diphthongus αι, Latine per *æ*, redditur; nullusque est qui nesciat nomen esse Plutonis apud Græcos.

(Ibid.) *Pirithoum. Pyrithoum* Fux.; *Perithoum* Fa., Vi., O.; *Perithoim* Fre.

(215, II.) *Laomedon. Laumedon*, Fa.

(215, VI.) *Orythium.* De hac voce vide quæ supra.

(Ibid.) *Astræi filius. Astroli filius* Lo., Fre.; *Astrælis filius* Mar.; *Astrælius* Peta., *Astræ* Fux. Sed sine dubio vulgata lectio est retinenda. Nam poetæ fingunt Astræum cum Aurora concubuisse, et ex ea ventos generasse, qui etiam ab eo Astrei dicti sunt: de qua re plura apud Ovidium lib. XIV Metamorph.

(Ibid.) *Quem fabulæ ventum confingunt.* In L., Lo., A., V., M., P., O., Vi., Pi., Fre., Vincen., in specul. histor. et natur. et Ven., *quem fabula ventum confingit*: in singulari utrumvis posueris, parum refert: in Fux., *quem fabula ventum Aquilonem fuisse contingit.*

(Ibid.) *Sub hoc et mysteria cœperunt.* Restituimus distinctionem quæ erat in vulgatis corrupta: in Vi., O., Pi. post *confingit* (nam ita legunt), sequitur *et sub hoc mysteria cœperunt*: in Fux., *sub hoc Erictheo mysteria cœperunt Athenienses quod Aquilo Boreas dicitur*: ubi mendum est manifestum. Antea non erat separata sententia, sed vitiose ac fœde cohærebat cum sequenti *Ea quæ de Perseo*, etc. Qui error irrepsit ex ignoratione quid mysteria significarent. Sed qui vel minimum versatus est in antiquiorum auctorum lectione, scit majora mysteria fuisse in honorem Cereris instituta, minora vero in honorem Proserpinæ filiæ ejus. Cum autem simpliciter loquuntur de mysteriis, intelligunt majora.

(215, VI.) *Ea quæ de Perseo dicuntur, tunc gesta sunt.* Ea his adhibita lima ex Vi., O., Pi., M., in quibus accedit Fux., in quo: *Ea quæ Perseo dicuntur hoc tempore facta fuerunt.* In Peta.: *Ea quæ de Perseo dicuntur* habentur sine cæteris, ita tamen ut sint separata a præcedenti, et subsequenti paragrapho: hunc et præcedentes duximus imitandos cum antea in vulgatis, et nonnullis mss. fœde cum illis præcedentibus verbis *mysteria cœperunt*, coalescerent *sub hoc et mysteria cœperunt quæ de Perseo dicuntur*, quasi deberent referri ad Boream, de quo erat sententia; cum debeant tribui Erichtheo regi. Contra in V. conficitur una sententia cum sequentibus hoc modo, *Ea quæ de Perseo dicuntur secundum quorumdam opinionem, hac ætate gesta sunt.* Sed quia auctor loquitur et de Perseo, et de Phrixo variis temporibus secundum varias opiniones auctorum, non fuit facile judicare, an hæc lectio esset magis sequenda.

(217, IV.) *Ægyptiorum dynastia* XIX, *an.* 194, *suo imperatore*, etc. In L., M., Pi.: *Ægyptii post* XIX, *dinastiam suo imperatore uti cœperunt; quorum primus Sethus cœpit.* In A.: *Ægypti dinastia quorum primus Sethus an.* 55. In Lo., Peta.: *Ægypti* XIX, *dinastia, quorum primus regnavit Zetus*: idem in Fux., nisi quod pro *Zetus* legitur *Thethus*. In Vi., O.: *Ægyptii post octavam decimam dinastiam suo*, etc. Alia exemplaria tam mss. quam impressa nostram lectionem retinent.

(Ibid.) *An.* 194. Auctus numerus, cum olim 144, auctore Fa., maxime cum ratio calculi ita præscribat, hinc numeratione suscepta usque ad initium dynastiæ 20; deesse tamen observabis in Peta., O., Lo., Fux., Vi.

(217, VI.) *Phrixus.* Cum hoc nomen his inveniatur in hoc libro, ejus scribendi ratio est varia: vulgati hoc priori loco per *i*, et secundo per *y*; ex mss. quoque alii per *y*, alii per *i*, tam priori quam posteriori loco. Nec minor est contentio inter auctores. Nam Horatius, Columella, et alii per *y*; at Pindarus, Pausanias, Ovidius per *i*; quia tamen video majorem numerum exemplarium hos imitari, minusque probabile sit auctorem adeo esse sibi varium, et diversum, placuit retinere hoc loco vulgatam scripturam, et emendare sequentem.

(Ibid.) *Per mare. Per aerem* L., A., V., P., Pi., Peta., Fux., Ado in Chronic. Apollodor. lib. I, et sic videtur sentire D. Aug. lib. XVIII, de Civit., cap. 14. Verum prius communius: in Lo. *ab aere*. Nostra lectio est ipsius Palephati lib. de fabulis διὰ τῆς θαλάσσης ἀφικόντες εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον. Sic Diodorus, lib. IV cap. 4, vult, dum scribit transfretantibus Phrixo et Helle ex Europa in Asiam super aureo ariete, virginem in mare delapsam nomen Hellesponto dedisse, et Phrixum in Pontum proficiscentem delatum in Colchida: et Apulei lib. VI de Asin. Phrixum arieti supernatasse: hinc Manil. lib. IV, Astron.:

Testis tibi laniger ipse
Cum vitreum findens aurato vellere Pontum.

Et Ovid. in Epist. Lean. :

Invideo Phryxo, quem per freta tristia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis.

Sed nil tam frequens apud poetas, et veteres alios auctores, quam hæc historia, seu potius fabula.

(219, VI.) *Sub Eumolpo. Sub Molpho* Lo.; *sub Emolpho* Vi., O.; *sub Eumolpho* Fa., Ven., Lut. Sic olim apud Ovidium Aldi et Gryphii, lib. I Metamorph. et lib. IV de Ponto, nunc *Eumolpus;* sicut Clemens Alexand., Apollodor., Pausan., Strabo, Plutarch., Isocrates et alii, cæterique chirographi nobis favent, immo et ipse auctor lib. X de Præpar. c. 3.

(Ibid.) *Apud Pythium vates prima Phemonoe*, etc. Ita correximus *Pythium* pro *Pythiam*, ut olim, secuti Pi., Peta., O., Vi., Ven., Lo., Fux. Nam Apollo dictus est non Pythias, sed *Pythius*, vel ἀπὸ τοῦ πύθωνος, a dracone (interempto), sive bruto, sive homine hujus cognominis : vel ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι, ab interrogando, ait Strabo. Ab Apolline locus sui oraculi *Pythium* dictus est. *Pythium* enim, ait Suidas, *est ædes Apollinis Athenis a Pisistrato condita, in qua tripodes dedicabant :* unde quod auctor vocat hic et paulo post *Pythium*, Plutarchus lib. de Musica vocat τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν; et mulier Apollinis sacrificula, per quam ille dabat oraculum, vocabatur *Pythia*, ut constat ex Plutarcho, Strabone, Luciano, et aliis. Deinde reperies scriptum *Pythium* in omnibus libris ad an. 738. Porro in Al. : *Apud Pythiam Chium vates prima :* in Fa. *apud Pithium vates prima :* in Fux. *apud Pythium vates Apollinis prima:* apud Mar. *apud Bythium ;* sed in postrema editione *apud Pythium*, et optime, ut constat ex Strabone lib. IX, ubi eadem refert de Phemonoe. Situs præterea horum varius : in Vi., O. et Fux., ponitur ad an. 31 Erechthei : in Pi., Peta., L., A., an. 36; alii nobis favent.

(Ibid.) *Mæones vocabantur*. Antea legebatur *Mæones vocabatur* : verum primum magis probari debet. Sic enim in M., Fa., Fux., Peta., O., Vi., Pi., 3 Vatic., ut referatur non ad Tantalum, sed ad Phrygas, quos certum est dictos *Mæones*. Tamen *Meones* scribitur sine diphthongo in O., Pi., Vi., Fa., Fux. Verum orthographia probatur etiam Straboni lib. 12 : καὶ Μαίονες, καὶ Μήονες, *Mæones et Meones*, et infra, Μαίονες, οὓς Ὅμηρος καλεῖ Μήονας.

(221, V.) *Prætus. Pritus* Lo. Prius exstat in aliis mss. et apud Eusebium lib. X de Præparat., cap. III, Pausaniam sæpe et alios auctores, nisi quod in H. *Proethus*. Stephan, in voce οἴνη Προῖτος.

(221, VI.) *Ob raptum Ganymedis Troi patri Ganimedis et Tantalo bellum exortum*. Pristina lux huic loco restituta, cum casuum diversitas ambiguitatem non exiguam peperisset. Sic enim prius : *ob raptum Ganimedis et Trois patris Ganimedis et Tantali bellum exortum* : ubi hi genitivi et puritatem locutionis et integritatem sententiæ pervertunt : in Fux., Pi., Peta., pro *Troi*, vel *Trois*, scriptum *Træo* : quod nostram lectionem juvat, quo dativum expressius indicaret. Quod si annum certum habere desideres, scito hæc varie disponi. Nam in O., Vi., ad annum 31 Erichthei ; in Peta. et Pi. ad 41, in Fux. ad an. 42. A cæteris non dissentimus.

(Ibid.) *Phanocles. Fanocles* O., Fux., Peta., Lo., Vi.; *Eanocles* Pi.; *Phander* Fa; labem utrobique agnoscis. Porro Phanoclis meminerunt Clemens in Protreptico ad Gentes, et sexto Stromat., et Stobæus, cujus citat aliquot versus.

(Ibid.) *Fingitur. Confingitur* Vi., Pi., Fux., O., Peta.

(Ibid.) *Tityus convixit Tantalo. Tityonis tempore fuit Latona*. In A., Lo., L., M., P., Ven., Lut., *Tityus convixit Tantalo, et Tityoni Latonæ ;* nisi quod in Ven. et Lut., pro *convixit* legitur *conjunxit*. *Tityonis autem tempore fuit Latona*. In Fa. *Tityos conjuncti Tantalo et Titioni Latona*. In Pi., Peta., Fux., pro *Tityus* habetur *Tityos* ; et in O., Vi., *Titius* : Græci Τίτυον. Sic Homer. Odyss. λ; Virgilius vero *Tityus* lib. VI Æneid. :

Necnon et Tityum Terræ omniparentis alumnum.

Demum in Fux.: *Tityos conflixit Tantalo et Tityoni Latona mater Apollinis, qui cum Hercule servivit Admeto, alter* (vel aliter) *Tantalus et Tityos simul degebant : Tityonis autem temporibus Latona fuit, ex qua Apollo alitur, qui cum Hercule servivit Admeto*.

(221, VI.) *Melicerta. Melicerte* Lo., Fa., Fux.; et sic Augustinus lib. XVIII de Civit. cap. 14, Lactant. lib. I de falsa Relig. cap. 21, utrumque apud Varron. lib. VII et VIII de Ling. lat., et alios bonos auctores reperitur.

(Ibid.) *Celebrata sunt Isthmia*. Pro *Isthmia*, in O., Vi., *Ithmia :* in Lo. *Tythonia;* in Fa. *Rithonua :* in Peta. *Istmia*. Verum nostra lectio est sine dubio retinenda, et confirmatur ex Clemente lib. I Stromat., et ex iis quæ scribit Eusebius ad olymp. 49, de Isthmiis post Melicertem celebratis. Cæterum ludos Isthmios institutos in laudem Neptuni docent Tertullianus lib. de Spectaculis, et Plinius lib. IV, cap. 5 : unde Neptunus Isthmius dicitur auctore Stephano, quia illi sacrum templum in isthmo. Celebrabantur vero hujusmodi ludicra singulis lustris, seu quinto quoque anno, ut vult Plinius loco citato ; vel si Pindaro ut homini Græco adhibenda fides in od. 6 Nemæor., tertio quoque anno. Originem vero illorum poetæ referunt in Nereidas, quæ aliquando chorum ducentes Sisypho Corinthiorum regi apparentes, præceperint ut in gratiam Melicertæ institueret ludos hos Isthmios, qui cum aliquamdiu intermissi essent, propter prædonum incursiones, a Theseo sunt instaurati, sublato de medio Procruste. Post illud, *celebrata sunt Isthmia*, sequitur in L., M., Pi., O., Vi., *hoc tempore habita sunt;* et in Fux. *hoc tempore fuerunt facta*. Dicta autem sunt Isthmia ab isthmo Peloponnesi, in cujus faucibus celebrabantur.

(223, I.) *Sosares. Sosades* Lo.; alia exemplar. Mar. et Jornand. habent vulgatam scripturam.

(223, II.) *Sicton*. In L., Pi., *Sicyonius* : in M., Vi., O., *Sithion* : in Vincen., Ven., *Sicion :* in Lut. *Sytion*. Nos lectionem sequimur communiorem ; et ita apud Pausaniam lib. II, et passim Eustathium, Plutarchum, et Plinium lib. XXXVI, cap. 4.

(223, VI.) *Hippodamiam*. Fulcivimus duplici *p*, exemplo Pi., Lo., Fa., Fux., et duarum priorum editionum Ven. et Lut., quibus opem tulere Apollodorus, Pindarus, Cedrenus, Pausanias, Lucianus, Eustathius, et alii plerique : retinuimus item aspirationem, non quam Vi., Pi., Peta., O., suppeditarint, ab illis enim abest, sed quam alii et supradicti scriptores præter Lucianum. Codices O., Vi., Lo., Fux., Pi., nec non editi scribunt cum *y ;* quia tamen Pausanias, Cicero, Lucianus, Ovidius, et alii supradicti rejiciunt, horum nos partes sequimur cum habeamus consentientes alios libros, et faveat etymologia παρὰ τὸ ἵππους δαμάζειν ; quia tamen typographus non observavit castigationem, numerabis inter errata *Hyppodamiam*, pro *Hippodamiam*.

Pelops Hippodamiam duxit uxorem.

(Ibid.) *Atheniensium* VII, *Cecrops secundus an.* 40. Reposuimus *secundus* ex fide Lo., Al., O., Vi., in quibus *Atheniens*. VII *regnavit Cecrops secundus:* et in Pi. et Fre., pro *secundus* legitur *junior:* sic Euseb. lib. X de Præparat. cap. 3, et Clemens lib. I Stromat. vocant hunc *Cecropem secundum*, ut distinguatur a primo, de quo supra ad an. 460. Antea legebatur *Cecrops* VII *Atheniens. an.* 40.

Atheniensium VII, Cecrops secundus an. 40.
Erichthei frater.

(Ibid.) *Perseus adversus*, etc. Variæ hæc in variis sese habent. Libri editi ex his conficiunt tres sententias, sicut etiam Lo., Fa., Fux., adeo ut *Atheniensium*, etc., usque *an.* 40, sit prima sententia ; *Pelops*

*hippoda. du. uxo.* sit secunda, et obtineat sedem ad an. 1 Cecropis: *Erichthei frater Perseus*, etc., sit tertia et unica sententia, sita ad an. 2 Cecropis; quasi Perseus sit frater Erichthei regis, cum potius hoc dicatur de Cecrope: codices A., Peta., O., Vi., vulgatos imitantur, nisi quod illa *Pelops Hip. du. uxo.* anno 50 Erichthei apponantur, ut vides restitutum: sicuti etiam habent L. et Pi., et jampridem decus Aquitaniæ, eruditissimus Ducæus, in suis ad Clementem Alexandrin. Collectaneis ita recensuerat. Verum nos imitamur non solum eos quinque codices hac in re, sed etiam L. et Pi., ut in quatuor membra partiamur, quo nos ratio ipsa perduxit. Absurdum enim visum est Perseum hunc, quem ferunt filium Jovis et Danaes filiæ unicæ Acrisii, dicere fratrem Erichthei filii Pandionis. Si etiam Perseus est nepos Acrisii, qui poterit dici frater Erichthei, cum hic regnare cœperit 54 annis ante Acrisium? Agnosco quidem apud Pausaniam, lib. VII, Cecropem hunc filium dici Erichthei, non fratrem. Sed quid si vitio librarii scriptum hic fuerit *frater* pro *filius*? quia forsan cerneret ejus loco in autographis solam notam *f*, quæ licet indicet *filius*, sumpsit tamen pro *frater*; vel quid si etiam non eadem fuerit mens auctoris cum Pausania? nam quid incertius his quæ de sæculo illo mythologico habentur, ut merito scripserit Strabo lib. VIII, loquens de temporibus Pelopis, Δεῖ δὲ τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν ἀκούειν, οὕτως ὡς μὴ ὁμολογουμένων σφόδρα· οἱ γὰρ νεώτεροι πολλάκις νομίζουσιν, καὶ τὰ ἐναντία λέγειν; quæ sic interpres: *Veteres historiæ ita sunt cognoscendæ, ut non admodum indubitatæ fidei, quando et recentiorum opiniones multis de rebus discrepant.*

(Ibid.) *Gorgonis. Gorgonæ* L., A., M., Pi., Lo.; *Gorgoniæ* Pi.; *Gorgone.* O., Vi. Nostra tamen lectio magis recepta est, et est editorum, ut Ven., Lut., B., Peta., H., So.; Græci enim et Latini *Gorgones*, sic Virgil.:

> Gorgones, Harpiæque, etc.

Et Ovid. lib. IV Metamorph.: Perseus superator:

> Gorgonis anguicomæ.

Et lib. VI

> Gorgonis extulit ora.

(225, V.) *Acrisius.* De hujus vocis orthographia vide paulo post.

(225, VI.) *Spectatores suæ mentis impotes. Spectatores suos mentis impotes* Pi., Lo., O., Vi., Mar., Fre.; *Spectatores sui mente impotes* Fa., Fux.

(Ibid.) *Didymus scribit.* Sic ex L., A., M., Lo., S., P., At., Mar., Fa., Peta., Fux., 4 Vatic., pro *Aididmus scribit*, ut in impressis: vel pro *Didinius*, ut in Fux.

(Ibid.) *Palephatus scribit. Palephatus affirmat* L., A., M., P., Lo., Mar., Pi.: *Palefatus* Vi., O., Lo., Fa.

(Ibid.) *Bellerophontis navis fuit. Bellerophontis fuit* in Lo., Fa., sine vocabulo *navis*, sed mendose. Nam Palephatus refert ad navem, non ad equum: in Pi. deest *fuit*. In Fux. addita immediate quæ sequuntur: *Bellerophon equo suo Pegaso rivulum, qui plenus erat serpentium et ferarum fugiens ocyus transivit, unde occidisse Chimæram dicitur, quia Chimaros Græce dicitur locus; et quia plenus fuerat bestiarum, diversa capita eum continere aiunt fabulæ Græcorum.*

(Ibid.) *Cyrene civitas condita est in Libya.* Agnosces ista superius ad an 545. Sed memineris qua censura castigata fuerint: idem occurret circa olymp. 4. Nec dubium, quin de eadem urbe utrobique sit accipiendum, neque enim ulla alia Cyrene in Libya, quam, quæ a Thereis condita, cujus meminerunt Strabo l. I et XVII, Herodot. l. IV, Pindarus et alii plerique. Quomodo vero liberandus sit Eusebius auctor noster ab inani repetitione, videat prudens lector. Ego enim nihil tutius usurpari posse putem, quam cum prius condita fuisset et destructa, denuo con-

B dita dici possit, cum fuit instaurata, sicuti de aliis urbibus sæpe contigit. Quæ enim destructa sunt, si quando instaurantur, quodammodo conduntur. Adde quod similes repetitiones indicant non tam Eusebii mentem, quam varias auctorum opiniones, ex quibus suum Chronicon collegit.

(227, III.) *Debbora ex tribu Ephrem.* § *Barach ex tribu Neptalim an.* 40. In A., L., P., Lo., Peta.: *Hebræorum Debbora cum Barac an.* 40.

(Ibid.) *Aod.* pro *Aoth*, ex L., A., Av., Pi., Lo. Vide superiorem notam hac de re.

(227, VI.) *Nysam.* In Peta. *Misan*, mendose: in Vi., O.; *Nisan*; sed scriptura vulgata est Melæ, Stephani et aliorum, de quo supra.

(229, V.) *Pelops, Peloponnesi*, etc. Parum interesse dices scire quoto hæc anno evenerint; idem tecum sentio. Si quid tamen certi ex libris haberi possit, sequendus potius Fux., qui circa an. 28 Acrisii refert; vel Peta., qui circa an. 27; quam Pi. et Lo., qui circa an. 25; vel Fa., Vi., O. et excusi,

B qui circa an. 22, quos nos, ne a receptis aberremus, sequimur. Cæterum pro *Peloponnesi* in Lo. *Peloponensi*; in Vi., O., *Peloponnesiis*. Quid vulgati habeant, vulgare est apud Thucydidem, Pausaniam et alios.

(229, VI.) *Contractus, et ex omni.* Addidimus copulam *et*, juxta Vi., O., Peta., Lo., O., Fux., Pi., L.

(Ibid.) *Confluentes. Confluitus* L., A., P., Pi.: *confluitos* O., Fux., Vi., M., Fa., Lo., Peta.: *conflutos* V.: *conflictus* Mar. Hoc facilius intelliges, si adhibeas ea quæ habet Stephanus in voce Λακεδαίμων. Reddit enim duplicem causam, cur Sparta dicta sit ἀπὸ τοῦ Σπαρτοῦ τοῦ Ἀμύκλαντος τοῦ Λέλεγος τοῦ Σπαρτοῦ, ἢ διὰ τὸ τοὺς πρώτους συνοικήσαντας τὴν πόλιν Λέλεγας διεσπαρμένους εἰς ταυτὸν συνελθεῖν καὶ μίαν οἴκησιν ποιήσασθαι: *dicta est Sparta a Sparto filio Amyclantis filii Lelegis, filii Sparti, vel quod qui primi eam incoluerunt Leleges, et huc et illuc sparsi in unum convenerint et una habitarint.*

C (Ibid.) *Vocatos.* In M. post vocem *vocatos* subjunctum est *tunc gesta sunt*, et in Pi. *his temporibus.*

(231, V.) *Imperaverant an.* 544. In Fux. an. 554, sed perperam.

(Ibid.) *Usque ad Pelopem qui regnavit an* 59. In Vi., O., 58. Post illa succedebant hæc olim *et in Mycenas imperio translato post Acrysium regnavit Euristeus filius Steleni an.* 45. Idem in Mar., nisi quod pro *Mycenas* perperam est scriptum *Niceas*. At in Fux., valde mendose, *et in Mycenas imperii translato post Acrysium regnavit Perseus Consthelens, qui et adriscenas regnabant, postque eos Argivorum regnavit Euristheus filius Steleni.* Sed visa sunt non solum corrupta, sed peregrina, et cæteris penitus contraria, dum Perseus dicitur successor proximus Acrisii, et Euristheus Persei: unde et expunximus ex præscripto O. et Vi., quamvis alii codices, ut plurimum, idem haberent cum vulgatis, sed ad quod etiam ipse sensus nos coegit. Fœdatum enim

D agnoscimus locum, maxime in his quæ regnum Mycenarum attingunt, usque ad Atreum. Retinuimus præterea veterem lectionem, *Argivorum reges defecerunt*, etc., licet Vi., O., legerent *Argivorum regnum defecit, quod stetit an.* 544. Demum solis illis codicibus Vi. et O. referendum illud, *Mycenis Perseus regnavit an. septem*, e regione anni 16 Assyriorum, 38 Sicyoniorum, 13 Hebræorum, 36 Atheniensium et 9 Ægyptiorum, et notæ numerales regni illius in serie notarum restitutæ. Desiderantur enim ista in cæteris libris. Hoc modo completur illa lacuna quæ erat in numeris, scilicet inter 31 regis Acrisii, et primum Euristhei. Illis etiam duobus debetur illud alterum *Mycenis Euristheus ann.* 38, cum prius deesset, nisi quod paulo ante erat scriptum, *regnavit Euristheus filii Steleni ann.* 45, ut tandem sic omnes numeri singularum columnarum, seu regnorum optime conveniant, et sibi respondeant in omnibus codicibus usque ad annum primum Atrei.

(231, v.) *Post Acrisium.* Rejecta quam libri typis mandati consectantur, orthographia, *Acrysius*, hanc amplexamur: neque enim id illi constanter servant, dum antea, et paulo post sine *y* scribunt : qua in re imitamur omnes membranas, auctorem ipsum lib. x de Præpar. cap. 3, Apollodor., Pausaniam, Strabonem et alios quamplurimos, dum loquuntur tam de hoc Acrisio, quam de altero Jovis filio et Ulyssis avo; de quo Ovid. lib. Metamorph. XIII.

(Ibid.) *Perseus Acrisio non sponte interfecto migravit ab Argis: atque regnavit post Acrisium, in Mycenas Argivorum regno translato, et hi dein reges fuerunt Perseus, Euristheus, etc.* Non idem omnes libri: nam in excusis sub columna Atheniensium immediate post illa verba *Atheniensium* 8, *Pandion an.* 25, habentur ista : *Perseus*, etc.; ad an. vero 1 Pandionis, et ad latus eorumdem, in serie tamen Argivorum, collocantur ista *post Acrisium*, etc.; quod idem observabis in Fa. et Lo., nisi quod pro *Argos* legatur *Argis*, ut in Ven. et Lut., sicut etiam in Pi., ubi periodus illa *post Acrisium*, etc., ad. 4 annum Euristhei collocatur, cum in supradictis sit ad annum primum ejusdem. Rursus in Peta. cuncta desiderantur præter hæc locata ad an. primum Pandionis : *Perseus, Acrisio non sponte interfecto, migravit ab Argis, atque regnavit*; in Fux. vero sub columna Argivorum, et ad primum annum Euristhei hæc exstant : *Perseus Acrisium invite occidit, atque e terra Argivorum migravit. Post Acrisium, in Mycenas Argivorum imperio translato, hi reges fuerunt Perseus, Stenelus, Euristheus, Atreus*, etc. In Vi. et O. in columna historiæ ad 32 Acrisii (tot enim anni illi tribuuntur), 36 Cecropis, 9 Ramses, 38 Polybii, 16 Paniæ, 13 Debboræ, prostant hæc : *Argivorum regnum deficit, quod stetit annis quingentis quadraginta quatuor usque ad Pelopem, qui regnavit ann.* 58. *Perseus, Acrisio non sponte interfecto, migravit ab Argis atque regnavit post Acrisium, in Mycenas imperio translato, et hi dein fuerunt reges Perseus, Euristheus, Atreus et Thiestes, Agamemnon, Egistus, Orestes, et Tysaminos : et Pentilus, et Comites usque ad Heracleidarum descensum.* In Fre.: *Argivorum imperio in Mycenas translato, hi reges per successiones fuerunt Perseus, Steneleus, Euristheus, Atreus*, etc. Ex quibus liquido constabit, quo jure pro *Argos, ab Argis* reposuerimus. Ita enim libri scripti superiores, quibus adjungendi L. P. et alii Chirographi, quos citat Ducæus in Clement. p. 797, Comestor item in historia Ecclesiastica, et Vincent. uterque ex Euseb. : *reliquit*, inquit, *Argos, et transtulit regnum apud Mycenas.* Nam licet Perseus, dum se palæstra exercet, Acrisio avo materno (erat enim filius Danaes filiæ Acrisii) intereinpto disco in ejus pedem collapso, rediisse dicatur Argos : nihilominus, cum ibi parricidii infamiam ferre non posset, cum Megapenthe filio Prœti fratris Acrisii regnum commutavit, ac Mycenas condidit : de qua re Strabo lib. VIII, et Pausan. lib. II, et scholiastes Apollonii. Cur item verba illa *post Acrisium* cum superioribus *atque regnavit* copulaverimus, cum antea dissiderent et interpunctione, et laterculis, et columna, ratio sensus, præter exemplaria Vi., O. et Lo., et illa duo quorum meminit Ducæus in Clementem, ita præscripsit : alioquin ista, *atque regnavit*, extra ordinem et absurde posita essent. Cur tertio adjecimus *et dein.* Quarto cur expunximus vocem *Stelenus*: abest enim a Vi., O. Auctor etiam lib. x de Præpar. c. 3: *Acrisius regnat Perseus, postea Euristeus, demum Atreus atque Agamemnon:* ita reddit interpres Trapezuntius, cum incidisset in alium librum Græcum, quam qui ab Henrico Stephano excusus. In hoc enim omissis *Aristeo et Atreo*, mentio fit tantum *Persei* et *Agamemnonis*. Deinde hoc idem arguit antiqua lectio : *post Acrisium regnavit Euristeus;* quin etiam ipsa verba auctoris circa ann. 535 : *Minores Steneleni perseverarunt usque ad Euristeum :* præterea (quod præcipuum est) quia contexantur tantum anni Persei, et Euristhei in ordine regum Mycenarum, nulli tamen

A *Stenelo* tribuantur; alioqui poterat retineri illa vox *Stelenus* seu *Steenus*, quia constat ex Apollodoro lib. II et auctore supra, Perseum fuisse patrem Steneli, Stenelum patrem Euristhei : et *Perseo* (ait Strabo lib. VIII) *Sthenelum* (sic enim scribit), *huic Euristheum successisse.* At non quærimus quid alii, sed quid Eusebius voluerit.

(Ibid.) *Euristheus. Euristeus* Fa., Vi., O., Peta., Lo., sed satius fuit imitari alios libros, quibus consentiunt Homerus, Pausanias, Strabo, Stephanus, et ipse auctor lib. x de Præparat. c. 3, qui etiam videbantur sequendi, ut pro *i* appingeretur *y*, quia illis vel Εὐρύσθεις vel Εὐρυσθεύς; sed abstinuimus, cum nullus faveret liber.

(Ibid.) *Tisumenus.* Licet multiplex sit hujus vocabuli scriptio, tamen placuit potius juxta Lo., Fa., Pi., quam ut olim in vulgatis *Tysameros*, vel *Tisaminos*, ut in O., Vi., vel *Tysamenus*, ut in Fux., Peta.; quia non solum illi tres codices ita scribunt hoc loco, sed etiam paulo infra O., Vi., Peta., ubi

B etiam *Thysamenus* scribunt Fux. et Pi., sicut editi *Tyssamenus;* Pausanias, lib. II, Τισάμενος : quod firmat nostram lectionem, et ipsa etiam ratio orthographiæ; sic enim dictum volunt, quasi filium ultoris a τίομαι, eo quod Orestes ejus pater Agamemnonis patris sui mortem ultus fuerat.

(Ibid.) *Penthilus. Pentilus* Lo.; Patercul., lib. I : posterior est Latinorum, prior Græcorum. At *Pentulus* Vi. et O.

(231, VI.) *Midas. Mida* Lo., Peta., Fa., O., Vi., Pi., Fux., Mar., Vincen.

(Ibid.) *Laius.* Sic correximus ex A., T., Pi., P., Fux., Lo., 4 Vati., Peta., Plutarcho Parallel. 3, Æliano, Diodoro lib. IV, c. 6, Apollodoro l. 3, pro *Lagius* ut in editis, vel *Jasius* ut in S., V., Vatic., vel *Gaius* ut in Vi., O., vel *Lasius* ut in Fa., Vatica. Laii Thebanorum regis circa hæc tempora meminit Pausanias lib. IX et x. Fuit filius Labdaci, regis Thebarum, et pater Œdipi.

C (Ibid.) *Chrysippum rapuit. Crispum rapuit* V., Vatic.; *Crisippum* Vatica. Sed prius præferendum. De hoc raptu plura Diodorus, Plutarchus et Apollodorus.

(233, VI.) *Dimicantes. Militantes* Lo., Pi., Fux., Peta.

(Ibid.) *Viros ac feminas alligabat. Viris feminas adligabat* Al., Pi., Vi., Peta., O., Fux.

(Ibid.) *Loquitur in secundo Attidis libro.* Quia legebatur nude, *loquitur in secundo*, videbatur deesse aliquid : idcirco supplevimus *Attidis libro*, ex O., L., M. et Vi. Idem vult ex M. Ducæus in Clement. Alexand. p. 797, et paulo post Eusebius eumdem auctorem citat eodem modo; in Lo. *loquitur in II libro suo.*

(235, VI.) *Ea quæ de Dædalo, etc.* Laboro ut huic paragrapho sedem aliquam inveniam ; sed cui assentiar? Fux., Peta. dederunt 1 Ægei : L., A., 2 an. ejusd.; Vi., O., an. 3; Pi. an. 4; Lo. an. 19 Pandionis; vulgati an. 17 ejusdem; sed liceat de fabellis

D fabulari.

(237, v.) *Europa Agenoris filia, ut in quibusdam legimus rapta est : his congruunt, quæ de Minoe dicuntur, de Cadmo et Spartis.* Ista aut omnino desiderantur, in libris scriptis, ut in Pi. et L., aut variam habent lectionem et sedem, ut in Fa.; sub columna Mycenarum et ad annum 20 Euristhei : *Europa Agenoris filia, ut in quibusdam legimus, rapitur : his congruunt quæ de Mirice dicuntur;* et post aliquod interstitium ponitur ad annum ejusdem 24 : *de Cadmo et Sparthis* : in Fux. sub columna Atheniensium et ad 23 Pandionis : *Europa Agenoris filia, ut in quibusdam legimus, rapitur, quod his congruit quæ de Minoe dicuntur* : idem in Mar., nisi quod ponit ad an. 12 Pandionis, seu 34 Debboræ; in Lo., in eadem columna, ad annum 21 Euristhei : *Europa Agenoris filia, ut in quibusdam legimus, rapitur : his congruit quæ de Minoe dicuntur;* et ad annum ejusdem 23 : *de Cadmo et de Sparthis.* in Peta., in columna Athe-

niensium, ad an. 23 Pandionis, qui respondet anno 23 Euristhei : *Europa Agenoris filia, ut in quibusdam legimus, rapitur, quod his congruit, quæ de Minoe dicuntur*; et post intervallum, sub an. 25, est adjectum : *de Cadmo et de Sparthis*, in O., Vi., in serie historiæ, et nihilominus ad an. 20 Euristhei et 23 Pandionis : *Europa Agenoris filia, ut in quibusdam legimus, rapitur : quod his congruit quæ de Minoe dicuntur :* illa, *de Cadmo et Spartis*, exsulant. Verum ne horum mutatio mutabilis ingenii argumentum sit, stent firmiter, postquam sunt per se valde incerta, et varie tradita tam ab Herodoto lib. I, quam ab August. lib. XVIII de Civit., c. 12.

(237, VI.) *Existimatus sit. Æstimatus sit.* Lo., Pi., Peta., Mar.; *estimatus sit*, Fux.

(239, V.) *Philamon.* Olim in impres. *Phidamon*, sed sine dubio ita legendum docuerunt V., O., Fa., L., 4 Vati., Mar., Fre., quibus proxime accedunt. Pi. *Filiamon*, et Lo. *Filamon*; Peta. *Filammon*; Fux. *Phylaminon*. Nostra lectio est Pausaniæ passim, maxime lib. X, et Plutarchi opuscul. de Musica : accedit Eusebius lib. X de Præparat., c. 3, Φιλάμμων, Demosthenes pro Ctesiphonte; Diodorus, lib. XII, citat *Philomonem* Comicum : idem Athenæus sæpissime.

(239, VI.) *Pandion fugit a Metionidibus.* Pro *a Metionidibus*, in Ven. *a tid Metionidibus :* in Lo. *a Metionis diebus :* in Vi., O., Pi., *ab Ionibus :* in Fa. *a Menonidibus :* in Peta. *a Methionidibus.* Juxta editos libros hic paragraphus obtinuerat situm ad an. 33 Euristhei, seu Ægei 9, et ad an. 34 Euristhei in Lo. Nos tamen judicavimus reponendum ad an. 1 Ægei, adducti non solum auctoritate L., A., Vi., O., Fux., Peta., Pi., sed etiam ratione; cum Ægeus Pandionis filius, expulsis Metionidibus, regnum Atheniensium recuperaverit, ut docet Pausanias lib. I. Nescio tamen quo casu typographus collocavit perperam ad an. 26 Euristhei.

(239, VI.) *Ægeus.* Cogor invitus discessione facta a cæteris codicibus, in quibus vel *Aggeus*, ut in Fux., Peta., vel *Egeus*, ut in Pi., Fa., Vi., O., vel *Egæus*, ut in vulgatis et cæteris, unicum Lo. ducem sequi. Nam eam scripturam confirmant auctores gravissimi, ut Apollodorus, Cedrenus, Justinus, Diodorus, Pausanias et alii multi.

(Ibid.) *Cyzicus.* Multa videbantur suadere legendum *Ciricus*, ut auctoritas codicum M., Ven., Vi., O., sed præsertim, cum ipse circa olymp. 24 dicat tunc Cyzicum conditam, nec sit verisimile Eusebium sibi esse adeo dissimilem. Verum cum major pars exemplarium retineat vulgatam lectionem : cumque de Cirico nil usquam legerim, nil volui immutare. Hoc solum monebimus nos scripsisse *Cyzicus* per *y*, ex fide H., So., et Lo., sicut etiam infra consensu omnium exemplarium : immo etiam Pausaniæ, Eutropii, Zosimi, Frontini, Aurelii Victoris, Strabon. lib. XII, Eutrop. lib. VIII, Ptolem. lib. V, cap. 2, Plinii lib. VI, c. 12, Melæ lib. I, c. 19, Flori lib. III, c. 5, Plutarch. in Lucullo, Sallustii in epist. Mithrid., Appian. in Syrio, Dio. lib. LIV. Est autem urbs Mysiæ minoris supra Phrygiam ad Propontidem.

(Ibid.) *Argonautarum historia.* Hoc loco in Lemovicensi codice, et in Pi. additum est, diversa tamen manu a cæteris : *Lemovicas in Gallia primum conditas a Lemovico rege Gallorum gigantæo genere.* Verum non dubito, quin ab aliquo Lemovicensi in commendationem patrii soli fuerint inserta; quam perite et apposite, judicet lector.

(Ibid.) *Miletus condita. Filetus* Vi., O. Sed perperam hæc sunt posita in Pi. ad an. 16 Euristhei, qui respondet an. 17 Pandionis : in Vi., O., Fux. et Peta., ad an. 21 Pandionis : in vulgatis et aliis, ut nos.

(241, III.) *Tyriorum civitas condita. Tyrus condita* A., L., O., Lo., Pi., Fa., Fux., Vi., Peta., 3 Vati., Mar., Ado, Ammianus, et Beda de ratio. temporum : *Cyrus condita* in Au., P., corrupte *C*, pro *T*. Ad extremum commendata fuerunt hæc anno 12 Gedeonis. Hic enim annus incidit in 741 Abraham, cui si ad-

A jungas 240, prodibit num. 984, quo anno labente auctor constituit initium ædificationis templi. Nullum habui codicem qui lucem hanc præferret, nisi V., O., qui proxime accedunt, dum disponunt circa 13 ann. ejusdem : aliæ etiam diversæ codicum agitationes me illuc propulerint. Nam Pi. rejicit ad an. 3; Lo., Fux., Mar., ad an. 4; Peta. ad an. 6; vulgati et alii chirographi ad an. 5. Sed omnibus potior fuit superior ratio.

(Ibid.) *Josephus in 3. Josephus in lib.* III; Lo. *Josephus in tertia*, Fi., Vi., O.

(241, V.) *Argonautarum navigatio.* In L., A., Pi., ad an. 17 Ægei; in. Vi., O., ad an. 12; in Lo., Fux. ad an. 16; in vulgatis et aliis, ut nos, ad an. 13, licet magis placeret prima sedes propter sequentia, *Ex quæ de Sphinge*, etc. Idem *Orpheus Thrax*, etc., usque *Eumolphi*.

(245, V.) *Hypsiphyle. Ipsepyle* Pi., *Isiphilo* Fa., *Ipsiphyle* Fux.; *Ysiphile* Vi., O.; *Ipsipile* Lo., *Ipsi-*
B *pilae* Peta. Sic Persius satyr. 1, *Hysipilas :* Apollodorus, et Homer. l. VII, Iliad. Ὑψιπύλη. Porro his incerta est sedes. Nam Vi., O., ad an. 20 Ægei : in Fux., Peta., Pi., ad an. 11; in Fa., Lo., ad an. 3 Atrei, qui e regione an. 24 Ægei pingitur.

(243, VI.) *Ea quæ de sphinge.* Olim *ea quæ de sphinga* emendavimus, codicibus Vi. et O. ducibus, et ratione comite. Licet enim sphinga, sphingæ, nonnumquam usurpetur, ut apud August. et alios; nihilominus cum vox sit origine Græca Σφίγξ, γος, quintæ declinationis simplicium, fuit ad tertiam declinationem Latinorum reducenda, quæ terminationem per *e* in ablativo, suis nominibus præscribit : sicut legimus apud Plinium lib. XXXVII c. 1. *Augustus*, inquit, *inter initia sphinge signavit.* Adde consequenter usurpari in accusativo sphinga : unde quoniam alterutrum mutari debuerat, visum est prius movendum potius quam posterius, propter rationes quas mox afferemus. Quæsita his sedes, non quam indicavit Pi. ad an. 21, nec quam Peta., Vi., O., Fux., Mar., ad
C an. 22, nec quam L. et A. ad an. 23, sed quam alii chirographi et editi.

(Ibid.) *Ea quæ de sphinge, et Œdipode, et Argonautis dicuntur.* Divulsa sic conjunximus, interposita conjunctione *et* ante *Argonautis*, adducti auctoritate codicum V., Fa., Peta., Fux., P., Pi., et Lo. Sic enim auctoris sententia fit planior. In L., Va., Vat., divisa erat vox *Œd ipo de*, ut *de* potius præpositionis locum teneret, quam finem vocabuli *Œdipo :* castigabis etiam in Peta. *de sfinga, et de Dippode.*

(Ibid.) *Asclepius.* In. Fux. *Asdepius*, mendose *d* pro *cl*, verum Hieronymus retinuit vocem Græcam. Nam quod Græcis Ἀσκλήπιος, Latinis est *Æsculapius*, sicut supra reddidit in præfatione, et idem interpres Clementis, Pausaniæ et aliorum. Intelligenda autem esse hæc de Æsculapio, liquido constat ex lib. X de Præpar. cap. 3, et ex Clemen. lib. I Stromat., ubi dum Argonautas enumerat, Ἀσκληπιός τε καὶ Διόσκουροι συνέπλεον αὐτοῖς.

D (Ibid.) *Sphinga vero.* Placuit nobis potius veterem lectionem retinere, quam vestigiis quarumdam membranarum insistere, L., A., V., M., Pi., Fa., Peta., Vi., O., ubi *sphingam* adverto. Si enim extra publicam viam non sit incedendum, cum reliqui codices prius habeant, et præterea ea sit nativa terminatio hujusmodi vocum Græcarum, quam Latini sæpius retinent (sic namque et Polypoda, et Thesea, et Œdipoda, et id genus), nemo sensatus nobis assensum præbere detrectabit.

(Ibid.) *Propter zelium Harmoniæ.* Vice *Harmoniæ* alia alibi leges, ut *Armæniæ* in Lo., Peta. : *Armoniæ* in Pi.; *Ermonæ* in Vi., O.; *Ermione* in Fre.; *Armiome* in Fa.; *Armonicæ* in Mar. Sed ubique corrupte, ut satis ex superioribus colliges : intelliges etiam, quo jure dixerim superius, aspirari debere; cum hic et alibi cum *H*, aspirationis nota habeatur. De nuptiis Cadmi et Harmoniæ plura Diodor. lib. VI, Euripid. in Phœnic., Pausan. in Bœot.

A (Ibid.) *Contra Cadmum. Contra Cadmios* Lo., Pi.; *contra Cadmios* Peta., Fux.

(Ibid.) *Bellum. Certamen* A., P., Lo., Peta., Fux., Mar. Sed cum sint synonyma, quis locus mutationi?

(Ibid.) *Contra Cadmum iniisse bellum : Adversum Cadmum constitisse* in Pi., Vi., O., L., M., quæ locutio supra reperitur.

(245, I.) *Sosarmus. Susarathus* L., Pi. Prius ut amplectamur, duces habemus, præter alios mss., omnes editos (excepto Lut. in quo *Sosatenus* invenies) et Cassiodor. et Vincen. tom. 4. *Sosarmius* Jornan., *Sosarmos* Fa.

(245, V.) *Mycenis regnavit Euristheus an.* 40, *vel* 10, *ut aiunt nonnulli*, *Ægystus*. Hæc delenda omnino notaveramus, sed incuria librarii ea retinuit ex editis. Nam illa *an.* 40 sunt omnino absurda, sive respicias ad antiquam depravationem, quæ dabat Euristheo *an.* 45, sive ad nostram emendationem, quæ illi tribuit *an.* 38. Illa autem, *vel* 10, *ut aiunt nonnulli*, *Ægystus*, absunt penitus ab omnibus mss. et Mar., nec possunt conciliari cum præcedentibus, ubi B refertur Ægistum regnasse post Agamemnonem, neque cum subsequentibus, ubi auctor notat regnum Ægisti multo serius, videlicet ad ann. Abrahæ 837. Præterea ad quid illa ἀτοπία ad an. 8 Atrei? unde si fuerant retinenda, collocanda potius fuissent ad annum ultimum Euristhei, sicut suadent Peta., Pi., Vi., O., Fux., Mar., et omnino ita fuisset legendum : *Mycenis regnavit Euristheus an.* 38.

(245, VI.) *Hercules consumat.* Fixit hic metas suis erroribus, nos anno metam. Neque enim facile est membranas omnes conciliare; cum Lo. contigisse referat an. 33 Ægei: Vi., O., an. 34; L., A., Pi., Peta., Fux., an. 37. Sed nos cum excusis an. 31.

(247, V.) *Minos mare.* Fluctuat mare hoc. Nam in Lo. et Fa. hic locus concessus ad an. 12 Atrei, qui 33 Ægei respondet : in Fux. et Peta. ad. 33 an.; in Vi., O. ad annum ejus 31; in Pi. ad 32; in L. et A. ad annum 30.

C (Ibid.) *Parrhadius. Paradius* Pi., Fa., Lo., Vi., O., Peta.

(Ibid.) *Thamyris. Thammiris* Peta.; *Tamiris* Fa.; *Thamirus* Vi., O.; *Thamiris* Pi. et L., sicut etiam scribit auctor lib. x de Præpar., cap. 3, illum inter insignes poetas numerans : idem Clemens lib. I Stromat., Plutarch. lib. de Musica, et Pausanias lib. x, qui facit eum filium non Hammonis, sed Philammonis, de quo supra.

(Ibid.) *Thamiris*, etc. Varius est horum situs. Nam in Vi., O., circa an. 31 Ægei : in Pi., Fux., circa an. 35, in Peta. circa an. 36, in Lo. et Fa. circa an. 20 Atrei, qui 41 Ægei opponitur.

(247, VI.) *Ilium vastat. Ilionem vastat* Fa.

(Ibid.) *Solorum palestricæ artis certaminum*, *quæ in terra.* Sic restituimus pro *Solorum* (cum majusculo *S*) *palestricæ artis*, *certaminumque quæ in terra* ex Lo., Pi., Vi., O., Ven., et si credimus Ducæo in Collectan. ad Clement., Reg.

D (Ibid.) *Hydram autem callidissimam fuisse sophistriam.* Sic recensuimus pro *Hydram autem callidissimam fuisse sophistam*, ut in excusis : vel *Hydram autem callidissimam fuisse sophisteriam*, ut in Peta.; vel. *Idram autem fuisse callidissimam sophistam*, ut in Fa., ex L., A., M., V., Va., S., P., Lo., Mar., Al., Pi., Vi., O., Fux., Lut., Ven., et ipso Platone, quem hic citat Eusebius, qui in Euthydemo πολὺ γάρ τοι εἰμὶ φαυλότερος τοῦ Ἡρακλέους ὃς οὐχ οἷός τε σὺν τῇ Ὕδρᾳ διαμάχεσθαι σοφιστρίᾳ οὔσῃ. Ita etiam corrigendum notaverat Ducæus in Collectaneis ad Clement. Alexand., idque ex tribus mss. Reg., Vi., O., Pi.; cui propter insignem eruditionem adhibenda fuerat fides. Verum rem ita se habere, lectione duorum posteriorum a me comprobatum.

(Ibid.) *Lapitharum.* In Fux., Vi., O., Lo., Fa., Peta., Pi., V., Va., Fre., *Laphitarum;* nihilominus selegimus prius, quia sic vulgati, et Orosius, Homerus, Diodorus, Apollodorus, Pausanias, Palephatus, Apuleius, Virgilius, Ovidius et alii : et licet vulgati habeant *y*, loco *i*, cum mss. tamen et iisdem auctoribus hac in parte maluimus sentire.

(249, III.) *A Thola.* Sic pro *Tola* ex Lo., Mar., Fux., Peta., Pi., Vi., O., Fa., 4 Vati., Vincen., tom. I, Beda, Mar.; accedunt LXX Interpretes, tam editionis Romanæ quam Antuerpiensis cap. x Judicum; vulgata lectio tam Vaticana quam Plantiniana; Euseb. lib. x de Præparat. cap. 3, Θωλά, et Theophil. Antiochen. lib. III.

(Ibid.) *Alius* 23, *secundum Hebræos.* Absunt ab L., A., P., Lo., Pi., Peta., Vi., O., Fux. et 3 Vati., licet non sint rejicienda. Nam Thobula dicitur judicasse an. 23, tam apud eumdem Eusebium lib. x de Præparat. cap. 3, quam apud LXX Interpretes in utraque editione Roman. et Antuerp. cap. x Judic., et Theophil. Antioch. lib. III.

(249. V.) *Ea quæ de Minotauro.* Assignantur hæc in Pi., Fux., Peta., an. 3 Thesei; in Vi., O., an. 42 Egei; in Fa., Lo., cæterisque membranaceis et editis, an. 27 Atrei.

(249. VI.) *Post Laomedonta. Post Laomedontem* Lo., Mar., Vi., O., Pi., Fa., Fux., Peta., Beda.

(251, V.) *Magistrum Minois.* Vulgati habent *Magistratum Minois;* sed maluimus sequi L., Pi., P., Fre., Vi., O., quia Servius in lib. III Georg. notat Taurum fuisse magistrum militum Minois : Plutarchus in Theseo vocat τὸν τοῦ Μινὼ στρατηγὸν, *ducem exercitus Minois* : Cedrenus Minois νοτάριον. Unde Gar. Loaisa in Chronicon Isidori non dubitat hic corrupte legi *Magistratum*, pro *Magistrum militum.*

(Ibid.) *Androgei agonem*, etc., usque *testatur.* Ista erant separata et fœdissime transposita in Ven., Lut., B., Ba., H., Pet., ad seriem Sicyoniorum; verum sententiæ ordo, mss. et B., So., docuerunt ita conjungenda. Quod cum non animadverteret auctor notarum, quæ exstant in margine codicis H., et temere repetita in B., So., quia alioqui sententia erat mutila et manca, existimavit sic legendum, *Androgei agonem statuebat Minos nomine, præmium pueros Atticos largiens; at Taurus in agone*, etc. Sed nescio quo judicio illud *Minos nomine præmium :* præterea si consequenter illa legantur ut digessimus, nil poterit desiderari : lege plura de iis apud Diodor. lib. IV, cap. 5. et Plutarch. in Theseo.

(Ibid.) *Statuerat.* Pro, ut olim *statuebat* ex L., Lo., A., M., P., V., Va., O., Pi., Peta.

(Ibid.) *Præmii nomine.* Pro, ut in B., *premi nomine*, ex L., A., M., P., 5 Vati., Ven., Lut., So., Fre., H. : adde quod sensus quoque id postulat.

(Ibid.) *Pueros Atticos.* Pro *pueros Acticos*, ex Lo., L., A., M., P., Al., Pi., Vi., O., Fa., 4 Vati., quibus annumerari potest Ven., ubi *Athicos.*

(Ibid.) *Sicut ipsos.* Adjecimus vocem *sicut* secuti codd. L., A., M., Al. P., Pi., Lo., Vi., Peta., 3 Vati., et ut sensus esset planior.

(Ibid.) *Gnosicos. Grosios* P.; *Gossios* Fa., Lo., V., Va., Vat., S., *Cognosios* Pi. *Gnosius* A., O., Vi., Fre.; *Gnosios* M., L., Fux., Mar. : quatuor lectiones primæ corruptæ, quinta recipi potest. Nam utrumque dici et *Gnosios* et *Gnosicos*, ut etiam *Gnossos*, nemo est qui nesciat ex Ovid. lib. VIII Metamorph., Statio, et aliis, pro eo qui oriundus est ex urbe *Gnosso* vel *Cnosso*, Græcis præcipua insulæ Cretæ, ut vidimus ex nostro auctore, et sede regia Minois : Pausanias, l. I, ait Minotaurum in labyrintho *Gnossi* inclusum a Minoe.

(251, VI.) *Theseus cum Athenienses.* Quæ ex Chronicis certiora esse debuerant, varietate librorum incertiora reddita. Hæc enim in Vi., O., circa 8 Thesei disponuntur; in A., Pi., Peta., circa 15; in Fux. circa an. 18.; in vulgatis et aliis chirographis circa an. 1 ejusdem.

(Ibid.) *Eandem legem.* Sic ex A., Al., L., Vi., O., Pi., V., Lo., Ven., Peta., Fux., Lut., pro *tandem legem.*

(253, I.) *Mitreus.* Sic vulgati Vincent. et alia mss., nisi quod *Metrolus* in L.; *Mitres* in V., Va., Vat., Fa.;

*Metrhalus* Pi.; *Mitreus* Peta.; *Mithreus* Lo., Ven., Cassiodor. et Jornand. Eruditissimus Scaliger lib. vi de Emendatione temporum observat vocem *Mithri* esse Persicam a *Mither*, id est major, et inde sumptum nomen *Mithridates*, et similia.

(253, III.) *Jair ex tribu*. Pro *Jair*, in Lo. *Jayrus : Larus* in Fa.

(253, VI.) *Minos leges ac jura*. Pro *leges et fora* ex A., M., L., V., P., Lo., Vi., O., Fa., Fux., Fre., Pi., Peta., Vincen., in Specul. tam naturali, quam histor. Jam vero horum ea est conditio, ut in Lo. an. 11 Thesei tribuantur; in Vi., O., an. 19; Pi., Peta., A., an. 20; Fux. an. 22; Fa. et emissi an. 12: a quibus quis velit recedere, in re de qua aliunde nil certi constare possit?

(Ibid.) *Theseus Helenam rapuit*. Hi sunt errores Thesei, et ut errores esse noscas, alii libri ut editi collocarunt sub columna Mycenarum circa 43 Atrei: alii reduxerunt ad columnam Atheniensium, ut Lo., sed ad 45 ejusdem, et Vi., O., ad annum 5 Thesei: L., A., Pi., Peta., ad an. 13; Fux. ad an. 15: dissentire non possum ab optimis illis veterum Peta et Pi.

(Ibid.) *Philistus*. Verius multo quam olim *Philistous*, ut in editis et Vatica., vel *Philostous*, ut in S., vel *Philisteus*, ut in V., idque pro ea fide quam adhibendam duximus optimis illis veterum P., Lo., Pi., quibus proxime accedunt Fux., Peta., ubi *Filistus*, et Vi., O., in quibus *Phylistus*, et L. in quo *Phelistus* : adde Plutarchum in Dio., Joseph. lib. I contra Apio., Pausan. lib. I, et passim Suidam, Dionysium Halicarnass. lib. I, Quintil. lib. x, Diodor. lib. xv, et alibi sæpius : et sæpe Ciceron. lib. II de Orato. et lib. I de Divinat., et in Bruto, Æmilium Probum in Dione, qui omnes *Philisti Syracusani scriptoris* meminerunt : illum Cicero lib. II epist. 12 ad Q. fratrem vocat *crebrum, acutum, brevem, pene pusillum Thucydidem*.

(255, II.) *Adrastus*. *Adrastrus* Fa.; *Addrastus* Lo.; sed a nobis sunt, præter alia exemplaria, Apollodorus, Homerus, Strabo, Pausanias.

(255, V.) *Atreus Argis regnat solus*. Superflua videri poterant, ni unius voculæ *solus* additione essent illustrata. Ut qui enim inculcetur Atreum regnare, cum hoc antea præmissum; nisi quia cum prius conjunctum cum Thyeste haberet imperium, solus deinceps regnarit? Incuria typographi illam vocem omissam doleo. Sed ne quid a me profectum putes, ita præscribunt libri : Fux. quidem variat a cæteris in anno. Nam revocandum docet ad an. 64 Atrei: Fa. et impressi assignant anno 49 Thesei; Peta. an. 61 Atrei : Lo. Vi. et O. an. 63.

(255, VI.) *A Zaro. a Azaro* Ven., Lut., Fux.; *a Dioro* Pi.; *a Azioro* Lo.; *a Ziore* Vi., O.; *a Zore* Fa., Peta.

(Ibid.) *Conditam, eosdem autem fuisse Tyrios*. Hæc, *eos. au. Fu. Ty.*, antea consequebantur vocem *conditam*. Sed delevimus quia omittuntur in V., P., Lo., Peta., Fa., Fux., et quod vox præcedens *Tyriis* nil aliud significet ab illis diversum : hac tamen destituuntur V., O., Vi., P., L., licet habeant reliqua.

(Ibid.) *Et Carchedone Tyriis hoc tempore Carthaginem conditam*. Antea legebatur *et Carthagine Tyriis hoc tempore Carthaginem conditam, eosdem autem fuisse Tyrios*. Sed emendavimus partim ex Fux., in quo et *Carcedonius Tyrus hoc tempore Carthayinem conditam*, id est per Zarum et Carcedonium; partim ex auctore circa an. Abrahæ 971, ubi ait *Carthaginem conditam a Carchedone Tyrio*. Nam cum scripserit Græce, verisimile est utrobique usum esse voce Græca, cui consentit Appianus in Libyc. : *Conditores*, inquit, agens de Carthagine, *fuerunt Xarus et Carchedon*. Stephanus : Καρχήδων μητρόπολις Λιβύης ἀπὸ Καρχηδόνος φοίνικος. Accedit quod Pausaniæ, eidem Stephano et Græcis dicitur Καρχήδων, quæ Latinis Carthago. Antiqua lectio videbatur utcumque posse defendi tum ex aliis libris, tum ex Cicerone lib. II de Natur. Deorum, dum scribit dictam a Carthagine Herculis filia, et teste nostro auctore Hercules sæculo isto vivebat. Nihilominus semper obstaret illa vox *Tyriis*. Nemo enim scripsit eum Herculem fuisse Tyrium. Delevimus autem illa verba *Eosdem autem fuisse Tyrios* ex fide V., P., Lo., Fux., Peta., Fa., et quia alii libri, qui retinent illa verba, non habeat vocem *Tyriis*.

(257, I.) *Tautanes*. *Tauthanis* Lo.; *Tautanis* Fa., Pi., Al., Peta.; *Tautanes* Jornand., *Thaithanes* Fre. Idem quod nos Vincent.

(257, II.) *Polyphides*. *Polypedes* L., V., Va., Lo., Pi.; *Polipedes* Fa., Fre.; *Polyphydes* Fux.; *Polifides* Vi., O.; *Polypides* A., Mar. Primum reperitur in cæteris tam mss. quam impressis, et apud Vincent., apud Augustin. quoque XVIII de Civit. cap. 19.

(257, V.) *Theseus profugus*. Ut profugi varia et incerta latibula, ita horum incertus status, cum Fux. an. 25 Thesei assignet : Peta. et Pi. an. 26; Vi., O., an. 3 Menestei : Lo., Fa. et vulgati an. 56 Atrei, qui est e regione an. 29 Thesei, ubi et collocavimus. Nullus enim dubitet quin ad columnam Atheniensium pertineant. Adhæc verba ista satis præ se ferunt hoc contigisse ultimo anno Thesei; unde in Fux. subjungitur *derelinquit circa finem regni atque regnarit Mnestheus filius Petoonis*.

(Ibid.) *Bellum Amazonum contra Thebas*. His additur in Fux. *Achaicas*; habent præterea non ita certam sedem. Nam in Peta. et Pi. ad an. 27 Thesei; in Fux. ad an. 28; in Lo., Fa. et editis, ad ann. 58 Atrei.

(257, VI.) *Hippolytum*. Lo., Fa., Peta., volunt legi *Hyppolitum*; idem Pi. et Fux, nisi quod isti carent *h*, sicut etiam Vi. et O. : excipe rursus quod destituantur aspiratione, et altero *p*. Nos retinuimus vulgatam, quia firmatur auctoritate Mar. et poetarum, pro quibus facit τὸ ἔθυμον et quasi factum nominis ab ἵππος et λύω, quod fuerit discerptus et dilaniatus ab equis.

(Ibid.) *Libya*. Prius prostabat in editis *Lybia*; sed emendavimus propter rationes jam ante dictas circa annum Abrahæ 558.

(Ibid.) *Hercules Agonem*, etc. Deerat certus campus Agoni huic, quem nos ad an. 28 Thesei reduximus. Cum enim 810 annus Abraham in illum incidat, huic si addas 430, de quibus hic auctor, efficies 1240, quo absoluto vides cœpisse olympicum lustrum seu primam olympiadem : qua in re licet non habuerimus faventem aliquem codicem, illuxit tamen nescio quid in Vi., O., cum illi ad an. 27 Thesei hæc constituant, qui proximus est huic an. 28 Thesei; cæteri ut Fux., L., A., habent ad an. 24; Peta., Mar., ad an. 23 ejusdem, cui adhæsero Fa., Lo., et excusi, qui contulere ad an. 50 Atrei e regione 23 Thesei. Quid alii, dicerem si qua mihi superesset e naufragio bellico, quo abrepta priora scholia fuerunt, tabula.

(Ibid.) *Menelaus*. *Menalus* V.; *Medelaus* Pi. Sequimur chirographos Fa., Fux., Peta., Lo., Vi., O., Homerum, Virgilium et alios.

(Ibid.) *Menesteus*. Multa nos ita reponere coegerunt hoc loco pro *Meesteus*, ut primæ editiones Ven. et Lut., in quibus sic lego; sed et chirographi L., Fa., A., Peta., Fre., et Mar., quæ eodem modo pingunt : immo et omnes editi paulo post, et licet nonnulli libri variam sectentur orthographiam, confirmant tamen vocum vicinitate; ut in Lo. *Menesteus*, in P. *Mnestheus*, sicut etiam habent Clemens lib. I Stromat., Ælianus lib. IV, et August. XVIII de Civit. cap. 19; Homerus lib. II Iliad., et passim. Pausan. lib. I, Μενεσθεὺς, quod tamen interpres perperam vertit *Mnestheus*.

(Ibid.) *Qui et Peteo an.* 23. Pro *an.* 23. habebatur *an.* 24. Unde pejor error fluxerat ut texerentur anni 24 in serie hujus Menestei, cum 23 tantum dinumerandi essent, non solum quia ita habent Pi., Peta., Lo., Fux., O., Vi. et sex Vatic., sed etiam quia ipsi codices ut Fa. et alii mss. qui illi perperam 24 annos assignant, non nisi tamen 23 deducunt; ut sic tandem Trojæ expugnatio cum an. 23 Menestei semper concurrat. Excipe V., in quo perperam Troja ex-

pta ponitur ad an. 26 Assyriorum, 50 Sicyoniorum, 5 Hebræorum, 7 Ægyptiorum, 16 Mycenarum, 24 Atheniensium; sed præcipue quia mox auctor consensu omnium librorum manifesto tradit Trojam captam an. 23 Menestei. Error editorum irrepserat ex eo quod incuria librarii inseruerat annum 8 Menestei, nulla ei opposita nota alterius regni. Dolemus correctorem hujus editionis illud ipsum retinuisse; sed si opponas illum annum 8 ex adverso 65 Mycenarum et 18 Ægyptiorum, et ita de aliis, ut est necesse, ultimus Menestei erit tantum 23, et non 24.

(259, v.) *Apri Calydonii*. Non constant inter se libri in orthographia. Nam Lo., Fa., Fux., *Calidonii*; Vi., O., *Caledonii*, licet scribat modo per *i*, modo per *y*: sed *Calydonia* regio Græcis, non *Calidonia*. Nos insistimus vulgatis, præsertim cum ita Pausanias, Strabo, et alii: deinde cum vaga essent, ad hunc restricta locum. Nam in Fux. ad an. 18 Ammenemes; in Pi. et Peta., ad 29 Thesei, qui respondet 9 Ammenemes: in Vi., O., in 2 annum Menestei: in Fa. et editis in 60 Atrei, qui est 3 Menestei: in Lo. ad 61 ejusdem.

B (Ibid.) *Minos in Sicilia*. *Minos in Silicia* in L., Pl., sed mendose, ut constat ex aliis mss. et Plutarcho in Theseo. Incerta sedes; in Fux. enim Pi., Peta., locantur ad an. 1 Menestei; in Vi., O., ad an. 4; in Fa. et vulgatis ad an. 5, seu Atrei 62; in Lo. ad an. 63.

(Ibid.) *A filiabus Cocali*. Ita restituendum duximus pro *a filiabus Cosali*, juxta codices V., S., P., Lo., Pi., Fa., Peta., Fux., Vi., O., L., Fre., et Aristotel. in Polit., Pausan. lib. VII, Diodor. lib. IV, cap. 15, Athen. lib. 1 cap. 4, Gemistum lib. I, rerum Græcor., Justin. lib. IV, Strabon. lib. VI, et Herodotum lib. VII, nisi quod in V., S., P., scribitur *Coccali* cum duplici *c*. Idem observat Ovidius VIII Metamorph.:

> **Sumptis pro supplice Coccalus armis**
> **Mitis habebatur.**

C (Ibid.) *Sic morte functus est*. In Lo., Pi., O., Mar., *sic morte finitus est*; et hanc lectionem observat, ex eodem codice Pithoei, Ducæus in Collectan. ad Clement. Alexand. pag. 800.

(Ibid.) *Quidam autem an. 30 periisse scribunt*. In Lo., Pi., Fux., Peta., *Quidam ante annos 30 eum periisse scribunt*.

(Ibid.) *Alii vero ante 30 an. lethum suscepisse ferunt*. Hæc non habentur in L., A., M., P., V., Fux., Va., Lo., Vi., O., Pi., Peta., Fa.

(259, VI.) *Interfectorum posteri qui vocabantur Epigoni*, etc. Ne existimes hæc esse mutila, vel aliunde pendere, cum nullam antea fecerit memoriam horum, nec a quibus fuerint interfecti: Nam disces ex Pausania lib. IX, et Strabone lib. VII et IX. Cum Argivi magnum comparassent exercitum ad obsidionem Thebanorum, totum illum exercitum, *uno Adrasto rege Sicyoniorum excepto, ad internecionem cæsum*; sed ea victoria magna stetit clade Thebanis, unde proverbium *Cadmea victoria; nam non multis post annis Thebas adorti sunt* illi, quos Epigonos Græci vocant, id est, Posteri Atheniensium et Argivorum, qui in ea clade ceciderant, ducibus Polynice et Adrasto; Ἐπιγόνοι enim nihil aliud sonat quam *posteri*, et Thebani tunc expugnati sunt et expulsi. Certa autem non est horum sedes: nam in Peta. ad an. 8 Menestei, consequenterque post illud, *Mycenis*, etc., *Troja capitur*. In Lo. ad an. 7 Menesthei, post camdem sententiam, sed tamen interpositis quatuor annis; in Vi., O. eidem periodo succedit, ut in Peta., licet ad 11 Menestei: idem est in Fa., sed ad an. 6 Menestei, et post illa: *Troja capitur*, interjectis tribus annis. In Fux., Pi., succedit post illa: *Menelaus regnat in Lacedæmone* ad an. 7 Menestei: Mar. ad an. 13, seu an. 5 Jepte.

(261, III.) *Post Jair*. Nova his sedes parta post annum primum Jephte, juxta Au. Prius enim sita erant ad an. 16 Jair, ut in impressis, Pa., Lo., vel ad an. 20, ut in Pi., vel ad ann. 22, seu ultimum, ut in Peta., Fux., O., Vi. Præeuntem etiam rationem sequi-

A mur. Si enim illud hactenus observavit auctor in similibus, cur hic non idem?

(261, III.) *Ammanitæ*. Rectius quam ut olim *Ammonitæ*, vel ut in Peta., *Alienigenæ* juxta Pi., Lo., Fa., Vi., O., Fux. Et quia video Septuag. pro quarta vocali substituere primam, dum de Ammonitis fit mentio, v. gr. II Paralipom. c. XX, ἐκ τῶν Ἀμμανιτῶν, ubi vulgata lectio *ex Ammonitis*.

(Ibid.) *Jepte in libro Judicum ab ætate Mosis usque ad semetipsum ait supputari an.* 300. Hæc absunt ab V., Lo., Fa., O., Vi., sed sunt in aliis exemplar. Mar. et Beda, et consona sunt sacræ Scripturæ Judicum XI. In Au. et H. pro ann. 300 occurrit *an.* 400, sed mendose.

(261, V.) *Agamemnon annis* 15. In vulgatis, et Fa., ac septem Vaticanis, et Lo., *ann.* 18 pro *an.* 15, licet hi in serie annor. deducant tantum *annos* 15; in Fux., Peta. et A. habes *annis* 35. Quod nullomodo stare potest, si Ægistus regnat apud Mycenas statim post captam Trojam, ut vult auctor. Pejus faciunt illi chirographi, dum pro 15 *annis* deducunt *annos* 18 in serie Agamemnonis, ita ut e regione annorum illius 16, 17, 18, nullus sit oppositus numerus in serie Hebræorum, Assyriorum, et cæterorum regnorum: quod non solum est valde absurdum, sed ipsum mendum per se prodit; et præterea hinc fit ut numquam possit concurrere ille fictitius 18 annus Agamemnonis cum capta Troja, neque cum anno 23 Menestei, 3 Labdon, et 25 Tautanis, et ita de aliis; quod velut necessarium constituit auctor hic, et in præfatione. Nos secuti sumus L., Vi., Pi., O., in quibus tam hoc loco, quam in serie apponuntur tantum anni 15. Quod esse ex mente auctoris ostendunt præter alia exemplaria, Beda de Ratio. tempor., et Vincen. tom. I et IV: *Anno* 15 *Agamemnonis*, inquit, *secundum Eusebium, capta Troja*. Nec te moveat quod auctor, lib. X de Præpar. cap. 3, videatur priorem sententiam sectari de illo 18 anno Agamemnonis, quo ait captum Ilium. Nam non hic loquitur ex sua mente, sed ex sententia Clementis, qui hoc scribit lib. I Stromat., a quo non semel discedit, et forsan apud utrumque est mendum 18 pro 15.

(Ibid.) *Mycenis imperat Agamemnon an.* 15, *cujus regni* 15 *an. Troja capitur*. Desunt in 2 Vatic.: antea vero legebatur in vulgatis et aliis *Myc. imp. Aga. an.* 35, *cujus regni* 18 *an.* etc. Idem in Mar., nisi quod pro *an.* 35 legitur *an.* 25, ut etiam in 5 Vatican. Sed emendavimus non solum ex fide codicum O., Vi., hoc loco, sed etiam propter præcedentem notam: et quia pene omnes libri præter Fux., Peta., P., et duos mss. Fab., deducunt tantum annos 15 in serie Agamemnonis, videbatur tota sententia delenda, sicut in L. et Pi. Nam quid ineptius vel Agamemnonem imperasse *an.* 35? cum teste Velleio et Dicte apud Diodorum, immo ex ipso nostro auctore, Ægistus regnat Mycenis statim post Trojam captam et interfectum Agamemnonem: vel illa inani repetitione *cujus regni* 15 *anno*, etc. Unde non mirum si

D varient libri. Nam Fa. et Mar. pro *an.* 35 legunt *an.* 25, et pro 15 habent 18 cæteri, ut prænotavimus. Transtulimus autem in annum 1 Agamemnonis, tum quia ita voluere Fux., Vi., O., tum quia ita decernit sensus ipse verborum, quamvis vulgati et quidam mss. ad an. 2 Menestei, qui est annus 57 Atrei, revocent, ut Lo. ad an. 1, et Peta. ad an. 7 ejusdem Menestei.

(261, VI). *Alexander Helenam*. Ne te hic raptus rapiat, obfirma animum, in Fa. enim locus his concessus circa an. 8 Menestei: In Vi., O., circa 13; in Fux. et Pi. circa 14; in Peta. circa 15. Lo. et cæteri membranacei cum excusis conveniunt, quos proinde mihi imitandos proposui.

(Ibid.) *Alexander*. *Priamus* Au.

(261, VI). *Causa mali*. *Causæ mali* Lo.; *causa belli* V., O.

(263, III.) *Hesebon*. *Esbon*. Fux., Peta., Lo., Vi., O., Pi. Quæ scriptura convenit cum voce Hebraica

השבון nisi quod caret aspiratione: vulgata versio habet *Hesebon:* Septuaginta Ἐσεβών. A

(263, IV.) *Thuorix. Thuores* in L., Pi.; *Thuoris* in V.; *Thulis* Al.; *Thecores* Vi., O.; *Tuoris* Lo., Fux.; in Fa., *Turoix*, et in margine *al. Tuoris*. In re dubia nil muto. Nam neminem scio veterum, qui hujus faciat mentionem.

(263, VI.) *Mopsus. Mobsus* L., Pi.; *Mossus* Fa. Sed ubique mendose. Tota sententia deest in Fux. Hic porro in varia animus distrahebatur, dum in Fa. ad an. 17 Menestei, ut in vulgatis reduci adverterem: in Lo. ad. an. 18; in Pi. et Peta. ad an. 21; in Vi., O., ad an. 23.

(Ibid.) *Mopsocrene. Mopsocren* in L.: *Mobsicrenæ* Vi.: *Mobsocrem* Pi.: *Mopsocrenæ* So.; *Mopsicrenæ* Mar., Lo.; *Mopsistene* Fa.; melior vulgata.

(Ibid.) *Mopsistiæ*. Deest in Fux.; *Mobsestiet* L., Pi.; sed Al. *Mopsistie; V. Mopsitre:* Fa. *Mobsistiæ:* Vi., O. *Mopsos* et *Mopsopia*. Nam ita dictam a Mopsopo, seu Mopso (siquidem utrumque usurpatur) tradunt Strabo lib. IX, et Plin. lib. V, c. 27: unde Græci vocant Athenienses Μοψοπίους: at *Mopsihestiæ* Zonaras tom. III. Ptolemæo Μοψουεστία, *Mopsis vatis domicilium quondam*, ut scribit Ammianus lib. XIV. In antiqua inscriptione apud Aldum *Mopsuestia:* in concilii Constantinopol. primi subscriptionibus episcoporum, mentio fit Olympii episcopi *Mopsuestiensis;* sic apud Cedrenum Theodori episcopi Μοψουεστίας. B

(265, III.) *Post Hesebon*. Assignavimus hæc an. 1 Labdon juxta Lo., Fux., pro quo in Peta., O., et Vi., ad an. 7 *Hesebon:* in excusis et aliis scriptis ad an. 4; præcipue vero quod huc usque similes observationes ad an. 1 cujusque judicis reposuerimus.

(Ibid.) *Judex Aelon*. Sic restituimus pro *Judex Adon* ubi *d*, pro *el*, secuti vestigia L., Vi., O., quod etiam observarat Ducæus in Clement. ex mss. ad quos proxime accedunt alia exemplaria. Nam *Æalon* in A., M., Fux., sicut Euseb. libro X de Præparat. cap. 3, Αἰαλών. Interpres *Ealo: Elaon* in V., Lo., et in cod. Reginæ matris, teste eodem Ducæo; *Ælaon* Pi. Josephus libro V, cap. 12, vocat *Elon:* Clemens Stromat. I, *Eglon*: Vincen. in Specu. nat. *Abialon, idque*, inquit, *ex Eusebio*, et forsan scriptum est *b*, pro *ch*. Nam Beda legit *Achialion:* idem Marianus, et Herman., Contractus. Mirum autem est. quod hic ait Eusebius, et quod approbant Beda, Marianus, et alii nonnulli sectatores Eusebii, LXX Interpretes non meminisse *Aelon*, cum Judic. XII ejus fiat mentio apud LXX tam in editione Romana, quam Antuerpiana, ubi inter *Hesebon et Abdon, qui et Labdon*, interjiciunt Ἐλών, ubi versio vulgata tam Vaticana, quam Plantiniana habet *Ahialon:* alii codices *Elon:* Theophil. Antiochen. lib. III (qui vivebat circa ann. Christi 160) legit *Ailon*. Nec dubito quin LXX ita legerint vel *Ahialon*, vel *Aialon*, vocem Hebraicam אילון, priusquam novi isti Massoretæ rabbinici, ann. Christi 475, augerent scripturam suis punctis, et redderent hic Jod mutum, et quasi inane. In Fre. legitur *Calahon*, mendose. Sciendum autem auctorem tribuisse Josue (tacet enim Scriptura ejus annos) annos 27, quia coactus est augere illum numerum pro *an.* 17, his decem annis detractis duci Aelon. C

(265, V.) *Memnon*, etc. Omnes membranæ, excepta Lo., quæ cum excusis reduxit ad annum 9 Agamemnonis, aggregarunt ista ad columnam Atheniensium, ita tamen ut huc et illuc distraxerint, ut P. ad an. 18 Menestei; Pi. ad an. 19 ejusdem; Peta., Fux., ad an. 20; A., Vi., O., ad an. 21. D

(265, VI.) Circa annum 24 Menestei regis in Au. sequuntur ista, *Exinde origo Francorum fuit*; sed quis non videat ab exscriptore adjecta?

(265.) *Usque ad primam*. Pro *usque in primam*, ex L., A., M., Au., Fux., P., Lo., Peta., V., Ven. et Lut., V., O., Pi., Mar., et ex præfatione.

(Ibid.) *Fiunt anni* 406. Antiqua lectio in editis: *fiunt anni* 400, *alias* 406. Sed restituimus prælucentibus Fux., Peta., L., A., M., P., Lo., 3 Vatic., Pi. et tribus mss., Fab. et Fa., qui habet hoc singulare, ut legat *fiunt anni* 406, *alias* 405. Cæterum in O., Vi., habes *fiunt anni* 405, et idem notatur circa olymp. 1, ubi numerus ille 406 desideratur in membranis, et ejus loco legitur 405.

(Ibid.) *Regni Nini*, *anni* 835. Olim *regni Nini* 835, *alias* 834. Sed expunximus illud *alias* 834, ex fide A., L., M., Lo., Pi., Vi., O., V., Va., Fux., P., Peta., et trium mss. Fab. et Fa., licet in hoc supra scriptum sit *vel* 834. Videtur enim interjectum a studioso lectore, qui legerat illum num. 834 in præfatione Eusebii. Hoc idem fere semper habendum est de similibus, ubi reperiuntur in editis istæ voces *sive*, *vel*, *alias*.

(267.) *Nativitatis Abraham*, *anni* 835. In Fa. cum habeatur *ann.* 835, et scriptum supra littera minuscula *vel* 834, antea legebatur, *nativitatis Abraham ann.* 825, *alias* 824. Ubi menda erat manifestissima. Itaque secuti sumus codices L., A., M., V., Lo., Fux., Peta., Pi., Fab., Mar., tres mss. Fab., et rationem ejusdem numeri præcedentis ac subsequentis, ac vocem illam *similiter*. Nec dubito Eusebium hac locutione *secundum Hebræos*, non tam intelligere secundum Hebraicam veritatem, vel secundum Hebræorum computationem, quam secundum calculum deductum per columnam Hebræorum, et juxta seriem annorum cujusque patriarchæ, vel ducis, ex quibus sit illa summa ann. 835. Porro hæc omnia *secundum Hebræos a primo nativitatis Abraham an.* 825, *alias* 824, desunt in Vi. et O.

(Ibid.) *Secundum Sicyonios*. Sic restituimus pro *secundum Assyrios Sicyonis*, ut antea, juxta A., L., M., V., P., Lo., Fa., Fux., tres mss. Fab., Mar., Pi., Vi., O., et ipsam præfationem Eusebii. Corruptio se satis prodit ex eo, quod Assyrii valde distent a Sicyoniis, quorum illi in Asia, hi in Europa; et quod calculi juxta Assyrios proxime meminerit.

(Ibid.) *Anni similiter*. Sic pro *anno similiter*, ex V., L., P., Lo., Peta., Fux., A., So.; in Pi. vero, Vi., O., deest. vox *similiter*.

(Ibid.) *Mosis anni* 410. Vulgata lectio *Mosis anni* 310, *alias* 308. Nos tuto emendavimus ex Lo., Peta., Vi., O., tribus mss. Fabr., et Fa., in quo supra scriptum est *alias* 409, et ex ipsa supputatione. Nam si ab ann. 35 Mosis, fiunt anni 375, ut dicitur hoc loco; ergo ab ejus nativitate fiunt 410: in Pi. et L. legitur ann. 316. Restituimus ergo illud 310, et delevimus penitus illud *alias* 318, non solum quia desideratur in L., A., P., V., Va., Lo., Peta., Vi., O., Pi., sed præcipue, quia additio illa manifeste repugnat contextui nostri auctoris.

(267.) *A primo anno Cecropis*, etc., usque *anni* 375. Desunt in tribus mss. Fabri.

(Ibid.) *Computantur anni* 375. Prius *computantur anni* 375, *alias* 437. Sed delevimus *alias* 437, quia abest ab iisdem codicibus, nisi quod in Fa. supra hoc *anni* 375, scriptum est *al.* 437, et in Peta. legitur *computantur an.* 365.

(Ibid.) *Fiunt anni* 375. Antea legebatur *fiunt anni* 375, *alias* 374, sed expunximus *alias* 374, quia non legitur in A., L., M., V., P., Lo., Fa., Peta., Fux., Pi., O. et Vi., nec in tribus mss. Fab., et videtur, ut diximus de similibus, a librariis adjectum. Nam in Fa. est *an.* 375, licet supra scriptum sit, *al.* 374.

(269.) *Polybus vocatur. Polibus* Lo., Pi., Fa.; *Polipus* O., Vi.; *Polybius* Mar.: *Polipus* Alber. Sed non est quod primum illud postponamus; habetur enim apud Homerum, Pausaniam et alios.

(Ibid.) *Alchandræ. Alcandræ* Fux., Vi., O., Pi.; *Ancandræ* Lo., Fa.; alii codices tuentur nostram lectionem: Homerus tamen scribit sine χ, Ὀδύσσ. δ', Ἀλκάνδρῃ Πολύβοιο δάμαρ. Hinc corrige Marianum, in quo *Cassandræ*.

(Ibid.) *Divertisse*. In L., Pi., Vi., O., hæc sequuntur, *repetentes Græciam post bellum Trojæ*.

(269, III.) *Labdon*. Non ita divinæ Litteræ. Nam Judic. XII, tam in vulgata editione, quam apud LXX et

secundum Hebraicam ac Chaldaicam veritatem, pro *Labdon*, leges *Abdon :* quin et Josephus, lib. v de Antiquit. cap. 12, Theophil. Antiochen. lib. I, quibus annumerandus Eusebius lib. x de Præparat. cap. 5, et membrana Lo., ita habent: vulgata tamen lectio suos habet patronos, ipsum auctorem in sua præfatione et paulo post, Augustin. lib. XVIII de Civit. cap. 19. Bedam, Alber. Fre. (in quo corrupte *Calabon*), Marian., Anton., Contractum, et alios Eusebii studiosos præter Vincent., qui tom. I legit ex Eusebio *Abdon :* unde satius fuit recepta cum illorum auctoritate retinere, quam, ea rejecta, obsoleta inducere.

(Ibid.) *Annis* 40. *An.* 30 Fux ; *an.* 11 Pi. Sed vulgata lectio confirmatur ex fide aliorum mss. Fre. et auctoritate Judic. XIII.

(269, IV.) *Diopolitanorum.* Licet omnes libri habeant hoc loco *Diapolitanorum ;* nihilominus existimavimus scribendum *Diopolitanorum* propter rationes, quas antea deduximus circa annum Abrahæ 295, et ne in eadem re varius esset auctor.

(Ibid.) *Diopolitanorum an.* 178. Huc usque excusi pro 178 habuerunt 177, unde labebamur, ni erexissent nos Fux., Peta., Lo., Fa. et tres mss. Fab., monuissentque ita legendum, maxime cum in ipsis etiam vulgatis tot anni deducantur per seriem seu columnam usque ad 21 dynastiam : quod cum minus exacte esset observatum in V., O. et Pi., magnam annorum perturbationem peperit in serie Ægyptiorum; ita ut 6 Bocchori, qui in omnibus aliis libris concurrit cum. an. 2 olymp. 4, in his primo anno olymp. respondeat, quo in errore persistunt usque ad Persarum dynastiam : quo fit ut 42 Anamasis in duobus illis incurrat in ann. 6 Cambysis, cum in annum 5 ex præscripto auctoris incidat.

(269, VI.) *Demophoon. Demophon* in Ven., Peta., Fux., Lut., Fa., Vi., P., Lo. Sic Pausanias, Plutarchus, Clemens et Euseb. lib. x de Præparat. cap. 5, Δημοφῶν : accedit Vincent. qui *Demofon.* Tamen quia alii codices habent duplex *o*, et ita passim apud Justinum Bongarsii, Homerum, Virgilium, Ovidium et alios bonos auctores, nil mutavimus. Cæterum post illam vocem sequitur *filius Thesei* in L., Pi., Peta., Lo., et 3 mss. Fab., quæ minus dubia esse debent; cum nemo nesciat Demophoontem ex Phædra et Theseo progenitum : ideo minus visa sunt necessaria, cum desint in aliis libris.

(271, III.) *Qui copulantur.* Olim *computantur ;* sed tollendum hoc monuerunt Au., Peta., Pi., Fux., præsertim cum præcedentia id confirment, in quibus *qui copulantur*, vel *qui conjuncti sunt*, vel *qui conjunguntur.*

(Ibid.) *Judicum posteriorum.* Vox *posteriorum* deest in Lo. et Fa.

(271, V.) *Latinus in Italia.* Ne requiras hæc in Pi., Vi., O., Peta., *in Italia*, cum absint : tamen nil est cur non possint tolerari

(Ibid.) *Ascanius an.* 38. In A., L., Pi., Fux., Lo., hic inseruntur sequentia, *Ascanius Æneæ filius Albam urbem condidit ;* sed reservavimus suo loco secuti multitudinem exemplarium.

(Ibid.) *Quæ de Ulysse. Ulyxe* Lo., Pi., Fux., Peta., Vi., O., Mar., orthographia familiaris Victori de origine gentis Romanæ; sed altera est Livii et aliorum Latinorum.

(271, VI.) *Ægistus.* Sequimur Pi., Peta., Mar., Cedrenum, Velleium, Senecam, Pausaniam, Ciceronem, Homerum, Euripidem (in his quatuor tamen *Egisthus* cum aspiratione, et apud Velleium aliquando) et alios veteres, et etiam omnes codices ad ann. 715, quibus accedunt proxime Lo., Vi., Fux., O., ubi *Ægistus.* At in Fa., *Egystus :* ut et olim per *y*, hoc loco, licet superius per *i.*

(Ibid.) *Mycenis regnat Ægistus.* Ilorum varius est situs pro varietate librorum : Pi. et Fux. columnæ Sicyoniorum assignant : Pi. quidem ad an. 1 Pelasgi : Fux. ad an. 4 Demophoontis : Mar. ad an. 7; Lo., Fa., et impressi columnæ Athenienſ. ad an. 2 Demophoontis : Peta. columnæ Latinorum ad an. 1 Ascanii, cui adversus est 2 Demophoontis : Vi., O., ut nihil certi de columna habent, ad 3 Demophoontis et 1 Pelasgi. Si affuissent libri, reponendum videbatur ad an. 1 Demophoontis, quia constat ex Euripide in Oreste, Homero, Odys. III, Seneca, in Agamemnone, et aliis plerisque, Agamemnonem cæsum ab Ægisto non multo post Trojam captam. Paterculus tamen favet nostro situi, dum vult non antea eum interfectum fuisse, nisi post tres urbes conditas Mycenas, Tegæam, et Pergamum.

(Ibid.) *Mycenis post*, etc. De situ quoque horum non nisi varium ex libris haberi potest judicium. Nam alii congerunt ad columnam Latinorum ad 2 Ascanii, ut Peta. Alii ad columnam Sicyoniorum ut Fux., Pi. : ille quidem ad an. 5 Pelasgi : hic ad an. 8; Mar. ad an. 7 : Lo., Fa., ad columnam Atheniens. : ille ad an. 3 Demophoontis ; hic ad an. 5, cui se aggregant Vi., O. et vulgati : quorum dissensio tantum abest, ut a recepto jam in editis situ dimoverit, quin potius confirmarit. Si tamen locus esset mutationi, videretur cæteris Peta. præferendus, si verum est quod habet Paterculus lib. I : *Ægystum regni potitum per annos septem*, qui illo anno 8 Demophoontis complentur, quod videtur sumpsisse ex Homero III Odys. :

δέδμητο δὲ λαὸς ὑπ' αὐτῷ,
ἑπτάετες δ' ἤνασσε πολυχρύσοιο Μυκήνης.

Subactus est autem populus sub illo (*Ægisto*),
Septennio vero imperavit divitibus Mycenis.

(Ibid.) *Orestes regnavit annis* 16. Lipsius litteratorum Coryphæus, lib. I, in Patercul., qui ait Orestem regnasse ann. 70, existimat loco 70 et 15 legendum 65, cui assentirer, nisi adversarentur omnes codices : immo ipse auctor, cum omnibus consentientibus libris constituit regnum Tisameni filii Orestis multo ante illos annos 75 elapsos.

(273, I.) *Tanteus.* In Pi. *Fleutheus :* in Vi., O. *Tautenus :* in Lo., *Tenteus :* quod ipsum habet Jornandes : *Tauteus* Fa. et Vincen. ; *Teuteus* Fux. : *Tentœus* tres mss. Fab. : *Tautaneus* Mar.

(273, III.) *Omnium fuit.* Sic repositum ex A., L., Au., M., V., P., Lo., Fux., Peta., Vi., O., pro *omnium finitur*, ut in impressis ; nisi quod in H. *omnium fertur.*

(273, V.) *Quomodo triremi Tyrrhenorum.* Loco *triremi*, in Lo., Vi., O., *Trieri ;* in Fux. *Tieri ;* in Fa., Ven. *Trientirenorum ;* in Pi. *Trieterttynorum ;* in So. *Tiremi ;* in Mar. deest, et ubi etiam tota sententia est corrupta. Sed vulgata retinenda.

(273, V.) *Syrenas.* Rectius ob consensum exemplar. A., L., M., P., Lo., Pi., Vi., O., Ven., Lut., Fa., Fux., Peta., Mar., quam, ut olim, *Syrenes*, licet hoc possit tolerari.

(Ibid.) *Quæ deciperent.* Aptius ex fide L., A., M., Fa., Fux., Pi., P., Lo., Mar., quam ut in editis *quæ deceperint*, vel ut in Vi., O., *quæ deceperunt.*

(Ibid.) *Hectoris filii*, etc. Hæc chirographi in variis sedibus deposuerunt. Nam in Lo., Peta., Fa., Vi., O., ponuntur sub columna Latinorum : in Fa, et quatuor Vatic. cum vulgatis, ad an 14 Ascanii : in Lo. ad an. 17 : in V. ad an. 20 : in Vi., O. et duobus Vatic., ad an. 21 : in Peta. ad an 22 : Fux., A., L., Pi., sub columna Atheniensium ; Pi. ad an. 26 Demophoontis, Fux. ad ann. 27; A. et L. ad annum 29.

(273, VI.) *Lydi mare*, etc. Non ita certa possessio maris, cum codices fluctuent in anno constituendo. Nam Vi., O., ascribunt anno 5 Demophoontis ; Lo., an. 6 ; Fa., Peta., an. 7 ; Fux., Pi., an. 8 : qui cum ita inter se dissentiant, potior visus est consensus excusorum, neque enim ejus rei prisci scriptores meminerunt.

(275, II.) *Quidnam ad hujus memoriam.* etc. Hæc omnia cum essent misere transposita ad annum 2 Samsonis, et consequenter post hæc verba, *Herculis*

*comparentur*, quasi dicerentur de Samsone, in hanc sedem transtulimus statim post *Zeusippus*, juxta codices Fux., Peta., Sa., Mar., Pi., Vi., O., ut pertineant ad Zeusippum regem Sicyoniorum; in cæteris vero varie sese habent. Nam licet disponantur sub columna Hebræorum, tamen in Fa. et 4 Vatic. ad an. 13 Samsonis: in Lo. ad an. 14, in tribus mss. Fab. et tribus Vati. ad an. 15; sed nec mira videri debent cum non raro in vulgatis et mss., præter Vi., O., quæ ad unam columnam pertinent, misere commigrent in alteram, sive incuria librarii, sive quia ejus proprius locus erat aliis occupatus. De iisdem balneis auctor mentionem facit ad olymp. 79.

(Ibid.) *Memoriam servandam. Memoriam conservandam* A., P., Al., L., Pi., Fux., Mar., Peta. Desunt autem in Vi., O. et uno ex mss. Fab., ab hac voce *quidam*, usque ad *putant*: in aliis vero duobus mss. Fab. rejecta sunt ad annum 15 Samsonis.

(275, v.) *Secundum quosdam.* Adverte librorum varietatem: Peta., Lo., Vi., O., Fa., ad columnam Latinorum evocarunt; Fa. quidem, et quinque Vatic., circa annum 20 Ascanii, quod et imitantur excusi; V. circa an. 21; Lo., Vi., O., circa an. 25; Peta. circa an. 27; Va. circa an 28; Pi. et Fux. ad columnam Atheniensium: Pi. quidem circa an. 29 Demophoontis, qui est 24 Ascanii; Fux. circa an. 1 Oxynthis, qui est 29 Ascanii.

(275, vi.) *Pyrrhus*, etc. Non est melior hujus conditio, quam superiorum. Nam Peta., Vi., O., collocant sub columna Latinorum; Vi., O., ad an. 11 Ascanii; Peta. ad 16; Lo., Fa., Fux., Pi., sub columna Atheniensium; Pi., Mar., ad an. 19 Demophoontis; Fa. ad ann. 20, ut et Vulgati; Lo. ad an. 21; Fux. ad an. 22. De nece hujus Pyrrhi vide Paterculum, et Dicten.

(277, v.) *Heraclidarum.* Germanius quam quod in excusis *Heraclydarum* cum *y*. Nam sic docent Lo., Pi., Vi., O., Fa., Peta., Mar., auctor ipse ad annum 918. His assentiuntur Pausanias lib. II et passim Herodot. lib. I, Plutarch. passim, Clemens lib. I Stromat., Strabo, in quibus Ἡρακλειδῶν; in Fux. *Heradidarum*, sed agnosce labem *d* pro *cl*, ut sæpe.

(Ibid.) *Descensus. Discessus* Lo. Sed quam fœde, constabit ex ipso auctore loco citato, et ex Clem. lib. I Stromat., Strabone, Diodoro, Varrone apud Censorinum, Pausania et aliis quam plurimis, apud quos celebris est iste descensus, velut nota et character temporum.

(Ibid.) *Ascanius derelicto.* In uno conveniunt libri, in altero minus sibi constant. Omnes enim assignarunt sedem in columna Latinorum. Sed Vi. quidem et O. ad an. 6 Ascanii: Pi., Peta., Fux., ad an. 10; L., A., ad an. 12; V., ad an. 24; Lo. ad an. 27; duo Vatic. ad an. 28; Fa. et quatuor Vatic. ad an. 21, cui similes editi, a quibus nefas discedere in re tenebris ævi obsita.

(Ibid.) *Lavinii. Laviniæ* L., Pi., Vi., O., Mar.: utrumque potest dici, sed diverso sensu. Nam Lavinia erat noverca Ascanii; cui ipse reliquit regnum, et imperium, quod habebat in urbem Lavinium, ut constat ex nostro Eusebio, Livio, et Dionys, Halicar. et Victore. Verum nostra lectio est purior, si virgula, quæ sequitur vocem *regno* transferatur post *Lavinii*, ut patet ex Livio et aliis, qua significatur, Ascanium, postquam reliquisset Lavinium novercæ suæ Laviniæ, cœpisse condere Albam Longam.

(Ibid.) *Albam Longam.* In L., V., Fa., Vincent. tom. I et II, O., Pi., Vi., Lo., Fre., deest dictio *Longam*, sic August. lib. III de Civit. cap. 13 et 14: *Alba*, inquit, *illa quam filius Æneæ creavit Ascanius*, sine additione *Longa*, ut etiam lib. XVIII cap. 20. Nam multas esse Albas in Gallia, Hispania, et Italia, observarunt multi. Hæc dicta est *Longa* ex forma quod in longum esset porrecta, *Alba* vero ex colore suis albæ, teste Aurelio Victore de Origine gent. Roman, Verum constat ex eodem Livio lib I, Solino, Justino lib. XLIII, et aliis, Ascanium condidisse Albam *Longam*, seu ut ipsi scribunt, *Longam Albam*. Cassiod. in Chronic, legit *Albanum*; verum montis potius nomen est ab ea urbe in eo sita. Mar. retinet nostram lectionem.

(277, vi.) *Mycenis regnavit*, etc. Regni hujus initium alii designant ad an. 21 Demophoontis ut Vi., O.; alii ad an. 25, ut Lo., Pi., Fux., Peta.: alii ad 26, ut Fa. et editi.

(279. v.) *Ascanius Julium procreavit.* Quod editis, qui sic habent *Ascanius Julium Sylvium procreavit*, abrogaverimus vocem *Sylvium*, non sine ratione factum, tum quia sic suaserunt libri A., Vi., O., M., P., Mar., tum quia illa erat manifeste contra auctoris mentem, qui distinguit *Julium* a *Sylvio*, ut ille sit filius Ascanii, hic ejus frater, cui assentiuntur Virg. lib VI Æneid., Dionys. lib. I de Orig. gentis Romanæ, Cassiodor. et Marianus; unde crediderim vocem *Sylvium* adjectam fuisse a sciolo, qui legerat apud Livium lib. I, Sylvium dici filium Ascanii: sed ipse hac in re jure reprehenditur a viris doctissimis. Observabis etiam in Fa., Pi., et apud Virgilium, Cassiodorum et librum de origine gentis Romanæ pro *Julium* legi *Julum*, a prima lanugine, quæ ἴουλος dicitur. At apud Mar. *Ilium* perperam, ut *Iliorum* pro *Juliorum*. Porro quod ab hoc Julo seu Julio gens Julia cognominationem deducat, testantur præter auctorem Pompeius, Ovidius lib. IV Fast., Virgil. lib. VI Æneidos. Quoto insuper anno regni Ascanius Julium procrearit, non ita certo libri. Nam Pi. opponit an. 25 Ascanii: Vi., O., an. 26; Fa. an. 29; impressi an. 30; Lo. Fux. an 34; quod idem præstitit Peta., nisi quod aggregavit ad columnam Hebræorum.

(Ibid.) *Orta et propter.* Imitamur libros scriptos Peta., Pi., Vi., O., Mar., Fux., dum in cæteris *orta est propter* legeremus.

(Ibid.) *Quia necdum.* Restituo pro *qui necdum*, secutus L., A., Pi., M., V., Vi., O., Fa., Mar., et ita refert Glareanus in Livium, et in Chronol. super Dionys. Halicar.

(Ibid.) *Sylvium. Silvium* in Fa., Lo., Fux., sicut apud Cassiodorum, Victorem, Dionys. Vulgata tamen scriptura est Mar., Livii, Virgilii et aliorum, quæ firmatur ex ipsa etymologia, cum ille dictus sit Sylvius ἀπὸ τῆς ὕλης, a sylva, testibus Livio, Dionysio, et auctore de origine gentis Rom. ipsoque nostro auctore, eo quod ruri in sylvis natus et educatus fuerit. Altera tamen scriptura potest defendi auctoritate Manutii in sua orthographia, dum testatur veteres lapides, et omnem antiquitatem scribere *silva* cum *i*, non cum y.

(Ibid.) *Agon Lyciorum*, etc. Agonis hujus celebrationem variis designarunt annis codices. Nam Peta., Mar., an. 34 Ascanii; Vi., Fux., O., an. 35; Fa., Lo., an. 38. Nec ullus est veterum qui hujus rei meminerit.

(279, vi.) *Oxyntes. Oxintes* Mar., Peta., Fa.; *Oxites* Vi., O.; *Oxynthes* Pi. Nostra lectio est Pausaniæ et aliorum.

(Ibid.) *Amazones.* Ut vagæ illæ, sic et quæ de illis. Nam in Peta., Vi., O., V., locum occupant ad an. 30 Ascanii: in Mar. ad an. 29: in Lo., Fa., quinque Vatic. et Vulgatis, ad 36; in Va. ad an. 37; Pi. et Fux. ad an. 3 Oxyntis: qui et digni visi sunt quos sequeremur, quasi mediam viam secuti, et quia historia pertinet potius ad Græcos, quam ad Latinos.

(281, II.) *Castoris chronographi de Sicyoniorum regno. Exponemus Sicyoniorum reges*, etc. Vitiosa erat hujus loci non solum lectio, sed etiam interpunctio. Ratione autem et iisdem mss. A., M., L., V., Va., Vi., O., P., Peta., P., Mar., Otho. lib. I cap. 27, manuducentibus ita correximus pro *Castoris chronographiam de Sicyoniorum regno exponemus Sicyoniorum reges*, etc. Nam Periodus incipit a verbo *exponemus*, et eamdem locutionem vidimus supra, et videbimus paulo post.

A (Ibid.) *Ab Ægialeo.* Antea habebatur *Ægyaleo;* verum cum præcesserit ista vox sine y, veterem orthographiam probatam ab antiquis scriptoribus retinuimus, et quia veteres schedæ idem ferme habent, nisi quod hoc loco inchoent ab *E* pro *Æ*, *Egialeus* pro *Ægialeus*, ut in Peta. *Egialeo*, in Fux. *Egeleo.*

(Ibid.) *Zeusippum qui omnes.* Antea vitiose legebatur *Zeusippum omnes* sine interpunctione, et illa voce *qui.* Sed secuti sumus L., A., M., V., Fux., Lo., Vat., Vatican., Ven., Lut., Mar., Pi., Vi., O., Peta., et Othonem. Observabis tamen pingi in nonnullis diverso modo, ut in tribus Vatic. *Zeuxippum.*

(Ibid.) *Regnaverunt annis* 962. Genuinam lectionem agnosce, magis quam veterum editionum in quibus *annis* 862, tum quia sic exstat in M., Lo., Vi., Vati., O., Pi., Peta., Fux., Beda, Fre., tum præcipue quia accurate temporis spatia emetiaris, quæ a primo anno Ægialei hucusque fluxerunt, eam summam efficies. Nam ad annum ab Abraham 889, qui concurrit cum anno 32, seu ultimo, Zeusippi, si addas ann. 21 Europis et 52 Ægialei, efficies illum numerum 962. Nec te moveat varietas lectionis, ut quod corrupte habetur in Va. 762, in A. 462, in Fa. 811, in tribus Vatic. 862, in Mar. 942, apud Othon 945, in Vat. 972. Etenim ex horum mendo veritas clare elicitur. Nam ex tribus libris posterioribus primus numerus 9 confirmatur: ex prioribus duæ aliæ notæ numerales 62 habentur; ut demum resultet 962; hinc restitues locum Augustini lib. XVIII de Civit., cap. 19, ubi enumerat annos 959. Cum enim sit verisimile in his auctorem habere Eusebium, cujus Chronicon sæpe citat, ab hoc abstersa macula ab illo eodem elui debet: idem præstabis apud Suidam, apud quem 900 *an.* leges pro 962. In Fa. deest tota hæc periodus.

(Ibid.) *Sacerdotes carni qui.* In Lo., Fa., V., Va., Vat., *Sacerdotes carnis qui:* in A., M., Peta., Par., Anton., *Sacerdotes carni sex qui:* supra pag. 11, *Sacerdotes carnii*, et ita Freculphus lib. x cap. 19, Otho. lib. I cap. 27; in quatuor Vaticanis *charnii.* Nostra lectio est receptior apud alios codices et Contractum. Antoninus vult ita dictos, quod carni *offerendæ præfuerunt.* Sed hoc probare non possum, immo potius crediderim, quod præessent sacris vel *Carni* Filii Jovis et Europæ, vel Καρνεῖον, seu *Carnei*, id est Apollinis: augetur conjectura quod cum sacerdotes hi inter reges Sicyoniorum numerentur, Apollo dictus sit *Ægialeus*, quasi dicas Sicyonius, quod coleretur apud Sicyonios; utriusque *Carni* et *Carnei* meminerunt Pausan. lib. III; et Hesychius in Lexico: Καρνεῖος, inquit, ἐπίθετον Ἀπόλλωνος ἴσως ἀπὸ Κάρνου, τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. De Carniis etiam festis apud Spartiatas vide Herodot. lib. VII et VIII. Fuit demum Dea Carnea, quæ vitalibus humanis præesse credebatur, ut testatur Macrob. Sed viderit lector, num ea in Peloponneso coleretur, sicut apud Romanos. Huic enim Brutus templum dicavit, *quia cordis beneficio publicum statum emendasset.* Quia tamen de his sacerdotibus *carnis* nulla est memoria apud veteres scriptores, nil certi potest dici.

(Ibid.) *Caridemus. Taridemus* A.; *Cariademus* Lo., Fa.; *Caididemus* Otho; *Chariademus* in Vatica. tribus; *Caridimus* Vi., O.; *Charidemus* Ven., Peta., Mar. Quæ orthographiæ ratio familiaris est Demostheni, Martiali et aliis veteribus, quamvis minus certa; eum diversi fuerint eodem nomine compellati.

(Ibid.) *Post quos sacerdos constitutus est Caridemus, qui impensas non sustinens fugit.* Desunt in L., Pi.

(281, V.) *Latinorum* 3. Pro *Latinorum* 32, ex A., V., Al., Ven., et Lut., So., H., Pi., Lo., et ipsa supputatione.

(283, VI.) *Aphidas. Aphydis* Lo.; *Phidas* Pi.; *Apidas* Mar.; vulgata scriptura est Pausaniæ lib. VII.

(Ibid.) *Timoetes.* In L. *Timetes;* in V. *Tymoetes;* Fux. *Timotes;* in Pi. *Thymetes;* *Thimoetes* Lo., Vincen.; *Thimetes* Fa.; *Thimotes* Fre; *Thimoeces*, *Chimoeces*, et *Thimoetes* Mar.; Sigonius de repub. Athenieus. *Thymoetes*, sicut in Peta. et Pausan. lib. II, ubi Θυμοίτης Θησειδῶν ἔσχατος.

(Ibid.) *Castoris de regno*, etc. Sic ex A., L., Vi., O., M., V., Va., So., Lo., Fa., Mar., Ven., Lut., pro *Castor de regno*, etc., ut in vulgatis, vel *Castores de regno*, etc., in Pi., Peta.

(Ibid.) *Erechteidas. Ericthidas* Lo., Fux.; *Ericthidas* Fre.; *Erycthidas* Pi.; *Erectidas* Vi., O.; *Ereotheidas* Ven. et Lut., quæ lectio confirmatur ex Pausania lib. VII.

(Ibid.) *Invenitur* 429. Emaculavimus hunc locum ex præscripto Al., Vi., O., Lo., Peta., Fux., et primigenia editione Ven.: indicant etiam A., L., Pi., ubi 329, quæ lectio, licet mendo non careat in prima nota numerali 3, duo tamen posteriores comprobant duas ultimas superioris summæ, scilicet 29. Antea in B. exstabat fœde 49; in So., H., Pet.,
B Ba., 449; in M., V., 428; in Mar. 424. Et licet hæc quam legendam exhibemus, 429, addita alteri 462, quæ numerat annos ab Abraham usque ad initium regni Cecropis, excedat novem annis summam annorum 882 ab Abraham, quo usque Timoetes regnare cœpit: tamen inter tot ac tam varios numeros nullus est, qui propius accedat ad eum annum 882, nisi forsan ille 428, si non numeres utrumque terminum. Ad hæc tamen quid incommodi si dixerimus Eusebium citare quidem Castorem, rationem tamen ejus supputandi annos non consectari ad unguem.

(Ibid.) *Melanthus. Melampus* Vi., O.; *Melantus* Lo., Fa., Mar.; *Melaneus* Vincen. Cæteri chirographi, et Pausanias, Velleius, Homerus, Strabo, Plutarchus et alii veteres firmant vulgatam scriptionem.

(285, II.) *Regnaverunt an.* 962. Quare hanc tamquam germanam lectionem amplexamur pro 862, ut olim, vide quæ paulo ante diximus.

(285, III.) *Samuel et Saul an.* 40. Correctionis
C istius, quæ hic a nobis facta, auctores fuerunt chirographi A., L., V., P., Lo., Pi., M., Fux., Fa., cum prius sequentia tantum legerentur, *Saul primus rex Hebræorum ex tribu Benjamin, et Samuel an.* 40, quæ omnino eradenda videbantur, iisdem illis codicibus suadentibus, sed maneant quia vera. Vetus enim mos Eusebii fuit, nomen regum vel aliorum, quibus ad texendam seriem temporum utitur, præponere, deinde subjicere quæ ad historiam pertinent, ut sæpius prædiximus. Adde quod Severus Sulpitius, lib. II; dum profitetur se Eusebii Chronica sequi, ita refert.

(Ibid.) *Prophetabat Samuel.* Hæc addenda erant ad numerum anni 7 Saulis ex fide Peta., Fux., etsi in Pi., O., Vi., sit ad an. 10, et in L., A., M., Au., ad an. 13; sed Typographus prætermisit.

(285, VI.) *Erechtheidarum. Erictidarum* Fa.; *Erectidarum* Peta., Vi., O., Fux.; *Eretidarum* Mar.; *Erecthidarum* Lo.; quæ lectio videretur retinenda, si accede-
D ret consensus exemplarium. Sic legimus ut plurimum apud veteres auctores. Verum lectio utraque potest tolerari, quia sic dicti sunt ab Erechtheo rege, qui ab auctore dicitur etiam Erichtheus: unde Homerus, Iliad. II vocat Athenienses δῆμον Ἐρεχθῆος, ubi Eustathius notat Athenienses vocari Ἐρεχθεΐδας, Codridas, Cecropidas, Theseidas et hunc Erechtheum esse eumdem, quem alii vocant Erichthonium, licet nonnulli viri docti alium esse, scilicet filium Pandionis, scribant.

(Ibid.) *Erechtheidarum imperio*, etc. Duo his deerant: alterum columna debita, alterum debitus annus: utrumque restitutum. Nam reddita sunt columnæ Atheniensium et 1 anno Melanthi ex fide Pi., L., P., A., Al.; licet enim in Fa. et aliquot scriptis libris, nec non et impressis, ad columnam Latinorum revocentur, et ad an. 11 Sylvii, concurrit tamen idem ille annus cum 1 Melanthi: in Fux. concessus illis locus sub columna Atheniensium; sed ad 8 Timoetes, qui 10 Sylvii respondet: quod ipsum in Vi.,

O. et Peta. observabis : Peta quidem reducit ad an. 10 Sylvii, Lo. ad an. 17, Mar. ad ann. 12 ejusdem seu an. 31 Heli, quod ab eorumdem librariis crediderim factum, non tam ut lectorem fallerent, quam quod eos in columna Atheniensium spatium deficeret.

(Ibid.) *Atticorum principum regnum*. Locus erat valde depravatus, cum legeretur *Atticorum principium regni*. Verum adjuti sumus ope M., A., V., Va., Lo., P., L., Vi., O., Pi., Peta., Mar., Fa., Fux., Fre., ut labem elueremus, quam aperte produnt ipsa verba auctoris, dum circa annum 460 ait apud Athenienses *principes* successisse regibus.

(Ibid.) *Ad pugnam*. Deest in Lo., Fa., Vi., O., Pi., Mar.; at in Peta. non solum desiderantur illa duo verba, sed et alia, *cum Timoetem provocasset ad pugnam Xanthus Boetius*.

(Ibid.) *Apaturion*. *Apatourion* Fux.; *Aparturion* Lo.; *et Parturionidem* Mar.; pro *Apaturion, id est Apaturium* Pi.; *Apasturtion* Peta. Sed vulgata potior est sine dubio. Nam ἀπατάω idem est ac decipio. De hac celebritate dicta *Apaturia*, vide Suidam, Herodotum lib. I, Xenophontem lib. I Hellenic., et Simplicium in Physic. Aristot. In B., H., Pet., Ba., So., erat scriptum ἀπατούριον; sed malui primas editiones sequi scribentes Latinis litteris, tum quia sic mss., tum quia vox est jamdiu æque apud Latinos atque apud Græcos usitata.

(Ibid.) *Quia victoria*. Rectius ita ex L., A., Vi., Pi., O., M., P., Mar., Fre., Fux., quam *qui ad victoriam*, ut olim.

(Ibid.) *Processerat*. *Processerit* M., Pi., Fa., Au., Mar.; *processerint* Lo.; *processit* Fux.

(287, v.) *Homerus secundum quorumdam*, etc. Exstant hæc in Vi., O., Fa., Peta., ad an. 20 Melanthi; in Lo. ad an. 24; in Fux. ad an. 25; in Peta. sub columna Hebræorum ad an. 14 Saulis, qui 26 Melanthi respondet; in Mar. ad an. 12.

(289, I.) *Dercilus*. *Dergilus* Peta.; *Dereulus* Vi., O., Mar.; *Dercylus* Lo.

(289, IV.) *Quartum Latinum*. Commodius pro *quarto Latinum*, inde secuti Lo., Fa., Vi., O., Peta., et rationem sensus, sic etiam refert Glareanus in Chron. in Dionys. Halicarn., et hoc exposcit vox subsequens *quintum*. Nam optimi veterum, qui habent *quarto*, habent etiam posteriori loco, *quinto*.

(289, v.) *His fuisse temporibus judicatur*. *Vindicatur*, Fa., Lo.: *indicatur*, Peta., Vi., O., P.; *vendicatur*, Fux.; *dicitur*, Mar.

(Ibid.) *Ex quibus Crates*. *Ex quibus Socrates*, Lo., Fa.; *ex quibus Erates*, Peta., Vi., O. Sed mendum non indiget refutatione longiori. Nam idem referunt de Cratere scriptore Clemens lib. I et Tatianus contra Gentes, et ipse Eusebius lib. x de Præparat. cap. 3: τούτων δὲ οἱ μὲν περὶ Κράτητα πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν. *Crates ante reductionem Heraclidarum octoginta post Trojana tempora annos* Homerum *floruisse contendit*.

(Ibid.) *Heraclidarum*. Antea *Heraclydarum*, sed substituimus *i* pro *y*, quia sic ferunt 4 Vatic., Peta., Fa., Lo., Mar., quibus proxime accedunt Vi., O.; *Eracledarum*, Pi.; *Eraclidarum*, Fux. Vide supra.

(Ibid.) *Archippo*. *Arcippo*., Peta., Fa., Vi., O. Vulgata scriptura firmatur aliis libris et exemplo Pausaniæ.

(Ibid.) *Atheniensis post 240 annum eversionis Ilii*. *Atheniensis 260 an. eversionis Ilii*, Peta.; *Atheniensis 240 anno eversionis*, Vi., O., Fux.; *Atheniensis post ducentesimos quadragesimos annos eversionis Ilii*, Lo.; *Atheniensis 200 post 40 annos eversionis*, Pi.

(Ibid.) *Modico tempore*. Abest *tempore* a Peta., Pi., Vi., O., Lo., Mar., Fux.

(Ibid.) *Licet Archilochus*. *Arciloquus*, Peta., Fux.; *Arcilogus*, Fa., Lo., quatuor Vatica.; *Archilogus*, Vi., O. Nos orthographiam hanc sequimur ad imitationem Pausaniæ, Strabonis, Athenæi, Clementis, auctoris alibi, et aliorum.

A (Ibid.) *23 Olympiadem et quingentesimum Trojanæ*, etc. Sic restituimus ex A., P., M., L., S., Vi., O., Pi., Mar., Fre., Peta., Fux., 3 Vatic., Tatiano, et ratione temporum, pro *23 olympiades et quintum*, ut in B., H., Ba., Pet., So. In 4 Vatic., Ven., Lut., S., legitur *23 olympiade et quinto Trojanæ eversionis anno*; in L. et Pi. pro 23 legitur 13, sed corrupte; in Lo., *23 olympiadem et quingentesimo Trojanæ eversionis anno*. Ducæus in Collectaneis ad Clem. Alexand. testatur se legisse 3 codd. manuscriptos, in quorum uno erat *vigesimam tertiam olympiadem*, et in aliis duobus *quingentesimum Trojanæ*, etc. In Fa. et 2 Vatica. mendosissime legitur *23 olymp. et V. Trojanæ eversionis anni*, quin in uno pro *eversionis* habetur *captivitatis*. Non desunt qui cum hunc locum turpissima macula fœdatum clament, sic recensendum putent, ut vice illorum, *licet Archilocus 23*, legatur *licet quidam cum Archilocho fuisse ad 23*, etc. Nam negant proditum ab Archilocho Homerum fuisse sub

B olympiade 23; immo illud tribuunt Theopompo, qui teste Clemente lib. I Strom. scribit ipsum vixisse 500 annis post Trojam captam, quod incidit in olympiad. 23, et quia, inquiunt, proculdubio Herodotus, Tatianus, Clemens, Plutarchus, et alii veterum non præteriissent hoc Archilochi testimonium de Homero: qua de re vide eruditum, et pium Spondanum in prolegom. ad Homer. Posset confirmari eorum sententia auctoritate Eusebii, qui lib. x de Præparat. cap. 3 referens præcedentia de ætate Homeri subjungit, *Alii Archilochi æqualem fuisse contendunt, qui fuit olympiad. 23*. Verum præterquam quod infirmiora sunt, quam ut dici debeat, hujusmodi argumenta ab auctoritate negantia, consensus omnium librorum impedivit quo minus uterer mutatione.

(291, II.) *In Lacedæmone regnavit primus Euristhenes an. 42*. Nova tibi hæc et jure; suppeditata enim sunt ab M., L., A., V., Lo., Fux., Fa., Peta., Pi., Mar.: adderem Vi., O., nisi quia aliquantulum immutata; sic enim *primus Lacedæmoniæ regnavit Eurysteus*:

C antea erat scriptum *Eurysteus primus Lacedæmoniorum annis 42*.

(Ibid.) *Euristhenes*. Non dubitavimus substituere hanc vocem pro *Eurystheus* ut olim. Nobis enim lucem prætulit Al., et accessit auctoritas Ciceronis lib. II de Divinat., Herodoti lib. VI, Pausaniæ lib. III, Platonis lib. III de Leg., scholiastis Pindari, Æmilii in Agesilao, Apollodori II Biblioth., Strabonis lib. VIII, licet hi, et alii Græci, pingant *Eurysthenes* per *y*, et legatur in Peta., Fux., Pi., Mar., *Euristheus*: in Fa., Vi., O., Lo., Vincen.. *Euristeus*: in primis editionibus Ven., et Lut., apud Stephanum de Urbibus, Εὐρυσθεύς.

(Ibid.) *Euristhenes, et Procles*, etc. Assignandi hujus situs auctores fuerunt Lo. et Peta., hoc est circa columnam Lacedæmoniorum et ad an. 8 Euristhenis; neque enim ita omnes. Nam vulgati et Fa. reponunt ad an. 8 Aletis, qui est oppositus an. 8 Euristhenis : alii ad columnam Hebræorum, ut Pi.,

D Mar., 22 Saulis, qui cum 7 Aletis concurrit : Fux. ad ann. 9 Euristhenis : sed ipsa ratio satis docet non nisi ad columnam Lacedæmoniorum posse habere locum et ad an. 1 Euristhenis. De his fratribus filiis Aristodemi vide Pausaniam lib. III, Ciceronem lib. II de Divinat., Herodotum lib. VI, et alios.

(Ibid.) *Procles*. *Proclis* Pi.; *Proeles* Vi., O., ubi *e* pro *c*; *Prodes* Fux., ubi *d* pro *cl*; apud Ciceronem lib. II de Divinat. *Proclus*; apud Plutarchum in Lycurgo, Platonem lib. III de Legibus, et Suidam, *Patrocles*, sed corrupte.

(291, VI.) *Iones profugi*, etc. Antea, ut in editis, Fa. et Lo., erat sub columna Lacedæmoniorum ad an. 14 Euristhenis, qui respondet an. 3 Codri. Nos reposuimus in columna Atheniensium ad eumdem an. 3, adducti vi et significatione verborum, ac auctoritate Pi. et Fre., qui similiter collocant ad eamdem columnam, licet ad an. 6 Codri : cum quibus convenit Peta., cum constituat ad an. 17 Euristhenis,

qui concurrit cum illo an. 6; Mar. ad an. 10, Vi. et O. habent ad an. 4 Codri. Situs Pi., Fre., Peta., videtur confirmari auctoritate Clementis libro I Stromat., dum ex Apollodoro ait coloniam Ionicam deductam centum annis ante regem Lacedæmoniorum, quem vocat *Dorysæum*, et qui auctori nostro est *Doristus*. Nam a primo illo anno Codri usque ad an. I Doristhi, reperies centum integros: propius etiam accedit ad id quod auctor dixit ex Aristarcho constituens Ionicam emigrationem centum annis post Trojam captam. Nam centesimus coincidit cum anno 8 Codri. Sed forsan Auctor non hic loquitur de Ionica illa emigratione, de qua postea, et cujus est frequens et varia mentio apud veteres. Hujus profectionis ad Athenienses, meminerunt Ammian. lib. XXII, Velleius lib. I, Strabo lib. VIII, Plutar. de Exsilio, Pausanias lib. VII, qui refert ad regnum Melanthi fugam Ionum in Atticam per Tisamenum.

(291, VII.) *Aletes*. Sic restituimus pro *Athletes* ut olim. secuti Vi., Pi., O., Vincent., et moti auctoritate Paterculi lib. I, licet scribat *Haletes*, et Pausaniæ lib. II, quibus accedunt A., L., Mar., in quibus *Alethes:* et sic pridem judicarat legendum Auctor marginis editionum Basil. et Sonnia. Accedunt etiam Peta., Fux., in quibus *Althis;* Fa., in quo *Alethius*. Nam in illis omnibus prima syllaba est semper eadem.

(Ibid.) *Heraclidarum descensus*, etc. Aggregantur ista in Fux., Lo., Peta., ad columnam Lacedæmoniorum; in Fux. quidem circa 1 Euristhenis, in Lo. circa 2, in Peta. circa 4. At in Pi. ad columnam Hebræorum circa 19 Saulis, qui est e regione 4 Aletis. Pingitur in Mar. circa an. 20 Saulis et Samuelis. In Vi., O., congesta sunt ut cætera, ad universalem illam columnam historiæ: ita ut ægre dignosci possit in illis ad quam columnam debeant revocari: respondent tamen anno 5 Aletis et anno 5 Euristhenis. In Fa. et vulgatis, quos sequi est animus, ad an. 2 Aletis annumerantur. Nam illi propius accedunt ad illum annum 80 post Trojam captam, quo Paterculus in initio operis, Plutarchus in vita Homeri, Clemens lib. I Stromat. ex Eratosthene, Diodor. in præfatione, tradunt Heraclidas reversos in Peloponnesum, a quo anno Diodorus usque ad primam olymp. computat 328, sed crediderim latere mendum et reponendum 338, nam iste numerus firmatur ex computo et enumeratione Auctoris. Nec erit absurdum audire hoc loco Paterculum, qui ita ait: *Tum fere anno octogesimo post Trojam captam, centesimo et vigesimo quam Hercules ad deos excesserat, Pelopis progenies, quæ omni hoc tempore pulsis Heraclidis, Peloponnesi imperium obtinuerit, ab Herculis progenie expellitur. Duces recuperandi imperii fuere, Teminus, Cresphontes, Aristodemus, quorum atavus fuerat.*

(293, II.) *Incursus in Asiam*. etc. Cum minus certum sit, quis locus his concedendus, nulla mutatio facta est; præsertim quia præter impressos, habemus consentientes scriptos Lo., Fa., Vi., O., qui ad an. 22 Euristhenis numerant: Peta. et Fux. ad an. 25 ejusdem: quibus accedit Pi., ad an. 14 Codri; nam ille concurrit cum illo 25 Euristhenis: Mar. ad an. 31 Saulis, qui est an. 16 Eurystei. Hujus quidem expeditionis Amazonum fit mentio apud Strabonem et Plutarchum, sed annus subticetur: non tamen videntur dissentire tempore; maxime cum Strabo referat lib. XI plerisque creditum, Ephesum. Smyrnam, Cumam, Myrinam, Paphum ab illis conditas et denominatas, quarum urbium conditum refert auctor proxime.

(Ibid.) *Amazonum pariter*. Desunt in L. et Pi., sed relinquenda ex fide vulgatorum et aliorum mss., Mar., et Oros. lib. I, cap. 21.

(Ibid.) *Cimmeriorum*. Cum habeamus auctores Fa., Vi., O., Pi., Strabonem passim, Virgilium, Plinium, Ptolomæum, Herodotum, Ciceronem et Solinum, placuit hæc scriptio magis quam vulgata *Cymmeriorum;* vel ut in Peta., Lo., *Cimeriorum*, vel *Cumenorum* in Mar.

(293, III.) *Abiathar*. *Abiatal* Fa.; sed perperam.

(295, VI.) *Peloponnenses*. Minus certa est vocis hujus scribendæ ratio, cum mss. aliquando post tertiam syllabam adhibeant duplex *n*, aliquando unicum tantum: si tamen attenderis, quid hac de re auctores, minor dubitandi occasio. Pausanias enim, Strabo, Diodorus, Plutarchus et reliqui scriptorum heroes utrumque *n* retinent.

(Ibid.) *Peloponnenses contra Athenas*, etc. Vagam hæc habent sedem; in editis enim sub columna Lacedæmoniorum ad an. 18 Euristhenis; ad quos Fa. accedit: Lo. autem circa an. 19, in Peta. ad an. 22 ejusdem; in Mar., in Fux., O., Vi., Pi., sub canone Atheniensium; in Fux. quidem ad an. 11 Codri; in Pi. ad an. 9 ejusdem, qui est e regione ad 20 Euristhenis, cui se adjungunt V., O., quos sequimur, cum ipsa historia hanc columnam postulet, et certitudo anni non possit aliunde constare, cum hujus rei nulla sit memoria, quod sciam, apud veteres scriptores.

Ibid. *In quo Erechtheidarum regnum*. Erui veterem maculam, *in quo Heraclidarum regnum*, ope Peta., O., Lo., Pi., Vi., V., Va., Vat., Fux., Mar., Fre., licet inter hos nonnihil discriminis. Nam O., Vi., *Erectedarum imperium;* Mar., *Erechthaidarum;* in Lo., Fux., *Erechthidarum regnum;* in Pi., Fre., *Ericthidarum destructum est imperium. Erichteidarum*, V., Va., Vat. Accedit quod non parum facit ad lectionem nostram tuendam, quod ex ipso testimonio Castoris supra allegato auctore nostro, constat regnum Atheniensium vocatum regnum *Erechtheidarum*, nusquam autem *Heraclidarum*. At si Heraclidæ sunt posteri Herculis, quem vidimus regnasse circa an. 800 ab Abraham, id est 140 ante hæc tempora: lectio vulgata est penitus inepta. Adde quod Justinus libro II hanc eamdem historiam narrans, quod hic dicitur de Erechtheidis, ipse tribuit Atheniensibus.

*Quod 482 perseveraverat*. Loco 482 in varia abeunt libri, cum in Lo., Au., legamus 477; quin etiam in Fa., licet in textu exstet 382 superscriptum, tamen est 477; in L. et Pi., 480; in Fux., 387; in A., M., Vi., Peta., Mar., O., 487; in P., 987. At editi et nonnulli mss. habent 382. In V., Va., 482. Itaque cum ex libris nil fere certi videretur posse erui, accersenda ratio, quæ cæteris numerum hunc docuit præferendum. Nam si ex Eusebii sententia destructio regni Erechtheidarum contigit anno ab Abraham 945, præterea certum sit initium illius regni sumendum a primo anno Codri, is autem cœperit regnare an. 462: si annis 461, qui præcesserunt, addas 482, efficies 943. In quo agnosco deficere duos annos, ut fiant anni 945. Sed cum libri nullum haberent numerum, qui propius ad eum accederet, malui libris V., Va., hærere, quam meo Marte comminisci 484. Cæterum de illo responso, de quo hic fit mentio, vide Ciceronem lib. I Tusculanar., Servium in Virgil. Eclog. 6, Trogum, et Augustin. libro XVIII de Civit. cap. 19. Observandum præterea in varias sedes hunc paragraphum distrahi; licet enim in omnibus chirographis sub columna Lacedæmoniorum collocetur, excepto Vi., O., qui cum unica columna universam historiam complectatur, ad quam columnam revocet, certo dignosci non potest. Etenim Lo. et Fux. rejiciunt ad annum 7 Davidis, qui est 32 Euristhenis regis Lacedæmoniorum; Pi. ad an. 9 Davidis et Euristhenis 34; Peta. ad 10 Davidis et 35 Euristhenis. Alii codices conveniunt cum vulgatis.

(295, II.) *Peloponnenses contra Athenienses*, etc. Restrinximus huc consilio Fa., Lo., quibus conformes sunt excusi. Nam Peta., Fux., an. 33 Euristhenis; Pi. sub columna Atheniensium ad an. 19 Codri; Vi., O., ad an. 18. De columna enim in illis, quia nullum certum haberi potest judicium, ut monuimus, noli esse sollicitus, non secus ac de anno, cujus nescio an veterum quispiam meminerit.

(Ibid.) XI *Lacedæmoniorum* XI *Ægis*. Locus illustratus ope membran. Peta. et Lo., a quibus non longe

differunt Fa., Vi., O., Vincent. ubi *Egis*, et Pi. ubi *Agis*, sicut Diodorus lib. XIII, Plutarch. in Vita Lycur., Strabo lib. VIII., Pausan. lib. IV, et licet editi et alii mss. habeant *Argis*, crediderim tamen irrepsisse *r* pro *e*, ideo lego potius *Ægis* quam *Argis* ut olim, licet *Agis* videbatur non improbandum.

(295, III.) *Echestratus*. Melius quam *Archestratus*, ut in editis, Vincent. et nonnullis mss. Sic enim docuerunt Peta., O., Pi., Vi., quibus convenit Pausanias lib. IV, et accedunt proxime *Echestratus* in Fux., *Ecestratus* in Lo., *Ethestratus* P.; *Egestratus* V., Va.; *Agrestratus* Mar.

(Ibid.) *Pelasgi mare obtinuerunt*, etc. Hæc addidimus ex A., L., Vi., Pi., Fux., P., O., Peta., Mar., Vincent., et nihil fere variant in situ libri. Etenim Pi. quidem constituit ad an. 1 Echestrati; Fux., Peta. ad an. 2. Pelasgi sunt proprie Thessali et Argivi. Sed non idem omnes. Vide Strabon. libro V et XIII, Thucydid. lib. I, Dionys. Halicarnass. lib. I, Pausaniam lib. I, Velleium libro I.

(295, VI.) *Principes sive magistratus*. Desunt in L., A., M., S., V., Va., Vi., O., Fux., P., Fa., Peta., hæc verba, *sive magistratus*; nec dubito quin in Græco pro utroque esset vox ἄρχοντες, quam Plin. lib. XXXIII vertit *principes*. Cicero, Velleius, Spartianus, et alii retinuerunt vocem Græcam *Archontes*. Verum tota hæc periodus deest in Pi et L., sed ejus loco apposita sunt ista, *Primus Medon regnum in fine vitæ obtinuit Athenis, et post ipsum cæteri reges.*

(Ibid.) *Quos mors finiebat*. Elegantius ex Lo., Peta., Fux., quam ut olim, *quos mors finierat.*

(295, VII.) *Ixion*. *Ihon* Fa., *Oxion*. Greg. Turonon. lib. I, cap. 17.

(297, II.) *Magnesia in Asia condita*. In P. est additum *vel Comea*. Conveniunt autem omnes libri, ut hoc ascribant columnæ Lacedæmoniorum: in assignando tamen anno variant inter se. Nam in Fa. assignatur 2 Echestrati: in Vi., O., an. 5; in Fux., Peta., Mar., an. 6; in Pi., an. 7; in excusis an. 3, a quibus discedere, quid nos cogit?

(Ibid.) *Mycena condita in Italia, quæ nunc Cumæ*. In Lo. *Micena* sine *y*, et illa *quæ nunc Cumæ*, desunt in Fa., Lo., Pi. et sex Vaticanis. At in Mar., Vincent., Vi., O., legitur *Micene* (in Mar., Vincent., *Mycena*) *in Italia condita vel Cumæ*; in Peta., *Mycena in Italia condita* absque reliquis; in Fux., *Mycena condita in Italia vel Cume*; in A., *Nycena*. Hunc locum duo illa Belgii lumina, Lipsius in Patercul. et Ortellius in Thesauro, judicant non carere labe, et dubitant an pro *Mycena* reponendum *Misenum*, cum *Misenum* et *Cuma* sint distinctæ urbes et separatæ, licet in eadem regione Campaniæ sitæ et vicinæ, ut docent Strabo, Stephanus, et Ptolemæus et alii. Confirmari potest eorum sententia auctoritate Aurelii Victoris lib. de Orig. gentis Romanæ, ubi ait tempore Æneæ *Misenum*, seu, ut loquitur, *Misenon appellatam a Miseno Gubernatore navis, seu tubicine Æneæ*; cujus rei allegat testem Cæsarem lib. I Pontificalium, quamvis hic de primo Ænea sit intelligendus, auctor vero referat ad tempus vicinum Æneæ Sylvio: præterquam quod alteruter potuit decipi nominis Æneæ similitudine; quid facilius quam Eusebium virum Græcum antiquissima narrantem, in rebus Latinorum oscitatum fuisse, ut *Mycænam*, seu *Misenum*, cum voce *Misenum* confuderit, eamdemque urbem esse existimarit cum *Cumis*? *Mycene* autem seu *Mycena*, ut Strabo et alii, est urbs in Peloponnoso, unde ortum *Mycenarum regnum*. At *Misenum* in Campania Italiæ. Verum nil muto, quod omnia exemplaria reclament, nec tam quærimus quid Auctor debuerit dicere, quam quid dixerit, cujus rei sola exemplaria satis fidem faciunt. Porro communis est librorum consensus, ut his in columna Lacedæmoniorum locus detur: dissensio nata est ad quem annum revocari debeant; nam Lo. ad an. 5 Echestrati; Peta., Fux., ad an. 9: Pi. ad an. 13; Fa., Vi., O. et excusi ad an. 7; quid alii, abripuerunt e memoria, qui e museo meas primas curas.

(Ibid.) *Myrena condita*. Hæc addidimus ex L., P., A., O., Vi., Pi., Peta., Mar. In Fux., *Myrrena condita civitas Asiæ*. Numerandam autem esse inter Asiæ civitates docent geographi; immo auctor noster circa olympiad. 227, quam vocat *Myrrhinam*; licet altera sit in Ætolia.

(Ibid.) *Ephesus condita ab Androco, sive ab Andronico*. Illud *sive ab Andronico* deest in Lo., Fa. In Fux. autem, Vi., O., Peta., Fre., Mar., Vincent., Alber. et Pi., *Ephesus condita ab Andronico*, absque *ab Androco sive*. Brodæus in lib. IV Epigram. Græcor. asserit legendum *ab Androclo* pro *ab Androco* ex Suida in voce Ἰωνία. Verum nil tale apud eum reperi, immo lego apud eum, illam conditam a Neleo Codri filio; tamen apud Strabonem lib. XIV scies conditam ab *Androclo*, et apud Pausaniam lib. VII ab *Epheso* Caistri filio, sed occupatam ab *Androclo*. Plinius autem lib. V, cap. 29, *Opus Amazonum* vocat, sicut diximus ex Strabone. Horum autem limites minus certi: nam licet excipiantur communi assensu in columna Lacedæmoniorum, non tamen sine dissensione anni, quia in Lo., Fa. et vulgatis locantur ad an. 10 Echestrati, quos sequendos nobis proposuimus; in O., Vi., ad an. 12; in Fux. ad an. 13; in Pi. et Peta. ad an. 14; in Mar. ad an. 11.

(297, VI.) *Acastus*. Ratio hæc scribendi videtur potius eligenda ex præscripto Al., Pi., Vi., O., Peta, Fux., quam antiqua *Agastus*, quæ est in editis Mar. et aliis. Firmatur codice Lo., ubi *Achastus*, et Fa., in quo *Acatus*; sed præcipue auctoritate Pausaniæ, Plutarchi, Clement. lib. I Stromat.

(299, II.) *Carthago condita*, etc. Dissidium nullum inter libros scriptos et excusos de columna; omnes enim communibus votis (præter Fux., qui aggregat ad Latinorum seriem, et ad an. 35 Latini Sylvii, qui est ex opposito an. 16 Echestrati) constituunt ad columnam Lacedæmo., sed de anno certamen omne natum est. Nam Fa., Vi., O., Lo., an. 13 Echestrati ascribunt; Mar. an. 15, Pi. et Peta. an. 16 ejusdem: qui videtur magis convenire cum anno post Trojam 143, de quo hic. Nam adde illum numerum ad annos 835 Abraham, qui antecesserunt Trojæ excidium, efficies 978, qui coincidit in ann. 20 Echestrati. Auctor meminit conditæ Carthaginis per quatuor diversa tempora secundum varias auctorum opiniones, nec mirum: nam nihil tam incertum apud scriptores. Appianus enim lib. I de Bello Punico ait conditam 50 annis ante captam Trojam. Justinus lib. XVIII, quem Orosius sequitur, ante urbem Romam an. 72, ut Velleius lib. I annis 65, ad quem proxime accedit Dionys. Halicar. lib. I, ex Timæo Siculo, qui ait an. 38 ante primam olympiadem. Josephus contra Apion. citat Ephesium, qui ex Tyriorum Archivis tradidit conditam post templum Salomonis 143 *annis*, *mensibus* 8, qui omnes diversi sunt ab auctore.

(Ibid.) *Carchedone*. *A Carcedone* libri excusi, sed quam præferendi scripti V., Vat., Va., Peta. et Fux., a quibus illud accepimus! Qua de re plura reperies superius, ubi de Carthaginis origine; huc accedit utcumque Pi. in quo Calchedone *l*, pro *r*: hinc disces eluendam maculam illam a Vi., O., ubi *a Cardone*, et a Fre. ubi *a Calcedono*, et a Mar. ubi *a Cartedine*.

(Ibid.) *Bellum an. 143*. *Bellum an. 144*, L., Au., V., Vat.; sed alia exemplaria Mar. et Beda. priorem sequuntur.

(Ibid.) *Ioniva Emigratio*. Prodit castigatior hic locus quam antea, cum legeretur *Ionicæ migratio* translato *E* initiali posterioris vocabuli, ad prioris finalem. Sed restitutum est ope Vi., O., Peta. At in Mar., *Laconica migratio*. Quod pertinet ad situm, nos eum retinuimus, quem sequuntur Fa., Lo. et editi circa an. 20 Echestrati, potius quam eum, quem vel Fux. circa an. 22, vel Peta. et Mar. circa an. 23, vel

circa an. 18, ut Pi., vel circa an. 16, ut Vi., O. Si A sequendus esset Clemens lib. I Stromat. ex Eratosthene, cum hæc migratio seu colonia contigerit post captam Trojam an. 140, ea concurreret cum an. 17 Echestrati, et cum 20, ut editi præ se ferunt. Si credendum Plutarcho in Homero, cum velit eam evenisse an. 60 post descensum Heraclidarum, cum iste juxta auctorem in annum 970 ab Abraham incidat; ergo erit anno 12 Echestrati opponenda. Si etiam Philochoro, qui eam constituit post captam Trojam an. 180, ut retulit Auctor supra, quadraginta annis serius obtigisse dicenda essent.

(299, III.) *Solomon. Salomon.* Pi., Fux., Vi., Lo., O., Va., Vat., Al., V., A. Unius litterulæ differentia varietatem hanc peperit. Posterius legitur in sacris litteris vulgatæ versionis, apud August., Hieronym., pro quo apud Hebræos *Selomoh:* prius tamen me ad se trahit, ut quartam vocalem in initio habeat, tum quia ita auctor passim, tum quia ita Clemens, Alexand. Theophilus Antiochenus, et alii B Græci auctores, quin et Josephus Hebræus genere, et ad eorum imitationem Beda, Contractus, Freculphus, et alii Eusebii sectatores: observabis enim Græcis prius in usu, ut posterius Latinis.

(Ibid.) *Solomon.... opus anno* 7. Sic restituimus pro *an.* 8, ex Au., S., Mar. et Fa. (in quo licet habeatur *an.* 8, tamen supra est scriptum *alias* 7), et quia ea lectio conformis est III Reg. VII, *ædificavit eam annis septem.* Idem Beda, Marianus, et Gregorius Turonensis lib. I, cap. 15, qui dum numerando a Mose ad templi ædificationem 480, adjungit templum cœptum ædificari anno 7 Solomonis; videtur deceptus ex eo, quod videret in Chronico Eusebii, cujus se sequacem profitetur, ista *Colligitur autem omne tempus a Mose*, etc., posita ad annum 7 Solomonis, cum pendeant ab anno 4, consentientibus omnibus mss.

(301, III.) *Usque ad præsentem annum, anni* 480. Pro 480 in Fa. *an.* 380, in Al. 3080, in V. *an.* 4080, sed ubique labes, ut ex præfatione Eusebii constat, C et ex aliis membranis, tam hic, quam ad an. 507, et etiam ex Beda. Vide Notas in præfatione.

(Ibid.) *Liber tertius.* Sic correximus secuti subsequentia et præfationem atque etiam codices A., L., M., Vi., Pi., Au., Lo., P., O., Peta., Mar., pro *liber primus.*

(Ibid.) *Computantur anni* 480. In Peta. 481, in Fa. 380, in Al. 3080, in V. 4080, in S. 3800; sed quis non vulgatam præferat, sicut ante diximus.

(Ibid.) *Usque ad Mosen anni* 1447. Sic pro *usque ad Mosen anni* 1442, ex A., Peta., Lo., L., Vi., Fa., Pi., Fux., O., M., et ipso Freculpho citante nostrum Chronicon, et quia alioquin summa sequens 4169 non poterat compleri. In Au. 1497, in P. 1416, in Al. 1942, at ubique mendum.

(Ibid.) 4169. In A., Lo., et L., 4144, in Au. 4148, in Peta. 4170, in Pi. 4164. Sed nostra lectio est retinenda ex fide aliorum exemplarium, et ex ratione supputationis trium præcedentium numerorum. D

(Ibid.) *Sadoch.* Videbatur scribendum *Sadoc*, quia sic habent Pi., Peta., Clemens lib. I Strom., et, quod majus est, Hebræi et Chaldæi, et ipsi Septuaginta Σαδοὺκ, ut II Reg. VIII, et Σαδὼκ ut III Reg. I. Tamen quia altera scribendi ratio est magis recepta, et habetur in aliis libris, et apud Josephum, nil censui mutandum.

(Ibid.) *Sadoch Hebræorum*, etc. Concurrunt omnes codices scripti (excipio Fa. qui discessionem a cæteris facta ascribit 54 an. Lacedæmoniorum seu Echestrati) ut ad columnam Hebræorum congerant: varie tamen spargunt. Nam Lo. ad an. 14 Solomonis; Pi. ad an. 15; Vi., O., ad an. 17; Fux et Peta. ad an. 18; Mar. ad 16. Sed parum refert, quem illi annum assignaris, cum constet III Reg. I, Solomonem ab eo pontificem inauguratum, et inunctum.

(301, V.) *Sylvius. Silvius* semper in Lo., Vi., Pi., Fa., Peta., sicut Dionys. Halic. lib. I, licet ejus ratio eum convincat, quia asserit ita dictum *a sylvis*, ἀπὸ τῆς ὕλης; sed altera lectio est aliorum mss. Mar., Fre., Livii, Zonaræ, Virgilii et plurimorum: de eodem vide supra.

(301, VII.) *Agylaus. Agylas*, Fa.; *Agelaus*, Peta., Lo., Pi., Vi., O., Vincent.; *Archelaus*, Fux.; *Agelius*, Mar.

(303, II.) *Carthago secundum*, etc. Concurrunt pergameni codices cum editis, ut hæc an. 10 Labotis assignentur, præter Vi., O., ubi an. 8, Mar. ad an. 13.

(Ibid.) *Tertio mare*, etc. Stant a partibus vulgatorum Vi., O., Fux., ut hæc anno 19 Labotis appingant. Fa., Peta., Lo., an. 18, Pi. an. 20, Mar. an. 15.

(303, III.) *Achias Silonites.* Hanc scribendi rationem servandam duximus primum sublata virgula, quæ erat post *Achias.* In B., H., Pet., vel amoto puncto et numerali nota 3, sicut in So. *Achias* 3, ac demum substituto *Silonites* pro *Salomites*, sicut erat in omnibus impressis: ita enim voluit Vi., O., ac nota marginalis codicis So., sed præcipue quia ita habent divinæ litteræ verissimi historiæ fontes III Reg. XI, XII, XV, et II Paralipom. IX, X, tum apud nostrum Interpretem, tum apud ipsos Septuaginta, apud quos Συλωνίτης, accedit Clemens lib I Strom. Σηλωνίτης. Hanc lectionem promovent codices M., Lo., Fa., in quibus *Salonites*, *a*, pro *i*; in Fux., *Sylonites*; in Peta. et Jornande *Selonites.* His omnibus præstat ratio; cum enim sic dictus sit, quod oriundus esset e Silo, ut colligitur III Reg. XIV, *Vade in Silo ubi est Achias propheta*, haud dubio est dicendus *Silonites:* præter hæc observandum in Lo., Vi., O., M., pro *Achias* haberi *Achia*, quod ipsum exstat circa an. 1045 omnium membranarum calculo. Potior tamen visa est antiqua lectio, tum quia ita plerique membranacei, tum quia sic divinus codex locis superioribus, et Clemens, aliique. Ad extremum in Pi. et L. desideratur integra illa periodus *Prophetabant Sadoch*, etc., quo jure, judicet lector, cum de *Achias* et *Samea* agatur paulo post, et de *Sadoch* præcesserint nonnulla.

(303, VI.) *Archippus. Arcippus*, Lo., Fa.; sed vulgata est Clementis, Mar. et aliorum.

(305, II.) *Quidam Homerum, et Hesiodum his fuisse temporibus aiunt.* Lipsius in Patercul. pag. 6 pronuntiat, *Chronicon Eusebianum esse fœdatum*, hic et ubicumque fit mentio de ætate Homeri. Vult enim eum vixisse post bellum Trojanum plus 260 annis, auctoritate Paterculi et aliorum adductus: sed condonet tantus vir. Si enim agnoscendum mendum, utri tribuendum, an librariis? at conveniunt omnia exemplaria: an Eusebio? at nihil nisi ex aliorum testimonio seu varia opinione refert, ut constat ex voce *Quidam*, qua potest significare, quod spectat ad Homerum, Euthimenem in Chronicis, et Achemachum in III Euboicorum, qui teste Clemente lib. I Stromat. fuerunt illius sententiæ. Nam nihil tam varium, et diversum apud veteres quam sæculum Homeri: inter Homerum, et Hesiodum Solinus cap. 43 constituit annos 138, Paterculus 120. Cæterum quo certior de horum situ fias, conspirant quidem libri sive typis, sive calamo exarati, ut hæc columnæ Lacedæmoniorum tradantur; diverse tamen. Nam Fa., Pi., Lo. et 4 Vatic. ad an. 4 Labotis deponunt; Peta. ad an. 7; Vi., O., licet ibi columnæ ratio haberi non possit, ad an. 2: Fux. tamen columnæ Lacedæmoniorum commendat ad an. 33, qui respondet 7 Labotis. In Va. ad an. 30 Atheniensium: videbatur reponendum circa 24 Labotis, seu 14 Archippi; mutuo enim sese continentur, cum in superioribus scripserit Philochorum constituere tempus Homeri sub Archippo ann. 180, qui desinit in 24 illum et 14.

(305, III.) *Seditione orta in gente Judæorum*, et

*regno bifariam diviso in Samaria decem*, etc. Non improbabis quod ita recensuerimus; quod in vulgatis exstabat *seditio orta est in gente Judæorum, et regni bifariam divisio in Samaria decem*, etc. Ita enim suaserunt Lo., Fa., Peta., Fux., Vi., O., Pi.; adfuit et Clemens lib. I Stromat., qui eadem habet μεριςθείσης τῆς βασιλείας ἐν Σαμαρείᾳ.

(305. IV.) *Principium Hebræorum, qui in Samaria erant. Principium Hebræorum in Samaria*. Lo., Peta., nisi quod in Peta. pro *Hebræorum* legitur *Judæorum*; sed hæc omnia absunt a Pi., Vi., O.

(305, V.) *Ægyptiorum. In Ægypto*, P., V., L., Vi., O., A., Lo.; *Ægyptus*, Ven., Lut. desideratur in Pi.

(305, VII.) *Thersippus. Tersippus*, Lo., Peta., Fa.; *Tresippus*, Pi., licet supra appictum *Ter*.

(305, VIII.) *Pryminas. Primnis*, Pi., Fux., A., L., Lo.: *Frymnis* in Peta., P.; vel *Priminias* in S., vel *Primpinus* in Mar., vel *Prunnis* in Fre., vel *Primmas* in Vincen. Pausanias vero lib. II, *Prumnis*. Deest in Fa.; in margine autem e regione apponitur, *Hic deficit nomen regis IV, qui regnavit annis* 35.

(307, II.) *Doristhus. Dorystus*, Peta.; *Doristus*, Fux., Fre., Mar.; *Dorinthus*, Lo., Fa.; at Pausanias lib. III, *Doryssus*: et sic legendum censet eruditus Ducæus tam hoc loco, quam apud Clement. pag. 798, ubi *Doryssaeus*.

(Ibid.) *Samos condita*, etc. *Samus* Vi., O., Pi., Lo., Peta., Albert.: tamen altera scriptura est Mar. et aliorum exempl. Cum autem conveniant inter se libri scripti, sicut Peta., Fa., Pi., Lo., Mar., ut ad primum Doristhi rejiciant et nos cum illis. Exclude Vi. O. qui ad an. 10, ejusdem; et Fux. qui ad an. 4 Athys, qui respondet Doristhi an. 8.

(307, III.) *Quæ vocabantur Juda*. Castigationis hujus pro *qui vocabantur Judæi*, ut in Vulgatis Fre. et aliis, auctores sunt Al., Peta., Fux., quibus proxime accedunt Fa. (ubi pro *qui* legis *quæ*), et Vi., Pi., O., in quibus *quæ vocabantur Juda*. Certum enim est ex divinis litteris duas tribus Benjamin, et Juda appellatas Judæ nomine, non secus ac reliquas decem retinuisse nomen antiquum *Israel*. His accedit quod Josephus lib. x, cap. 5, tradit *Judæos* sic dictos *ex die qua a Babylone profecti sunt ex tribu Juda, quæ prior ad illa loca pervenerat*. Nihilominus legimus IV Reg. XVI eos qui erant ex tribu Juda, et sub rege Achas vocari Judæos יהודים Jehudim.

(307, VI.) *Sive Ægyptus. Sive Egippus*, O., Vi.; *sive Epitus*, Al., sicut etiam apud Ovid. lib. Metamorp. XIV. Hunc *Capetum* vocant Dionys. et Marianus, Livius *Atin*.

(309, I.) *Piritiades*. Sic legendum censent Peta., Lut., Ven., Fre., quibus proxime accedunt *Phiritiades* Vi., O., *Piritiadis* Pi., *Pritiades* Jornand., *Pyrithiades* Mar., pro quibus olim legebatur *Piriciades*.

(309, II.) *Thraces Bebriciam*. Non dissident libri, cui columnæ ascribenda sint, cum omnes communi voto in columna Lacedæmoniorum collocent, sed de anno. Nam in Lo. circa an. 7 Doristhi; V., Fux., Peta. an. 14; Pi., Va., Mar. an. 15; Vi., O. an. 16; excusi cum quinque Vatic., Fa. et nonnullis aliis an. 6, contigisse referunt.

(Ibid.) *Bebriciam. Beryciam*, A.; *Hebricia*, Fa., Vi., S.; *Bebrithiam*, Vi., O.; *Ebriciam*, Mar.; *Bebryciam*, Peta. et Solinus: quam lectionem per *y*, libenter amplexi fuissemus, quia videmus exstare apud Strabonem et alios bonos scriptores; sed cum nullum codicem haberemus auctorem, nil voluimus immutare in re tam parvi momenti. Observandum porro varium his assignari situm. Nam in Peta. ad annum 14 Doristhi; in A., L., P., ad 15 ejusdem; in Vi., O., ad 16; in aliis, ut in excusis, collocantur.

(309, III.) *Susachim. Sussacim*, Fa., Mar.; *Susa-*
A *cin*, Peta., Lo., Mar.; *Sesach*, Vincen. tom. I. Deest in Fux. Porro paragraphum hunc alii libri omisere ut Fux. et Peta. alii varie collocarunt, ut Vi., O., ad an. 6 Roboam; Pi. ad an. 7; in Fa. et Lo. ad an. 10. In hac dissensione, excusorum partes sequimur.

(311, III.) *Asa annis* 41. In L., A., Lo., Fux., Peta., Pi., V., Mar., *Asa an.* 41. *Justus*. In Fa. Ven. et Lut. pro *Asa* legitur *Asaph*, et sine voce *Justus*. Nihilominus II paralipom. XV Asa rex dicitur habuisse *cor perfectum coram Domino cunctis diebus*.

(Ibid.) *Hebræorum pontifex*. Isthæc evocavimus ad ann. 2 Asa, secuti L., P., A., Fux., Peta., Pi.; nec longe absunt O., Vi., in quibus ad 1 Asa. Longius Fa. cum impressis, qui circa annum 19 Hieroboam disponit; Lo. vero ad an. 20 ejusdem.

(311. V.) *Pseusennes*. Rectius juxta Vi., O., Pi., Mar., quam *Pseusemnes* in Fa., *Pseusennes* in Peta., *Speusemies* in Fux., *Pseusenses* in editis.

B (313, II.) *Thraces mare obtinuerunt*. In Pi. et Peta. sita sunt ad ann. 20 Doristhi; in L., A., Mar., ad ann. 21; et illud idem secundo repetitum. In Peta. obtinuit sedem ad ann. 24, in L. et A. ad 25; in Pi., O. et Vi. nulla fit repetitio, sed illud semel tantum habetur: in aliis vero ut in quinque Vaticanis (nam in aliis duobus desunt) connotantur, ut vulgo fertur, unde nil muto.

(313, III.) *Sameas, et is qui fuerat apud altare Samariæ*. In L., A., P., Ma., *Sameas et hi qui erant apud altare Samariæ*; in. Lo., *Sameas et is qui erat apud altare Samariæ*; in Va., *Sameas hi qui fuerant apud*, etc., absque *et*, *hi* pro *is*: cui lectioni favet Clemens lib. I Stromat. cum ait Σαμαίαν fuisse eum, qui prophetavit ad altare Samariæ: placuit quatuor Vaticanorum et vulgata lectio, ut significetur idem ille qui III Reg. XIII dicitur venisse de Juda ad *Hieroboam stantem juxta altare, et exclamasse contra altare, altare, altare!* Ita ut quemadmodum ibi Scriptura communi prophetarum cognomine eum
C appellat *vir Dei*, sic hic per periphrasim Eusebius eum nominarit *is qui fuit apud altare*, nomen illius proprium reticens. Verum Josephus lib. VIII Antiquit. cap. 8, vocat *Jadon*, alii *Iddo*.

(Ibid.) *Hieu. Jeu*, V., Lo., Ven., Lut., Pi., Fux.; LXX Interpret., Ἰοῦ; III Reg. XVI et versio ex Græco, *Ihu*. Sed nostra vulgata *Jehu*, ut apud Maria. In O., Vi., *Jhesu*; in Peta., *Jesu*.

(Ibid.) *Jorde. Joed*, P., M., S., V., Lo., Fux., Mar., Pi.; *Jeode* in V., Va.; *Joel* in Vi., O.

(Ibid.) *Azarias qui et Addo, Anani*. Locus hic misere corruptus, cum antea legeretur *Azarias qui et Anania*, ut in excusis; vel *qui et Addo Anani* Peta.; vel, *qui et Addo Anania*, ut in Fa.; vel, *qui Addonani*, ut in tribus Vatican. Verum ita restituendum monuerunt codices illi chirographi A., L., P., Vi., O., Lo., Fa., M.; quinetiam, ut ex limo ubertas, hoc ipsum licet colligere ex labe illa, qua Marianus a librariis infectus, apud quem *Azarias qui et Addonam*.
D Sed clarius ex quatuor Vaticanis, in quibus *qui et Addo Anania*. Posterior enim vox corrupta est ex compositione *Addo* et *Anani*: hoc ipsum constare videtur ex Scriptura, ubi leges *Azarias Addo Anania*. Adde quod ex divinis litteris ut II Paralip. XV et XVI satis constet duos ac diversos fuisse *Azariam et Aniani*, seu ut habet editio Vaticana, *Hanani*. Rursum fit mentio *Addo* prophetæ II Paralip. XII et XIII, quem nonnulli confundendum putant, cum eo, quem Josephus vocat *Juddon*. Verum longe absunt a mente Eusebii. Cæterum nolim te ignorare in V., P., Fa., S. et in editis, loco *Anani*, haberi *Anania*; et in Vi., O., Fux., loco supradictorum verborum *Azarias qui et Addo, Ananias*; item vice *Addo*, reponi *Abdon* apud Vincen. tom. IV, et apud Comestorem in historia Scholastica. Auctor notarum quæ in ora B., H., Pet., observarat integram hanc sententiam fœde corruptam, censebatque sic reponendum ex Beda Chronico, *Prophetabant Helias Abdias Michæasque et*

*Hieu qui occiditur ab Aza rege Israel.* Sed quomodo A hæc convenire possint cum verbis Eusebii non video, cum et res et tempora inter se distinguantur, et quod majus est, cum nil tale reperiamus apud Bedam.

(Ibid.) *Principium sexagesimi primi Jubilæi secundum Hebræos.* Sumpta fuere ista ex A., Peta., Fux. et Lo., repositaque ad an. 1051 ab Abraham; desiderantur enim in vulgatis et in cæteris, quamvis non omnino adhæserimus codicibus illis, cum Peta. ista reponat ad annum 5 regis Asa, et ab Abraham 1045: A. vero ad annum 9 ejusdem, et Abraham 1049, Fux. ad annum 4 ejusdem Asa, Lo. ad annum regis Asa 10, et ab Abraham 1050; a quibus ut dissentiamus, cogit ratio calculi a quinquagesimo primo ab Abraham, quo constituitur initium quadragesimi primi Jubilæi, ut præmonuimus non semel.

(313, IV.) *Baasa. Baas* Fa., Lo.

(313, VI.) *Capis superioris.* Inanem repetitionem B dices vocis *Capis :* agnosco; sed inde natam memineris, ut toties admonuimus, quod cum historia omnis in unum conferta, separatam columnam efficeret a canonibus seu regnorum numeris, utrobique tam in canonibus quam in historia, regis nomen erat appositum. Sed ubi deinde sublata prima illa methodo, suo quæque canoni historia est a librariis assignata, ab iisdem eadem repetitio retenta: alii vitandæ repetitionis gratia verba illa ad suum sensum accommodarunt, quo factum, ut aliqui codices habeant, ut nos *Capis superioris*, etc., et efficiant sententiam separatam a præcedenti. Alii ut L., A., P., O., Vi., Peta. et Beda unicam sententiam componant: *Capis Silvius VIII Latinorum, an.* 28, *Ægypti, id est, Athys superioris*, etc.: utrumque quia ferri potest, quod receptum est, retinui. Porro in Fux. pro *Capis* prostat *Capius*.

(315, IV.) *Ambri.* Sic Peta., Fux., Lo., Pi. et Beda, pro *Ambrias* ut in editis; vel *Amri* ut in Vi., O., Mar., Alber., et in Hebraica veritate, et vulgata C versione III Reg. XVII; vel *Ambria* ut in Au. Nostra lectio genuina est, tum quia testes fidelissimi sunt tot libri scripti, tum quia hausta a fontibus LXX, quorum vestigiis insistit Auctor.

(315, VIII.) *Bacis. Bacius* Fux., *Bachis* Fre., *Bacchis* Vinc. et Pausan. lib. II. Cæteri ut vulgo.

(Ibid.) *Bacidæ. Bacchidæ* Peta., Fux., *Baccidæ* Lo., O., Vi., Pi. Deest in Fa. tota sententia. Apud Pausaniam lib. II et Strabon. lib. VIII, *Bacchiadæ*.

(317, III.) *Josaphat annis* 25. In Lo., Pi., Fux., Peta., Vi., O., est adjectum *Justus*. Nam. II Paralip. XVII dicitur *ambulasse in viis David Patris sui primis et perrexisse in præceptis illius*.

(Ibid.) *Hieu Ozias. Jeu* pro *Hieu* in A., L., M., S., Fux., P., Lo., Fa., Ven. et Lut. In Pi. et Vincen. *Jehu*, de quo etiam supra, sed deest in L. At in Peta., Fux, pro *Hieu*, legitur *Ozias*, corrupte *Hiecozias* et in Au. *Hienozias*.

(317, V.) *Ammenophis. Ammenopthis*, A., L., P., D *Ammenoptis* Al., *Ammenofthis* Lo., *This Ægyptiorum* Pi., *Ammenophes* Vincen., *Ammenopha* Fa.

(317, VI.) *Carpentus.* Maluimus imitari Al., P., Lo., O., Peta., Pi., Vi., Fux., Fre., Cassiodor. et Bedam, quam vulgares, in quibus *Capetus*, licet idem apud Ovidium lib. III Fastor. Nostra lectio notatur in margine editionum B., H., Pet. et So., *Capentus* in Fa., *Caspetus* Vincen., *Calpetus* Dionys. lib. I. Sic Ven., Lut. et Mar. Idem etiam habet ora codicum B., H., Pet., So. Nostra haud dubio lectio huic præferenda. Nam sic habent alia exemplaria, et Livius lib. I, atque Cassiodor. in Chronic.

(319, II.) *Quarto mare obtinuerunt Rhodii an.* 23. Tota hæc sententia abest a Fa., Pi.; sed ex Lo., Fux., pro *an.* 23, videbatur substituendum *an.* 24. Nam hoc idem docet annorum series usque ad *Quinto*, etc., *Phryges an.* 25 deducta; maxime vero si ex adverso an. 42 Agesilai constitueris, ut præ se ferunt omnes pergameni codices; sed in re incerta noluimus dissentire ab aliis exempl.

(319, III.) *Eliezer.* Rectius quam ut olim *Eliazar*, suadentibus Peta., Fux., Vi., V., O., Lo., sicut Hebraica veritas, et ipsi Septuaginta II Paralip. XX. In P., A., *Eleazar*.

(319, V.) *Osochor. Osocor* Lo.; *Assocor* Fa.

(Ibid.) *Spinaces. Psinaces* P., A., Al., Lo., Peta., Fux.; *Psinancheus* L., Pi.; *Pinaces* V., Fa.; *Spinnaceus* O., Vi.; a nobis est Vincen. alia exemplar. et Mar. Nemo veterum scriptorum illius meminit.

(319, VI.) *Tiberinus. Tiberius* Peta., Fux. Sed male, ut constat ex aliis mss. et Livio, ac Dionysio, in quibus *Tyberinus*, ut etiam in Fa., Vi., O.

(Ibid.) *Ad verbum hæc scripta.* Addidimus vocem *hæc* ex Pi., O., Vi., Al., Lo., Peta., Fa., Fux., Mar., pro *ad verbum scripta*.

(Ibid.) *Homerus in Græcia. Homerus poeta in Græcia* in Lo., Peta., Pi., Fux.

(Ibid.) *Ut testantur.* Sic correximus ex L., A., Peta., Fux., M., P., Lo., Pi., Mar., pro *ut testatur*.

(Ibid.) *Euphorbus.* Videtur ita rectius ex fide Peta., Fa., Pi., Mar., licet in illis (præter Mar. *f*, pro *ph*, quam ut olim *Ephorbius*, vel *Euforbius*, ut in Fux., V., O., Lo. Nam ita legimus apud Laert. lib. I et VIII.

(Ibid.) An. 124. An. 123 Lo.; an. 134 Mar.; sed vulgatæ lectioni standum.

(319, VII.) *Megacles.* Placuit potius hæc scriptura, quia ita habent A., Pi., Peta., Fux., L., Pet., Al., Pausan., Plutarchus, lib. VI, et Lucianus: hanc firmant etiam alii codices, ut P. in quo *Megales*, Lo. in quo *Megaclis*, Fre. in quo *Megiales :* in Vi. et O. *Megaches :* apud Vincen. *Megathe :* in quibus semper vides tertiam litteram *g :* auctor Marginis posteriorum editionum Basil. et Sonni. judicavit legendum *Mesades*, et ita olim in serie regum pag. 14 reposuerat, sicut lego in S., V., Fa., Vat. et Va.; in Mar. *Mezades;* apud Sigonium *Mecades*.

(321, IV.) *Ochosias. Osias* Lo., Fa.

(Ibid.) *Prophetabant Elias, et Elisæus.* Hæc adjecimus ad an. 2 Joram, ex A., P., L., Lo., Fa., Peta., Fux., O., Vi., Pi., Vincent.

(Ibid.) *Elias rapitur.* Ista pariter addidimus ad an. 6 Joram, juxta P., Peta., O., Vi., A., Lo., Mar.; at in Fux. *Elias rapitur in cœlum aerium*.

(321, V.) *Psusennes.* Sic restituimus pro *Persusennes*, ex A., L., M., V., P., Fux., Peta., Pi.; *Psusenne* Lo., Fa.; *Pusenne* S.; *Spusennes* O., Vi.; nostram lectionem juvat Vincent., et addit *qui et Cheopes*.

(321, VI.) *In Latina historia*, etc. Disponuntur ista non uno modo in codicibus. Nam in Vi. et O. collocantur e regione an. 1 Agrippæ: in Fux. an 2; in Lo., Fa. et editis, an. 3; in Peta. an. 1 Archelai, sive quod idem est, an. 3 Agrippæ.

(323, II.) *Quinto mare obtinuerunt Phryges. Quinti* pro *Quinto* in Fux., Lo.; et *Phrygenas* pro *Phryges* in Fa., O., Vi. Omnes libri habent ad an. 22 Archelai, præter Mar., qui ad an. 24. Hujus rei nullum testimonium apud veteres.

(323, III.) *Post quem VII Ochosias.* Auctor notarum marginalium in B., H., Pet., So., putabat legendum, *Post quem Azarias*, sicut habet Mar. Verum nostram lectionem amplectuntur alia exemplaria, et sic habent LXX, tam Romæ, quam Antuerpiæ editi, Ὀχοζίας, et Euseb. lib. X de Præparat. cap. 3, et Theophil. Antioch. lib. III.

(Ibid.) *Post quem Gotholia.* Sic in A., L., Au., M., V., S., Lo., Va., Pet., Fa., Fux., P., Pi.; *Gatholia* O., Vi.; in Ven. et Lut. *Socolia;* in Mar. *Godolia*, cum prius legeretur, *post quem Athalia :* quam lectionem noluimus retinere, licet sit consona IV Reg. II, quia repugnabat consensus exemplar. Nec est novum Eusebium in plurimis a nostris Bibliis discedere tam Hebraicis quam vulgatis, immo etiam aliquando a Græcis: quod et diserte docet lib. X de Præparat. cap. 3, ubi enumerans omnes reges post Ochosiam recenset *Gotholiam*, Γοθολία ἔτη ζ, *Gotholia an.* 7.

Theophil., lib. III, post *Ochosiam*, nominat *Gothoniel*, nulla facta mentione *Athaliæ*.

(323, III.) *Joiade apud Hebræos*. Vetus lectio *Joade;* et in A., Pi., L., *Juda :* sed maluimus sequi Au., Peta., S., P., Lo., et primas editiones Ven., Lut., quibus proxime accedunt Vi., O., Fux., Mar., Fre., in quibus *Joiada*, et, quod majus est, ipsa S. Scriptura II Paralipom. XXII, XXIII, XXIV, et alias passim: item Josephus lib. IX Antiquit. cap. 8, Hieronym. in Matth., quos imitaremur, nisi auctor sequeretur Septuaginta, quos video habere semper Ἰωιαδέ. Cæterum integram hanc periodum transferendam judicavimus ex L., P., Fux., Peta., in secundum annum Joas.

(Ibid.) *Insignissimus. Insignis*. Pi., Vi., O.

(Ibid.) *Post quam X, Joas*. Ad ambiguitatem tollendam sic restituimus, neque enim Joas successit Joadi pontifici, sed Gotholiæ reginæ, pro *post quem Joas X*, auctore Fa., licet in Pi., O., et Vi., neutrum appareat.

(Ibid.) *Joas. Josias* A.; sic Theophil. Antiochen. lib. III, sed lectio Hebraica, vulgata versio et LXX Interpretes communem tuentur.

(323, VII.) *Diogenetus. Diogretus* P.; *Diogenitus* L., Pi., O., Vi., A.; *Diogeneneus* Peta.; *Diognetus* Fre., Mar. Nos vero ita legimus ad imitationem aliorum exemplarium, et Vincen. nisi quod cum *y*, *Dyogenetus* scribit.

(323, VIII.) *Eudemus. Eundemeus* Peta. *Eudemeus* O., Vi.; *Eudæmus* Fre.; sed vulgata est Laertii, Clementis, Mar. et aliorum veterum.

(325, I.) *Acraxapes*. Non dubitavimus ita scribendum pro antiqua scriptura *Ocrazapes*, cum major pars exemplar. illud præscribat, L., A., Pi., P., Fre., et primæ editiones Ven., Lut., quibus favent Peta. *Acrazares*, *r* pro *p; Ascrazapes* Mar., Vincent.; *Acratapes* Fux.; *Agrazapes* Vi., O.; *Acraiapes* Jornan., *i* pro *z*. Otho., lib. I cap. 34, misere scribit *Vacrazanes*, sumpto *V* ex præcedenti numero XXXV; neque verius loquitur, dum etiam refert Eusebium scribere *Atracapes*.

(Ibid.) *Acrazapes an*. 42. Hunc locum expurgavimus pro *an*. 41; sic enim monuerunt membranacei Peta., Pi., Fux., A., L., V., Lo., Vi., O., Fa., et primi editi Ven., Lut., et Jornan. Hinc supplevimus numerum 42 in serie annorum, cum antea abesset incuria typographi, qui ita notas illas numerales distinxerat 38 et 39, ut spatium interjiceretur, cum tamen unusquisque laterculorum adversorum suis notis compleretur.

(325, III.) *Hebræorum propheta Azarias occiditur*. Hæc desunt in Peta., sed sunt in aliis libris, licet diverse. Nam substituimus *Azarias* pro *Zacharias*, ut in vulgatis, auctoritate chirographorum L., A., P., M., O., Vi., Pi., Mar., et quia mox de nece Zachariæ, consensu eorumdem exempl. Adde quod de Azaria propheta meminerit paulo ante, sicut II Paralipom. cap. XV.

(325, VI.) *Sive Remulus. Sive Romulus* Lo., Fa.; et sic vocatur a Livio; absunt a Vi., O., Peta., Fux.

(327, V.) XXII *Dynastia*. Substituimus 22 pro 20, ut olim, secuti L., A., Al., Lo., Fux., Vi., O., et ipsam rationem temporum. Nam dynastia quæ consequenter refertur, numeratur 23, uterque numerus deest in Pet., L., Pi., et in his duobus istud legitur *Sesonchus an*. 21, cæteris demptis.

(Ibid.) *Senscoris. Sensecoris* V., S., Va., Fa.; *Sonchosis* P.; *Sesenchosis* A., Lo.; *Sesonchosis* Fux., Peta., sicuti Justinus orat. contra Gentes : *Sesonchus* L., Pi.; *Sysonchus* Vi., O.; *Sesesonthosis* Al.; *Sesonchoris* Vincen.; *Senschoris* Mar. Nostra lectio magis recepta est, et frequens in reliquis exempl. Strabo, lib. XVII, et Herodotus, lib. II, meminerunt Sesostris regis Ægypti : sed qui, ait Strabo, fuit ante bellum Trojanum, videtur idem esse qui ab Herodoto, Clemente, Diodoro, lib. I, et Theopompo, lib. III, vocatur *Sessostris*, seu *Sessoster :* cujus rei magnum est judicium, quod Justinus oratione ad Gentes, dum citat Diodorum, vocat *Sesonchosim*, quem Diodorus *Sessiostren*.

(Ibid.) *Hujus Senscoris*, etc. usque *appellatum*. Desiderantur in A., L., P., Lo., Vi., O., Pi., Fa., Peta. Cæterum in Fux. hæc ita habentur : *Alter Sesonchoris, cujus pater fuit Syropis; hunc post mortem deum Syraphin Ægyptii nominantes colunt, quem et inferum deum fuisse dicunt, hoc in membranis Ægyptiacis Ptolemæi, quæ dicitur sacra Scriptura, invenies*.

(Ibid.) *Siparis. Siropis* V.; *Sirapis* Ven., Lut.; *Syropis* Fux.

(327, VI.) *Fulminatus. Fulmine* Peta.

(329, II.) *Cyprii an*. 32. *An*. 23 Fux., Peta., A., Mar.; *an*. 33 Pi.; *an* 34 Vi., O. His antea delectus locus ex adverso 48 Archelai. Nos fiximus e regione 47, tum quia ita voluerunt Lo. et Fa., tum quia annus 25 Phrygum eo anno concluditur : Pi., Peta., assignant sedem ad an. 49; Vi., O., ad 51; Fux. ad 28 Diogeneti Atheniensium regis. Ad extremum observabis pro *sexto* in Vi., O., Fux., reperiri *sexti :* in Fa. vero deesse.

(329, III.) *Helisæus*, etc. Ista pro varietate exemplarium varium obtinent situm, ut in L., Pi., circa 31 annum Joas; in P. circa an. 32; in A., Vi., O., circa an. 33; in Fux. deest penitus. Nos communem retinuimus, quin et ipsam orthographiam *Helisæus* per *æ*, ut exstat etiam apud Freculphum, Hieronymum, Augustinum et alios; licet in Fux., Vi., O., Lo., Peta., Fa., Pi., Mar., *Heliseus* per *e*. Nil tamen certi constare potuit ex Biblicis fontibus Græcis. Nam editio Græca LXX, Antuerpiensis habet Ἐλισεαὶ III. Reg. XIX, Vaticana vero Ἐλισαῖος, Clemens lib. I Strom. Ἐλισσαιος : Cedrenus et inter Latinos Hieronymus, Augustinus, Isidorus, et alii habent sine diphthongo.

(Ibid.) *Zacharias propheta a rege Joas interficitur*. Ne nova putes ista; petita enim sunt ex L., Fux., A., M., P., Pi., Vi., O., Peta., Mar., et ad 36 annum Joas reposita : in Peta. consequenter inserta reperies quæ sequuntur : *Zacharias Joiadæ pontificis filius fuit, qui pro veritate regi contradicens occiditur, quem Evangelista Barachiæ filium vocat, quem propter annorum prolixitatem patris, et vitæ sanctitatem Barachiam vocabant*. In Fux. : *Apud Hebræos Zacharias propheta a rege Joas interficitur : hic Zacharias Joiadæ filius fuit, qui pro veritate regi resistens occiditur inter templum et altare, sicut Evangelia testantur : Barachiæ autem filius appellatur, quia ob sanctitatem vitæ patris Barachiæ nominati, quod interpretatur benedictus, et hic benedicti nomen obtinuit*.

(329, IV.) *Joachab*. Sic ex A., P., M., L., V., Fa., Va., Lo., Pi., Vi., O., Al., et IV Reg. XIII, pro *Jacob:* LXX, in utraque editione, ut etiam Peta., Mar. et Fux., *Joachas* habent, seu Ἰωαχάς.

(329, VI.) *Latinorum XIII, Aventinus Sylvius an*. 37. Sic ex A., L., Fux., Peta., V., Fa., Vi., O., Lo., Pi., Ven., Lut., So., H., et ipsa ratione temporum, pro *Latinorum an*. 3, ut in B. et aliis.

(Ibid.) *Remuli superioris regis*. Addidimus *regis* secuti V., L., P., Lo., Peta., Fa., Fux., Bedam, et phrasim Eusebii in similibus : in Pi., *Aremuli major filius*, in Vi., O., pro *Remuli* legitur *Aremuli*.

(329, VII.) *Phereclus*. Rectius, ex A., L., M., P., S., Fux., Fre., accedit *Pereclus* in V., Fa.; *Fereclus* in P., Lo., Peta.; *Feredus* in Vi., O.; *Pheredus* vulgati, Vincen., Mar.

(329, VIII.) *Aristomedes*. Secuti sumus in hac lectione potissimum codices A., L., M., V., P., Pi., Peta., Vincen., Vi., O. : in impressis *Aristhemedes;* in Lo. *Arestomedes;* in Fa. *Restomedes;* in Fux. *Aristomenes* in titulo, sed in textu *Aristomedes;* in Mar. *Aristemides;* in Fre. *Aristemedes;* apud Pausaniam lib. IV fit mentio *Aristomenis;* sed qui erat dux Messeniorum circa olymp. 28. Nullum veterum scriptorum esse credo qui istius regis meminerit.

(331, II.) *Thelecus. Teleclus* Lo., Peta., Fux. Sic Pausanias lib. III et IV; *Telechus* O., Vi.; *Telecus* Pi.; *Theleeus* Ven., Fa.; *Thalecus* Mar.

(331, III.) *Amasias. Amesias*, A., Lo., Au., L., Fa., Pi., *Amessias* Peta. Verum vulgata pingendi ratio firmatur auctoritate Hebraicæ et Chaldaicæ veritatis, quin etiam et Septuaginta in lib. Reg. et Paralipom.

(331, VII.) *Sub Ariphrone*. Sic ex Au., P., M., Peta. et pagina sequenti, pro *sub Atriphrone :* in sex Vatic. Fa. *sub Aristone :* in Lo., *sub Arrifrone :* in Vatica. *sub Arifrone :* in Fux. *sub Ariphronte*.

(Ibid.) *Sub Ariphrone Assyriorum regnum destructum, ut nonnulli scriptitant*. Affulsit lux, cum antea in excusis ita confusa essent ista, ut vix intelligi possent. Sic enim legebatur in vulgatis Fa., Lo., Vat.: *sub Atriphrone Assyriorum regnum destructum, et Sardanapalus, ut nonnulli scriptitant, eodem tempore Tharsum*, etc., usque *concremavit*, idque circa annum 4 Tonosconcoleros, quasi esset unica periodus, et illa, *ut nonnulli scriptitant*, referrentur ad Sardanapalum. Nos ut lucem afferremus, distinximus in duas sententias et sedes, sicque disposuimus utpote hæc *sub Ariphrone*, usque *scriptitant*, sint ad annum primum Ariphronis: illa vero *Sardanapalus eodem*, etc., usque *concremavit*, ad 18 Tonosconcoleros Assyriorum, auctoribus chirographis Peta., M., Vi., Va., B., cum quibus, licet non omnino idem sentiant cæteri libri, non penitus tamen dissentiunt. Nam in Vi., O., ad an. 1 Ariphonis habentur ista : *Atheniensium IX, Arifron annis 20, sub quo Assyriorum regnum destructum est, qui Sardanapalus, ut nonnulli scriptitant :* ubi *qui* et videtur adjectum, et *Sardanapalus* transpositum ex sequentibus; illa vero *Sardanapalus eodem*, etc., collocantur ad an. 5 Tonosconcoleros. In Fux. idem, nisi quod illa *Sardanapalus eodem*, etc., usque *concremavit*, sunt collocata ad an. 18 Tonosconcoleros. In Vati. idem, nisi quod *Sardanapalus*, etc., reducantur ad seriem Atheniensium e regione anni 1 Thespiei. In Mar. ad an. 12 Amasias Judæ, qui concurrit cum an. 1 Ariphronis : *ab Ariphrone Assyriorum regnum destructum est, et Sardanapalus, ut nonnulli scriptitant etiam obiit*. Et ad an. 22 Amasias: *Sardanapalus eodem tempore*, etc.; at desiderantur ista, *sub Ariphrone Assyriorum regnum destructum ;* sequentia vero *Sardanapalus, ut nonnulli scriptitant, eodem tempore*, etc., collocantur ad annum 15 Agemonis, qui respondet anno 18 Ariphronis. Ab L. et Pi. utrumque exsulat. In Va. *Sub Ariphrone*, etc., vocatur ad seriem Lacedæmoniorum ad an. 8 Theleci; item et quæ succedunt, *Sardanapalus*, etc., ad an. 24 ejusdem Theleci. In reliquis Vaticanis codicibus apposita sunt in serie Assyriorum ad an. 2 Sardanapali, præter fidem exemplarium : firmatur hæc nostra castigatio eo quod paulo post auctor subjungit, *sub Thespieo Assyriorum regnum deletum fuisse*. Ex quibus licet colligere verba illa, *ut nonnulli scriptitant*, referenda ad destructionem regni Assyriorum, non autem ad impositionem nominis *Sardanapali* factam ipsi Ariphroni. Nam contentio erat inter scriptores, an Sardanapalus obiisset tempore Ariphronis aut Tespiei : Eusebius posteriores sequitur.

(333, I.) *Assyriorum XXXVI Tonosconcoleros, qui vocabatur Græce Sardanapalus, an*. 20. Nonnihil aliter membranacei. Nam Pi. : *Thonus, qui vocabatur Græce Sardanapalus, an*. 20. In Vi., O. : *Assyriorum Sardanapalus, an*. 20. In Mar. et aliis, ut nos, nisi quod apud Vincen. et Fre. pro *Tonos concoleros* exstat *Tonos concoloros :* et apud Jornandem duobus in locis *Thonos concoloros :* in Peta. *Thonos concolores*.

(335, II.) *Septimo Phœnices mare obtinuerunt annis* 45. Situs horum fuerat antea perturbatus, ubi ad an. 28 Theleci reponebantur : sed castigavimus, restituta eis sede ad an. ejus 20. In illo enim terminantur ann. 32 quibus dictum est Cyprios mare obtinuisse, et quia ita docent Fa. et Lo., a quibus non multum discrepant Al., Peta., L., Fux., qui circa an. 17 disponunt, et Pi. circa 18. Verba vero illa, *annis* 45, desiderantur in L., A., P., Pi., Peta., et forsan merito. Nam usque ad an. 29 Alcamenis regis Lace-

A dæmoniorum (in quo communi suffragio constituunt codices Ægyptios obtinuisse mare : si qui enim sunt, qui dissentiant, non longe absunt; constituunt enim ad an. 27 aut 28) interjecti sunt plures anni quam 45, si numerandi initium sumas ab anno 20 Theleci; si vero ab anno 28 ejusdem, pauciores. Nota in Peta., Fux., pro *septimo* legi *septimi*. Horum autem altum est silentium apud veteres.

(335, III.) *Hebræorum Judæ* XII, *Azarias, qui et Ozias*. Sic ex A., Lo., Vi., O., L., Au., M., Pi., Peta. et Fux. (nisi quod hic legat *Azaria* pro *Azarias*), Beda, Mar., Fre. et Jornand., pro *Azarias* XII, *Hebræorum*, etc. Sic Theophilus Antiochenus lib. III, absque *Azarias;* et nostram lectionem confirmat Hieronymus in Osee I : *Azarias*, inquit, *qui vocatur et Ozias:* idem lib. I in Matth. in initio; sed et Eusebius ipse lib. X de Præpar. cap. 3, enumerans reges Judæorum, post Amasiam, affert Oziam. Hinc qui dicitur in libris Regum *Azarias*, in libris Paralipom. dicitur *Ozias*.

(335, IV.) *Hieroboam. Jeroboam* Vi., O., Lo., Fa.,
B Peta., Fux.

(335, V.) *Tachelotis. Tacholetis* S.; *Tacheletus* M., V., Va, A., *Tacelotis* Fa. Lo., Peta., Fux.; *Tagelotes* L. Pi., P.; *Talredotes* Vi., O.; *Celochis* Mar. Nos imitati sumus codices cæteros tam mss. quam impressos, et nostram lectionem sequuntur Vincen. et recentiores chronographi. Nulla enim memoria apud antiquos scriptores.

(Ibid.) *Petubastis. Petubates* L., Pi. Nobiscum sentit Vincen.; *Petubastes* Vi. O.; *Petubas* Peta., Fux. At alii libri et Mar. retinent vulgatam. Istius quoque nulla memoria apud veteres, quod contigit in aliis regibus Ægyptiorum post Trojam captam.

(335, VII.) *Tespieus. Thespieus* Lo., Vi., O., Mar.; *Thespicus* Fux., Pi., Peta.; *Thespreus* Vincen. de Thespieo, Pausa. lib. IX, et Diodor. lib. IV, sed qui fuit filius *Erechthei* seu *Erichthei*.

(Ibid.) *Tespieo Ariphronis*, etc. Traducta sunt in hanc areolam ex opposito an. 2 Tespiei regis Athe-
C niensium, cum antea anno 32 Aventini opponerentur : in Peta. ad an. 1 Azariæ, qui respondet 1 Tespiei. Secuti sumus Pi., Lo., Fux., nec dissident Vi., O., ubi ex adverso 20 Ariphronis disponuntur. Verborum vero vis satis indicat ad columnam Atheniensium referenda.

(335, VIII.) *Agemon*. Recepimus lectionem hanc propter auctoritatem L., A., Vi., Pi., O., Peta., Fux., Mar., quibus proxime accedunt *Agemnon* in Al., *Ægemon* in Lo. Nam prima littera est semper A. Vulgati habent *Egemnon;* Va. Vincen., *Egemon ;* quæ postrema videbatur prior; quia Græcis ἡγεμὼν ducem sonat, et plerumque nomina hujusmodi regum Græcorum ab usitatis nominibus appellativis deducta sunt.

(337, I.) *Sardanapalus*. In Vi., O., Lo., Peta., Fux., *Sardanapallus* cum duplici *l;* at cæteri auctores sunt, ut priorem illam orthographiam imitemur, quibus adjungendi Justinus, Diodorus, Plutarchus,
D Athenæus, Stephanus.

(Ibid.) *Tarsum*. Cum antea scriberetur *Tharsum*, quare sustulerim aspirationem, vide quæ infra.

(Ibid.) *Arbace. Arbaco* in Lo., Vi., O., Fux.; *Arbaces* A., P., Au.; *Arbato* in sex. Vatic., Fa., Fre. Sic apud Orosium lib. I, cap. 19, seu, ut olim ante emendationem Fabricii, *Arbacto*, sicut etiam legimus in Vatic. uno, apud Justinum lib. I, et Oros. lib. II cap. 2, licet apud hunc sit adjectum, *quem alii Arbacem vocant*, et ad marginem Justini sit repositum *Arbaces*, ut Fabricius et Bongarsius putant legendum. Marianus *Arsaces :* Paterculus lib. I. Histor. Romanæ *Pharnaces*, sed mendose, pro *Arbaces*. In Peta. *a Barba comedo*. Confirmatur nostra lectio, etiam ex Plutarcho in Artaxerxe. Verum nitimur omnibus mss. et Fre., paucis illis exceptis quæ citavimus; et sic Agathias lib. II, et Jornandes lib. de Reg. success., Suidas, Diodorus lib. II cap. 7, Ἀρβάκης, Ado in Chronico, ubi fuse historiam hanc

tractat. Quidam dicunt corrupte *Arbacem* legi pro *Arphaxat;* sed valde ab illis dissentio. Strabo, lib. xvi, Ὀαβακός; Athenæus, lib. xii cap. 12, Ἀρβακής; Natalis tamen Comes ejus interpres reddidit *Abraces*, et forsan est vitium librarii per luxationem litterarum pro *Arbaces:* tamen apud Idacium utrumque reperies, *Abracem* et *Arbacem*. A

(Ibid.) *Fiunt anni* 1197. Pro 1197, Fa. 1157; in A. 1088; in Pet. 1907. Sed ut olim verius, sicut ex aggregatione annorum uniuscujusque regis constabit.

(Ibid.) *Supputantur* 1240. Ad oram Fa. scriptum est *vel* 1239. In Fux. hoc loco hæc subjiciuntur : *Aliter temporibus istis Assyrii sine auctore fuerunt, quia Arbaces Medus, deposito regno eorum, ad suum reversus est.* Postea autem : *Dejoces Medoces regnum ipsis conjunxit, Magus* (vel magis) *autem Assyrios ad suum recepit, sed interim actus proprie feruntur Assyriorum, et quam,* seu quod, *reges iterum levaverunt.*

(337, ii.) *Lycurgus Lacedæmoniis jura componit.* B Hæc sunt inserta ex Fux., V., Va., L., Lo., Pi., O., Vi.; in Fa. *jura constituit.*

(339, i.) *Dioclem.* Si sequendos tibi membranaceos proponas, in varia distrahendus animus : A., L., P., V., Va., Fa., Peta., Pi., Ven., Lut., legendum monent *Dejocum* sive *Dejochum*, ut in Vi., O.; sive *Dejocem*, ut in Fux., Mar.; sive *Dejotem* ut in Vincen., quibus accedit in Au. *Diocum.* Δηιοκής Herodot. lib. ii. Interpres reddit *Deioces :* quod imitantur, circa olympiadem 18, eædem membranæ A., M., P., Al., Mar.; *Deioches* L.; *Dioches* Pi. Sed hærendum in vulgata, ubi *Diocles.* Sic enim excusi, et aliæ schedæ, et Orosius lib. ii cap. 18, et Polyænus (qui vixit anno Christi 170), libro vii Stratagemat., Δηιοκλῆς ὁ Μῆδος.

(Ibid.) *Prope.* Plures codices, ut Au., A., L., M., P., Lo., Mar., V., Fux., Fa., Pi., Va., O., volebant legendum *proprie.* Sed altera lectio visa est reddere sensum planiorem, quasi dicas *propemodum* seu *pene:* varietas nata est ex abbreviatione.

(Ibid.) *Successiones regum.* Vox *regum* abest a C Fa.

(Ibid.) *Propriis regibus. Propriis legibus* Peta., sed perperam.

(339, ii.) *Templum Junonis incensum.* Hæc quoque addidimus ad an. 37 Theleci, ex fide A., L., M., Pi., Lo., Fux., Peta., Fa., Mar., Fre.; licet in Fa., Lo., sit ad an. 35, in Peta. et Fux. ad an. 40, in Mar. ad an. 16 Azarias, et desint penitus in Vi. et O., sicut etiam in omnibus editis. Alterius conflagrationis templi Junonis apud Argos meminit Thucydides, lib. iv, in fine, ad an. 9 belli Peloponnesiaci, seu 1 olympiad. 89.

(339, vi.) *Hic fuit Aventini superioris regis filius.* Deest in Vi., O., Pi., Peta., Lo., sed perperam, ut constat ex aliis libris, et convincit veritas historiæ, ac similis ratio observata ab auctore in exprimendo patre antecedentium et subsequentium regum.

(339, viii.) *Phidon*, etc., usque *invenit.* Transferuntur ad 18 annum Alexandri in L., Vi., O.; at in D A., Au., M., ad an. 20; in Pi. ad 15 Alcamenis regis Lacedæmo., qui respondet 18 anno Alexandri; in Fux. ad an. 1 Agamestoris: in Peta. ad an. 16 Carani, qui respondet primo Agamestoris: alii codices nostrum et vulgatum situm retinent; sed cum ante primam olympiadem, ut observat auctor, omnia sint adeo incerta, ut quisque, prout visum est, diversas sententias protulerit, nil muto.

(Ibid.) *Phidon Argivus.* In Pi. *Fidem Argivis*; in Vi., O., Peta, *Fidon apud Argivos*; in Fux. *Fidon Argivis*; in Lo. *Fidon Argibis.* Nam sæpe in illo exemplari, *b* ponitur pro *u*, et contra, ut etiam observare licet in antiquis monumentis. Sed nefas a prima illa lectione recedere, cum auctorem habeam Plinium lib. vii cap. 56, ex quo loco videtur hæc periodus ad verbum desumpta.

(341, ii.) *Alcamenes.* Amoto *Alcanes*, ut olim, hoc subrogatum est auctoritate Pausaniæ, qui lib. iii et iv sic habet : idem Plutarchus, Diodorus, Strabo, Plinius, Herodotus. Lectionis investigandæ velut index fuit ora B., H., Peta., et So., *ubi Alcamenus :* confirmarunt M., P., Fre., L., Ven., Lut., Vinc. Sed ubi dum reperio *Talcamenes* in Pi., Fux.; *Talchamenes* Fre.; *Chalcamenes* Mar.; *Tarcamenes* Peta. Unde si sustuleris *T*, quod aliunde irrepsit, et *l* pro *r* reposueris, hoc idem habebis : item Lo., ubi *Camelus;* V., Fa. et Va. *Cameleus;* A. *Chalcamenis.* Si enim lineamenta nativa explores, agnosces fere ubique *me* non *ne*, quibus *Alcamenes* et *Alcanes* distinguuntur.

(Ibid.) *Hesiodus insignis habetur, ut vult Porphyrius.* Hæc sunt adjecta, idque ad an. 5 Alcamenis, ex A., L., M., P., Lo., Pi., Vi., O., Peta., Fux., Mar., Fre., Nam in omnibus idem situs præter Lo., qui ad. an. 13 Agemonis. Sed perperam, quia discimus ex Suida Porphyrium ita constituisse ætatem Hesiodi, ut triginta duobus tantum annis primam olympiadem antecesserit, quod incidit in illum annum 5 Alcamenis.

(341, iii.) *Caranus.* Intelliges quo consilio auctor marginis codicum B., H., Pet., Ba. et So., rejecta communi lectione editorum, *Gramaus*, legendum consulebat *Caranus.* Sic enim reperies in P., L., A., Fux., Au., Mar., Fre., et apud Pausan. lib. ix, Plutarchum in Alexandro, Paterculum lib. i, Solinum, Theophilum lib. ii, Livium lib. xlv, Justinum lib. vii, Diodorum et Suidam : præsidii vice adjungi poterunt variæ lectiones, quæ ad eam proxime accedunt, ut in Pi. *Caranus;* in M. *Cranus;* apud Vincent. *Graneus;* apud Ado. *Cananus;* in quibus semper reperies *C* pro *G;* licet in Lo. et V. legas *Granaus*, vitio librarii, cum alterum ejusdem nominis cerneret ad an. 513.

(341, iv.) *Prophetabant*, etc., usque *prophetæ.* Hæc non leguntur in V. et Va., et vox *Osee* non exstat in Fa. Verum haud dubio retinenda, cum auctoris institutum sic dicere hos prophetas diutissime floruisse, et sub quatuor regibus ab Azaria usque ad Ezechiam, quod plerique confirmant.

(Ibid.) *Jonas.* Aliqui restituendum censent *Johel.* Sic enim ad marginem Pet., B., Ba., So. et H., annotatum est, tamen omnes mss. Mar., Fre., habent vulgarem, quæ firmatur auctoritate Eusebii lib. x de Præpar. cap. 3, dum scribit hos sub Ozia prophetasse, quorum hæc nomina scilicet Amos, Jonas, Esaias; idem Clemens lib. i Stromat.

(Ibid.) *Prophetæ.* Hæc vox non exstat in A., L., Peta., Fux., Au., M., Lo., Vi. O. Pi., sed est in omnibus aliis codicibus.

(341, viii.) *Trieri : prima navigatio in Corintho.* Ita restituendum pro *Trieres prima navigatio in Corintho;* ut in excusis; vel *Trieris primus navigavit*, ut in Sa.; vel *Trieriis navis Trieris prima navigavit Corintho*, mendose, ut in Fux. Nam si nomen *navigatio* retineatur, necessario legendum fuit *Trieris*, propter constructionem duorum substantivorum. Verum horum loco leges *Trieris prima navigavit in Corintho*, in L., A., M., Pi., Vi., O., Pi.; in Lo. autem et Peta. *Trieres prima navigavit.* Nec dissimulandum in Lo., Vi., O., legi *in Corinthum;* in Pi. *in Corinthium*, sed mendose, cum constet ex Diodoro lib. xiv, et Thucydide lib. i, et aliis, τριήρεις ἐν Κορίνθῳ πρῶτον τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι. *Corinthi*, inquit Thucydides, *primum ex omni Græcia triremes ædificatas.* Observandum demum integram hanc periodum in A., L. Pi., Fux., translatam in primum annum Telestis ad seriem Corinthiorum ; in Fa. deesse.

(343, vi.) *Osorthon. Osorton* Lo.; *Sorothon* Peta.; *Osorchon* Mar.

(Ibid.) *Suum Osorthon.* Antea *suum Osortho;* sed correximus *Osorthon*, secundum omnes libros.

(343, vii.) *Amulius. Amullius* Pi. Sylburgius in tom. I. Halicarnass. citat codicem Chronici nostri ms., ubi hoc nomen cum duplici *ll* pingitur; sed Dionysius, Livius, Zonaras, Justinus et plures alii cum unico *l*.

(343, VII.) *Superioris regis filius.* Sic ex Lo., L., Fux., Peta., Vi., Pi., O., pro *superioris filius* supplevimus, ut sensus esset minus dubius.

(Ibid.) *Filia ejus, adimendæ.* In Vi., O., *Filia ejus llia adimendi.*

(Ibid.) *Adimendæ spei partus.* Ut sic castigarem, auctores fuerunt codices Ven., Lut., et cæteri editi. Nam in A., L., M., Al., Lo., Pi., Peta., Fux., Vi., O., Mar., Vincent., legitur *adimendi partus :* et ita refert ex nescio quo codice ms. Glareanus in Chronol. in Dionys. Halicarn. In V., Fa., *adimendi spe*, mendose.

(Ibid.) *Vestalis lecta, quæ cum 27 patrui sui anno geminos edidisset*, etc. Agnoveram pridem non levem hic latere maculam, et pro *septimo*, quod erat jam usu receptum in editis, legendum potius *vigesimo quinto*, quod ad an. 25 Amulii ortus Remi et Romuli in ipsis editis notabatur. Verum cum situs ille non ab omnibus libris probaretur, visum est resarciendum damnum, implorata utrimque ope. Cum enim hoc loco legerem, *quæ cum septimo*, alio vero in loco 25, duo mihi petenda fuerunt. Hinc quidem *septimo*, illinc *vigesimo*, ut conficerem *vigesimo septimo :* ad quod licet codices nil potuerint conferre, adfuit Marianus, qui dum totam hanc sententiam transcribit ex Eusebio, eodem modo refert. Accessit judicium Glareani, qui in suis chronologiis in Livium et Dionysium ita restituit hunc locum, idque ait ex Dionysio Halicarn., sumpto (ut credo) inde argumento, quod Dionysius scribat Romulum vixisse annos 55, et condidisse urbem anno 18 vitæ, cui Eutropius etiam assentitur. Nam retrogradiendo invenies illius annum 18 incidere in annum 27 Amulii. Si credimus Plutarcho in Romulo, natus est anno 26 ejusdem; illud enim consequitur si per eum Romulus vixit tantum annos 54, et regnavit an. 38. Cæterum non agnosces hic lectionem editorum omnium, *patri suo;* recensendam enim duximus *patrui sui*, ex Lo. et Fa.: alias enim mutilus fuisset sensus, licet vox *sui*, vel *suo*, absit a reliquis membranaceis.

(343, VIII.) *Agamestor.* Convenientius auctori juxta A., L., V., Lo., Fux., Peta., Vi., O., Pi., Mar., Fre., ut etiam Hieronym., epist. 142, quam, ut olim, *Agamnestor :* utrumque tamen est in usu. Porro *Agamnestor* in So., II.

(345, II.) *Lycurgi leges in Lacedæmone juxta sententiam Apollodori hac ætate susceptæ.* Hæc etiam adjecimus, idque ad annum 18 Alcamenis, ex A., L., M., Pi., Vi., O., Peta., Pi., Fux., Mar. Sed in Fux. adjicitur ad finem, *alii autem antea.* Firmatur hæc additio auctoritate Plutarchi in vita Lycurgi in initio, dum testatur Eratosthenem et Apollodorum affirmasse Lycurgum antecessisse primam olympiadem non paucis annis.

(345, III.) *Cœnus. Cinus* L., Pi.; *Cœneus* A.; *Cynus* Vi., O.; *Coeneus* Fa. Nobis favent Vincent., Theophil. Antioch. lib. II, et alii codices.

(345, V.) *Post quem Sellum XIV, diebus 2, post quem Manaem XV, an.* 10. Desunt in Pi., sed eorum loco legitur : *hic annus in hoc regno consumitur per diversos Manannen an.* 10, ubi nulla fit mentio *Sellum.* In Vi. O., autem : *Post quem Sellum mense uno hic annus consumitur per diversos Manaen an.* 10. In Fa. : *post quem XIII, Sellum.*

(Ibid.) *Diebus 2. Diebus* 3 A., M., Lo., P., Fux., Fa.; deest in So. utrumque.

(345, VI.) *Psammus. Psannes* Fa.; *Psamus* Peta.; *Psamnus* Mar.; *Psammos* Lo.

(345, VII.) *Sosarmus. Sosaramus* Al., Ven., Lut.; *Sosarinus* Vi., O. et Jornand.

(345, VII.) *Latronum manu.* In H. *Latinorum manu*; sed adversantur omnes libri.

(345, IX.) *Telestes.* Sic legendum tradunt A., L., Al., Pi., Peta., Fux. et Pausanias lib. II, quibus accedunt Vi., Vincen.; O. *Thelestes;* Mar. *Thelestus :* error erat in vulgatis, in quibus *Phelesteus*, ut in Fa.; *Phelestes*, seu *Felestes*, in Lo. Nam et illi libro frequens et obvium, ut quæ habent *ph*, in illo scribantur per *f*.

(347, VI.) *Bocchorus an.* 44. Quod ita legendum sit potius quam ut olim 43, docent Fa., Lo., Fux., Peta., et ipse annor. contextus, qui in vulgatis habetur, quamvis hoc loco exstaret 43, ut in Pi. 45, et ut in L., A., Pi., Vi., O., 46, tam hic quam in annorum textura. Sed in his evidens error, dum adjectione duorum horum annorum proposuerunt resarcire defectum illum, qui in illis observatur, in dynastia Diopolitanorum, quam dicebant durasse ann. 177, pro 178, quo fit ut 4 et ultimus annus Anamasis incidat in annum 6 Cambysis, cum, præcipiente Eusebio, in annum 5 debeat incidere.

(Ibid.) *Bocchorus. Bochorus* Fa.; *Bochoris* Peta.; *Bocchoris* Fux.; *Bogorus* Fre. Cornelius, Tacitus lib. V, *Oechoris;* Justinus contra gentes *Boechoris;* Herodotus lib. 1 retinet vulgarem.

(347, IX.) *Automenes. Atomenes* Va.; *Atomoneus* V.; *Anthomenes* Vi., O.: *Antomeses* Al.; olim *Antomenes;* sed maluimus sequi Lo., Pi., Ven., Peta., Fux., quia ad voces Græcas jam usitatas propius accedit, ut et alia pleraque nomina regum Græciæ. Istius autem regis, sicut nec fere cæterorum regum Corinthiorum, nulla exstat memoria apud veteres.

(Ibid.) *Post hos.* Rectius quam ut olim *post quem*, juxta Lo., Peta., Fux.

(Ibid.) *Prytani.* Sic ex A., M., V., S., Va., Lo., P., pro *principes*, ut in impressis et Mar.; vel *Pritanni*, ut in 2 Vati.; vel *Pritannis*, ut in Lo., Fux.; vel *Piranni*, ut in Fa.; vel *Prytanis*, ut in Peta., ubi *i* pro *e*, sicut facile commutantur, ut sæpe dixi : neque enim dubium est quin Latine dicendum potius *Prytanes*, ut et habent tres Vaticani. Porro Πρύτανις Græcis idem est ac dispensator, gubernator, seu magistratus, de quo vide Budæum in commentariis, et Sigonium lib. IV de Repub. Athen.

(Ibid.) *Ardisus. Ardysus* in A., L., P., Vi., O., Pi., Peta.; *Ardisus* Lo., Fa.; *Ardius* in Fux., quamvis in titulo illius columnæ habeat constanter *Ardysus.* Sciendum autem quod post vocem illam legitur *filius Alyattis* in Fa., Vi., O., Lo., Peta., Fux., P. Nec est prætereundum quod cum antea mendose exstarent notæ numerales 1, 2, regni Ardisi ante vocem *Ardisus*, quæ erat apposita ad an. 3, ista quæ sequuntur erant interposita diversis characteribus : *Hi duo anni hic signati sunt regis Lydorum infra scripti, conveniunt tamen annis aliorum regum*, quæ licet sint in Fa. et omnibus editis, tamen merito sunt explodenda ut inepta.

(349.) *Lacedæmoniorum reges defecerunt.* In L. *Lacedæmoniorum et Corinthiorum reges defecerunt;* in Pi., *Lacedæmonii reges et Corinthii reges defecerunt;* in Vi., O. *Corinthiorum reges defecerunt, post quos in Corintho constituti sunt annui principes;* et, quibusdam interpositis, *Lacedæmoniorum principes defecerunt.* Cæteri codices conformes vulgatis.

(Ibid.) *Olympias.* 1. His inseritur in L., Pi., *hoc anno constituitur;* in Vi., O., *hic constituitur.* Cæterum de instauratione Olympicorum ludorum plura Paterculus et alii. Dignum autem est observatione in omnibus libris annum 1 olymp. 1 concurrere cum 16 Medorum, 10 Macedonum, 50 Hebræorum Juda, 10 Hebræorum Israel, 5 Ægyptiorum, 21 Latinorum, 3 Atheniensium, 3 Corinthiorum; præterquam quod in Vi., O., Pi., ubi pro an. 5 Ægyptiorum seu Bocchori ponitur an. 6; sed hunc errorem observavimus superius, eumque ortum ex eo quod illi libri tribuunt dynastiæ Diopolitanorum tantum annos 77 pro an. 78. Inde enim factum, ut deinceps in illis non opponantur recte anni Ægyptiorum annis aliorum regum. Nam dum volunt replere locum septuagesimi octavi anni, cum anno sequentis regis, et dum pro an. 78 substituunt an. primum Smendis, et ita de subsequentibus, fit ut semper dissideant ab aliis uno anno, usque ad an. quintum Cambysis.

(349.) *Fiunt anni* 405. Non ita prius. Nam in editionibus sic reperies, *fiunt anni* 406, *alias* 405. Verum longe amandavimus illud *alias* 406, consilio Peta., L., A., Fux., M., P., V., Lo., Pi., et trium mss. Fab., Fre., Bedæ, et Anton. ex Euseb., sed potissimum quia si supputationem adhibueris, invenies ab Abraham usque ad Trojam captam numerari annos 835, quibus si adjungas 405, efficies 1240 exactos. At non illo anno, sed sequenti sumpsit initium olympias, hoc est ab anno 1241. Itaque revera erunt tantum anni 405 exacti, et annus 406 erit decurrens, ut præclare adverterat eruditissimus Scaliger lib. v de Emendat. temp. pag. 206, in prima editione : quin et indubitatum esse affirmabat; sed ecce in posteriori mutavit sententiam, ubi vult numerandum potius an. 407, quæ sententia licet defendi possit, cum habeat patronos Tatianum et alios graves auctores, quibus accedit Diodorus, dum constituit annos 408, tamen credo id non esse ex mente Eusebii, qui sequitur Ephorum. Libri omnes hoc loco habent *an.* 405, sicut in præfatione constanter exhibent *an.* 406 : unde mihi non levis nata est suspicio, hic assuta hæc fuisse, 406 *alias*, ab aliquo sciolo, ut doceret varia tradi hac de re etiam ab ipso auctore. Nihilominus Marianus hoc loco habet tantum illum numerum 406.

(Ibid.) *Æschyli*, etc., usque *victor*. Desunt in Pi.

(Ibid.) *Quo erat Agon gymnicus*. Absunt in A., L., Peta., Fux., Vi., O., M., P., Lo., Fa., et tribus mss. Fab., sed in Ven., Lut., leges, *quod erat agon gymnicus*. Scio nonnullos legere, *qui erat*, sed qua ratione id constet, non video.

(Ibid.) *In quo Chorœbus Heliensis*. Pro *in quo* legis *in qua*, in Ven., Lut., Fux., L., A., M., Peta., Mar., Fre., et tribus mss. Fab. Pro *Chorœbus Heliensis* habes *Coroebus Iliensis;* In Lo., *Corebus Eliensis extitit Elius victor;* in Vi. et Peta. (et in ora hujus *Elius*) *exstitit victor Chorebus Eliensis*; in tribus mss. Fabri *Chorœbus Eliensis;* in P. *Choraeb Eliensis*, in Mar. *Chorobus Aeliensis;* in A. *Coroebusselius;* in L. M. *Coroebelius* seu *Coreb Elius*, id est, ex Elide, seu Elea regione. Sic enim Solinus et alii Iphitum Eleum vocant. Verum Eusebius (neque enim verior adhiberi potest testis), lib. x de Præparat. cap. 3: ἐνικα στάδιον Κοροιβὸς Ἠλεῖος, *primus vicit Corœbus Elius;* ubi perperam interpres vertit *Argivus Corylus* : Eusebium sequitur Strabo lib. VIII. Sic etiam Pausan. legit lib. v : Ἠλεῖος Κοροιβὸς, ubi interpres *Coroebus Elius*. Porro dignum est notatu post eruditissimum Joseph. Scaligerum, ex Pindaro, primam olympiadem celebratam die 23 Julii.

(Ibid.) *Praxonidis. Prasonidis* V.: *Fraxonidis* A., L., P., Pi., Vi., O.; *Saxonidis* Peta.; sed vulgata lectio caret omni dubio, cum exstet passim apud antiquos auctores.

(Ibid.) *Hæmonis. Aemonis* in L., A., M., V., S., Lo., Peta., P., Pi.; *Hæmodis* Al.; *Emmonis* Vi., O.; *Emonis* Fa., Fre., Fux.; verum scriptio vulgata est Pausaniæ et aliorum. Cæterum cum Olympiaci ludi primo ab Hercule instituti an. 340 ante, ut dixit Eusebius, deinde multis annis intermissi fuissent, ab Iphito instaurati sunt. Vide Pausan. lib. v, Strabon. lib. VIII Geograph., Diodor. lib. IV cap. 4, et Patercul. lib. I. Cum autem intermissum est ludicrum Olympicum, lustrum Julianum cœpit dici olympias. Hinc intelliges, quid Hieronymus significet dum computat per olympiadas usque ad. 14 an. Valentis, ut docuit eruditissimus Scaliger lib. v de Emendat. p. 300.

(Ibid.) *Ab hoc tempore Græca de temporibus historia vera creditur*. Ad majorem horum confirmationem, non est ita absurdum hic inserere testimonium Varronis ex Censorino cap. 21 : *Varro tria discrimina temporum esse tradit. Primum, ab hominum principio usque ad cataclysmum priorem: quod propter ignorantiam vocatur adelon ; secundum a cataclysmo priore ad olympiadem primam, quod quia in eo multa fabulosa referuntur, mythicon nominatur : tertium, a prima olympiade ad nos, quod dicitur historicum, quia res in eo gestæ veris historiis continentur*.

(351.) *Agamestoris*. Coegit me consensus tot exemplar. A., L., M., V., Pi. V., O., Peta., Fux., F., Sa., Lo., Mar., Fre., ut hanc lectionem ita restituerem pro *Agamnestoris*.

(Ibid.) *Olympiade Joathan posuimus*. Post hæc verba est adjectum in Pi., Vi., O. : *Hinc decedentibus et succedentibus regnis novus orbis consurgit*.

(353, III.) *Arctinus*. *Artinus* Pi. *Aretinus* Fa.; *Archinus* Mar.; sed ubique corrupte, præterquam in editis.

(Ibid.) *Florentissimus habetur*. In Pi., *prope omni metro et opere clarus habetur*.

(Ibid.) *Tyrimas*. *Tyrimnas* P.; *Tyrimmas* Fux., Peta.; *Trimmas* Lo.; *Thurimas* Pi.; *Tyriammas* Vincen.; *Thurimmas* Vi., O.; *Triminas* Fa.; *Thyrimmas* Fre. Nostra lectio est Mar. et Theophili Antioch. lib. II.

(353, V.) *Phacee an.* 20. Substituimus an. 20, ex L., A., P., Lo., So., Pet., H., Pi., Vi., O., Fux., Mar., et ex serie annorum.

(Ibid.) *Sub quo Thegladphalassar rex Assyriorum magnam partem populi Judæorum in Assyrios transtulit*. Ista sunt ascita ex A., L., Au., M., V., Peta., Fux., P., Pi., Mar., nisi quod in Mar. *Teglatphalasar;* in Pi., legitur *hoc tempore Theclat Falnasar*, etc. : et post *transtulit* subjungitur *rege Facea*, quibus respondent verba Hieronymi in Osee v, quæ hinc videntur desumpta : *Legamus Regum et Paralipomenon libros, et inveniemus sub rege Phacee venisse Thegladphalassar regem Assyriorum, et magnam partem populi Samariæ in Assyrios transtulisse, quo tempore, apud Græcos, 2 annus primæ Olymp. fuit*, etc. Idem fere repetit in Amos I. Vide IV. Reg. XV.

(355, III.) *Athenis primum*, etc. Vereor ne minus celebrem navigationem hanc reddat incertus annus; neque enim conformes sunt codices. Nam Lo., Fa., connumerant an. 1 Tyrimmæ; impressi an. 2; Peta., Fux., an. 4; Pi. an 12; Vi. et O. demum an. 15; quid alii scriptores, nullum exstat vestigium.

(Ibid.) *Trieres*. *Trieris* M., P., Vi., O., deest in Pi.. ubi tantum legimus *Athenis primus navigavit, Aminocleo cursum dirigente;* sed mendum est evidens. At in Fux. *Triremis Trieris navigavit*.

(Ibid.) *Aminocleo*. Sic lego juxta M., L., Vi., O., A., S., Fa., Pi., pro *Aminedeo*, ut in Ven., Lut., B., H., Pet.; et in V. *Aminodeo*; in Al., Peta., Fux., *Aminecleo;* in So. *Aminedeo;* in Mar. *a Menedeo*. Vide Plin., lib. VII, cap. 56, citantem Thucydidem, qui lib. I et VI eum vocat *Aminoclem*. Stephanus de Urbib. et Dionys. Halicarn. de Propriet. Isocrat. : ὁ Κορίνθιος Ἀμεινοκλῆς ὁ κατασκευάσας Σαμίοις πρῶτος τέθαραι (*F. leg.* ἐπάρσαι) τριήρεις : et facilis ac frequens est luxatio et conversio elementorum *cl* in *d*, ut prænotavimus. Hinc apud Gellium mendose legitur *Androdus* pro *Androclus*; apud Livi. *Daseus* pro *Claseus;* apud Suetonium *Callides* pro *Callicles;* sic infra *deobulina* pro *Cleobulina; Megades* pro *Megacles*.

(Ibid.) *Hesiodus secundum quosdam clarus habetur*. Ne forsan isthæc tamquam spuria rejicias, certo scias esse addita ex fide A., L., M., V., Va., P., Lo., Pi., Vi., O., Fa., Peta., Fux., Mar., nisi quod ponitur in Lo. ad annum 4 Tyrimæ; in Fux. et Peta. ad an. 7; in Pi., Vi., O. et Fa., ad an. 13; in L., A., M., V., Va., P., ad an. 6.

(Ibid.) *Cynethon. Tinethon* Vi., O.; *Cinethon* Lo., Pi.; *Cinuethon* Fux., sicut apud Pausaniam passim.

(Ibid.) *Thelegoniam scripsit. Telegoniam* Peta.; *Thegoleniam scripsit* Fa., Lo., sed mendose : non desunt viri docti, qui existiment legendum *Theogoniam*, sed repugnant libri, et Mar. imprimis.

(355, VII.) *Remus et Romulus*, etc. Hæc desunt in Vi., O., sed ponuntur in Peta. ad an. 24 Amulii : in vulgatis et nonnullis mss. ad ann. 25; in Fux. ad ann. 26, in Mar. ad an. 27 ejusdem Amulii, seu 1 Joathan, seu 1 olympiadis 2. Ratio ipsa, de qua superius, nos coegit ab aliis discedere, et imitari solum Marianum. Itaque notabis errasse typogra-

phum nostrum, cum imprudenter retinuerit situm antiquum ad 1 olymp. 2, qui tamen poterat utcumque defendi auctoritate Plutarchi in Romulo, dum scribit : *Tarrutium et Varronem positis ob oculos Romuli casibus, factisque ac vitæ spatio, et mortis genere : atque ita istis comparatis omnibus confidenter et intrepide conceptum pronuntiasse Romulum ann. 1 olymp. 2, 23 mensis qui apud Ægyptios vocatur Choeac, id est, Decembris.*

(Ibid.) *Ex Marte et Ilia.* Desiderantur in L., Pi., A.; in Fa., Fux., deest præpositio *ex;* in Au. vitiose legebatur *a matre Italia.* Sed superior lectio recipi debet : nam est Plutarchi in Vita Romuli. Distinguit enim tria illius nomina, οἱ μὲν Ἴλιαν, οἱ δὲ Ῥέαν, οἱ δὲ Σιλουίαν ὀνομάζουσι: item Solini in Polyhistor., Theophil. Antioch. lib. III, et omnium denique cæterorum codicum tam mss. quam impressorum, et Vincen. tom. I et IV. Nam Romani ut confixerunt Æneam natum ex dea Venere, sic Romulum ex deo Marte et Ilia. His annumerabis Augustinum lib. XVIII de Civit. cap. 21, Virgil. lib. VI Æneid. Hinc Romani in suis sacris vocabant Martem, quod haberetur pater Romuli, *patrem:* et Romulus primum mensem vocavit Martium a Marte patre, ut Aprilem a Venere matre Æneæ, auctore Macrobio lib. I c. 10 Saturnal.

(357, III.) *Eumelus.* Sic pro *Cumelus*, ut olim, secuti A., M., P., Peta., Fux., So., Lo., Mar., et sequentia ad olympiad. 9, ubi consentientibus omnibus exemplar. legis *Eumelus :* et sic habet Clemens Alexand. lib. I Stromat.; *Eumulpus* in L., Pi.; *Emulius* in Vi., O. *Eumolpi* poetæ meminit Suidas, sed quem dicat antiquiorem Homero. At *Eumeli* poetæ Corinthiaci sæpe Pausanias lib. II et IV, et scholiastes Apollonii passim, apud quos lego Εὔμηλος. Ego in situ assignando, prout varia suadent libri, in varia distrahor. Nam in Pi. ad an. 9 Phaceæ, in Lo. ad an. 10 Joathan, ut etiam in vulgatis ; in Peta. ad an. 14 ejusdem; in Fux. ad an. 16; in Vi., O., ad. an. 17; in Fa., deest. Nos restituimus sub columna Macedonum.

(Ibid.) *Qui pagoniam scripsit.* Olim legebatur in vulgatis, *qui Bugomam*, sed in L., A., M., V., P., S., Fux., Peta., Va., Lo., Vat., *Bugoniam;* et in Vi., O., Pi., *Bogoniam ;* in Fa. *Bugoviam.* Sed cum nemo occurrat, qui referat quid sit *Bugonia* aut *Bugoma*, invitus cogor a tot libris discessionem facere, ut sequar Marianum, apud quem lego *Pagoniam.* Hanc enim scripturam non dubitavi castigatiorem, tum quia ipse non aliunde videtur potuisse mutuari quam ex hoc nostro Chronico, ut ferme singula quæque, tum quod videam apud Pausan. lib. II Eumelum poetam Corinthiacam historiam scripsisse, et Corinthum inter cætera cognomina a Stephano de urbibus Πάγον dictam. Si cui tamen magis placet altera lectio, non contendo. Nam vox *Europiam* movet suspicionem de *Bugonia*, aut alia voce simili, ἀπὸ τῆς βοὸς Εὐρώπης.

(Ibid.) *Arctinus.* Elegimus hanc lectionem potius quam priscam *Archimus*, suadentibus P., M., V., L., Pi., O., Vi., Fa., Fux., Peta., Lo., quibus accedunt A., S. et 3 mss. Fab., in quibus *Aretinus*, ubi *e* pro *c*, et quia *Archimi* nulla exstet mentio apud veteres; nisi forsan idem ipse sit qui *Archimus* Plutarcho lib. de decem Rhetoribus. Adde quod potest colligi ex Dionysio Halicarn. lib. 1 *Aratinum* poetam, quem vocat *omnium quos scimus antiquissimum*, de rebus Iliacis scripsisse. Et forsan apud eum pro *Aratino* legendum *Arctino*, nec obstat quod hic paulo ante actum sit de *Arctino*, cum frequentes sint ejusmodi repetitiones ex aliis scilicet auctoribus adjectæ.

(Ibid.) *Qui Æthiopicam. Qui Æthiopidam* A., L., Pi., Peta., Vi., O., M.; *qui et Jopidam* P.; *qui et Jopidas* S., Va., Lo., qui *Ethiopidum* Fux. et tres mss. Fab.

(Ibid.) *Et Arctinus, qui Æthiopicam et Iliacam vastationem composuit.* Varie hæc habentur. Nam in A., L., M. : *et Archimus qui Æthiopidam composuit et Ili Persis agnoscitur.* In S., V., V., Lo., Fa. : *et Archimus qui et Jopida composuit, et ibi Persis agnoscitur.* In P., Peta. et tribus mss. Fab. : *et Archimus qui et Jopidam* (in Peta. et trib. mss. Fab., qui *Æthiopidam*) et *Ilii Persis agnoscitur.* Sed in Fux. : *Æthiopidam et Ilia Persis agnoscitur.* Alii codices habent eamdem nobiscum lectionem.

(Ibid.) *Therei. Theraci* P., sed prius est aliorum mss., Strabo lib. XVII, et Pausan. lib. III et X, ubi et meminit hujus Batti conditoris Cyrenes, sicut etiam facit Herodot. lib. IV, ubi tres Battos constituit. Sed omnes longe posteriores hoc sæculo. Ad hæc paululum variant libri in situ horum. In Fa. ad an. 9 Tyrimæ; in Fux. et Lo., ad an. 12; in Peta. ad an. 13; in Vi., O., ad an. 16; in Pi. ad 18; in editis ad an. 10. At nihil vetuit eos insequi.

(357, IV.) *Prophetabant Osee, Amos, Esaias, Oded.* Hæc adjecimus ex L., P., A., M., Lo., Pi., Fux., Peta. et tribus mss. Fab., nisi quod in P., Lo., Pi., Peta., Fux., ponitur *Johel* loco *Amos;* in Lo. *Obed;* in Pi. *Odet* pro *Oded.* Libri variant aliquantulum in sede. Nam Lo. collocat ad ann. 5 Tyrimæ; Vi., O., ad. an. 7; Fux. ad an. 9; Peta., Pi., ad an. 10. Nos sequimur A., M., V., Va., P., L., cum de annis non sit tantopere laborandum.

(359, II.) *Medidus. Madydas* Pi.; *Madidus* Jorn., Fre.; *Metydus* unus ex tribus mss. Fab.

(359, III.) *Aristheus. Aristoteles* Lo., A., L., M., P., Pi., Peta., Fux., et sic Callimachus in Apollinem; *Aristotiles* O., Vi. Batti quidem meminit Pausanias lib III, nullo modo nominis proprii. At Battum Cyreneum nominat Clemens lib. 1 Stromat., quin alium et diversum facit ab Aristæo Cyreneo; nihil tamen immutavimus, quia lectio vulgata confirmatur auctoritate Justini lib. XIII : *Cyrene* inquit, *condita fuit ab Aristæo, cui nomen Battos propter linguæ obligationem.* Herod. lib. IV refert eum cognominatum Battum, postquam in Libyam abiit ob oraculum ei redditum apud Delphos. *Battus enim*, inquit, *idem est Pœnis ac rex.* Ælianus, l. XI, ait hunc prius habuisse nomen *Aristoteles*, postea *Battus ab oraculo cum nuncupatus esset, nomen illud retinuisse.*

(Ibid.) *Aradus insula conditur.* Pro *conditur* legitur *condita* in Lo., Pi., O., Vi., Fa., Ven., Lut. Verum quomodo insula dicatur condita, intelliges ex Strabone lib. XVI, et Hieronymo in Ezechiel. cap. XXVII, Aradum esse *petram a mari circumfusam, habitationibus plenam*, ut loquitur Hieronymus, *quæ tota est civitas*, ut proinde quæ de civitate, merito de illa insula efferri possint. Pro *Aradus* legitur in Fux. *Aradius.* Attende porro quod in Peta. hæc posita sunt ad an. 15 Tyrimæ: in Fux. ad an. 16; in Vi., O., ad an. 20; in Pi. ad an. 21; in Lo. et Fa. ut in vulgatis ad an. 13.

(Ibid.) *In Lacedæmone*, etc. Sita sunt hæc in Fa. et Lo. ad an. 14 Tyrimæ ut in vulgatis; in Peta., Fux., Mar., ad an. 16; in Pi. ad an. 21, in Vi., O., ad an. 22.

(361, III.) *Fuit autem sub regibus Lacedæmon.* Si sequeremur fidem librorum V., Peta., Lo., Fa., Vi., O., Pi., Fux., legeremus *Lacedæmoniorum;* sed sensus videtur esse purior et germanior vulgari lectione retenta.

(Ibid.) *Cyzicus condita.* Pro *Cyzius* varia in variis, ut in L. Pi. *Gysecus ;* in Fre. *Gisæcus;* in S. *Cyricus;* in V., O., *Giete;* ubi etiam reductum est ad an. 2 olympiad. 8; in Lo., A., P., V., Va., M., *Cizicus;* in Al., Peta., Fux., *Cyzicus;* quæ magis placeret, nisi vitarem inanem repetitionem conditæ *Cyzici*, de qua ad an. 738 et 1344. Relinquo erudito lectori judicium, an forsan legendum sit *Cyrius*, quæ est urbs Macedoniæ apud Ptolemæum. Nam *r* et *z* facile commutantur, vel *Cyrus* urbs in Eubœa; vel forsan *Cyrus* urbs Syriæ, de qua Xiphilinus in Antonino philosopho. Nam video Jornandem vocare eam *Cyssum*, quamvis hoc postremum minus certum

judicem; si verum sit eam conditam in honorem Cyri, ut vult Procopius. Porro hæc sita sunt in Fux. ad an. 16 Tyrimæ; in Pi. ad 21; in Fa., Peta. et Lo., ut in vulgatis, ad an. 18.

(361, IV.) *Achas an.* 16. Pro *an.* 15, ut olim; in Ven., Lut., B., substituimus *an.* 16, ex fide L., A., V., Peta., Fux., Al., Lo., Pi., Mar., Vi., O., So., H., Pet., B., quæ confirmatur IV Regum XVI : *Achas sexdecim annis regnavit in Jerusalem* ἑξ καὶ δέκα ἔτη ἐβασίλευσεν.

(361, VIII.) *Alcmeon*. Sic ex A., V., Lo., Vi., Fux., O., pro *Alcamenon*, ut in impres.; *Almeon* in L., Pi.; *Alemeon* Fre.; *Alcineon* in Vincen., forsan *in* pro *m*; *Alemenon* Fa., Peta. Vulgatam lectionem confirmat Paterculus lib. I, nisi quod *Alcmæon* pingat.

(363, VII.) *Nonnulli Romani scriptores Romam conditam ferunt*. Librariorum et typographorum incuria in hoc paragrapho disponendo fecit, ut videretur non solum superfluus, sed etiam quasi absurdus. Cum enim destinetur certo alicui anno unius aut alterius regis seu olympiadis, et idem sit ac si diceret : Nonnulli referunt Romam conditam ad annum horum regum et olympiadis illius, dum hoc minus sollicite observant, alii eum opponunt an. 39 Amulii, qui est 3 olymp. 5, et sic habent Fa. et vulgati : alii vero an. 1 olymp. 6, ut Lo. et Mar.; alii an. 2 olymp. 6, ut Fux., Peta.; alii an. 4 olymp. 6, ut Pi., Vi., O. Verum cum inter tot veterum opiniones de anno urbis conditæ (de quibus vide collectionem accuratam Onuphrii in Fastos) nulla sit quæ ad aliquem horum situm accommodari possit, quam ad eum qui anno 4 olymp. 6 respondet; ideo hic sistendum nobis fuit. Non enim dubito quin respiciat ad sectatores opinionis Varronianæ tamquam magis receptæ, sicut constat ex Cicerone l. I Academ. quæst. et aliis; et quæ incipiebat a 3 olymp. 6 (ut notat Plutarchus et alii), scilicet desinente, id est a Palilibus, quæ proxime antecesserunt initium anni 4 olymp. 6. Nam inter eos qui propius indagarunt conditum urbis, duæ præcipuæ fuerunt sectæ, una M. Porcii Catonis (de quo auctor olymp. 177), qui in eo videtur comparandus cum exiguo abbate Romano inter Christianos, ut quemadmodum hic non nisi post 532 annos Christi cœpit statuere computum annorum, quo utimur a Christo (quem tamen multi contendunt uno vel altero anno esse mutilum), ita ille inter Romanos non nisi post 637 annos conditum Urbis investigarit. Is ergo post Eratosthenem assignat natalem urbis in an. 4 desinentem olymp. 6, seu ann. 1 ineuntem olymp. 7 : hoc est, eo anno Romanorum et eo mense Aprili, qui præcessit solstitium, in quo initium habuit olympias septima; unde omnes qui eum sequuntur, conferunt natalem Urbis in annum 1 olymp. 7. Nam dum *aliter sentiunt, aliter dicunt*, ut eruditissime loquitur Scaliger. Altera est M. Terentii Varronis (de quo auctor circa olymp. 166), qui post Pisonem retulit, ut dixi, Urbis conditum in annum 3 olymp. 6, hoc est, eo anno Romano et eo mense Aprili, qui præcessit solstitium æstivum, in quo cœpit annus 4 olymp. 6. At quia auctor priorem opinionem sequitur, alterius hoc loco meminit : unde miror quomodo accuratissimus Onuphrius et plures docti post eum scripserint auctorem secutum Varronem; immo etiam ipsum conferre initium urbis ad an. 3 olymp. 6, præcipue cum præter vulgatos, ex quibus hoc piscantur (neque enim ullum librum manuscriptum proferunt) omnes mss. etiam septem Vatic. contrarium exprimant, dum ad annum 1 olymp. 7 reponunt annum 1 Romuli, quem cum anno 1 conditæ Urbis doctissimi fere omnes eumdem constituunt, unde acutissime Oros. lib. II, cap. 4 : *Romulus*, inquit, *interfecto avo Numitore, dein Remo fratre, imperium urbemque constituit, regnum avi, muros fratris, templum soceri sanguine dedicavit.* Plutarchus etiam in Romulo conjungit necem Remi cum anno conditæ urbis; neque aliunde potest conjici, quæ fuerit mens Auctoris de primo

A anno Urbis conditæ, nisi primum annum Romuli cum anno primo Urbis comparet. Nulla enim est alia enumeratio annorum Urbis conditæ apud Eusebium. Diversitas codicum, quorum alii hæc collocant ad annum 4 ante Romulum, alii ad an. 3, videtur nata ex eo, quod alii tribuunt regibus Roma. annos 244, ut factio Catoniana, alii 243, ut Varroniana, cum tamen Auctor tribuat illis tantum an. 240, sed illi tres aut quatuor anni erant potius rejiciendi post ultimum annum Tarquinii, vel potius (quod ab iis auctoribus factitatum est, qui duas illas sententias tuentur) augendus erat numerus annorum regum, siculi Livius, verbi gratia, dat Numæ 43, Anco 24, Servio 44, etc. : et ita accessione hac annorum producitur tandem illa summa 243 vel 244. Quid autem moverit amanuensem codicis Fa. et typographos, ut hæc reponerent sex annis ante Romulum, penitus ignoro.

(Ibid.) *Nonnulli Romani*, etc. In Pi. et L. ista sic B leguntur : *Nonnulli Romanorum scriptores Romam conditam ferunt Parilibus, qui nunc dies festus est*; in Vi., *Nonnulli Romanorum scriptores Romam conditam ferunt Romæ Palilibus qui nunc dies festus est*; in Lo., *Nonnulli Romanorum scriptores Romam conditam ferunt. Roma Parilibus qui nunc dies festus est condita.* Idem in Fux., præter quam quod pro *est condita* legitur *dedicatur*, et hæc, *Nonnulli Romanorum*, etc., usque *ferunt*, reponuntur in serie Hebræorum ad an. 3 Achas, qui respondet an. 42 Amulii. *At Roma Palilibus* in serie Latinorum ad an. 42 Amulii : idem in Peta. nisi quod *Nonnulli Romanorum*, etc., sunt in columna Macedonum ad an. 19 Tyrimæ, qui concurrit cum an. 42 Amulii, et illud *Roma Palilibus* ad an. 3 Achas.

(Ibid.) *Roma Palilibus. Roma Parilibus*, P., A., Lo., Fa., Peta., L., Pi., Ven., Lut.; quam lectionem sequuntur Dio. lib. XLV hist. Solin. in Polyhist., Dionys. Halicar. lib. I, et quidem qui eam tuentur, nituntur auctoritate veteris kalendarii Romani, ubi C undecimo kalendas Maii, qui est vigesimus primus Aprilis, habentur hujusmodi notæ *Par. Mn.* vel simplex *Par.*, quibus omnes qui in kalendarium ediderunt commentarios, asserunt hos dies indicari : et ita legimus apud Censorinum, Plutarchum Athenæum lib. VIII, et apud Cicer. lib. II de Divi., lib. I ad Attic. epist. 8, lib IV epist. 9, Paterculum lib. I. *Parilia* dici vult Marius Victorinus lib. de Orthographia a pariendo, quod eo tempore *omnia sata, arboresque et herbæ parturiant, pariantque;* et Diony. Halicarn. lib. I, *quia ineunte*, inquit, *vere, agricolæ pastoresque pro partu pecorum diis acturi gratias sacra faciunt. Palilia* dicta ait Festus, quia *pro partu pecoris sacra fiebant deæ pastorum*, quæ dicebatur *Pales*, et quam Virgil. lib. III Georg. vocat *magnam Palem*, et in Culice *sanctam Palem* : ideoque existimat dicendum *Palilia*, non *Parilia*. Sic Plutarchus in vita Romuli, et Varro. lib. V de lingua Latina : hinc Propertius agens de origine urbis Romæ :

D Urbi Festus erat, dixere Palilia patres,
Sic primus cœpit mœnibus esse dies.

Et Ovid. lib. IV Fastorum :

Palilia poscor,
Non poscor frustra, si favet alma Pales.

Alii, quod eo die pueri per ignem ex paleis accensum saltabant. Utraque dictio et *Parilia* et *Palilia* est apud bonos auctores; sed nostra videtur communior.

(Ibid.) *Romanorum I rex Romulus an.* 38. Quia non idem omnes codices (horum enim vice in Fux. et Peta., *Latinorum XVII regnat Romulus an.* 38; in Lo. et uno ex trib. mss. Fab., *Romanorum XVII regnat Romulus an.* 38; in Vi., O., Pi. simpliciter, *Romulus an.* 38; in Fa., *Romanorum primus Romulus an.* 38) operæ pretium facturos nos credidimus, si postremi hujus lectionem amplexaremur. Hoc enim modo minus recedimus ab editis, quamvis illi non

eumdem verborum ordinem sequantur. Nam primæ editiones Ven. et Lut. conveniunt cum Fa. Posteriores habent *Romulus primus rex Romanorum an.* 38. Sic enim legendum dicetur ut mox, et non 37. Retinuimus vocem *rex*, quia non est dubium de re, et licet in aliis desit, tamen vox *regnat* idem infert.

(363, VII.) *Romulus an.* 38. Hic numerus firmatur auctoritate A., L., Au., Vi., O., Lo., Fux., Peta., Pi., Cassiodori, Plutarchi in Romulo (nam in Numa tribuit tantum an. 37), Zonaræ, Bedæ, unius ex trib. mss. Fab., et ex ipso annorum Romuli contextu, qui observabatur non tantum in illis mss., sed etiam in Fa. et nonnullis editis, ut Ven., Lut., B., in quibus licet legas hoc loco mendose *annis* 37, in serie tamen corrigitur error, dum disponuntur anni 38, non tamen adhuc sine mendo, cum ille numerus duplicem laterculum occupet. Quod autem in aliis editis tam hoc loco, quam in serie habentur anni 39, licet idem contineat vetus Eutropii editio (nam restituta habet tantum annos 37 : cum Livio, Dionysio, Cedreno, et omnibus fere scriptoribus, immo ipso Plutarcho in Numa) : tamen res est quæ non minus manifeste adversatur menti Eusebii. Sive enim constituas an. 38, sive 39; semper hoc pacto summa annorum regni horum septem regum erit aut minor, aut major uno anno, quam illa 240 quam supputat Auctor : unde miror quomodo doctissimi viri scripserint Eusebium tribuere Romulo tantum an. 37.

(Ibid.) *Consualibus ludis Sabinæ raptæ.* Vetus lectio in editis *captæ*, nos eam recensendam credidimus adhibito chirographorum calculo, ut legeretur *raptæ*, ut in Pi., M., Vi., O., Lo., Peta., Fux. et trib. mss. Fab., Oros. lib. II cap. 4, Ado. in Chron. Sic enim postulat vox sequens *rapientium.* Cum enim viri rapuisse dicantur, et hæ *raptæ* dici debent, quo singula sibi respondeant. Cæterum pro *Consualibus ludis* mendose in Fa. *Consulibus ludis*, et in Vi., O., Pi. et L. adjectum est *Circensibus adornatis Consualibus ludis.* Differunt item membranæ in situ assignando. Nam Pi., Peta., Mar. collocat ad an. 3 Romuli, ut verba Eusebii indicant; Vi., O., ad an. 4, ut vult Dionysius; Fa. ad an. 41 Amulii, Fux. ad an. 42, Lo. ad an. ultimum.

(363, VIII.) *Athenis principes*, etc. Sita sunt in Peta. ad ann. 21 Tyrimæ; in Lo. ad 22; in Vi., Pi, O., Fa., Fux., ad an. 20, ut habent vulgati. Nihilominus reposuimus sub columna Atheniensium, quia res ipsa hoc postulat, et ita suadent A., L. servata sede ejusdem anni.

(Ibid.) *Qui quoad vixissent.* In A., L., M., V., Pi., P., Peta., Fux., Lo., Vi., O., *qui usque ad mortem.*

(Ibid.) *In x annum. In decem annos*, Fux., Peta.; *in decem annis*, Vi., O.; in aliis *in x an.*

(Ibid.) *Lacedæmonii*, etc. Idem horum situs cum vulgatis in omnibus, præter Pi., qui ad an. 33 Ardisi aggregat.

(365, II.) *Milesii an.* 18, *construxerunt urbem in Ægypto Naucratim.* Hæc *construxerunt urbem*, etc., in hunc locum traduximus post *Milesii an.* 18, cum ante fœde sequerentur illa *filius Æschylai*, etc., ac proinde referrentur ad Athenienses : verum secuti sumus L., A., Lo., Pi., Vi., O., Peta., Fux. Nam etiam certum est ex Strabone l. XVII Milesios condidisse urbem Naucratim. In Mar. fœde consequuntur hæc verba *Lacedæmon an.* 25, ut dicuntur de Lacedæmoniis. Nec dissimulandum pro *an.* 18 referri in L., Pi., *annos* 19, et in M. *annos* 17. Sed in P., O. et Vi., deesse : ubi observandum hæc sita esse in Vi., O., Pi. et Fux., ad an. 21 Tyrimæ : in Peta. et Lo. ad an. 25, in Fa. ut in vulgatis ad. an. 24.

(Ibid.) *Naucratim.* Ita restituo pro *Macicratim*, ut olim, vel *Raucratin*, ut in Mar. secutus Lo. et Strabon. lib. XVII, cui accedunt *Naucratim* in M., *Naucratem* in L., P., Fux.; *Naucraten* in Pi. At *Macitrata* vel *in Acitrata* S., Va.; *Acitratra* Fa., *Naucratem* in Vi., O.; *Nauratium* in Peta.; sed desideratur in A. et

A tribus Vatic., P. De hac urbe Ægypti *Naucratim* Plato in Phœdro et Philebo.

(Ibid.) *Thales Milesius*, *physicus philosophus agnoscitur.* Addidimus vocem *agnoscitur* secuti Al., L., A., M., V., P., Vi., O., Pi., Ven., Lut., Fa. et Lo.; libentius tamen sustulissemus totam sententiam, nisi exemplarium consensus nos retinuisset : certum enim est tam ex veteribus scriptoribus, quam ex ipso Eusebio circa olympiadem 35 Thaletem vixisse tempore Cyri : verum similis varietas non debet videri nova apud Eusebium, ut pridem significavimus. Cæterum ista variam occupant sedem; Nam in Pi. ad an. 21 Tyrimæ; in Vi., O., ad an. 22; in Fux. ad an. 27; in Lo., Peta., Fa., ut in Vulgatis, ad an. 26.

(365, V.) *Sennacherib qui et Salmanasar.* Voces illæ *qui et Salmanasar* absunt a Lo., P., M., A., Peta., Fux., Au., Vat., Mar., Idac., saltem in textu, Vati., Vatic. Nam in A. et Lo. ad oram exstant. Si

B vero retineas utrumque et *Sennacherib et Salmanasar*, videntur confundi duæ diversæ personæ, et hic quidem illius pater, ut constat ex Tobiæ 1 : quinimmo hic tribuitur Sennacheriho, quod libri sacri ascribunt Salmanasaro. Nam IV regum XVII, decem tribus leguntur translatæ, et in exsilium relegatæ a Salmanasar, tribu Juda incolumi. At Sennacherib dicitur ascendisse super omnes civitates Juda munitas, et eas cepisse, et obsidione Hierosolymam cinxisse, Isaiæ XXXVI, Ezechiel. XIV, et IV Regum XVIII, inter quæ ingens haud dubio intervallum. Quo factum ut eruditi viri Melchior Canus lib. XI cap. 6, et Franciscus Haræus, inde captata occasione, perperam invehantur in Eusebium nostrum tamquam *non orthodoxum* et nimia libertate in sacræ Scripturæ numeris usum, quod eumdem fecisse scribat Sennacherib, qui sexto anno Ezechiæ obsederat Jerusalem, et Salmanasar qui Samariam ceperat. Verum Eusebius nullam obsidionis Jerosolymitanæ facit mentionem, sed tantum ait *Salmanasar* dictum etiam *Sennache-*

C *rib*, eumque abegisse in exsilium Israel. Hieronymus in XXXVI Isai. testatur aliquos existimasse eumdem esse Sennacherib, qui Samariam ceperit, et Jerusalem obsidione vallarit, qui pluribus hoc falsum esse demonstrat auctoritate divinæ Scripturæ. Ab ea vero, quis sanæ mentis dicat Eusebium tam eruditum et pium, vel latum unguem velle recedere? Satius ergo fuerit dicere cum D. Thoma, in Isai. XX, *Salmanasar* habuisse sex nomina, et eumdem dictum fuisse *Sennacherib.* Nam etiam ante eum pridem observarat Hieron. in cap. XXXVI, nonnullos existimasse *Salmanasar* multis nominibus appellatum, quod neque alienum a lingua sancta, ubi frequenter eadem nomina patri et filio sunt communia. Verisimile est Eusebium usum potius nomine *Sennacherib*, quam *Salmanasar*, ut se accommodaret ethnicis, eorumque historiographis, maxime vero Herodoto, quem utpote summæ auctoritatis, ut plurimum sequitur, et qui cum nullam faciat mentionem Salmanasar, meminit tamen lib. II Σαναχάριβος. Si minus ista suffi-

D ciunt; quid si in nonnullis exemplaribus vox illa *Sennacherib*, quæ origo totius dubitationis, absit? Nam in 4 Vatica., Fa., leguntur tantum sequentia : *Erant in parte Samariæ victæ a Salmanasar rege Chaldæorum*, etc., in quam partem paratus eram propendere, ni retinuissent me et codices reliqui numero superiore, et ipse Marianus, qui hanc periodum, suppressis illis, *qui et Salmanasar*, ad verbum ex Eusebio refert, et Idacius : contra Freculphus l. IV c. 13 recenset ad verbum quæ habent editi. Quod si probabilius aliquid prudens lector observarit, lubenter amplectemur.

(Ibid.) *Translatæ sunt.* Nitidius quam olim *translati sunt :* idque ex fide V., P., Vi., O., Pi., Fa., Peta., Fux., Lo., Mar., et quia constructionis Latinæ puritas id requirit; præcessit enim substantivum *tribus* fœminini generis.

(365, VII.) *Una virginum pulcherrima.... habere me-*

*reatur.* Ista desunt in P. Sed sunt consona veritati historiæ, teste Livio et aliis; in Fa., *una virgo*.

(365, VII.) *Thalasso*. *Talasso* sine aspiratione in Peta., Lo., Fa., Va., M., quibus favent Martialis lib. I, Sextus Pompeius, Plutarchus, Festus et Suidas, licet nonnihil differant. Nam istis *Talassius* pro *Talassus*: apud Plinium lib. de Viris illustribus, *Thalassius*.

(Ibid.) *Quod scilicet*. *Quo scilicet* A., M., Lo.; *cui scilicet*, Au.

(Ibid.) *Remus rastro*, etc. Ereptam vitam Remo aliqui libri testantur an. 2 Romuli, ut Pi., L.; alii an. 41 Amulii, ut Fa. et editi; alii an. 43, ut Lo., Peta., Fux.; alii an. 44, ut Vi., O., qui videntur magis sequendi. Nam Orosius, Plutarchus et alii veteres scriptores significant Remum interfectum initio regni. Verum in re incerta nil mutavimus. Si tamen illa nunc cernis ad an. 3 Romuli, hoc fecit ex sua mente Corrector. Video tamen Adonem constituere cædem Remi tertio anno ab Urbe.

(Ibid.) *Remus rastro*, etc. *Retro*, Au.; *rupto*, V.; *rutro*, Pi.; *rucro*, Ven., Lut.; *aratro*, Vi., O.; *putro*., A.; *rutro*., P., L., M., Fa., Fux. et 3 mss. Fab., S., Lo. Sylburgius in Dionys. Halicar. ait se legisse codicem ms. nostri Chronici idem habentem, et ita ibi vertit illud τῷ σκαφίῳ. Livius et Plutarchus nihil horum exprimunt. Verum Beda, Vinc. I et IV tom., Marianus et Anton. ex Eusebio retinent nostram lectionem in lib. de Origine gentis Romanæ: utraque lectio proponitur, *Remus a Celere Centurione rutro vel rastro fertur occisus*. Itaque utraque potest retineri, cum sit ejusdem significationis, testibus Festo, et Nonio Marcel. Cæteræ sunt mendosæ. De rutro vide Turnebum lib. VIII Advers. cap. 6. Ovidius videtur sentire fuisse teli genus. Sic enim is in Ibin:

Utque Remo muros auso transire recentes,
Noxia sint capiti rustica tela tuo.

(Ibid.) *Romani*, *Tatio*. Disponuntur hæc varie in variis. Nam Fa. circa an. 4 Romuli; Lo. circa 5; Vi., O., circa 6; Pi. circa 15; Fux. circa an. 24. Peta. item, nisi quod reposuit in columna Hebræorum, circa an. 13 Ezechiæ, qui cum an. 24 Romuli concurrit.

(367, IV.) *Senacherib rex*, etc. In Ven., Lut., Fa., intra has lineas et verba antecedentia, *Quirites appellati*, hæc interjiciuntur: *hoc in primis annis Romuli gestum est, sed quod ipse locus occupatus est, merito hic positum est:* idem exstat in Lo., inter illas duas periodos utriusque paginæ: *Captivitas Israel*, etc.; et: *Senacherib rex*, etc. At in B., H., Pet., So., ad oram e regione horum: *Senacherib rex*, etc., ista conspiciuntur: *Hæc primis annis Romuli gesta sunt.*

(Ibid.) *Quod Latina lingua exprimuntur, custodes*. Purius dici agnosces, quam ut olim *quod in Latinam linguam exprimitur custodes*, præsertim cum ita doceant restituendum membranæ Vi., Pi., O., Lo., M.

(367, VI.) *Ceninenses*. *Cecinenses*, Fux., M., Mar., *Cenienses*, V., L.; *Cerinienses*. Fre.; *Chenineuses*, Fa. Prima lectio est cæterorum exemplar. et conformis Livio et Solino. Fasti Sigonii *Cœninenses*, sicut etiam Eutropius lib. I, Victor. de Viris illustribus. Omnes libri conveniunt in situ horum ad 7 Romuli.

(Ibid.) *Antemnates*. Rectius quam ut olim *Antenates* ex præscripto Lo., V., Fa., Fux., quibus accedunt Pi. *Antemnantes*, Peta. *Antempnates*. In Vi., O., Mar., *Antennates*, ut etiam apud Eutropium; in Va. *Antemimates*. Sed nostra orthographia est Livii passim, Solini, Victoris lib. de Viris illustribus, Strabonis lib. V, Ἀντέμναι, licet ejus interpretes reddant *Antennates*.

(369, VII.) *Æsimides*. *Æsemides*, Lo., Fa.; *Esemides* Peta., Vincent.; *Esimiles*, Vi., O.; *Æsimides*, Fux. Pausan. lib. IV, Αἰσιμήδης, quod interpres reddere debuit *Æsimedes*, ut hic Hieronymus, non *Æsimides*.

(369, VIII.) *Eumelus*. *Eumeleus*, V., S., Lo.; *Eu-*

A *melus*, Fux. Eumeli Corinthii meminerunt Pausanias lib. II et Hyginus. Nec te sollicitum habeat horum sedes; omnes enim scripti libri præter V., O., qui ad 3 Alyattis reponunt, conveniunt nobiscum.

(Ibid.) *Alyattes*. Sic censui scribendum pro *Aliactes* ut olim, quia ita Fux., cui accedunt L., Pi., in quibus *Halyates*; A., P., Lo., Vi., O., *Aliates*; Fa., Mar., *Aliatres*; Peta., *Aliatthes*. Apud Pausaniam, Ἀλυάττης; sed lib. X in Phocicis cum spiritu aspero (ut apud Herodot. lib. I), Strab. lib. XIII et lib. VI in Eliacis, cum spiritu leni habetur, ut apud Plutarchum de Pithiæ oraculo.

(Ibid.) *Mydas*. *Myda*, A., M., P., Ven., Lut.; *Mida*, in Fux., Vi., O., Pi., Lo., Peta.; *Midas* Plin. lib. XXXIII, cap. 3. Apud Herodotum lib. I, Plutarch. in Publicola, Pausan. lib. I, Suidam, Μίδης, vel Μίδας. Cæterum communis fere concursus librorum scriptorum, ut Peta, Fa., Fux., Lo., Pi. est cum impressis in situ ad an. 1 Alyattis. Vi., O. ponunt ad

B an. 6.

(Ibid.) *Naxus*, etc. Fux., Peta. coeunt in situ cum impressis ad an. 2 Alyattis; Fa. et Lo. ponunt ad ann. 1 ejusdem; Vi., O. ad an. 7; Pi. ad an. 5. Cui potius assentiaris, non potest ex aliis scriptoribus colligi.

(371, VIII.) *Syracusæ conditæ in Sicilia*. Adjectum est *in Sicilia* ex L., A., M., Lo., Vi., O., Pi., Peta., Mar. Editiones habent in So., H., Pet., Ven. et Lut., *Syracusæ condita*. Præterea Fa. constituit ad an. 2 Alyattis, sicut vulgati; Lo. ad an. 1, Mar. ad an. 3, Fux. ad an. 5, Peta. ad an. 6, Pi. ad an. 7, Vi., O. ad an. 10. Maximum argumentum quod potior sit codex Peta. sumitur ex Thucydide lib. VI, dum ait urbem *Gelam conditam fuisse an. 45 post Syracusas*. Nam totidem anni reperiuntur ab an. 6 Alyattis, seu an. 4 olymp. 9, usque ad an. 8 Gygis, quo Gela conditur, teste Auctore, ut suo loco dicemus.

(Ibid.) *Catina*. Sic correximus ex fide L., M., P., Pi., So., H., Pet., Vi., O. pro *Catinia*, ut in aliis edi-

C tis, quibuscum etiam sentit Rufus, vel *Cathina*, ut in Fre. De *Catina* Siciliæ urbe Solinus, Mela lib. II, cap. 7, Cicero in Verrem act. 5. Plinius autem lib. IV, cap. 6, constituit *Catinam* in Arcadia, et lib. III, cap. 8, *Catanam* in Sicilia: sed hoc non cohæret cum Eusebio, nisi velis utramque dictam et *Catanam*, et *Catinam*. Sunt qui dicunt in Sicilia aliam esse *Catinam*, aliam *Catanam*; ab illa *Catinenses*, ut apud Ciceronem Act. 7 in Verrem, seu *Catinienses* ut apud Justin. lib. IV, et ab altera *Catanenses* seu *Catanei*, ut apud Ptolemæum. Hermolaus existimat esse unam, et eamdem quæ Latinis ut plurimum *Catina*, Græcis *Catana* dicitur. Nam lego apud Strabonem, et Stephanum Κατανή, et favet etymologia, quam tradit Stephanus, κέκληται δὲ οὕτως ἐπειδὴ κατέβη πρὸς τὸν Ἀμελιανὸν ποταμὸν ἡ Θεοκλέους τοῦ χαλκίδεως ναῦς ἐν Δωριεῦς χωρὶς τοῦ νᾶν φασιν ἢ ὅτι τῆς Αἴτνης κατοπτευθείσης τὰ ἄνω καὶ κάτω γέγονεν.

(Ibid.) *Conditur*. *Condita*, L., A., M., Lo., Pi., Vi.,

D O. Ad extremum ista Fa. ponit cum vulgatis, et Mar. ad an. 3 Alyattis, Lo. ad an. 2, Fux. ad an. 6, Peta. ad an. 7, Vi., O., Pi. ad an. 10.

(Ibid.) *Messena a Lacedæmoniis capitur*. Sic legendum esse minime dubitavi pro *Messana a Lacedæmoniis capitur*, cum proxime dixerit Lacedæmonios contra Messenios bellum gessisse, et adjiciat circa olymp. 35, omnium exemplar. auctoritate, *Messena a Lacedæmoniorum societate defecit*; et nostram lectionem juvent A., M., P., Vi., O., Lo., Peta.; sed in L., Fre. et Pi. legitur *Messala*. Alia est enim *Messena* in Messenia, una, teste Mela, ex sex regionibus Peloponnesi, de qua hic Eusebius et Strabo multis, lib. VIII; alia *Messana* in Sicilia, de qua idem Strabo libro VI, et omnes geographi. Illius facit mentionem Plutarchus in Philopœmene, dum de ejus expugnatione agit a Lacedæmoniis facta, et in Agesilao loquens de ejus restitutione per Epaminondam: istius vero in Catone majore. Pausanias item edidit librum

IV inscriptum *Messenica*, ubi persequitur bella inter Lacedæmonios et Messenios; ut etiam Isocrates in Archidamo, aitque Messenam nomen traxisse a Messene filia Triopæ: de eadem Plin. lib. IV, cap. 6. Nihilominus reperio apud Strabonem, Ptolemæum, et alios Græcos utramque vocari Μεσσήνην: sæpius etiam apud Latinos *Messanam*, seu *Maussanam*. Si quid autem certi de situ horum requiras, scito in Lo. haberi ad an. 3 Alyattis, in Fa. ad an. 5, in Peta. ad an. 7, in Vi., O. ad an. 10, in Fux. sub columna Atheniensium et ad an. 8 Caropis; in Pi. ad 4 Elidici, qui respondet 13 Alyattis.

(373, III.) *Perdica. Perdicca*, Lo., Peta. Sic etiam Theophilus Antiochenus, Ælianus et alii.

(373, V.) *Sabachon Æthiops Bochorum vincit, Ægyptoque regnavit.* Desiderantur in A., Lo., V., Pi., O., P., S., V., Fa., Peta., Fux., Mar.; sed ejus loco reposita sunt ista, *Sabachon Bochorum captum duxit, et vivum exussit*: quæ censuimus retinenda propter auctoritatem editorum, et reponenda circa an. 10 Sabachon juxta A., cum antea legerentur in impres., sub columna Lydorum, circa 6 Meles, qui anno 2 Sebichi regis Ægyptiorum respondet. At in Lo. ad an. 7 ejusdem Meles, qui tertio Sebichi opponitur, et in Mar. ad an. 13 Alyattis, et in Pi. ad an. 1 Sebichi, *Sibichon*, inquit *Bocchorum captum vivum exussit*. In Vi., O., desiderantur; et in Peta. voces illæ, *duxit*, etc. Cæterum singularia sunt hæc Eusebio. Nam licet Herodotus, Diodorus et alii *Sabachi* meminerint: hujus tamen victoriæ mentionem prætermiserunt.

(373, VI.) *Tarpeia*, etc. Quæ hic habentur juxta editos et Lo., Peta., Fa., circa an. 21 Romuli disponuntur; in A., L., Pi., Fux., circa annum 10; in Vi., O., circa an. 6; in Mar. circa an. 26. Plura de Tarpeia obruta apud Livium lib. I, et Plutarch. in Vita Romuli. De anno tamen apud illos nil constat, sed nescio qua incuria librarius in hac postrema editione circa an. 20, reposuit, pro an. 21, quod numerabis inter errata.

(Ibid.) *Romulus primus*, etc. Varie locata sunt ista; etenim Pi. ad annum 18 Romuli; in Mar. ad an. 19; in V., O., ad annum 20; Peta. ad an. 26; in Fux., Lo. et Fa., ut in vulgatis, ad an. 23; sed hæc dum minus prudenter advertit typographus, anno 24 opposuit.

(375, II.) *Cardiccas. Cardyceas*, Peta., Fux., et videtur esse idem cum eo, qui ab Herodoto dicitur *Arbianes*.

(375, V.) *Sebichus. Sibichus*, L., Fux.; *Seluchus*, V.; *Sebicus*, V., O.; *Sibichon*, et *Sibichos*, Pi.; *Secucus*, Fa.; *Sevicus*, Lo.; *Sepithus*, Mar.; ubi observabis sæpissime in codice Lo. *v* poni pro *b*, et contra, more nostrorum Vasconum, ut conjiciam scriptorem fuisse natione Vasconem, vel forte Hispanum. Is enim non minus scribendo, quam loquendo *v* cum *b* commutat: quod etiam in veteribus lapidibus, et Romanis inscriptionibus sæpe reperies.

(375, VII.) *Mare obtinuerunt Cares.* De mari ubi agitur, fluctuant libri, variantque inter se. Nam Fux. ad an. 1 Cardiceæ regis Medorum aggregat, Vi., O. ad an. 32 Medidi antecessoris, Pi., ad 34 seu 1 Meles. At Peta., Lo., Fa. an. 8 Meles regis Lydorum, qui respondet an. 1 Cardiceæ: quorum partes sequimur cum excusis.

(377, VI.) *Romulus apud paludem*, etc. Diversus est etiam horum situs. Nam in Vi., O. ad an. unicum Senatorum; in V., Fa., Pi., Mar. et editis ad an. 37 Romuli; in Fux. et Peta. ad an. 38. Nescio quo fato nostra hæc editio traduxerit ad an. 36, quod notabis inter errata. Nam nullum est dubium, quin illis debeatur laterculus anni 38, seu ultimi Romuli.

(Ibid.) *Julio Proculo. Lucio Proculo*, A., P., M., Vi., O., Pi., Peta., Fux., Lo., L., Vincent. tom. I Specul., sed prior est Auctoris et aliorum codd. Jornand., Fre., Mar. et est receptior. Sic Florus lib. I, Aurel. Victor. de Viris illustr. (a quo ut semel moneatur lector, videntur desumpta quasi ad verbum ab Hieronymo, quæ sic habet de regibus Romanorum), Plutarchus in Romulo *Proclum* non *Proculum* nominat Ἰούλιον Πρόκλον εἰς ἀγοράν, sed Livius invertit *Proculus Julius*.

(Ibid.) *Apud suos.* Desunt hæc duo vocabula in A., L., M., P., Lo., Pi., Vi., O., Fa., Fux., Peta., et 4 mss. Fab.

(Ibid.) *Consecratus est.* Receptior lectio juxta Lo., Pi., Vi., O., Ven., Lut., quam *consectatus est*, ut in H., So., Peta., Ba.

(Ibid.) *Mortuo Romulo ... appellatum est.* Sedes his haud ita certa. Nam Fux., Lo., Vi., Pi., O., Au., L. collocant anno 38 Romuli. Sed neque eorumdem idem est institutum. Nam hi sex posteriores hoc ita faciunt, ut contexant unum annum in serie Romanorum, cum hac inscriptione *Senatores an.* 1: unde fit ut in illis annus 1 Numæ sit 4 olymp. 16: cum in cæteris nullus annus interseratur; immo habent an. 1 Numæ ad an. 3 olymp. 16. Quin etiam in Peta., Fa., V., Va., et nonnullis aliis mss. hæc sententia *Mortuo Romulo*, etc., reperitur ad eumdem an. 1 Numæ et rectius, quia annus ille interregni computatur inter annos Numæ 41, alioquin illi essent tantum tribuendi anni 40, sicut faciunt illi sex posteriores, qui tandem hoc pacto cum aliis conveniunt in sede anni 1 Hostilii, et 4 olymp. 26. Quo fit ut nihili, aut parum intersit, sive annum illum interregni separatim distinguas in serie, vel cum annis Numæ involvas. Sic enim tandem manet salva, et incolumis consensu omnium librorum, summa illa annorum regum Romanorum 240, quam in calce auctor colligit.

(Ibid.) *Romulo per quinos dies.* Sic ex M., P., V., Peta., Fux., O., Vi., Au., Mar., et Eutropio, pro *Romulo quinos dies* ut in impressis, et Fa. et Lo. vel *Romulo quinis diebus* ut in L. et Pi.

(Ibid.) *Senatores an.* 1. Adjecta hæc sunt in Lo., L., Au., Pi., Vi., O. et Mar. et videntur firmari verbis ipsius auctoris *Mortuo Romulo*, etc. *Annum enim* (inquit Livius, lib. I) *intervallum regni fuit*, quod Dionys., lib. I, et veteres historici confirmant. Non tamen existimavimus hæc necessario addenda, propter rationem positam in præcedenti nota.

(377, VII.) *In Sicilia Chersonesus condita.* Hoc addidimus ex A., L., M., V., Vi., O., Peta.; Lo., Pi., Mar., licet scriptum sit *Cersonensus* in Lo., et *Chersonnessos* in Pi. Annus autem est quodammodo incertus, quia in A. et L., sunt ad an. 10 Meles; in Peta., Pi. ad an. 11; in Vi., O., M., V., Lo., ad an. 12, in Mar. ad an. 2. Mediam viam sequentes constituimus ad an. 6 Hippomenis, seu 4 Meles.

(377, VIII.) *Bellum quod in Thyrea.* Germanius quam olim *quod in Tyria*, secuti M., Fux., Peta., O., Vi., cui favent Lo., Fa., Pi., *Tynea*. Nam *Teirea* seu *Tiria* Leucosyrorum oppidum est; ubi improbandum omnino gestum esse bellum hoc, ut docent Herodot. lib. I, Pausan. lib. III, cap. 10, Strabo lib. II, quibus *Thyrea* est Phocidis urbs. Cæterum dum libri de bello aliorum agunt, inter se committunt bellum. Nam alii collocant circa an. 5 Melis, ut Mar.; alii ad 9, ut Fux. et editi; alii circa an. 8, ut O., Vi.; alii circa an. 12, ut Peta., Lo., Fa.

(Ibid.) *Candaules. Candales* in Lo., Fa., *Tandaules*, Vi., O.; sed vulgata est aliorum exemplar. Plinii, Herodoti, Justini.

(379, IV.) *Manasses impius* usque *habentem.* Verba hæc desiderantur in A., L., V., O., P., Lo., Pi., Vi., Peta., Fa., Fux.; sed leguntur in cæteris tam mss. quam impressis; et sic Aug. lib. XVIII de Civit. cap. 24, quo fit ut retinenda censeamus.

(379, V.) *Tarachus Æthiops.* Invertuntur in Pi., *Æthiops qui et Tarachus*. Sed alii codd. et Vincent. nobiscum sentiunt; in Fa., *Taracus*; in Fux., *Tarachus*; ubi et ista subsequuntur, *Hic ab Æthiopia duxit exercitum atque Sebionem occidit, ipseque regnavit Ægyptiorum.* Apud Mar., *Tarrachus Æthiops.*

(379, VI.) *Romanorum 2 Numa*. Pro 2 antea in impressis legebatur 29, sed restituimus ex A., V., L., Peta., Fux., Vi., Fa., O., cum in aliis neutrum legatur.

(Ibid.) *Cum ante hoc tantum*. Ex Lo., Vi., O., Ven., Lut., Peta., Fa., L., pro *cum ante hunc tantum*, ut in editis. At in Pi. tantummodo legitur *cum ante tantum :* apud Mar., *cum antea decem*, etc., In Fux. vox ista *hoc* ita est contracta, ut nescias utrum legas *hunc* vel *hoc*.

(379, VIII.) *Sybilla Samia*. Abest *Samia* in P., A., L., V., Fa., Peta., Fre., Fux., M., Au., Vi., O., Pi., Mar., Lo., forsan rectius, ut ex sequentibus constat, ubi eadem sententia repetitur in omnibus fere exemplaribus absque illa voce *Samia*. Adde quod *Sibylla Cumana* seu *Cumæa* illa est, quæ vocabatur *Herophila*, seu *Hierophile*, seu etiam *Erophile* testibus Suida, Martiano Capella, et Lactantio lib. I, aut, si credimus Solino et Clementi lib. I Stromat., *Erythra :* tamen nihil immutatum fuit, cum Eusebius dicat Herophilam fuisse incolam Sami, et vocatam *Samiam*, et ejus auctoritas non minor sit quam aliorum. Adde quod iisdem verbis hoc descriptum legimus apud Idacium. Ælianus lib. XII meminit hujus Samidæ Sibyllæ. Cæterum hic paragraphus constituitur in Pi. et L. sub columna Atheniensium ad 2 Leocratis, qui respondet 5 Candaulis; in aliis sub columna Lydorum; in editis quidem ad an. 3 Candaulis; in Lo. et Fa. ad an. 4; in Fux., Vi., O., Peta. ad an. 5.

(Ibid.) *Quæ Herophila. Quæ et Erophila*, A., L., Pi., Fux., Peta., Vi., O., Vincen.; *quæ Erophila*, Fa.; *quæ et Erofira*, Lo., sed corrupte, cum inferius in eodem codice dicatur *Erofila*. In Pi., *quæ et Erofilia*. Nostra lectio verior; recepta enim apud veteres, ut constat inter cætera ex epigrammate, quod sub finem anthologiæ illi dicatur, et exstat in reliquis libris scriptis, et apud Mar.

(Ibid.) *Nicomedia*, etc. His aliquem delige ordinem. Nam in Pi. sub columna Atheniensium an. 1 Leocratis, qui respondet 5 Candaulis; in Fux. sub columna Macedonum ad an. 25 Perdicæ, qui respondet 6 Candaulis; in Lo. et Fa. 12; in impressis ad an. 5 Candaulis; in Peta. ad an. 6; in Vi., O., ad an. 7.

(Ibid.) *Astacus*. Olim *Astacos*, sed sequimur Lo., Fa., Peta., Fux., quibus proxime accedit *Arthacus* in Mar. Adde quod reperies consensu omnium librorum infra circa olympiadem 129 eamdem vocem *Astacus*. Vide notas in eum locum, ut intelligas quomodo Nicomedia dicatur nunc condita.

(Ibid.) *Croton. Troton* Peta., sed mendose. Nam historici et geographi prioris sæpe meminerunt, posterioris nullo modo. Jam vero, ut probe ista disponantur, non ita facile est. Nam in Pi. habentur sub columna Atheniens. ad an. 7 Leocratis, qui respondet 10 Candaulis; in aliis ad an. 8 ejusdem Candaulis, sicut etiam habent vulgati : præter Vi., O., in quibus ad an. 15 ejusdem, et Mar. qui ad an. 7.

(Ibid.) *Parium. Panthon*, V.; *Parion*, Peta., Fux., Fa., Ven., Lut., Vi., O., Va., S., Lo., Mar., Pi.; Πάριον, Ptolemæo, Stephano, Cedreno et aliis; *Parium* vero Latinis in usu est.

(Ibid.) *Sybaris. Sibaris*, Peta., O., Vi., Lo., Mar., sed vulgata scriptio est Stephani, Strabonis, Plinii, Pausaniæ, Diodori et aliorum.

(Ibid.) *Hi qui Partheni... Corcyram*. Exsulant ab L., Pi., Vi., O. At in Al. legitur *Hi qui Parthenitæ*, et in Peta. et Fux., *Hi qui Partheniæ*, etc. Locatur hic paragraphus in Fux. quidem et Peta. ad an. 10 Candaulis; in Mar. ad an. 11; in Lo., Fa. et aliis ad an. 9, ut etiam habent vulgati.

(Ibid.) *Tunc et*. In Lo., Fux., Peta., Fa. non exstat *tunc*.

(Ibid.) *Mydas. Mida*, A., L., M., P., Lo., Pi., Fux., Peta.; *Midas* Mar.; *Lyda*, in Vi., O. De hoc supra. Porro hæc sita sunt in Lo. ad an. 1 Gygis: in editis ad an. 2; in Pi. ad an. 3. Nam licet sedem habeant sub columna Athenien. et ad an. 7 Absandri; tamen ille 7 annus respondet 3 Gygis; in Fux. et Peta., ad an. 4, in Vi., O. ad an 5; Mar. ad an. 6 ejusdem Gygis.

(381, II.) *Diocles*. Antea legebatur hoc loco *Dejoces :* qua in re non ita constanter omnes libri; quia tamen ita excusi supra, et alias sæpius Eusebius, idem, quod superius monuimus de scriptura vocis *Diocles*, hoc loco reponendum censuimus.

(Ibid.) *Ecbatanam. Ecbathanam*, Peta., Fux.; *Ebatanam*, Vi., O.; *Ecbactanam*, Fa.; *Batariam*, Mar.; *Batanam*, Pi. Corruptio inde nata, quod ibi sit scriptum *Diocheec Batanam*, pro *Dioche Ecbatanam*. Vulgata scriptura firmatur auctoritate Tobiæ V, Xenophontis, Athenæi, Stephani, Æliani, Ptolemæi, Strabonis, Plinii, Curtii, Diodori, et aliorum; sed cum *b*, est I Esdræ VI, III Esdr. VI. Insuper quia hæc libri omnes an. I Dioclis ascribunt, non est quod de hoc situ pluribus disseramus.

(381, VI.) *Adeo ut ultimus December diceretur*. Desunt in A., L., Au., M., Va., P., Lo., Peta., Vi., Pi., O., Fa., Fux., Fre., sed maneant immota tam propter auctoritatem vulgatorum et aliorum mss., quam quia certum est non solum ultimum tunc mensem (nam postea Februarius fuit ultimus, teste Ovid. lib. I Fastorum, et aliis multis) vocatum Decembrem; sed ita nuncupatum, quod ordine et numero decimus numeraretur; et ex eo Plutarchus, Strabo, et veteres fere omnes conjecerunt annum antiquum Romanorum habuisse tantum decem menses : licet Fenestella et Licinius Macer scripserint, teste Censorino lib. de die Natal. cap. 60, statim ab initio, annum vertentem fuisse 12 mensium : quod et pluribus confirmat magnus Scaliger libris de Emendat. temporum.

(Ibid.) *Asses ligneos*, etc. Sic castigavimus pro *axes ligneos*, ut in impress. et aliis; vel *asseos ligneos* in Pi. in quibus nullus sensus : secuti exemplaria A., L., M., P., Al., Vi., O., Peta., Fux., Fa., Mar., et Hispanicum vetus ms. cujus fidem facit Loaisa in Chronicon Isidori pag. 385 nuperæ editionis Parisiensis an. 1601.

(Ibid.) *Scorteos. Corticeos*, Vi., O.; *scorseos*, Fa.

(Ibid.) *Nullum cum finitimis*. In Peta., Vi.. O., Pi., Fux., Lo., Mar., *Numa Pompilius nullum cum finitimis*.

(383, VII.) *Absander. Alexander* Al.; *Apsander* Pi., Lo., Peta., Fux.; *Apsaandes* Fa.; sed Fre., Mar. et alii mss. sequuntur vulgatam.

(Ibid.) *Eryxias. Frixias*, L., Pi.; *Flexias*, Fux. Sed non est recedendum a vulgatis.

(383, VIII.) *Glaucus Chius*. Rectius ex fide P., Peta., O., Vi., quam ut olim *Clacus Chius*, vel *Claucus Chius*, ut in L., M., Pi., Fux., ; vel *Glaucus Tius*, ut in A., *T* pro *C*; vel *Elaticus Chius*, ut in Mar. Confirmant nostram lectionem Herodot. lib. I, Pausanias lib. X, Eutropius, et Suidas, qui eum vocat *Glaucum Samium*, ac ab eo ait natum proverbium illud Γλαύκου τεχνή. At vero varius his assignatur situs pro diversitate librorum. Nam Fa., Lo , una cum impressis opponunt an. 6 Gygis, Peta., Fux. an. 7, Mar. an. 8, Pi. an. 20, Vi., O., an. 22.

(Ibid.) *Excogitavit*. In L., Vi., Pi., O., additur *et junxit*, sed inepte.

(385, VIII.) *In Sicilia, Gela*, etc. Versiculus hic in Fa., Fux. et cusis disponitur ad an. 8 Gygis; in Peta., Lo., ad an. 9; in Mar. ad an. 10; in Pi. ad an. 22; in Vi., O., ad an. 24. Situs vulgatus propius accedit ad mentem Thucydidis, dum lib. VI tradit, *Antiphemum e Rhodo et Euthimum e Creta suam utramque coloniam ducentes Gelam condidisse anno 45 post Syracusas habitari cœptas, imposito nomine a flumine Gela, cum ille locus antea vocaretur Lindii*. At Auctor scripsit Syracusas conditas an. 4 olymp. 9, a quo usque ad an. 8 Gygis, numerantur anni 48 in-

tegri. Sed si transferas illius conditum ad an. 4 olymp. 10 seu 6 Alyattis, ut vult codex Peta., concurret ille n. 45.

(Ibid.) *Pamphilia*. Videtur scribendum *Pamphylia*, sicuti est in Fux. et apud Plinium, Strabonem et plures bonos auctores; sed quia alii libri et Mar. retinent vulgatam orthographiam, quæ etiam est in usu apud veteres scriptores, nihil mutandum censui.

(Ibid.) *Phaselis*, *Falesis*, Lo.; *Fasiles*, Pi.; *Faselis*, O., Vi.; *Selis*, Peta. Primum præponderat auctoritate Strabonis, Stephani, Mar. et aliorum.

(Ibid.) *Conditur*. *Condita* in L., A., Pi., O., V., quibus proxime accedunt Lo., Fux., Peta., Mar., in quibus *condita*.

(Ibid.) *Hipponax philosophus notissimus*, etc. Desideratur tota sententia in O., Vi.; at tantum vox illa *philosophus* in A., L., M., P., Lo., Pi., V., Peta., Mar., et forsan merito. Quicumque enim faciunt mentionem Hipponactis, ut Plinius, Suidas, Athenæus, Stobæus, Clemens et alii poetam tantum esse referunt, at neminem hujus nominis philosophum hucusque legi. Addidi forsan; potuerunt enim esse duo Hipponactes, præsertim cum Plinius lib. XXXVI, cap.5 Histor. Nat. dicat: *Certum est Hipponactem vixisse olymp.* 60; Eusebius vero asserat nostrum fuisse notissimum olymp. 23; inter quæ cum tam ingens sit intervallum, non est absurdum dicere duos fuisse diversis temporibus, sicut legimus, alterum poetam celebrem ejusdem nominis post Domitianum, de quo apud Ælianum, Politianum et alios. Hæc periodus in situ libri ita variat, ut certus locus vix assignari possit, cum alii disponant circa an. 38 Manasses, qui est oppositus 25 Gygis, ut Pi.; alii circa 28 illius, qui respondet an. 15 hujus; alii an. 11 Gygis, ut Lo.; alii an. 12 ejusdem, ut Fa., Peta, Fux. Nam licet Fux. collocet circa an. 6 Eryxiæ regis Atheniensium, cum tamen ille sit oppositus an. 12 Gygis, idem censeri debet. Hos tres ego malo consectari, cum habeant impressos omnes ejusdem sententiæ.

(Ibid.) *Calcedon*. *Calcidon*, Lo.; *Calchedon*, Fux., Peta.; *Calcmon* Fa. Olim et apud Mar. *Chalcedo;* sed nostra scriptio est in O., Vi., et apud Strabonem, Stephanum, Melam et alios quamplures. Utinam quam certa habuit fundamenta, tam certam haberet sedem. Variant enim libri; in Pi. sita est ad an. 40 Manassis, qui est oppositus 27 Gygis; in Mar. ad 12 hujus, in Fux. ad an. 1 Argei, qui respondet 16 Gygis; in O., Vi. ad 25 Gygis; in Lo., Fa., Peta. ut in vulgatis ad an. 15.

(387, III.) *Argeus*. Visa hæc lectio purior quam antiqua *Archeus* vel *Acheus*, ut Pi., L., quia ita suaserunt Vi., O., Peta., Fux., Vincen., quibus accedit *Argæus*, in A., P., Mar.; *Argacus*, Fre., ubi *c* pro *e:* apud Herodot. lib. VIII, *Aræcos*. Inde dicti reges *Argeadæ* a Sibylla, de qua re Pausan. lib. VII.

(387, V.) *Stephinatis*. *Stephanites*, L., Pi.; *Sthephinathis*, Peta., Fux.; *Stephinaces*, Mar. Lectio communis est apud Vincen.; plura de hoc ne desideres, cum illius nusquam fiat mentio apud veteres scriptores.

(387, VII.) *Novem principes*. Desunt hæ duæ voces in Lo., Fa. Verum non rejiciendæ, tum propter Mar. et alia exemplaria, tum quod consona veritati historiæ, teste Suida in voce ἄρχων, et aliis nonnullis. Nam Velleius, Pausanias, et Plutarchus videntur non novem, sed unum tantum archontem seu præfectum constituere.

(Ibid.) *Atheniensibus præfuerunt*. In L., Pi., Vi., O., adjectum legimus *annuo imperio rempublicam agentes, vel regentes*. Sed est inanis repetitio cum vox antecedens *annui* idem significet.

(387, VIII.) *Cyzicus condita est et Locri*. Sic ex P., M., quatuor Vaticanis, S., L., Al., Pi., Fux., Fre., pro *Cyzicus civitas condita est a Locri in Italia*, ut olim; vel *recondita est et Locri in Italia*, ut in tribus Vaticanis. Nam etiam certum est *Cyzicum* esse urbem non Italiæ, sed Mysiæ, seu, ut loquuntur Latini, Mœsiæ ad Propontidem, qui est sinus maris inter Ægeum pelagus et Pontum Euxinum. Pro *Cyzicus* apud Mar. *Cyrites;* in Peta., *Cisicus*. Non est dissimulandum pro *Locri*, legi mendose in Lo. *Zocri*, in Mar. *Locris*, in codice S. *Cilocrin;* sed quo sensu videat lector, nisi dicas scriptum *ci*, pro *et*. De Locri urbe in Italia historici et geographi non semel: unde Strabo lib. VI ait conditam *non multo post Crotonem et Syracusas*, de quibus antea noster auctor. Porro deest in O., Vi., tota integra sententia; sed in Pi. est posita ad an. 5 Argei, qui respondet 20 Gygis; in Fux. ad an. 35 Numæ, qui est oppositus 20 Gygis; in Peta. et Mar. ad an. 21 Gygis; in Lo. et Fa., ut in vulgatis ad an. 17.

(389, V.) *Nichepsos*. *Encepsos*, L., *Negepsos*, P.; *Nocepsos* Al.; *Nechepsos*, Lo., Peta., Fux.; *Nechepses*, Vi., O.; *Ancepssos*, Pi.; *Necypses* Mar. At in quatuor Vaticanis, *Nechepsus*.

(Ibid.) *Nichepsos... feruntur*. Desunt in A., L., M., P., Pi., Vi., O., Lo., V., Va., Vat., Peta., Fa., Fux., Galen. lib. IX de Simpl. adhibet testimonium *Nichepsi*, eumque regem facit. Plin. quoque lib. II, cap. 23, loquens de lunari circulo, citat *Necepson*.

(389, VI.) *Tullus Hostilius primus ... conflagravit*. Totum istud in hunc locum anni primi Tulli reposuimus ex P., Fux., L., A., Au., Pi., Vi., O., Mar., cum antea essent in vulgatis collocata sub annum 33 Numæ; in Fa. ad an. 34; in Lo. sub an. 35; in Peta., ad an. 38. Porro habes *Tullius* pro *Tullus* in Lo., Vi., Fa. Ubique ejus fit mentio, sicut apud Livium: *Tullus* apud Dionysium, Plutarchum, Florum, Epitom. Livii, Plinium, Ciceronem et alios quamplures.

(Ibid.) *Romanorum purpura et fascibus*. Locus corruptus, sed restitutus ope A., L., M., Au., P., Lo., Al., Pi., Peta., Fux., Vi., O. et Bedæ, pro *Romanorum in purpura fascibus;* vel ut apud Vincen. I tom. Specul.: *In eo regno purpura fascibus usus*, etc.; vel ut apud Mar., *purpura et serico*.

(389, VII.) *Post Cares*. *Et post Caras* M., P., Lo., Mar., Peta., Fux., Pi.; *Post Charas*, Vi., O.; sed utrumque dicitur ut *post Arabes* vel *post Arabas*. Cæterum inconstans horum situs. Etenim in Pi. ad an. 9 Argei, qui respondet 24 Gygis; in Lo., Vi., O., ad an. 26 Gygis; in Peta. et Fux. ad an. 30; in Fa., ut in Vulgatis ad an. 27; in Mar. ad an. 28.

(Ibid.) *Nudipedalia*, etc. Dum laboro in codicibus conciliandis, aliosque video ista assignare anno 12 Argei, ut Fa.; alios an. 16, ut Fux.; alios 29 Gygis, qui est 14 Argei, ut Lo. et Fa.; alios ad an. 17, ut Mar.: alios anno 30 ejusdem, ut Peta.; excusos vero an 28. His tandem persuadeor ut adhæream.

(389, VII.) *Sibylla*. Hæc viderentur delenda, cum desint in Pi., O. et Vi., et cum paulo antea reperiantur: tamen retinuimus propter fidem aliorum exemplarium, et quia ejusmodi repetitiones sunt valde usitatæ in hoc Chronico, secundum varias opiniones scriptorum, quos auctor sequitur, ut jam sæpius observavimus. Tanto præterea horum est incertior sedes, quod in aliquibus exemplaribus non exstent, et in quibus reperiuntur, modo revocantur ad an. 32 Gygis, ut in Fa., Lo. et cusis; modo ad an. 34, ut in Peta., Fux.; modo ad an. 36, ut in Mar.

(391, V.) *Ægyptiorum Nechao an.* 8. Sic explevimus lacunam, quæ erat hoc loco in omnibus editionibus ex A., L., V., Va., P., Mar., Lo., Pi., Peta.

(Ibid.) *Psammeticus*. *Psammet*, L., Pi.; *Psalmenticus*, V., Va.; *Psameticus*, Peta.; *Psammeteus*, P.; *Psammentichus*, Vi., Fux.; *Psammetichus*, Lo., et Ælianus lib. XIII; *Psalmiticus* Diodor. lib. XIV, et Herodot. sæpe, nisi quod hic mutat *i* in *e*, *Psammetieus*, sicuti Plinius lib. XXXVI, cap. 13; *Psammethicus* Athenæus lib. VI, cap. 4; *Psammaticus* Vincen.

(391, VI.) *Urbem ampliavit*. Interjectum in L., Pi.,

O. et Vi., *valli ambitu.* De sedis vero varietate ne sis sollicitus; licet enim in Vi., O., ponatur ad an. 1 Tulli, in Pi. ad an. 3, in Lo. ad an. 7, in Fux. ad an. 9, in Peta. ad an. 10, in Mar. ad an. 11, in Fa. sicut in vulgatis ad an. 6; isti tamen præ cæteris sequendi videntur.

(391, VII.) *Archilocus. Archilogus* V., O.; *Arcilogus* Lo.; *Argilogus* Vincen., tom. I; de hoc vide supra. Archilocum vero, quia scripsit librum de Chronicis, vixisse circa hæc tempora, scribunt Athenagoras cont. Græc., Clemens Strom. l. I, Euseb. l. X de Præp. c. 3, ubi ait illum vixisse circa olymp. 23.

(Ibid.) *Aristoxenus. Aristoxenes* Lo., Mar.; *Aristoxanus* Vincen., tom. I Specul., ex Eusebio.

(Ibid.) *Aristoxenus Musicus. musici* L., Pi., Fre. Alterius Aristoxeni musici meminit Suidas, quem dicit floruisse circa olymp. 111, quemque Laertius sæpius citat.

(Ibid.) *Ardis. Ardys* Peta., Mar., et Herodot. l. I; *Ardeis* Vincen.

B (Ibid.) *Zaleucus. Zaleuchus* O., V.; *Laleucus* Lo,; *Zaleucus* Fa., Fre., sicut Laertius et Valer. Maximus; sed alii libri et Mar., Diodor., Suidas, Clemens, Cicero, Ælianus, et alii plerique retinent vulgatam lectionem. Utraque tamen est in usu apud bonos auctores. Porro Peta., Fa., Lo., Vi., Fux., O., in situ horum belle conveniunt cum vulgatis ad an. 1 Ardisi: Pi. ponit ad an. 19 Argei, Mar. ad an. 52 Manasses, qui respondet an. 3 Ardisi.

(Ibid.) *Apud Locros.* Lectio purior quam olim *apud Locres*, ex So., Vi., O., Mar., Al., Peta., Fux., Vincen., quia Ptolemæo et Straboni Λοκροὶ et non Λοκρὲς; *Apud Logros* Lo.; *apud Locrus* Pi. At eadem nostra lectio est in vulgatis consensu omnium librorum, circa olymp. 88.

(Ibid.) *Cypsellus.* In Lo., Vi., O., Fa., Mar., *Cypselus*, per unicum *l*; sic Strabo l. VIII, Aristot. l. V de Repub. (si tamen ille est auctor), Pausanias l. II, et Plutar. in Arato, Κυψελός. At Polyænus l. I Stratagem., Κυψελλός; et Plinius l. 35, c. 3, *Cypsellus*. Itaque utrumque apud veteres. In Fux. *Cyipsecus;* in Peta. *Sypselus;* in Pi. *Cysilus*. In horum dispositione scripti libri, et Fa., Lo. et Mar., conformes vulgatis ponunt ad 5 an. Ardis; Peta., Vi., Fux., O., ad 3; Pi. ad 4.

(Ibid.) *Exercet. an.* 28. Pro *an.* 28 in Al. *an.* 18.

(Ibid.) *Byzantium.* Hæc scriptura magis placuit quam prisca *Bizantium* tum propter fidem Mar., Pi., Peta. et trium Vatic., tum quia vides ita scriptum consensu omnium exemplarium et alias inferius circa an. Abrahæ 860. Accedit auctoritas Strabonis, Pausaniæ, Stephani, Melæ, Ciceronis et aliorum.

(Ibid.) *Byzantium conditum.* Deest in Fux. et pro *condita*, ut olim in editis et Mar., posuimus *conditum*, juxta Peta., P., V., Va., Vat., Pi., L. Favet ratio, cum in neutro genere apud Græcos et apud Latinos usurpetur *Byzantium*. Non tamen pugnamus quin vulgata possit defendi. In horum sede assignanda cum vulgatis concurrunt Fa., V., O., ad an. 6 Ardisi; Lo., Peta., ad an. 5; Pi. ad an. 4; Mar. ad an. 54 Manasses, seu 5 Ardisi.

(393, IV.) *Hammon. Amon* sine aspiratione et cum unico *m* L., A., M., P., V., S., Pi., Peta., Fux., Vi., O., Mar., Alber., Fre., Beda., Ado., Vincent., et Scriptura tam secundum Hebræos, quam Septuagin., Ἀμώς, ut et Clemens lib. I Stro. Theophil. lib. III, Euseb. lib. X de Præparat. cap. 3, Ἀμών, leni spiritu.

(Ibid.) *Secundum* LXX *interpretationem. Secundum* LXX *Senum interpretationem*, L., A., P., Lo., Fa., Pi., Peta., Fux.; *secundum* LXX *Seniorum interpretationem*, Vi., O.; *secundum Septuaginta Interpretes*, Mar.

(Ibid.) *Secundum autem Hebræos annis* 2. Rectius *anni* 32, ex L., Vi., V., Al., Fa., Peta., Fux., Mar., Josepho lib. X Antiquit. cap. 5, et lib. IV Regum

A XXI, quam ut olim *annis* 11, ut in editis et Pi., Lo., vel, ut in P., Mar., *annis* 12.

(393, VII.) *Alcmæon. Alemeon* L., S., Fux.; *Alcmon* Lo.; *Alcmeon* Mar. Sed primum retinendum, tum ob exempl., tum ob Plutarc. in Solone, Censorin. de die natali, Clementem Alexandri. l. I Strom.; unde ipse Euseb. l. XV de Præp. c. 46, citat Alcmæonem philosophum.

(393, II.) *Phraortes.* Sic pro *Phaortes*, ut olim et in Mar., ex A., L., Pi., Vi., Peta., Fa., Fux., M., V., Al., P., Lo., Fre., Jornan. et Herodot. lib. I, Pausani. lib. IV, atque Oros. lib. I, cap. 19.

(393, VII.) *Lesches Lesbius. Lescelerius* Lo.; *Lesches, Lesdius*, Vi., O.; *Lescolesbius* Fa.; sed vulgata emendatior, et est Mar., Clementis l. I Stromat., et Pausaniæ.

(Ibid.) *Parvum Iliada. Parvam Iliadem* A., S., L., Mar., So., Peta., Pet., Fux., O., Vi.; *parvam Italiadem* Fa., Lo.; *parvam Iliadam* P., H.; sed inepte. Vulgaris nostra non est rejicienda.

(Ibid.) *Histrus. Instrus* Peta.; *Hystrus* Fa.; *Bistius* S.: deest in Fux. Ἴστρος Stephan. de Urbibus, leni spiritu, scholiastes Apollonii et alii. Præterea Fa. et Lo. conveniunt in situ cum vulgatis ad an. 9 Ardis; Vi., O., Peta., Fux. et Pi. constituunt ad an. 7; Mar. ad annum 2 Hammon, qui respondet an. 9 Ardisi.

(Ibid.) *Acanthus.* Vicerunt codices illi P., M., Vi., Va., O., Vat., S., ut, rejecta veteri lectione *Chantus*, hanc reponeremus; præsertim cum reliqui, si non clare hoc idem profiteantur, velut tamen elingues testes indicant, ut Fux., ubi *Achantus*; Lo., ubi *Agantus*; Fa., ubi *Acatus*; L., ubi *Aguintus*; Pi., ubi *Agintus*; A., ubi *Anthus*. Cum enim per *A* initio omnes efferant, nullus dubitationi locus relinquitur, quin ita sit restituendum. Adde nusquam apud veteres mentionem fieri urbis *Chantus*, sicuti *Acanthus*, ut apud Ptolemæum, qui Ἄκανθον urbem Macedoniæ esse asserit.

C (Ibid.) *Acanthus condita est et Stagera.* Horum vice vulgati codices prius habebant *Chantus condita est et Stagera in Asia:* præcidimus illud *in Asia*, ex præscripto chirographorum Pi., Vi., Lo., Fa., Peta., O. et Mar. Nam *Acanthus* et *Stagera* urbes sunt Macedoniæ, seu Thraciæ in Europa, et non Asiæ, ut docent Plinius l. IV, c. 10, ubi descriptione suscepta Macedoniæ, inter illius regionis urbes nominat *Acanthum*, copulatque cum *Stagera*. Sic Ptolemæus, Stephanus et alii; licet Plinius lib. V, cap. 28, faciat mentionem alterius *Acanthi* oppidi Cariæ in Asia. In Pi. habes *Agintus condita est Agera;* ubi *est* vox composita ab *et* copula, et duabus litteris *st*, a quibus inchoatur vox *Stagera :* idem error in Fux.

(Ibid.) *Et Stagera et Statira* Va., Fa.; *et Stachira* Lo.; *Agera* Pi.; *Agira* Peta.; *Agyra* Fux.; *et Stagira* A., M., P., O., Vi.; Græcis Στάγειρα, sed *ei* modo per *i*, modo per *e* redditur. Celebris fuit ortu Aristotelis: Ptolemæo videtur dici Στάντειρα.

D (Ibid.) *Phalaris. Talaris* Vi., O.; *Falares* Pi., *Falaris* Lo.; vulgata lectio caret dubio ex Mar., Orosio et aliis multis.

(Ibid.) *Phalaris apud*, etc., usque *Lampsacus et Abdera.* Leguntur aliter in Pi. *Amsacus condita et Abdera cum Phalares apud Agrigentinos tyrannidem exerceret.*

(Ibid.) *Apud Agrigentinos. Apud Agragantinos* Lo., Peta., Fux. Nam etiam apud Polybium, Xenophontem, Ptolemæum, Strabonem, Polyænum et alios Græcos *Agragas*, seu Ἀκράγας urbs Siciliæ, idem est ac *Agrigentum* Ciceroni et Latinis: etiamsi priori voce utantur, ut Virgil. l. III Æneid., Lucretius l. I, et alii: sic etiam utrumque apud Plinium l. XXXI, c. 7, et l. XXXV, c. 15, et alios plures veteres: vide ejus descriptionem apud Polybium l. VIII. Magnus porro est consensus mss. in situ ad an. 12 Ardis, nisi quod Fa. habet ad an. 11, ut vulgati, et Mar. ad an. 16.

(Ibid.) *Lampsacus. Amsacus* L., Pi.; *Lamascus* S.,

Va., Fa.; *Lapsacus* Vi., O.: *Lampsacus* Fux., Ven., Lut., Lo.; sed primum communius. Sic apud Plutarchum in Themistoc., Plin. l. XXXVI, c. 12. Livium l. III, decad. 2, Appianum l. V de Bellis civilibus, et alios plures. Ad extremum Fa. convenit cum impres. in an. Ardis: Vi. et O. ponunt anno 8; Fux., Pi., Peta., Lo., an. 10; Mar. an. 14.

(395, VII.) *Selinus*. Rectius ex fide M., V., P., Al., Lo., Peta., Fux., quam, ut olim, *Selinis*, vel *Selenis*, ut in S.; vel *Selenus*, ut in Vi., O., Mar.; vel *Elenos*, ut in A.; vel *Silenis*, ut in L., Pi. Jam vero quo jure hæc allata sint ab Eusebio, nemo dubitaverit, qui legerit Plin. l. III, c. 8, a quo inter urbes Siciliæ numerantur *Selinus*, et Steph. de Urbibus Σελινοῦς πόλις Σικελίας, et in Italia urbs una quam, inquit Strabo l. V, καλοῦσι δ' οἱ Ἕλληνες Σελήνης λίμην καὶ πόλιν, quæ verba in posteriori Strabonis editione, non sunt Latine reddita. Cæterum licet Virgilius habeat *Selinis* l. III Æneidos:

Teque datis linquo ventis palmosa Selinis?

tamen illa vox videtur propius accedere ad Græcos fontes, si rationem etymologiæ habeas ἀπὸ τῆς σελήνης, a luna: et *Selinus* magis sapere terminationem Latinorum, ut habes apud Laertium et alios. Horum situs est in Fa. ut in vulgatis; Vi., O., constituunt ad an. 9 Ardis; Lo., Peta., Pi., Fux., ad an. 13. Mar. ad an. 18.

(397, IV.) *Josias XVIII, an.* 32. Sic pro, ut olim, an. 22, vel 31, ut in Mar., secuti L., A., Au., Lo., So., H., Pet., Vi., Pi., P., Peta., Fux., et seriem annorum, ac Vincen. tom. I. *Eusebius* (inquit) *ponit an.* 32, loquens de Josia. Verum post *an.* 32 additum est in Fux., Peta., *Justus*. Nam idem de eo IV Reg. XXIII, *similis non fuit ante Josiam rex qui reverteretur ad Dominum*, etc.; III Ezd. cap. I, *directa sunt opera Josiæ in conspectu Domini sui, in corde pleno metuentia;* et Eccles. XLIX, *memoria Josiæ in compositione odoris facta opus pigmentarii.*

(Ibid.) *Elchias. Chelchias* L., A., V., Peta., Lo.; *Celchias* Fa.; *Helcias* M.; *Chelcis* Pi.; *Helchias* Vi., O., Mar., et Vincen. tom. I Specul. Vulgata versio IV Reg. XVIII, et passim, habet *Helcias;* LXX vero Χελκίας. Observandum in A., L., M., Lo., Fux., Pi., Vi., O., his adnecti *insignis habetur.*

(397, VI.) *Ancus Martius. Marcus* Fa., O.; *Murcius* Lo., Pi.; quæ orthographia probatur Dionysio, Plinio, Orosio, Floro, Cassiodoro, Eutropio et aliis: verum firmatur vulgata *Martius*, cum reliquis mss. et Mar., tum auctoritate Livii, ejus Epitomes, Flori, Plutarchi, Rufi, Solini, Augustini, Bedæ, Mariani, Freculpi et aliorum.

(Ibid.) *Thales*, etc., usque *olympiadem*. Ista non reperiuntur hoc loco in L. et Pi., sed tantum ad olymp. 8. At in aliis sunt ad an. vel 1 Anci, ut in Lo., Fa.; vel 2, ut in Peta., Fux., Mar.; vel 3, ut in Vi., O. Situm antiquum confirmat Laertius l. I, dum refert *Thaletem* natum an. 1 *olymp.* 35, et obiisse *olymp.* 58. In Fa. pro *Thales* legitur *Tales* sine aspiratione.

(397, VII.) *In ponto Boristhenes.* Situs est omnino diversus in mss. a vulgatis: Vi., O., collocant ad an. 11 Ardis; Pi. ad an. 16; Lo., Peta., Fux., ad an. 17; Fa. et Mar. ad an. 18; sed in re certa opus esset Œdipode.

(Ibid.) *Boristhenes. Boristenis* Vi., O.; *Boristhenis* Fux., Peta.; *Boristenes* Lo., Fa.; *Boresthenes* Pi. Videbatur legendum *Borysthenes* quia ita habent Plinius, Strabo, Mela, Pausanias et alii, sed cum deesset auctoritas librorum, nil mutavimus.

(Ibid.) *Terpander musicus*, etc. Nolui exturbare ex pristina sede, quam illi delegere codex pergamenus, Peta. et cusi ad an. 22 Ardis; licet Fa., Vi., Lo., ad 21 ejusdem rejiciant, et remotius adhuc Pi., qui ad 19. Non annumero Fux., cum omnino excluserit totam sententiam.

(399, IV.) *Olda. Holda* Peta., Lo., Fux., Mar., Alber.; *Obda* Fa. Scripturæ nostræ auctores habemus, præter alia exemplaria, divinas litteras IV Regum XXII, et Clement. l. I Stromat. licet LXX habeant Ἔλδα.

(399, VI.) *Examii filius. Examiris filius* Lo.; *Examiris filius* Ven., Lut.; *Examaris filius* Fa.; *Examys filius* Peta.; *Examyis filius* Fux. Vulgata lectio confirmatur auctoritate Suidæ, et Laertii l. I, et ex fide aliorum codicum et Mar.

(Ibid.) *Ad quinquagesimam octavam olymp. Ad quinquagesimam septimam olymp.* Vi., O. Quæ lectio esset purior, si haberetur ratio antiqui situs mortis Thaletis: sed quia ille fuit restituendus ad olymp. 58, ut videbitur suo loco, nullam hic mutationem exspectes.

(399, VII.) *Græcia usa est.* Sic ex A., P., L., Lo., O., Vi., Mar., Fre., M., V., Va., Peta., Fa., S., Pi., cum antea legeretur *Græcia uti ausa est;* et Fux.; *Græcia nisa est*, ubi additur: *Græci ad Dodones miserunt tunc primum inde oracula petentes.* Cæterum opus sit oraculo, ut certo quis sciat quis his locus debeatur, cum Pi. an. 23 Ardis annumeret; O., Vi. an. 21; Fux., Peta. an. 21 ejusdem; Mar. an. 26: sed plus quam Sibyllina folia affuere membranæ illæ Fa., Lo., quæ simul cum editis opposuerunt an. 23 Ardis.

(Ibid.) *Messena a Lacedæmoniorum*, etc. Hic etiam discessione ab invicem facta dissident libri, cum alii ad 24 Ardis annumerent, ut Pi; alii ad 25 ejusdem, ut Lo.; alii ad an. 26, ut Mar.; alii ad 27, ut Peta.; alii ad 28, ut Vi., O. et Fux. Sed quid necesse discedere a Fa. et excusis.

(Ibid.) *Scythæ usque ad Palæstinam*, etc. Quoniam nova et extrema reformidanda, mediam his sedem assignemus; ita enim se habent libri, ut alii evenisse referant an. 26 Ardis, ut Mar.; alii 28, ut Lo.; alii 29, ut Fux. et Peta.; alii 31, ut Pi.; alii 35, ut Vi., O. Medium quid videtur esse ut 30 anno gestum dicamus, auctoribus Fa. et editis omnibus.

(Ibid.) *Mistheus. Myrtheus* A., L., M., O., Vi., Fux., Fre.; *Mirieus* quinque Vaticani; *Myrteus* Pi.; *Miraheus* P.; *Museus* Va.; *Myrceus* Mar.; *Myrthacus* Peta.; *Misteus* Fa.; *Mysteus* unus Vat. Lectionem nostram sequitur Pausan. lib. X. Sed Athenæus lib. III, cap. 5, legit Μνησίθεος; Natalis Comes illius interpres vertit *Mnasitheus.* Codices tacite indicant non uno tantum, sed pluribus annis poetam hunc claruisse: unde alii quidem 26 Ardis, ut Pi.; alii 29 ejusdem, ut Vi., O.; alii 30, ut Peta; alii 31, ut Fa., Fux., Lo., Mar., quibus cum coeant una editi, nefas ab iis recedere in re nullius quasi momenti.

(Ibid.) *Atheniensis.* Hunc locum restituo, atque pro *Ateniensium* lego *Atheniensis*, juxta A., L., M., Fa., Fux., S., Va., Vat., P., Lo., Vi., Pi., O., Mar., et Athenæum, loco jam notato.

(Ibid.) *Battus condidit*, etc. Conditori huic condatur certa sedes, non quam suggerunt aliqui codices, ut Pi., qui ex adverso 29 Ardis reposuit, vel Peta. et Mar., qui e regione 32 ejusdem, vel Fux., qui 33, sed quam Fa., Lo. Vi., O. et excusi omnes ad 34 illius. Antea duobus in locis et diversis temporibus auctor locutus est de conditu hujus Cyrenes circa an. Abrahæ 680, olymp. 4. Istius videtur mentionem facere Plinius, dum illud refert ad an. Urbis 143, in quo differt ab auctore circiter annis 18. De eodem etiam loquitur Solinus, dum ait contigisse *rege Martio res Romanas tenente.* Sed quando illum scribit olymp. 45, et anno post Trojam captam 586, longe discedit a regno Martii. Herodotus l. IV ejus quidem conditum tribuit Batto, sed illius ætatem refert circa sæculum Cyri, et ita circa olymp. 60. In hac varietate satius est vulgares imitari.

(Ibid.) *Sinope.* Sic Vi., O., Pi., Lo., Peta., Fux., Mar., et rectius quam ut olim *Synope.* Græcis enim Σινώπη ut apud Stephanum, Strabonem, Diodorum, et alios: idem apud Melam et Hieronymum.

(Ibid.) *Condita in Ponto.* Desiderantur *in Ponto* in

A., L., M., O., V., Lo., Pi., Vi., Peta., Mar., pro quo in Fux. legitur *in provincia Ponto*; nihilominus notum est ex Plinio l. xxxv, c. 6, Ptolemæo, Strabone et aliis, inter urbes diversas hujus nominis esse unam in Ponto sitam. Cæterum Fa. et Lo., retinent situm antiquum an. 35 Ardis: Pi. ponit anno 28; Vi., O., an. 31; Peta. an. 33; Fux., Mar., an. 34.

(399 vii.) *Lipara*. Deest in Pi. Sed *Lyppara* in Lo.; *Lypara* in Peta., Fux.; *Lapare* in Fa. Vulgata est magis recepta apud Pausaniam, Plinium, Plutarchum, Strabon., Diodor., Mar., Virgil. et plurimos veteres. Hæc autem collegerunt quidem Vi., O., ad an. 31 Ardis. At Mar. ad an. 34; Fa., Fux., Peta., Lo., ad an. 35; quos imitantur editi.

(Ibid.) *Apud Corinthios*, etc. Resedere ista in excusis ad an. 36 Ardis, quibus eo major debetur fides, quo membranacei plures sese adjungunt, ut Fa., Lo., Vi., O.; licet Pi. ad an. 33 ejus, Mar. ad an. 34; Peta. et Fux. ad an. 35.

(Ibid.) *Sadyattes*. Rectius quam, ut olim, *Sadyates* per unicum *t*, suadentibus Peta., Pi. et Herodoto lib. i, quibus proxime accedunt Vi., O., Fux., in quibus *Sadiattes* sine y. Fa., Lo., Fre., habent *Sadiates*; in Mar. *Sadaites*. Porro is est quem Suidas vocat *Halyattem* patrem sequentis Alyattis.

(Ibid.) *Prusias condita*. Sic legendum docent codd. L., M., Lo., Pi., Mar., Vi., O., Fux., pro *Perusiana*, ut olim: quibus accedunt *Perusia* in V.; *Prusia* in S., Va., Fa.; *Plusia* in P.; *Plusias* in A; *Prusina* in Ven., Lut. Nam *Prusias* est urbs Bithyniæ apud Ptolemæum. De *Perusia* nulla mentio apud veteres: incuria nostri typographi retinuit vetus mendum, quod pones inter errata. Sed illius stabiliora jecit fundamenta, qui condidit, quam qui transcripserunt hunc librum. Alii enim locum assignarunt an. 34 Ardis ut Mar.; alii anno 35, ut Fux., Vi., O.; alii an. 37, ut Peta.; alii an. 39, ut Pi.; alii 1 Sadyattis, ut Lo., Fa., inter quos et inter editos quia exiguum discrimen (nam isti ad an. 2 annumerantur), his nos adjunximus.

(401, ii.) *Cyaxares*. Ita correximus, cum antea legeretur *Cyaraxes*, ex L., M., Lo., Vi., O., Pi., Mar., A., V., Peta., Fux., P., Ven., Lut., Fre., Jornan., Zonar. tom. i, Clemen. l. i Strom., Pausan. l. v, et Herodot. l. i, Hieron. in Daniel., et ex sequentibus, ad olymp. 40 et 43. In Fa. *Cyssares*; in Fux. *Cyazares*.

(403, ii.) *Cyaxares adversum*, etc. Licet editi et plures mss. collocarent hæc sub columna Lydorum et ad an. 6 Sadyattis, ut Pi., Peta.; et alii, ut Fux., sub columna Macedonum ad an. 6 Philippi, qui respondet an. 7 Sadyattis: Vi., O., ad an. 9 Sadyattis; Mar. ad an. 3; tamen quia sententia pertinet ad columnam Medorum, et habeamus locum vacuum et auctores libros L. et A., qui ad eam reponunt, idque ad an. 6 Cyaxaris, maluimus eos imitari.

(403, vii.) *Epidamnus*. *Epidaunus* Lo.; *Epidamus* Pi.; *Epydamnus* Vi., O., Fa.; vulgata scriptura, immo etiam tota sententia firmatur auctoritate Mar., Livii, Melæ, Strabonis, Thucydidis, Plinii et Evagrii. In situ non minus inter exemplaria convenit; nam Mar. an. 34 Ardis tribuit; Peta. an. 37; Fux. an. 15 Anci; Pi. an. 1 Sadyattis; Vi., O., an. 4 ejusdem. Sed quia longius aliquantulum nos abripiunt quam par sit, consistamus ad 2 Sadyattis, quia sic volunt Lo., Fa. et editi.

(Ibid.) *Phalaridis tyrannis destructa*. *Talaris tyrannis destructæ* Vi., O.; *Fallaris tyrannis destructa* Fa.; *Phallaris tyrannides destructa* Lo.; *Phallaris tyrannidis destructa* Peta., *Phalaris Agrigentinorum tyrannes destructa* Fux. Cæterum ablegantur a Pi., sed cæteri libri vel dedere illi laterculum ex adverso an. 34 Ardis, ut Mar., vel an. 2 Sadyattis, ut Peta., Fux., vel 3 ejusdem, ut Vi., O., vel 5 illius, ut Lo., Fa., quorum ego sententiam libentius amplector, quod his annumerentur impressi.

(Ibid.) *Draco*. Utinam quam stabiles sancivit leges,
A tam stabilem obtinuisset hic locum. Non enim contenderent codices inter se, cum alii an. 1 Sadyattis opponant, seu 4 olymp. 37, ut Mar., alii 23 Philippi ascribant, ut Fux., Pi.; alii 24, ut Peta.; alii 26, seu 6 Sadyattis, vel 4 olymp. 39, qui tres anni in unum concurrunt, ut Vi., Fa., O., Lo., cum quibus coeunt excusi omnes: quibus favet auctor l. x de Præpar. cap. 3, dum ex Tatanio ait *Draconem leges tulisse Atheniensibus olymp.* 39. Sic enim legendum, et an. 56. Nam Suidas et Clemens lib. i Stromat. ascribunt Draconem eidem olymp. 39. Immo etiam ipse Tatianus orat. contra Græcos, in fine, testatur illum *natum circiter olymp.* 39. Nec potest dici ibi mendum esse, quasi scriptum sit *nascitur* pro *agnoscitur*; qua voce hic utitur auctor, cum ex instituto ille agat de ortu virorum insignium.

(405, iv.) *Josias rex*, etc. Constituimus ad annum 32 Josiæ, verborum sensu persuasi, et a Fux., Vi., O. et Mar. directi, licet in Peta. sit ad an. 30, in Lo.
B ad an. 29, in Fa., ut in vulgatis, ad an. 28, in Pi. ad an. 27.

(405, v.) *Nechao*. Sic legendum docuerunt præcedentia et libri L., A., V., O., Vi., Fux., Peta., M., V., Lo., P., Beda, Ado, Vincen., Mar. et Clemens libro i Strom., et quod præcipuum est IV Regum 23, et passim pro *Nechac*, ut in So., H., Peta., Ven., et Lut., vel *Nechad*, ut in Pi., vel *Necao*, ut in Fa. *Necus* apud Herodotum libro ii, et Græce Νεκῶς; *Nachap*. apud Joseph. libro x Antiquitatum, capite 10.

(405, vi.) *Ancus Martius Numæ*. etc. Hæc sunt sita ad an. 1 Anci in Pi., Vi., O.; ad an. 6 in Mar.; ad an. 16 in vulgatis et Lo., Fa.; ad an. 19 in Peta., Fux.

(Ibid.) xvi *ab urbe*. xiii *ab urbe* L., Pi., Fre., Vi., O.; verum prius retinendum, tum propter alia exemplaria, tum quia ita apud Eutropium, ex quo hæc omnia desumpta videntur ad verbum. Alterum enim horum necesse est fateri, aut Hieronymum ab Eutropio, aut Eutropium ab Hieronymo hausisse, cum
C uterque sub Valente scripserit; et iisdem verbis et eodem fere ordine utatur.

(Ibid.) *Ostiam condidit*. Pro *Ostiam*, olim *Hostiam*; priorem tamen orthographiam magis sequendam credidimus ex præscripto O., Vi., Pi., Lo., M., P., Fre., Alber., Eutropii, Anton. in Itiner.; et præcipue quia idem Eusebius circa olymp. 206, idque omnium exemplar. calculo. His aggregabis Festum: *Ostia*, inquit, *urbs est ad exitum Tyberis*; Melam lib. ii, cap. 4, Strabonem lib. iii, Plinium lib. iii, cap. 5, Suetonium novum in Tiberio, et Caligula, Aurelium Victorem de Viris illustribus et lib. de Cæsar. Ratio idem exigit, cum ab ore seu ostio Tiberis dicta sit, ut indicant Dionys. Halicarn., Livius et alii. Hinc emaculabis editionem So., ubi pro *Hostiam* reperies *historiam*. Nolim tamen penitus damnare veterem scribendi morem cum aspiratione, cum eo usi fuerint Livius lib. i ejus Epitom., Beda, Ado, Marianus, Obsequens, Ruffus, Suetonius vetus, et alii. In Vi.,
D O., Pi. et L., vox *civitatem* inserta est hic, ut *Ostiam condidit civitatem*, sicuti etiam est apud Eutropium. Horum situs est paulo diversus a vulgatis, cum quibus conveniunt Lo. et Fa. Nam in Vi., O. et Pi., collocatur ad an. 1 Anci, in Fux. et Peta. ad annum illius 19; in Mar. ad an. 18.

(Ibid.) *Tarquinius Priscus an.* 37. In Au. *an.* 38. Sic Livius et Dionysius, sed apud Herodotum *an.* 35, ut etiam in Ven., Lut. Nostra est Eusebii et aliorum exemplarium et Mar., et constat ex ratione annorum subsequentium in serie appictorum.

(Ibid.) *Capitolium exstruxit*. In Fux. est adjectum, *et adornavit*; in L., Pi., O., Vi., *et Jovi dicavit*.

(405, vii.) *Arion Methymnæus*. *Ethynneus* Fa.; *et qui Hymeneus* Lo.; A., *Mechinneus*. Sed in his ubique mendose ex Mar., Hygino, Solino, Suida, Plinio, Vincentio et aliis quamplurimis. Constat enim sic dictum *Methymneum* a *Methymna* Lesbi civitate, ut notat Gellius libro xvi, cap. 19. In H., So., Vi., O.,

Pi., Ven., Lut., *Methymnæus* sine diphthongo, cum qua legitur in B., Peta. et apud Mart. libro VIII, et Paus. libro IX, Μηθυμναῖος. Vide Herodot. libro I, Laertium libro I.

(Ibid.) *Arion e Delphino in portum Tenarum.* Vocabulum *portum* deest in V., P., L., A., M., Peta., Pi., O., Vi., Fa., Lo., Mar. : ita ut glossema esse non dubitem, non tamen extra rem, cum ista nequeant aliter quam de portu intelligi, de quo Plinius libro IX cap. 8, Pausanias libro III. Verum pro *Tenarum* in Fux. *Atenarensium*, in Lo. *Tenerum*, in Fa. *Trenaro*, in Mar. *Tenaram*. At vulgata lectio est Plinii, Pausaniæ, Ptolemæi et aliorum, nisi quod *Tænarum* per æ, sive Ταινάριον, sive etiam Ταίναρον, ut apud scholiastem Apollonii libro I Argonaut. Ταίναρον, inquit, καλεῖται ἡ πόλις καὶ ἡ ἄκρα καὶ ὁ λιμήν. Hic demum Delphino opus, qui ut Arionem ad certum portum, sic nos ad certam horum sedem deducat. Nam Fux., O., Vi., anno 7 Sadyattis, Peta. anno 8, Mar. an. 9, Lo. et Fa an. 10 ejusdem : a quibus dissentiunt impressi, cum anno 11 assignent.

(Ibid.) *Panætius primus*, etc. Vagum situm horum verborum O., Vi., ad annum 10 Sadyattis reduxerat; Peta. ad annum 12; Lo., Fa., Pi. et impressi ad annum 13 coercendum docuerunt; Fux. ad annum 4 Tarquinii Prisci, qui opponitur anno 12 Ardis. Cui potius hærendum non potest aliunde discerni, cum hujus rei nulla exstet memoria apud veteres scriptores. Quod autem auctor vocet hunc Panætium primum tyrannum Siciliæ, quamvis antea idem dixerit de Phalaride, hoc intellige ex sententia nonnullorum historicorum : quo sensu idem constituit denuo post sex et triginta annos, tyrannidem ejusdem Phalaridis.

(407, IV.) *At mihi miraculum.* Addidimus *At* ex L., A., P., O., Pi. et Vi. : quorum duorum meminit Ducæus in Clement. Alex. pag. 799, cujus loco est *Ac*, in Lo., Fa., V., Peta., Fux., Mar., cum absit ab editis.

(Ibid.) *Sibi uterque convenerit.* Sic ex L., A., V., P., Lo., Fux., Peta., O., Vi., Pi., de quibus ultimis idem Ducæus loco supra indicato, *pro sibi uterque convenit*, ut in aliis editis; in Fa. *convenerint;* in Mar. *convenerunt.*

(407, VII.) *Stesichorus*, etc. Non sunt requirenda in O., Vi.; in aliis leguntur quidem, sed ita ut in quibusdam exemplar. ascribantur anno 1 Alyattis et 2 olymp. 42, ut in Fux., Peta., Pi. At in Fa., Lo., Mar. et impressis, ann. 15 Sadyattis, qui est 1 olymp. 42 : quibus convenit Suidas dum hunc refert ad olymp. 42.

(Ibid.) *Alyattes.* Ita emendavimus, cum vulgati haberent *Aliactes*. Nos sequimur Peta., Fux., Gellium libro I, cap. 11, Laertium libro I, Plinium lib. II, cap. 12, et Solinum, licet in ejus veteri codice legatur *Aduates :* quibus accedit Herodotus, Suidas, Stephanus, in quibus Ἀλυαττός. Nec multum differunt alii libri : nam in L., M., A., Pi., P., legis *Aliattes*; in Vi., O., Vinc., *Aliates ;* in Lo., V., Fa., *Aliastes;* in S., Va., *Alacteus ;* in Mar. *Halliattes.*

(Ibid.) *Alcman.* Sic omnes editiones et Fre., sed *Aloman* in V.; *Aleman* in P., Fa., Lo.; *Almaon* Pi.; *Almeon* Vi., O. : quæ lectiones sunt rejiciendæ, sicut etiam *Alcmeon*, quæ posita est in margine impressorum B., H., Peta., So., Ba. : nullus enim codex ita legit, et illa lectio confundit ista duo nomina, cum fuerint duo distincta et diversis hominibus attributa, quorum prior philosophus, ut licet observare ex præcedentibus, posterior poeta; de quo Clemens libro I Stromat., Plinius libro XI cap. 33, Athenæus libro III cap. 17, Ælianus libro XII, Censorinus de Die Nat., Seneca libro de Brevitate vitæ, Aristotel. libro V de Histor. animalium cap. 30, Paterculus libro I, Plutarchus, Suidas, qui ait illum interiisse morbo phthiriasi, ut Plinius ubi supra, et ejus exstant aliquot fragmenta. Hæc vero reposuere ex adverso 3 Aliattis O., Vi., Fux., Peta. Medium his selige ut ex opposito 2 ejus collocentur. Sic enim Fa. et impressi, licet diversitas minus sit attendenda.

(409, III.) *Europus.* Maluit hanc lectionem potius quam ut olim *Europs*, approbantibus M., S., Pi., Lo., Mar., Vincen., Justin. lib. VII. His accedunt *Æropus*, Fux., Peta., Herodotus libro VIII; Ἄεροπος et Diodor. libro XIV, Theophilus Antiochenus libro II: *Æropus*, Vi.; *Aeropus*, Fre.

(409, IV.) *Anno 3 Joachim.* Hic ego exemplarium opem desiderassem, cum dictante Jeremia cap. XXV, annus 1 Nabuchodonosor incurrerit in annum 4 Joachim, et 23 ab an. 13 Josiæ; sed cum omnes libri et Mar. ita habeant, nihil muto, licet idem Mar. consequenter ferme subjungat, *an. 5 Joachim sacra Scriptura regnum Nabuchodonosor computat*, etc.

(Ibid.) *Nabuchodonosor.* Hic est Cedreno, Fux., Pi., Peta., Fre.; *Nabuchodonosor*, Fa.; *Nabucgodonosor*, Vi., O. ; Ναβουχοδονοσώρ, Joseph. libro I contra Apionem, et libro I Antiq. sæpe ; Ναυοχοδροσορον apud Strabonem libro XV, qui solus inter veteres ethnicos quorum exstent scripta, illius meminit. Retinui veterem orthographiam per aspirationem, quia sic LXX passim.

(409, V.) *Psammites. Psammutes*, A., L., M., P., Vi., Lo., Peta.; *Psammuthes*, Pi. Herod. vero lib. II, *Psammis Neci filius*. Convenit nobiscum Vincen.; *Psammithes*, Fux.; *Spammus*, Mar.

(409, VII.) *Pittacus Mitylenæus.* In Pi. reponitur circa annum 8 Alyattis; in Peta., Fux., O., Lo., Vi., Mar., circa annum 5: in Fa. et vulgatis circa an. 4, qui est etiam 1 olymp. 43, quorum vestigia sequimur : propius enim accedunt ad testimonium Laert. libro I, et Suidæ. Ille ait eum floruisse olymp. 42. Hic vero congressum cum Phrenone circa eamdem olymp. : August. vero libro XVIII de Civit. cap. 25, profert quidem hunc locum ex Eusebio, sed non indicat annum.

(Ibid.) *Cum Phrenone.* Retinuissem veterem orthographiam *Phrynone*, ad imitationem editionum Basiliensium et So., cum ita legam apud Strabonem libro XIII, Laertium libro I, Suidam et alios, nisi oppugnarer multitudine exemplarium A., M., L., V., S., Va., Fa., P., Ven., Lut., Pi., Vi., O., Lo., Peta., Fux., Fre., qui mire conveniunt, nisi quod Pi., Vi., O., Lo., Peta., Fux., pingant cum *F*, pro *Ph*, quæ commutatio est frequens in veteribus inscriptionibus. Hinc recensebis Marianum, in quo *cum Phenone.*

(Ibid.) *Atheniense. Atheniensi*, Vi., Pi., Peta., O., Fux., L., Lo., Mar.; sed utrumque dicitur.

(Ibid.) *Olympionice. Olympiace*, Al., Fa., Mar.

(Ibid.) *Eum interfecit.* Sic correximus ex A., L., M., Fux., Peta., S., V., P., Lo., Fa., Mar., cum prius legeretur *eum quoque interfecit*. Tamen in Va., sicut in Ven. et Lut., legitur *eumque interfecit*. Sed in O., Vi. et P., *eumdem interfecit.*

(411, II.) *Cyaxares Medus subvertit Ninum*, etc. Hæc collocavimus sub columna Medorum ad annum 24 Cyaxaris, cum antea essent sub columna Lydorum ad annum 3 Alyattis, sicut in Fa., Peta., Lo.; seu ad annum 5, ut in Vi., O.; sive ad annum 6, ut in Pi.; sive ad annum 3 Sadyattis, ut in Mar., tum ratione sententiæ, tum auctoritate Fux., L., licet in L. sit ad annum 20 ejusdem. Poterit forsan alicui videri inanis repetitio, cum idem antea circa annum 6 ejusdem regis habeatur : quia tamen constans est hoc in loco librorum consensus, potuit duplicem situm his assignare auctor, ut variorum historiographorum quos velut duces sequitur, variam opinionem exhiberet (prout sæpius a me in simillimis observatum), quorum alii sub Sadyatte, alii sub Alyatte factum dicant. Si autem mirum hoc, mirare potius qui factum sit, ut tam celebris civitatis Nini, seu *Ninive* (ut eam vocat sacra Scriptura sæpius), sit tam incertus et obscurus casus, ut et rex qui eam evertit, et annus quo eversa, ignorentur, vel varie tra-

dantur et exagitentur, adeo ut nil certi possit decerni. Auctor hoc loco videtur imitatus Herodotum libro I. Dicerem etiam eum secutum auctoritatem libri Græci (nam deest in Latina versione) Tobiæ capite XIV, quia ibi Ninive dicitur capta ab Assuero, ἤκουσε πρὶν ἀποθανεῖν αὐτὸν τὴν ἀπώλειαν Νινευεὶ, ἣν ᾐχμαλώτευσε Ναβουχοδονόσωρ καὶ Ἀσσούηρος; et quia video plerisque viris doctis placere Cyaxarem esse eumdem illum quem Scriptura vocat Assuerum, nisi aliter sensisse auctorem constaret, dum circa olymp. 94 putat Assuerum eumdem esse cum Artaxerxe cognomento Mnemone.

(Ibid.) *Ninum civitatem*. Vox *civitatem* deest in A., M., L., P., V., S., Lo., Vi., O., Pi., Fa., Peta., Fux.; sed maneat, quia non incommoda, et habetur apud Mar.

(411, IV.) *Et hunc rex Babylonis*. Misere hæc a suo situ dimota sunt in Vi., Pi., O., Lo., Fux., Peta. Locata enim ante *postquam Sedechias*; immo in illis loco copulæ *et* legebatur *Joachim*, quasi hæc de rege Joachim accipi deberent: sed septem Vatic. et alii libri, atque divinæ litteræ IV Regum XXV docent ad Sedechiam referenda, et situm cum quem in vulgatis obtinent, esse probandum. Nam licet Joachim in Babylonem sit ductus, non tamen fuit excæcatus.

(411, VII.) *Perinthus condita*. Deest in A., L., M., Pi., Vi., O., Peta., Fux., P.; sed in S. *Pirinthus*, in Lo. *Perinthus*. Verum quidni prius sequamur, cum hac in re, præter alia exemplaria, auctores habeamus, Melam libro II, cap. 2, Ptolemæum, Strabonem, Zosimum, Ammianum, Marianum et alios, et quia in pristina illis sede favent chirographi O., Vi., Lo., Fa. cum vulgatis, ut an. 10 Alyattis ascribantur, et nos faveamus ne inde dimoveantur. Nullus enim veterum scriptorum, quod sciam, hujus ædificationis meminit, et reliqui libri parum ab his differunt, ut Mar., qui circa annum 12 ejusdem.

(Ibid.) *Camerina*. *Camer:a* a Lo. Scripsissem libenter *Camarina*, si adfuissent codices, quia sic vocant Siciliæ urbem et paludem, Ptolemæus, Plinius, Strabo et alii, et quia hinc natum proverbium *movere Camarinam*. Nihilominus vulgata orthographia est Sollni et aliorum; verum ista Vi. et O. Alyattis anno 8 deponunt, Mar. anno 12, sed placet potius pro reliquarum membranarum Pi., Fux., Lo., Peta., Fa. et editorum consensu stare (uno enim ore 11 Alyattis commendarunt), maxime cum caream auctoritate alicujus veteris scriptoris.

(Ibid.) *Sappho et Alceus poetæ clari habentur*. In Vi., O., *Suffo et Alceus poetæ clari habentur*; in Fa., *Sappho et Alpheus poetæ clari habentur*; in Pi., *Sappho et Alceus poetæ clari habentur*; in Lo., *Sappho et Alcheus poetæ clari habentur*; in Fux., *Sappho mulier philosopha, et Alcheus poeta clari habentur*; in Peta., *Sapho et Alchæus poetæ clari habentur*; in M., V., P., Fux., pro *poetæ* exstat *poeta*; sed non est dubium utrosque fuisse poetas. Constat etiam ex Suida, Æliano et aliis, Sapphonem non solum fuisse poetriam circa hæc tempora, sed ex eo distingui ab altera ejusdem nominis, quæ erat psaltria. Alcæi poetæ meminit Athenæus libro XI. Cæterum reduximus ista ad 12 Alyattis, quia sic Fa., Fux., Lo., Peta., voluerunt, quibus adjungendi typis excusi, licet O., Vi., circa 9, Pi. et Marianus circa 13 reservanda monerent.

(413, II.) *Astyages*. *Astiges*, S., Va.; *Astiages*, Pi., Vi., Ven., O., Lut.; *Astrages* Vincen. tomo I.

(413, IV.) *Captum in Babyloniam duxit, oculosque ei eruit*. *Captum secum pertraxit, secundo veniens ad Judæam*, in quinque Vat., A., L., P., Lo., Pi., Peta., Fa., Fux., Vi., O., nisi quod in his quinque posterioribus *pertrahit* pro *pertraxit* reperies, ut in Ven., Lut. pro *oculosque ei eruit*, leges *oculosque ejus eruit*. Sed hæc parvi sunt momenti.

(Ibid.) *Prophetabant Jeremias et Baruch*. Hæc adjecimus, secuti Peta., Pi., L., P., A., Fux., Vi., O.

(413, VII.) *Massilia condita civitas Galliæ*. Pro *Massilia* legimus in Lo. *Massalia*, et in Fux. *Messalia*. Desiderantur *civitas Galliæ* in A., L., M., Peta., Pi., Vi., O., Lo., Mar. Nihilominus non videntur rejicienda, quia altera reperitur *Massilia* in Africa, de qua Hecatæus et Thucydidis commentator. Nostra autem originem sumpsit a Phocæensibus populis Asiæ, et non a Phocensibus (sicut habent mendose plures docti) Europæ, ut videre licet ex Justino libro XLIII, Pausania libro X, Mela libro II capite 5, Strabone libro IV, Solino, Plutarcho in Solone. In situ horum non conveniunt scripti libri, cum alii *Massiliam* velint conditam, ut Vi., O., an. 12 Alyattis; Fux et Lo. anno 13; Peta., Fa., Mar. et vulgati, an. 14; Pi. an. 15.

(Ibid.) *Epimenides*. *Ephieclides* Va., *Ephimenides* Lo., *Epimenedes* Pi., *Epymenides* Vi., O.; *Picleides* Ven., *Ephyedides* Fa. Vulgata caret dubio, cum sit Pausaniæ, Plutarchi, Mar. et aliorum.

(Ibid.) *Emundavit*. *Subvertit* L., Pi., O., Vincen.; *enudavit* M., *mundari jussit* Mar. Verum non est quod a prima lectione recedamus. Sic enim præter alia exemplaria, Pausanias libro I, Laertius libro I in Vita hujus Epimenidis, Plutarchus in Solone: *vocatus* enim, inquiunt, *est ab Atheniensibus ut urbem lue miserabiliter afflictam lustraret et expiaret*. Utinam surgat alter Epimenides, ut suum situm emundet: nam O., Vi., circa an. 12 Alyattis; Peta., Lo., Fa., Fux., Mar. constituunt circa an. 15 ejusdem, quibus annumerandi vulgati, Pi., circa annum 16.

(Ibid.) *Judæa gens capitur*. Hæc adjecimus secuti Peta. Pi., L., P., A., Fux., Vi., O.

(Ibid.) *In primo Stromate*. Sic restituimus ex A., M., L., V., Lo., Vi., Pi., P., O., So., pro *in primo Stromate*, cum nullus sit qui non agnoscat mendum; sic etiam omnia exemplaria tam impressa quam alia ad olymp. 64.

(415.) *Solon Draconis legibus*. Coacervantur hæc ad columnam Lydorum, sed cui certo anno assignanda, non idem omnes. Nam Vi., O., Lo., Fa., anno 16 Alyattis; Peta., Fux., anno 17 ejusdem, in quo consentiunt editi; Pi. an. 18 illius; sic etiam Laertius lib. I.

(417.) *Hebræorum captivitatis, et exterminii templi quod fuit in Jerusalem, anni* 70. Hæc tenent locum tituli pro annis captivitatis per seriem deductis, ideo litteris miniatis sunt depicta in mss. Cæterum ita restituimus juxta Pi., Lo., Peta., Fux., quibus accedunt Vi., O.: in quibus *primus annus captivitatis Jerusalem*, cum antea legeretur *Hebræorum captivitas, exterminium templi quod fuerat in Jerusalem annis* 70. Nam licet magnum sit discrimen inter captivitatem Babylonicam et excidium templi, et inter eorum initium, et utrumque contineat eumdem numerum 70 annorum, ut postea attingemus, tamen auctor loquitur tantum de 70 annis, qui cœperunt ab excidio templi, a quo captivitas fuit plena et perfecta.

(Ibid.) *Primus annus captivitatis Jerusalem*. Adjecta sunt hæc a nobis ex præscripto librorum P., S., M., A., Peta., Vi., O., Fux., Mar., qui locus ex adverso primi anni captivitatis antea occupabatur ab his, *iste numerus incipit a captivitate Judæorum, et finit ut sequitur*, quæ absunt ab omnibus membranis. Porro præter illa in Vi., Peta., O., Fux., sequebantur ista, *Judea gens capitur*, ita tamen ut in Vi., O., teneant locum aliorum, *Hebræorum captivitas*, etc., usque ad. *an*. 70, quæ penitus absunt. At in Peta. et Fux. utrumque prostat.

(Ibid.) *Traqus*. Sic in Fa., Lo., Fre: et *Tragos*, Pi., Vi., O., Fux.; et *Tracus*, Peta: *Tragesides*, Mar.; Τράγος olim, sed illa vox non magis usitata apud Græcos, quam apud Latinos.

(Ibid.) *Solis facta defectio*, etc. Alterius Thaletis operam hic expetierim, qui, ut is certo Solis defectionem prædixit, sic horum certum situm designaret. Nam Lo., Fa., Mar., et editi reposuere circa an. 5 olymp. 47; Pi. circa an. 4; Fux., Peta., Vi., O., circa

an. 2 olymp. 48: quos habemus duces. Hi enim propius Plinii mentem videntur assecuti, qui lib. II, cap. 12, defectionem hanc Solis refert contigisse an. 4 olymp. 48, et ab Urbe 170. Verum necesse est in alterutro esse mendum, cum annus ille ab Urbe non concurrat cum illo an. 4 olymp. 48, immo cum anno 1 secundum Fastos Onuphrii, vel cum an. 2 olymp. 49, juxta auctorem. Conjicerem itaque ista sic recensenda apud Plinium, ut reponatur *annus* 2 pro an. 4. et *annus* CLXVI pro CLXX. Frequenter enim fit, ut hæ notæ numerales *x* et *vi* vicissim confundantur. Eruditissimus Joseph Scaliger, lib. v de Emendat. pag. 366, probat ex parte hanc castigationem, ut pro *an.* 4 reponatur 2; mavult tamen pro 48 *olymp.* legendum *olymp.* 49, cum falsam dicat eclipsim illam an. 4 olymp. 48 potuisse evenire: sed hic interponat suum judicium ut æquus arbiter, eruditus lector.

(419, III.) *Alcetas. Alchedo* Lo., *Alcitas* Fux., *Algetas* Mar.

(419, VII.) *Alyattes*. Licet occurrerit sæpius hujus vocis mentio, varietas tamen lectionum cogit nos uti repetitione. Nam hoc loco *Aliattes* in L., Fux., A., M., P., Lo., Pi.; *Alacteus* in S., Fa. et Va.: *Eliattes* in Peta. Olim *Aliactes*, ut in Mar. Vide supra duobus in locis.

(Ibid.) *Alyattes et Astyages dimicaverunt*. Editi una cum membranis Lo., Pi. et Fa., collocant circa annum 28 Alyattis, seu 1 olymp. 49; Mar. circa 27, seu 4 olymp. 48; Peta., Fux., circa ann. 3 ejusdem olymp. 49; Vi., O., ad ann. 3 olymp. 48: quibus convenit Herodotus, dum lib. I refert præcedentem defectionem solis a Thalete prædictam contigisse *stante acie inter Lydos et Medos, et anno sexto belli*; ergo et defectio et pugna eodem anno essent collocanda. Sed Herodotus potuit aliter sentire, quam auctor hac in re, sicut dissentit ab auctore in eo, quod prælium hoc gestum fuisse referat inter Cyaxarem et Alyattem et non Astyagem; nisi dicas Cyaxarem adhuc tunc temporis regnasse cum Astyage filio. Sed situs antiquus firmatur auctoritate Solini, qui hanc pugnam comparat cum olymp. 49. Sed quod addit *anno post Trojam captam* 604, qui illi est annus Urbis 171, nullo modo potest convenire cum illa olymp. Itaque crediderim legendum 701 pro 604. Nam hoc pacto optime cum ann. 1 olymp. 49 convenit, juxta Varronis supputationem, incipiendo ab an. 3 olymp. 6.

(Ibid.) *Astyages*. Idem de hac voce. Nam *Aliages* V.; *Astiages* Lo., O., Vi., Pi., Lut., Fux., Vincen.; sed tomo I cap. 41, *Astrages*; Fa., S., V., *Astiges*; Ven. *Athiages*. Verum nostra lectio per *y*, non est rejicienda: tum propter exemplaria, quæ eam continent, tum quia ita Strabo, Justinus, Ctesias, Xenophon, Pausanias, Herodotus, Mar. et omnes veteres scriptores. Ad hæc Lo., Pi., Fa., tribuunt his sedem circa ann. 28 Alyattis: quibus annumerantur typis exarati, cum O., Vi., an. 26; Peta., Fux., an. 29; Mar. an. 27.

(Ibid.) *Isthmia post Melicertem, et Pythia primum acta*. In Vi., O., *Ythima*; in Fa. *Istmia post Melicertem et Pyria*, sed mendose. De utrisque Ausonius:

Isthmia Neptuno data sunt et Pythia Phœbo.

Sunt ludi omnibus noti. Porro in Pi. et Lo. pro *Melicertem* legimus *Melicerten*, et in P. *Melicertin*; sed illa transmutatio litteræ *i* et *e*, sicut *m* et *n*, in fine dictionum est frequens in veteribus inscriptionibus et scriptoribus. Ista autem in Lo., Fa., Pi., occupant laterculum oppositum an. 30 Alyattis, seu 3 olymp. 49: Fux., Peta., an. 31 ejusdem; Vi., O., an. 32. Sed hic sisto, quia communis est librorum impressorum consensus ad an. 30, et nihil est quod ab illis discedamus: immo eorum situs firmatur auctoritate Solini: *Hoc spectaculum*, inquit, loquens de Isthmiis, *per Cypselum tyrannum intermissum Corinthii: olymp. 49 solemnitati pristinæ reddiderunt*. Item Pausanias, lib. X, loquentis de Pythiis: 48 *olymp. an.* A 3, *certamina instituerunt amphyctiones, cantus ad citharam ut pridem, cantus item ad tibiam, ipsarum per se tibiarum.*

(421, I.) *Olympias* 50. Coeunt una editi et manuscripti, ut constituant hanc olympiadem ad an. 19 Astyagis, exceptis O., Vi. et Pi., qui collocant ad 17 ejusdem, et ita de cæteris annis aliorum regum ex adverso positis.

(421, IV.) *Mortuo Nabuchodonosor*, etc. Minus certa, et statuta his sedes. Nam in Vi., O. ex adverso an. 9 captivitatis apponuntur, et eam esse Eusebii mentem testatur Antoninus: Pi. an. 1, Fux. an. 12, Fa. et Lo. an. 15, Mar. an. 25: qua in re quia difficile est certi aliquid statuere, placuit ad imitationem vulgatorum ad an. 19 annumerare.

(421, VI.) *Exquilinium. Æschilinum*, Lo., Fa. Sylburgius in Dionys. Halicar. lib. I testatur se vidisse ms. Chronicon, ubi legebatur, *Æquilinum*, quod negat sibi placere. Idem in Eutropium idem facit B codicem Fuldensem Eutropii habere *Æschilinum*. Halicarnasseus habet Ἐσκυλῖνον: Beda, *Æsquilinum*; Vi., O., Mar., Vincen., *Esquilinum*; Pi., Fa., *Mesculinum*, ubi *M* est sumptum ab ultima littera vocis præcedentis: apud bonos auctores utrumque est in usu et *Exquilinum*, et *Esquilinum*; verum posterius est frequentius, licet prius videatur magis commodum, si ita sit dictum *ab avium excubiis*, ut vult Ovidius lib. I Fastor., vel quod, ut ait Varro, fuit *excultus a rege Tullo*, vel, ut vult Cato, *ab excubiis regis*, vel, ut alii, ab *aucupibus*; quod quisquiliis sparsis ibi aves illiderentur.

(Ibid.) *Circum muros*. Maluimus sequi L., A., M., P., O., Vi., Fux., Pi., Au., Mar., Lo., Peta., Bedam, et Vincen., quam impressos *circum murum*.

(Ibid.) *Primus instituit*. Emendatio hæc debetur A., Peta., Fux., M., L., V., P., Lo., Vi., Pi., O., Ven., Lut., Mar., Vincen., pro *primum instituit*; et licet utraque lectio recipi possit, nostra tamen rei explicandæ accommodatior est; significat enim quod rex C Servius primus condidit censum, seu lustrum Romanum, pro ut sumitur pro quinquennali spatio. Ab illo enim sæpius censores deinceps repetivere.

(Ibid.) *Generi sui. Generis sui* Lo., Vi., O., Mar., sed corrupte. Nam *gener*, *generi*, non *gener*, *generis* in usu est.

(421, VII.) *Septem sapientes appellati*. Quoniam varia varii de hac re, minus mirum, si varii sint etiam libri, ut Vi. et O., qui opponunt e regione anni 29 Alyattis: Lo. an. 30; Fa., Pi., an. 31, ut et editi; Fux. et Peta. an. 33.

(Ibid.) *Astyages contra*, etc. Ne varius videar, qui ad majorem consensum soleo propendere, insisto vulgatis, qui una cum chirographo Fa. appingunt anno 32 Alyattis. Mar. an. 33: Lo., Au., Pi., an. 34; Vi., O., Fux., Peta., an. 35 ejusdem. Facit quod Herodotus tradit anno 6 belli suscepti inter Medos et Lydos, initam insignem illam pugnam: ita ut probabile sit, illum auctor sex annis ante loquitur de D bello inter Alyattem et Astyagem, significare belli initium; hoc vero loco cruentum illum conflictum, de quo Herodotus. Quis enim possit, quamvis in re, auctorem cum Herodoto et aliis historicis conciliare?

(Ibid.) *Anaximander*, etc. Volebat Lo. committenda laterculo opposito 32 Alyattis; Peta., Fux., 36 ejusdem: Vi., O., Pi., 37. Steti ad 34, quem habent editi et Fa., a quibus non longe discedit Laertius libro I.

(Ibid.) *Agon Nemeacus*. Ex Lo., Fa., Pi., O., Vi., Fux., Peta., Fre., purius quam *Nemeocus*, ut olim, vel *Nemeacius*, ut in tribus mss. Fab. Non enim dubium quin ita sit dictus a Nemea silva et urbe Argiæ in Peloponneso, in qua tertio quoque anno Nemeaci ludi solebant celebrari ob leonem in ea silva ab Hercule trucidatum. Porro non imitaberis librorum varietatem. Nam Lo. vult respondere 34 Alyattis; Peta., Fux., 39 ejusdem; Pi. 40; Vi., O., 44. Satius ergo fuerit circa 34 intacta relinquere, ne a Fa. et editis fiat discessio.

(423, IV.) *Evilmerodach.* Rectius quam olim *Evilmarodach*, vel ut in Fa. *Culmeladach*, vel ut in Fre. *Evilmoradach*, vel ut in Pi. *ejus Mardoche :* secuti Lo., Vi., So., O., Peta., Fux., Bedam, Mar., Vincen., Anton., citantes Eusebium; licet Sulpicius lib. II eumdem citans habeat *Evilmarodach :* IV Reg. XXV, et Hierem. LII, *Evilmerodach :* priori loco Septuaginta Εὐιλμαροδάχ; posteriori Οὐλαιμαδαράχ.

(423, V.) *Amasis.* Ita legendum docuerunt A., M., V., Al., Vi., O., Fa., Peta., Lo., Fux. et Mar., Laertius lib. VIII in initio, Herodot. lib. II, pro *Anamasis*, ut vulgatum erat; vel, ut in L., Pi., *Ameses;* vel, ut apud Vincen., *Amassis.* Observa in Fux. hoc loco haberi : *Amasis iste ex septem magis unus fuit, quos nobiles Ægypti fuisse dicunt.* Plinius, lib. XXXVII cap. 31, nominat regem Ægypti tempore Cyri *Sesostrim*, et forte erat cognomen *Amasis.*

(423, VII.) *Abaris de Scythia venit. Barbari de Scythia venerunt*, S., V., Fa.; *Habaris de Scythia venit*, etc., Peta., Pi., Vi., O., Fux., etc.; et in hoc B ultimo sic legimus : *Iterum Habaris de Scythia venit in Græciam in Achaiam;* in Lo. habes *Barbaris de*, etc.; in Lut. *ab aris de*, etc. Lectionem vulgatam confirmat Pausanias lib. III. Sed hoc etiam facit Suidas, licet tempus adventus istius Abaridis in Græciam controversum testetur; cum alii ad 3 olympiadem constituerent; alii ad 2; alii, ut Pindarus, ad regnum Crœsi Lydorum regis : ad quam opinionem accedit auctor, quamvis in situ varient utcumque libri. Nam Lo. constituit ad Alyattis an. 38: Fa., ut etiam vulgati, ad 41; Peta. ad 43; Pi. ad 46; Vi., O., ad 49. Quid alii codices, non ita occurrit : meminerunt hujus *Abaridis* Clemens lib. I Strom., Herodot. lib. IV, Strabo lib. VII et XV; Gregor. Nazianz. orat. 20, epist. 10, et in carmine de Virtute, Plato, Lucianus; Ovidius lib. V Metamorph. :

Caucaseumque Abarim, Sperchesiademque Lycetum;

et plerique veterum. Abaridis etiam Hyperboreani meminit auctor ad olymp. 77, quem valde probabile C est eumdem esse cum isto. Nemo enim, quod sciam, scripsit duos fuisse ejusdem nominis ex Scythia; sed etsi eumdem diversis temporibus constituat auctor, non est novum, neque absurdum iis, qui Chronica construunt ex diversis auctoribus, idque in rebus non ita certis.

(Ibid.) *Phalaris tyrannidem.* Occuparant ista sedem circa 30 Alyattis, seu 4 olymp. 51, ut in Fa. et in editis. Adduci non potui, ut ista loco moverem, quamvis in Lo. 36 illius ejusdem responderent; in Fux. et Peta 41; in Pi. 44; in Vi. et O. 47. Suidas ad vulgatum situm accedit, dum ait Phalarim regno totius Siciliæ potitum olymp. 52.

(Ibid.) *Eugamon.* Melius juxta S., L., Pi., Lo., Fragm. Peta., Fa. et septem Vaticanos, quam, ut in editis, *Eugamnon;* vel, ut in Vi., O., *Eugamenon;* vel, ut in Peta., Fux., *Eugammon :* Clemens Alexand. lib. VI Stromat. vocat *Eugamen*, si Herveto interpreti credimus. Nam Græce est Εὐγάμων : hinc cor- D rige Marianum apud quem *Cygamon.*

(Ibid.) *Cyrenæus.* Abest ab L., Pi., sed est in aliis libris et apud Mar. et Clement. Alexand. lib. VI Stromat. In Fragm. Peta., *Cyrinæus.*

(Ibid.) *Eugamon Cyrenæus qui Telegoniam scripsit.* Ita restituimus non sine aliquo dubio, cum antea legeretur *Theogoniam*, et exstet *Theogonia* Hesiodi, id est de deorum origine; sed coacti fuimus consensu exemplar. A., Pi., Al., Peta., Fux., Vi., O., Mar., licet duo postremi scribant cum aspiratione *Thelegonium :* item Mar. habeat *Cygamon* pro *Eugamon :* item Va. *Theologiam :* item Lo., sex Vaticani et Fa., *Tegeloniam*, inversis *g* et *l*. Ipse etiam Sozomenus Pistorien. in Chron. habet *Goloniam*, quæ vox, licet corrupta, propius accedit ad lectionem nostram, quam ad vulgatam : adde quod simile vidimus circa olymp. 4 de Cynethone poeta. Crediderim autem per Telegoniam significari acta Telegoni, ut Odyssea Ho- A meri continet gesta Ulyssis patris illius. Nam neminem veterem reperio, qui Telegoniæ fecerit mentionem. Cæterum noli an. 2 Crœsi ascribere, ad imitationem Vi., O; vel 47 Alyattis, ut Pi.; sed 44 ejusdem potius, ex præscripto Fa. et vulgatorum omnium, quos quam proxime consectantur Peta., Fux., Lo., Fragm., Peta., qui 45.

(Ibid.) *Agon Gymnicus, quem Panathenæon vocant, Athenis actus.* In V., Fa., Va., S. : *quem Panathen convocavit actus;* in Lo. : *quem Pænathena convocant actus;* in Pi., Vi., O. : *quem Punatheneum vocant actus*, nisi quod in Vi., O., legitur *Panotheneon;* in P. : *quem Panathenæon vocant actus*, sine *Athenis;* in Peta., Mar. : *quem Panatheon vocant actus;* in Fux. : *quem Panathena convocant actus apud Athenienses*, ubi additur, *tunc primum, ut verum est.* Jam vero observabis hoc loco quomodo exscriptores sæpe committant menda. Nam hic corruptio est duplex, cum ex ultima syllaba vocabuli *Panathenæon* conficitur prima syllaba verbi sequentis; unde prætere pro *eon*, scribitur *con*. Verum de Panathenæo sacrificio in honorem Palladis apud Athenienses, loquitur Plutarchus in Theseo, et de certamine Musicorum in Panathenæis in Pericle. De ludis apud Athenienses, qui prius *Athenæa*, postea *Panathenæa* nuncupati sunt, Pausanias libro VIII, sed fusius Suidas in voce Παναθηναῖα; quæ licet minus integra sint, valent tamen ad stabiliendum quod vulgo in excusis prostat. Prima enim syllaba verbi *convocavit* seu *convocant*, avulsa a proxima voce Panathenæon, corrupte illi adhæsit, *e* mutato in *c*, quo nihil facilius. Demum de anno hujus agonis non levis nata contentio. Nam Pi. an. 1 Crœsi tribuit; Vi., O., an. 2.; Fa., Mar. et vulgati. an. 45 Alyattis; Peta., Fragm. Peta., Fux., Lo., an. 46, qui est 3 olymp. 53. Nam etiam viri doctissimi constituunt Panathenæa ad illum annum, a quo etiam volunt sumendum initium anni Attici seu Græci; quia utique receptus apud omnes Græciæ populos. Nullum tamen exstat testimonium apud veteres certum de anno.

(425, II.) *Principium regni Persarum.* Longe exsulant a Peta., Fux., Vi., O., Fa., Pi., Lo.

(425, VII.) *Æsopus.* Notus vir; at non ita nota aut certa nominis orthographia. Nam *Hesopus* Vi., O. : *Hesopus* Peta., Fa.; *Æsophus* Lo. Sed nostram sequatur, qui Suidam, Laertium, Gellium, Plutarchum, Plinium, Cedrenum, Mar. et Græcos imitari volet. Mortem illius contigisse narrant quidam sub Crœso, alii sub Alyatte, alii sub Amase; præclare cum illis, si in anno convenirent. Nam alii sub 3 Crœsi, ut Vi., O.; alii sub 6 Amasis, ut Pi.; alii sub 48 Alyattis, ut Fux., Peta. et Fragm. Peta.; alii sub 49, ut Mar. Credito potius sub 48 ejusdem, ut volunt Fa. et typis commissi.

(Ibid.) *Pisistratus.* Mutatio facta. Nam olim *Pysistratus ;* sed cum *i*, sine *y*, scribendum volunt Lo., Fux., Pi., L., Peta.; Mar., Fragm. Peta., et magni auctores, Clemens lib. I Strom., Æmilius Probus, Herodotus passim, Pausan. lib. I, Aristotel. lib. V Politic. cap. 5. Plutarchus in Solone Πεισίστρατος, et sic Polyænus lib. I Stratagem., Valer. Max. lib. I cap. 3 et lib. VIII cap. 9, Aul. Gellius lib. XVII cap. 21, Cicero epist. ad Atticum, Frontinus, Lucianus, Ælianus, Athenæus, Thucydides et alii plerique. Quod de superioribus diximus, hoc idem commune his cum illis, ut vagentur, cum alia quidem exemplaria sedem assignent ad an. 1 Crœsi, ut Peta., Fux.; alia ad an. 2, ut L., A., Antonin. et Vincen.; alia ad an. 4 ejusdem, ut Vi., O.; alii ad an. 49 Alyattis, ut Lo. Malui cum editis Fa. et Mar. ad an. 48; nil enim legi apud ullum veterum quod mutationem suadeat. Immo videtur confirmari antiquus situs auctoritate Plutarchi, dum ait in Solone *Pisistratum tyrannidem occupasse Comia archonte*, quem Sigonius vult incidere in an. 3 olymp. 52, et 2 *anno post urbe* ejectum : a quo non discrepat Herodotus lib. I, ubi ait *Pisistratum secessisse in Eretriam*, quæ est urbs

Thessaliæ, unde suspicor auctorem, dum ait eum *in Italiam* profectum, pro *Eretriam* legisse *Etruriam*, quæ est regio Italiæ satis nota. Difficile autem est aliquid certi colligere ex annis, quibus regnavit, quia in hoc non parum dissident scriptores. Heraclides apud Ælianum vult regnasse annos 33; Justin., lib. II, annos 34; Aristoteles, lib. V Politic. cap. 12, annos 17, et filios ejus annos 18.

(Ibid.) *Anaximenes physicus philosophus agnoscitur.* Vocem *philosophus* delendam volunt Peta., Vi., O., Fa., Pi., Lo., Mar. Aliunde enim assutam intelliges ex Fux., ubi post *agnoscitur* addita est. Hæc autem communiter ad secundum Crœsi revocantur: sic enim Peta., Fragm. Peta., Fux., Lo., quibus accedunt editi, qui enim ab his dissentiunt, et inter se dissident, ut Fa., Mar., qui ad 1 Crœsi; Pi., ad 6 Amasis, ex adverso 1 illius Crœsi; Vi., O., ad 7 ejusdem; Laert. lib. II ait natum olymp. 63, et mortuum eo anno quo Sardis capta.

(Ibid.) *Stesichorus poeta. Stersicorus* Fa., et deest vox *poeta; Ethesicorus* Pi.; *Stesicorus* Lo.; *Sthesicorus* Fux.; sed vulgata caret dubio, cum sit Ciceronis, Athenæ, Plinii, Pausaniæ, Melæ, Thucydidis, Quintiliani et omnium veterum. Idem statuito de horum situ, quod de superiorum, assignari nimirum circa 2 Crœsi in Peta., Fragm. Peta., Fux., Lo., Fa. et editis, licet Mar. circa 4; Vi., O., circa 8 Crœsi; Pi. ad 7 Amasis.

(Ibid.) *Simonides.* Quia hæc mutuo sese consequuntur, idem de eorum sede decernendum, quod de superiorum diximus, annumeranda scilicet ad 2 Crœsi, consentientibus Peta., Lo., Fragm. Peta., Fa. et editis, quamvis Mar. ad an. 5; Vi., O., ad 8 Crœsi; Fux. ad 1 ejusdem; Pi. ad 7 Amasis.

(Ibid.) *Chilon, qui de septem sapientibus ephorus in Lacedæmone constituitur, id est, respector.* Pro *Chilon*, in Vi., Lo., Peta., Fux., Mar., *Chilo*, ut etiam August. lib. XVIII de Civitate cap. 25, Laert. lib. I, Plutarch. in Convivio 7 sapient.; sed prior est aliorum exemplarium, Pausaniæ lib. X, et Suidæ. Tota autem hæc sententia, prout jam reposuimus, antea in duas misere erat discerpta non tantum interpunctione et laterculo, ut in editis et aliis, sed et nonnullis verbis interpositis. Nam illa, *Chilon qui de septem sapientibus fuit*, sunt in impressis, Lo. et Fa., circa an. 3 Crœsi collocata; sequentia vero, *ephorus in Lacedæmone constituitur, id est respector*, circa annum 6 Crœsi; in Vi. Ad an. 9 Crœsi; sic leges: *Chilo, qui de septem sapientibus fuit;* postea interponitur *Macedonum* 9, *Amyntas annis* 50. Deinde ad an. 10 Crœsi: *Ephorus in Lacedæmone constituitur dispositione communis gentis.* Apud Marianum vero ad an. captivitatis 35, seu Cyri 5, adhibito puncto distinguebantur sic: *Chilo, qui de septem sapientibus fuit;* et deinde velut diversa sententia, *Ephoros in Lacedæmone.* Quia ergo a puritate Eusebii plurimorum aliorum integritas pendet, laboranti sic succurrimus, duce ratione, comite vero auctoritate: ratione, inquam, quia certo constat ex Diogene, Laertio in Vitis, et aliis, Chilonem factum fuisse ephorum apud Lacedæmonios, circa 55 olymp.; auctoritate vero codicum Pi., L., Peta., Fux., in quibus unica est sententia, licet in Pi. pro *ephorus* legatur *ephoros;* in Peta. ἔφορος; in Fux. *e...opoc;* sicut in V. *Odopo;* in Va. *Odopoch;* in Lo., Fa., *Odopoc.* Librarii enim dum quæ legunt, minus capiunt, ubi advertissent circa olympiad. 5 ab Eusebio actum de creatione apud Lacedæmones magistratus nuncupati ephori, putarunt vitandæ repetitionis causa substituendum *Odopo* vel quid simile. Verum quam imperite, judicabit qui singula discutiet. Nam licet ὁδοποιός, id est curator viarum, nomen fuerit magistratus apud Athenienses, nusquam tamen apud Lacedæmonios legitur habuisse locum: forsan illud *Odopoc* est vox corrupta ab ἔφορος cum P Latinorum et ρ Græcorum eodem modo formentur. Videbantur autem delenda illa, *id est respector*, licet ephorus hoc idem signifi-

A cet, quia sic jubent L., M., V., Va., Peta., S., P., Lo., L., O., Vi., Pi., Fa., quorum vice adjectum legimus *dispositione communis gentis* in illis quatuor L., Vi., Pi., O.: tamen solita religione, ne quid nisi absurdum deleamus, retardamur. Denique hæc nos locamus ad 3 Crœsi; ut quid enim discedamus ab editis et veteribus illis membranis Lo., Fa., Pi.? Neque enim exspectandus est omnium codicum consensus, cum in rebus difficilioribus dissentiant, unde nec mirandum sit Vi., O., ad 9 Crœsi.; Mar. ad an. 7; Peta., Fux., ad 5 reponant.

(427, I.) *Olympias* 55. Omnes libri conveniunt, ut annus primus Cyri in annum 1 olymp. 55 incurrat, quod auctor lib. X de Præpar. cap. 2 confirmat auctoritate Diodori, Thalli, Castoris, Polybii, Phlegontis.

(427, IV.) *Cyrus Hebræorum*, etc. His multiplex assignatur sedes. Nam in Peta., Fa., Vi., O., ut etiam in editis, occupant laterculum oppositum anno 30 B captivitatis, quod esse ex mente Eusebii testatur Ado, dum scribit: *Eusebius in temporum libris, 30 annos ab eversione Hierusalem usque ad initium Cyri regis Persarum computat:* et in eumdem illum annum rejicit Marianus. At Lo. in 29 an.; Pi. in 32. Simili haud dubio codice usus est Beda. Ait enim, *anno 2 Cyri, templi fundamenta jacta, et juxta Chronicum Eusebii anno incensionis ejus* 32, quam etiam supputandi rationem iniit Theophilus Antiochenus. Nos vero summe probamus lectionem Fux., qui in laterculo 31 an. captivitatis recondidit, qui primus Cyri est. Neque enim dubitamus hæc sumpta ex secundi Paral. ultimo, et Isai. I, et quod auctor intellexit de anno 1 Cyri, ratione imperii Persarum, plerique putant intelligendum de ejus anno primo ab expugnata Hierusalem, ut loquuntur, in qua Esdras et Judæi degebant: quod contigit ubi continentem universum suæ ditionis fecisset, scribit Herodot. lib. I, seu universa Asia subacta, Joseph. contra Apionem. Et colligitur ex Xenophonte scilicet circa an. C 2 vel 3 olymp. 58, a quo cœpit imperare Judæis, et solvere eorum captivitatem. Nullus enim est veterum, qui scripserit certum annum, quo Babylon fuit expugnata: non tamen prius fuit dominus Judæorum, quam ipsius Babyloniæ.

(429, IV.) *Prophetabant Aggæus et Zacharias quo tempore*, etc. De his non idem omnes codices. Nam in Fa. et Lo. verba hæc *prophetabant Aggæus et Zacharias* penitus absunt: in Peta. et Pi. spatio aliquo et situ distincta, ita ut priora sita sint in Peta. ad an. 36 captivitatis; in Vi., O., ad 34. Quæ vero succedunt *quo tempore*, etc., in Pi. ad an. 37; in Vi., O., ad an. 41; in Peta., Fux., Lo., Fa., ad an. 38 captivitatis. Clemens lib. I Stromat. ait hos duos prophetasse sub hoc Dario; sed parum interest, cum hoc loco non tam annus quam tempus sit considerandum, scilicet an diu prophetarint.

(Ibid.) *Clari habentur. Clari habebantur* M., A., Lo., L.

D (429, VII.) *Xenophanes Colophonius. Ænophenes* Mar. Ascribenda præterea monent Fa. et vulgati 7 Crœsi, quibus assentimur, licet non faveant reliqui libri scripti, ut Lo. qui 8 Crœsi; Peta., Fux., Fragment. Peta., Pi., Mar., qui 9; et Vi., O., qui 10. Laert. lib. IX, ait eum claruisse circa 60 olymp. Corrige Mar., ubi *Ænophenes* pro *Xenophanes*.

(Ibid.) *Ea quæ de Crœso.* Fixi hæc circa an. 9 Crœsi, ope membranarum Lo. et Fa., quibus sese conformant editi: alii ita nutabant ut Mar. ad an. 13 Crœsi; Peta., Fux., Vi., O., Fragm. Peta., ad an. 10; Pi. ad 11, reponant: hi duo addunt *his fuere temporibus*, quasi significent annum non esse certum.

(Ibid.) *Templum Apollinis Delphici.* Editi, sicut Fa. et Mar., hoc constituunt ad an. captivit. 39, seu 1 olymp. 57; Vi., O. et Lo. ad an. 3 olymp. 57; Pi. ad an. 2 olymp. 58; Fux., Peta. ad an. 1 ejusdem olymp., qui erant sequendi, quia his astipu-

latur auctoritas Pausaniæ lib. x, qui hoc incendium contigisse narrat ipso anno : κατεκαύθη δὲ, inquit, Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτῳ δὲ τῆς ὀγδοῆς ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντηκοστῆς, ἣν Κροτωνιάτης ἐνίκα Διόγνητος : tamen typographus retinuit antiquum situm contra nostrum præscriptum.

(Ibid.) *Crœsus adversus Cyrum*, etc. Licet varient libri in certo anno horum notando: nam Vi., O., Fa. et septem Vaticani assignant illa ad an. 10 Crœsi, sicut olim vulgati, et ut refert Antoninus ex Eusebio, Lo. ad an. 11, Pi. ad an. 24. Mar. ad an. 15, nihilominus duximus sequendos Peta. et Fux., qui ea constituunt ad an. 12; quod colligitur ex Herodoto lib. I, dum ait Apollinem respondisse Crœso *expugnationem Sardium dilatam fuisse per tres annos serius, quam fata destinarant.* Ad extremum in Fux. post verbum *iniit*, addita sunt hæc, *Apollinis responsis credens et victus est*, quæ sumpta videntur ex Herodoto.

(Ibid.) *Cyrus Sardis capit.* Sic castigavimus hunc locum pro *Cyrus Sardis capitur*, sicuti monent A., M., L., V., S., Fa., Peta., quinque Vaticani, Fux., Fragment. Peta., Ven. et Lut., ad quos accedunt proxime tum O., Vi., Pi., ubi habes *Cyrus Sardos capit*, tum. Mar., ubi *Sardeis capit*, et Lo., *Cyrus Ardis capit*. In duobus Vatican., *Sardienses capit.* Nam plerumque Latini accusativos plurales ad Græcorum imitationem formare solent, ut *omneis* pro *omnes*. Nihilominus communis illa lectio *Sardis* retinenda, tum quia hujusmodi voces *Trallis*, *Syrtis*, *Sardis* et similes eamdem sortiuntur terminationem, tam in accusativo, quam in nominativo, juxta placita Grammaticorum, præsertim cum Latini, ut Virgilius et alii, *εὐφωνίας* ergo, *tris* pro *tres* dixerint, ut observat Gellius lib. XIII cap. 19, tum quia idem est ac quod ait olymp. 111, *Alexander urbem Sardis capit*, sic etiam habet Solinus: quamvis autem editio Pictaviensis *Sardas* habeat, Vinetus tamen in suis castigationibus nondum typis mandatis (quæ penes nos sunt) legit ex ms. *Sardis*, et sic video Antoninum referre locum Solini lib. IV Hist. cap. 1, *Sardis*. Sic Hieron. in cap. Daniel. XI, et Strabo lib. XII Geogra., quidquid vertat interpres *Sardas*, Græce tamen Σάρδεις habet, et Dionysius Halicar. de Demost. acumine, Σάρδεις ἐλθόντες. Quo jure autem pro *capitur* legendum proponamus *capit*, inde petenda est ratio, quod urbem Sardis et Crœsum Cyrus ceperit. Nam ut inquit Horatius, erat illius sedes regia, lib. I Epist. :

Quid Crœsi regia Sardis.

Cujus rei locupletissimi testes Herodot. lib. I, et Ctesias in Persicis, ubi agens de Cyro, καὶ ὅτι στρατεύει Κῦρος ἐπὶ Κροῖσον, καὶ πόλιν Σάρδης; et Solinus loco citato : *cum Olymp.* 58, inquit, *victor Cyrus intrasset Asiæ oppidum Sardis, ubi tunc Crœsus latebat*, etc.; et hinc corriges Vincentium, qui fœde nimis *Fardis* pro *Sardis*. Porro licet certa sit expugnatio hujus urbis per Cyrum, tamen annus illius non adeo certus est ex libris. Nam Lo. et Fa. simul cum sex Vaticanis et editis reponunt circa annum 14 Crœsi; Vi., O. circa an. 10 ejusdem; Mar. circa an. 16 Cyri; 1 Vatic., Fux., Pi., Peta., circa an. 15 Crœsi, seu ultimum ejusdem, qui est primus olymp. 58. Hos posteriores duximus imitandos tum quia Solinus Sardes captas refert primo illo anno olymp. 58, tum quia constat ex Herodoto lib. I Cyrum cepisse Crœsum una cum Sardis.

(Ibid.) *Thales moritur.* Hæc antea extra ordinem in excusis, sicut etiam in Lo. et Fa. ad 13 an. Crœsi, et 3 olympiadis 57, vel etiam, ut in Vi., O, ad 11 ejusdem. Cum enim auctor dixerit vixisse illum usque ad 58 olympiadem, nihil obfuit, quin potius sequeremur Pi., Peta., Fux. et Fragm. Peta., qui constituunt ad an. 15 Crœsi, qui est primus annus olympiadis 58. Nam etiam Laertius libro I ait eum defunctum olympiad. 58.

A (Ibid.) *Crœsus a Cyro*, etc. Non hic fluctuandum, ubi repugnas, cum de periodo regni Crœsi sermo sit, quæ illi an. 15 regni obtigit, in quo etiam omnes libri mire conveniunt.

(Ibid.) *Harpagus. Harpalus*, Al., Sq.; *Arpacus*, Pi., Vi., O.; *Arpagus*, Lo., Peta., Fa., Fux., Fragm. Petavii. Nostra lectio est sine dubio retinenda ei, qui volet sequi Herodotum, Suidam, Pausaniam, Mar. et alios : de Harpago hoc plura Justin. lib. I, Pausan. lib. II.

(Ibid.) *Harpagus qui..... dimicat.* Hæc situ disturbato habebantur an. 12 Cyri in vulgatis; vel anno 11 in Vi., O.; vel 13 in Lo.; vel an. 10 Amyntæ apud Mar. Maluimus sequi Pi., Fux., Peta., qui habent ad an. 16 Cyri. Nam Herodotus lib. I docet Ioniam subactam ab Harpago post Crœsum devictum.

(431, III.) *Theognis.* Sic ex Al., V., pro *Theognus*, ut in impress.; vel *Teognus*, ut in Vi., O.; vel *Theogenius*, ut in A., P., M., Va., Fux.; vel *Theogonus*, ut in L., P.; vel *Theonius*, ut in Fa., Lo., S.; vel
B *Theognes*, ut in Mar.; vel *Theoguius*, ut in Peta. Nam, ut nos, scribunt Plutarc. lib. de Stoicor. Contrarietate, Athenæus lib. VI, et Suidas, qui tradit eum natum olympiade 59 et vixisse simul cum Phocylide, quod convenit cum nostro auctore. Ejus exstant opera. Porro varii laterculi hunc ad se trahunt, ut 15 Crœsi in Vi., Lo., O.; an. 9 Amyntæ in Fa., Fux.; 10 ejusdem in Peta. et cusis; 13 in Pi.; 17 apud Mar.

(Ibid.) *Pisistratus secunda*, etc. Quia hæc illum laterculum ex adverso anni 11 Amyntæ in editis occupant, satius nobis visum ita relinquere, quam aliorum vestigia sequi. Nam in Pi. respondent an. 13 Amyntæ, in Fux. an. 1 Crœsi; in Peta., Vi., O., Fa., Lo., an. 13; in Fragm. Petavii et Mar. an. 15 ejusdem; nec enim ullus auctor contrarium urget. Videbatur sequendus codex Pi., cum ab eo anno usque ad regnum Hipparchi et Hippiæ filiorum Pisistrati numerentur tantum anni 17, et testimonio
C Aristotelis libro V Politic. cap. 12 constat ipsum Pisistratum exercuisse tyrannidem annis 17, postquam ultimo est potitus regno.

(Ibid.) *Pherecydes. Pherecides*. V., S., Fa.; *Pherecidis*, Pi.; *Ferecides*, Vi., O., Lo., Fux.; *Feretiaes*, Vincen. tom. I; *Pherecides*, Mar. Nostram lectionem sequuntur Eusebius de Præpar. lib. x cap. 2, καὶ τὸν Φερεκύδην δὲ Σύριον ἀναγράφουσιν; Cicero libro I de Nat. deorum, Plutar. in Sylla, Plin. lib. VII cap. 56, Athenæus lib. XII, Clemens lib. I Strom. In impres. antea erat scriptum *Pheræcides* cum *æ* pro *e*, et *i* pro *y*, sed infra reperies ad olymp. 81 per *e* et *y*, sicut Pausan. lib. I et supradicti auctores. Discedunt ab invicem exemplaria, cum alia circa 15 Amyntæ, ut Vi. O., sedem his assignent; alia circa 8 ejusdem, ut Lo.; alia circa 11, ut Fa.; alia circa 12, ut Fux.; alia circa 17, ut Pi. Nolim ab editis, quos video unanimes, recedere, qui circa 13 Amyntæ, præsertim cum a vetere membranacco Peta. juventur.

D (431, VI.) *Vincula taurea, fustes. Vincula, taureas, fustes.* L., A., P., V., Lo., Pi., Vi., O., Fux., Sa., Vincen., Comestor. At in A. post *fustes* est adjectum *batos plumbatas taurea scutica*, *id est taurino corio:* de quibus II Mach. VII, *taureis et flagris cruciatos*, et Græce μάστιξι καὶ νευραῖς αἰκιζομένους. Juvenalis Satir. 6 :

Taurea punit
Continuo flexi, etc.

(Ibid.) *Latomias. Lautumias*, A., L., Peta., Fux., Vincen.; *laotumas*, Fa.; *latumias*, P., Vi., O., P., Sa., Comestor; *lautomias*, Au.; *laotomias*, Lo.; *laotomas*, V.; *lautumas*, Va., M.; *laotumias*, Ven. et Lut.; *latomias* et *carcer latomiarum* apud Livium lib. II, decad. 4; *latomia* et *latumiæ* utrumque apud Suidam. Sed prius lingua Siculorum, auctore Asconio Pædiano in orat. 3 cont. Verrem, et, ut addit, idem est, ac *lapidicina, id est, loca cæsis lapidibus exacta :* quod intelli-

gitur ex notione vocis. Λᾶς enim lapidem, τομὴ vero A sectionem significat : unde Festus in voce Latumia: *Latumias*, inquit, *ex Græco et maxime Syracusanis, qui latomias et appellant, et habent ad instar carceris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad exstruendam urbem.* Minus recte *lautuma* Isidorus lib. v de Originibus cap. 27, ubi videtur referre verba ipsa nostri auctoris: *Est*, inquit, *lautumna supplicii genus ad verberandum aptum, inventum a Tarquinio Superbo ad pœnas sceleratorum; iste enim prior lautumnas, tormenta, fustes, metalla, atque exsilia adinvenit.* Nostra lectio est receptior, et legitur apud Idacium, Themist. lib. I Rerum Græc.; et Cicer. act. 5 in Verrem : *Latomias*, inquit, *Syracusanas omnes audistis, opus est ingens, magnificum regum, ac tyrannorum : totum est ex saxo in mirandam altitudinem depresso, et multorum operis penitus exciso; nil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, nil tam latum ad custodiam, nec fieri, nec cogitari potest:* nisi velis cum Lambino in 2 editione, legendum esse *lautumias*, ut B in Pœnulum Plauti testatur veteres codices Plauti habere *lautumiæ*. Nam in Captivis legimus *latomia*, quas *lapidicinas* et *lapidarias* vocat : et sane ex his verbis Senecæ lib. IX, controvers. 4, *ne quemquam vestrum decipiat nomen lautumiæ* (nam sic rectius quam ut olim *laotumiæ*), *minime lautares est*, discimus veteres Latinos dixisse *lautumiæ*. Nam non est novum ut λάο Græcorum, Latini reddant *lau*, ut *Laucon* pro *Laocoon*, *Laudicea* pro *Laodicea*, *Laumento* pro *Laomento*, *Laumedon* pro *Laomedon*. Fœditatem hujus carceris Syracusani describit Thucydides lib. VII, et vocat *lithotomias*. Nam λίθος lapidem significat; hinc legimus lithomiam dici lapidicinam, ut a latomia lapidicidæ vel lapidicidæ dicti sunt latomi.

(Ibid.) *Exilia*, *metalla*. Adjecimus *metalla* juxta A., L., P., Au., Pi., V., Fa., Peta., Fux., Vi., O., Idac., Isidor., Vincen., Comest., Glarean., Dionysium Halycar. At in A. consequenter post *metalla*, legitur *vel classes ignium :* sed istud esse additum a librario, satis manifestum est. C

(Ibid.) *Gabios, Suessam.* In L. *Gabios, Veios, Suessam;* in Ven., Lut., *Gabios Suessan* per *n* in fine, pro *m*.

(Ibid.) *Volscos.* In Fa. hic quidem *Vulgos*, sed circa olymp. 71 *Voscos;* in Vi., O., *Volcos* hic, sed illi *Volscos;* in Pi. hic quidem *Vulcos*, sed alio loco *Vulscos;* in Peta. *Vulscos* utrobique. Lectio nostra receptior est, et apud Livium, Virgilium, et alios veteres. Non desunt tamen, qui sæpe legant *Vulscos*, sicut etiam Græci, ut apud Pæanium Βολοῦσκοι et Βουλοῦσκοι, apud Dionysium Οὐολοῦσκοι.

(Ibid.) *Subegit.* Elegantius quam *subjecit* ex A., L., V., P., Lo., Pi. et Eutropio.

(433, II.) *Thomyris. Tamiris* in V., P., Lo., Mar., sicut etiam Frontinus lib. II; *Thamaris* Vincen. tom. I; *Tamris*, V., O.; *Thonyris*, Ven. et Lut.; Τόμυρις, seu Τώμυρις, sive *Tomyris* apud Herod. lib. I, Polyænum lib. VIII Stratagem., Valer. lib. IX cap. 10, Hierony. in I Zachar., Oros. lib. II cap. 7 : cujus tamen ms. habere *Thamaris* et testantur notæ Bon- D garsii in Justinum. At Justinus antiquus lib. I sequitur nostram lectionem; restitutus habet *Tamyris*, sicut Jornandes lib. Rer. Geticar., et Fre. *Thamiris*, referens ipsum Pompeium Trogum, ex quo Justinus omnia in epitomem composuit. Parum inter se discrepant chirographi et editi in constituenda his sede. Nam Peta., Lo., Fa. ascribunt anno 60 Judæorum; Vi., O. et Fux. an. 23 *Amyntæ*, qui jacet ex adverso illius 60 Judæorum; at editi an. 59 Judæorum, qui imitantur veterem membranam Pi.

(Ibid.) *Thomyris regina Massagetarum Cyrum interfecit.* Pro *Massagetarum Cyrum interfecit*, in A. *Massagetarum interficitur*, in Fragm. Peta. *interficit.* At apud Vincen. tom. I, *Massagetarum occisa est;* sed in utroque corrupte. Nam prius constat ex Herod. lib. I, Justino lib. I, Hieronymo in I cap. Zachariæ, Mar. et aliis quamplurimis.

(433, III.) *Pythagoræ Magister.* Deest in V., Va., S., Peta., Fux., P., Pi., O., Vi., Lo. et tribus mss. Fab. ac Mar. Verum Plin. lib. II, cap. 79, vocat *Pherecydem Pythagoræ doctorem*, et Eusebius lib. X de Præparatione cap. 2, ᾧ μαθητεῦσαι τὸν Πυθαγόραν φασὶν, dum loquitur de Pherecyde : Suidas tradit Pythagoram ab eo institutum.

(Ibid.) *Hibycus carminum scriptor agnoscitur.* Desunt in V., S., Va., L., Pi., Fa., Lo.; at substituimus *Hibycus* loco antiquæ lectionis et Marianæ *Hippicus*, juxta codices M., Fux. et Peta., licet in hoc sit *Hibicus* sine *y*. Deinde lectio confirmatur ex Suida, qui tradit Ἴβυκον scriptorem vixisse circa olymp. 54. Fuit hic poeta magni nominis, adeo ut genus metri ab eo *Ibycum* dictum sit. Illius poetæ meminerunt, aspiratione inscribendo prætermissa, Plato in Parmenide, Cicero lib. IV Tuscul. quæstionum, Pausanias lib. II, Ἴβυκος, Athenæus sæpe : cujus quædam carmina exstant excusa Græce et Latine apud Henricum Stephanum, et de quo Ausonius noster,

Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans grus.

Vide Antipatrum in ejus Epitaphio. De Ippico autem poeta quis mentionem usquam fecit? in Vi. et Fre. legis *Hyppicus*; in Peta. autem annumeratur 15 Crœsi; in Fux. 12 Amyntæ; sed in Vi., O., 14 ejusdem, cui adjungendi typis editi.

(Ibid.) *Phocylides. Phocyllides*, Mar.; *Pocilides*, Lo., Fa.; *Pocyllides*, Peta., Fux.; *Proclides*, Pi.; *Sophocles*, O., Vi, sed corrupte, ut ex iis, quæ inferius subjicientur, apparebit.

(Ibid.) *Simonides*, etc. Quo propendeat mens, cum alii codices 15 Crœsi ut Peta.; alii 14 Amyntæ, ut Fux., Lo., Fa.; alii an. 11, Mar.; alii 19 ejusdem, ut Vi.; alii 21, ut Pi.? sed malim editorum partes sequi, qui ad 16.

(Ibid.) *Anacreon*, etc. Coercui ista ad. an. 20 Amyntæ, seu 3 olymp. 61, ne discederem a vulgatis, quorum ego consensum amplector, ut aliorum odi dissidium. Nam Peta., Lo., ad an. 17 Amyntæ; Fux., Mar. ad 18; Vi., O., Fa., ad 21 ejusdem. Suidas testatur quidem vixisse tempore Polycratis Samii tyranni, sed addidit *olymp.* 52.

(Ibid.) *Apud Samum*, etc. Retinui ista in laterculo illo opposito anno 22 Amyntæ. Sic enim Fa. et excusi : quid enim in tanta chirographorum dissensione, cum alii anno 19 Amyntæ, ut Lo., Mar.; alii 21., ut Peta., Fux.; alii 27, ut Vi., O., Pi.?

(Ibid.) *Pantagnostus. Puntagnostis* Lo., *Pantagnotus* Pi., *Pantagnistus* Fa., *Pentagnosius* Mar. Vulgata retinenda, cui accedit Herodot. lib. III, *Pantagnotus*.

(435, II.) *Cambysen istum.* Posterior vox *istum* deest in Fa., Peta., Vi., O., Lo., Pi., Fux.

(Ibid.) *Hebræis secundum Nabuchodonosor.* Sic restituimus ex M., L., A., V., S., P., Lo., Pi., O., Vi., Fa., Peta., Fux., Mar. Beda, Fre., Albert. et Hugo. Floriacen. in suo Chronico ms. quod est penes clarissimum Petavium. Idem Albertus in Chron., qui ista ad verbum referunt pro *Hebræis et Nabuchodonosor*, ubi *et*, pro 2.

(Ibid.) *Conscribitur. Contexitur.* Lo., Fa.

(435, III.) *Samii*, etc. Castigabis Mar., ubi *sandice Archiam condiderunt*, etc.; et in Lo. *Samudice Archiam*, etc., cum varia hic codices legenda proponerent de situ horum. Nam Lo. anno 21 Amyntæ ascribit; Peta. Fux. an. 25; Fa. an. 24; Mar. an. 28; Vi., O., Pi., an. 30. Steti ad an. 25, ne ab editis recederem in re incerta.

(Ibid.) *Pythagoras physicus*, etc. Nescio an metempsychosin Pythagoræ codices voluerint exhibere, dum eum collocant modo in an. 24 Amyntæ, ut Peta., Lo.; modo in an. 25, ut Fux.; modo in an. 26, ut Mar.; modo in an. 31, ut Pi.; modo in an. 32, ut Vi., O. Sed quid necesse amovere ab an. 29, in quo reposuerunt eumdem Fa. et editi?

(Ibid.) *Hypparchus*, etc. Sic ex S., V., P., Al., Pi.,

Fux., Peta., Lo., Vi., O., So., Vincen., etiam ex sequentibus, ubi de eodem tyranno agitur, communi reliquorum exemplar. assensu, quibus astipulantur Herodotus, Plutarchus, Ptolemæus, Ælianus, apud quem *Hiparchus*, et alii, pro *Hirpacus*, ut in editionibus Basil., vel *Hyrpacus*, ut in Ven. et Lut., vel *Hipparchus*, ut in Peta. Hæc præterea in aliis deposita sunt ad an. 25 Amyntæ, ut in Vi., O.; in aliis ad an. 26, ut in Peta.; in aliis ad an. 28, ut in Lo.; in aliis ad an. 29, ut in Fux; in aliis ad an. 36, ut in Pi. Sed ne quod inconstantiæ argumentum demus, nolim ab editis discedere, præsertim cum faveat chirographus Fa., qui cum illis ad an. 30 Amyntæ collocat. Nec obstat auctoritas ullius veteris scriptoris: immo firmari videtur auctoritate Aristotelis lib. v Polit. cap. 12, dum, ut diximus, scribit Pisistratum horum patrem regnasse annis 17; vix plures reperies si numeres ab anno 2 olymp. 59, quo ipse Pisistratus tyrannidem resumpsit. Adde quod, teste Herodoto lib. vi, Hippias expulsus est anno 4 regni, quo etiam Hipparchus ejus pater interficitur.

(435, iv.) *Qui eos regnabat. Qui eis regnabat*, So.; sed desunt in A., L., M., Peta., Fux, P., Pi., Vi, Lo., Fre., Mar., Fa., Beda: ideo videbantur rejicienda, nisi hujusmodi loquendi formula apud Latinos auctores recepta esset; sic enim Virgilius lib. vi Æneid.:

Regnandam acceperat Albam;

et:

Tellus quondam regnata Lycurgo.

Nec tantum regiones vel urbes regnari dicuntur, sed etiam gentes: sic apud Tacitum et Plinium, *regnata feminis gens*; simile quid usui Græcis, qui βασιλεύεσθαι ὑπό τινος dicunt.

(435, v.) *Ægypti* xxxvii *dynastia, in qua Persarum rex: obtinuit quippe*, etc. *Ægypti dynastia Persarum obtinuit quippe*, etc. Sic legunt Fa., Peta., Fux., Vi., O. et tres mss. Fab., A., V., P., Lo., Mar.; verum in Pi. totus hic paragraphus deficit.

(Ibid.) xxvii *dynastia*, etc. Hæc prius erant sita ad annum 1 olymp. 64, seu an. 7 Cambysis, cum debuissent respondere an. 3 olymp. 63 et 5 Cambysis, prout in eum annum incidit 42 annus Amasis regis Ægyptiorum. Sed erroris causa fuit, quia incuria librarii contexuit in serie Amasis annos 43, sicut in Fux. deducuntur anni 44. Necesse est autem, ut Amasis incidat in 5 Cambysis, ut vult auctor disertis verbis. Antoninus, dum citat hunc locum, ait, *hanc dynastiam secundum Eusebium in Chronicis defecisse anno 6 Cambysis*: unde constat jam olim librarios hic hallucinatos; immo quod magis nobis dolendum, typographus, nostra correctione neglecta, veterem errorem secutus est.

(Ibid.) *Cambyses*. In Vi., O., Fa., Fux., Lo., V., Va., *Cambises* sine *y*, sed nefas fuit discedere a cæteris Mar. et Fre., cum jam receptum sit apud Pausaniam, Strabonem, Plinium, Xenophontem, Suidam, Hieronymum, Justinum, Ælianum, Eusebium libris de Demonstr. et de Præparat., Lucianum et apud omnes bonos auctores.

(Ibid.) *Cambyses in an. quinto regni sui*. Facta est accessio voculæ *in*, sic dictantibus A., M., Lo., Peta., Fux., Vi., O., Vinc., licet in Peta. et Fux. Pro an. 5 repositum sit an. 6, in Mar. an. 8.

(437.) *Duo fratres Magi*, etc. In Vi., O., Mar., *post Cambysem tres fratres regnaverunt menses 7*; *post.*, etc. in L., Pi., *post Cambisem duo fratres magi regnaverunt mensibus 7*; *post.*, etc. Otho lib. ii, cap. 16, videtur habuisse codicem, ubi pro *menses* 7 erat scriptum, *annis* 3, *mensibus* 7, sed mendose. In Peta. deest *duo*; in Lo., *Reges duo fratres magi regnaverunt menses 7*; *post*, etc. Hinc Beda lib. de Ratione temporum: *Inter Darium et Cambysem regnasse duos fratres magos in libris Chronicorum Eusebii reperimus*. Idem Sulpitius lib. ii, licet non citet Eusebium.

(Ibid.) 1 *Persarum duo fratres magi mens.* 7. Quod legem quam mihi dixeram, ut intra librorum septa me continerem, quasi voti immemor transiliam, mihi ægrum, sed tibi lector, licet novum, venia tamen non indignum videbitur. Olim nullus dabatur his magis annus in serie annorum, sed primus annus Darii erat illis oppositus, et secundus iterum repetebatur. Nos existimavimus necessarium illum annum magorum, ut ita nonnullis absurdis quæ alioquin nascuntur, occurrerem: quorum primum, quod cum illi duo magi septem mensium spatio imperium Persarum tenuissent, nulla tamen antea ejus rei ratio habebatur in illa serie: præterea cum non nisi triginta sex anni regno Darii assignentur, revera tamen librarii plures illi tribuunt, ubi secundus ejus annus bis computatur in serie; tertio quia nihil absurdius, quam unum et eumdem annum pro duobus computari, atque uni et eidem anno unius regis binos aliorum regum annos respondere: quasi unus annus Darii binos aliorum æquaverit, seu consumpserit. His ergo ut mederer, aliquod horum nobis fuit seligendum. Primo aut necesse fuit Dario prorogare novum et inauditum annum, ut dicatur 37 annos regnasse, et simul etiam expungere hæc, quæ olim addebantur: *Ideo secundus hic annus his ponitur, quia unus in magorum fratrum septem mensibus computatur*. At hoc est absurdum et illud veritati historiæ adversatur: nec solum auctoritati nostri auctoris, sed etiam veterum historicorum, et præcipue Herodoti, qui circa illa tempora vixit, et qui libro vii ait hunc Darium *supremum diem obiisse, sex et triginta annis regni expletis*: deinde hoc remedio non consulitur rei summe alioquin necessariæ, scilicet ut secundus Darii et annus primus olympiadis 65 concurrant invicem. Nec prodest, si dicas hos 7 menses magorum computari inter annos 8 Cambysis, sicut videtur sentire Herodotus lib. iii, dum scribit an. 8 qui tribuuntur Cambysi, confici et impleri ex 7 annis et 5 mensibus, quibus ipse regnavit, et ex 7 mensibus magorum. Semper enim manent cætera absurda, et ipsa auctoris verba adversantur penitus. Minus etiam facit, si dicas auctorem forsan tribuere Cambysi annos 9, sicut facit Sulpitius lib. ii, et ut olim præ se ferebat regum series quæ huic Chronico est præfixa, quasi annus iste, quem magis ascribi placet, sit annus 9 Cambysis. Nam et contextus auctoris, et cætera absurda pugnant ex adverso.

Secundo aut removenda sunt ista, *Olympias 65, in qua Persarum regis Darii filii Hystaspis fuit annus 2*. At auctor illud ponit propter auctoritatem divinæ Scripturæ, tamquam quartum sui Chronici firmum fundamentum, tam in præfatione et circa annum Abrahæ 1983, et Christi 30, quam etiam hoc loco et lib. x de Præparat. cap. 3. Demum cum ad annum 15 Tiberii colligitur summa annorum 548, ab an. 2 Darii, necesse est annum 2 Darii et initium olympiad. 65 mutuo sibi respondere. Etenim ab anno 1 olympiad. 65 usque ad quartum olympiadis 201, cui ex opposito respondet annus 15 Tiberii, numerantur 136 olympiades. His si adjungas 64, quæ annum 2 Darii præcesserunt, prodibit ea summa 201. Ad hæc certo tenendum, nullo refragante libro, annum 1 olympiadis 64 concurrere cum anno septimo Cambysis, nec plures nec pauciores tribui Cambysi annos, quam 8, ut habent vulgares libri: unde nisi interjiciatur annus inter Cambysem et Darium, fieri nequit ut annus primus olympiad. 65 respondeat secundo Darii. Codices Pi., L., O. et Vi., nullum quidem constituunt annum in serie magorum: sed tamen in hoc aliis excellunt, quod non computant bis secundum annum Darii: unde fit ut perpetua sit differentia inter eos et alios libros, in annis Persarum et situ olympiadum usque ad finem regni Persarum, seu ad olympiadem 112. Nam dum 65 olympias in illis incipit anno 3 Darii Hystaspis, sicut in vulgatis anno 2, fit ut olympias 78 sit in illis ad an. 19 Xerxis, cum in vulgatis et aliis sit ad annum 18: fit etiam ut in illis tribus sextus, seu ultimus annus Darii filii Arsami, qui fuit ultimus rex Persarum, in-

cidat in an. 2 olymp. 112 et in an. 6 Alexandri, cum in aliis sit in an. 3 olymp. 112 et ad an. Alexandri 7, et merito juxta ipsum auctorem. Hinc etiam fit, ut cum illi quatuor libri non nisi semel notarint illum secundum Darii, differant a cæteris in situ annorum ab Abraham, non tam ratione olympiadum, quam annorum regum. Nam dum illi opponunt annum 1500 anno 6 Darii Hystaspis, cæteri anno 5. Quod idem observare licet in ordine olympiadum: ubi enim illi duo constituunt an. 1 olymp. 66 ad an. 5 Darii, alii ad an. 4.

Tertio aut fuit necesse his magis concedere in serie annorum annum unum, ita ut qui erat primo secundus Darii sit ejus annus primus, et qui secundo loco erat secundus sit revera et absolute secundus, ac deleantur ista: *Ideo secundus hic an. bis po. q. un. an. in mag. fra. 7 mensi, computatur*. Glossema enim est proculdubio; et licet hi duo magi regnarint tantum spatio septem mensium, non est tamen novum Eusebio appingere annum regibus aut imperatoribus, etiamsi per aliquot tantum menses regnarint.

Quarto aut opus fuit sine auctoritate alicujus libri, vel manu vel typis exarati, aliquid inducere, sed hæc duo posteriora incommoda minora multo, quam alia priora, quibus hoc modo facillime consulitur: concesso enim uno anno in serie magorum, non erunt pauciores nec plures anni Darii quam 36, et, quod præcipuum est, secundus annus Darii initium dabit olympiadi 65, ut toties præscribit auctor: neque septem mensium regni magorum fiet jactura, atque conciliabuntur libri qui inde captarunt ansam turbandi situs sequentium annorum. Nec tamen desunt penitus auctores, qui testentur 7 menses magorum computari pro anno, quia sit major pars anni. Sic enim Antonin. titul. 4, cap. 1, § 8. Nec te remoretur difficultas illa, licet non levis, quod Eusebius auctoritate Scripturæ ascribit annum 70 captivitatis anno 2 Darii, quod non eveniet, si detur unus annus magis; immo tunc ille septuagesimus concurret cum an. 1 Darii. Facile enim evades, si dixeris finem illius an. 70 incidere in an. 2 Darii ineuntem. Si quid nosti, lector, rectius istis, candidus impertire. Sunt quidem viri docti, qui hunc locum censura dignum judicarunt, et dum putant Eusebium assignare magis integrum annum, et tribuendam vitio librarii repetitionem secundi anni Darii: nullum tamen remedium afferunt, quo superioribus absurditatibus medeantur.

(437.) *Consummaturque opus anno* 4. Legebas antea in editis an. 40. Verum castigavimus ad limam codicum Peta., A., L., M., Au., Lo., Pi., P., Vi., O., Fux. et trium mss. Fab., Mar., atque Idac.; præcipue vero quia statim, ubi ad an. 6 Darii veneris, qui est ille annus 4 de quo hic agitur, reperies: *templum Jerosolymorum consummatur*; quibus suffragatur Sulpitius lib. II. Natus error forsan ex eo quod ab anno 1 Cyri, sub quo prima templi fundamenta jacta sunt, usque ad an. 2 Darii, sub quo erectum est, anni 40 ab auctore numerentur. Auctus autem ex iis, quæ habentur Joan. II de ædificatione templi per 46 annos, tamen templum non potuit dici consummatum anno 2 Darii; repugnat enim vox *consummatur*, quæ habetur ad an. 6 Darii: nec etiam per 40 annos constructum, quia cessatum est ab ædificatione per annos 9, teste Josepho lib. XI Antiquitt. cap. 2. Illa etiam quæ referuntur Joan. II nullo modo spectant ad templum constructum sub Dario, licet hæc opinio valde torserit plerosque veterum, ut constat ex Hieronymo Daniel. IX, sed ad illud quod exstabat positum præ oculis, et quod Herodes a fundamentis exstruxerat, ut scribit Joseph. lib XV Antiquitt. cap. 14, et quia idem Joseph. testatur factum illud fuisse spatio octo annorum, intelligendum est quod ibi dicitur de numero 46 annorum, de tempore quo ornatum et expolitum fuit templum et ab Herode, et a posteris, vel tribuendum imperitæ plebi, quæ tot annos confingit, ut majorem Christo invidiam concitaret, eo quod ægre ferrent se ab eo e templo ejectos, sicuti docuere non pauci doctores post Origenem tom. XII in Joan.

(Ibid.) *A Zorobabel*. Concinnius quam ut olim *ab Zorobabel*, secuti Lo., Fux., Pet., Mar.; in Pi. scribitur *ab Zorobabele*; in Fa. deest.

(Ibid.) *Incursionibus*. Sic ex M., V., Va., Vi., P., Peta., Lo., Pi., O., Mar., pro *incursibus*, ut antea, et in Fux., Fa. et aliis.

(Ibid.) *Impedierant*. Rectius quam antea *impediebant*, ex fide A., L., M., V., P., Va., Vi., O., Lo., Fa., Peta., Fux., Pi., Mar.

(Ibid.) *Filium Xerxis* an. 3. Propius ad veritatem, quam ut antea exstabat in vulgatis: sicut etiam in Fa. et Lo. an 150. Sic castigandum hunc locum suscepimus auctoritate Peta., Fux., Vi., O., Mar. et 3 mss. Fab., quin et vi supputationis, quam si subduxeris a 7 anno Cambysis, qui est ab Abraham 1493 usque ad annum 12 illius Darii, quo Ægyptus a Persis recessit, et qui est Abraham 1604, prodibunt anni centum et undecim.

(439.) *Colligitur omne tempus*, etc., usque *complentur an*. 70. Ista confuse admodum disposita leguntur. Nam in vulgatis Fa. et Lo. ad an. 43 captivitatis; in Peta., ad an. 42; in Pi. ad an. 44; in Mar. ad an. 46; in O., Vi. et Fux., ad an. 50, qui incidit in an. 20 Cyri, cui ego ultro assentirer, quia in istis fit mentio anni 20 regni Cyri, nisi obstaret vetus membrana Al., quæ post 70 an. collocat; et, quod majus est, ipsa ratio verborum. Sunt viri docti qui erroris insimulant Eusebium, quod constituat discrimen inter annos captivitatis et annos desolationis templi; sed potuerunt non ignorare multos veteres Patres idem sensisse, ut Clemens lib. I Strom., Augustin. lib. XVIII de Civitate cap. 20, Theodoret. in Zach. I, Daniel. IX et Ezech. I, Nicephor., Constanti. in Chronographia; Hieronym. in Zachar. I, Agg. I, Ezech. IV, Isai. XXIX, et forsan Joseph. lib. X Antiquitt. cap 11, ubi de annis desolationis, et lib. XI cap. 1, ubi de annis captivitatis: nec rectius forsan videtur posse conciliari Hieremias cap. II cum Zacharia cap. I, qui loci adeo torserunt et torquent ingenia doctissimorum, nisi ille dicatur loqui de annis transmigrationis, seu captivitatis, seu desolationis primæ et inchoatæ ab an. 4 Eliachim usque ad an. 1 Cyri, id est quo ipse regnare cœpit apud Persas, vel quo relaxavit captivitatem; et sic de annis novissimis, seu perfectæ desolationis seu captivitatis, sive de excidio templi et urbis ab an. 11 Sedechiæ, seu Nabuchodonosor, usque ad an. 2 Darii; tamen quæ hic inserit Eusebius, id facit non tam ex mente sua, quam Clementis, et aliorum: immo subindicat ex titulo præmisso 70 *annis*, se contrarium sentire.

(Ibid.) *Et unus de duodecim*. In Fa. abest *et*; in Fux., Fa., *unus ex duodecim*; in Peta. *unus de viginti duobus*; sed quid corruptius?

(Ibid.) *Quas despexisti*. Rectius juxta A., L., Lo., M., V., Peta., P., Vi., O., Va., Pi., Fa., Ven., Lut., Sa. et tres mss. Fab., quam, ut olim, *quas aspexisti*, nisi quod in Va. legitur *quos despexisti*, pro *quas*. Hujus emendationis admonuerat jam olim Ducæus in Collectaneis ad Clement. pag. 800. Auctor marginis H., P., Pet., Ba., So., putat legendum *quibus iratus es*; sicuti habet Hieron. in comment. et in versione tam vulgata ex Hebræo, quam altera ex LXX, in I cap. Zach., et Marianus. Nos sequimur consensum veterum librorum.

(Ibid.) *Darii filii Hystaspis*. Ita restituo pro *Darii filii Hydaspis*, ex fide Lo., Pi., Fa., Ven., Lut., Mar., Antonini, Comestoris, atque Cedreni, citantium Eusebium, quibus adstipulatur Hieronymus in Amos 1 et in Daniel. IX, ubi eadem pene refert: idem Clemens lib. I Strom., Æmylius Probus de regibus, Ctesias in Persicis, Herodot. lib. III, Justin. passim, Strabo lib. XVI, Plinius lib. VI cap. 27, Ammianus lib. XXIII, Zonaras, Jornandes lib. Rer. Geticar. Hic Darius ita dictus est, ut distingueretur ab aliis multis regibus Persarum ejusdem nominis; *Hydaspis*

autem regis Persarum nulla fere mentio apud bonos auctores, sed *Hystaspis*, præter Ælianum lib. v, qui loquens de hoc Dario vocat eum *filium Hydaspis*, sed lib. xii *filium Hystaspæ*. Verum *Hydaspes* nomen est *fluvii*. Nam alius circa Tigrim, ut Judith. i, in versione Septuaginta, quem noster interpres *Jadason*, et quem Alexander invito Poro rege Indorum trajecit, Frontin. lib. ii. Alius circa Susam in Perside apud Q. Curtium lib v, Orosium, Strabonem lib. xv, Plinium lib. vi cap. 20, et alios plures, de quo Horat. ode 22, cum hoc epitheto, *fabulosus Hydaspes*, et Virgilius lib. iv Georg., *Medus Hydaspes*, quia consueverat parere regibus Medorum. Præterea nomen hoc *Hydaspes* fuit impositum regi illi Æthiopum, ex quo et Persina nascitur Chariclea apud Heliodorum lib. ix et x Æthiopic. Meminit quoque Lactantius lib. vii, cap. 15, alterius *Hydaspis* regis, *qui*, ut ille habet, *fuit rex Medorum antiquissimus, a quo amnis quoque nomen accepit, qui nunc Hydaspes dicitur*, quemque facit *inventorem magicæ artis* lib. vii, cap. 18. Ejus etiam meminit in Epitome Institutionum cap. ultimo: nisi dicas mendose scriptum apud Lactantium, *Hydaspes*, pro *Hystaspis*; cum Justinus Martyr. apol. 2, Sulpitius lib. ii, et Agathias lib. ii, magnum illum regem vocent *Hystaspen*, tamen cum nullus fluvius reperiatur Hystaspis nomine : non video cur error sit tribuendus librario, et non ipsi Lactantio. Miror quomodo eruditissimus Strabonis interpres verterit in fine lib. xv : ἑπτὰ Πέρσαι Δαρείῳ τῷ Ὑστάσπου παρέδοσαν τὴν ἀρχὴν, *septem Persæ Dario Hydaspis filio imperium tradidere*. Denique non inficior apud nonnullos bonos auctores scribi vocem *Hystaspis* sine *y*, immo etiam in quibusdam sine *h* : sed secutus sum in re dubia et parvi momenti majorem numerum scriptorum et mss.

(439.) *Armodius*. Sic legendum sine dubio, pro *Armonius*, ut in vulgatis, vel *Avidius*, ut in Au., juxta codd. A., L., Lo., Mar., Peta., Fux., M., Al., Pi., Idac., Vincen., et Clemen. lib. iv Strom., cui favent Suidas, Laertius lib. i, Herodot. lib. v, et Pausan. lib. i, Thucyd. lib. i et vi, Dio lib. xlvii, Aristophanes in Acharnan., Plutarch. lib. de Garrul., Arist. lib. ii Rhetor. cap. 24, Arrianus lib. iv, Cicero lib. i Tuscul. Quæst., Plin. lib. xxxiv cap. 4 et 8; Gell. lib. ix cap. 2, lib. xvii cap. 21, Valer. Max. lib. ii cap. 10, Seneca lib. vii de Benef. cap. 14, Ælianus lib. xi, et quis non ex veteribus? licet ut plurimum præmittant aspirationem *H*; error vulgatus est valde antiquus, cum exstet apud Freculphum Eusebii sectatorem et alios.

(Ibid.) *Aristogiton. Ariston*. V.; *Aristhon* Lo., Fa.; *Arestogidus* Au. Verum nostra lectio est certo retinenda juxta eosdem auctores.

(Ibid.) *Armodius et Aristogiton*, etc. Situs horum est varius; Pi. enim habet ad an. 1 olymp. 64; Vi., O., ad an. 4; Lo., Fux., Fa., Peta. et vulgares, ad an. 1 olymp. 65, et rectius Mar. ad an. 3 Darii.

(Ibid.) Et *Leena*. Sic reposui ex Al., Lo., Pi., Vi., O., So., Fa., pro *Lena*, ut in Ven., Lut., B. et aliis nonnullis; vel *Lemna*, ut apud Mar. et in H.; vel *Leuna*, ut apud Fre.; vel *Leæna*, ut apud Plinium lib. xxxiv cap. 4, Plutarch. lib. de Garrul., Valer. Max. lib. ii cap. 10, Cicer. in Tusculanis, Athenæum lib. xiii, Lacton. lib i de Falsit. relig. cap. 20, Polyæn. lib. viii Stratagem., Pausan. lib. i, Λεαίνα, qui hoc ipsum narrant, quod hic Euseb. Hinc corrige Vincentium, apud quem *Helena*.

(Ibid.) *Templum Hierosolymis*. Corrupta sedes est in Pi., qui constituit ad an. 3 Darii; ut et in Lo., qui ad an. 7; in Fux. quoque ad an. 8 : editi consentiunt cum Fa., Peta., Vi., O., Mar., ut ad an. 6 ejusdem reponatur, idque optime, ut constat ex I Esdræ vi et III, vii, et ex ipso auctore, cum dixerit antea templum consummatum anno 4 Solomonis, scilicet ab incepta instauratione, anno 2 Darii : unde sextus annus Darii est tam celebris apud veteres, ut frustra pluribus disceptemus.

(441, iv.) *Initium consulum*, etc. Hæc præcedunt immediate verba illa *Pulsis ab urbe*, etc., in Fa., Lo., litteris minio infectis, et Fux. atramento depictis; sed cum ejusmodi adjectione, *Initium consulum Romanorum*. Præterea columna illa ad quam deinceps congesta est tota historia, hunc unicum præfert titulum, *Consulum*, usque ad Julium Cæsarem, et ab eo deinceps ejusdem columnæ inscriptio habetur cum hac sola voce *Romanorum*, quod etiam imitantur vulgati, in quibus desunt superiora verba, sed eorum vice reperies *Romanorum reges defecerunt et consules cœperunt*; et in Pi., L. : *et apud Romanos dominatus regii finis est*, et subsequenter est adjectum, *hæc per tempora in ordinem, non per annos digeruntur* : quæ cum desint in aliis libris, existimavimus non esse genuina. In Peta. ista columna hanc ostentat inscriptionem, *Initium consulum Romanorum*, sed in sequentibus columnis usque ad Cæsarem, *Romanorum consules*, a Cæsare vero *Romanorum* tantum. In Pi., Vi., O., nihil horum in titulo columnarum, in quibus solum præmittuntur hæ inscriptiones, *Persarum*, *Alexandrinorum*, *Macedonum*, *Judæorum*, sed hæ videntur supervacaneæ; titulus enim apponitur potius ad distinguendam et deducendam seriem annorum, quam ad historiam exprimendam. Hinc nulla nec per consules, nec per Romanos annorum series deducitur. Quæ deinceps sequuntur, quæque historiam explicant, conferuntur in unam columnam, quæ *Consulum* inscribitur : quamvis non idem habeant omnes libri. In quibusdam enim quæ res Alexandrinorum attingunt, ad columnam *Alexandrinorum* annumerantur; quæ *Macedonum*, ad columnam ejusdem nominis; quæ regnum *Syriæ*, ad seriem regum Syriæ, et ita de cæteris. Major nihilominus pars hanc methodum sequitur, ut totius historiæ unica columna appingatur, qualis fuit nativa descriptio totius libri, ut sæpius a nobis observatum : ita tamen ut prior littera a qua inchoabatur quævis historia, eodem colore, quo series cujusque regni, ad quam pertinebat, inficeretur. Cuspinianus in Cassiodorum pag. 213, existimat ex ipso titulo, *Consulum*, inscripto paginæ, et etiam ex eo quod cum *Eusebius desiit et Prosper Chronica continuavit, ordine recensetur coss.*, consequi Eusebium descripsisse omnes coss., sed periisse incuria librariorum.

(Ibid.) *Pulsis ab urbe regibus*, etc. *Pulsis urbe* Peta., Fux., M., P., Au., Pi., et tres Mss. Fab., Mar., Fre., Beda; *Pulsis enim regibus vix usque* O., Vi. Cæterum in hujus periodi situ, *Pulsis ab urbe*, etc., usque *placet*, 243 non penitus conveniunt codices. Nam Mar. comparat cum 14 Darii; Vi. et O. opponunt an. 4 olymp. 66; L., Pi., Fux., Peta., Lo., Al. et septem Vaticani anno 1 olymp. 67, horum vestigia sequimur. Neque enim aliunde certius peti potest judicium, ut de mente Eusebii certiores reddamur, quam ex tot chirographis. Accedit ratio quod si anno præcedenti, qui est ab Abraham 1504, annumeres annos 463 quos fluxisse testatur auctor a consulibus ad Cæsarem, prodibunt anni 1968, quibus finitis, Julius Cæsar summum arripuit imperium. Præterea si adjungas ad an. 1264 ab Abraham, post quem Romulus rex creatur, annos 240 quibus auctor reges durasse ait, resultabunt illi ipsi anni 1504. Sed quis locus dubitationi, cum ad an. olymp. 69 auctor ascribat nonum annum post exactos reges; qui nonus annus retrogradiendo incidit in annum illum 1505, seu 1 olymp. 67? Occasio autem, quare vulgati hæc assignarunt ad an. 3 olymp. 63 inde nata, quia librarii annos regum computarunt 243, vel 244, ut vulgus scriptorum; vel quia etiam forsan viderant in Fastis illum annum esse initium consulum, sicut etiam Dionys. lib. i tribuit circa 1 olymp. 68. Sed debuerant animadvertere non eamdem mentem esse Eusebii, immo eum differre 4 annis a Dionysio et aliis, qui dant regibus 244 annos; et proinde antevertere initium coss. citius quatuor annis.

(Ibid.) *Romanorum imperaverunt annis* 240, *sive*,

ut quibusdam placet, 243. In Au. imperaverunt annis 143, cæteris omissis, sicut etiam in Fre. Quam lectionem retinuissem libenter, nisi alii mss. Beda et Marian. obstarent, et nisi idem haberetur apud Eutropium, a quo hæc sumpta sunt pene ad verbum; præcipue vero nisi hic numerus 240 exsurgeret absolute ex contextu annorum, quos singulis 7 regibus assignat Eusebius. Glareanus putat a librario mendose factum ut hic an. 243 pro an. 244 sit positum hoc loco; licet enim hæc lectio a nonnullis chirographis, P., Fux. et 3 mss. Fab., habeatur, prætereaque auctoritate Livii, Dionysii, Fastorum Onuphrii, Sigonii et plurimorum aliorum testimonio confirmetur : mutationi tamen aditum interclusi, quod numerus ille 243 graves habeat assertores, sicuti Solinum, Eutropium, Orosium, Rufum, et alios plerosque. Quæ diversitas nata est ex diversis tabulis Catonis, et Varronis, ut diximus, quorum ille numerabat ab Urbe usque ad consules 243; hic vero 244. At quia auctor sequitur Catonis opinionem in designando Urbis natali, nil mirum si mentionem fecerit potius ejus summæ 243 quam alterius 244.

(441, IV.) *Romæ post exactos*, etc., usque ad *imperium olymp.* 183. Variæ his sedes designantur. Nam in Fa., Lo., Fux., ad an. 2 olymp. 67 disponuntur; in Peta. ad an. 3 ejusdem olymp.; in Pi. ad an. 4; in Vi., O., ad an. 1. Sed ab istis discedere nefas duxerim, ne a significatione et sensu verborum eo vel inviti reducamur. Cæterum in Pi. jacent ad latus horum, *Pulsis ab urbe*, etc.; et statim post an. 35 Tarquinii, ista, *Hæc per tempora in ordinem, non per annos digeruntur :* quibus crediderim librarium (neque enim ullo pacto Eusebio tribuenda) indicare voluisse in his quæ incipiunt *pulsis ab urbe*, etc., usque ad illa verba, *olymp.* 183, minus exacte annorum ordinem fuisse observatum ab auctore vel a librariis.

(Ibid.) *Consules duo*. Vox *duo* non exstat in A., L., M., So., H., Pi., Fux., Peta., Ven., Lut., Vi., O., Lo., Alber., nec apud Freculphum, Comestorem, et Bedam, sed est veritati consentanea, licet suspicer non esse auctoris.

(Ibid.) *Decimo septimo*, etc. Ante hæc habentur sequentia, *Reges gentium diversarum* in Pi., Vi., O.

(Ibid.) *Decimo septimo*. Desiderantur in Pi. notæ illæ 17, seu voces *Decimo septimo*. Varie enim pinguntur, neque facile est judicare ex auctoribus, utrum sint necessariæ, necne; immo si superiora observes, cum Lesbii sint ultimi, et decimi inter eos qui mari dominati fuerint Æginetæ, hi censendi essent undecimi : forsan hic numerus processit ex errore librarii, qui cum videret (ut cernitur in Pi.) hanc sententiam, *mare obtinuerunt*, etc., appositam statim post numerum XLII, qui in serie exprimit annum 62 Amyntæ, judicavit illam notam esse initium illius sententiæ, et pro XLII legit XVII, *v* pro *l.*, cui similia non semel occurrunt in hoc Chronico, ut observavimus circa olymp. 184.

(Ibid). *Æginetæ annis* 20 *usque ad transitum*, etc. Interjecimus num. 20, ex M., L., A., V., P., Al., Lo., Peta., Fa., Pi., Fux. et tribus mss. Fab.; alioquin sensus erat imperfectus, cum prius legeretur *Æginetæ annis usque ad transitum Xerxis :* immo numerus augendus videbatur, cum a 4 olymp. 68, usque ad 4 olymp. 74 quo auctor transitum illum refert, intercedant anni 24. Verum obmutescentibus libris, et nos stetimus, ne conjectiones nostras vindicare velle videamur. Quod autem Æginetæ obtinuerint mare numero navium usque ad transitum Xerxis, idem testatur Plutarchus in Themistocle, quinetiam ultra extendit : Thucydides vero lib. III, videtur facere eodem ipso tempore Syracusanos et Corsicos magistros maris.

(Ibid.) *Æginetæ*. Castigatius quam antea : vulgati enim *Æginatæ* volebant. Hujus mutationis auctores fuerunt Lo., Peta., licet in illis pro *æ* diphthongo in *e* desinat. His, quo res firmior sit, accedunt Fa., in

A quo *Eginetæ*; in Pi., L., *Aginitæ*; firmius tamen stabilietur, si rationem asciveris, quæ eum dictet ab Αἰγίνη insula appellationem sortiri, sic necessario sunt dicendi incolæ. Adde Pausaniam libro VIII, Αἰγινῆται, Ælianum libro I et XII, Plutarchum in Crasso, Strabon. lib. VIII, et Stephanum, qui quamvis, dum auctoritatem Strabonis adhibet, apud illum haberi dicat Αἰγινάτας, non Αἰγινήτας : tamen Strabo utrumque habet.

(Ibid.) *Census Romæ agitato*. Hic census cum in Lo., Fux., laterculum anno 7 Darii respondentem occuparet, in Pi. an. 26; in Vi., O., an. 24; nos quoniam ita placet Peta., Fa., septem Vaticanis et excusis, circa an. 18 disposuimus, et etiam quia constat ex Dionysio lib. V illum censum factum eodem anno, quo Largius factus est Dictator.

(Ibid.) *Inventa sunt* 120 *millia*. In septem Vatican. et Fa. *inventa sunt* 115000, sed mendose, ut ex Mar., Fre. et aliis cod. liquet. Dionysius numerat, B lib. V, 150 *millia eorum qui pubertatem attigissent, et septingentos insuper*.

(Ibid.) *Nono anno post exactos*, etc. Eamdem his sedem reservarunt cusi, quam superioribus circa annum 1 olymp. 69, non sine scriptorum exemplo, ut Peta., Lo., Fa., Fux. et Mar. Quid enim obest? e iamsi aliquot alii dissentiant, ut Vi., O., qui ad sequentem annum, et ut Pi., qui circa an. 3 olymp. 71, cum jam constituerimus initium coss. ad an. 1 olymp. 67, a quo hic annus numeratur nonus; et licet Livius lib. II scribat, *non satis constare quo anno et quibus coss. dictator creatus sit, nec quis fuerit primus; tamen apud veterrimos* (ut loquitur) *auctores inveniitur Largius primus dictator et Cassius primus magister equitum* anno 9 post exactos reges.

(443, IV.) *Valerius Bruti consulis*, etc. Abest *consulis* in Lo., Pi., Fre., L., Vincen., A., Fa., Fux., Peta., Vi., O. Porro post hunc paragraphum in editionibus Basili et Sonni. erat aliquod interstitium cum hac nota, *Quæ nunc sequuntur, humanissime le-* C *ctor, cohærent inter se; nec fuerit opus utrasque paginarum lineas amplius observare, ita ut fieri necesse fuit superius :* quæ cum desint in omnibus mss., quin etiam in duabus primis editionibus, nullo modo judicavi inserenda, sed, his omissis, contexuimus sequentia, prout habent mss. Scias autem situm esse diversum; alii volunt hæc concurrere cum an. 46 Amyntæ, ut Lo., Fa.; alii cum 47, ut Mar.; alii cum 50, ut Peta., Fux.; alii cum 5 Alexandri, ut Pi.; alii cum 1 ejusdem, ut Vi., O., quibus ego ultro me adjunxi; propius enim accedunt ad sententiam Livii lib. II decad. 1, et Dionysii lib. III, qui Valerii Publicolæ ex hac vita discessum ac funus referunt, ille ad annum Urbis 251, hic ad annum 3 olymp. 69, qui jacet ex adverso an. 2 Alexandri : quæ dum minus exacte advertunt nonnulli librarii, habentque tantum rationem consulatus illius, aliam illi sedem delegerunt.

(Ibid.) *Hellanicus*, etc. Certant inter se chirogra- D phi, dum alii anno 20 Darii hæc constituunt, ut Fa.; alii 21, ut Peta., Fux., Lo.; alii 45 ejusdem, ut Pi., Vi., O.; sed nil persuadere potuit vulgatorum sedem esse dimovendam. Firmatur enim auctoritate Laertii, qui l. IX scribit Heraclitum floruisse olym. 69, et Democritum olymp. 80; et l. II tradit Anaxagoram obiisse an. 1 olymp. 78. Plinius tamen l. II, c. 58, vult eum anno 2 ejusdem olymp. 78, prædixisse diem casus lapidis e solo ad *Ægos flumen*, de quo auctor circa ipsam olymp. 78. Cæterum pro *Hellanicus* (sicut habent Græci Ἑλλάνικος) habes in Vi., O., *Hillanicus*; in Lo. *Helanicus*.

(Ibid.) *Heraclitus*. In editis erat scriptum *Heraclytus* cum *y*; sed maluimus sequi ipsum auctorem in subsequentibus, et Plutarchum, Suidam, Strabonem, Plinium, Aristotelem, Ciceronem, Laertium, Solinum; *Heraclius* Mar. habet.

(Ibid.) *Tenebrosus. Scotinos* Al., Fux.; sic Cicero l. II de Finibus, quæ vox idem sonat Græcis, quod

*Tenebrosus* Latinis. Hujus Heracliti describit vitam Laert. l. IX, eumque dicit *Tenebrosum* propter operum, quæ edidit, obscuritatem. Hinc epigrammata illa, quæ ibidem habentur, et quibus indocti arcentur ab illius operibus, ac ibidem Darius in epistola ad eum, accusat obscuritatis opera illius.

(443, IV.) ....... *Anaxagoras physicus, clari.* Lo. *Anaxagoras, phisici clari;* prius exstat apud Fre. et Vincen. I et II tom. Specul. et alios codices, licet utraque lectio possit ferri. Apud Mar. *philosophi clari.*

(Ibid.) *Pythagoras philosophus moritur.* Varius est terminus assignatus mortis Pythagoræ, ut secundum quosdam chirographos anno 48 Amyntæ, ut Vi., O.; vel 49 ejusdem, ut Pi.; vel anno 6 Alexandri, ut Mar.; vel an. 7, ut Peta., Fux., Lo., Fa. et typis exarati: vix ex aliis scriptoribus certus annus obitus hujus (nam fuisse quatuor et plures hujus nominis fere eodem tempore docent Laertius l. VIII, Suidas et Plutarchus) Pythagoræ elici potest; immo in ejus sæculo assignando variant plurimum veteres.

(Ibid.) *Volsci Coriolos.* Emendavimus *Coriolos* pro *Coriolum*, ex L., M., A., Lo., Vi., O., V., Peta., Fux., P., Al., Pi., et ex verbis mox sequentibus *qui Coriolos ceperat.* Idem Plinius, l. III c. 5, et Plinius secundus lib. de Vir. illustr., Dionysius l. VI, ut etiam Livius passim. Hinc corrige Marianum, ubi *Coriolanos.* Erat autem *urbs quasi caput Volscorum*, ut loquitur Dionysius. Verum pro *Volsci* habes *Vulgi* in Fa.; *Vulsci* in Fux., *Uulsi* in Lo.; de his supra. Porro jacet hic versiculus in laterculo opposito, vel anno 32 Darii, ut in Vi., O., vel 35, ut in Pi. Sed quam longe distant a Fux., Lo., Peta., Fa., editis et Mar., in quibus anno 25 opponuntur! Et apposite cum sit annus 16 post regifugium, vel quia, ut colligere licet ex Livio l. II et Dionysio l. VI, expugnatio Coriolorum eodem anno accidit; et licet illi duo illam referant ad annum Urbis 261, et Dionysius ad an. 1 olymp. 72, auctor autem ad. an. Urbis 257 et ann. 4 olymp. 70, nihilominus non est existimandum in hoc esse errorem librarii, ut multi credunt, sed manare ex eo quod auctor tribuat tantum regibus 240, et proinde antevertat initium coss. quatuor annis.

(Ibid.) *Æschylus.* Difficile est conciliare chirographos, quorum alii Æschylum constituunt circa 49 Amyntæ, ut Vi., O., Pi.; alii circa an. 7 Alexandri, ut Peta., Fux.; alii circa 8, ut Lo., Fa. et editi. Sed nec id mirum, cum non uno tantum anno, sed pluribus floruerit. Unde idem reperies circa olymp. 75, vel quia auctor oblitus erat præcedentium, vel quia (quod magis crediderim) juxta varios auctores varium tempus ascripserit.

(Ibid.) *Latini contra*, etc. Non idem omnes libri. Nam Peta. disponit ista circa 26 Darii; Vi., O., circa 35; Pi. circa 36. Lo., Fa., Fux., Mar. et excusi circa 27, in quo situ auctor multum dissidet a Dionysio et Livio, qui referunt hanc Latinorum rebellionem ad eumdem annum quo primus dictator creatus est: immo volunt fuisse unam ex præcipuis causis quibus instituta est dictatura.

(Ibid.) *Romæ populus*, etc. Rejiciuntur ista ad 27 Darii, seu 3 olymp. 71, in nonnullis, ut in Peta., Fux.; vel ad 28, ut in Lo., Fa., Mar. et excusis; vel ad primum Xerxis, ut in Pi.; vel ad 3 ejusdem, ut in O., Vi. Vulgatorum situs confirmatur auctoritate Plutarchi in Coriolano, Eutropii, et Asconii Pædiani in orationem Ciceronis pro Cornelio, quæ periit injuria temporis. Etenim hi omnes referunt hæc contigisse anno 16 post reges exactos; Ciceronis verba sunt prout a Pædiano referuntur: *Tanta,* inquit, *in illis virtus fuit, ut anno 16 post reges exactos, propter nimiam dominationem potentium, leges sacratas ipsi sibi constituerent, duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui hodie sacer nominatur, in quo armati consederant, æternæ memoriæ causa consecrarent :* hic enim annus est 3 olymp. 71, A et annus 16 post regifugium, secundum Dionysium et vulgarem veterum opinionem, qui primos consules assignant anno 4 olymp. 67, seu 1 olymp. 68. Adde quod testibus Pædiano, Fenestella, Dionysio et Livio, hæc plebis secessio in sacrum montem contigit *Virginio et Veturio* (seu ut scribunt Fenestella, Livius, et Mar., *Vetusio*) coss. quos Fausti Onuphriani disposuere e regione anni 3 olymp. 71, qui oppositum habet decimum illum annum Alexandri. Dignum est observatione auctorem non habere hoc loco rationem anni, ad quem constituit initium coss. (Nam ab an. 1 Olymp. 67 iste annus esset an. 19), sed illorum auctorum, qui ad hunc annum constituebant annum 16, a creatione Coss.

(Ibid.) *Martius qui Coriolos*, etc. In Vi., O., desideratur tota sententia: at varie disponitur pro varietate exemplarium, ut in Pi. circa an. 3 Xerxis; in Lo., Peta., Fa., Fux., et excusis ac Mar., circa an. 29 Darii, seu 4 olymp. 71, qui est Eusebio annus 20 post exactos reges : cui anno 20 Livius et B Dionysius hoc ipsum tribuunt, licet hic multum differat in anno olympiadis. Nam vult esse ann. 2 olymp. 73. Hæc autem late narrantur a Plutarcho in Coriolano, Dionys. l. VIII, Livio l. II, Valer. l. I c. 8, et l. V, c. 2.

(Ibid.) *Bellum quod in Marathone.* Superat numerus eorum codicum, qui volunt ista reponenda ad 30 Darii et 1 olymp. 72, sicut habent vulgati. Nam ad illos accedunt Peta., Fa., Lo., septem Vaticani, Fux., Mar. et reliqui, sed male, ut Pi., O., et Vi., ad 19 Darii; Sulpitius l. II ait contigisse quadriennio ante quam decederet Darius : qua in re non tam ad auctorem accedit, quam cum ait factum an. Urb. 260, idque post Gellium lib. XVII c. 21. Nam ille annus Urbis concurrit apud auctorem cum 30 Darii vertente. Ab his non longe absunt Thucydides l. I, et Plato l. III de Legibus, dum numerant decem annos inter bellum Marathonium et Salaminium : licet auctor interponat annos 11 integros. Confirmant etiam C vulgatum situm Herodot. l. VII, in initio, dum scribit Ægypti defectionem contigisse anno 4 post pugnam Marathoniam, et Darium decessisse *altero anno ab illa defectione;* ergo anno 30 Darii commissa illa pugna, cum regnarit tantum an. 35. Deinde idem ipse Herodotus videtur significare illam accidisse statim a plenilunio, et circa Olympicos ludos. Cicero in Bruto hunc ipsum annum indicare videtur cum ait, *hoc bellum Persarum fuisse eodem fere tempore quo bellum Volscorum, cui Coriolanus exsul interfuit*, et de quo auctor hoc loco : Dionysius l. V ait accidisse an. 16 post mortem Bruti, id est an. 2 olymp. 72, quo præfecturam gerebat Athenis *Hybrilides*, teste etiam Pausania l. VI. Plutarchus tamen in Vita Aristidis vult factum archonte Athenis *Phæippo*, seu potius *Phanippo*, et anno superiore antequam Aristides potiretur præfectura Athenis, itaque uno anno serius.

(Ibid.) *Ea quæ de Miltiade.* Quod ea ratio vocis D hujus *Miltiade* scribendæ fuerit a nobis inita, et potius quam prisca *Milciade* probetur, tribuito codicibus illis Pi., Lo., præsertim cum alii ad eos accederent, ut Fux., Peta., in quibus *Militiade* mendose pro *Miltiade :* item ut Vi., O., ubi *Milthiade* ascita aspiratione; sed præterea quia ita passim Herodotus, Plutarchus, Dionysius, Pausanias, Æmilius Probus, Gellius. Sed quis ignorat Miltiadem celebrem factum hac pugna Marathonia contra Persas, in qua ille Atheniensibus præfuit? et Aristidem quoque tum ex præfectura quam Athenis obtinuit anno insequente, tum ex eo quod erat unus ex præcipuis ducibus Atheniensium in illa pugna.

(Ibid.) *Panyasis. Panniasis*, Peta., Vi., O; *Pannyasis*, Fux.; *Paniasus* Lo., Pi. Vulgata lectio est Apollodori, Suidæ, Athenæi l. II et XI; at apud Clementem oratione ad Gentes, et Pausaniam l. X, *Panyasis.*

(Ibid.) *Trecenti nobiles*, etc., *familiæ a Veientibus.*

*A Veiensibus* Vi., O.; *a Veiensibus* Lo., sed perperam. Porro cum prius in vulgatis his assignata sit sedes e regione anni 33 Darii et 4 olymp. 72, ad imitationem Fa., septem Vaticanorum, Lo., Peta., Fux., habentur autem in Pi., Vi., O., ad an. 2 olymp. 74, Fasti Onuphrii referunt ex opposito consulatus *Agrippæ et Pulvilli*, quem collocant cum anno 4 olymp. 75. Gellius l. XVII cap. 21, eosdem consules nominat, et addit hoc factum anno fere 4 post pugnam Salaminiam, quod illi anno 4 olymp. 75 optime respondet. Diodor. l. XI refert ad consulatum *Minutii et Pulchri*, et ad an. 1 olymp. 77; Eutropius ad consulatum *Fabii et Virginii*, quos Fasti Onuphrii collocant circa an. 2 olymp. 75; Livius l. II ad consulatum *Horatii* et *Menenii*, hoc est ex Fastis Onuphrii an. 4 olymp. 75, quæ varietas coegit nos nil innovare. Hoc solum addidisse sufficiat, constare ex Plutarcho in Camillo hanc cædem Fabiorum contigisse ad 18 Julii, circa solstitium et plenilunium æstivum, itaque desinente uno anno olympiadis, et ineunte altero.

(445, IV.) *Cum in Algido. Alcido* Peta., *Alchido* Lo. Plures tamen a nobis faciunt, Fux., Fa., Pi., O., Vi., Mar., Diodorus, Eutropius, Livius, et alii. Est enim oppidum Latii Mediterraneum. Difficile vero exhibere huic sententiæ certum locum, cum Pi., Vi., O., assignent ea Xerxis an. 6; Peta., Fa., Lo., Fux. et Vaticani septem, ac Mar., an. 33 Darii, quibus accedunt impressi.

(Ibid.) *Ægyptus recessit*, etc. Continent ista Vi., O., quidem, in laterculo opposito anno 25 Darii; Pi. an. 29; Fux., Peta., Fa., Lo., septem Vaticani, Mar. et impressi, anno 34, qui propius ad Herodotum scribentem l. VII, Darium obiisse altero ab Ægyptiorum defectione anno, accedunt.

(Ibid.) *Gelo obtinuit Syracusas.* In Fux. pro *Gelo* scribitur *Gelon.* Porro sedis horum varietas ea est, ut alii constituant in an. 27 Darii, ut Pi.; alii in 26, ut Vi., O.; alii in an. 34, ut Mar. una cum septem Vaticanis; alii, ut Peta., Fa., Lo. et excusi, in an. 35, seu 2 olymp. 73; alii, ut Fux, ad an. 7 Xerxis. Cui horum potius adhæreamus non ita ex veteribus scriptoribus liquet, qui differunt aliquot annis ab auctore. Nam Dionys. lib. VII refertur initium imperii Gelonis paulo ante an. Urb. 262 et an. 2 olymp. 72, qui anno 31 Darii opponitur. Pausanias quoque scribit l. VI, *Gelonem rerum potitum Syracusis* an. 2 olymp. 72. His conformes sunt Aristotel. l. I Politic. c. 12, et Diodor. l. XI, dum uterque vult eum regnasse septem annis, et Dionysius addit eum vita functum coss. *Fabio et Æmilio Mamerco*, qui incidunt in an. 1 olymp. 74. Nam quod Plutarchus in Lysia ait Hieronem regnasse olymp. 82, probabile satis est vitio librarii *Hieronem* repositum pro *Gelonem.*

(445, II.) *Xerxes*, etc., *annis* 20. Severus Sulpitius, l. II, ait eum regnasse *uno et viginti annis*, quinetiam idem habent codices editi et nonnulli mss., qui licet viginti tantum annos habeant hoc loco, in serie tamen deducunt annos 21. Verum cum chirographi Vi., O., Pi., Lo. et Mar., viginti tantum utrobique referant, idem nobis præstandum duximus, propter rationes quas deducemus infra, ubi agemus de Artabano.

(445, IV.) *Pompilia. Popilia* S., Lo., Pi.; *Pampilia* P.; idem nobiscum habent Fre. (licet sit appositum per parenthesin *alias Porphyria*) et duobus in locis Vincen. tom. I Specul. Sic etiam vulgus auctorum. Apud Orosi. l. II c. 8, *Popillia;* apud Dionys. l. VIII, *Opimia;* apud Livium et Mar. *Oppia*. Nec est novum has voces *Pompilia* et *Popilia* sæpe confundi. Nam cum Gell., l. I c. 12, faciat mentionem legis Popiliæ, illa est quæ vulgo dicitur Pompilia; sic forum *Popilii* et *Pompilii;* sic *Pompilius Rufus* (de quo lib. Inst. tit. de eo cui liber. caus. bona addic.), et *Popilius Rufus*. Quoad situm, Fux., Peta., Lo., Mar., circa an. 36 Darii, seu 3 olymp. 73, assignant hunc paragraphum; Fa., septem Vatic. et impressi, anno 1 Xerxis; Pi. an. 8; Vi. et O. an. 10 ejusdem. Non minus inter se dissident Livius, Dionysius et Orosius. Nam illi duo collocant ad an. Urbis 271 et 3 olymp. 74. Orosius ad an. Urb. 275 et olymp. 74.

(Ibid.) *Xerxes Ægyptum capit.* Fux., Peta., Mar., circa an. 1 Xerxis ista reponunt; Fa., Lo., septem Vaticani et editi circa an. 2, seu 1 olymp. 74; Vi., O., circa an. 31 Darii; Pi. circa an. 32. Nil mutandum ab editis, quia Herodotus, qui tunc vigebat, lib. VII ait Ægyptum subactam a Xerxe *altero* (id est secundo) *anno a morte Darii*, quod recte congruit cum Dionysio lib. VIII, qui ait id contigisse an. Urbis 275. Nam si numeres a 2 anno olymp. 6, qui est Abraham 1262, reperies illos annos Urbis concurrere cum an. 1 olympiad. 74.

(Ibid.) *Choerilus. Choralus* S.; *Choeralus* Lo., *Coralus* Fa.; *Charolus* Va.; *Chirilus*, Pi. In vulgatis et aliis mss. *Cerilus;* Κοίριλος apud Pausaniam, Strabonem, Athenæum et alios plures. Itaque in tanta varietate non inviti discessimus a vulgata, freti auctoritate eruditissimi Turnebi, qui lib. XXVI Adversar. cap. 26, de hoc loquens, *Non est* (inquit) *dubium quin Choerilus per œ scribi debeat*, et ita legis apud Q. Curtium lib. VIII, Josephum lib. I contra Apionem, Laertium lib. I, Clemen. lib. I Stromat., et alios plures.

(Ibid.) *Phrynicus.* Purior scriptura juxta Pi. et L. quam, ut olim, *Phrinicus*. Nostram enim tuentur lectionem Suidas, Strabo, Aristoteles, Laertius, Plutarchus, Pausanias, Herodotus, Ælianus, licet in his quatuor legatur *Phrynicus* cum *ch*.

(Ibid.) *Xerxes pontem in Hellespontiaco mari fecit.* Desunt in A., L., M., quatuor Vatic., O., P., Lo., Pi., Vi., Fa., Peta., Fux. Nihilominus quia sunt consentanea historicis, et ab aliquot codicibus confirmantur, non sunt rejicienda, cum de hoc transitu Xerxis ut re celebri et notissima. antea auctor sit locutus. Neque præterea sunt movenda loco a 4 olymp. 74. Nam Thucydides lib. I scribit illum transitum contigisse anno 10, post pugnam Marathoniam; Clemens lib. I Strom. ex Eratosthene in Chronicis numerat a prima olympiade ad transitum annos 297, qui coincidunt in an. 1 olymp. 75, sub quo Diodor., initio libri XI, constituit illum transitum, sicut etiam facit Dionys. Halicar. lib. IX, quibus accedit Herodot. lib. VII, dum idipsum tribuit post triennium ab expugnata Ægypto. Verum auctor vel quisquis hæc adjecit, sumpsit annum finientem 4 olymp. 74 pro an. 1 ineunte sequentis olympiadis 75, ut in annis Urbis et passionis Christi, et sicut sæpe occurrit apud auctorem et graves scriptores.

(Ibid.) *Xerxes cum Athenas*, etc. Corrupte habentur in Vi., O., ad an. 25 Darii; non ita incommode in Pi. ad an. 3 Xerxis; nec in Fux. et Peta. ad an. 4; sed rectius Lo., Fa., septem Vaticani et Vulgati ac Mar. ad an. 5, seu 4 olymp. 74. Nam testantur Herodot. lib. VIII, Diodor. lib. XI, et omnes historici, Athenas captas eodem anno quo Xerxes transiit in Græciam, de quo proxime dictum est.

(Ibid.) *Bellum quod in Thermopylis*, etc. In Vi., O., est positum ad an. 36 Darii; in Pi. ad an. 4 Xerxis; in Peta. et Fux. ad an. 5; in Lo., septem Vaticanis, vulgatis ac Mar., ad an. 6, seu 1 olymp. 75, quos videtur confirmare Herodotus lib. VII, dum significat hanc pugnam contigisse circa certamina et festa Olympica.

(Ibid.) *Apud Salaminam.* In Lo. apud *Salamina*, ut apud Æmilium Probum; in Vi. et O. *apud Athenienses*, sed perperam: Hieronym. in Daniel. XI firmat nostram lectionem, cui conformis Mar., licet utrumque sit apud bonos auctores, et *Salamina* et *Salaminam*.

(447, II.) *Principium 71 jubilæi secundum Hebræos.* Ascita sunt hæc ex Lo., Pi., L., Peta., Fux., Fre., et addita ad an. ab Abraham 1545, licet nonnihil varient codices illi. Nam in Lo. et Fre. habetur, *principium 70 jubilæi secundum Hebræos*, anno ab

Abraham 1545 et an. 1 olymp. 77; in Fux. *principium* 71 *jubilæi*, etc., ad an. ab Abraham 1546 et 2 olym. 77, quod non parum confirmat conjecturam superiorem de collocando jubilæo 41 circa 45 ab Abraham; in Pi. et L. *principium* 72 *jubilæi*, etc., ad an. ab Abraham 1544; in Peta. *principium* 71 *jubilæi*, etc., ad an. ab Abraham 1547. Nobis in his angustiis constitutis et dubiis quo propenderemus, satius visum est mediam viam sequi, licet si favissent libri, libenter disposuissemus ad an. 1551 ab Abraham. Sic enim singula inter se aptissime responderent, cum circa an. 51 ab Abraham 41 jubilæum collocaverimus. Nam trigesies quinquaginta faciunt annos 1500, quibus junctis an. 51 præcedentibus, conficitur summa 1551. Tamen quia Hebræi non eosdem et similes annos cum auctore tribuunt regibus Juda et Israel, non est mirum si principium 71 jubilæi incidat in an. Abrahæ 1545, ut alias notavimus. Librarius hunc versiculum prætermisit.

(447, IV.) *Athenienses Piræum. Athenienses iterum Piræum* Fux.; alii *Piræum*, ut Tacitus, Plinius, Pausanias, Plutarchus, Strabo: alii *Pirœum* ut Justinus et Mar. Tota sententia deest in Vi et O.; Fux. autem et Pi. ad an. 6 Xerxis collocant, seu ad an. 1 olym. 75. Cusi, cum Lo., Fa., Peta., Mar., ad an. 7, quibus propius accedit Diodorus lib. XI, dum hoc ipsum tribuit an. 4 olym. 75, et tam ipse quam Pausanias lib. I, et Thucydides lib. I, testantur esse insignem portum in Attica (de quo etiam vide Ciceronem lib. VII ad Attic. epist. 3), et ejus prima fundamenta jacta fuisse anno 3 olymp. 71, Themistocle archonte; tandem ejus consilio absolutum hoc anno.

(Ibid.) *Hieron Syracusis regnat. Gelon Syracusis regnat in Sicilia* Fux., sed perperam. Varius autem his assignatur situs: Pi. enim collocat ad an. 1 olymp. 75, et ita videretur, cum sit annus 8 regni Gelonis ejus fratris, et Arist. lib. V polit. cap. 12 scribat Gelonem regnasse annos 7, licet Diod. lib. XI velit tantum 6; Fux. ad an. 2; Fa., Lo., Peta., septem Vaticani, Mar. et impressi, ad an. 3; quod firmatur auctoritate Diodori lib. XI, qui ejus regnum constituit post pugnam in Plateis. Sed cum dissidium sit solum de ejusdem olympiadis anno, nil mutandum censeo maxime in re dubia. Semper reminisci debemus sententiæ Dionysii lib. VII: ὀλίγοις μὲν οὖν ἔτεσι διαμετρεῖν [F. leg. διαμαρτεῖν] τῶν χρονῶν δεῖ τις ἂν [F. leg. δοιό τις ἂν] ἱστορικοῖς ἀνδράσιν ἀρχαίας καὶ πολυετεῖς συντασσομένοις πραγματείας. *Ferendum erat si quis paucis annis falleretur in supputatione temporum in prisca et multorum [annorum] historia.* Non est tamen prætermittendum ista a Vi. et O. abesse penitus.

(Ibid.) *Bellum quod in Plateis et in Mycale. Bellum in Plateis factum et in Micale pugna* Fux. Addidimus vocem *quod*, cum antea legeretur *bellum in Plateis*, ut in B., H., Sd., Lut., Pet; vel *bellum Plateis*, ut in Ven. Nam etiam in superioribus bellis interjecit illam particulam *quod*: hoc autem gestum est ab Atheniensibus, duce Pausania aut Aristide (scriptores enim non sibi constant) contra Marianum ducem Xerxis; et Herodotus terminat suum opus in descriptione hujus belli. Illius trophæa, et alterius quod in Mycale, in variis locis sunt disposita. Nam in Vi et O. respondent anno 5 Xerxis; in Pi. an. 6; in Fux. an. 9; in Fa., Lo., Peta. et impressis, an. 10. Si codex affuisset, reposuissem ad an. 7, et 2 olymp. 75, quia potest colligi ex Diodor. lib. XI, et Herodoto lib. ult., has duas pugnas contigisse sequenti anno, post illas in Thermopylis et Salamina: Pausanias etiam lib. VI ait id factum olympiade 75.

(Ibid.) *Mycale*. Rectius quam, ut olim, *Michale*, quia sic Fux., cui proxime accedunt *Micale* in Peta., Lo., Fre.; *Migale* Pi.; sed præcipue quia ita Plinius, Thucydides, Pausanias, Suidas, Herodotus, Ptolemæus, Μυκάλη.

(Ibid.) *Hieron. post Gelonem*, etc. Hæc mihi pridem suspecta, ut proinde expungenda censerem:

A superius enim ab hinc duobus tantum annis habentur, ubi tamen adverto majorem consensum codicum et Mar. qui omnes, præter O., Fux., Vi., bis repetunt, mutavi sententiam. Nec minor difficultas in situ designando: Nam Vi. et O. reposuerunt ad an. 3 olymp. 74; Pi. ad an. 8 olymp. 75; Fux. ad an. 1 olymp. 76; Fa., Peta., Lo. et impressi, ac Mar., ad an. 2 olymp. 76.

(Ibid.) *Pindarus musicus*. Vox *musicus* abest ab L., A., M., V., S., Pi., Vi., Lo., Mar., Fa., Peta., Fre., unde penitus sustulissem, ni me vulgatorum et aliquot mss. religio retinuisset.

(Ibid.) *Themistocles in Persas fugit*. Varia hujus fugæ latibula. Nam in Pi. in laterculo opposito an. 25 Alexandri reponuntur; in Vi. et O. an. 26; in Peta. et Mar. an. 32; in Lo., Fux., Fa., septem Vaticanis et impressis, an. 31. Censet Diodorus hæc contigisse an. 2 olymp. 77 (qui est auctori an. 33 Alexandri), coss. *Aug. Virgilio et Servilio Sirato*, quorum tamen consulatus incurrit apud Onuphrii

B Fastos in an. 1 olymp. 76. Ægre tamen conciliari possunt, cum certum sit Eusebium a Diodoro in enumerandis olympiadibus et comparandis cum rebus Romanorum, sæpe admodum dissidere. Thucydides lib. I longe ab his distat, cum Themistoclem non ad Xerxem, sed ad Artaxerxem ejus filium fugisse refert. Nihilominus Plutarchus, Valerius et alii plerique concordes sunt de Xerxe.

(Ibid.) *Sophocles Tragœdiarum*, etc., In Fux. desiderantur, in cæteris ita varie exstant, ut alii conferant ad an. 4 olym. 75, seu an. 9 Xerxis, ut Pi.; alii ad an. 11, ut Vi., O.; alii ad an. 15, ut Peta., Mar. Placet magis situs ad an. 14, seu 1 olymp. 77. Nam ad editos, qui ita reposuere, accedunt Lo., Fa.

(Ibid.) *Romæ virgo Vestalis Sunia*, etc. Dionysius lib. IX vocat eam *Urbiniam*, Mar. *Vrbiniam*. Plures cum sint qui ad. an. 2 olymp. 77, seu an. 15 Xerxis reposuerunt, ne fovisse videremur dissidium, ad eos nos adjunximus. Sic enim, præter editos Lo., Fa.,

C Vi., O., licet dissideant in anno olymp. quod posteriores duo annum primum connotent, priores annum 2, reliqui, ut Peta., Fux., Pi., Mar., an. 16 ejusdem Xerxis, firmantur editi auctoritate Dionysii et quoad an. olymp. et quoad an. Urbis 282, quia ille numerus adjectus ad an. 1264 ab Abraham conficit summam 1546, quam vides hoc loco concurrere cum an. 15 Xerxis.

(Ibid.) *Sophocles et Euripides*, etc. Has repetitione tam vicina satis significavit auctor varia de Sophocle haberi, ut minus mirum videri debeat, si codices minus inter se conveniant: Pi. aggregat ad an. 10 Xerxis, seu 1 Olymp. 76; Vi., O., ad an. 15; Lo., Fa., adjunctis editis, ad an. 16; Peta., Fux., Mar., ad an. 17, quod est verisimilius, si Euripides nascitur circa olymp. 74, ut colligitur ex Suida, dum ait eum obiisse olym. 93, et vixisse annos 75.

(Ibid.) *Euripides*. Antea scriptum erat *Eurypides* per *y*, sed quam fœde, docent non solum mss., sed

D etiam Cicer., Plin., Polybius, Valer. Max., Ælianus, Pausan., Athenæus, Strabo, Plutarchus et ipsa Euripidis opera.

(Ibid.) *Clari habentur*. Additur in Fux. *Tragœdiarum poetæ*.

(Ibid.) *Herodotus historiarum*, etc. Dum huic patri historiæ, ut loquitur Cicero lib. I de Legib. sedem parant codices, alii ad an. 14, seu 4 olymp. 76, reposuere; alii ad 18, ut Mar. Malim tamen ad an. 17. Sic enim Fa., Lo., Peta., Fux. et editi.

(Ibid.) *Bacchilides. Bachilides* Vi., O.; Peta., Fa., Fre.; *Baccilides* Lo.; *Heraclides* Mar.; *Bacchylides* Fux., ut Gellius lib. XX cap 6; sicut Βακχυλίδης, scholiastes Apollonii, Plutarchus lib. de Exsilio, Suidas et alii. Sed quia idem nomen sæpius in hoc libro reperitur cum hac ipsa scriptura, nil muto.

(Ibid.) *Diagoras Athenis*. *Diagoras Atheus* Lo., Pi., L.; *Diacoras Athenii* Fa.; *Diagoras athenæus* Peta.; *Diagoras Athenæus* Fux. Notius est quam ut proba-

tione nostra egeat, Diagoram patria et cognomento Melium, seu *Milesium*, nomine contemptæ seu corruptæ religionis apud gentes pessime audiisse; unde Eusebius, l. XIV de Præp. c. 6 : Ἔνιοι κατὰ φιλοσόφων καθάπερ Διαγόρας ὁ Μήλιος καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς. *Nonnulli philosophorum, veluti Diagoras Milesius, et Theodorus Cyrenaicus, et Evemerus Egiata, nullo modo deos asserebant : et ob id punitum*, ut loquitur Tatianus, atque adeo *Atheum* cognominatum et proverbio locum dedisse, *Diagorus Melius*, de summe impio : fuit enim familiare ethnicis atheos quoscumque compellare, non solum qui deorum multitudini adversabantur, sed qui ab eorum cæremoniis desciscebant, ut observant Clemens et Tatianus contra Gentes, et alii Patrum, utque videre est de ipsis Christianis apud Dionem Cassium in Domitia., dum scribit Clementem cum Domitilla uxore crimine ἀθεότητος damnatum a Domitiano : vel etiam *irreligiosi et deos abnuere dicebantur, qui corporum causas meras et simplices rimabantur*, ut loquitur Apuleius Apol. 1. Itaque loco *Athenis* reponendum videri poterat *Atheus*. Nihilominus quia major exemplar. pars *Athenis* habet, et quia constat eum Athenas migrasse capta Melo, ibique fuisse in honore per aliquot annos, satis fuerit lectorem variæ hujus lectionis monuisse, ne imitemur eorum libertatem, qui novitatis studio propter unum aut alterum ms. omnia immutant, et sæpe contra rationem. Hinc castigabis locum Vincen. tom. I Specul. : *Bachilides et Diagoras Atheni* (pro *Athenis*) *celebrantur*. Vide etiam Suidam in verbo *Socrates*, de varia significatione *Melii*. Constat etiam hunc poetam Bacchilidem patria Peloponnesiacum Athenis floruisse.

(447, IV.) *Zeuxis*, etc. Nobilem hunc pictorem varie nobis depinxere libri. Nam Pi. componit cum anno 12 Xerxis, seu an. 3 olymp. 76.; Vi., O., an. 17, seu an. 3 olymp. 77. At demum Lo., Fa., Peta., una cum editis, an. 18, seu 4 olymp. 78; Mar. an. 20. Suidas dissentit ab auctore, dum conjicit Zeuxim in tempus Isocratis; sed manifestius Plinius lib. XXXV, cap. 9, in annum 4 olymp. 95, quo tempore florebat Isocrates, teste nostro auctore, qui insinuat erroris eos, qui constituunt illum ad olymp. 89 ; docet etiam lib. XXXIV, cap. 8, cur auctor vocet pictorem, quia alter erat statuarius ejusdem nominis, qui vixit olymp. 114.

(Ibid.) *Byzantinorum. Bizanthiorum* Peta.; *Bizantiorum* Fa. ; Vi. autem et O., *Byzantiorum* ; Pi., *Bizanthyorum* ; Fux. *Bizathiorum* : de hoc supra.

(Ibid.) *Themistocles, hausto tauri sanguine, moritur*. In Fux. *Themistodes* (d pro cl) *exsul a Persarum rege Xerxe susceptus, cum videret illum bellum inferre Atheniensibus civibus suis, ne aut destitueret de se bene meritum, aut oppugnaret patriam, Magnesiæ, hausto tauri sanguine, moritur*. Sed cum desint in cæteris, videntur adjecta, licet consona veritati historiæ, testibus Diodoro, Thucydide, Plutarcho et aliis. Ista autem varie referuntur in codicibus. Nam in Fa. et 7 Vatic., ac Mar., ad an. 20 Xerxis, cui adjungunt sese comites impressi ; sed Lo., Peta., Fux., ad an. 19 ; Pi. ad an. 18; Vi., O., ad an. 3 Artaxerxis ; sed difficile est ex scriptorum libris colligere certo quo anno decesserit : Diodorus videtur notare sub coss. *Virginio et Structo*, et præfecto Athenis *Prexiergo*; verum quia horum consulatus incurrit in primum an. olymp. 76, *Prexiergi* vero præfectura in 4 vel 2 (variant enim auctores) olymp. 77, et mos Diodori est, præcipue lib. XI, XII et XIII, in unum annum congerere ea quæ variis et diversis annis contigerint, nil certi videor posse dici. Quod si obierit, ut notat auctor, eodem anno quo Socrates nascitur, ut vult major numerus exemplarium, erit ex sententia Laertii lib. II, et Apollodori in Chronicis, illius mors ascribenda an. 4 olymp. 77. Thucydides tamen vult eum venisse ad Artaxerxem successorem Xerxis.

(449, II.) *Qui menses in ordine annus deputantur*. In V., Lo., littera minutiori : *qui menses in ordinem annum reputant* ; in Ven. : *qui menses in ordine annum reputant* ; in Lut. : *qui menses in ordine annum reputantur*. At ista penitus desiderantur in A., M., P., Fux., Peta., Vi., O., L., Pi., licet hi quatuor posteriores et etiam vulgati non computent ullum annum Artabano in serie annorum, ut faciunt cæteri, et Fa., quos sequimur, ut vitemus illud absurdum, quo antea, vice illius unici anni Artabani, erat posita nota 21 in serie annorum Xerxis regis præcedentis, quasi ille regnasset 21 annis ; quod omnino Eusebio adversatur, cum illi tantum 20 annos assignet. Varie veteres de annis regni illius. Clemens lib. I Strom. tribuit 26 ; Joseph. lib. XI Antiquitt. cap. 1, dat plures 28 ; Sulpitius lib. I, Diodor. lib. XI cap. 21, Hieron. in Ezech. cap. IV, conveniunt cum auctore in anno 20. Contigit hæc diversitas ex annis, quos vixit cum patre et solus. Illi autem quatuor supradicti codices vice istius anni, et quia hoc loco nullum annum interserunt, alterum interponunt inter Sogdianum et Darium Nothum, quod alii non faciunt.

(Ibid.) *Qui Longimanus cognominabatur*. Qui *macrocheir, id est longimanus cognominabatur* Fux. Hinc ipse Hieronymus in IV Ezech. : *Xerxes qui cognominabatur* μακρόχειρ, *id est longimanus*. Idem apud Jornand., nisi corrupte *Machochir*. Verum desiderantur penitus in L., Pi.

(Ibid.) *Esras*. Improbabis forsan rationem hanc scribendi ; cum Septuaginta legant *Esdras*, reliqui vero ut Josephus, Hieronymus, Augustinus, Marianus, Freculphus, præcipue vero vulgata Bibliorum translatio, *Esdras*. Vicit nihilominus unanimis ille exemplar. consensus, cui non consentire nefas, potissimum cum favet illis Hebraica seu Chaldaica scriptio עזרא Ezra.

(Ibid.) *Siluisset, qui scribit*, etc. In Peta., A., M., V., *siluisset et qui scribit* ; in quibus est probabile illam copulam adjectam fuisse a quodam sciolo, qui credidit auctorem loqui de alio scriptore quam de Ezra, dum absurdum judicat Ezram scripsisse de se in tertia persona, videlicet, *qui scribit hoc tempore Ezram et Nehemiam reversos ex Babylone*. Verum observasse debuerat modum hunc loquendi esse Ezræ ipsi familiarem ; sic enim is lib. I cap. VII : *Ipse Ezras ascendit de Babylonia*; quin et idem faciunt plures historiographi, ut Cæsar in Commentariis. Neque enim is *ego vici*, vel *ego pugnavi* scribit, sed *Cæsar vicit*, et *Cæsar pugnavit*.

(Ibid.) *Quæ ab his gesta referuntur*. Posuimus *referuntur* ex A., L., M., P., V., Va., Lo., Vi., O., Pi., Ven., Fux., Peta., pro *feruntur*.

(449, IV.) *Socrates nascitur*. Lo., Fa., Fux., Peta., Pi., Mar., constituunt ad an. 20 Xerxis ; Vi., O., ad an. 3 Artaxerxis ; Laertius, lib. II, ex sententia Apollodori in Chron., paululum ab illis differt, cum Socratis nativitatem assignet an. 4 olymp. 77. Suidas ait eum *fuisse bello Peloponnesiaco olymp.* 77. Sed videtur potius significare tempus quo florebat quam nativitatis, quin etiam legendum esset *olymp.* 87 pro 77, cum bellum Poleponnesiacum non cœperit ante illam olympiadem 87, ut constat ex Eusebio anno 1 olymp. 87. Suidæ tamen codex, γέγονεν ἐπὶ τὸν Πελοποννησιακόν, quod verti etiam posset, *natus est tempore belli Peloponnesiaci*.

(Ibid.) *Lapis in Ægon fluvium*. *Lapis in Ægis fluvium* Fux., Fre. ; *in Egis fluvio* Lo., V., Fa., Peta., S., Vi., O., Ven., Lut.; *in Egys flavio* Vincen., tom. I ; *in Egisto fluvio* Va., Pi. ; *in Ænis fluvio* Jornand. ; *lapis ingens de cœlo ruit in Thraciæ partibus* Mar. ; *in Ægis fluvio* M. ; quæ lectio germanior videbatur, si pro *Ægis* exstaret *Ægos*. Nam adverto Diodorum lib. XIII, Stephanum, Xenophontem lib. II, Plutarchum in Lysandro, Strabonem, Aristotelem lib. I Meteor., Polyænum lib. I Stratagem., et alios Græcos, non solum numero plurali uti, cum hujus fluvii fit mentio, sed etiam *Ægos*, non *Ægon* dicere ;

sic enim verbi gratia unus pro cæteris Strabo lib. VI, sub finem, μετὰ τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν. Polybius quoque lib. I meminit pugnæ navalis ab *Ægos Potamos*. μετὰ μὲν οὖν τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, quæ Perotus interpres subticuit penitus : alter vero Latine reddidit, *ad capræ fluvium*, cum videret αἶγα idem esse ac capram ; sed inepte, cum in nominibus propriis reddendis retinenda vox nativa potius, quam habenda ratio significationis. Plutarchus in Lysandro, κατηνέχθη γὰρ, ὡς ἡ δοξὰ τῶν πόλλων. ἐξ οὐρανοῦ παμμεγέθης λίθος εἰς αἰγὸς ποτάμους. *Decidit enim, ut est vulgi opinio, ingens lapis ex cœlo in Ægos fluvios.* Item in Alcibiade, ποτὲ νῆες τοῖς Ἀθηναίοις ἔχοντες ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς. Neque inepte dici possit Strabonem, Polybium, Plutarchum, dum ita loquuntur in plurali, intelligendos esse non tam de fluvio quam etiam de urbe, quæ sita erat supra fluvium Αἰγός. Latini pariter posterius illud *Ægos* potius quam *Ægon* constanter usurpant ; sed numero singulari appellant *Ægos flumen*, non ut Græci *Ægos flumina*. Sic enim Frontin. lib. II Stratag. : *Lysander adversus Athenienses apud Ægeo potamon* (et in margine *Ægos potamum*) *instituit certo tempore infestare naves Atheniensium.* Plin. lib. II, cap. 58, ubi eumdem casum lapidum e cœlo refert : *Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium olymp. 78, an. 2, prædixisse cœlestium litterarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset e sole, idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen.* Idem meminit Ægos fluminis lib. IV, cap. 11, *cum Cissam flumini Ægos oppositam*, ait. Laert. lib. II, de eodem loquens : *circa Ægos fluvium contigit lapidis lapsus ;* et Ammian. lib. XXII : *Ægos potamus, in quo loco lapides casuros ex cœlo prædixit Anaxagoras.* Sic Æmilius Probus loquens de Lysandro, qui apud *Ægos flumen* est potitus classe hostium. Sic etiam Mela lib. II. Porro ne in fluctibus hujus fluminis videremur fluctuare, receptæ jam editorum lectioni placuit adhærere, cum sit aliorum exemplar. quæ sunt plura numero. Ad extremum varia his sedes tribuitur : in Pi. circa an. 37 Alexandri, et 2 olymp. 78 ; et idem videtur significare Plinius lib. II, cap. 58 ; apud Mar. circa an. 38 ; in Vi., O., circa an. 41 ; in Fux., Fa., Peta., Lo. et excusis, ad an. 39.

(449, II.) *Sicilia a populo regebatur.* In Fux. est adjectum *seditione facta.*

(451, III.) *Perdicas. Perdiccas* Lo., Peta., Pi., O., Vi., Mar. Sic Pausanias lib. I. Verum prius lego cum unico *c* apud Thucydidem et alios.

(451, IV.) *Cimon juxta*, etc. Sic corrigo pro *Cymon*, secutus Peta., Fux., Lo., A., Pi., Frontin. lib. III, Plutarchum, Apollodorum, Thucydidem, Justinum, Probum, Diodorum, Pausaniam, Ammianum, apud quos Κίμων : Polybius autem et Mar. habent *Cymon* per *y*. Porro hunc paragraphum Fux., Peta., Fa., septem Vaticani, assignant circa annum 4 Longimani, a quo non recedunt editi ; Pi. vero circa an. 1 ; Lo., Mar., circa 3: Vi., O., circa 8. Neque potius ex illis scriptoribus potest colligi certus annus, nisi forsan ex Diodoro, qui lib. XII scribit hæc contigisse sub archonte Athenis *Demotione*, et Romanis coss. *Publicola et Appio*. Si spectetur annus Demotionis, dicendum erit accidisse anno 3 olymp. 77, ut volunt Sigonius et Mercator, licet Diodorus velit esse an. 40 olymp. 82; sin autem consulum, fasti Onuphrii eos collocant ad annum 1 olymp. 80.

(Ibid.) *Eurimedontem Persas. Eurymedontem Persas* Peta. ; *Eurymidontem fluvium Persas* Al. : quæ lectio, licet sit vera, tamen non est necessaria, cum absit ab aliis exemplar. et res aliunde omnibus nota ; *Eurimedonem Persas* Vi., O., sed vitiose. Vulgata scriptio est Plutarchi, Ammiani, Pausaniæ, Mariani et aliorum : Diodorus lib. XI vocat *Eurybantem.*

(Ibid.) *Medicum bellum conquiescit.* Lapillo notandum albo, pro *modicum bellum conquiescit.* Præsidio fuerunt velut copiæ auxiliares, chirographi O., Vi., Pi., Lo., Peta., Fux., quibus adjungendus Mar., qui quo minus dubitares, pro *Medicum bellum* dixit *Medorum bellum.* Nam ita veteres locutos de Persis nemo nescit, ut certum est ex Æliano lib. XI, Thucydide libro I, Plutarcho et Diodoro sæpius. bellum contra Persas a Græcis susceptum, bellum *Medicum* seu *Medorum* vocari solitum. Nam ab eo tempore, quo Medi a Cyro subacti sunt, et eumdem regem cum Persis receperunt, nomine Persarum intelliguntur, ut postea docebimus. Hinc Marcus Antoninus dictus est *Medicus*, quod Medos superasset. Vetus lectio potuit aliquibus probari, si vox illa *modicum* adverbii naturam induat, quasi dicat ad modicum tempus, vel exiguo spatio pax inita, ob frequentes illas inter Græcos pugnas et inducias ; revera tamen non nisi de Medis accipi possunt. Nam bellum illud celerrime confectum cum Persis, seu cum Medis, constantem pacem peperit : etenim, ut inquit Plutarchus in Cimone, *Cimonis victoria tam navalis, quam pedestris eadem die comparata, coegit Persas, ut nobilem illam pacem cum Græcis inirent, ut semper a mari Græco curriculum equi abstinerent.*

(Ibid.) *Heraclitus*, etc. Quidni hæc ad an. 5 Longimani aggregentur, cum ita dicteut Lo., Peta., Fux., Fa., Mar. et vulgati, seu ad an. 1 olymp. 80. Qui enim dissentiunt ab his, neque inter se conveniunt. Nam Pi. opponit 11, Vi. vero et O. an. 12. Excipio annum olymp. Omnes enim isti connumerant an. 2 olymp. 81, sed sententia potest ferre singulos.

(Ibid.) *Ezras sacerdos.* Quia editi et Mar. ascripsere hæc anno 7 Longimani, seu an. 2 olymp. 89, habentque patronos Pi., Fux., Fa. (licet differant in numero olympiadum, Pi. enim appingit an. 3 olymp. 81), quibus potius cogimur annuere quam istis Lo., Peta., quamvis non multum absint, qui anno 5, seu 1 olymp. 80, vel Vi., O., qui an. 12 Longimani vel an. 2 olymp. 81.

(Ibid.) *Heliasis.* Sic emendo ex A., L., P., Pi., Peta., Fux., Vi., O., et Eusebio lib. VIII de Demonstratione, cap. 2, et Nehem. cap. 30 pro *Necliasib*, ut in B., H., So., Pet. ; vel *Neesialib*, ut in V., Va., Ven., Lut. ; vel *Neheliasib*, ut in Lo. Nam in illis omnibus littera *N* occupat locum *H ;* vel *Eliasib*, ut in tribus mss. Fab. ; vel *Elisab*, ut in Mar., vel *Neesiasib :* apud Hieronym. Daniel. IX, ex Eusebio, *Eliasub*. Sed quia Euseb. lib. VIII de Demonstr. cap. 2 habet *Eliasib*, et Josephus lib. XI Antiq. passim, haud dubio ita legendum apud ipsum Hieronym.

(Ibid.) *Affirmaturque Ezras divinas Scripturas memoriter condidisse, et ut Samaritanis non miscerentur, litteras Judaicas commutasse.* Non exstant in Peta., Fux., A., L., M., S., in 2 Vatic., P., Lo., Pi., Fa., Vi., O., Mar. ; nihilominus propter alia exemplaria, et quia Tertullianus lib. de Habitu muliebri, Irenæus lib. III cap. 25 contra hæres., Augustinus lib. II de Mirabilibus sacræ Scripturæ cap. 33, Raban. Maurus lib. de Instit. cleri. cap. 54, et plerique veterum idem de Ezdra asserunt, non est quod novitatem vel absurditatem causemur, et alienum ab Eusebii sententia censeamus.

(Ibid.) *Memoriter condidisse. Memoriter edidisse.* V.

(Ibid.) *Empedocles*, etc. Cum nutarent codices, nam Lo., Fux., comparant hæc cum an. 8 Longimani seu 4 olymp 80 : Vi., O., cum anno 13, seu anno 3 olymp. 81 ; Pi. anno 16, seu 3 olymp. 82 : amota tamen hæsitatione, retinui veterem sedem ad an. 9 Longimani, seu 1 olymp. 81 ; sic enim excusi, quibus patrocinantur Peta., Fa., nihil enim contrarium suadet.

(Ibid.) *Pherecydes secundus.* Quia nefas existimavimus recedere a majori parte codicum mss., A., L., M., V., Peta., Vi., S., P., Lo., Pi., Fre., sic restituimus *secundus* pro *Syrus*, ut olim in editis, vel *Pherecydes alter secundus*, ut in Fux. Accedit ratio ; nam cum auctor circa olympiadem 59, pag. 116, jam fecerit mentionem alterius Pherecydis historici magistri Pythagoræ, quem legimus cognominatum *Assyrium*, ut apud August. epist. 3, vel potius *Syrum*,

ut apud Plinium lib. vii cap. 56, et Græcos (Σύριον), sicut Euseb. lib. x de Præparat. cap. 2 et 3, Arist. lib. v de Histor. anim. cap. 30, Clement. lib. i Strom., Pausan. lib. i; Joseph. libro i contra Appionem, seu *Syrum*, ut apud Cicero. lib. i Tuscul., Isido. lib. i Orig. cap. 37, et alios Latinos, sumpto cognomine a Syro, quæ Σύρος, vel Συρίη apud Strabon., vel *Syra* apud Suidam, una Cycladum insularum, in qua natus est, verisimile est ipsum loqui hoc loco de altero Pherecyde et diverso ab eo, qui *Syrus* dictus est. Trium enim hujus nominis meminit Suidas: præceptoris Pythagoræ, quem vult *natum circa 45 olymp. et floruisse sub Alyatte;* alterius *poeta et Atheniensis* quem facit antiquiorem contra sententiam Porphyrii, immo et Strabonis; tertii *historici cognomento Lerii*, quem ait natum paulo ante olymp. 75: hic quidem *Lerius* convenit cum isto nostri auctoris. Strabo lib. x duorum tantum facit mentionem, *Syri* Badis filii, qui fuit *doctor Pythagoræ*, ut loquitur Plinius lib. ii cap. 79, et *Atheniensis*, quem facit recentiorem contra Suidam. Dionysius etiam Halicarnasseus lib. i citat *Pherecydem Atheniensem historicum*, quem ait γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερον, *nulli secundum in texendis genealogiis*. Quibus optime respondet opinio Erathosthenis qui, teste Laertio libro i, *asseruit unum tantum Pherecydem Syrium, alterum Atheniensem genealogum;* licet idem Laertius referat *Andronem Ephesium tradidisse duos fuisse Pherecydes Syros, alterum astrologum, alterum theologum, Badis filium*. Nam ita variat a Strabone in littera *d* pro *b*. Hinc fit ut credam Eusebium indicare hoc loco Pherecydem non *Syrum*, de quo antea, sed *Atheniensem*. Licet enim alter vixerit teste Luciano in Macrobio 85 annos, non tamen potuit pertingere usque ad hæc tempora. Demum hic paragraphus annumeratur ab aliis libris ad an. 6 Perdicæ, ut a Peta., Lo., Fux.; ab aliis ad an. 11, ut a Pi.; ab aliis ad 10, ut a Vi., O.; ab aliis ad an. 44, ut apud Mar.; ab aliis ad an. 5, ut a Fa., septem Vaticanis et excusis: sed parum interest de anno, cum auctor solum tempus respiciat quo floruit.

(451, iv.) *Cratinus*. *Cranitus* S., Va., Lo., Fa.; *Cratirus* Vincen. tom. I Specul. Nos retinuimus veterem lectionem, suffragantibus omnibus aliis exemplar. et Mar. Cratini enim comici sæpe meminerunt Plutarchus, Suidas; Jul. Pollux. lib. vii cap. 11, lib. x cap. 24; scholiastes Aristophanis de avibus, Κράτινος ἐν Κλεοβούλοις; Luci. in Macrobio; Horat. satir. 4, lib. i serm. 4; sed quis non veterum?

(Ibid.) *Romam per legatos*. Fux., Peta., Lo., his circa an. 23 Artaxerxis assignarunt locum; Vi., O., circa an. 15; Pi. circa an. 17; Mar. circa an. 9; commodior sedes ad an. 11 ejusdem ex Fa. et impressis. Qui situs anno superiore ante creationem Decemvirorum confirmatur auctoritate Livii lib. iii, decad. 1, et Dionysii lib. x. Illi duo differunt in anno Urbis. Nam hic ad an. 300, ille ad an. 301; quoad olymp. hic differt ab auctore duobus annis, cum constituat ad an. 1 olymp. 82, auctor ad an. 3. Olymp. 81.

(Ibid.) *Romæ clarior*. *Clarus* L., Pi. et Fre.: *ludi sæculares* Mar. Hunc paragraphum Vi., O. et Pi., locant ad an. 6 Perdiccæ: Mar. ad an. 5; Fux., Peta., Lo., ad an. 8; Fa. vero ad an. 12, seu 4 olymp. 81, quem imitantur impressi, et optime. Nam hic annus est Eusebio 300 ab Urbe, seu ab an. 1 Romuli, licet ex aliorum sententia sit 302.

(Ibid.) *Primus*. *Primum* A., L., M., Fux., Peta., Vi., Pi., O.

(Ibid.) *Trecentesimo secundo anno ab Urbe condita x-viri*, etc. Desiderarim chirographos nostros posse conciliari cum editis in ea sede quam his pararunt. Nam alii, ut duo Vat., circa an. 3 olymp. 82: alii, ut Fux., Vi., O., Mar., circa an. 3 olymp. 81; alii circa an. 4 ejusdem, ut quinque Vaticani, Peta., Pi., Lo., Fa. et impressi, quibus me adjungo: tamen si adesset codex, viderentur ista potius ad annum 2 olymp. 82 reponenda, cum mutuo concurrant hic annus et annus 202 ab Urbe, si primus annus Romuli et Urbis incipit, ut vidimus, ex sententia auctoris, a primo anno olymp. 7. Cum enim annus præcedens illum annum olympiadis respondeat anno Abrahæ 1264, his adde 302, efficies 1566, qui in illo anno 2 olymp. 82 complentur: quod idem fiet, si per olympiades computes. Certum est enim ab anno 1 olymp. 7, usque ad an. 2 olymp. 72, interjici annos 302; hinc ergo aut e veteri sede dimovendus videbatur hic paragraphus, aut legendum 300 *anno*, quo anno volunt Dionysius lib. ii, et Oros. lib. ii cap. 13, decemviros creatos. Absit tamen ut abnuam posse defendi veterem situm: favet enim auctoritas Ciceronis qui lib. ii de Finibus scribit Virginium filiam interemisse, quam Appius Claudius decemvir vendicare volebat *an. 60 post libertatem receptam*, id est, ab ejectis regibus. Adde enim illos annos 60 ad 1504 ab Abraham qui præcedunt initium consulum, efficies an. 1564, qui coincidit in eumdem an. 4 olymp. 81. Præterea, licet hic annus 4 olymp. 81 sit auctori (quin etiam Dionysio) an. 300 Urbis, ut videre licet ex calculo annorum ab Abraham, et ex eo quod scribit eodem anno factum agonem centenarium; nihilominus non est absurdum, quod ipse eumdem annum vocet 302. Nam significat eum annum secundum Catonem esse 300, et secundum Varronem esse 302. Potest enim colligi ex diversis locis ipsum esse varium in annis Urbis, seu in situ historiarum, quæ pendent ab anno Urbis propter varios scriptores, ex quibus talia expiscatur, et qui diverse inchoant annos ab Urbe. Crediderim autem auctorem hæc ex Livio lib. iii excerpsisse, vel ex Eutropio lib. i, quorum verba *trecentesimo et altero anno;* quæ sic intelligo, ut vox *altero* non *primum*, sicuti volunt Sigonius et Onuphrius, et habet etiam Pæonius, sed *secundum* significet. Nam præterquam quod ea est illius vis et significatio nativa, similem loquendi rationem invenies in præfatione Eusebii de *altero*, id est secundo anno Darii. Sic etiam aperte tradunt Fasti Capitolini et Solinus x-viros creatos an. Urb. 302; ipse etiam Dionysius lib. x, cui ille 302 est annus 2 olymp. 82. Denique Livius (de cujus mente contendunt docti) idem satis indicat, cum postea addit tribunos militares cœpisse octavo anno post et anno Urb. 1310. Cassiodorus convenit cum Livio in iisdem coss. Menenio et Sextio. Neque novum est Livium, Diodorum, Solinum et alios in annis Urbis non minus sibi nonnumquam constare, quam auctorem, prout sunt varii et inconstantes inter se auctores, quos sequuntur. Quanta enim fuerit dissensio in annis Urbis numerandis et digerendis, et quam varia et incerta ratio apud omnes, præcipue usque ad 500 annos ab Urbe, satis colligitur ex Cicerone in Bruto, et veteribus scriptoribus; quin et ab ipso an. 500, alii uno anno, alii duobus, alii tribus annis aut anteeunt, aut subsequuntur, ut notarunt plerique docti. Porro hoc loco emendandus est Orosius, dum vult 300 annum Urbis concurrere cum olymp. 95; non quod substituas *olymp.* 85, ut vult auctor notarum ad marginem illius, sed potius *olymp.* 81.

(Ibid.) *Et post annum ejecti sunt*. *Et secundum post annum ejecti sunt*. Fa.

(Ibid.) *In Algido*. *In Alcido* Lo.; *in Algidios* Ven., Lut., sed impure, de quo supra.

(Ibid.) *Auferre*. *Abducere* Lo., Vincen., Mar., Fux., Peta., Pi., Vi., O., Fa.

(Ibid.) *Crates comicus*. *Cretes*, Mar. Putarunt item aliqui reponendum *Cynicus*, vice *Comicus;* sic enim annotatur in margine editionis Basili. et Sonnia. Verum cum hic annumeretur ab auctore inter poetas, *Comicus* est legendum, prout exstat in omnibus exempl. Mar., Anton., Vincen., et apud Clem. Alexand. Athenæus duos facit, alterum vocat *Criticum*, alterum *Comicum*. Euseb. lib. xiv de Præpar. cap. 2 videtur favere lectioni *Cynicus*, dum ait Zenonem factum Cynicum a Cratere, sicut etiam facit Lucianus in dialogo Crateris et Magi; exstantque ejus quædam frag-

menta : de eo vide Pollucem lib. VI cap. 17, et sub finem lib. X cap. 26; sed Laertius lib. IV, et Suidas, omnem tollunt dubitationem, cum scribant decem fuisse hujus nominis : primum antiquæ comœdiæ scriptorem, ut loquitur Laertius, quem eumdem existimo cum nostro ; secundum *Trallianum Isocratis discipulum* circa olymp. 102; tertium ταφριόρυχον, qui militavit cum Alexandro : quartum Cynicum, qui floruit eodem tempore circa olymp. 115.

(451, IV.) *Bacchilides lyricus*. Apud Mar. *Bachillides*; in Peta. *Bacchiles* ; in O., Vi., Lo., *Baccilides* ; in Fa. *Bacilides* ; in Fux. *Bocchylides* ; in Fre. *Bacchides :* de eodem vide supra, nam non dubito hunc esse illum ipsum.

(Ibid.) *Cleobulina*. Sic correximus ex A., L., M., Peta., Fux., P., Lo., O., Vi., Mar., quin et juxta ipsum Hieron. lib. I contra Jovinian., pro *Deobulina*, ut in vulgatis, vel *Cleombulina*, ut in V., S., Va. Nam ita dicta est a patre Cleobulo Lindio uno ex septem sapientibus, de quo Laertius lib. I. Deinde facilis est ac frequens mutatio *d* in *cl* et e converso.

(453, IV.) *Templum Junonis*, etc. Recipiuntur hæc in Pi. quidem ad annum 14 Longimani ; in Lo., Fa., Fux., Peta., Mar., ad annum 15, ut et in impressis ; in Vi., O., ad 24. De hujus templi conflagratione meminit Pausanias lib. II, sed annum subticuit.

(Ibid.) *Quod Argis*. *Quod in Argis*, Lo., Pi., Vi., O., Peta., Mar. ; tamen lectio antiqua præferenda ; impure enim dicimus in Athenis, Parisiis.

(Ibid.) *Abaris*. *Habaris*. Lo., Peta., Fa., Vi., Pi., O., Fux. ; de quo pluribus supra.

(Ibid.) *Hyperboreamus*. Vulgatam lectionem retinuimus, nil morati A., L., M., S., V., Va., Fux., P., Peta., Lo., Pi., Vi., O., Mar., apud quod *Hyperboreamus* ; in Fa. *Hyperbolauus ;* apud Pausaniam lib. III *Hiperboreus*.

(Ibid.) *Tribuni plebis*. Antiquus situs horum confirmatur a chirographis, qui circa annum 16 Longimani, seu 4 olymp. 82 exhibent, ut Vi., O., Fux., Peta., Fa., Lo. Excipe Pi., in quo circa annum 19 ejusdem, qui optime congruit cum anno 309, ab Urbe, quo Capitolini Lapides et Sigonius aiunt institutos tribunos militares : Livius tamen lib. IV, deca. 2, tribuit an. 310. At Dionysius, lib. XI, anno 3 olymp. 84 et Urbis 311. Suidas, in voce χιλίαρχος, refert ad annum Urbis 305; quæ opinio propius videtur accedere ad nostram sedem ; uno enim tantum anno dissidet. Cæterum dum ipse hic de *Tribunis plebis*, et paulo post de *tribunis militum* loquitur, non parum differt ab aliis scriptoribus antiquis tam Græcis quam Romanis, ita ut juxta illos et ex eo quod supra vidimus de tribunis plebis, videretur pro *tribuni plebis* legendum hic *tribuni militum*, ni obstaret quod addit de *ædilibus*, quos constat ex Dionysio, Livio et aliis circa una et simul creatos cum tribunis plebis an. 16 post regifugium, nisi etiam repugnaret, quod scribit tribunos militares cœpisse circa olymp. 97. Cuspinianus tamen in Cassiodorum putat in duobus illis locis esse errorem manifestum librariorum ; sed vereor ne ipsi auctori tribuendus sit.

(Ibid.) *Athenienses et Lacædemonii fœdus 30 annorum ineunt*. Editiones volunt fœdus hoc initum an. 4 olymp. 83, sicuti etiam Fa., Fux., Lo. : licet Pi., anno 3 olymp. 83 ; O., an. 2 olymp. 86 ; et Vi. an. 1 olymp. 87 ; Mar. an. 1 olymp. 84. Verum sequendæ potius partes Peta., et proinde reponendum ad an. 3 ejusdem olympiadis 83, quia ipse est annus decimus quintus, qui præcessit bellum Peloponnesiacum, et scimus ex Justin. de fine lib. III, Thucydide initio lib. II, has inducias factas illo 15 anno. Pausanias, lib. V, refert hoc fœdus ad an. 3 olymp. in qua fuit victor Crison Himeræus, quæ fuit olympias 83, ut testatur Dionysius in fine lib. X et initio lib. XI.

(Ibid.) *Neemias Hebræus*, etc., usque *ad Macedonis fuit*. Ista huc et illuc propelluntur pro varietate codicum. Nam in Lo. ad annum 9 Artaxerxis Longimani ; Fa. et Peta. ad an. 10 ; vulgati et Fux. ad an. 17 ; Vi. et O. ad an. 33, ubi et cohærent cum iis quæ deinceps habentur : *Neemiam qui muros* usque *capitur ;* iisque proxime succedunt ista : *huc usque divinæ Scripturæ*, etc. Pi. collocat ad an. 21 Artaxerxis. Variæ hæ codicum agitationes mentem nostram aliquantulum agitarunt ; securius tamen visum est habere stativa ad an. 50 Artaxerxis, cum et verba hoc ipsum requirant, et codex Pi., qui proxime accedit, hoc ipsum suadeat.

(Ibid.) *Apud eos*. Commodius quam *apud Judæos*, juxta A., L., M., V., P., Lo., Pi., Fa., Mar.

(Ibid.) *Scriptis*. Sic ex A., L., M., Vi., O., P., Pi., Fux., Peta., Beda, Adone et Mar., pro *scriptorum*, ut in editis.

(Ibid.) *Herodotus*, etc., *honoratus est*. Eruditus vir in Persium p. 4 reponendum putat *coronatus est* pro *honoratus est ;* sed qua libertate conjecturas suas nobis venditat, cum nil tale penitus in nullo exemplari, nec Fre. nec Mar., vel alio auctoris nostri sequace reperiatur? Si enim hoc permitteretur, omnia essent incerta et nutaret fides omnis, quæ auctoribus adhiberi solet. Cæterum hæc narrantur contigisse circa an. 27 Artaxerxis, in Pi. ; circa an. 20 seu 2 olymp. 85, in Fa., Fux., Lo., Peta. et impressis ; circa an. 34, in Vi., O.

(Ibid.) *Melissus Physicus*, etc. Disponuntur circa an. 20 Artaxerxis in Fux. et Peta. ; circa an. 21, apud Mar. ; circa an. 22, in Fa., Lo. et excusis ; circa an. 28, in Pi. ; circa an. 31, in Vi., O.

(Ibid.) *Eurypides Tragœdiarum*, etc. Quia non uno tantum anno floruit, ideo suspicor libros scriptos ista variis locis disposuisse. Nam alii ad an. 21 Artaxerxis, ut Fux., Peta. ; alii ad an. 22, ut Fa., Lo. ; alii ad 23, ut Mar. ; alii ad 29, ut Pi. : alii ad 37, ut Vi., O.

(Ibid.) *Protagoras*. *Pytagoras* Lo., Fa., Pi., L., Mar., sed valde corrupte, cum nihil tale legatur de ullo eorum qui nomen habuerit Pythagoræ (nam quam varii fuerint consule Laertium l. I), immo ipse Laertius ibidem, et Suidas idem quod auctor scribunt de Protagora sophista, et de ejus libris crematis in foro sub præconis voce : et auctor, l. X de Præpar. c. 3, eum facit σύγχρονον Socrati. Cæterum situs est diversus. Nam in Peta. et Fa. an. 22 Longimani ; in Fux., Lo., Mar., ad an. 23 ; in Pi. ad an. 29 ; in O. ad an. 37 ; in Vi., O., ad an. 38 ; sed ut ait Laertius, l. IX, *Protagoras omnium consensu Socrati æqualis fuit*.

(Ibid.) *Romæ rursus consules creati*. Comparantur ista in O., Vi., cum an. 3 olymp. 84 ; in Pi. cum anno 4 : alibi vero cum anno 1 olymp. 85, ut in Fa., Fux., Lo., Peta. et excusis ; sed quis potius sit sequendus, non ita est facile judicare ex aliis scriptoribus, cum valde dissideant ab auctore et inter se.

(Ibid.) *Phidias eburneam Minervam facit*. *Phidias Minervam facit Athenensibus* Fux. Sed quo anno hoc opus absolverit, haud ita facile fuerit recensere, cum alii velint anno 25 Artaxerxis, ut Mar. ; alii an. 26, ut Fa., Fux., Lo., Peta., quibus excusi annumerandi ; alii an. 30, ut Pi. ; alii ann. 33, ut Vi., O. Hanc statuam quæ erat Athenis ex auro et ebore conflatam fuisse tradit Pausanias l. VII ; ex ebore tantum Plinius l. XXXIV c. 8, et Suidas. De anno nulla mentio apud veteres, Plinius tamen refert artem illam cœpisse cum Phidia olym. 83.

*Fidennates contra Romanos*, etc. Consistunt hæc ex opposito anni 24 Artaxerxis in Pi., Mar. ; an. 28 in Vi., O. ; anni 26, qui est 2 olymp. 85. in Fa., Fux., Lo., Peta. et editis ; quos sequendos duximus moti auctoritate Livii l. IV, decad. 1, et Eutropii, qui hanc defectionem conjiciunt in ann. Urb. 315, qui coincidit cum an. 27 Artaxerxis et 3 olymp. 85, itaque uno anno serius.

(Ibid.) *Theatecus*. *Thetus* L., Pi. ; *Theætetus* A. ; *Theaetetus* M. ; *Thetaus* V., S., Va., Lo. ; *Theatetus* Fa. ;

*Traleeus* Peta.; *Theetetus* Fux.; *Theactetus* P., V., O.; *Theatetus* Al.; *Theætenus* Mar.; *Theatbetus* Ven., Lut.; θεαίτητος Suidæ : Laertius l. VIII refert Epigramma Theæteti. Cæterum ista concurrunt ut plurimum cum anno 27 Artaxerxis, ut in Fa., Fux., Lo., Peta. et impressis; et cum anno 26 apud Mar., et cum anno 31 in Pi., et cum anno 3 in V., O.

(455, IV.) *Aristophanes clarus*, etc. In quem annum incurrant, vix certi aliquid ex libris, cum Lo., Peta., ad an. 27 Artaxerxis collocent; Fa., Fux., Mar. et cusi, ad an. 28; Pi. ad an 31; Vi., O., ad an. 35.

(Ibid.) *Gens Campanorum in Italia constituta.* Horum situm Pi. ascripsit an. 29 Artaxerxis, seu an. 4 olymp. 85; Vi., O., an. 31; alii an. 28, ut Fux., Fa., Lo., Peta. et excusi. Non video autem quare auctor adjecerit *in Italia*, cum nulla sit memoria apud vetustiorem paulo scriptorem, Campaniæ in Gallia, seu alterius ubique gentium.

(Ibid.) *Democritus Abderites*, etc. *Demetrius* Mar.; sedes quæ his præstituta haud certa est, cum Fa., Fux., Lo., Peta., Mar., et excusi, ad an. 29 Artaxerxis; Pi. ad an. 31; Vi., O., ad an. 35 componant.

(Ibid.) *Socrates qui scholam congregavit plurimo*, etc. Absunt *qui scholam congregavit* ab Lo., P., Fa., Fux., Vincen., Mar. Nihilominus sunt veritati consentanea.

(Ibid.) *Neemiam qui muros*, etc. Assignata his sedes ad an. 31 Longimani, seu 3 olymp. 86, non solum in vulgaribus, sed in quinque Vaticanis, Fa., Lo. At in Pi. est ad an. 34; in Vi., O., ad an. 33, ita ut superiora alia, *Neemias Hebræus*, etc., simul cohæreant, ut jam observatum superius. Placuit tamen imitari Fux., unum ex Vaticanis, Mar. et Peta., qui conjiciunt in an. 32 ejusdem Longimani. Sic enim accommodatius respondent sensui verborum. Si favisset auctoritas codicis, non solum conjunxissem cum superiori paragrapho *Neemias Hebræus*, etc., ut faciunt Vi. et O., sed etiam coegissem ad annum 20 ejusdem Longimani, quia illa verba, *si quis ab hoc tempore*, intelligenda sunt a 20 anno ejusdem : sicut videre licet apud auctorem l. VIII de Demonst. c. 2, et apud Hieron. in c. 9 Daniel. Nam a 20 Artaxerxis Longimani, qui est 4 olymp. 85, usque ad 15 Tiberii numerantur anni 475, qui faciunt Hebraicos, inquiunt illi, idque ex Africano, 490, juxta lunares menses; et revera si anno ab Abraham 1571, qui est an. 19 Longimani, annumeraveris 475, produces tandem 2046, qui perveniunt ad 16 Tiberii. Si tamen collocaris illum annum ad an. 2 olymp. 202, sicut illi præscribunt faciendum.

(Ibid.) 32 *Anno Artaxerxis*, etc. Posuimus 32 ex L., A., M., Lo., V., Vi., P., Ven., Mar., quibus convenit Nehem. c. V, et, quod præcipuum est, ipse Eusebius, dum idem expressit olymp. 85; quem sequitur Sulpitius l. II. Codices H., B., Pet., Lut., So., habent 31; V., Peta., O., 30.

(Ibid.) *Initium belli Peloponnesiaci.* Desunt in L., Va., Pi., Vi., O.; absit tamen ut ea deleamus, vel loco mutemus, tum quia potior est vis et auctoritas cæterorum exemplarium et Mariani, tum quia Suidas refert bellum illud gestum inter Lacedæmonios et Athenienses ad an. 1 olymp. 87, et Clemens, l. I Strom., a transitu Xerxis numerat 48 annos usque ad principium belli Peloponnesiaci : quod optime convenit cum illo anno 1 olymp. 87, quem septem Vaticani et Vulgati notant una cum Fa., Lo. et Peta., licet in Fux. ad an. 4 olym. 86 annumeretur. Adde quod Thucydides illius belli partim dux, partim spectator et descriptor, vult cœpisse *Pythodoro* Athenis præfecto, id est anno 1 olymp. 87, ut explicat Diodorus l. XII. Idem Thucydides numerat sexaginta annos a bello apud Marathonem gesto usque ad Peloponnesiacum, qui hoc anno juxta Eusebium complentur. Idem ait Longimanum vita functum anno 7 belli Peloponnesiaci, quod accedit ad Eusebium. Diodorus videtur referre ad an. 2 ejusdem olymp. 87, quod etiam Thucydides videtur confirmare, dum vult solemnitatem Olympiacam fuisse celebratam anno 4 et 12 illius belli : sed possunt conciliari illi auctores, si dicamus cum eruditiss. Scaligero, l. V de Emendat. temp. p. 386, cœptum an. 1 olymp. 87 ad finem decurrente : cujus argumenta et rationes tanti facio ut existimem nefas esse illi adversari. Unde non dubito quin sit emendandus Gellius, dum assignat initium hujus belli *circa an. fere Urbis* 324, pro 323. Plinius quidem, l. XXX c. 1, hit gestum *anno Urbis* 300. Sed in hoc videtur non tam voluisse significare annum initii belli, quam tempus quo contigit post 300 annum Urbis. Duravit autem testibus Thucydide, Diodoro et Xenophonte, 28 annos, modo his, modo illis victoribus.

(Ibid.) *Bacchilides*, etc. Desideratur in O., V., tota sententia. At in Fux., Peta., annumeratur ad an. 33 Artaxerxis; in L., Mar. et vulgatis, ad an. 34: in Pi. ad an. 38; sed quem sequaris, non interest, cum auctor non annum, sed tempus spectet.

(Ibid.) *Athenienses pestilentia laborant.* Exsulant a Vi., O. Sed firmantur auctoritate Thucydidis, Diodori, et aliorum, et præcipue librorum Fa., Fux., Peta., Lo., in quibus ut in vulgatis et apud Mar. conferuntur cum an. 35 Artaxerxis, et an. 2 olymp. 87; in Pi. autem cum an. 39 ejusdem Artaxerxis, qui est 2 olymp. 88. Thucydides, l. II, propius accedit ad vulgatos dum refert initium hujus pestilentiæ ad an. 2 belli Peloponnesiaci, seu 2 olymp. 87. Diodorus autem, l. XII, favet libro Pi., dum illam connotat anno 3 olymp. 88.

(Ibid.) *Thucydides agnoscitur.* His sedes reposita in Fa., Lo. et vulgatis ad annum 35 Longimani; in Fux., Peta. et Mar., ad annum 36; in Pi. ad annum 38; quidquid horum selegeris, non longe ab auctoris mente aberis, qui non annum sed ætatem spectat : priores tamen libri videntur magis sequendi, quia constat ex Diodoro, l. XII et l. I, Thucydidem eum orsum suam historiam ab an. 1 olymp. 87.

(Ibid.) *Pericles moritur*, etc. Vetus sedes retenta ut anno 4 olymp. 87 responderent; licet enim exsulent penitus a Vi., O., et incurrant in Pi. in annum 5 olymp. 88; cæteræ tamen membranæ eo nos deduxere ut Vaticanæ septem, Peta., Fux., Lo., Fa., una cum Mar., quæ firmantur auctoritate Thucydidis, qui tunc temporis vigebat, l. II, qui refert Periclem *duobus annis et dimidiato post motum bellum Peloponnesiacum decessisse.* Athenæus præterea, l. V cap. 13, ait eum vita functum anno 3 belli Peloponnesiaci, Epaminonda Athenis archonte; ad hunc accedit Diodorus l. XII, et addit contigisse anno illo 4 olymp. 87. Laertius, l. III, vult Periclem obiisse eodem anno, quo Plato natus est. Itaque non multum ab illis dissentit; cum hunc natum referat anno 1 olymp. 88. Plutar. in ejus Vita, ait eum obiisse ex illa pestilentia Atheniensi.

(Ibid.) *Eupolis. Europis* Fa., sed corrupte; *Eupolis* enim comœdiarum scriptoris meminerunt Laertius l. IX, et passim Ælianus l. XII, Diodorus l. XII, et sæpe Clemens in libris Strom., Athenæus l. I c. I, Paterculus l. I, et alii plerique, Horat. l. I, serm. 4:

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetæ.

Verum contine ista ad an. 37 Longimani, ut volunt Peta., Lo., Fa., Fux., septem Vaticani, Mar. et excusi; reliqui enim impares numero nec conveniunt. Nam Pi. ad an. 39 ejusdem; V., O., ad primum Darii.

(Ibid.) *Ex Ætna. Ex Ethna* Vi., O., Fa., Lo., Pi.; *ex Æthna* Peta., Fux. Nobis præ cæteris vulgaris orthographia probatur, quia est Justini, Gellii, Thucydidis, Pausaniæ et aliorum plurium : iste autem § est in Pi., Lo., Fux., Fa. et vulgatis, ad an. 6 Archelai; in Peta. ad an. 7: in Vi., O., ad an. 9, seu 1 olymp. 89. Nec tamen recedendum est a vulgatis, quia Thucydides libro III, in fine, testatur hoc pro-

fluvium ignis ex Ætna monte, hieme anni sexti belli Peloponnesiaci erupisse, qui concurrit cum an. 6 Archelai.

(455, IV.) *Terræmotu apud Locros scissa Atalante civitas facta est insula.* Mira hæc, sed tamen antea minus fideliter expressa, cum haberentur ita : *terræmot.*, *ap. Loc. scisso Athlænte civitas facta est insula;* ignorantia librarii hunc locum mire fœdarat : cum enim occurreret illi memoria montis celebris Atlantis in Africa, quod hic de civitate, dici putavit de monte, propter vocum affinitatem, licet distent toto cœlo, cum illa in Europa, hic in Africa. Offusa erat caligo, nisi eam depulissent codices Pi. et Al., qui habent *scissa Atalante*, quibus accedunt Vi., O., ubi pro scisso legitur *scissa* : præsidio etiam fuit Marianus, *scissa Atalanta*. Firmatur nostra castigatio auctoritate vetustiorum auctorum,, ut Strabonis l. I: λέγουσι δὲ καὶ τῆς Ἀταλάντης πρὸς τῆς Εὐϐοίας τὰ μέσα ῥήγματος γενομένου διάπλουν δέξασθαι μεταξὺ καὶ τῶν πεδίων ἔνια καὶ μέχρι εἴκοσι σταδίων ἐπικλυσθῆναι καὶ τριήρει τινὰ ἐν τῷ νεωρίδιον ἐξαιρεσθεῖσαν ὑπερπεσεῖν τοῦ τείχους; et l. IX, loquitur de Atalante *insula Euboicæ Locrensique cognomine;* et paulo infra meminit alterius insulæ ejusdem nominis ante Opuntem : de hac item Stephanus de urbibus, Ἀταλάτη ἡ Ἀταλάντη ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων κτισθεῖσα παρὰ Λοκροῖς. Plin., l. IV c. 12, ait in *Euripo Euboico esse Atalantem insulam;* et l. II c. 88 : *Natura*, inquit, *avellit Siciliam Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœæ Atalantem*. Pausan. l. X habet nonnulla de Atalante insula. Præterea vox *civitas* amandanda videbatur; abest enim a Lo., Pi., Peta., Vi., O., Fa., Fux., Mar. : nihilominus tamen quia exstat in vulgaribus, et conducit ad intelligentiam, censuimus retinendam. Denique connumerantur ista in Fa., Lo., Pi., Mar., anno 7 Archelai, seu 3 olymp. 88; in Peta., Fux., an. 8; in Vi., O., an. 11. Sequendi sunt proculdubio vulgares, cum, teste Thucydide, l. III, illud acciderit initio an. 6 belli Peloponnesiaci circa æstatem illius anni, qui est auctori annus 7 Archelai, incipiendo a primo die mensis Jan. more Romano.

(457, II.) ***Menses septem.*** Sic ex Lo., A., L., M., P., Vi., O., Lo., Peta., Mar., Antonino ex Eusebio et Sulpitio lib. II, pro *menses* 8. Ctesias ait ***menses sex, dies quindecim.*** Sed Hieron., in Ezechiel. c. IV, nostram lectionem sequitur.

(Ibid.) *Sic per menses diversos his superioribus annus accrescit.* Olim hæc habebantur inter illa verba, *Sogdianus IX, mens.* 7, et hæc *cui successit Darius*, sed expunximus quia nullum integrum sensum efficiunt. Desiderantur omnino in A., Vi., O., M., V., Va., P., Lo., Fa., Fux., Mar., Vincen.; et si essent retinenda, emendanda essent, sicuti prodit Pi. : *hic per menses diversos hos et superiores annos* (annus) *accrescit*, ut sit sensus ex his 2 mensibus Xerxis et 7 Sogdiani, et 7 Artabani, conficiendum esse unum annum. Nam hoc clarius significant verba Mariani : *his adde menses 7 Artabani*, *fit annus et menses* 5. Nihilominus in Vi., O., P., L., appingitur in serie annorum inter Sogdianum et Darium annus unus, cum in aliis ille annus sit interpositus inter Artabanum et Longimanum, ut diximus; at si iterum repeteretur, alter esset superfluus.

(457, IV.) ***Recessit, et rursum Ægyptiorum renascitur dynastia*** **28;** ***et regnavit Amartheus***, etc. Ita recensuimus ascitis nonnullis ex Vi., O., Fi., L. Nonnullis vero ex Lo., Fa., et impressis, cum in istis verba illa *rursus Æggptiorum renascitur* desiderantur, et cætera essent alio translata ad an. 3 Amarthei, vel 4 ejusdem, ut in Lo. In illis vero notæ illæ 28 aberant penitus, sicut etiam in A., V., Peta., Fux., sed in M. ad oram locantur. Porro primus annus Amarthei in Vi., Pi., O., jacet ex adverso an. 21 Macedonum, cum in cæteris an. 20 opponatur : quorum partes sequendas duximus, quia alioquin vel decimus octavus seu ultimus Nectanebi non concurreret cum an. 13 Philippi Macedonum, ut est necesse, et sicut
A habent omnes libri, vel prætermittendus esset annus qui interponitur inter Psammutem et Nectanebum primum, quod factum fuit in illis tribus codicibus.

(Ibid.) *Amartheus primus Saites*. *Amarcus Saites* A., *Amartheus Saitis* L.; *Amarteus Saites* M., Peta.; *Amarthius primus Altes* V., P., Va.; *Amartheus Altes* Lo., Fa.; *Amaxiustactis* Mar.; *Amartheussaius* Pi.; *Amartheus Saltes* Fux.: sed cum hujus nusquam exstat memoria apud veteres, quam ex his appellationibus germaniorem asseremus?

(457, V.) *Plato nascitur*, etc. Natum Platonem indicant omnes libri tam mss., ut septem Vaticani et alii, quam editi et Mar., anno 4 olymp. 88; præter Vi., O., qui anno 3 olymp. 89 : et simili profecto codice usus est Antoninus, ubi ex Eusebio nativitatem Platonis assignat anno 4 Darii Nothi, qui in V., O., concurrit cum illo anno 3 olymp. 89, licet in vulgatis sit ad an. 4 ejusdem olymp. Laertius l. III et Suidas confirmant quidem natum illa olymp. 88.
B Verum quo illius anno, prætermittunt : tamen cum addunt vixisse annos 81, et decessisse anno 1 olymp. 108, significant natum anno 1 olymp. 88. Nam is etiam mos est veterum scriptorum, ut dum loquuntur simpliciter de olympiade, intelligant ut plurimum annum primum illius. Ad quem situm videtur accedere Plutarchus, dum in vita Isocratis ait eum natum circa olymp. 86, et an. 7 ante Platonem : Athenæus vero, l. V cap. 12, refert eum natum *Apollodoro* Athenis archonte, et obiisse sub *Theophilo* altero archonte, cum vixisset 82 annos. At Diodorus, l. XII, comparat Apollodorum cum anno 3 olymp. 87, qui nobis est ab Abraham 1587; et Theophilum (l. XVI) cum anno 1 olymp. 108, qui est ab Abraham 1666, et sic reperiuntur intermedii anni 82 vitæ Platonis. Alii vero chronographi non levioris notæ conferunt Apollodorum cum an. 3 olymp. 88, et Theophilum cum anno 1 ejusdem olymp. 108. Sed juxta illos dicendus esset vixisse tantum an-
C nos 79, quæ varietas, licet non sit exigua, tamen indicat omnes convenire de ejus obitu in olymp. 108, et majorem numerum de ortu in olymp. 88 : ideo nefas duximus discedere a vulgatis. Adde quod ab ejus anno ortus 4 olymp. 88, usque ad annum obitus 4 olymp. 108, probe assequimur eos annos 81, quos egit Plato testimonio non solum Laertii, sed Luciani in Macrobio, et Censorini die natali, atque Senecæ epist. 61; licet Valerius Max. l. VIII cap. 7, et Suidas præter Athæneum Platoni tribuant an. 82.

(Ibid.) *Lacedæmonii et Athenienses*, etc. Licet Vi., O., hæc ascribant anno 7 Darii, tamen situm septem Vaticanorum, Mar. et editorum, magis probarim circa ejus annum primum, qui est 1 olymp. 89, tum quia sic docent Lo., Fa., Pi., Fux., Peta., tum quia propius accedunt ad testimonium Thucydidis l. V : *Fœdus hoc initum decem solidis annis et pauculis diebus a principio belli Peloponnesiaci*, *illudque fuisse* 50 *annorum*. Itaque ex ejus fide fœdus hoc initum est anno 2 Darii, nam 13 ejus annus est illi annus 20
D belli Peloponnesiaci. Diodorus l. XII constituit antiquius annis sex, ad *consulatum Papyrii et Julii*, et an. 3 olymp. 87.

(Ibid.) *Eudoxus Gnidius*. In Vi., O., Fux., Lo., *Eudoxus Enidius*; in Pi., *Eudoxus et Cnidius;* in Peta., Mar., *Eudoxus Cnidius;* et sic etiam habent Clemens l. I Stromat., Laertius, Plutarchus, Athenæus l. VIII, Suidas et Græci, ut Latini Cnidius a Cnido urbe Doridis in Asia; sed de commutatione G in C, et contra, sæpe diximus.

(Ibid.) *Ver sacrum*. Vide quas tenebras offundit inscitia amanuensis in codicibus Lo. et Fa., cum ignoraret ad quid *ver* hoc loco, illius vice subrogavit *cel*; aberat vero utrumque a Mariano, licet habeat cætera. Vincentius et Antoninus legunt idem nobiscum testimonio Festi adhibito. Nam *Festus*, inquiunt, *scribit apud Lacedæmonios fuisse morem vovendi ver sacrum*, cum tamen apud Festum nulla penitus La-

cedæmoniorum hac in re fiat mentio. *Ver sacrum*, inquit Festus, *vovendi mos fuit Italis; magnis enim periculis adducti vovebant quæcumque proximo vere nata essent apud se animalia immolaturos; sed cum crudele videretur pueros et puellas interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines suos exigebant.* Et Nonius Marcellinus: *Ver sacrum quidam*, inquit, *dictum putant ut plerumque vitabile et exsecrandum, sed Sisenna religiosum dicit historiarum lib.* IV: *quondam Sabini dicuntur vovisse, si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos.* Strabo, l. v, et Livius, l. XII et l. XXXIV, hujus voti meminerunt: consulat eos lector, ne immoremur in re nota.

(Ibid.) *Lacedæmonii ver sacrum destinantes Heracleam urbem condunt.* Dissentiunt ab invicem codices. Nam in Peta., Fux.: *Lacedæmonii ver sacrum Heracliam destinantes urbem condunt;* quod idem exstat in Fa., Lo., nisi quia pro *Heracleam* habent *Heracliam*, ut et Marian., quod ferri potest; diphthongus enim *ei* nunc per *i*, nunc per *e* redditur, ut Alexandria et Alexandrea. Porro hæc non eumdem laterculum in omnibus libris occupant; nam in Peta. eum qui oppositum habet annum 2 Darii; in Pi., Fux., qui an. 3; in Vi., O., qui anno 10; in Lo., et Fa., et Mar., eum qui anno 4; cum quibus idem referunt excusi.

(Ibid.) *Alcibiades profugus*, etc. Revocant ista ad an. 10 Darii Lo., Mar., septem Vaticani et excusi. At Pi. ad an. 1 Darii; O., Vi., ad an. 5; Peta., Fux., ad an. 9. Thucydides l. VIII vult hanc fugam contigisse paulo ante annum 21 belli Peloponnesiaci, qui concurrit cum anno 13 Darii. Itaque excusi magis accedunt ad Thucydidem, immo etiam ad Diodorum lib. XIII, qui refert hanc pugnam ad an. 1 olymp. 93, *coss. Papyrio et Nautio.* Nihilominus, quia ille consulatus in fastis Onuphrii constituitur anno 2 olymp. 92, qui est Urbis 608, secundum Livium et supputationem Varronis, et qui concurrit cum an. 14 Darii, hoc pacto Diodorus uno tantum anno dissideret a Thucydide.

(Ibid.) *Clades quæ Atheniensibus accidit in Sicilia. Clades quæ in Sicilia Atheniensibus accidit: alterne pugnantes omnes ceciderunt* Fux. Porro septem Vaticani et libri excusi accidisse volunt anno 6 Darii: *cujus* rei auctores habent chirographos Lo., Fa. Verum dissentiunt Peta., Pi., Fux., Mar., qui circa an. 5 ejusdem notant, et Vi., O., qui circa an. 12, quos sequimur, quia firmatur auctoritate Thucydidis, l. VII, et Diodori, l. XII, dum hanc cladem comparant, ille cum an. 19 belli Peloponnesiaci, qui illi est 12 Darii, hic cum an. 4 olymp. 91; fuitque maxima clades omnium, quæ in hoc bello Peloponnesiaco acciderunt Atheniensibus, ut ait Thucydides.

(Ibid.) *Eubœa ab Atheniensium societate discedit.* Agnosces veterem locum, quem retinuimus ad an. 21 Archelai, ne a veterum codicum septem Vaticanorum, Peta., Fux., Lo., Fa., societate discederemus, licet in Pi. sit ad an. 22; in O., Vi., ad an. 23; in Mar. ad an. 20. Et hic tamen firmatur auctoritate Thucydidis lib. VIII, dum ait Eubœos misisse legatos ad Agin regem Lacedæmoniorum de sua ad eum defectione, circa hyemem, seu finem anni 19 a bello Peloponnesiaco. Nam ille annus 19 desinit in æstatem anni 20 Archelai, numerando more Romano a calendis Januarii.

(Ibid.) *Erupides apud Archelaum et Sophocles Athenis moritur.* Opponuntur ista in Pi., Mar., anno 17 Darii; in Lo., O., Vi., Fa., Fux., septem Vaticanis et excusis, an. 18; in Peta. anno 17, qui incidit in an. 1 olymp. 93; cui favet Suidas, dum scribit Euripidem obiisse olymp. 93 Sed hoc stare non potest cum auctore, apud quem ille annus 1 olymp. 93 concurrit cum an. 1 Orestis successoris Archelai, et consentientibus Plinio, Solino, Plutarcho, et omnibus historicis, certum est *Archelaum non solum contentum*, ut loquitur Solinus, *suprema Euripidis sumptu funeris prosequi, sed crinem tonsus est, et mœrorem quem animo conceperat, vultu publicavit.* Suidas autem dissentit ab auctore in Sophocle cum ait eum mortuum *sexto anno post Euripidem.* At Diodorus lib. XIII citat Apollodorum in Chronicis scribentem Euripidem et Sophoclem eodem anno vita excessisse, Callia præfecto Athenis et anno 3 olymp. 93. Pausanias lib. I, Solinus et Plinius lib. VII cap. 29, referunt obitum Sophoclis ad eum annum quo Lacedæmonii, duce Lysandro, irruperunt in Atticam, et obsederunt Athenas, quemque Diodorus vult esse annum 1 olymp. 93. Plutarchus, lib. VII Sympos., ait Euripidem decessisse *ipso natali Dionysii inter Siciliæ tyrannos senioris.* Forsan sumpsit patrem pro filio, vel etiam natalem Dionysii senioris pro initio tyrannidis ipsius, quod auctor comparat cum anno obitus horum duorum tragœdorum. Sed hoc loco dicendum est cum Plutarcho in Numa *non esse facile exigere ætates ad amussim, maxime si reducantur ad olympionicas.* Itaque in hac varietate satius fuit nil mutare.

(Ibid.) *Apud Archelaum. Apud Arelatum* V., Va., Lo., Ven. Verum absque dubio germanior est lectio vulgata, cum institutum auctoris sit annos Archelai regis Macedonum contexere: ad quem accedit Pausanias lib. I, dum ait *Euripidem cum in Macedoniam ad Archelaum regem* (de quo hic Eusebius) *profectus esset, illic sepultum fuisse.* Plutar. in Lycurgo ait *humatum prope Arethusam.* Diodorus lib. XIII: *sunt*, inquit, *qui dicant Euripidem apud Archelaum regem Macedonum, dum per agros vagaretur, in canes incidisse, a quibus dilaniatus interierit;* et eadem est sententia Herodo. lib. XIII, et Gellii lib. XV cap. 20. Observabis etiam paulo infra idem occurrere ut pro *Archelaum* legatur *Arelatum* in aliquot chirographis. Simile quid exstat apud Prosperum, ubi pro *Arelas* legitur in editionibus superioribus *Arcillas.*

(459, II.) *Mnemon.* Sic restituimus pro *Memnon*, ex A., L., S., Vat., M., P., Vi., Pi., Peta., Fux., O., Ven., Lut., Fa., Mar., Isocrate, Diodoro, Æmilio Probo, Plutarc. in Apophtheg., et in Mario, qui ait idem significare ac *memor*, quod felicis esset memoriæ: in V. legitur *Nemeon;* apud. Bedam *Memnon;* Vincen. et Fre. habent *Mennon;* Jornan. *Mimnon;* sed Hieronymus in Ezechielis IV confirmat nostram lectionem, nam alludens ad locum hunc, sic ait: *Artaxerxes cognomento* Μνήμων *Darii et Parysatidis filius.*

(Ibid.) *Parysatidis.* Fuit hæc lectio cæteris præferenda, quia sic Peta., et apud Cedrenum, Apollodorum, Xenophontem, Diodorum, Ctesiam, Suidam, Παρυσάτης. Adde quod in V. legitur transpositis elementis *Pyrasatidis:* exstabat antea *Parysatidis* in vulgatis, et apud Hieron., Bedam, Justinum, Orosium, et in aliis mss., sed in vocis Græcæ orthographia Græcos potius quam Latinos sequendos nemo dubitat. Apud Ælianum lib. XII lego *Parasatidis;* apud Mar. desideratur.

(459, III.) *Macedonum XV, Amyntas an.* 1. Fœde nimis prius pro *Amyntas* nescio quo pacto irrepserat *Pausanias*, sed satius visum est imitari A., M., P., L., O., Fux., Vi., Peta., Fre., in quibus hoc loco et bis in sequentibus exhibetur regnum *Amyntæ.* Aliquoties enim expulsum fuisse constat ex Diodoro lib. XIV, inque ejus locum alios subrogatos. Cæterum noluimus mutare orthographiam vocis *Amyntas*, licet in Fa., Fux., et Lo., Vi., scribatur cum *i.* Cæteri enim codices et Mar., vulgatam scripturam per *y* consectantur, et habent assentientes Velleium, Pausaniam, Herodotum, Diodorum, Strabonem et alios plures.

(459, IV.) *XXIX dynastia Ægyptiorum.* Pro 29, in A., L., V., O., Va., Vi., Fa., Fux., Peta., Pi., Mar., substituitur 18; sed cum præcedentem dynastiam diximus 28, hæc merito vocabitur 29. Præterea post vocem *Ægyptiorum* succedebat olim *an.*

40. Verum contra morem nostrum penitus expunximus, non solum quia exsulant a Vi., O., Lo., A., L., M., Fre., Peta., Pi., sed præcipue quia subsequentia tot annos pati non possunt.

(459, iv.) *Nepherites. Tinéphertes* V., Vat., Fa.; *Repherites* P.; *Nefertes* Lo., Pi.; *Nephelites* Mar.; *Neferites* Vi., Fux., O.

(Ibid.) *XXX dynastia Ægyptiorum Mendesiorum.* Pro 30, antea legebatur 29, et in Fa., 28, sed secuti sumus A., O., Vi., et rationem antecedentium et subsequentium. Librarius aut potius corrector, sui nominis oblitus, totum hunc paragraphum, qui incipit *post quem Achoris*, inseruit post annum 5 Neferitis, et 3 Archelai, cum ejus situs debeat esse post annum 6 Neferitis, quem ille etiam prætermisit, et annum quartum ipsius Archelai, et pro voce *Mendesiorum* scripsit *Mindesiorum*.

(Ibid.) *Mendesiorum*. Castigatius ut antea *Mindesiorum*, tum quia ita habent Peta., Fux., Lo., quibus accedit Fa., in quo *Mendasiorum*, tum quia de *Mende* urbe Ægypti, et de *Mendesio* uno ex septem ostiis Nili, et de *Mendesia* præfectura, Ptolemæus et Strabo sæpius; de *Mindesio* nulla memoria.

(459, v.) *Dionysius in Sicilia*, etc. Conveniunt scripti cum editis, ut hæc ad annum 24 Archelai reponantur; sic Fa., Fux., Lo., O., Vi., licet in Peta. sit circa an. 2 Orestis; in Pi. circa an. 3. Confirmatur vulgata sedes ex his, quæ paulo post notavimus circa ejus mortem anno 1 olymp. 103, licet ab ea tribus annis differat Dionysius, dum lib. vii refert hujus tyrannidis initium ad. an. 3 olymp. 93.

(Ibid.) *Dionysius in Sicilia*, etc. Respondebant hæc olim anno 16 Darii; quod et habet Fa.; apud Mar. an. 15; in Lo., Vi., O., an. 17; in Pi. an. 1 Mnemonis; in Fux. et Peta. an. 18, cui hæc reddita sunt non solum quia ita duo illi codices, sed præcipue quia propius accedit ad auctoritatem Dionysii Halicar. lib. vii; scribit enim Dionysium invasisse tyrannidem an. 3 olymp. 93, qui incurrit in annum 49 Darii.

(Ibid.) *Assuerus*. Cum antea scriberetur cum simplici *s*, omnes libri docuerunt geminandum, præter Peta. et Pl.; quæ scribendi ratio eo probabilior redditur, quod cum exstet passim in divinis litteris et I Esd. iv, Ester. i, Daniel ix, non est verisimile Eusebium et Hieronymum eam neglexisse.

(Ibid.) *Dionysius Syracusis tyrannidem*, etc. Inanis videbatur repetitio, cum idem fere paulo ante diceretur : quominus tamen hinc amoveam, prohibet unanimis exemplarium consensus: ad quæ etiam accedit Marianus, Justinus quoque lib. v, dum scribit Dionysium missum in exilium anno 1 Artaxerxis Mnemonis : quin facit etiam Diodori auctoritas, qui lib. xiv refert Dionysium suam tyrannidem Syracusis confirmasse anno 1 olymp. 94, quo fit ut codices Vi., O., malim imitari, qui ut magis affines hæc reposuerunt ad an. 2 olymp. 94, quam Lo., Pi., Fux., Fa. et editos, qui ad an. 3, vel etiam Peta. et Mar., qui ad an. 4.

(461, iii.) *Macedonum XVI, Pausanias an.* 1. Ita restituimus hunc locum juxta antecedentem notam de Amynta, cum olim pro 16 legeretur 15. Observa autem pro *Pausanius*, legi *Pausanes* in V., Va., Fa., S.

(461, v.) *Athenienses sustinent tyrannidem*. In Vi., O., desiderantur, sed in Peta., Fux., an. 5 Mnemonis tribuuntur, ut in Lo., Fa., Mar., an. 4, quæ eo magis probantur, quo habent impressos imitatores : nec improbandus omnino uterque situs. Auctor enim non tam respicit ortum tyrannidis, seu oligarchiæ a Lysandro introductæ per triginta viros rectores, seu potius tyrannos, quam tempus circa quod tyrannis hujusmodi exercebatur; introductam enim anno 1 olymp. 94, satis convincitur ex eclypsi solis, quæ tunc contigit, ut constat ex Xenophonte lib. ii.

(Ibid.) *Isocrates rhetor agnoscitur*. Hæc in Lo., Fa., Fux., Peta., septem Vaticanis, vulgatis et Mar., occupant annum 4 olymp. 94; in Vi., O., anno 2;

A in Pi. an. 3, ubi pro *agnoscitur* legitur *fuit*. Tunc enim erat annorum circiter 32, si natus est olymp. 84, ut vult Plutarchus in ejus Vita.

(Ibid.) *Democritus moritur*. Mortis hujus nulla vestigia in Vi., O., Pi., L. Verum contigisse referunt an. 5 Mnemonis, seu 4 olymp. 94, Peta., Lo., Fux., Fa., sicut etiam habent excusi. Porro non ita est facile judicare ex aliis auctoribus, cui ex istis libris sit potius assentiendum. Nam si credimus Diodoro lib. xiv, esset potius rejiciendum in annum 1 olymp. 94.

(Ibid.) *Alcibiadem Pharnabasus interficit*. Hæc ad eumdem an. 5 Mnemonis, seu 4 olymp. 94, in O., Peta., Vi., Lo., Fux., Fa., et in vulgatis; in Mar., ad an. 6 Mnemonis. Diodorus lib. xiv hanc necem conjicit in an. 1 ejusdem olymp. 94.

(Ibid.) *Cum antea 16 tantum litteras*. Augent eum numerum nonnulli libri. Nam Pi., L., et Fre., *viginti duas*, sed quis nesciat prius et verius et germanius?

B cum constet tum ex aliis libris, tum ex Plinio lib. vii cap. 56, Herodoto lib. v, et aliis, Cadmum 16 litteras, seu elementa, e Phœnicia in Græciam attulisse, quibus Palamedes adjecit quatuor, post eum totidem Simon Melicus. Isidorus lib. i Orig. cap. 3, paulo aliter. Nam tribuit Cadmo 17 litteras, Palamedi 3, Simonidi 3 et Pythagoræ litteram *y*; Cedrenus Palamedi 16, Cadmo 4, Simonidi 2, Epicharmo 3; sic varii varie. Quod pertinet ad situm, quia res observatione digna, ideo neque circumstantia anni prætereunda : quia tamen nulli omnino veterum quidquam testatum reliquere, sufficiat monuisse omnes codices connumerare hæc an. 6 Artaxerxis, ut Fux., Fa., Lo., Peta., Pi., seu an. 1 olymp. 95, una cum editis. Excipio Vi. et O., qui anno 10, et an. 4 olymp. 93; Mar. an. 7.

(Ibid.) *Grilli*. Sic emendavimus ex L., M., P., pro *Gribi*, ut in vulgatis; vel *Erylli*, ut in A., Al., O., Vi.; sic enim apud Pausaniam cum duplici *ll*, Γρύλλου. Idem apud Lucianum in Macrobio, Suidam in voce

C *Xenophon*, et Ctesiam in Persicis, quem hoc loco Eusebius facit coætaneum Xenophonti.

(Ibid.) *Ctesias*. *Erretisias* V.; *Estesias* P.; *Syds* S., Fa.; *Sias* Lo.; *Sylas* Va.; *Cthesias* Pi.; *Sresias* Ven., Lut. Retinuimus *Ctesias* tum ex codice Fux., tum quod certum est ex Diodoro Sicul. lib. ii cap. 9, Ctesiam Cnidium historicum militasse sub Artaxerxe, et ob artem medicinæ apud eum summo in honore habitum, scripsit de rebus Indicis, et Persicis, testibus Diodor. ibid., Strabone lib. ii et xiv, Pausan. lib. ix, Plutar. in Artaxerxe, Athenæo lib. xiv. Exstant illius nomine libelli Græci de rebus Persicis et Indicis hoc titulo, Περσικῶν ἐκλογαί, et Ἰνδικῶν ἐκλογαί, editi ab Henrico Stephano anno 1557. Sed et cæteri codices ita docent, ut Vi., Peta., O.

(Ibid.) *Socrates venenum bibit*. Quo anno id contigerit, non ita certo constare potest, cum non idem omnes libri. Nam Peta., Lo., Fux., referunt ad Mnemonis annum 7, qui est 3 olympiad. 95; Fa., Mar.,

D septem Vaticani et editi, ad 8; O., Vi., ad an. 11; tres primi propius accedunt ad mentem Laertii lib. i, qui obitum Socratis tribuit juxta Apollodorum in Chronicis anno 4 olympiad. 95. Diodorus autem lib. xiv ad an. 1 olymp. 97.

(Ibid.) *Templum rursus*, etc. Peta., Lo., Fa., Fux. et impressi; reponunt circa an. 8 Mnemonis; Vi., O., circa 12; Mar. circa 9.

(Ibid.) *Speusippus*. Vide paulo post quæ de orthographia hujus nominis traduntur.

(465, iii.) *Argeus XVII, an.* 2. Sic ex A., M., L., V., P., Peta., Fux., pro *Argeus XVII, an.* 1, ut in editis; vel *XVII, Algeus, an.* 2, ut in O., Vi.; vel *XVII, Argeus an.* 1, Mar.; vel *XXVIII, Argeus an.* 1, Ven.; vel *XVIII, Argeus an.* 2, Lut. : sed esse errorem librarii dignoscitur ex serie in qua apponuntur notæ 1, 2. Diodor. lib. xiv ait nonnullos scribere Argeum Amynta expulso regnasse annos 2.

(Ibid.) *Amyntas an.* 18. Reposuimus *an* 18, ad

imitationem Fux., Peta., O., Fa., Vi., A., L., Lo., Pi., pro an. 19, uti in editis, præter Ven., ubi an. 6; sed hunc errorem tribuendum soli librario, satis constat ex serie annorum, ubi numerantur tantum an. 18.

(463, IV.) *XXXI dynastia Ægyptiorum Sevenitarum*, etc., *Psammutes*, etc. Hæc varie sese habent: Nam in vulgatis ita legitur, *Psammutes IV*, *Ægyptiorum an.* 1, *post quem Neferites V. mens.* 4; *et post eum Nectanebus VI*, etc. At ad an. ejus 4, XIX *dynastia Ægyptiorum Evenitarum*. Sed quam inordinata sint, ex his agnosces: primo quia ille numerus 29 bis in illis antea reperitur, ut sub regno Nepheritæ et sub regno Achoris, etc. Delevimus porro notam illam numeralem 4, ut in sequentibus regibus illas 5 et 6, quia absunt a mss., præter Va., Fa., qui habent notas hujusmodi non in illis tantum, sed in præcedentibus duobus regibus Ægyptiorum, quos distinguunt per 2, 3. Ad extremum præfiximus 31, non quod a codice aliquo fuerimus adjuti, sed præcedentium et subsequentium auctoritate adacti. Etenim in Lo., A., L., O., Vi., Peta., Fux., legebatur 30 *dynastia*, etc.: in Fux. vero notatur *XXXI*, cum revera debeat esse *XXXII*; in Pi., L., tota sententia desideratur; eam nos ante *Psammutes* præmisimus, tum quia ita monuerunt veteres illæ membranæ Vi. et O., tum quia sensus id videbatur exigere cum prius in Lo., Peta., ut in vulgatis, anno 4 Nectanebi responderent.

(Ibid.) *Ægyptiorum Sevenitarum*. Ita recensendum docuerunt partim editi et Fa., in quibus *Ægyptiorum Evenitarum* cum *u* et unico *n*; partim ex Lo., ubi *Ægyptiis Evenitarum*: sic enim delusus librarius pro *Ægypti Sevenitarum* per disjunctionem litteræ *s*, quam superiori vocabulo connexuit. Non deerat ratio quæ moneret legendum *Sebenidarum*, cum ita habeant Vi., Fux., O., Peta.; quibus proxime accedit A., in quo *Ægyptis Abenidarum*, corrupte, pro *Ægypti Sebennidarum*, potissimum vero quia Σεβεννῦτος urbs est Ægypti apud Stephanum, Strabonem et Ptolemæum; unde apud Herodotum lib. II *Sebennitica ostia Nili*; et de Manethone *Sebennita* Plut. opusc. de Iside et Osiride: placuit tamen non omnino a vulgatis discessionem facere: β enim Græcorum in nominibus propriis per *v* ut plurimum apud Latinos redditur. Ex quibus satisfiet Ortellio in Thesauro Geograph. et Ducæo in Clementem, qui restituendum illic putant *Syenitarum* pro *Evenitarum*. *Syene enim*, inquiunt, *inter urbes Ægypti a Ptolemæo numeratur*; et quia licet legatur apud Clementem Alexandrinum Εὐηνῖται tamen de Syenitis volunt accipiendum, cum hoc ipsum, quod is ibi *Evenitis*, Plutarchus et Ælianus *Syenitis* tribuant. Illis addit Ortellius neminem umquam *Evenitas* nominasse, nec se moveri iis, quæ hic apud Eusebium reperiuntur, *dynastia Ægyptiorum Evenitarum*, cum absint, inquit, *a codicibus membranaceis*: quod licet verum sit in nonnullis, ut in Pi. et L., siculi diximus, cum tamen cæteri faveant, quid necesse est a plurium consensu recedere?

(Ibid.) *Psammutes*. In O., Vi., *Speammutes*; in Peta. *Psammuthes*; Fux. *Sammutes*; Fa. *Samantes*; Pi. *Muthes*; Lo. *Samutes*.

(Ibid.) *Menses 4. Menses* 3 Pi., L.

(Ibid.) *Nepherites II*, *an*. 6. Antea legebatur *Neferites II*. Sustulimus numerum *II*, quia sic jubent omnes libri, præter Fa., nec hoc loco solum, sed etiam in aliis regibus subsequentibus usque ad olympiad. 103. Delevimus similiter *IV*, *V*, *VI*.

(Ibid.) *Et post eum Nectanebus*. Hoc nomen tribus in locis reperitur, sed valde diverse; in primis editionibus Ven. et Lut. priori loco *Nectenebris*, secundo *Nectabanus*, tertio *Nectanebo*; in editionibus Bas. et So., duobus primis locis *Nectanebus*, ultimo loco *Nectanebo*; in aliis diverse eodem modo aliquando, vel *Nectenebis* et *Nectabon* A., P.; *Nectaneb M.*; *Nepiebis* et *Nectaban* et *Nectanebo* Lo.; *Netebitos* et *Nectabon* V., Va.; *Netebites*, *Nectabon*, *Nectanebus* Fa.; *Necthanabus* et *Nectanabus* Fux.; *Nectenebis*, *Nectenabis*, *Nectanebus* Peta.; *Nectenebis*, *Nectanabus* O., Vi.; *Nictinibes*, *Nectanibus*, *Nectanebus* Pi., L.; *Nectenebis*, *Nectabon*, *Nectanebus*, apud Idac.; *Nectaben* apud Apollodorum: Mar. et Vinc. *Nectanabus*; Diodor. lib. XV, *Nectanebos*; Plutarch. in Agesilao scribit *Nectanabis*; sic etiam Polliænus, Æmilius Probus in Agesilao, Gemisthus lib. de his quæ post Mantineam; Idacius, *Nectenebon*; Apollodorus *Nectanabus*. Parum refert an dicas *Nectanabus*, vel *Nectanebus*, vel *Nectanebis*; tamen ut auctor sibi constet, ubique retinebimus *Nectanebus*. Demum illa *et post eum* absunt a Fux., Lo., Pi., et eorum loco in Fa., O., Vi., Peta., legitur *post quem*; antea deerant illi duo et singuli anni, quos restituimus ante primum Nectanebi annum: in ordine Ægyptiorum videtur ex adverso 3 et 4 numerorum regum Macedonum et 17 et 18 regis Persarum: ita ut pro Psammute notetur annus 1, pro Nepherite item 1, idque ex præscripto omnium mss.

(463, V.) *Carthaginensium bellum famosum*. Pro *Carthaginensium* habetur in Pi. et Peta. *Carthaginiensium*, et quia illa vox non semel postea reperitur in numero plurali, alii habent *i* inter primum *n* et *e*, quod Priscinus præcipit lib. IV: *Si*, inquit, *sunt tertiæ declinationis*, *abjiciunt extremam s*, *et assumunt ensis*, *ut Pistor*, *Pistoris*, *Pistoriensis*; *Carthago*, *Carthaginis*, *Carthaginiensis*. Sic etiam legit Eutropius, Livius, et alii plerique, facitque Ennianus versus quem Cicero citat:

> Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.

Claudicabit enim metrum, si legas *Carthaginensis*. Exstat in antiquo marmore incisum epigramma, quod adhuc Romæ in Transtiberina regione spectatur, quo idem confirmatur. Æmilius habet *Karthaginienses*; tamen quia alterum est jam receptum, et exstat in pluribus exemplaribus, continui me ne quid mutarem. Rediguntur autem in Peta., Lo., Fux., ad an. 12 Mnemonis; in Vi., O., ad ann. 15; in Fa., ad an. 13, qui est 4 olymp. 96, cum quo conveniunt editi: et firmatur auctoritate Diodori lib. XIV, qui hoc bellum Carthaginensium contra Dionysium Syracusanorum tyrannum notat olymp. 96. Vide Pausaniam lib. I, Ælianum lib. IV. Porro quod bellum Carthaginense intelligat, satis dignosci potest ex Diodoro illud esse quod inter Dionysium Syracusanorum tyrannum et Carthaginenses gestum est.

(Ibid.) *Galli Senones*, etc. Licet constet ex Dionysio lib. I annum captæ Urbis a Gallis fuisse cardinem, seu normam, cujus ope posteriores Romani circa annum Urbis 650 certam anni conditæ urbis notitiam adepti sunt, observandum tamen teste Plutarcho in Camillo, *minus certum esse hac de re judicium*; *cum istorum temporum non exstet exacta memoria*, ut proinde minus mirum videri debeat, si libri inter se aliquantulum varient. Nam excusi simul cum Fa. et Lo. referunt ad an. 14 Mnemonis, qui est an. 1 olymp. 97; Peta., Fux, ad an. 15; Mar. ad an. 16; O., Vi., ad an. 17, qui est 4 olymp. 97. Postremus hic situs probandus præ cæteris videbatur ex sententia Dionysii in hæc verba: Ἡ Κελτῶν ἔφοδος καθ' ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω συμφωνεῖται σχεδὸν ὑπὸ πάντων ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυργίωνος γενέσθαι κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδοῆς καὶ ἐννενηκοστῆς ὀλυμπιάδος. ὁ δὲ πρὸς τῆς καταλήψεως χρόνος ἀναγόμενος εἰς Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον καὶ Λεύκιον Ταρκύνιον Κολλατῖνον τοὺς πρώτους ὑπατεύσαντας ἐν Ῥώμῃ μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν βασιλέων ἔτι περιείληφεν εἴκοσι πρὸς τοῖς ἑκατὸν, δηλοῦται δὲ ἐξ ἄλλων τε πολλῶν καὶ τῶν καλουμένων Τιμητικῶν ὑπομνημάτων: *Gallorum*, inquit, *expeditio*, *qua Roma capta est*, *fuit*, *ut omnes fere auctores consentiunt*, *Athenis summum magistratum gerente Pyrgione*, *circiter primum annum nonagesimæ octavæ olympiadis*: *quod si retrorsum tempora suppules usque ad L. Junium Brutum et L. Tarquinium Collatinum*, *pri-*

*mos Romanorum post expulsum regium dominatum consules, complectuntur annos centum et viginti, sicut apparet cum ex aliis multis, tum e Censoriis commentariis.* Jam vero numerus ille annorum 120, quos Dionysius hoc loco colligit post Porcium Catonem ab exactis regibus usque ad Urbem captam, situm nostrum et antiquum tuetur. Etenim si facta computatione annumeres anno Abrahæ 1264, qui proxime antecedit natalem urbis Romæ, illos 120 et iisdem aggreges 240, quibus auctor docet septem Romanorum reges regnasse, exsurget annus 1624, quem vides præcedere illum ann. 1 olymp. 97. Nec te remoretur differentia illa quatuor annorum, qui interponuntur inter situm auctoris et Dionysii. Nam discriminis inde ratio nascitur, quod Dionysius det imperio septem regum Romanorum an. 244, auctor vero tantum 240. Demum uterque ille situs, seu ad 1 olymp. 97, seu ad an. 1 olymp. 98, firmatur ex verbis Plutarchi, dum in Vita Camilli vult hoc contigisse circa plenilunium et solstitium æstivum, *ἐγένετο δ' ἡ μάχη περὶ τροπὰς θερινὰς περὶ τὴν πανσέληνον ᾗ καὶ πρότερον ἡμέρᾳ μέγα πάθος συνέβη, τὸ περὶ τοὺς Φαβίους, τριακόσιοι γὰρ ἐκ τοῦ γένους ὑπὸ Τυῤῥηνῶν ἀνῃρέθησαν, pugnatum*, inquit, *plenilunio circa solstitium æstivale, quo die ante quoque ingens Fabiorum accepta clades fuerat, ex qua familia trecenti fuerunt ab Hetruscis cæsi.* Nemo enim nescit ludos Olympicos exhiberi solitos in plenilunio solstitii æstivalis. Nec est inusitatum et insolitum auctorem assignare sequenti olympiadi, quod sub finem præcedentis contigit. Dum autem idem Plutarchus subjungit id factum *anno Urbis* 360, *et aliquanto amplius*, hoc est ergo anno 361 ineunte, idem est ac si diceret cum auctore, factum an. 1 olymp. 97. Nam adde annis ab Abraham 1264, illos 361, reperies an. 1625, qui comparatur cum illo an. 1 olymp. 97. Contra Eutrop., Plin. lib. XXXIII cap. 1, Cassiodorus et Livius, favent Dionysio, dum illi tres primi volunt id contulisse an. Urbis 364, scilicet secundum supputationem Catonis ab ann. 1 olymp. 7, et Liv. ann. 365, secundum Varronem, ab an. 4 olymp. 6. Etenim annumera 365 ad 1264 ab Abraham, resultabit annus 1629, quem vides incurrere in illum an. 1 olymp. 98. Satius ergo fuerit in re tam dubia jam receptum in editis situm retinere. Diodorus longe dissentit a superioribus, dum libro XIV hoc ipsum tribuit anno 3 olympiad. 98.

(463, v.) *Tribuni militares pro consulibus esse cœperunt*, etc. Creati referuntur hi tribuni in Peta. et Fux. an. 18 Mnemonis, seu 1 olymp. 98; in Vi., Mar., O., anno 20; in septem Vatic., Lo., Fa. et editis, an. 17. Eutropius existimat tribunos militares creatos anno primo post captam Romam a Gallis, et Urb. 365, qui concurrit juxta auctorem cum illo an. 18 Mnemonis. Marianus vult an. 366: sed cum libri parum inter se distent, nulla mutatio facta est. Cassiodorus idem fere sentit cum Eutropio nisi quod silet annum Urbis. Quod autem uterque ait tunc dignitates mutatas Romæ, jure reprehenduntur a viris doctis, cum sit manifesta ἀνιστορισία. Porro quod auctor scribit tribunos militares hoc anno cœpisse, cum omnes scriptores uno consensu eorum initium referant circa an. Urbis 310, ut ante monuimus, nescio an culpa possit transferri in librarios, seu primos exscriptores, an in auctorem ipsum. Denique pro *tribuni militares*, in O., Sa., Vi., *tribuni militum*.

(465, I.) *Olympias* 100. Unus omnium exemplarium concursus in situ hujus olympiad. ad an. 26 Persarum, 12 Macedonum, 8 Ægyptiorum: nisi quod in Vi., O., L., Pi., sit circa an. 27 Persarum: quia cum illi quatuor prætermiserint in serie Persarum annum magorum fratrum ante Darium, fit ut antevertant cæteros libros uno anno, sicuti præmonuimus.

(463, III.) *Ptolemæus Alorites.* Pro *Alorites*, in Fa. *Alonites*; apud Vincent. *Alortes*; in Peta. *Alarites*, et supra *a* est appictum.

(Ibid.) *Ptolemæus.* Hæc vox multiplicem subit rationem scribendi. Nam in Peta. *Ptolemeus*; in Fa. *Tholomeus*: in Fux. *Ptholomeus*; in Vi., O., Lo., Pi., *Ptolemæus*, quæ præ cæteris probatur ut communis, adhibito *e* in secunda syllaba, *æ* diphthongo in tertia, rejecta aspiratione, cum ita exhibeatur apud Ciceronem, Diodorum, Pausaniam, Dionem, Suetonium, Herodianum, Ammianum, Plutarchum, Plinium, Augustinum, Hieronymum, Ælianum lib. XIII, Marianum, et plerosque alios; quin etiam iidem illi codices, cum vox hæc sæpius occurrat, nec sibi nec inter se constant: aliquando enim per *o* in secunda syllaba usurpant, ut apud Ælianum lib. XII; aliquando adhibent *h*, scilicet O., Fa., Fux. et Vi. Equidem origo nominis est a voce πόλεμος, poetice πτόλεμος, et πτολεμαῖος, bellicus, sive martialis: sed Latini scriptores aliquando nonnihil immutant, ut cum pro Ὀδυσσεὺς dicunt Ulyxes vel Ulysses.

(Ibid. *Perdica XXI*, *an.* 6. Recensuimus 21 juxta V., Va., et quia ita poscebat ratio regis præcedentis et subsequentis: scripsimus etiam Perdicca cum duplici cc, suadentibus L., O., Pi., Vi., Lo., Peta., quæ orthographia est Thucydidis lib I, et aliorum: licet prior habeat suos patronos, Diodor. lib. XII, Justinum lib. VII, et alios.

(465, v.) *Magno terræmotu*, etc. In Pi. an. 17 Mnemonis; in Vi., O., an. 21; in Fux. an. 23: in Peta., Lo., Fa. an. 26, seu 1 olymp. 101, quod idem impressi; in Mar. an. 25 ejusdem, et Urb. 371, qui secundum Eusebium nostrum concurrit cum 2 olym. 99. Oros., lib. III, cap. 3, ponit ad an. Urbis 376, qui opponitur anno 4 olymp. 99. Adde enim ad annos Abrahæ 1264, qui præcedunt Urbem conditam, hos 376, exsurgent 1640, qui comparantur cum 4 anno olymp. 100. Fasti Onuphrii annotant ad an. Urb. 376 et 3 olymp. 100. Itaque unius tantum anni discrimen est. Doctissimus Scotus in vitis Aristotelis et Demosthenis pag. 19, vult vitiosum esse situm Eusebii, atque collocandum ad an. 4 olymp. 101, qua in re crediderim illum sectari Diodorum lib. XV, ubi hunc terræmotum tribuit eidem olympiadi. Sed cum ipse Diodorus indicet id contigisse sub tribunis militaribus M. Furio, L. Furio et cæteris, auctor noster alium aliquem historicum Romanum videtur imitatus, qui melius versatus in rebus domesticis quam Græci, tribunos hos conferret cum anno 4 olymp. 99, sicuti fit in Fastis Onuphrii; vel cum 1 olym. 100, ad quem vulgati vindicant sedem hujus paragraphi; propterea cur rejiciatur non video.

(Ibid.) *Helice. Elica* Peta., Fa., Fux., Lo., Pi., Mar.; *Elyca* Fa.; *Elyaca* Vi., O.; Plinius *Elice*; Pausanias et Strabo aspirant Ἑλίκην sicut alii codices, Seneca lib. VI Natur. Quæst., et Orosius: tamen in his duabus urbibus videntur dissentire auctores, quod utramque velit Plinius, lib. II cap. 92, *fluctibus maris absorptam*; Strabo lib. I et VIII: *alteram hiatu, alteram fluctibus*; Pausanias, lib. VII, et Seneca idem cum auctore asserunt utramque terræmotu in mare demersas.

(Ibid.) *Bura. Byra* Peta., Fux.; Pausanias, Cedrenus et Strabo, βοῦρα. Plinius retinet vulgatam lectionem cum aliis libris et Mar.

(Ibid.) *Prænestini*, etc. Sic vulgati cum Peta., Pi.; sed in Fux., Lo., Fa., O., Vi., Mar., *Prenestini*, sine diphthongo; nihilominus vulgata retinenda cum eam habeant Livius, Eutropius, Dionysius, Gellius et alii. Cæterum rejicit ista Peta. ad 14 Mnemonis; Vi., O., ad 28; Mar. ad 27; Pi., Lo., Fux., Fa. et impressi, ad 29, a quibus nefas fuit discedere, quia ille annus 29, est ab Urbe 375, juxta auctorem. Nam adde ad annum ab Abraham 1265 (quo incidit primus annus Urbis) 375, efficies 1640, quem vides concurrere cum illo 29 Mnemonis. At disces ex Livio VI, decad. 1, hanc pugnam accidisse illo anno Urbis 375.

(Ibid.) *Alliam. Aliam* O. Nam etiam Servius in Virgilium notat antiquitus sic scribi solitum, sed po-

stea duplex *l* additum propter metrum. Aldus etiam in sua Orthographia docet scribendum unico *l;* verumtamen Virgilius, Plutarchus, Rufus, Livius, Orosius, et alii plures scribunt cum duplici *l;* castigabis Mar., apud quem *Alcan.*

(Ibid.) *Athenienses*, etc. Peta. his reservat sedem an. 1 Amyntæ; O., Vi., an. 10; Pi. an. 14; Lo., Fa., Mar., an. 15; Fux. an. 18; impressi an. 26.

(Ibid.) *Isocrates rhetor agnoscitur. Socrates rhetor* Mar., sed perperam: inter codices alii quidem assignant ista 3 Amyntæ, ut Peta.; alii 12, ut Vi., O.; alii 16, ut Lo., Fa.; alii 18, ut Fux.; alii 17, ut Pi. et impressi.

(Ibid.) *Plato et Xenophon.*, etc. Ascribuntur ista in Peta. 3 Amyntæ: in O., Vi., Mar., 13; in Pi., 17; in Lo., Fux., Fa., et impressis, 18.

(Ibid.) *Theo rex Ægypti fugit in Arabiam.* Absunt a Pi., L. Omnes libri conveniebant in situ anni 4 olymp. 102; sed cum sensus verborum exigat ut sit ad an. 1 olymp. 103, id est ad an. 2 et ultimum regni illius Theonis, necesse fuit in illum annum conjicere.

(467, II.) *Ochus Apodasmo Judæorum capta*, etc. In Fa. *Apodasme*, in aliis ut hic cernis; loci obscuritas aliud videbatur exigere: verum cum constans sit exemplarium consensus, nihil mutandum censui. Scio esse nonnullos, qui existiment *Apodasmum* significare dynastiam, seu aristocratiam, alios juxta Suidam, partem seu portionem alicujus multitudinis. Nam ἀποδασμός idem est ac pars; et his favet Orosius lib. IV cap. 7: *Ochus*, inquit, *plurimos Judæorum in transmigrationem egit, atque in Hircania ad Caspium mare habitare præcepit:* Freculph. lib. I, tom. IV, cap. 16, et Ado, habent eadem verba. Non dubium quin ex Orosio posset etiam sumi vox *Apodasmo* pro *tributo:* hoc enim pariter Græcis significat; et Josephus, Antiquitt. lib. XI cap. 7, tradit *Vagosen ducem Ochi imposuisse tributa Judæis.* Sed obstant voces *capta* et *accolas.* Nam alioquin legendum esset *capto.* Videtur ergo potius esse nomen proprium urbis: sic enim sensus magis accedit ad illas voces. Comestor in Histor. scholast. refert hæc ipsa verba, et ad eumdem modum quo hic leguntur: apud Marianum sententia est mutila priori parte. Quis veterum hujus rei meminerit ignoro, unde judicium periti lectoris exspecto. Quis autem hæc ad certam sedem coerceat? Alii enim codices adscribunt anno 1 Ochi, ut Pi.; alii anno 3, ut O., Vi.; alii anno 6, ut Peta., Fux.; alii an. 8, ut Mar.; alii anno 7, ut Fa., Lo. et vulgati, quibus hæremus, cum nulla adsit ratio, quæ nos dimoveat.

(467, V.) *Dionysius rex Siciliæ 19 anno moritur*, etc. Pro 19, leges 18 in A., L., V., Va., P., Peta., Fux., Mar.; in Vi. autem et O. tota hæc sententia deficit; quod si præsto fuisset codex aliquis, pro 19 subrogassem 38. Constat enim Dionysium tot annos regnasse ex Diodoro lib. XV, et Cicerone lib. V Tuscul. quæst., et lib. III de Natura deor.: *duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit Dionysius, cum quinque et viginti annos natus dominatum occupasset.* Adde quod si ab anno 2 olymp. 93, quo, ut vidimus, Dionysius cœpit tyrannidem exercere, subduxeris usque in hunc annum, reperies totidem annos 38. Porro assignant ista anno 2 Archelai O., Vi.; an. 4 Ptolemæi Pi., Peta., Mar.; an. 1 Perdiccæ et 1 olymp. 103, Lo., Fux., Fa. et impressi, qui belle conveniunt cum Diodoro lib. XV, ubi ait Dionysium obiisse anno illo 1 olympiad. 103.

(Ibid.) *Aristoteles 18 an.* etc. Cum quo laterculo concurrat hic 18 annus Aristotelis est dubium, cum O., Vi., Mar., velint respondere an. 18 Amyntæ; Pi., Peta., Fux., an. 1 Perdiccæ; Lo., Fa., an. 2, seu 2 olymp. 103, quod idem indicant impressi, et firmatur auctoritate Suidæ, qui ait Aristotelem natum olymp. 99: quod Laert. lib. V, ex Apollodoro in Chronicis explicat, dum illius ortum refert ad an. 1 olymp. 99, cui suffragatur Dionysius Halic. lib. de Demosth. et Aristot., cum ejus ortum confert ad annum quo Diotrephes erat prætor Athenis, cujus præturam omnes connumerant an. 1 olymp. 99. Proinde annus 18 Aristotelis incidit in illum annum 2 Perdiccæ. In hoc differt Laertius ab auctore, quod velit Aristotelem convenisse Platonem anno ætatis 17; itaque uno anno minus quam auctor.

(Ibid.) *Alexander Pheræus.* In Peta., Fux., *Ferreus;* in Fa. *Pherous;* in Vi., O., Lo., *Fœreus;* in vulgatis, *Phereus.* Sed adjecimus diphthongum cum Probo, Cicerone, Valerio, Ovidio, Diodoro, Pausania, Plutarcho, Mar. et aliis quamplurimis. Porro ne varies cum variis, selige ubi stes. Nam O., Vi., ad 1 Ptolemæi revocant; Pi. ad 2 Perdiccæ; Peta., Fux., ad 4; Lo., Fa., Mar., ad 5, quibus adhæsere impressi.

(Ibid.) *Camillus Gallos*, etc. Hæc diversam habent sedem. Nam in O., Vi., ad an. 3 olymp. 103; in Pi. ad an. 4 olymp. 103; in Fux. ad an. 1 olym. 104; in Peta., Fa., Lo., Mar. et impressis, ad an. 8 ejusdem olymp. Nec mirum si libri ita dissentiant in anno assignando, cum auctores ipsi non minus contendant inter se. Nam Livius ait hanc victoriam de Gallis contigisse anno Urbis 394. Plutarchus in Vita Camilli, *post occupatam Romam a Gallis 13 anno, et eodem anno quo primus consul ex plebe creatus est;* Gellius tamen lib. V cap. 4, factum vult eum consulem *anno duodevicesimo postquam Romam Galli ceperant*, id est secundum auctorem an. 2 olymp. 101; Dionys. lib. IX refert illum consulem ad 1 olymp. 75; Cuspinianus in Cassiodorum pag. 148, perperam contendit ista eodem anno contigisse, quo capta est Roma a Gallis, et nil propterea certi posse colligi ex Eusebio.

(469, V.) *Demosthenes orator agnoscitur, Æschynes orator agnoscebatur.* Desiderantur ista omnia in L., Pi. Nam etiam paulo post idem legitur de Demosthene; sed in A., M., Va., P., Lo., Fa., Fux., Peta., Vi., O., Mar., legitur illud tantum, *Demosthenes orator agnoscitur.* Unde libere asseruerim cætera ab aliquo supposita, non solum propter superiorum codicum auctoritatem, sed etiam quia vox *agnoscebatur*, hoc satis prodit apposita post vocem *agnoscitur.* Cæterum vaga sunt hæc, cum modo reperiantur circa an. 5 Perdiccæ, ut in O., Vi.; modo circa an. 1 Philippi, ut in Fux.; modo circa an. 2, ut in Peta.; modo circa an. 3, ut in Lo., Fa. et impressis; modo circa 8 Ochi, ut in Mar.; modo circa an. 13, ut in Pi. Verumtamen antiquus situs videtur non innovandus, cum sit fere annus 27 ab an. 4 olymp. 98, in quo nascitur Demosthenes, Dexitheo archonte Athenis, ut ait Plut. in Vit. Rheto. Et quia, teste Gellio lib. XV cap. 28, et ipso Plutarcho, Demosthen. *cœpit illustrissimas orationes in causis dicere an. 27 ætatis*, ad quod videtur alludere auctor etiam hoc loco. Præterea Æschynes non tam cito agnitus est orator.

(Ibid.) *Demosthenes. Demostenes* sine *h* Peta., Vi., L., O., sed perperam, adversantibus aliis libris et omnibus scriptoribus antiquis.

(Ibid.) *Sicilia pellitur.* Ita reposuimus, pro *Siculus pellitur*, ex L., A., V., S., Va., P., Al., Lo., Pi., Fa., Vi., O., Mar., Ven., Lut., Peta., Fux. Nam nota est historia ex Diodoro lib. XVI, Æmilio, et aliis, Dionem Hipparini filium, qui erat *intimus et affinis Dionysio priori*, expulisse ex Sicilia Dionysium minorem alterius filium. Ad hæc quidem aggregarant ista Vi. et O. ad an. 2 Philippi: Peta., Lo., Fa., Mar., ad an. 7; Pi., Fux. et impressi ad an. 6, seu 4 olymp. 105. Diodorus lib. XVI confirmat annum olympiadis, sed dissidet in anno Philippi, quem vult esse 4. Non minus favet Æmilius, dum ait hoc factum accidisse post annum 50 tyrannidis Dionysiorum. Nam prior Dionysius, ut diximus, vixit annos 38, et sic annus 4 olymp. 105, est 12 ab ejus obitu.

(Ibid.) *Alexander Philippi et Olympiadis filius nascitur.* Ex nativitate Alexandri grave natum dissi-

dium inter auctores, quod eo gravius censeri debet, quod cum tam celebris ejus dies natalis templi Dianæ incendio ab Erasistrato procuratore redditur (de quo vide Arrianum lib. I, Strabonem lib. XIV, Solinum et alios), varietate tamen opinionum aut aliis id genus obscuretur. Vulgati simul cum Mar., 7 Vaticanis, et aliis mss., ortum Alexandri referunt ad an. 2 olymp. 106; L., Pi., Vi., O, et Vinc., ad an. 4 olymp. 105, seu 6 Philippi. Haud dubio fuit nobis sequendus codex Fux., qui ad an. 1 olympiad. 106. Alioquin Alexander non suscepit regnum anno 20 ætatis, nec vixit annos 32, sicut vult auctor. Adde quod Plutarchus in Alexandro testatur eum natum ineunte olympiade, et pene sub ipsum tempus ludorum, qui celebrabantur 8 mensis Augusti, dum scribit, *Philippum Alexandri patrem eodem die tres nuntios accepisse; primum fusos a Parmenione ingenti prælio Illyrios, alterum in olympiis equi pernicitate vicisse; tertium natum esse Alexandrum*. Consule magnos illos viros, Scaligerum lib. V de Emendat. pag. 391, et Andream Schottum lib. de Vit. Aristot.

(Ibid.) *Dion Syracusis interimitur*. Extersi non levem maculam ope codicum Peta., Pi., licet in illis sit tantum *Dio* (sed utrumque est in usu), cum olim pro *Dion* legeretur *Dionysius*, sed ita manifesto mendo, ut sequentia facile illum coarguant, dum in illis de Dionysii gestis non semel fit sermo. Hoc idem prius et eruditissimus Andr. Schottus observaverat in Vitis Aristotelis et Demosthenis p. 59, et confirmatur auctoritate Diodori et Æmilii; vulgata tamen lectio non omnino improbanda videbatur, quia constat ex ipso Diodoro, lib. XV, Dionysium minorem 1, 2, tantum annos regnasse, qui si a morte Dionysii patris numerentur, coincidunt in illum 1 olympiad. 106. Potior tamen est altera, cum auctor plures annos tribuat huic Dionysio, quam Diodorus. Horum autem situs non est ita constans, cum Vi., O., Pi., reponant ad an. 7 Philippi, seu 1 olymp. 106; Peta., Fux., Fa., Lo., Mar. et vulgati, ad an. 9, et apposite, si, teste Æmilio, dolo Callicratis cæditur *quartum post annum, quam in Siciliam redierat*, expulso Dionysio Juniori.

(Ibid.) *Hipparinus Dionysii filius*, etc. Pro *Hippdrinus* in O., Vi., Pi., *Hypparchus*; in Fa. *Hippanisus*, sed ubique mendum. Libenter ista lego circa an. 10 Philippi, cum ita doceant Peta., Lo., Fux., Fa., Mar. et impressi, licet Pi. circa an. 8; Vi., O., circa 9.

(Ibid.) *Erinna*. Adducimur ut ita castigandum moneamus pro *Herina*, ut in editis et Antonio; vel *Herinna*, ut in Lo., Fux.; vel *Berinna*, ut in L. et Pi.; vel *Hetrinna*, ut apud Marianum; tum quia sic præscribunt Vi., O., Lo., tum quia ita passim auctores Græci, ut Suidas, Ἤρινα λεσβία, et Latini, ut Plinius lib. XXXIV cap. 8: *fecisse*, inquit, (Phidiam) *et cicadæ monumentum ac locustæ, carminibus suis Erinna significat;* et Stephanus in voce τῆνος: ἀφ' ἧς καὶ Ἤριννα τηνία ποιήτρια λέγεται; ac ne quid quod ad Chronicon spectat omittamus, aggregatur in Pi. ad an. 8 Philippi; in Fux., Lo., Mar., ad 11; in Peta. ad 12; in Fa., O., Vi., et impressis, ad 10.

(Ibid.) *Ochus Ægyptum*, etc. *Ochus rex Ægyptum* Mar. Præterea non eadem ab omnibus assignatur sedes. Nam in Fux. circa an. 13 Ochi; in Lo. circa 15; in Vi., Pi., O. circa 16; in Peta. circa 17; in Fa., Mar. et impressis, circa 14. Nos sequimur Pi., O., Vi., cum sensus verborum hæc referat ad 18 Nectanebi, qui concurrit cum illo 16 Ochi.

(471, I.) *Olympias* 111. Comparant omnes libri primum annum hujus olympiadis cum primo anno Alexandri. Orosius lib. III ait accidisse anno Urbis 426, qui secundum Eusebium et numerum inferiorem esset ab Abraham 1690; sed credo scribendum 416, qui est ab Abraham 480, et qui uno anno minor Eusebii numero, qui incidit in an. 1681.

(471, II.) *Arses*. *Arges*, Vi., O. Idem mox dicitur *Arsames*, seu *Arsamus;* Mar. *Arses* vel *Arsames*.

(471, IV.) *Hucusque Manetho*. Desiderantur in L.; seu in Pi., corruptissime: *Huc usque manet hoc regnum*. Nam ex *Manetho*, fecit *manet hoc*, et conflaxit vocem *regnum*.

(Ibid.) *Ochus Sidonem*. Sic correximus ex Peta., Fa., Fux., per *i* Latinum, cum antea *Sydonem* et apud Mar. *Sidonium*. Verum Orosius, Strabo, Josephus, Hieronymus, Lucianus, Virgilius, scribunt *Sidon* sine *y*. Immo et ipse auctor supra circa an. 562, et passim in divinis litteris, ut Genes. X et Luc. 6. Nam ita dictam ferunt a piscium ubertate. *Sidon* enim lingua phœnicea piscem sonat. Hinc Adonem emendabis, in quo *Sidodam;* in Pi. *Sidonam;* præterea in O., Vi., Pi., vendicant hæc sibi annum 15 Ochi; in Fa., Lo., an. 18; in Peta., Fux., an. 19; in Mar. et in impressis an. 17, et rectius, ut constat ex verbis sententiæ, quæ exigit eumdem annum atque præcedens.

(Ibid.) *Demosthenes*, etc., *omnium fama*. *Omnium ore* Lo., L., A., P.; *omnium rumore* M., Peta., Fux., Mar. Verum tota hæc clausula deest in Vi., O.; jam vero illi diversa spatia tribuuntur. Nam in Fa. circa an. 3 Philippi; in O., Vi., circa 5 Perdiccæ; in Pi. circa 13 Philippi; apud Mar. circa an. 15; in Lo., Peta., Fux. et impressis, circa 16. Sed licet videri possit auctor inanem repetitionem intrudere, parumque interesse quo anno hæc acciderint, quia tamen innuit hinc illum legationes illas obire cœpisse, et habere præclaras illas orationes contra Philippum et Æschinem, minus inutilia censenda sunt.

(Ibid.) *Romani Gallos superant*. Locato hæc non ad an. 16 Philippi, ut præscribunt Fa., Mar., nec ad 17, ut dictant Peta., Fux., Lo. et impressi, sed ad 15, qui est 1 olymp. 108; annus enim ille concurrit cum anno urbis 405, quo contigit illa victoria, testibus Livio lib. VII, decad. 1, et Gellio lib. IX cap. 11, quod hac methodo facile comprobatur: adjunge ad annum Abrahæ 1264, post quem sumendum initium numerandi annos ab Urbe juxta Eusebium, annum 405, prodibit summa 1669, qui incurrit in annum 1 olymp. 108. Observabis porro auctorem in referendis gestis Romanorum, modo auspicari ab an. 3 olymp. 6, modo ab anno 1 olymp. 7, prout varii sunt auctores quos sequitur; nam, ut recte observavit Aug. libro XVIII de Civit. cap. 8, Eusebius et Hieronymus in Chronicis suis, præcedentes aliquos historicos secuti sunt.

(Ibid.) *Dionysius Corinthum sub*, etc. Hæc ut si uniuscujusque codicis rationem habeas, varie dispones. Nam O., Vi., Mar., locant ad an. 16 Philippi; Fa. ad an. 17; Peta., Fux., Lo. et impressi, ad an. 18, seu 4 olymp. 108, cui vicinior est Diodorus lib. XVI, dum comparat hanc navigationem Dionysii cum consulatu *Plautii* seu *Plautii et Manlii*, quos Fasti Onuphrii reponunt ad an. 2 olymp. 108, licet ipse Diodorus ad an. 2 olymp. 109, sine delectu plerumque, et sine proprii judicii interpositione. Sed hac de re plura apud Ciceronem libro IX, epist. 11, ad Atticum, et tertia Tusculana; Quintil. libro VIII, Justinum libro XXI, Plutarch. περὶ ἀδολεσχίας, Valer. Maximum lib. VI cap. ult.: hinc natum proverbium Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ.

(Ibid.) *Plato moritur*, etc. Videbatur imitandus codex Pi., qui mortem Platonis vult concurrere cum anno 1 olymp. 108, maxime ne ab Apollodoro antiquo scriptore in Chronicis recederemus, qui, teste Laertio libro III, scripsit Platonem tunc vita functum: quibus suffragantur Athenæus et Diodorus. Verum cum cæteri libri, ut septem Vaticani, constituant ad annum 4 ejusdem olympiadis, exceptis O., Vi., qui ad annum 3 ejusdem olymp., nulla debuit fieri mutatio. Adde alias rationes quas attulimus, dum de ejus ortu ageretur.

(Ibid.) *Speusippus*. *Pseusippus* Lo., Pi., Fa., tam hic quam aliis in locis; sic Apuleius lib. II de Dogmat. Platon. Veteres enim nonnumquam scribebant ps pro *sp*, ut docent inscriptiones antiquæ Gruteri pag. 596, 632, 942. Cætera tamen exemplaria reclamant,

et Hieronym. lib. 1 contra Jovinian., Vincen. tom. 1, ex Eusebio, Mar. et Eusebius ipse lib. XIV de Præpar. cap. 6 : Σπεύσιππον τὸν Πλάτωνος μὲν ἀδελφιδεοῦν, ubi agit de philosophis. Adde quod similiter scribitur apud Pausaniam, Plutarchum, Aristotelem, Ciceronem, Senecam, Laertium, et alios; hinc in Fux. : *Speusippus moritur Platonis successor.* Quod pertinet ad annum quo Speusippus cœpit præesse scholæ Platonicæ, omnes libri et auctores conveniunt ut sit idem annus, quo Plato obiit, idque olympiade 108, quod confirmat Suidas et alii.

(Ibid.) *Romani cum Samnites*, etc. Hæc quia superiora immediate consequuntur, consequentem etiam laterculum occupent necesse est, ex adverso anni 19 Philippi, cum ita dicteut Fa., Lo. et impressi; licet alii aliquantulum dissentiant, ut O., Vi., qui reponunt circa an. 17; Peta., Fux., Mar., qui circa 18. Porro pro *Samnites* habes *Samnitas* in Lo., Pi., Peta., Fux., Mar., sed utrumque dicitur.

(Ibid.) *Quia a sua.* Sic melius, pro *qui a sua*, ex A., L., M., V., Va., P., Al., Pi., O., Vi., Lo., Fux., Mar.

(Ibid.) *In ditionem propriam. In ditionem pristinam* Lo.; *in ditionem primam* Mar.

(Ibid.) *Dionysius Corintho expulsus. Corinthum expulsus* Lo., Peta., Fa., Fux.; *Corinthus pulsus* O., Vi., Pi.; *e Corintho expulsus* Mag. Sed potior vulgata, quia paulo ante meminit Dionysii Corinthum ex fœdere navigantis; sunt tamen qui scribant eum reliquum vitæ Corinthi egisse : vide Diodorum lib. XVI. Cæterum, proficiscentem audivimus, sed abeuntem difficilius consequi, cum in diversa abeant libri. Nam Pi. ad an. 16 Philippi; O., Vi., ad 18; Peta., Mar., ad 21; Fa., Lo., ad 22; in quo habent impressos imitatores.

(Ibid.) *Descriptione Romæ facta*, etc. Contigisse ista referunt, Fux. quidem anno 20 Philippi; Peta., O., Vi., Mar., 22; Fa., Lo., 23. His adjunge impressos, qui cum postremis idem legunt : nec ulla subest ratio quæ nos cogat discedere ab his, eo quod apud veteres nullibi, quod sciam, hujus descriptionis fiat mentio.

(Ibid.) *Civium 160 millia. Civium 162*, Au.; 165, V., Fux.

(Ibid.) *Judæorum pontifex*, etc. Si ista annumerare lubet ad annum 17 Philippi, habebis auctorem Pi.; si ad an. 19, O., Vi.; si ad an. 22, Fux.; si ad an. 25, Peta.; si ad an. 24, Fa., Lo., Mar., et impressos.

(Ibid.) *Speusippus moritur*, etc. Cui anno ascribenda hæc, vix certo constare possit, cum Pi. an. 19 Philippi; O., Vi., 21; Peta., Fux., an. 24; Fa., Lo., Mar. et impressi 25, qui annus firmatur auctoritate Clementis lib. 1 Stromat., Suidæ, et Laertii lib. IV, cum aiunt Speusippum tenuisse scholam per 8 annos, qui hoc anno terminantur.

(Ibid.) *Manasses frater Jaddi pontificis Judæorum.* Substituimus, juxta L., A., M., V., Va., O., Vi., Pi., Lo., Mar., P., Fux., Peta., *pontificis* pro *pontifex*, ut olim. Nam Manasses erat pontifex Samaritanorum, seu hæreticorum, quo tempore Jaddus ejus frater erat Judæorum, seu catholicorum. Vide Joseph. lib. XI Antiquit. cap. VII et VIII. In Ven. et Lut. erat tantum scriptum *Ponti*, inde natus error ut posteriores typographi legerent *pontifex*, pro *pontificis*. Ad extremum, sedis horum certum judicium ex libris petendum; sed cum dissideant, quid minus certum? Nam in O., Vi., occupant strigam oppositam an. 22 Philippi; in Pi., an. 23; in Peta., Fux., Lo., an. 1 Alexandri; in Fa., Mar. et impressis, an. 2. Constat ex Josepho, lib. XI Antiquit. cap. 8, ædificatum templum ab Alexandro, immo ipso permittente. In hoc ab Eusebio differt, quod hic tribuat ædificationem templi Manassi, quam ille Sanabalath ejus socero.

(473, IV.) *Alexander adversus Illyricos*, etc. Tertius Alexandri annus hæc sibi vendicat in Fa., Lo., Pi., Mar. et impressis, ut Fux., qui collocavit circa an. 1; Peta., Vi., O., circa an. 2. Si habeatur ratio sollius subversionis Thebarum, et belli contra Illyricos et Thracas, haud dubio isti tres posteriores codices sunt sequendi, quia constat ex Diodoro Thebas subversas Eveneto prætore Athenis, anno 2 olympiadis 111, licet differat in hoc ab auctore, quod hic constituit annum 1 Alexandri ad an. 1 olymp. illius 111, ille ad an. 2. Sed quia tota sententia potius respicere videtur expeditionem in Persas, quæ, eodem Diodoro teste, suscepta est sequenti anno, nil video cur vetus sedes tolerari nequeat; quin etiam Clemens lib. I Stromatum refert Alexandrum trajecisse in Asiam ad eumdem annum Eveneti, quem cum anno 1 Alexandri comparat.

(Ibid.) *Illyricos. Illios* Lo.; *Ilios* Fa., illic mendose : *Illyrios* Pi., Idac., Peta., Fux., isthic recte. Nam *Illyricos* et *Illyrios* utrumque est in usu apud bonos auctores, et ex codicibus scriptis : alii hoc, alii illud, tam hic quam semper legendum proponunt; prius legitur apud Hieron. in Daniel. XI cap., et Curtium libro IX, Frontin. lib. II; alterum apud Orosium libro V : et membranacei circa Olymp. 154 dissident inter se, alii hoc, alii aliud.

(Ibid.) *Subversis Thebis. Subversis Thebis in Achaia* Fux. Nam multiplices esse Thebas jam diximus, licet Eustathius novem tantum faciat. Nec dubium est, teste Diodoro, Curtio et aliis, fieri hic mentionem Thebarum Bœotiæ, quæ est in Græcia, de qua vide superius.

(Ibid.) *Romanorum consul Manlius*, etc. Pi. assignat anno 1 Alexandri; Fux. an. 3; O. Vi., Fa., Peta., Lo., Mar., an. 4. Fasti Onuphrii opponunt consulatum hujus Manlii anno 2 olymp. 110. Sed neutrum ex Eusebio constare potest, neque ex Livio, maxime si facinus hoc a Manlio patratum sit tempore Alexandri Magni, cum imperium susceperit an. 1 olymp. 111.

(Ibid.) *Manlius. Mallius* Fa., O., Vi., Lo.; *Malius* Peta.

(Ibid.) *Alexander capta Tyro*, etc. Hæc rursus gesta narrantur in Fux. et Pi. an. 4 Alexandri, seu 4 olymp. 11; in impressis an. 6. Indicat Livius contigisse hæc anno Urbis 415, qui annus juxta Eusebium incurrit in annum 4 olymp. 110 et ultimum Philippi. Nam adde 415 ad 1264 ab Abraham, qui præcedit annum primum Urbis, efficies 1679, quem vides accedere ad illum annum 4 olymp. 110, uno anno minus. In Fa., Peta., Lo., O., Vi., Mar., an. 5, quos sequimur, quia expugnatio Tyri accidit illo anno 1 olympiadis 112, teste Diodoro lib. XVII.

(Ibid.) *Alexandria in Ægypto ab Alexandro condita 7 anno regni ejus*, etc. Lo., P., L., Peta., Fux., paulo aliter : *Alexandria in Ægypto condita 7 anno Alexandri*, cum in editis conditoris nomen apponatur, in his reticeatur. Verum cum non nisi a conditore nomen obtinuerit, uno expresso alterum facile subauditur; sed ne quod subsit dubium, audiantur Josephus lib. XI cap. 8 Antiq., Euseb. de Demonstrat. lib. VIII cap. 2, Hieronym. in Daniel. IX, et epistol. ad Eustochium, et omnes veteres historici; licet valde differant in designando anno hujus urbis conditæ : unde Cuspinianus in Cassiodorum, pag. 177, existimat hunc versiculum non esse suo loco positum sub an. 3 olymp. 112, *Quod*, inquit, *sine dubio errore non caret, vitio librariorum. Nam columnæ annorum, et res gestæ sunt transpositæ, et rarissime conveniunt, quod a paucis est animadversum hactenus, et ideo caute legendus est Eusebius.* Verum pace tanti viri dixerim, nullus error videtur, cum ipsa sententiæ verba reddant situm certum ad annum septimum regni Alexandri; et omnes auctores conveniunt in hoc ut referant initium regni ejus ad an. olymp. 111. Facit quod Solinus tradit Alexandriam conditam olympiade 112, *coss. Papyrio et Petilio*. Nam licet Diodorus videatur rejicere hos coss. (nam pro *Papyrio* habet *Pompilio*) in olympiadem 114, non propterea fides magis est ei adhibenda, cum ipsi Fasti Onuphrii eosdem referant in annum 3 olymp. 113.

(Ibid.) *Perdomiti sunt.* His adjecta sunt in L., Pi.: *Tribus prœliis quinquagies centena millia occisa;* sed est glossema.

(Ibid.) *Alexander obtinuit Babylonem, interfecto Dario, in quo Persarum regnum destructum est.* Absunt hæc a V. et Fa.; in aliis vero obtinent diversum situm, ut in Vi., O., ad an. 5; in Fux. ad an. 6; in Pi. ad an. 8; in Peta., Mar. et in excusis, ad an. 7, quos maluimus sequi, quia præcedens et sequens sententia hoc ipsum arguit, cum Alexander non potuerit regnum Asiæ obtinere anno 7, nisi devicto penitus Dario. Firmatur auctoritate Hieron. in Daniel 11, ubi multa sumens ex hoc Chronico: *Alexander septimo imperii sui anno superavit et occidit Darium.* Adde quod, qui illud ascribunt anno 6 Alexandri, hauserunt opinionem illam ex illis codicibus, qui annum 6 et ultimum Darii opponunt anno 6 Alexandri; sed in illis mali totius origo est præteritio anni magorum, de quo supra. Sic enim fit ut anni Persarum antecedant anno 1 annos Macedonum. Cedrenus hæc conjicit in annum 6 Alexandri, ubi dum multa ex hoc Chronico profitetur se referre per epitomen, sic ait, *Alexander Macedonum rex an. 6 sui regni Darium Arsamis filium devicit, Persarum imperium destruxit;* et certe Diodor., lib. XVII, vult hæc contigisse anno 6. Nihilominus convenit cum auctore in an. 3 olymp. 112. Verum eruditiss. Scaliger lib. V Emendat. contendit pluribus casum Darii contigisse anno 2 illius olymp. 112. Consulat eum lector, nihil tamen mutet in auctore qui alter sensit, et de clade Darii legat Plutarchum, Arrianum, Curtium, Ælianum lib. VI de Histor. animal. cap. 15, Strabon. lib. XV; Zonaram, Cedrenum.

(Ibid.) *Alexander regnum Asiæ anno regni sui 7 occupat, et tenet omnia annis 12.* In Fux. et Peta.: *Alexander regnat Asiæ anno regni sui 7, et tenet omnia annis 12.* In Mar.: *Alexander regnavit in anno 7 regni sui super Asiam sex annis post mortem Darii: nam antea 6, et tenet omnia 12 annis.* In O., Vi.: *Alexander regnavit Asiæ ab anno regni 7 usque in 12, et tenet omnia.* Idem reperies in L. et Pi., nisi quod absunt ab illis hæc tria, *et tenet omnia.* Fa. et V. accedunt ad vulgatos, nisi quod pro *annis* 12 habent *anno* 12. Vides quanta sit in una aut altera vocula varietas. Si affuisset codex, qui suffragaretur, libenter pro *annis* 12 scripsissem annis 5, ut sit sensus Alexandrum fuisse regem Macedonum per 7 annos et monarcham per 5, sicut explicat Freculphus lib. IV, cap. 22.

(Ibid.) *Anaximenes et Epicurus clari habentur.* Desiderantur in Fa., non tamen propterea improbanda, cum in aliis exstent, et constet ex Laertio lib. II, et Suida, Anaximenem oratorem (tres enim loco describit Laertius, philosophum, oratorem, et historicum oratoris nepotem, et qui Alexandri gesta descripsit) Alexandri tempore vixisse, quin et legati vices apud eum obiisse. Quod ad Epicurum spectat, Suidas natum tradit olymp. 109, et septem annis post Platonis obitum. De ortu Epicuri vide Schortum in vita Aristotelis, olympiadis 109 an. 3.

(Ibid.) *Hyrcanos.* Licet vulgati, cum Peta., Fux. et Fa., haberent *Hyrcanos*, placuit tamen imitari Lo., Vi., O., Pi., quia ita scribitur semper alias in hoc libro, ut apud Josephum, Plinium, Strabonem, Solinum, Xenophontem, Diodorum, Plutarchum et plerosque alios.

(Ibid.) *Hyrcanos et Mardos.* Codices A., L., Au., Pi., M., O., Vi., P., Peta., Fux., Mar., Vincen., tom. I et IV, Orosius, Beda, Fre., Alber., monuerunt legendum *et Mardos*, cum olim esset *et Medos* in vulgatis, Idac., Fa. et aliis. Nam etiam Arrianus lib. IV ait *missum ab Alexandro contra Mardos Phrataphernem;* et Diodorus, qui, lib. XVII, annales Alexandri texit, ait, septimo ejus regni anno, cum *per maritima Hyrcaniæ iter faceret, coactum fuisse terram Hyrcaniæ confinem irrumpere, Mardosque subegisse.* Idem fere Curtius lib. VI, Justinus lib. XII, *Hyrcaniam Mardosque subegit*, ubi nonnulli volunt legendum *Medos*, forsan quia idem viderant hoc loco. Orosius lib. III cap. 18, et Cedrenus, scribunt etiam disertis verbis *Alexandrum Hyrcanos et Mardos subjugasse.* Poterat defendi antiqua lectio ex eo quod Alexander, dum in suis concionibus militaribus apud Curtium lib. IX, et Arrian. lib. IV, ostentat provincias a se subactas, meminit quidem Medorum, *Medis imperio*, sed non Mardorum; nisi dicas nomine Medorum significari etiam Persas, quia a Cyri tempore idem rex imperitabat et Medis et Persis. Nam hoc fuisse antiquis familiare ut *Medos* pro *Persis* dicerent, jam multi docti observarunt: unde Aristophanes dum per jocum ait Gallum Persis imperasse, vocat Μῆδον ὄρνιν; in quem locum ejus scholiastes ἐπεὶ καὶ τοὺς Πέρσας Μήδους ἔλεγον; sic Catullus: *cum Medi irrupere novum mare.* Plutarchus quoque et Thucydides *Medicum* appellant, quod alii *Persicum.* Quidam ponunt Mardos inter Persas, quia Persidi sunt confines: alii inter Medos, quia Mediam incolunt, Marda tantum flumine separati, ut testatur Strabo lib. XI. Jam vero in hac sententia concurrunt una cum vulgatis ut anno 8 Alexandri ista annumerent, chirographi Fux., Peta., Lo., Fa., O., Vi., Mar. [At Pi. anno 12, sed male. Diodorus lib. XVII tribuit anno 7 Alexandri.

(Ibid.) *In Hammone.* Poterat tolli *h*, ut legeretur *in Ammone*, quia sic volebant schedæ O., Vi., Pi., Fa., Fux., Peta., Lo., V. et Alber.; prætereaque Marianus (licet hic cum unico *m*), Æmilius Probus in Lysandro, Arrianus lib. III, Justinus lib. I, Curtius lib. IV, Virg. Æneid. IV et IX, Strabo, Plutarchus, Seneca, Pausanias, Zonaras, Orosius, ac demum nominis notio. Dictus enim ab arena, quæ Græcis Ἄμμος, notaturque spiritu leni. Quintilianus lib. I Institutionum observat veteres parcissime usos aspiratione etiam in vocalibus, cum *œdos ircosque* dicebant. Nihilominus, cum non desint, præter editos et Fre., lib. mss. qui adhibent aspirationem, et auctoritas Justini, Diodori, Cornelii Taciti, Herodoti, Luciani, aliorumque bonorum auctorum eam confirmet, nihil est quod usitata mutemus, maxime si verum est, ut docent nonnulli docti, ita dictum a *Cham*, sive *Ham*, filio Noe. Notent autem scioli fuisse pauperrimum templum Jovis in Libya, cujus descriptio apud Justinum l. II, et Diodorum l. XVII, et de eo Herodotus l. II et IV, Arrian. l. III, Strabo lib. final., Plin. l. II c. 106 et l. XXXVII c. 10, Solin. c. 40, Hyginus Fabul. 133 et l. II in Astronom. c. 20, Athanas. orat. adversus Gentes, Arnob. l. VI, et alii quamplures.

(Ibid.) *Paretonium condidit.* Fa., O., Vi., Lo., Pi., L., legunt cum spiritu *Parethonium* et sine diphthongo; Ptolemæus, Strabo et alii retinent diphthongum, more Græco, sed respuunt *h*, παραιτόνιον; Mela de situ orbis l. I, c. 8, *Parætonium*, quem secuti sumus. Post verbum *condidit* subsequuntur in Fux. hæc: *Cumque ascendisset ad Ammonis templum, condidit civitatem in Libya inferiore, quam vocant Parætonium:* quæ licet sint veritati historiæ consona, tamen videntur potius glossema, cum desint in cæteris. Hinc castigabis Marianum, apud quem *Pareconium*.

(Ibid.) *Alexander Aornin. Ornem* L., Pi., Idac.; *Aonem* Au.; *Aournum* V.; verum prius receptum non solum in cæteris mss., sed etiam in Ven., Lut. quinetiam apud Orosium l. III c. 19, Plutarchum in Alexand., Strab. l. XV, Diodorum l. XVII. Arrian. l. III vocat *Aornim*, et l. V *Aornon*. At istius petræ seu arcis meminit, quia illam expugnationem sibi magnæ gloriæ sæpe tribuebat Alexander, propterea quod ipse Hercules non potuerat capere, sicut refert Arrian. l. V. Hinc castigabis Curtium l. VIII, ubi *Dyrinim* pro *Aornim*, *D* pro *A*, et *i* in medio addit. Cæterum hic paragraphus ascribitur in Fux., Peta., Lo., Fa., Mar. et excusis, anno 9 Alexandri, a quibus discessere Pi., qui an. 12, et O., Vi., qui an. 11. Diodor. l. XVII tribuit an. 8.

(Ibid.) *Bellum Alexandri*, etc. Fiximus ista ad an. 10 Alexandri, et an. 2 olymp. 113, cum ita dictarent

veteres membranacei Peta., Fux., et præter hos editi, cumque Lo., Fa., locassent ad an. 9; Vi., O., ad an. 11, Pi. ad an. 12. Diodorus l. XVII convenit in anno 2 olymp. 113; sed differt uno anno in annis Alexandri, cum collocet ad an. 9. Sed quia addit hæc contigisse coss. Cornelio et Posthumio, quos Fasti Onuphrii constituunt ad an. 2 olymp. 113, etiam hoc pacto decimus Alexandri optime concurrit cum illo 2 olymp. 113.

(Ibid.) *Taxillen. Axilem* V., Vat., Pi., omissa littera *T.* Eam enim cum imperiti librarii crederent abreptam a præcedenti vocula *et*, omittendam crediderunt; *Taxilem* O., Vi., Peta., Lo., Mar.; *Taxilum* Va. : utrumque dicitur *Taxillen* et *Taxillem* per *m* vel *n* in fine, et per simplex vel duplex *ll* : Arrian. l. IV, Curtius l. IX, et alii, per unicum *l*, quia etiam apud Fre. modo *Axilles*, modo *Taxilles*.

(475, II.) *Ægypto primus*, etc. Purius et verius a nobis restitutum, quam si veterum editionum lectionem, vel etiam Fux. et Mar. sequamur, ubi *Ægyptiorum primus regnavit Ptolemæus*. Neque enim primus ex Ægyptiis, cum neque Ægyptius fuerit, neque primus rex, cum plures habuerit qui ante eum Ægyptiis imperarint, sicut indicant dynastiæ superiores. Accedit auctoritas Lo., Peta., Vi., O., Pi., a quibus hausimus ista; in Fa. circumcisa est vox *Ægypt.*; in Pi. autem vox *primus* desideratur, non est tamen extra rem. Neque enim præ se fert sensum, quasi fuerit primus qui ex Ægyptiis ad regnum pervenerit, neque simpliciter primus qui Ægyptiis imperarit, sed primus inter eos qui inter se Alexandri imperium partiti sunt : ita ut quæ dicuntur de Ptolemæo præmitti debuerint, sicut a nobis est factitatum, ante ea quæ de Philippo referuntur. Quinimmo si major codicum consensus attendatur, series regum Alexandrinorum lævam, Macedonum vero dexteram tenere deberet: illa vero *Ægypto primus*, etc., ad seriem Alexandrinorum revocanda sint; hæc vero *Macedoniæ Philippus*, etc., ad columnam Macedonum disponantur : quæ vero historiam referunt, spatium inter duas columnas occupent.

(475, III.) *Macedoniæ XXIV, Philippus*. Prius legebatur *Macedonum* pro *Macedoniæ*. Sed maluimus imitari Pi., O., V., Peta., quibus proxime accedunt Lo., Fux., in quibus *Macedonibus :* in Fa. compendiose est scriptum *Maced.* Constructio illorum præcedentium verborum *diversi regnaverunt* et *Ægypto* hoc illud indicat : hanc tamen castigationem noster corrector contempsit; numera ergo inter Errata. Iste autem numerus *XXIV* deest in omnibus libris præter Fa. Nihilominus in re levi noluimus discedere a vulgatis, quod idem de sequentibus numeris notandum in catalogo regum Macedonum, immo et in Pi. et Lo. præcedentes reges Macedonum nullis distinguuntur numeris; maneant ergo, ne critici videamur.

(Ibid.) *Qui et Aridæus frater Alexandri*. Voces illæ *qui et Aridæus* desunt in Fa., et *Aridæus* scribitur sine diphthongo in Fux., O., Vi., Lo., Pi., sed perperam, ut docent Plutarchus, Pausanias, Diodorus, Strabo, Justinus, Mar. et alii.

(475, IV.) *Arpalus fugit in Atticam. Harpagus* Fa. : decepit forsan librarium *Harpagi* illius splendor, qui primas tenuit apud Cyrum, de quo olymp. 58. Sustulimus autem aspirationem, quia sic scribunt chirographi omnes, licet vetus lectio *Harpalus* firmaretur auctoritate Diodori, Laertii, Plutarchi, Justini, Pausaniæ, Mar. et aliorum. Recensuimus præterea hunc locum, ut pro veteri lectione *fugit in Asiam*, legatur *fugit in Atticam*, cui castigationi licet adversentur omnes libri, immo et ipse Marianus exscriptor Eusebii, minus tamen ingratam lectori fore credidimus, in re non dubia, quia nota est historia Arpali quomodo ex Asia in Atticam confugerit timens Alexandrum, ob quem *Demosthenes condemnatus et patria pulsus ob crimen accepti ab eo* (ut loquitur Justinus) auri : tum etiam quia facilis fuit lapsus reponere *Asiam* pro *Atticam*. Diodorus l. XVII : *Harpalus*, inquit, *ex Asia in Atticam contendit :* qua de re plura apud Pausaniam l. II, Justin. lib. XIII, Diodorum lib. XVII, Plutarch. in Demosthene. Hactenus de materia : nunc de loco quem diversum obtinent. Nam in O., Vi., ad annum 9 Alexandri; apud Mar. ad an. 4 monarchiæ illius; in Peta., Fux. et excusis, ad an. 11; in Fa., Lo., ad an. 12. Diodorus refert ad an. 9 Alexandri, qui apud eum est 2 olymp. 113, cum apud auctorem sit 3 ejusdem olymp.

(Ibid.) *Romani Samnites subigunt, et colonias deducunt*. Omnes mss. et Mar. reponunt hunc paragraphum ad an. 12 Alexandri, seu 4 olymp. 113 et Urbis 428. Quod pertinet ad Samnites subactos, Fasti Capitolini constituunt triumphum Papyrii Cursoris de Samnitibus anno Urb. 429, Livius anno 430. Quod vero spectat ad colonias, Livius prodit coloniam missam Anxur anno Urb. 425, et Fregellam oppidum Samniticum an. 427. Velleius quoque l. I significat circa eumdem annum 427 coloniam deductam Tarracinam. Nam ait id factum post triennium ab anno quo *Posthumius et Publilius* erant censores, quique juxta Livium idem est cum anno Urbis 424.

(Ibid.) *Alexander 32 ætatis suæ anno moritur*. Graves peperit pugnas inter duces et populos mors Alexandri, non minores inter scriptores annus illius. Certum est codices L., A., P., M., quatuor Vatic., Vi., Pi., Lo., Fa., O., Peta., Fux., Mar., habere nostram lectionem, licet editiones Basilienses legendum exhibeant, *Alexander 23 ætatis suæ anno moritur;* nullus tamen adeo cæcus est, qui non advertat illud 23 insertum pro 32, facta notarum numeralium inversione; istud enim habent primæ editiones Ven., Lut., pro quo in So. perperam 34. Plana vero est Eusebii sententia l. I de Vita Constantini : *Toto*, inquit, *vitæ spatio complevit* (Alexander) *duos solum et triginta annos*. Contraria tamen opinio graves habet assertores; unum pro omnibus producam Ciceronem, Philip. V, qui hac de re agens ut lippis et tonsoribus nota : *Macedo*, inquit, *Alexander nonne tertio ac trigesimo ætatis anno mortem obiit?* Justinus l. XI vult eum migrasse e vita 33 *annos natum et unum mensem*. Verum cum hic non tam de re quam de mente auctoris laboremus, de qua nil certi nisi ex libris intelligi potest, non est quod pluribus digladiemur. Adde quod firmatur auctoritate sui interpretis Hieronymi in Daniel. XI, ubi ait, *Alexandrum periisse veneno, cum triginta et duos annos haberet ætatis*, et in c. 9 ait obiisse 113 olymp. Idem apud Theodoretum in Daniel. XI, apud Cedrenum etiam : βιώσας τὰ πάντα ἔτη δύο καὶ τριάκοντα; Bedam quoque, qui triginta duos ætatis annos tantum assignat : præterea apud Marianum, *obiit*, inquit, *trigesimo secundo vitæ anno*. Idem apud Vincen. tom. I, qui omnes tamquam testes lectionis Eusebianæ producuntur; si autem videas Vincent. alibi scribere eum pervenisse ad 33 annos, hoc ait citans Justinum et ex ejus sententia. Facit etiam ipsa ratio, quia si Alexander est *assecutus imperium vicesimo ætatis anno*, ut loquitur Curtius l. II, qui vicesimum annum dicit, non completum intelligit, sed labentem : si in vicesimo ann. comprehendas *sex menses* quibus regnavit supra duodecim annos, vel *septem* secundum Diodorum, vel *octo* secundum Arrianum, quamvis non nisi 12 anni assignentur I Machab. I, et apud Tertul. advers. Judæos, Hieron. in Dan. XI. Ad extremum opposuimus paragraphum hunc anno 4 olymp. 113, quia sic codices tam editi quam mss. Licet enim in editis et in Lo., Fa., Fux., ista *olymp.* 114, et periodus illa, *Alexander 32 ætatis*, etc., sibi mutuo respondeant, imprudentia tamen librarii aut typographi id factum facile est agnoscere, cum etiam in illis primus annus illius olympiadis appingatur ad annum primum regni, tam Ptolomæi, quam Aridæi et Lysimachi successorum Alexandri. At si primus regni illorum numerari nequit inter annos Alexandri, neque item ille primus olymp. 114. Nam ratio Chronici per seriem et adjunctionem annorum ferre non potest, ut idem annus

A primus olymp. 114 computetur pro ultimo Alexandri, et primo ejus successorum; alioquin unicus annus computaretur pro duobus, sicut etiam legimus apud Diodorum l. xvi, et alios, Philippum morte functum anno 1 olymp. 111; tamen annus ille primus non computatur inter annos Philippi, sed est annus primus regni Alexandri. Adde quod si ille primus annus inter annos vitæ Alexandri numeretur, non poterit dici Alexander natus an. 1 olymp. 106; alias enim excederet eos terminos, quos auctor præfixisse videtur 32 annor. Scio quidem Eusebium l. viii de Demonstratione cap. 2 scribere Alexandrum decessisse anno 1 olymp. 114; idem a Diodoro l. xvii confirmari; et Josephum l. i contra Apion. hoc ipsum aperte asserere: *Alexandrum*, inquit, *profitentur universi 114 olympiade esse defunctum*; sed ita hoc intelligendum est, quia obiit eo anno Romano Juliano, seu consulum, in cujus æstatem incidit initium illius 1 olymp. 114, sicut videmus conciliari dissidium quod est de primo anno Urbis ad an. 4 olymp. 6,

B vel ad 1 olymp. 7.

(Ibid.) *Diversi regnaverunt.* Exsulant a Lo., Vi., O., Pi., Peta., Mar., sed eorum loco legitur in Vi., O., Pi : *Hinc Alexandrinorum nascitur regnum quod est Ægypti, et per diversas gentes quas Alexander tenuerat diverse regnaverunt.*

(Ibid.) *Lydiam et Thraciam et Hellespontum Lysimachus tenuit.* Hæc præposuimus illi sententiæ, *Appius Claudius*, etc., juxta O., Vi., Pi., L., quorum verborum si sententiam diligentius excusseris, hoc idem manifestius evadet. Innuit enim his verbis auctor, quod cum nonnulli imperium Alexandri inter se partiti essent, Philippus Macedonibus præfuit, Ptolemæus Ægypto, Lysimachus Lydiæ, et ita verbum *tenuit* totam illam periodum, cujus initium *postquam translato*, etc., claudit.

(Ibid.) *Thraciam. Trachiam* Lo.

(Ibid.) *Lysimachus.* Rectius ex fide Vi., Pi., Fa., O., Fux., Peta., Plutarchi, Pausaniæ, Diodori, Appiani, Plinii, Justini, Mariani et aliorum, quam

C ut olim *Lysi machus*, vel ut in Lo. *Lisimachus*.

(Ibid.) *Appius Claudius*, etc., usque ad *stravit*. Hæc ita disposuimus post illa *Lysimachus tenuit*, cum olim anteirent : sed secuti sumus O., Vi., Pi., L., et rationem præcedentem, ad an. 1 Ptolemæi.

(Ibid.) *Macedonum duces*, etc. Lo., Fa., Peta., Fux., Mar., et editi habent hunc versiculum ad an. 1 Aridæi; Pi. ad an. 2; Vi. et O. ad an. 3. Nil mutavimus, quia difficile est ex aliis auctoribus judicare quo anno hoc contigerit. Diodorus ait Cephisodoro rectore Athenis, sed alii illum constituunt anno 3 olymp. 113; alii ut Sigonius anno 1 olymp. 114; idem Diodorus ait Furio et Junio coss., quos Fasti Onuphrii constituunt ad an. 4 olymp. 113.

(Ibid.) *Agathocles*, etc. Omnes libri collocant hæc ad ann. 2 Aridæi, præter O., Vi., Pi., qui ad an. 3; et Mar. qui ad an. 1 retinuit, apud quem leges *Agatho*.

D (Ibid.) *Lamiacum bellum*. Ascribuntur hæc in Peta., Lo., Fa., Fux., Mar., an. 2 Aridæi seu 2 olymp. 114, quos imitantur excusi; in Pi. an. 3; in O., Vi., an. 4 ejusdem. Diodorus convenit cum vulgatis ut hoc bellum Atheniensium et plurimorum Græciæ populorum contra Antipatrum motum sit an. 2 ejusdem olymp. 114; de quo vide Pausan. l. vii, Strabonem l. ix, Plutarch. in Pyrrho, et Suidam.

(Ibid.) *Perdicca.* Rectius quam olim *Perdica* cum unico *c*, juxta V., Va., O., Vi., Pi., Lo., Al., Fa., Mar., cum quibus conveniunt Arrianus, Probus, Justinus, Pausanias, Plutarchus, Orosius et alii plerique, licet Appianus et alii antiquam scripturam tueantur.

(Ibid.) *Ptolemæus Lagi filius Hierosolymis*, etc. Vendicat hæc sibi annus tertius olymp. 114, non solum in editis, sed etiam in Fux., Peta., Lo., Fa., Pi.; dissentiunt solum O., Vi., ubi ad ann. 4 ejusdem.

(477, iv.) *Menander*, etc., *Orgen. Opthii* Fux.; *Opren* L., Pi.; Ὀργῆν M., Peta.; ὄρπιον V.; ὀρτὴν S.; ὄρθιεν P.; ONPHN Lo.; *Orten* O., Vi. Deest apud Mar. et in Fa., sed ejus loco in hoc relicta est lacuna : nostra lectio probatur ex aliis exemplaribus, Vincen., Anton., ex Eusebio. Sic Athenæus l. iv et vi : Pollux l. vi c. 17; et alii citant Menandri comœdiam titul. *Orgen.* Orgia autem sunt mysteria dicata Baccho, si dicta ἀπὸ τῆς ὀργῆς, ab ira Cereris in Jovem, si quia in Dionysii ortu et nece diræ exsecrationes ad hibitæ sunt. Hæc autem sententia in omnibus libri et apud Mar. obtinet annum 4 Aridæi, præter Vi. O., in quibus ad an. 5.

(Ibid.) *Theophrastus*, etc. Magnus est consens exemplarium in annum 4 Aridæi, præterquam in F et Pi., in quibus ad an. 5.

(Ibid.) *Theodorus Atheus cognoscitur.* Locus e valde mendosus, cum legeretur *Theodorus* Athen *agnoscitur*, sed ita correximus ex S., sex Vatican Al., Lo., Fa., cum desint in A., L., M., P., Vat., Vi., O., Peta., Fux., et merito, cum id paulo post repetatur, nisi quod pro *Athenæus* leg batur posteriori loco *Athenis*, ut dicemus. Nihilom nus retinuimus utrobique propter auctoritatem exemplarium, et quia non est nova similis repeti apud Eusebium, prout varios auctores sequitur. N tram lectionem confirmat Plutarchus, qui lib. Tranquil. anim., *Theodorus*, inquit, *cognom Atheus.* Idem Cicero, qui l. i de Divinat. eum rece inter eos qui deos esse negaverunt. Idem quoque Eusebius l. xiv de Præpar. c. 6, ut allatum est su ubi de Diagora. In Mar. legitur *Acheus*, sed viti pro *Atheus*. Hæc autem sunt in Lo., Fa. et vulg ad an. 1 olymp. 115; apud Mar. ad an. 10 Ptolem qui respondet an. 2 olymp. 116; in cæteris v aggregantur ad olymp. 117; sed in Pi. ad an. 1; Vi., O., ad an. 2; in Fux., Peta., ad an. 4, desint circa hanc olymp. 115.

(Ibid.) *Demetrius Phalereus habetur.* Olim *Ph reus*, sed aliter scribendum jubet L., V., Lo., Peta. et primæ editiones Ven., Lut., quibus pro conveniunt *Phalerius* in Fa., *Falereus* in Fux. Acc auctoritas Justini, Plinii l. xxxiv c. 6; Diodori l. Laertii l. ii et v; Strabon. l. ix; Plutarchi in D trio, Joseph. l. xii Antiq. c. 2., Ciceronis in B et aliorum. Suidas reddit rationem, quia sic dic Phalero Atticæ portu rexitque Athenienses per tos annos. Cæterum hæc sunt sita in Vi., O., ad olymp. 114; in Lo., Pi., Peta., Fa., Fux. et v tis, ad an. 1 olymp. 115; Mar. ad an. 5 Ptole oppositum an. 1 olymp. 115.

(Ibid.) *Romani Samnites*, etc. Fux., Lo., co niunt cum vulgatis, ut reponant circa an. 5 Ari cum sint sita in O., Vi., Pi., Peta., ad an. 6; in ad an. 7. Antiquus situs firmatur auctoritate L qui hoc ipsum refert ad an. Urb. 433; ut ex Suetonius in Fastis (alii enim aliter). Nam add an. Abrahæ 1264 (post quem Livius ut pluri constituit cum auctore annos Urbis) illos 433, e 1697, quem vides concurrere cum an. 5 Aridæi.

(Ibid.) *Samnites. Samnitas* A., L., Lo., M., P., Ven., Fux., Peta., Mar.; de hoc etiam supe

(Ibid.) *Ad extremum in servitutem sui redigunt extremam servitutem subigunt* L., M., P., Pi.; *ad tremum in servitutem redigunt* Vincen.; *ad extr servitute subigunt* Peta.; *ad extremum servituti gunt* Fux.

(Ibid.) *Menedemus : Menander* P., sed erra nam ante et post de Menandro agit, ut de poeta comico, nec ullum legi qui de Menandro philos loquatur, aut saltem ad hæc tempora collocet : terea Diogenes et alii testantur Menedemum fu discipulum Platonis et Xenocratis.

(Ibid.) *Speusius.* Legendum jubebant *Speusip* Vi., Al., Va., Vat., O., Fa., Peta., Vincen., V Lut., quibus accedunt L., A., M., V., in q *Speusippus*, et Lo., S., Pi., in quibus *Pseusip* Nam certum est Menedemum et Speusippum fu

Platonis discipulos : tamen quia jam paulo antea auctor Speusippum jam mortuum dixit, vix crediderim de eodem fieri iterum mentionem, licet posset sustineri ex eo quod sit valde familiare auctori, ut et fere omnibus historicis eumdem diverso tempore repræsentare, prout sunt varii scriptores quos sequuntur. Quis autem fuerit hic Speusius coetaneus Menedemi, nusquam legi, tamen propter aliorum exemplar. auctoritatem et odium novitatis nil volui mutare. Conjicio tamen aut legendum *Stilpo*, quia Laertius in Vita Menedemi ait *illum solum Stilponem philosophum admiratum*; vel potius *Scepsius*, nam Neleus seu Nileus Corisci filius fuit Scepsius, non solum Aristotelis et Theophrasti auditor, sed etiam bibliothecæ successor et hæres. Athenæus l. I c. 1, et ait Plutarchus in Sylla, et Strabo l. XIII. Cicero meminit alterius *Metrodori Scepsii*, sed quem ipse viderat. Eumdem citat Athenæus l. XII c. 20. Dictus est autem *Scepsius* a Scepsi urbe unde erat oriundus, de qua Strabo l. XIII, et alii geographi.

(Ibid.) *Machabæorum*, etc., *hinc Græcorum*, etc. Certius ex fide A., L., Lo., Lod., M., Fa., O., Pi., L. Vatic., Fux., P., Peta., quam *hinc Græcorum computat*, ut in vulgatis. Vox autem *hinc* idem significat ac ab anno 1 Seleuci et a mense Artemisio, non ab æquinoctio verno, ut apud Hebræos, sicut colligitur ex II Mach. XI, ubi Dioscorus mensis prior Xandicus ultimus ambo in eodem anno computatur; sed hac de re consule quæ docet eruditissimus Joseph. Scalig. l. V de Emendat. tempor., quo nil clarius, nil doctius. Porro hæc sita sunt varie. Nam in Vi., Pi., O., ad an. 4 olympiad. 115; in Fux. ad an. 3 olympiad. 107; in Lo., Fa., Peta., ad an. 4 ejusdem.

(Ibid.) *Verum hi libri inter divinas Scripturas non recipiuntur*. Hic constans est consensus librorum; nec te tamen moveat Eusebium inter divinas Scripturas librum Machabæorum non numerare. Cum enim in Ecclesia ante concilium Carthaginense tertium omnes libri tam veteris quam novi Testamenti canonici, non uno et eodem tempore et eadem fide recepti sint apud omnes Ecclesias (norunt enim qui in hac re vel minimum versati sunt quam varie de pluribus dubitatum sit), hinc tempore Eusebii non constabat apud omnes, maxime apud Græcos, de libris duobus Machabæorum; nec sunt propterea rejiciendi ex catalogo, non magis quam liber Hester, quem perinde Eusebius non recipit inter divinas Scripturas, ut colligis ex præcedentibus ad olymp. 93 et 94, quem sequuntur Athanasius in Synopsi, Gregorius Nazianzenus de genuin. Script., Amphilochius, Melito apud Eusebium lib. IV Histor. cap. 26, et alii Græci, nec etiam magis quam Apocalypsis, et Epistola Pauli ad Hebræos, quarum posteriorem *Latinorum consuetudo non recipiebat inter canonicas Scripturas, sic nec Græcorum Ecclesiæ Apocalypsim*, ut ait Hieronymus epist. ad Dardanum. Sed postquam Ecclesia in concilio illo tertio Carthaginensi (cui Augustinus interfuit), cap. 47, constituit indicem seu canonem librorum sacrorum, seu canonicorum, deinceps duo libri Machabæorum, sicut cæteri pro divinis canonicis sunt apud omnes habiti: unde Augustinus lib. XVIII de Civit. cap. 36: *libros Machabæorum non Judæi, sed Ecclesia pro canonicis habet*. Neque enim Scripturarum canon quamvis tempore completus fuit: sed idem contigit plerisque divinarum Scripturarum libris, quod habet Hieronymus de Epistola canonica divi Jacobi, ut *paulatim procedente tempore obtinuerint auctoritatem*. Sic enim Ecclesia certa quædam fidei capita dubia nonnunquam definit, et explicat clarius ac certius quam alias, prout hæreses ad id ansam præbuere, sic eadem quosdam Scripturæ libros declaravit esse canonicos, prout de illis dubitatio aut contentio orta est. Qui plura volet de libris Machabæorum consulat Tertullianum lib. contra Judæos, Cyprianum lib. III, epist. 55, 56, 68; Ambrosium lib. II de Jacob. cap. 10, 11, 12, lib. II Offic. cap. 40; Innocen. 1 epist. ad Exuperium Tolosanum cap. 7; Chrysostom. homil. de Machab.; Augustinum lib. XVIII de Civit. cap. 46, lib. II de Doctr. Christiana cap. 8, lib. de Cura pro mortuis cap. 1.

(477, V.) *In Asia primus regnavit Antigonus*. In L., Vi., O., P.: *Hinc Asiæ regnum nascitur et mox Syriæ, et regnavit in Asia primus Antigonus;* in Peta.: *Asiæ regnat Antigonus;* in Lo.: *Asiæ primus regnat Antigonus rex;* in Fux.: *Asiæ regnat Antiochus;* in Fa.: *In Asia primus regnavit Antigenes*. Sed in his duobus postremis valde perperam: apud Mar.: *Primus Asiæ regnavit Antigonus*.

*In Asia*, etc. Ante hæc immediate in L., Pi., leguntur ista: *Hinc Asiæ regnum nascitur ut mox Syriæ*.

(479, IV.) *Romani Marsos*, etc. Quod hæc ad an. 10 Ptolomæi revocent Pi., O., Vi., vel Mar. ad an. 9, nil ad Fux., Peta., Lo., Fa., et editos, qui ad an. 13 ejusdem, seu 1 olymp. 117, quibus propius accedit Livius lib. IX, dum refert Umbrorum deditionem ad an. Urbis 445, qui juxta supputationem Varronis incidit apud auctorem in an. 3 olymp. 117.

(Ibid.) *Romani colonias deducunt*. Vulgati cum Fux., Fa., Peta., Pi., habent ad an. 2 olympiad. 117; Lo. ad an. 3; Vi., O., ad an. 4 olymp. 116. Si spectetur annus olympiadis, vulgati videntur propius accedere ad Diodorum, qui lib. XIX refert colonias missas in insulam Pontiam an. 1 olymp. 117; si annus Urbis, quia Livius lib. IX, decad. 1, scribit colonias deductas Suessam, Pontiam, et Cassinum an. 443, qui coincidit cum an. 3 olymp. 117. At liber Lo. videtur sequendus, si consulatus *Papyrii et Junii* (in quo illi duo scriptores conveniunt) sit collocandus, ut faciunt Fasti Onuphrii, ad an. 4 olymp. 117. Sed quia dissidium est unius vel alterius anni, nec certa est collatio olympiadum cum annis consulum et Urbis, nil duximus immutandum. Adde quod Velleius lib. I auctor est, Soram et Albam deductas colonias Carseolum circa 20 annum a quo Alexandria est condita, et Carseolum circa 23, quod tempus concurrit cum sede vulgata.

(Ibid.) *Lysimachia in Thracia*, etc. Horum situs est in Vi., O., ad an. 2 olymp. 116; in Pi. ad an. 3; in Fa., Lo. et vulgatis, ad. an. 2 olymp. 117; in Fux., Peta., ad an. ejusdem. Nos rejecimus in annum 1 propter sequentem §, qui necessario comparatur cum an. 3 ejusdem olympiad., seu an. 1 Seleuci. Diodor., lib. XX, constituit ad. an. 4 ejusdem olymp. 117.

(Ibid.) *Ab hoc loco Edesseni sua tempora computant*. Desunt in Lo., sex Vatic. et Fa.; sed in Fux. legis: *Ab hoc loco Edisseni tempora computant civitatis suæ*, idque ad. an. 1 Seleuci. Illa autem *civitatis suæ* sapiunt glossema, nec conveniunt cum his quæ paulo post scribit auctor de condito urbis Edessæ. At in Pi.: *Ab hoc loco Edissenis sua tempora computantur*, idque ad an. 3 ejusdem Seleuci. In Peta. exstant ad oram ex opposito anni 2 Seleuci; in 7 Vatican. ad an. 4 olymp. 117; at in O., Vi., ad an. 1 ejusdem, sicut etiam habet Beda. Nos maluimus posteriores hos imitari, quam relinquere ad an. 2, ut erat in vulgatis. Nam probabilius est Edessenos exorsos numerare annos a primo sui conditoris, quam a secundo; nec dubito eamdem esse æram, quam Ptolemæus, lib. 11 Almag. cap. 7, numerat secundum Chaldæos, atque etiam eamdem quam liber Machabæorum et Josephus vocant annos Græcorum, seu, ut alii volunt, Seleucidarum; forsan etiam eamdem quæ Alexandræa et Macedonica vocatur. Sed de his consule Joseph. Scalig. lib. V de Emendat. temp.

(Ibid.) *Edesseni*. Cum vox hæc denominativa sit, legem primitivi debuit sequi; cum ergo *Edessam* potius quam *Edissam* legendum probaturi simus, et *Edesseni* potius quam *Edisseni* probamus, ut receptum jam erat in vulgatis et aliquot chirographis.

(Ibid.) *Cyprum Ptolemæus.* Aggregantur ista diverse, modo quidem ad an. 11 Ptolemæi; in Pi. ad an. 12; in Lo., Fa. et vulgatis ad. an. 15, seu 3 olymp. 117: in Peta., Fux., ad an. 16. Diodorus lib. XIX hæc suggerit ad an. 1 olympiad. 117.

(Ibid.) *Theodorus philosophus Atheus agnoscitur.* Sic legendum proculdubio constat ex L., A., P., M., quatuor Vatic. (nam in aliis tribus deest hoc loco), Lo., Pi., Fux., Peta., licet in aliis desit vox *philosophus*, pro *Theodorus philosophus Athenis agno.*, ut in vulgatis: vel *Atheniensis*, ut in O., Vi.; vel *Theodorus atheus agnoscitur philosophus, qui impius vocabatur*, ut in Fux.; vel *Acheus*, ut apud Mar. Nam eum fuisse dictum ἄθεον et impium una cum Diagora Melio, *quod sustulisset opiniones de diis*, testantur Cicero sæpe, Diogenes Laertius lib. II et IV, Tatian. cont. Græc., Clemens cont. Gentes, Arnobius adversus Gentes, Lactantius lib. I de fals. Relig. et lib. I de ira Dei. Augustinus, Hieronymus et alii, et præsertim noster Eusebius lib. XIV de Præparat. cap. 6; sed quis non veterum, ut pluribus supra? Habentur autem hæc in Pi. ad an. 1 olymp. 117; in Vi., O., ad an. 4: horum quodlibet tolerari poterit.

(Ibid.) *Demetrius Phalereus ad*, etc. Vicit hic consensus chirographorum Fux., Peta., Lo., Fa, et excusorum, ut ista an. 17 Ptolemæi, seu 1 olymp. 118 appingeremus, quidquid velint Mar. qui consignat an. 12; Pi. qui ad an. 14 ejusdem revocat; vel Vi., O., qui ad an. 15. Sed situs vulgatorum firmatur auctoritate Plutarchi in Demetrio, dum tradit hanc libertatem restitutam an. 15 post bellum Lamiacum, a quo non dissidet Diodorus, qui lib. 20 hoc ipsum refert ad an. 2 olymp. 118. De ipsa re vide Plinium lib. XXXIV, cap. 6, Strab. lib. IX.

(Ibid.) *Id est populi potestas.* Desunt in A., L., Peta., M., P., S., Lo., Fa., Fux.

(Ibid.) *Seleucus Antiochiam*, etc. Adscripsere ista an. 9 Seleuci Fux., Peta., Lo.; an. 7, Fa., Pi., quos sequuntur impressi: Vi. vero et O. an. 12, et merito, cum verba ipsius sententiæ hunc eumdem annum exigant: quod tamen noster typographus non est assecutus contra mentem nostram: Justinus lib. XV videtur referre hujus Antiochiæ conditum in primos annos Seleuci. Mar. opponit 20 Ptolemæi, cui 8 Seleuci respondet.

(Ibid.) *Laodiciam*, *Laudociam* Lo., et Antoninus in Itinerar.; *Laudiciam* Fa. cum *o* scripto super *u*, *Laodiceam* Mar.; nostra tamen lectio suffragatores habet reliquos codices, et affinis est Græcorum terminationi, qui Λαοδειχάα, ut apud Appianum lib. de Bellis Syriacis, et lib. IV de Bel. civil., sicut Cicer. lib. II de Orat. *Laodicea*, et lib. III, epist. 7 et 8. Nam nonnumquam *ει* Græcorum in *e* a Latinis vertitur, ut Ἀλεξάνδρεια, Κασσάνδρεια, *Alexandrea*, *Cassandrea.*

(Ibid.) *Apamiam. Apameam* Pi., Alber., ut apud Cicer. lib. III, ep. 8; *Appamiam* Peta., Fux., O., Vi., Fa. et impressi olim, sed redundans est alterum *p*, unde non improbabis nostrum de illius orthographia judicium; sic enim Mar. Stephanus de urbibus; Appianus, Strabo, Ἀπαμεία: Plinius *Apamia.*

(Ibid.) *Edessam.* Sic rescribo pro *Edissam*, ex fide membranarum O., Vi., Pi., Lo., Fa., Peta., Fux., Lod., Alber. et Mar. (si exceperis quod in Mar. *Edessena* corrupte legitur); idem omnes habent codd. circa olympiad. 249, et Eusebius ipse Ἐδέσσα lib. I Histor. eccles. cap. 14, unde circa olympiad. 248, *inter Edessam*; et ad olympiad. 264, *Edessenos* (saltem in pluribus) formavit ab Edessa, non *Edissenos.* Eusebium sequuntur Ptolemæus, lib. III, Αἰδέσσα, Plin. lib. V cap. 24, Xiphilinus non semel, Hieronymus in Quæst. in Genes., et alii: habet tamen *Edissa* suos patronos, ut Antoninum in Itinerario, et alios: olim apud Justinum lib. VII, *Edyssa*, nunc *Edessa:* idem apud Eutropium, Rufum et alios.

(Ibid.) *Pellam.* Agnoscis castigationem; hanc nos suscepimus ex fide Lo., Mar., O., Vi., Pi., Fa., Peta., Fux., Beda, Mar., Cedreno, Josepho lib. I de Bell. Jud.; Demosthene et Græcis, quibus in usu est Πέλλα, vel Πέλλη, non autem *Pellum*, ut voluere excusi: est autem Cœlesyriæ oppidum, cum altera sit in Macedonia celebris ortu Alexandri, teste Mela et Solino.

(Ibid.) *Exstruxit.* Secuti sumus V., S., Lo., Pi., Vi., O., Fux., Peta., Fa., Mar., pro *struxit*, ut in aliis codicibus, et quia paulo post verbum *exstruxerat*, de iisdem urbibus id postulare videtur.

(479, V.) *Syriæ et Babyloniæ et superiorum locorum primus rex Seleucus Nicanor annis* 32. Horum est diversa constructio, prout diversi libri; siquidem in Fux: *Syriæ et Babylonis et superiorum locorum regnavit Seleucus Nicanor annos* 32; in Peta.: *Syriæ et Babylonis et superiorum scilicet locorum regnavit Seleuchus Nicanor an.* 32.: in Fa.: *Primus Syriæ Seleucus Nicanor Syriæ et Babyloniæ et superiorum locorum regnavit annis* 32. In O., Vi. *Regnum Syriæ et Babylonis et superiorum locorum nascitur et regnat primus Seleucus Nicanor an.* 32. In Pi., L.: *Regnum Syriæ et Babylonis et superiorum locorum nascitur, et regnat primus Seleucus an.* 32. In Lo.: *primus Syriæ Seleucus, Syriæ et Babylonis et superiorum locorum R G. Seleucus Nicanor an.* 32. Antiqua lectio erat: *Seleucus Nicanor Syriæ et Babyloniæ*, etc. Sed invertimus nomen regni, ut cæteris responderet, propter rationes tam sæpe dictas.

(481, III.) *Macedonum Antigonus et Alexander filii Cassandri annis* 4. Cum unicam sententiam efficerent, inversa et divulsa fuerant ab invicem; sic enim erat: *filii Cassandri an. et Antigonus et Alexander* XXVI, *an.* 4. sublata voce *Macedonum.* Verum nullus improbabit, quod ita recensuimus. Nam iteratio notæ numeralis regni 4 satis cuique videri potest superflua et inutilis. Præterea inversio verborum obscuram sententiam reddit et ita suadent mss., Fux., Peta. Quod autem attinet ad alterum illum numerum 26, qui a solo Fa. inter chirographos habetur, diximus proxime.

(481, IV.) *Seleucus Babylonem obtinuit.* Ita restituendum pro *Babyloniam*; coegit numerus librorum L., A., Fux., Peta., L., M., P., O., Vi., Pi.; et quia paulo ante auctor loquens de Alexandro dixit *eum obtinuisse Babylonem*, et nemo nescit *Babylon* esse nomen urbis, *propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæque Babylonia appellata est*, inquit Plinius lib. VI cap. 26, cui assentiuntur Diodorus, Josephus, Mela, Strabo, Aristoteles, et alii. Non tamen pugno quin possit retineri prisca lectio *Babyloniam*, cum veteres nonnumquam utroque nomine urbem et regionem soleant appellare, sicut etiam videre licet IV Regum XVII. Præterea dum Justinus lib. XV, et Diodorus lib. XIX, et Orosius lib. III cap. ult., de eadem re loquuntur, scribunt *Seleucum cepisse Babyloniam.* Ut autem ista retineremus ad an. 11 Seleuci, suasere membranacei Lo, Fa., et excusi. Cæteri, ut Peta. Pi., Fux., ad an. 12; et O., Vi., ad an. 14. Si affuisset auctoritas alicujus libri, libenter reposuissem ad an. 1 ejusdem Seleuci, quia lego apud Diodorum, Justinum, Orosium, et ipsum Eusebium lib. de Demonstr., Seleucum initio regni cepisse Babyloniam, nisi dicas regionem captam a Seleuco, an. 1 regni; sed vereor ne hoc sit ariolari.

(481, V.) *Poliorcetes.* Cum bis haberetur vox ista in hac pagina, priori loco *Polyorcetes* legebatur, posteriori vero *Poliorcetes* sine *y*; alterutrum imitandum semper fuit; præcipue quidem prius, licet adversentur Fux., Peta., Vi., O., cum epithetum hoc a Græcis originem traxerit παρὰ τὸ πολιορκεῖν, quasi dicas urbium expugnatorem, ut explicat Plutarchus, et in posteriori loco eamdem ferme omnes servent orthographiam, cum hac tamen varietate, ut in Lo. secundo loco scribatur *Poliorcete*, in priori *Policrete*; in Fa. posteriori loco *Policretes*, priori *Policrates*; in Pi. *Polyercetes*; vulgatam scripturam retinent Ælianus, Plutarchus, Suidas, Diodorus, Πολιορκητής, et Mar. demum utrobique.

(Ibid.) *Demetrius rex et quam Perdicca construxerat. Quam Perdicca ante construxerat* Peta., Lo., Fa., Fux.; *quam Perdicca ante construxit* O., Vi. Porro coegit nos consensus Fux., Peta., Lo., Fa., ut hanc sententiam ad an. 6 Poliorcetæ locaremus: ad illos enim accedunt vulgati; licet Pi., O., Vi., ad an. 2 reponant, Mar. ad an. 5.

(Ibid.) *Censu Romæ*, etc. Assignantur ista anno 29 Ptolemæi in Pi. et Mar.: an. 30 in Fux., O., Vi., Peta.; an. 31 in Lo., Fa., quibus quia accedunt excusi, his adhæsimus præcipue, quia constat ex Livio et tabulis Capitolinis lustrum conditum anno Urb. 459, qui incurrit in illum an. 31. Ptolemæi. Nam ad an. 1264 Abrahæ adjunge 459, prodibit 1723, qui, ut vides, respondet illi an. 31. Hujus census meminit etiam Abbreviator Livii, lib. IV, deca. 9.

(Ibid.) *Legati Alexandrini*, etc. Differunt codices uno aut altero anno. O., Vi., Pi, Fux., anno 19 Seleuci opponunt. At Lo., Peta., Fa., una cum editis et Mar., anno 29. Eutropius, lib. II, videtur istis propinquius accedere, dum narrans hanc ipsam legationem iisdem pene verbis ait accidisse anno Urbis 461, qui additus ad an. 1264 ab Abraham efficitur an. 1725, qui coincidit cum an. 21 Seleuci, seu 1 olympiad. 122. Sed quia comparat consulatum *Luscinii et Cinnæ* cum eodem anno, hac in re multum dissidet a Fastis, qui illum Consulatum referunt ad an. Urb. 480, et proinde ad Ptolemæum Philadelphum, et non ad Lagi filium: unde Cuspinianus in Cassiod. existimat errore librarii positum *an.* 461 pro an. 479; sed fallitur, nam sequentia quæ postea subjungit de condito Arimini et Beneventi, et aliis similibus, sicut etiam facit auctor, ostendunt eum hæc ipsa tempora respicere, et aliter copulasse annos Urbis cum consulibus, quam Onuphrius. Abbreviator Livii, lib. XIV, illis favet, dum ista narrat statim post censum celebratum Romæ, de quo hic Euseb. Justin. lib. XVIII videtur hæc referre ad Ptolemæum Philadelphum paulo ante obitum Pyrrhi, qui accidit 3 olymp. 125 et Urb. 475.

(Ibid.) *Menander comicus moritur*. Ista in Vi., O., occupant laterculum adversum anno 15 Seleuci; in Pi. an. 18; in Fux., Lo., Peta., Fa., et apud Mar., an. 21; eosque imitantur excusi, ideo a nobis ibidem servata, cum nihil suadeat contrarium.

(Ibid.) *Romani Gallos Tyrrhenosque superant, et Sabinorum*, etc. Conveniunt omnes libri tam scripti quam impressi et Mar. ut hæc collocentur e regione anni 21 Seleuci, seu, quod idem est. 1 olymp. 122, quem nos consensum plenis ulnis amplexamur, quia, teste Orosio lib. III, cap. 22, hæc victoria contra Sabinos contigit an. Urb. 461, qui juxta auctorem concurrit cum eodem an. 1 olymp. 122. Nec obstat auctoritas Livii, et marginis Flori, qui illam comparant cum an. 463. Nam ille an. concurret similiter cum illo an. 1 olymp., si illum numeres juxta Varronem ab an. 3 olymp. 6. Nec etiam obstat quod præter illos duos auctores Velleius, Frontinus, et ipse Orosius illam ascribant consulatui *Curii et Ruffini*, qui secundum Fastos Onuphrii cum an. 3 ejusdem olymp. concurrit. Nam quam sit difficile et incertum comparare consules cum olympiadibus, norunt docti, et nos non semel monuimus, ut propterea nihil possit et debeat fidei auctoris detrahi.

(483, II.) *Ægypti II, Ptolemæus*. In Pi., Vi. et O., deest *Ægypti II*.

(483, III.) *Cognomento Ceraunus. Cognomento Ceraunus, aliter Fulmen* Fux. Nam id ipsum sonat vox græca, quæ, ut ait Pausan., lib. I, esset τολμῆσαι πρόχειρος.

(483, IV.) *Seleucus in eas urbes*, etc. Quam belle in superioribus conveniebant, tam misere hic dissentiunt libri: L. et Pi. collocant sub columna Alexandrin. seu ad an. 28 Ptolemæi; cæteri sub columna consulum, sed Fux., Lo., Peta., ad an. 34 Ptolemæi; Fa. et septem Vaticani una cum Mar. ad an. 35, sicut editi, quos sequimur in re dubia, et a nullo alio auctore tradita, quod sciam.

(Ibid.) *Judæorum pontifex*, etc. Dum singulos codices de horum situ consulo, non idem omnes: nam O., Vi., referunt anno 18 Seleuci contigisse; Pi. an. 19; Fux., Peta., Lo., Fa. an. 21; excusi et Mar. an. 25, quibus, cum non habeam quid contradicam, adhæreo.

(Ibid.) *Seleucus in Cilicia*, etc. Non habentur hæc in O., Vi., et antea mendosissime legebatur *Sicilia* pro *Cilicia*, quæ est regio minoris Asiæ, et licet nullus faveret liber, non tamen dubitavimus quin ita restituenda, tum quia non semel cernitur in hoc libro ejusmodi error, tum quia veritas historiæ nullo modo potest ferre priscam lectionem, quin constat ex Plutarcho in Demetrio, ipsum captum dum esset circa Ciliciam, quam paulo ante occupaverat. Cæterum hic paragraphus est vel circa an. 24 Seleuci, ut in Pi., et 5 Vaticanis; vel circa an. 25, ut in Fux., Fa. Peta., Lo.. Fa. et excusis, et apud Mar.; vel circa 26, ut in V., Va., licet verba ipsius sententiæ satis indicent esse rejicienda in an. 28 ejusdem Seleuci, qui est ultimus Demetrii, et in quo auctor ait Demetrium seipsum Seleuco tradidisse.

(Ibid.) *Serapis ingressus est Alexandriam*. Placuit hæc lectio magis quam illa antiqua, *Serapis simulacrum Alexandriam venit*, non quia ferri non posset, sed quod sic jussit multitudo codicum L., A., M., P., Lo., Pi., Fux., V., O., sex Vatic., Fa., Mar., Peta., nisi quod in Peta. scriptum est *Sarapis*: sed de hoc vide supra. Confirmatur autem hæc sententia et explicatur auctoritate Ruffini lib. II et Suidæ. *Loculus*, inquit Suidas, *in quo Serapis conditus est, Alexandriam est translatus, et Serapis dicitur loculus Apidis*. Verumtamen de simulacro Serapis adeo vasto, ut *dextra unum parietem templi Alexandrini, alterum læva perstringeret, ex omnibus metallorum lignorumque generibus conflato*, scribit Ruffinus lib. II, ut etiam Plutarchus opusc. de Iside et Osir., dum loquitur de simulacro Serapidis, seu colosso, qui erat Sinope translato Alexandriam jussu Ptolemæi, non Lagi, ut vult auctor, sed Soteris. Porro in constituendo horum situ variant aliquantulum libri. Nam Pi. circa an. 36 Ptolemæi; duo Vatican. et Mar. circa an. 39; Fux., Peta., Fa., circa an. 38; qui cum non differant ab O., Vi., Lo., quinque Vaticanis et editis, consensui communi assentior.

(Ibid.) *Condita a Romanis Ariminum et Beneventum*. Quoniam nihil stabilius habendum quam natalis urbium, hinc quia video bellissime chirographos Fa., O., Vi., Lo., anno 39 Ptolemæi convenire cum editis, illos sequor; licet Fux.. Peta. et Mar., ponant anno 40. Eutropius refert has duas urbes conditas *Sempronio et Cladio coss.*, qui incidunt in olymp. 128; itaque posterius annis 18 quam Eusebius.

(Ibid.) *Sostratus Gnidius*, etc. *Cnidius* Lo., Peta., Pi., Mar., *Genidius* Anton.; *Chydius* O., Vi.; *Enidius* Fux. Non dubium quin hoc cognomen acceperit ab urbe *Gnido* seu *Cnido*, de qua supra. Qui vero tam celebris arcis jecit fundamenta, sedem aliquam non inveniet? Nam Peta. ad an. 3 Lysimachi; Pi. ad an. 5 reposuerunt: sed plures ad 4, ut Lo., O., Vi., Fux., Fa. et impressi ac Mar.

(Ibid.) *Romani Crotonem capiunt*. Lo., Fa., Fux., Peta., Mar., constituunt ad an. 1 olymp. 124, cæteri cum vulgatis ad an. 2. Constat ex Frontino lib. III, et Zonara, Crotonem captam a consule Cornelio Ruffino, quod non potest intelligi de primo consulatu, cum nondum Pyrrhus venisset in Italiam, sed de 2, quem Fasti Onuphrii collocant ad an. 4 olymp. 124 et Urbis 740; itaque sex annis serius quam auctor.

(485, III.) *Gonates. Gonatas* A., L., P., Peta., Mar.; *Gonathas* Vincen., licet in eodem paulo post *Gonatas*; in Pi., Lo., Fa., *Conatas*. At in Fux. *Græce cognomento Gonatas*, et e regione illorum est

scriptum *dux Macedonum*, id est *genucularius* apud A Suidam, ubi de Arato agit: Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς κληθείς.

(485, IV.) *Ptolemæus Philadelphus Judæos*, etc. Hæc, si sequamur membranas, incertum situm habebunt, cum Lo. assignet illis 4 Lysimachi; Peta., Fux., Fa., 5; Pi., Vi., O., Mar., 1 Cerauni.

(Ibid.) *Divinas Scripturas*. Rectius quam *divinam Scripturam*, ut olim juxta L., A., P., Pi., O., Vi., Peta., Fux., Lo., Mar., Vinc., Anton., ex Eusebio, ut etiam apud Aug. lib. XVIII de Civit. cap. 42, ubi inter alia multa, hæc ad verbum ex hoc Chronico transcripsit. Adde quod vocabulum sequens *quas*, quod est in omnibus exemplaribus, ad id nos cogit. Omitto quod quoties auctor loquitur de divinis libris, quod facit non raro, vocat divinas Scripturas in plurali.

(Ibid.) *Antigonus cognomento Gonates Lacedæmonem obtinuit*. Prævideramus ista extra suum situm collocata. Qui enim fieri potest ut orsus regnare anno 2 olymp. 125, administraret quæ sunt imperii B anno 1 olymp. 124, sicut olim erat in vulgatis et in Fa., Lo., Peta., Fux., vel an. 3 olymp. 123, ut in Pi.? Nicolaus Vignerius in sua Bibliotheca, pag. 503, testatur exemplaria hujus Chronici manu depicta hæc collocare circa an. 1 olymp. 126, quod tamen non reperitur in iis quæ vidimus. Itaque nos manuducente verborum sensu et auctoritate codicum Vi., O., collocavimus ad an. 2 olymp. 125, cui nullus veterum adversatur.

(Ibid.) *Una virginum Romanorum. Una virginum Vestalium Romanarum* L.; *una virginum Vestæ Romanarum* Pi.; *una virginum Romanorum* Fa. Videtur fuisse illa Vestalis, quam appellat Orosius lib. IV, cap. 2, *Sextiliam*, quæque *ad portam Collinam viva defossa est*. Commendarunt ista laterculo opposito, alii anno 2 Antigoni, ut Pi.; alii an. 4, ut Lo., Peta.; alii demum an. 3, ut O., Vi., Fux., una cum impressis et Mar. Sed leve est dissidium unius vel alterius anni. Orosius videtur ad illos accedere, dum hoc factum narrat ante annum Urbis 475, qui concurrit C cum an. 3 olymp. 125; sed cum illud confert in consulatum Gurgitis et Genucii, et in annum quintum adventus Pyrrhi in Italiam, qui concurrunt cum anno Urbis 477 (nam advenit an. 472, teste Plinio lib. VIII cap. 6), favet omnino vulgari situi, si numeres annos Urbis ab an. 4 olymp. 6.

(Ibid.) *Milo Romanis*, etc. Quod his veterem sedem conservaverimus, monuerunt Lo., Pi., Fux., Fa. et impressi, una cum Mar., nimirum ad an. 5 Antigoni, a quibus cæteri descivere, ut O., Vi., qui ad an. 4 reduxerunt, et ut Peta., qui ad an. 6, qui propius accedit ad sententiam Frontini, qui lib. III scribit hanc deditionem Tarenti per Milonem præcipuum ducem Pyrrhi anno superiore defuncti factam, Papinio Cursore consule, cujus consulatus comparatur in Fastis Onuphrii ad an. 1 olymp. 127. Zonaras, Livius, Florus, et Polybius idem confirmant, et docent eam deditionem fuisse causam ob quam bellum Samniticum eodem anno confectum D fuit, postquam durasset annos 70, licet in hoc num. 70 annorum cum aliis Florus et Solinus conveniant.

(Ibid.) *Tarentum tradidit*. His annexum est in L. *Qui Seleucus, destructo regno Asiæ, ex utroque unum fecit imperium*. In Fux. vero, *fugiente et capto Demetrio rege Asiæ, qui seipsum tradidit, Syriæ et Asiæ pariter imperavit*.

(Ibid.) *Romani Calabriam Messanamque tenuerunt*. Hæc collocantur in Fa. ad an. 2. Olymp. 126; in Lo., Vi., Pi., O. et editis ad an. 3; in Peta. et apud Mar. ad an. 4; in Fux. ad an. 1 olymp. 127.

(Ibid.) *Aratus agnoscitur. Arathus* Fa., et pro *agnoscitur* legitur *nascitur* in L., Pi., et forsan rectius. Nam constat ex Suida eum natum temporibus Antigoni Gonatæ, cum tamen ipse addit id accidisse circa olymp. 124. In hoc differt ab auctore cui Gonates nondum imperabat. Hic *Aratus* est idem qui scripsit Phænomena.

(485, V.) *Soter II, an.* 19. Restitui *an.* 19, pro *an.* 43, ut in editis: vel *an.* 18, ut in A., V., Fa.; vel *an.* 17, ut in Vi., O., tum auctoritate L., Pi., Lo., Fux., Peta. et Mar., tum ratione, cum totidem notæ numerales non plures, nec pauciores ab Eusebio usque ad successorem deducantur.

(487, IV.) *Argenteus.... figuratus. Figuratur* Lo., Mar. Loaisa in Chron. Isidori vult legendum *signatus*, sed repugnant exemplaria. Cæterum licet situs non sit negligendus, non est tamen ita certus ex libris. Nam in Vi., O., ad an. 4 olymp. 126 annumeratur; in Fa., Pi., Lo., Peta. et editis ac Mar. ad an. 2 olymp. 127; in Fux. ad an. 3, cui adhæremus, quia convenit cum Fastis Onuphrii, nec multum dissidet a Plinio lib. XXXIII, cap. 3, dum uno anno minus ait *argentum signatum fuisse anno Urbis* 485. Nam sine dubio ita legendum est, vel 484, ut vult Cuspinianus, et non 585, ut habent editi. Si enim incipias numerare Urbem conditam, secundum Varronem, ab an. 3 olymp. 3, seu anno insequente annum 1262 ab Abraham cum illis 485, reperies 1747, qui coincidit in illum 3 olymp. 127. Jam vero necessario ita emendandum esse errorem librarii in Plinio colligitur ex eo, quod ipse subjicit id contigisse consule *Caio* (sic legendum docet Sigonius in Fasto, non *Quinto*) *Fabio et quinque annis ante bellum Punicum*: utrumque autem ex Fastis Onuphrii constat accidisse illo 3 olymp. 127.

(Ibid.) *Polemon*. Sic emendavimus pro *Palæmon*, ut in editionibus posterioribus Basileæ et Lutetiæ; seu *Palemo*, ut in prioribus Ven., Lut.; seu *Polemo*, ut in Fa., Peta., Lo., Mar., Laertio, secuti L., A., M., P., V., Vinren., Al., Pi., Fux., et ita Eusebius lib. XIV de Præparat. capite 2, Πολέμων; et quia non dubitamus eumdem esse quem Cicero lib. III de Orat., lib. IV Acad. quæst., Laertius lib. IV, Justin. orat. contra Gentes, Augustinus epist. 56, et lib. III contra Academ. Nonius Marcellus, Suidas et ipse Eusebius, loco citato, faciunt auditorem et successorem Xenocratis in schola Platonica, et de quo etiam Quintil. lib. I. Demum hic paragraphus est situs in O., Vi., ad an. 4 Gonatæ; in Pi. ad an. 8; in Fux. ad an. 11; in vulgatis, Fa., Peta. et Lo., ad 10. Certitudo non potuit aliunde constare.

(Ibid.) *Archesilas. Archesilaus* Mar.; *Arcessilas* Lo., sine *h*, et per duplex *ff* in Fa. At apud Augustinum, Ciceronem, per unicum *s*, ut alii codices scripti et cusi, sed nunc per *h*, ut editi et Fux., et August. lib. XIX de Civit. cap. 1, nunc sine *h*, ut idem August. epist. 56, Cicero lib. II Academ. quæst., sicut etiam Laertius, Persius, Athenæus lib. I cap. 4. Eusebius lib. XIV cap. 2 de Præpar.: Πολεμῶνα γάρ φασι διαδέξασθαι Ἀρκεσίλαον, quamvis interpres hoc eodem capite Archesilaum scribat, ut Diogenes Laert. lib. IV, et paulo post Arcesilam, *Lacydes autem qui Arcesilæ successit*; sed in editione a Sambuco recognita ubique Arcesilaus legitur, ut in Græco Ἀρκεσίλαος.

(Ibid.) *Romani colonias*, etc. Arrogat sibi ista annus 16 Philadelphi, seu 4 olymp. 127, in Lo., Pi., Fa. et impressis: in O., Vi., an. 13. in Peta., Fux. et Mar., an. 17. Velleius lib. I refert missos colonos Ariminum et Beneventum an. 486, *Sempronio Copho et Appio Cæci filio coss.*, quos Fasti Onuphrii ad an. 1 olymp. 128 collocant. Itaque est uno anno serius quam vulgati, si justa est computatio Onuphrii per consules. Sed si habeatur ratio anni Urbis, et computes more Velleii ab anno 3 olymp. 6, situs antiquus optime congruit cum illo anno, qui est Abraham 1748. Adde quod ipse Velleius meminit aliarum coloniarum annis quinque ante et post.

(Ibid.) *Romæ Virgo Vestalis*, etc. Prodigii instar habebatur corruptio virginum Vestalium; nescio an prodigii loco haberi debeat quod hæc habeant tam incertum statum, cum alibi notentur circa an. 11 Antigoni, ut in O., Vi.; alibi circa an. 13, ut in Pi.; circa an. 14, ut in Lo., Fa. et impressis, ac apud Mar.; alibi circa an. 15, ut in Fux.

(Ibid.) *Zeno Stoicus moritur.* Quis ille annus, quo hic extremum diem clausit, non est omnino certum; cum in O., Vi., ad an. 9 Antigoni assignetur; in Pi. ad an. 12; in Lo., Peta., Fux., Fa., et vulgatis ad an. 16; apud Mar. ad an. 17. Gellius quidem tradit eum vixisse circa hæc tempora, sed nullus veterum quod sciam meminit anni obitus illius; quin apud Laertium et Suidam varii sunt anni ejus vitæ.

(Ibid.) *Romani Syracusas capiunt.* Peta., Lo., Pi., Fux., Fa., Mar. et impressi, ista collocant circa an. 17 Antigoni, seu 2 olymp. 129; Vi., O., circa an. 13. Vulgati propius accedunt ad mentem Polybii, dum refert initium primi belli Punici ad an. 1 olymp. 129, cum quo stat Dionysius, dum librum suum concludit olymp. 128, et in præfatione sui operis testatur se scribere Romanam historiam ab origine Urbis; usque ad primum bellum Punicum. Cum iisdem convenit Gellius lib. XVII, cap. ultimo, dum ait *anno post Romam conditam quadringentesimo ferme et nonagesimo, coss. Appio Claudio et Fulvio Flacco, bellum adversus Pœnos primum cœptum.* Nam si computes usque ad an. 1 olymp. 129 vertentem, subductis annis ante olympiadem 7, qua Urbs est condita, erunt anni 489. Non autem desunt qui ejus initium tribuunt anno Urbis 490 vertenti, sicut facit Cassiodorus, qui videtur secutus auctorem. Nam ille annus 490 incidit, juxta calculum Catonis et auctoris, in an. 2 olymp. 129. Plin. lib. XXXIII cap. 3 confirmat hunc eumdem annum Urbis, dum vult quintum annum ante primum bellum Punicum esse Urbis 485. Ita enim sine dubio legendum, et non 585. Hinc etiam castigabis Orosium dum lib. IV cap. 7 opponit initium hujus belli Punici anno Urbis 483 pro 490. et dum pro *Fulvio* consule, scribit *Fabio*, sicut etiam habetur mendose apud antiquum Eutropium. Parem maculam emendabis apud Solinum, ubi an. 588 pro 488. At vero illo anno primi belli Punici Messanam captam et Syracusas ab Appio Claudio, Marcello consule, obsessas, non autem captas tradunt Polybius et omnes historici: unde videtur hic legendum *Messanam* pro *Syracusas*, aut *obsident* pro *capiunt*, nisi velis esse errorem non tam librarii, quam ipsius auctoris ex memoriæ lapsu, ut occurrit etiam doctissimis. Quod etiam Syracusæ non fuerint expugnatæ ante Marcellum consulem circa olymp. 141, produnt Livius, Plutarchus, Polybius et plerique alii; unde concinne Florus lib. I dicit *Syracusas fuisse invictum caput* ante consulatum Marcelli, qui illas subegit.

(Ibid.) *Nicomedes rex Bithyniæ.* Si dixeris ista ascribenda an. 11 Antigoni, ut in O., Vi, adversatur Pi., qui anno 12; si huic, occurrit Peta., qui an. 17; si rursus isti fidem des, en phalanx et chirographorum Lo., Fux., Fa., Mar., et impressorum, qui omnes ad ann. 18 revocant. Strabo quidem lib. XII, rem eamdem narrat, sed non notat annum.

(Ibid.) *Astacum urbem.* Abest *Astacum* a Peta., Fa., Pi., O., Vi., Mar.; sed alioquin sensus esset imperfectus, et certum est ex Historicis, et Geographis, Nicomediam urbem Bithyniæ vocatam fuisse *Astacum:* ac licet auctor videatur idem repetere circa olymp. 17, tamen ille locus est ita intelligendus, ut Astacus dicatur tunc condita, quæ nunc Nicomediæ nomen subit.

(Ibid.) *Romani Carthaginenses*, etc. Aliqui libri indicant ista fuisse gesta anno 15 Antigoni, ut O., Vi.; alii anno 18, ut Pi.; alii an. 19, seu 4 olymp. 129, ut Lo., Fux., Fa., Mar. et impressi; alii an. 20, seu 1 olymp. 130, ut Peta., cui consentit Eutropius, dum hanc pugnam navalem refert *Duilio et Asina coss.*, quos Fasti Onuphrii ad eumdem an. 1 olymp. 130 collocant. Cum Eutropio stant Florus lib. II cap. 2, Orosius lib. IV cap. 7, Cicero in Catone, Valerius lib. III cap. 6, Plinius junior titulo 38, Plinius senior lib. XXXIV cap. 5, Frontinus lib. I Stratagemat. cap. 5, lib. II cap. 3, et Polybius lib. I. Porro pro *Carthaginenses*, habes in Lo., Pi., Peta., *Carthaginienses*, sed de hoc vide supra.

(Ibid.) *Centum Libyæ urbes.* Ita omnes libri et Mar., præter quam quod in Au. pro *Libyæ* legitur *ibi*, sed mendose. Sunt qui volunt scribendum *Siciliæ*, quia cum Carthaginenses totam fere Siciliam occuparent præter Messanam et Syracusas, Eutropius lib. II tradit an. 2 belli Punici; id est an. 2 olymp. 129; *quinquaginta civitates Siciliæ in fidem Romanorum acceptas Valerio et Octacilio coss.*, quos Fasti Onuphrii ponunt ad hunc ipsum annum 4 olymp. 129. Veruntamen lectio vulgata potest jure defendi, tum quia auctor locutus est paulo ante de urbibus Siciliæ, tum etiam auctoritate ipsius Eutropii, qui *Volsone et Regulo coss.* (id est, ut volunt Fasti Onuphrii, an. 1 olymp. 131), ait *septuaginta quatuor civitates acceptas in fidem*, *postquam Romani in Africam transfretarunt.* Adde quod Orosius etiam lib. IV cap. 8, ait *an. 4 belli Punici* (ut hic est) *Romanos, postquam transvecti sunt in Africam, trecenta aut amplius castella depopulatos; et illis cessisse in deditionem oppida octoginta duo.*

(Ibid.) *Erasistratus medicus*, etc. Opponuntur ista in O., Vi., an. 10 Antigoni; in Pi. an. 18; in Peta. et Mar. an. 23; in Lo., Fux., Fa. et impressis, an. 22.

(487, V.) *Qui vocabatur Theos. Etheus* L.; *Theo* V.; *Theus* Pi.: sed prima lectio haud dubio retinenda, cum sit aliorum exemplarium Mar. et Vincen.; et legamus apud Hieron. in cap. XI Daniel.: *Tertius Syriæ rex ipse Antiochus, qui vocabatur Θεός, id est, Deus.*

(489, II.) *Ægypti III, Ptolemæus.* Adjecimus 3, juxta Fux., Peta., Fa., Lo., et rationem præcedentium et sequentium; licet in O., Vi., pro 3 legatur 4, quamvis mendose.

(489, IV.) *Antigonus Atheniensibus*, etc. Exsulant ab O., Vi.; sed in Peta., Lo., Fux., Fa., Mar., et excusis, sunt ad an. 24 Antigoni; et in Pi. ad an. 23, seu 4 olymp. 130. Quod autem pertinet ad liberatas Athenas, id factum videtur, quando Antigonus *eduxit suum præsidium e Museo*, teste Pausania lib. III; quo vero anno istud contigerit apud nullum veterum reperi. Plutarchus autem videtur multum dissidere ab auctore, dum ait *Athenas liberatas a Demetrio Antigoni filio;* sed facile potest conciliari, si dicamus cum Pausania lib. I, post illam libertatem recuperatam, Athenas iterum incidisse in dominatum tyrannorum, a quo postea sub Demetrio virtute Olympiodori fuerint liberatæ. Quod demum spectat ad initium pontificatus Eleazari, de quo consequenter auctor, nihil certi potest aliunde colligi.

(Ibid.) *Carthaginenses 90 Romanorum naves*, etc. Dicam quæ facta sit hic mutatio: editi habent 60. Verum cum legerem 90 in Lo., Peta., Fa., Vi., Fux., Pi., O., L., Mar., eos duximus imitandos, præsertim cum hoc idem a Polybio confirmetur lib. I, licet pro 90 habeat 93; sed maxime ab Orosio lib. IV, cap. 10: *Claudius consul*, inquit, *cum classe 120 navium contra hostes profectus superatus est, et ipse quidem cum triginta navibus Lilybæum in castra confugit, reliquæ omnes, hoc est, 90, aut captæ aut demersæ fuerunt.* Paulo aliter Eutropius lib. II, dum scribit *ex ducentis, viginti naves captas; demersas cæteras.* Observabis præterea ista collocari ex adverso an. 23 Antigoni, in Vi., O.; an. 27, in Pi.; an 28, seu 1 olymp. 132, in Peta., Lo., Fux., Fa., Mar. et impressis: qui situs propius accedit ad Eutropium lib. II et Orosium lib. IV cap. 10, dum hanc cladem conferunt in consulatum *Claudii pulchri et Junii* (ipse enim Claudius classi illi præerat) quem Fasti Onuphrii comparant cum anno 4 olymp. 132. Nam quod hanc fugam Metello consuli tribuat auctor, videtur lapsus memoria, vel error est librariorum. Metellus enim anno superiore et Carthaginenses superavit, et de eis triumphavit, ut narrant Plutarchus, Eutropius, Gellius, Valerius, Cicero, Polybius, et alii, qui nullam fugam illi tribuunt.

(Ibid.) *Parthis a Macedonum*, etc. Si quæras anno 20 Antigoni contigerint necne, illud asserunt O., Vi., sed negant Pi., qui ad an. 26; Mar., qui ad an. 31; Peta., Lo., Fux., qui ad an. 32; item Fa. et septem Vaticani, qui ad annum 33, quod et imitantur impressi. A

(Ibid.) *Imperio recedentibus*. Hanc lectionem restituimus ex L., A., V., Lo., Fux., Peta., pro *imperio decedentibus*, ut in O., Vi., Ven., Lu., B., H., Pet., So., vel *imperio recidentibus*, ut in Pi.

(Ibid.) *Judæorum pontifex Onias*, etc. Si ad 24 Antigoni reposueris, favent O., Vi.; si ad 27, Pi.; sed si ad 34, plures multo, scilicet Peta., Lo., Fux., Fa., et excusi.

(Ibid.) *Josephus inter*, etc. *Josephus vir inter* L., A., V., Peta., Fa., Fux., Lo., O., Vi.; *Josephus virum inter* Pi.

(Ibid.) *Censu Romæ*, etc. Censum hunc recensent alii ad an. 29 Antigoni, seu 2 olymp. 32, ut O., Vi; alii ad an. 32, ut Pi.; alii ad an. 36, seu 1 olymp. 134, ut Peta., Lo., Fux., Fa., Mar., et impressi; B qui quidem propius accedunt ad tabulas Capitolinas, quæ ostendunt censores creatos ad lustrum conditum anno Urb. 512, qui incidit in an. 2 olymp. 134, si numeres ab an. 3 olymp. 6, secundum Varronem; itaque uno anno posterius, quam vulgati.

(Ibid.) *Hominum* 160 *millia*. *Hominum* 140 *millia* Vi., O.; *hominum* 260 *millia* Fa., Peta., M., V., Va., Fux., P., Lo., Mar., Au., quibus proxime affinis est Eutropius, qui scribit *censu habito anno Urbis* 477 (forsan rectius 507) *inventa fuisse* 292 *millia* 334, *quamquam*, ut addit, *a condita Urbe Romani numquam bello cessassent*. Abbreviator Livii lib. 19: *Censa sunt*, inquit, *civium capita* 251 *millia* 232.

(489, v.) *Callinicus*. Sic pro *Gallinicus*, juxta L., A., V., Peta., Va., P., Lo., Pi., Fa., Alber., et juxta Cedrenum ex nostro auctore: ita quoque Hieron. in cap. XI Daniel., Strabo lib. XVI, licet altera videretur magis probanda, si verum sit ita dictum quod a Gallis sit superatus, et sic legunt O., Vi., C Mar. Vinc. tom. I Specul., sed *C* et *G* facile commutantur inter Græcos et Latinos: in Fux. *Sallinicus*, cui annectuntur hæc: *cognomine Græco, id est, victoriæ optimus*. Cæterum καλλίνικος egregium victorem sonat, unde Hercules Καλλίνικος dictus apud Clementem Alexandrinum in Strom. Allusit ad hoc epithetum Plut. in Coriolano Ἕλληνες ἐτίθεντο ἐπώνυμον τὸν Σωτῆρα καὶ τὸν Καλλίνικον. Nam Antiochus Soter, Seleucus *Callinicus* appellatus est, ut alter Seleucus *Nicanor*.

(491, IV.) *Romæ templum Vestæ incensum*. In Fux.: *Romæ templum etiam Vestæ incensum correptis circa forum quibus celsioribus igni Metellus pontifex sacra Vestæ semiustus abripuit*. Sed quam inepte sint addita, quilibet potest agnoscere. Incendii hujus varia collocatio. Nam O., Vi., an. 33 Antigoni; Pi. an. 34, Peta., Lo., Fux., Mar., an. 1 Demetrii; Fa. et septem Vaticani an. 2 ejusdem, seu 3 olymp. 134, in quo sequaces habent impressos, quos Orosius, lib. D IV cap. 11, videtur confirmare, dum hæc connumerat consulatui *Luctatii et Manlii*, licet Fasti Onuphrii illum coæquent anno subsequenti, id est, an. 4 olymp. 134. Ipse Orosius tribuit anno Urbis 507, sed videtur esse mendum librarii pro 510. Hujus incendii meminit Epitome Livii lib. XIX, et Valerius lib. I cap. 4.

(Ibid.) *Q. Ennius*, etc. Ut rei cujusque exigua ac minus certa exordia, ita natalis Ennii. Nam aliqui anno 34, ut Vi., O., Antigoni appingunt; alii an. 35, ut Pi., alii an. 3 Demetrii, ut Fa. et quatuor Vatic. Mar., et impressi; alii an. 4, seu 1 olymp. 135, ut Peta., Lo., Fux., et tres Vatic. Vicina his sex sunt quæ habet Gellius lib. XVII, cap. 21, ex Varrone lib. I de Poetis, dum ait Ennium natum *Valerio et Mamilio* seu *Manilio coss.*, quos Fasti opponunt anno 2 olympiadis 135, itaque posterius uno anno. Nihilominus recepta in vulgatis sedes mutanda non est; videtur enim juvari testimonio Ciceronis lib. I Tusculan. quæst., ubi agens de Livio poeta ait *eum dedisse Fabulam annis* 510 *post Romam conditam, anno ante natum Ennium*. Annus enim 510 incurrit absolute in an. 2 olymp. 134, quod ita fiet planum. Adde ad 1264 ab Abraham, qui natalem Urbis præcedit, 510, efficies annos 1774, qui incurrunt in illum annum 2 olymp. 134. Nec est prætereundum Ciceronem connumerasse annum illum Urbis *consulatui Claudii Centhonis et Tuditani*, licet Sigonius et Onuphrius velint esse an. 513; quod cupio diligenter observari, ne quis ita facile ac leviter auctorem damnet, si minus aliquando concurrat cum annis Urbis, seu consulum, sive olympiadum, qui in Fastis Onuphrianis notantur: licet enumerandi rationem per annos Urbis non deduxerit, eos tamen tacite indicavit, eorumque initium dum primum annum Romuli constituit ad an. 1 olympiad. 7, et ab eodem persequitur annos ab Abraham.

(Ibid.) *Virgo vestalis*, etc. Conveniunt omnes meæ membranæ ut Fa., Peta., O., Vi., Lo. Fux. et impressi, ut circa an. 8 Demetrii hæc gesta fuisse observent. Solus dissentit Pi., qui circa 7, et Mar. qui circa an. 9.

(Ibid.) *Judæorum pontifex maximus*. Deest *maximus* in Peta., O., Vi., Pi., Fux., Fa., Lo., Mar. Porro de eorum sede non idem omnes. Nam O., Vi., anno 10 Demetrii opponunt: Peta., Pi., Fux., Mar., an. 1 Antigoni; Fa., Lo., et impressi an. 2 ejusdem.

(Ibid.) *Ferme millia Gallorum a Rom. cæsa*. Peta., Fux., Mar., ad 7 an. Antigoni revocanda volunt; sed quid si comparentur cum Fa., O., Vi., Lo., Pi. et editionibus, qui omnes ad an. 6 Antigoni, seu 1 olymp. 138? Orosius libro IV, cap. 13, Eutrop. lib. III, Polybius lib. II, Plinius lib. III cap. 20, hanc cladem referunt *ad consulatum Attilii Reguli et Æmilii Papi*, quem Fasti Onuphrii comparant cum an. 4 olymp. 138, itaque posterius quam vulgati annis tribus. Lapides Capitolini constituunt ad an Urb. 528, et illi tres auctores confirmant illum numerum 40 millium cæsorum. Fuit autem bellum istud celeberrimum, cum utrinque essent ingentes copiæ comparatæ, unde nec mirum, si auctor hujus mentionem fecerit.

(491, v.) *Ceraunus*. *Ceraunos* Lo., Peta., Fa., Pi., *Geraunus* O., Vi., vulgata purior; tamen *Ceraunos* est Justini et aliorum, terminatione Græca.

(493, II.) *Philopator*. In Vi., O., *Philometor*, sed corrupte. Nam de hoc paulo post; in Pi., Fa., *Philopater*; Peta., Fux., Justinus, et alii affines vulgatis.

(493, IV.) *Caria et Rhodus*, etc. In tres veluti factiones dividuntur libri. Nam Peta., Fux., anno 10 Antigoni, seu 1 olymp. 139, ascribunt; Fa., Lo., Pi., Mar. et impressi, an. 11; O., Vi., an. 12; et qui propius, accedunt Lo. ad Polybium, dum lib. V, videtur tribuere hunc terræmotum circa an. 3 olymp. 140.

(Ibid.) *Rhodus*. Dum omnes libri et Mar. ita habent (præter Pi. et excusos, in quibus *Rhodos*), placuit potius illos imitari, cum sit illud adeo familiare Latinis, ut hoc Græcis.

(Ibid.) *Ut colossus*. *Ut colosseus* Lo., sed vitiose, sicut constat ex similis rei repetitione ad olympiad. 168, et ex Vincen. tom. I, et aliis exemplaribus et scriptoribus. Per colossum autem intellige statuam illam Solis altam pedes 105, ut ait Festus, vel potius, ut Plinius, lib. XXXIV cap. 7, *septuaginta cubitorum altitudinis, quæ*, inquit, *ante omnes in admiratione fuit*, ut etiam constat ex inscriptione artificis Charetis, τὸν ἐν Ῥόδῳ Κολοσσὸν ἑπτάκις δέκα Χάρης ἐποίει πήχεων ὁ Λίνδιος.

(Ibid.) *Ea quæ in tertio Machabæorum*, etc. Quantum in cæteris videntur dissentire libri, tantum in designanda his sede conveniunt. Omnes enim membranacei Fa., Peta., O., Vi., Lo., Pi., Fux., et impressi, ad 14 annum Antigoni collocant.

(Ibid.) *Sub hoc Ptolemeo. Sub hoc principe* A., L., M., O., V., Va., Lo., Fux., Peta., P. Pi., Vi., Fa., Mar.; sed si hanc lectionem retinueris, dubium erit de quo intelligatur, de Ptolemæo an de Antiocho. Nam utriusque fit mentio in lib. III Machabæorum etiam in ipso libri limine, licet de priori potissimum agatur.

(Ibid.) *Victi Judæi*, etc. Istane evenerint secundo Philippi anno, an vero tertio, licet dubitare, cum in Fa., O., Vi. et editionibus, an. 2 Philippi respondeant; in Peta., Lo., Pi., Fux., 3 an.

(Ibid.) 60 *millia armatorum. Quadraginta millia armatorum* Lo.; sed alia exemplaria, Fre. et Jornandes, retinént vulgatam.

(Ibid.) *Romæ virgines*, etc. Notantur hæc ad an. 1 Philippi in Fa., Pi., Vi., O. et impressis; ad an. III, in Peta., Lo., Fux.; sed in Mar. ad an. 4. Non est quod recedas a cusis. Nam illos juvat Livius, dum scribit *coss. Æmilio et Terentio*, qui annus est Urbis 537, duas Vestales Opimiam et Floroniam in stupro compertas, alteram sub terram necatam, alteram sibi mortem conscivisse. Nam illo numero 537 addito ad 1264 ab Abraham, qui præcedit conditum Urbis, invenies 1801, quem vides concurrere cum illo an. III Philippi.

(495, II.) *Ptolemæus Epiphanes Scopa*, etc. Detinentur hæc in variis laterculis a variis libris. Nam Lo. circa 15 an. Philippi; Pi. Peta., Fux., circa 16 an.; O., Vi., Fa., circa 17 an., quos imitantur editi; nec ex aliis scriptoribus facile est colligere, cui magis consentias.

(495, IV.) *Eratosthenes philosophus*. Deest *philosophus* in A., O., L., M., V., P., Lo., Pi., Vi., Peta., Fa., sed retinuimus ob alia exemplaria, et quia veritati est consentaneum. Porro hæc sibi annus 4 Philippi vindicat in vulgatis, ut in O., Fa., Peta., Vi. At in Lo. et Mar. ad an. 5 distrahuntur; in Pi. et Fux. ad an. 6. Quodlibet illorum potest ferri, quia, teste Suida, nascitur olymp. 126, et vixit annos 80.

(Ibid.) *Romani Marcello consule Syracusas capiunt*. Exstant hæc in Vi. et O. ex adverso anni 1 olymp. 141; apud Mar. an. 2; in Fa., Pi., septem Vaticanis et vulgatis, an. 3; in Lo., Fux., Peta., an. 4, qui propius accedunt ad testimonium Livii, Flori, Appiani, Plutarchi et aliorum, qui coæquant expugnationem Syracusarum consulatui *Flacci et Pulchri*, quos Fasti Onuphrii componunt cum an. 1 olymp. 142. Verum vulgati possunt defendi ex eo, quod Eusebius videtur voluisse notare non annum expugnationis, sed initium obsidionis, quæ cœpit Marcello consule, duravitque triennio, ut docent omnes. Si enim, teste Orosio, lib. IV cap. 17, urbs illa capta est anno Urbis 543, ergo obsessa est an. 541, qui coincidit in illum annum olymp. 141, si subducas annos Urbis juxta Varronem, quem sequitur Orosius, ab an. 3 olymp. 6. Nam adde ad annos Abrahæ 1462 illos 541, efficies an. 1803, quem conspicis hic concurrere cum illo an. 3. olymp. 141. Si alia fuisset mens auctoris, proculdubio vice vocis *consule* scripsisset *proconsule*, quod dictum sit in eos qui hunc locum censura dignum putant.

(Ibid.) *Romani subjugant Capuam*. Contigisse hoc volunt Vi., O., quidem an. 4 Philippi, seu olymp. 141; Pi. an. 8; at Lo., Peta., Fux., Fa., Mar., an. 7, seu 1 olymp. 142, quibus adhæsere impressi. Certum est ex Livio lib. XXVI, Capuam subjugatam fuisse anno consequente Syracusarum expugnationem, id est, an. Urb. 542, *Galba et Centumalo coss*. Fasti Onuphrii eos comparant cum an. 2 olymp. 142, et proinde uno anno serius quam impressi: sed hoc dissidium est leve, maxime cum non adeo sit certa comparatio consulum cum olympiadibus. Si autem consideretur annus Urbis 542, quo Livius, Velleius, et alii volunt hoc accidisse, et initium repetatur ab an. 3 olymp. 6, juxta Varronem, situs antiquus illis optime convenit.

(Ibid.) *Et Siciliam*. Abest a Pi. et L., sed firmatur ex fide aliorum librorum et Mar., et auctoritate Livii et plurimorum, qui tradunt totam Siciliam venisse in potestatem Romanorum post captam Capuam; licet Velleius lib. II, Florus lib. II, et alii scribant *totam insulam Siciliæ superatam fuisse in una urbe Syracusarum*. Quidquid sit, dignum est notatu tunc temporis Siciliam factam primam provinciam populi Romani, ut ex Livio, Velleio, Ruffo et Cicerone in 4 Verrina constat.

(Ibid.) *Antiochus rex Syriæ*, etc. Pi., O., Vi., circa an. 5 Philippi collocant; Fux. circa an. 9.; Lo., Peta., Fa., Mar. et excusi, circa an. 8.

(Ibid.) *Levinus cum rege*, etc. *Levinus consul cum rege* in L., Pi., Vi., O.; tamen Justinus, lib. XXIX, nominat Levinum *prætorem*, quando societatem junxit cum Attalo: nihilominus quia Onuphrius in Fastis profitetur Levinum fuisse secundo consulem anno Urbis 544, juxta Livium, Valerium Max., Plutarchum, Florum, Eutropium, Sextum Pompeium, et Orosium, ac an. 4 olymp. 84, qui est an. 10 Philippi, non existimo errare illos 4 codices. Nam Florus lib. II et VII, et Sextus Ruffus testantur *Levinum consulem Ionium mare primum ingressum, et tota Græciæ littora veluti triumphanti classe peragrasse, et Attalum fuisse in auxilium*. Nec est audiendus Flori castigator, qui pro *consule* legendum existimat *prætore*, ex eo quod Florus dicat *Laurum natam in puppe prætoria*. Nam navis præfecti classis vocabatur *prætoria*, ut in castris tabernaculum ducis exercitus *prætorium*. Quoad situm dum vulgati hæc habent ad an. 11 Philippi, seu 1 olymp. 143; O., Vi., ad an. 7; Mar. ad an. 8.; Pi. Lo., Peta., Fux., Fa., ad an. 10; hos posteriores cæteris præferendos existimamus.

(Ibid.) *Judæorum pontifex maximus Onias*, etc. Concurrunt cum diversis annis ista, si codicum rationem habeas. Nam in Vi., O., anno 6 Philippi; in Pi., an. 10; in Lo., Peta., Fux., Fa., an. 11; in vulgatis an. 12. Vide censuram doctissimi Scaligeri in hunc locum lib. V de Emendat. tempor., pag. 408 2 editionis.

(Ibid.) *Rex Arius legatos mittit*. Pro *Arius* in Mar. *Arios*; in L. *Darius*, sed mendose. Nam licet olim ita se haberet et Græce et Latine lib. I Machab. XII, Δάρειος, *Darius*, nihilominus correcta Biblia Romæ, Brugens. et alii docent delendam litteram *D*: quod potest confirmari auctoritate Josephi lib. XII Antiq. cap. 5, et lib. XIII, cap. 9, apud quem Ἄρειος; Pausaniæ item lib. III, Plutarchi in Pyrrho, qui duo habent Ἀρεύς.

(Ibid.) *Scipio Hiberiæ multas urbes*, etc. Ascribuntur ista diversis annis, ut in O., Vi., an. 9 Philippi, seu 3 olymp. 142; apud Mar. an. 13; in Pi., Lo., Peta., Fux., Fa., an. 15; quod eo probabilius censendum, quod vulgatos habeant sectatores, et propius accedant ad consulatum ipsius Scipionis (quem Fasti Onuphrii referunt ad an. 4 olymp. 143), qui anno superiore subegerat totam Hispaniam, Asdrubale et Magone fugatis, testibus Livio et Appiano. Nil tamen suadet mutationem, cum per multos annos Scipio res magnas feliciter gesserit in Hispania, ut latissime prosequitur Livius lib. XXVIII et XXIX.

(Ibid.) *Hiberiæ*. Olim *Hyberiæ*; sed de ejus vocis orthographia videbis mox.

(Ibid.) *Navius. Nevius* Peta., Fa., Lo., O., Vi.; *Mevius* Fux.; in margine *Nevius*; vulgata scriptura est Plinii et Gellii. Hic vero quis dissentientes inter se libros conciliet? cum Lo. opponat ista anno 17 Philippi; Peta., Fux., an. 18; Pi., an. 19; Mar. et vulgati cum Fa., quem ducem sequi videntur, an. 16.

(Ibid.) *Ex Umbria Sarsinas*. Sic restituimus pro *ex Umbria Sarsina*, ut in impressis; vel *ex Sarsina Umbriæ*, ut Mar.; vel *ex Umbria Arpinas*, ut in O., Vi., vel *ex Umbria Arsinas*, ut in L., Pi.; vel *ex Umbriarsinas*, ut in M.; vel *ex Umbriæ Arpinas*, ut

in Ven., Lut., secuti V., S., A., Fa., Peta., P., Lo., Va. et sex reliquos Vaticanos, Al., Fux., et Crinitum lib. I de Poetis, et vestigium relictum in cæteris, dum syllaba finalis est ubique *nas*, et non *na*. Nam significat Plautum fuisse Sarsinatem, id est natum Sarsinæ, quæ est urbs in Umbria Italiæ regione: quod ex aliis auctoribus constat, immo etiam ex ipso Plauto in Mostellaria. Unde fuit velut ejus epithetum ut diceretur *Sarsinas*. Adde quod cum Latinæ linguæ puritas non admittat præpositionem ante nomen proprium minoris loci, minus pure diceretur *ex Sarsina*.

(Ibid.) *Molas manuarias*. Sic emendavimus ex A., Peta., Fux., Vi. O.. Vi., L., M., V., P., Al., Lo., So., Mar. Nam mendum esse nullus non agnoscet, cum antea legeretur *molas manuarias*, littera *n* transposita : Varro et Gellius, lib. III cap. 3, vocant illas *molas trusatiles*, dum hoc ipsum referunt.

(497, IV.) *Vendere solitus*. Sic ex A., L., M., P. Al., Peta., tribus Vatica., Fux., Pi., O., Vi., Mar., pro *vendere sollicitus consueverat*, ut in B., H. Pet., Fa., So., V., Vat.; seu *vendere consueverat*, ut in Va.; seu *vendere sollicitus*, ut in Lo., Ven., Lut., quæ loquendi formula ei familiaris. Nam antea scripsit *Plautum vendere solitum fabulas*, et paulo post lineis aliquot interjectis, ait Terentium vendidisse *primam Andriam*. Ad extremum, quæ sedes his debeatur, vix discuti potest, cum Peta. circa 18 an. Philippi reponat : Pi., O., Vi., circa 22 an.; Lo., Fux., Fa., septem Vaticani et excusi, circa 19.

(Ibid.) *Juxta Theram. Juxta Hieram* Fa., Pi., et L. Justinus, lib. XXX, de hac eadem emersione loquens orta sub Philippo, pro *Theram* habet *Theramenem*. Sed plura de Hiera paulo post, quæ tu consule. Cæterum non leves motus in situ anni ex emersa insula sunt excitati ; pugnant enim libri cum Pi. an. 18 Philippi, seu 4 olymp. 144; Lo., Peta., an. 19.; Fux., Max., an. 20; Fa. et impressi, an. 21; Vi., O., an. 22 notent : cum quibus convenit Plinius, dum, lib. II, cap. 87, scribit *inter Cycladas enatas insulas Theram et Therasiam an. 4 olymp.* 145. Sic enim lego pro 135 ; et, lib. II, cap. 9, tradit *eam, quæ antea Therasia vocabatur, nunc dici Hieram, quia est sacra Vulcano*. Orosius, lib. IV cap. 20, longe ab hoc calculo abit, cum transfert in consulatum *Marcelli et Labeonis*, qui est Onuphrio annus 2 olymp. 149. Cum eodem Orosio stat Livius, dum idipsum suggerit ad annum Urbis 572, si ex supputatione Varronis numerus ab an. 3 olymp. 6.

(Ibid.) *Antiochus Scopa*, etc. Dissentiunt libri in situ. Nam Pi., O., Vi., 17 an. Philippi tribuunt ; Lo., Peta., Mar., an. 21; Fux., Fa., 22, quod et impressi consectantur.

(Ibid.) *Romani Græcos liberos*, etc. Annumerantur sequentia varie, ut in O., Vi., ad an. 22 Philippi ; in Lo., Peta., Fux., Fa., Mar., ad an. 23, seu 1 olymp. 146, quibus adjungendi impressi ; in Pi. ad an. 25. Vulgatus situs potest defendi auctoritate Livii, Plutarchi, Appiani, Polybii, Valerii Maximi et aliorum, qui referunt pacem datam Philippo et Græciæ libertatem *coss. Purpureone et Marcello*, quos Fasti Onuphrii componunt cum an. 1 olymp. 146. Obsequens tamen ait *Flaminium post victum Nabidem Lacedæmoniorum regem, liberos Græcos Nemeæ per præconem pronuntiasse* ; Nabidis autem victoriam Livius ascribit anno Urbis 559, qui juxta calculum Varronis concurrit cum an. 1 olymp. 146.

(Ibid.) *Hiberia*. Mutata est orthographia, cum olim *Hyberia* per *y* legeretur, ne dissentiremus a Ven. et Lut. primis illis editis, nec etiam a membranis L., Fa., M., Vi., O., Pi., Lo., Fa., Peta., Fux.; licet agnoscam scribi per *y* apud Tacitum et alios; quin et magis probaretur ut sine aspiratione, quemadmodum in Al. et Mar. Neque enim adduci possum ut credam aliter pinxisse Eusebium, quam Ἰβηρία, cum illud ipsum exstet apud Appianum in Ibericis, et sæpe alias, et apud Joseph. lib. I contra Appion., atque apud alios plures : nihilominus cum sæpius occurrat ea vox in hoc Chronico, eaque aspiretur : communi exemplarium calculo reliquimus aspirationem, quia etiam video eam retineri a Ruffo, Ammiano, Spartiano, Velleio, Tacito et aliis. Illud vero notius est, quam ut admonitione egeat, regionem illam citra Pyrenæos promiscue modo *Hiberiam*, modo *Hispaniam* solitam a Romanis appellari. Testantur Ptolemæus lib. II, Strabo lib. II et III, qui addit *Iberos Asiaticos ab Europæis profectos* : cujus rei vide varias opiniones apud Appianum lib. de Bello Mithridatico, et lib. de Bell. Hispanico. Justinus, lib. XLIV, ait etiam *primum Iberiam, deinde Hispaniam ab Hispano dictam*. Freculphus, lib. I cap. 27, ait quoque *sub tempore* (id est an. 480) *vocari Hyberes qui et Hispani*; nisi dixeris illum non tam ex se verba illa usurpare, quam ex persona Hieronymi, vel alicujus alterius auctoris, a quo sua deprompsit, neque enim novum et inusitatum, ut cum nonnulla ex quibusdam auctoribus recitet, easdem etiam dicendi formulas adhibeat, cujusmodi sunt quæ refert ipse Frecul. lib. II cap. 11 : *Hercules autem cognomento Dasanaus in Phœnice clarus habetur : inde ad nostram usque memoriam a Cappadocibus et Eliensibus Desanaus adhuc dicitur* ; quæ verba licet sint Eusebii ad an. Abrahæ 505, nemo tamen prima fronte non Freculpho tribuat, et de ejus ætate intelligat. Quod observabis in aliis hujusmodi auctoribus. Agnosco tamen vocabulum *Hispaniæ* familiarius Latinis, *Iberiæ* vero seu *Hiberiæ* Græcis : unde fit ut quotiescumque Pausanias, Zosimus, et alii Hellenismi excultores Ἴβηρες dicunt, interpretes reddunt *Hispani*, et contra quos Latini *Hispanos*, Græci interpretes dicunt Ἴβηρας, *Iberos*, ut videre licet apud Pæanium, qui rarus Ἱσπάνους vertit. Dicti sunt autem Iberi vel Hiberi vel ab Ibero Herculis filio, ut ait Eustathius in Dionys., vel, quod magis crediderim, ab Ibero amne, teste Justino lib. XLV, et aliis. Hinc castigabis Idacium, apud quem corruptissime *et universis Hebræi ita fecerunt*, pro *et universa Hiberia jussa fecit*.

(Ibid.) *Antiochus Judæorum*, etc. Aggreganda monent Peta. quidem, Mar., et Fux., ad 24 an. Philippi ; Pi., Lo., Fa. et editiones, ad 25.

(Ibid.) *Post prælium, quo in Thermopylis*, etc. Quam certæ habentur hujus prælii clades et fœderis conditiones, tam incertus annus, quo admissæ. Peta. et Mar. annumerant ad 26 an. Philippi; Pi., Lo., O., Vi., Fux., Fa., ad an. 27, quod habent impressi. Hi propius accedunt ad sententiam Livii, Orosii, Eutropii, et aliorum, qui ascribunt hoc prælium coss. *Scipione et Glabrione*, quos Fasti Onuphrii suggerunt ad an. 2 olymp. 147 et annum Urbis 562, qui incurrit in an. 27 Philippi, si initium sumas an. 4 olymp. 6, ut faciunt multi, qui etiam auctores tradunt, aut saltem Livius, pacem hanc initam anno insequente.

(Ibid.) *Vectigalis nomine*. Purius quam olim *vectigalis is nomine* ; vel, ut in Peta. et H., *vectigalis ejus nomine solveret* ; vel *vectigalis eis nomine solveretur* Fa. Huc nos impulit antiquitas membranarum O. Vi., Pi.

(Ibid.) *Romani multas colonias*, etc. Colonias has varias ad varios laterculos codices devexere. Nam Lo., Peta., Fux., Mar., ad eum qui respondet ad an. 28 Philippi ; O., Vi., ad eum qui an. 30; Pi. ad eum qui an. 31 ; Fa. ad eum qui an. 29, seu 3 olymp. 147, quod et præstant impressi, qui propius accedunt ad id quod Livius scribit lib. XXXIV, *deductas colonias Romanorum civium Puteolos, Vulturnum, Salernum, Buxuntum*, et in pleraque alia loca, an. Urbis 560, *coss. Scipione Africano et Sempronio Longo*, quos Fasti Onuphrii reponunt ad an. 3 olymp. 146 ; itaque tribus annis antiquius quam ferat situs Eusebii. Verumtamen cum, teste Velleio, *Bolonia deducta sit colonia annis ferme 217 ante consulatum Vinicii* (qui fuit anno Urbis 782), id est, anno Urbis 565, si illum incipias (ut docet ex ejus mente) ab an. 3 olymp. 6.

ille annus Urbis 565 concurrit cum an. 29 Philippi et an. 3 olymp. 147. Idem Velleius notat ipsam coloniam Boloniam accidisse *Volsone et Fulvio coss.*, quos Fasti Onuphrii collocant ad an. 4 ejusdem olymp. 147. Idem subjungit : *Post quadriennium Pisaurum ac Potentiam, interjectoque triennio Aquileia et Gravisca et post quadriennium Luca* ; neque enim, ut antea dicit, *post adventum Annibalis in Italiam vacavit Romanis colonias condere, cum esset in bello conquirendus potius miles, quam dimittendus, et post bellum vires refovendæ, magis quam spargendæ.*

(Ibid.) *Antiochus in amicitiam*, etc. In referenda hac amicitia qui redire poterunt in gratiam nostri codices ? O., Vi., referunt ad an. 23 Philippi; Pi. ad an. 24; Lo., Peta., ad an. 28; Fux., Mar., ad an. 29; Fa. ad 30, cum quo conveniunt impressi. Videntur vero potius sequendi Lo. et Fa., si velimus conciliare Livium, lib. XXXVI, cum auctore, qui hoc ipsum refert ad an. Urbis 562, qui concurrit cum illo anno 28 Philippi, numerando, ut facit auctor et Livius sæpius, ab an. 1 olymp. 7.

(Ibid.) *Filia sua uxore ei tradita*. Elegantius ex Lo., O., Vi., Pi., Fux., Fa., Peta., quam, ut antea, *filia sua uxore tradita*.

(Ibid.) *Eumenes frater regis*, etc. Conveniunt membranæ meæ cum impressis, ut ad an. 30 Philippi referant Pi., Lo., Fux., Fa., Mar.; sed dissentiunt O., Vi., qui circa an. 26.

(Ibid.) *Secundus liber*, etc. Cum major pars nostrorum chirographorum an. 31 Philippi assignet, Lo., Peta., Vi., O., Fux., Mar., quibus accedunt excusi, licet dissentiant Pi., Fa., qui circa an. 32, nihilominus cum liber secundus Machabæorum non unius tantum anni gesta describat, non est quod tam certa horum sedes nos reddat sollicitos.

(499, IV). *Livius*. Restitutum locum agnoscis, prælucente codice Al., pro *Titus Livius*, ut in vulgaribus et apud Mar. Juverunt Gellius, lib. XVII cap. ultimo, et Crinitus. At licet Livius, Valerius et Cicero ejus crebro meminerint, tamen prætermittunt prænomen. Nescio autem quo auctore Sigonius in Fastis vocet eum M. Livium. Sed crediderim librarios deceptos ex affinitate nominis, ut hunc poetam cum Tito Livio historico confuderint. Cæterum sunt qui hæc 31 an. Philippi opponant, ut Lo., Peta., Fux., Fa.; alii qui an. 22, ut Pi. et impressi; alii qui an. 33, ut O., Vi.

(Ibid.) *Cum ab Antiocho per legatos*, etc. Paratur his diversa sedes, ut in Lo., Peta., circa an. 32 Philippi; in Fux., Fa., Mar. et excusis, circa an. 33; O., Vi., circa an. 34; Pi., circa an. 36, seu 2 olymp. 149, cui favent Polybius, Livius, Obsequens, Orosius, Cassiodorus, et Fasti Onuphrii illi quinque, dum obitum Hannibalis referunt *ad consulatum Marcelli et Labeonis*, isti dum ipsum consulatum comparant cum eodem an. 2 olymp. 148. Ille annus fuit memorabilis, ob mortem trium ducum insignium Hannibalis, Publ. Scipionis, et Philopœmenis, ut notat Livius, lib. XXXIX, et alii.

(Ibid.) *Hannibal. Annibal*. Lo., sicut etiam pingunt Livius, Cicero, Justinus, Polybius, Appianus, Plinius, Plutarchus, et Ammianus. Altera tamen scriptio est librorum cæterorum, Eutropii, Herodiani, Suidæ, Mariani et aliorum.

*Simon præpositus templi*, etc. Hæc obtinent variam sedem, ut in Fux., circa an. 25 Philippi; in Pi., O., Vi., circa an. 33; in Lo., Peta., Fa., circa an. 35, quod et imitantur impressi.

(Ibid.) *Ad Apollonium Phœnicis ducem confugiens*. Ita correximus pro *ad Apollonium Seleuci ducem Phœnice confugiens*, ex A., L., M., V., Fa., Peta., S. Va., P., Lo., Pi., O., Vi., quibus convenit lib. II Mac. cap. III et IV, ex quo loco ista videntur sumpta, ubi Apollonius dicitur κοίλης Συρίας στρατηγός, *dux Cœlesyriæ et Phœnicis*. In Fux. habetur, *ad Apollonium Syriæ Phœnicis ducem Seleuci confugiens*.

(Ibid.) *Hyrcanus*, etc. *Hircanus* O., Vi., Fa., Pi., Lo., Mar., Peta., de quo inferius. Hic paragraphus

A varie excipitur a codicibus, in quibus modo ad 37 an. Philippi, ut in Lo., Fa.; modo ad an. 40, ut in Peta., Fux., Mar. et excusis; modo ad an. 41, ut in O., Vi.; modo ad an. 42, ut in Pi.

(Ibid.) *Statius Cæcilius clarus habetur*, etc. Constans est membranarum et impressorum consensus, ut hæc disponenda velint circa an. 40 Philippi. Sic enim Lo., Peta., O., Vi., Fux., Mar., Fa.; dissentit autem solus codex Pi., qui ad an. 42 rejicit.

(Ibid.) *Cecilius. Cæcilius* Pi., L., ut etiam Gellius, Plinius, Cicero, Quintilianus, Velleius, et alii.

(503, III.) *Perses. Persis* Peta.; apud Livium, Orosium, Eutropium, Josephum et alios, *Perseus* : vulgata scriptio apud Florum et alios passim occurrit.

(503, IV.) *Aristobulus natione Judæus*, etc. Plures sunt qui collocanda ista moneant circa an. 1 Persei, quam circa alium annum. Sic enim Lo., Peta., Fux., Fa., Mar. et excusi; at O., Vi., assignant an. 2 ejusdem; Pi. vero an. 39 Philippi.

B (Ibid.) *Antiochus Epiphanes*, etc. Nullum certum in assignanda his sede servant modum libri; Vi. enim et O. locum dant ad an. 1 Antiochi; Pi. ad an. 3; Lo., Peta., Fux., Fa. et impressi, ad an. 4; et rectius, quia propius accedit ad lib. I Machab. I, ubi hic Epiphanes venit in Judæam post annum 143 Seleucidarum, qui incipit in annum 6 Antiochi.

(Ibid.) *Recessisset, in Judæam venit*. Pro *recessisset, Judæam venit*, ut in A., L., M., V., P., Lo., O., Vi., Peta., Fux., Mar.

(Ibid.) *Ibique Jesu, qui et Jason, fratri*. Sic ex V., L., A., M., P., Lo., Fa., Mar., pro *ibique Jesu, cui nomen et Jasoni fratri*, ut in Ven., Lut., B., H., Pet., So.; vel *ibique Jesu et Jasoni fratri*, ut in Vi., O., Pi., vel *ubique Jesu cui et Jasoni fratri*, etc., ut in Fux. Nam constat ex lib. II Machab. cap. IV, *Jasonem fuisse fratrem Oniæ*; et ex Josepho, lib. XII Antiq. cap. 6, *Jasonem illum dictum fuisse Jesum*.

(Ibid.) *Antiochus Judæorum*, etc. Valde depravatus est situs in Vi., O., ad an. 2 Eupatoris; melius in C Pi. ad an. 10 Epiphanis; apud Mar. ad an. 8; sed omnino recte in vulgatis, Lo., Peta., Fux., Fa., ex opposito anni 7 ejusdem, ut constat ex his quæ auctor scribit ad an. 72 Christi. Nam si ab hoc anno, qui est ab Abraham 1848 addas 239, efficies 2807, qui concurrit cum an. 73 Christi. Confirmatur testimonio Josephi lib. XII Antiquit. cap. 6, dum scribit hanc templi profanationem contigisse an. 143 post regnum Seleuci. Etenim si ad 1705 annum ab Abraham, cum quo annus primus Seleuci concurrit, adjunxeris 143, conficies 1848, qui annus incurrit in septimum Epiphanis. Josephus vult etiam *contigisse 153 olympiade, 25 mensis Kisleu* seu *Casleu, quem Macedones Apellæon vocant*, qui nostro Novembri aut Decembri respondet pro varia novilunii ratione. Et licet annus primus illius olympiadis comparetur apud nostrum auctorem cum anno 8 Epiphanis; apud Josephum vero cum 7, dissidii tamen hujus facile reddetur ratio, si Eusebium dixeris, non tam exac-D tam numerandi olympiades rationem a plenilunio ejus mensis, qui proxime solstitium æstivum sequebatur, observasse, quam se accommodasse ad annum consulum, qui initium sumit ut plurimum a Januario. Agnosco ingenue situm codicis Pi. circa annum 10 Epiphanis posse defendi ex verbis lib. I Machab. cap. I, ubi dicitur Epiphanes an. 143 *Græcorum ædificasse idolum super altare Dei et super universas civitates Judæ*.

(Ibid.) *Impugnat : ac primum*. Interposuimus particulam *ac* ex A., L., M., P., O., Vi., Lo., Fux., Peta., Mar.

(505, III.) *Macedonum regnum defecit*. His additum in L. *Judæorum nascitur regnum* : adhæc certant inter se codices, dum alii ista ad an. 10 Epiphanis distrahunt, ut Lo., Peta.; alii ad an. 10 Persei, ut Pi., Vi., Fux., O., Fa, et impressi.

(505, IV.) *Nolucrant. Noluerunt* A., M., L., P., Lo., Pi., Fa., Mar.

(Ibid.) *Jovis Olympii*. Desideratur vox *Olympii* in L., Pi., sed mendose. Nam hoc ipsum exstat II Mach. VI, et narrant Josephus et Hieronym. in Daniel. XI. Accedunt omnia alia exempl. et Mar.

(Ibid.) *Garizin*. *Garizim* Lo., Mar., ut II Mach. VI, sed utrumque dicitur.

(Ibid.) *Filius Assamonei vico*. *Filius Assamon ex vico* Al., Vi., O., Pi.; *filius Ammonæi vico* Peta.; *filius Asamonæ* Mar.

(Ibid.) *Modin*. Probata lectio testimonio Fux., O., Vi., Fre. et Mar.; sic enim I Mach. II, IX, XIII, XVI; II Mac. XIII: et Joseph. lib. I de Bell. Judaic. cap. 1; et lib. XII Antiq. cap. 7; unde hæc videntur sumpta pene ad verbum : olim legebatur *Modeim*; in Lo. *Modim*; in Fa. *Vicomede in*, pro *Vico medein*; in Peta. *Medeim*.

(Ibid.) *Vindicavit olympiade* 153. Adjecimus *olympiade* 153, secuti A., L., M., P., Lo., Ven., Lut., Pi., Fux., Peta., pro quo in O., Vi., *olympiade* 154, sed vitiose.

(Ibid.) *Ennius poeta*, etc. Hic dissidium inter mss. et impressos, dum ista coerceri volunt intra varios annos. Nam Lo. vult respondere 6 anno Epiphanis; Peta., Fa., an. 7; O., Vi., Fux., an. 8; Pi., Mar., an. 9. At editi ad an. 11 adducunt, quod et probabilius, si credendum est Gellio, lib. XVII, cap. ultimo, Ennium vixisse 77 annos. Nam Cicero lib. de Senectute tribuit illi tantum 70, ita ut si computes ab anno Abrahæ 1776, quo natus dicitur, additis annis 77, reperies 1853 : unde dissidium est unius tantum anni. Favet Cicero codicibus illis qui hæc connumerant anno 7 Epiphanis, qui idem est cum 4 olymp. 272; in Catone enim docet Ennium mortuum *Cæpione et Philippo* coss., quos Fasti Onuphrii annumerant ad 4 an. olymp. 152; et in Bruto eosdem consules nominat *Servilium et Marcium*; alter enim dicebatur *Q. Marcius Philippus*, alter *Cn. Servilius Cæpio*.

(Ibid.) *Rudiam*. Sic correximus ex A., Al., M., P., Peta., Fux., Pi. et 2 Vatic., pro *Rhodiam*, ut in impressis et quinque Vaticanis; vel *Rodiam*, ut in Lo., Fa.; vel *Ruidiam*, ut in O., Vi., quæ duæ inter se plurimum dissident, cum *Rhodia* sit in Lycia Asiæ regione, *Rudia* vero in Calabria nobilis *Ennio cive*, inquit Mela lib. II cap. 4. Huic proximus Plinius et Silius poeta lib. XII :

Rudiæ genuere vetustæ;

quo fit ut a Cicerone *Rudius* et ab Ausonio *Rudinus* dicatur : a quibus licet dissideat auctor, ubi cum Eutropio refert eum Tarenti natum, nil tamen novum videri debet, cum tot urbes de origine Homeri certarent, si minus inter se auctores conveniant de Ennio; quamvis aliorum opinio valde confirmetur ex eo quod auctor scribit *ossa Ennii Rudiam fuisse translata*. Ut quid enim illuc translata, nisi tanquam in patriam? cur e nobili Scipionum sepulcro effossa? cur elata Roma, nisi ut terra, quæ primum vagientem exceperat, eadem mortuum retineret?

(Ibid.) *Romani superato*, etc. Quo anno hoc acciderit, vix ex libris certo elici potest, cum alii annumerent an. 14 Philometoris, ut impressi et Lo., Peta., Fux.; alii an. 15, ut Fa.; alii an. 16, ut Mar.; alii an. 17, ut Vi., O.; alii an. 18, ut Pi. Livius lib. XLV ait hos populos liberos declaratos *coss. Ælio et Junio*, qui in Fastis Onuphrii sunt circa an. Urb. 587, qui coincidit cum anno 10 Epiphanis : non quod *Romani eos non possent tenere*, sicut videtur significare Spartianus in Hadriano fuisse rationem Catonis; sed, sicut ait Livius lib. XLV, *ut omnibus gentibus appareret arma P. R. non liberis servitutem, sed contra servientibus libertatem afferre*.

(Ibid.) *Superato Perse*. *Interfecto Perse* in Vi., A., M., O., Peta., P., Lo.; *superato interfectoque Perse* V.; in L. *interfecto Perse Macedonum rege, destructoque eo regno;* in H. *superato Perse :* apud Mar. *Romani interfecto Macedone*. Cum hujus Persis deducatur ordo annorum, non dubium quin sit legendum *Perse;* aliqui, ut Zonaras, volunt eum tantum captum fuisse, et aliquanto post sibi manus intulisse.

(Ibid.) *Reddidit olympiade* 154. Adjecimus *olympiade* 154, secuti L., A., M., P., V., Va., Lo., O., Vi., Fux., Pi., Ven., Lut., Peta., Mar.

(507, III.) *Primus Judæorum dux Judas Machabæus an*. 3. In Fux., Peta., Pi., Lo., *Judæorum dux Judas an*. 3; in Fa., *Judæorum dux, an*. 3, *Judas Macabæus primus*; in Vi. et O., *Judas Machabæus dux Jud. an*. 3; in Ven. et Lut., *Judæorum dux Judas Machabæus primus an*. 3; apud Mar., *Judæorum dux Judas annis regnavit tribus*. Nova autem sedes his fuit necessario comparanda ad an. 3 Demetrii, seu 20 Philometoris, dictantibus Vi., O., Pi., Fux., Peta., Lo., cum prius essent collocata ad an. 11 Epiphanis, et primum annum ipsius Judæ, qui est in serie, antecederent 4 annis, licet tamen constet ex Scriptura sacra et I Machabæorum III, et ex Josepho, Judam plures pugnas et prælia iniisse cum Antiocho Epiphane; tamen nemo nescit Eusebium in hac historia non parum discedere a libris Machabæorum, et a Josepho, adeo ut cum antea promiserit se relaturum ea quæ ad Hebræos pertinent *ex scriptis Machabæorum, Josephi et Africani;* verisimile est eum hoc loco et aliis secutum potius Africanum.

(507, IV.) *Menelao pontifice Judæorum*, etc. Propelluntur huc et illuc ista, ut in Pi. et apud Mar., ad an. 18 Philometoris; in O., Vi., ad an. 2 Antiochi Eupatoris; in Lo., Peta., Fux., Fa. et impressis, ad an. 2 Demetrii.

(Ibid.) *Prodiderat*. Commodius quam *tradiderat*, ut olim, suadentibus A., L., M., P., Mar., Pi., O., Vi., Peta., Fux. et libris Machabæorum.

(Ibid.) *Alcimus*. Licet editi libri habeant *Alchinus*, et P., A., M., Lo., V., Va., Vi., O., Fa., Peta., Fux., Fre., Beda, Sulpitius lib. II, Hegesippus lib. II cap. 13, *Alchimus;* plus tamen potuerunt apud nos L., Pi., Joseph., lib. XII Antiquit. cap. 15, Augustin. lib. XVIII de Civit. cap. 45, sed præsertim Scriptura sacra I Mach. IX; et II Machab. XV, ubi Ἄλκιμος per κ : favet etiam alterum ejus nomen Ἰακίμος, teste Josepho lib. XII cap. 14, et lib. 20 cap. ultimo. Adde quod ea vox Ἀλκίμος validum robustumque sonat : et frequens est apud Græcos, ut nomina propria dependeant ab appellativis. Licet autem sit nomen hominis Judæi, et proinde videtur ejus notio et origo ab Hebræis potius petenda, tamen non est novum ipsis Judæis sæpe imposita esse nomina Græca ex eo tempore a quo commixti sunt gentilibus et eorum ritibus : alioquin verendum esset ne exciperemur eodem risu quo olim Varro, quando Græcas origines dabat Latinis dictionibus.

(Ibid.) *Alienus a genere sacerdotali*. Vox *alienus* abest a L., sed sequentia verba eam videntur desiderare; immo Augustin., lib. XVIII cap. 45, idem exprimit iisdem verbis. Adde quod Josephus, lib. XX cap. ultimo (interprete Ruffino; nam capita Josephi varie sunt distincta tam in Græco quam in interpretibus), ait *Alcimum*, quem ibi vocat *Joacimum*, fuisse quidem *ex genere Aaron* (contra Sigonium lib. V de Repub. Hebræor., cap. 2), *non autem ex ista domo*, cui pontificatus erat destinatus. Josephus Ben Gorion lib. II cap. 14, lib. III cap. 21, significat *Alcimum* a dignitate pontificia jure exclusum ob apostasiam, et quod se contaminasset moribus et ritibus gentilium.

(Ibid.) *P. Terentius Carthaginensis*, etc. Variis distinentur locis ista. Nam in Pi. circa an. 21 Philometoris; apud Mar. circa an. 23; in O., Vi., circa an. 1 Demetrii, in Lo., Peta., Fux., Fa., septem Vaticanis et impressis, circa an. 5 ejusdem.

(Ibid.) *Cecilio*. *Cælio* Peta., Mar., Fux., sed mendose.

(Ibid.) *Judas adversum Demetrii*, etc. De sede horum vix certum haberi potest ex libris judicium. Nam Pi., Mar., volunt concurrere cum 22 an. Philometoris; O., Vi., Fux., cum 5 an. Demetrii; Lo., Peta., Fa. et cusi, cum 6 ejusdem. Apud alios auctores altum est silentium.

(Ibid.) *Tribus annis*. Sic restituimus ex A., Al., L., V., P., Lo., Peta., Fux., Fre., Pi., O., Vi., Fa., Mar., pro *tertio anno*.

(507, III.) *Jonathas dux Judæorum*. Exhibentur hæc in laterculo adverso anno 7 Alexandri in Fa., Lo., Fux., Mar., quibus adhæsere excusi. Pi., Peta., an. 6; Vi., O., an. 8.

(509, IV.) *Aristarchus Grammaticus*, etc. In varia abeunt libri. Alius enim deligit his sedem circa an. 24 Philometoris, ut Mar.; alii circa an. 26, ut Pi.; alii circa an. 6 Demetrii, ut Peta.; Fux.; alii circa an. 7, ut Lo., Fa. et impressi; alii circa an. 8, ut O., Vi.

(Ibid.) *Judæorum dux Jonathas*, etc. Non eadem ubique his assignata sedes. Nam in O., Vi., occupant spatium ex adverso anno 1 Jonathæ; in Peta. anno 2; in Lo., Fa., et apud Mar., anno 3, quos sequuntur impressi; in Pi., anno 5. Josephus lib. XIII, cap. 3, vult suscepisse pontificatum *post 4 annum mortis Judæ*.

(Ibid.) *Pacuvius Brundusinus*, etc. Amplector libenter lectionem illam membranarum Pi., Lo., O., Vi., quæ his sedem assignarunt, ut et Mar., circa an. 9 Demetrii, cum habeant libros vulgares æmulos potius, quam Fa., Peta., Fux., qui circa an. 8.

(Ibid.) *Brundusinus*. Non improbabis quod sic reposuerim auxilio Al., Lo., Fa., Peta., Fux., Mar., et Appiani lib. V de Bellis civilibus : præsertim cum cæteri codices hoc proxime imitentur, ut *Brundusinus* Vi., Pi., O.; *Brundasinus* Vincen., qui in *sinus* desinunt; olim legebatur *Brundusius*. Verum præfer illud, et facilius separabis urbem ab incola et cive.

(Ibid.) *Venditavit*. Hunc locum sic restitui adjutus Pi., O., Vi., Lo., Lod., Fa., Peta., Mar., cum quibus convenit Vincens, apud quem legimus *vendidit*, et eadem locutione usus fuerat, cum scriberet olymp. 154 Plautum solitum vendere fabulas, et paucis lineis interjectis, dixit Terentium vendidisse *primam Andriam*. Nam mos erat poetarum veterum vendere sua poemata : legimus etiam apud Ciceronem istum Pacuvium cum Accio in eisdem ædibus fabulas docuisse. Vulgati et alii codices habebant *vindicavit*.

(Ibid.) *Pseudophilippus regnat*, etc. Relinquantur hæc circa an. 11 Demetrii; plures enim id ita volunt, ut Fa., Peta., Lo., Fux., Mar. et impressi : neque enim æquum est ut vel Pi. qui circa an. 12, vel O., Vi., qui circa an. 2 Alexandri reponunt, adhæreamus, cum in ea opinione sint singulares, nec obsit auctoritas ullius scriptoris veteris. Velleius, Eutropius, Zonaras, Appianus, Epitome Livii, Florus, Obsequens meminerunt istius *Pseudophilippi ultimæ sortis, nomine Andrisci, qui ferebat se filium regis Persei, et mutato nomine vocabatur Philippus ob similitudinem oris*. Sed quo anno regnare cœperit, non ita exprimunt constanter et manifesto, sed indicant factum biennio ante ejus casum, et non uno anno, ut vult auctor.

(Ibid.) *Alexander Antiochi*, etc. Varie horum luxata sedes, cum in Pi. circa annum 10 Demetrii collocarentur; in Fa., Peta., Lo., Fux., Mar. et impressis, ad. an. 12; in O., Vi., ad annum 3 Alexandri : unde non dubitavimus restituenda ad an. 1 ejusdem, tum quia vis ac ratio sententiæ id a nobis exigit, ut ad regnum Alexandri revocentur; tum quia ex lib. I Machab. cap. X constat id contigisse circa primordia regni Alexandri.

(Ibid.) *Romani interfecto*, etc. Assignantur ista an. 1 Alexandri in Fa., Peta., Lo., in quo iniere societatem cum impressis et Mar.; in Fux. an. 2; in Pi. an. 3, seu 1 olymp. 158, qui firmatur auctoritate Julii Obsequentis, dum tradit hunc Pseudophilippum devictum fuisse coss. *Posthumio et Pisone*, quos Fasti Onuphrii constituunt ad eumdem an. 1 olymp. 158, quibus non contradicit Epitome Livii lib. XLVIII.

(Ibid.) *Samaritani et Judæi*, etc. Plures sunt qui situm his assignent circa an. 3 Alexandri. Nam Fa., Peta., Lo., Fux., Pi., O., et impressi hoc præstant : Pi. vero et Mar. circa an. 2. Vide hanc historiam fuse apud Joseph. l. XIV. c. 4.

(Ibid.) *Lucilius*. In S., Lo., Fa., *Lucullus*; in Mar. *Lucius*; apud Vincen. *Lucillus*; verum non sine mendo ubique, cum Varro, Plinius, Quintilianus, Ausonius, Velleius, Gellius, Horatius, Satir. l. I, et Cicero sæpe, ut l. XIII, epist. 2, ad Atticum, atque veteres multi de *Lucilio* poeta contemporaneo Accii et Cecilii meminerint, Luculli poetæ nullus. Deinde idem ad olymp. 169 dicitur *Caius Lucilius*. Hunc Varro refert composuisse supra triginta satirarum libros, quarum exstant adhuc nonnulla fragmenta. Ad extremum vergunt hæc ad 4 Alexandri in impressis, Fa., Peta., Pi., Fux., Mar. At in Lo., O. et Vi., ad an. 5. Proculdubio vulgaris situs retinendus est, ut ex anno ejus obitus constat circa olymp. 169.

(Ibid.) *Descriptione Romæ facta*, etc. Censum hunc censent collocandum ad an. 4 Alexandri Fa., Peta., Lo., Fux., Mar. et impressi; O., Vi., Pi., ad an. 5; licet autem nullus scriptorum, quod sciam, census hujus meminerit, tamen potest colligi ex Lapidibus Capitolinis, censores creatos Lupum et Censorinum ad an. Urb. 606, quibus si addas annos superiores ab Abraham 1264, reperies annum 1870, quem vides concurrere cum illo an. 4 Alexandri. De iisdem censoribus meminit Valerius l. VI.

(Ibid.) *Hominum 322 millia. Hominum millia* 332, L., Pi.; *trecenta triginta quatuor millia*, V., O.; 222,000 Mar.; Epitome Livii, l. XLVII, *millia* 324. Quodnam sit illorum verius, aliunde non potest dici.

(Ibid.) *Oppius. Appius* Vi., O., Vincen.; *Opimius* V., quæ lectio videbatur sequenda, si affuisset major codicum numerus. Nam constat ex Epitome Livii l. XLVII, Opimium consulem subegisse *Transalpinos Ligures, qui Antipolim et Nicæam oppida Massiliensium vastabant*; et nihil hujusmodi lego uspiam de *Oppio* : tamen quia consulatus *Opimii* constituitur ad an. 3 olymp. 156, a quo ea quæ hic de *Oppio* dicuntur, sunt posteriora annis 7, liberum judicium lectori relinquimus.

(Ibid.) *Et Carthago.... habens a conditione sui annos* 668, *ut vero alii affirmant an.* 748. In Au. *a conditione sui* 748, reliqua exsulant. In V., Fa., eadem habentur quæ in vulgatis, nisi quod pro 748 exstet 778. At in Va. et Mar., 768. Sed hic mirari cogor quomodo lectiones hæ tantopere abhorreant ab iis quæ de Carthagine condita diversis temporibus refert auctor, ita ut nulla harum cum illis conveniat. Auctor notarum in Justinum, p. 55, meminit ms. Chronici nostri, in quo pro 668 appositum sit 673. Solinus, c. 30, numerat annos 737, quo loco Vinetus ait se advertisse in veteri chirographo 677. Epitome Livii, l. LI, ait Carthaginem stetisse annos 700. Idem tradunt Suidas et Appia. l. I de Bell. Punic., Paterculus *ann.* 667, Cicero, l. I de Republica, *sexcentos fere annos*. Nullus autem horum numerorum convenit cum his quæ auctor antea scripsit de tempore conditæ hujus urbis : vide notas in annum 970. Observandum demum non paucos libros ad an. 5 Alexandri, seu 3 olymp. 158, annumerare, ut Fa., Peta., Lo., Fux. et impressi; alii ut Pi., Mar., ad an. 6; Vi., O., ad an. 9. Proculdubio vulgatus situs est retinendus. Certum enim est ex Macrobio, l. II c. 8 in Somn. Scipionis, et colligitur ex ordine consulum Cassiodori Carthaginem eversam an. Urb. 607. Nam adde 607 ad annos Abrahæ 1264, post quos Eusebius incipit conditum Urbis, scilicet ab 1 olymp. 7, conficies 1871, quem vides concurrere cum illo an. 5 et an. 3 olymp. 158. Firmatur etiam annus Urb. auctoritate Solini, dum scribit tertium bellum Punicum incœptum anno Urb. 604, scilicet an. 1 olymp. 7 (nam, cum Eutropius dicat *sexcentesimo secundo*, inchoat secundum Varronem ab anno 3 olymp. 6), et omnes tradunt illud confectum intra quatuor annos. Præterea constat ex Velleio l. I,

Orosio l. IV c. 20, Eutropio l. IV, Carthaginem captam *coss. Lentulo et Mummio*, quos Fasti Onuphrii collocant ad eumdem an. 3 olymp. 158. Nam quod Florus, l. II c. 15, ait *Mancino consule*, observarunt multi docti pro *consule* legendum *legato* : quibus accedit Plinius, qui, l. XXXIV c. 2, ait Corinthum eversam 3 olymp. 157. Sic enim restituendum pro 156, alioquin non posset constare cum eo, quod ait tunc fuisse annum Urb. 608, videlicet numerando ab anno 4 olymp. 6, ut scripsimus esse receptum apud plures veteres. At Corinthum et Carthaginem eodem anno eversas testantur Velleius, Livius, Florus, Orosius, Fasti Capitolini, et alii plerique.

(511, IV.) *Alexandro filio Balæ, regi Syriæ*, etc. Subest huic paragrapho magna varietas. Nam Lo., Pi., vulgati et Mar., ita habent, *Alexandro filio Balæ regis Syriæ;* Peta., *Alexandro Balæ filio regis Syriæ;* Fa., *Alexandro filio Balæ regi Syriæ;* Vi. et O., *Alexandro Balæ regi Syriæ;* Fux., *Alexandro regi Syriæ*. Ex quibus lectio nostra fuit resarcienda hoc pacto, ut ex corrupta voce *regis*, expungeremus litteram finalem *s*. Neque enim dubium, quin ipse Alexander sit idem cum eo cujus hoc loco auctor subducit annos in columna regum Syriæ, et quem antea nuncupavit filium Antiochi Epiphanis regis Syriæ, videlicet ex ipsius Alexandri affirmatione et communi vulgi opinione : de quo Alexandro plura l. I Machab. et apud Josephum. Nunc autem eum nominat filium Balæ, quia, ut auctores sunt Epitome Livii l. LXXII, Josephus l. XIII c. 7, Appian. lib. de Bello Syriac., Justinus l. XXXV, hic Alexander erat revera *homo ignotus, incertæ stirpis, et extremæ sortis, quem Antiochenses adjuvantibus et Ptolemæo rege Ægypti, et Attalo rege Asiæ, et Ariarathe Cappadociæ, bello a Demetrio lacessiti subornant propalam, qui Syriæ regnum velut paternum armis repeteret, et ne quid contumeliæ deesset, nomen ei Alexandri inditur, genitusque ab Antiocho* (Epiphane) *rege dicitur. Tantum odium Demetrii apud omnes erat, ut æmulo ejus non vires regiæ tantum, verum etiam generis nobilitas consensu omnium tribueretur*. Itaque Eusebius merito hunc Alexandrum compellat filium Balæ abjecti hominis, ex opposito uxoris Cleopatræ, filiæ regis Ptolomæi, quæ ipsi data est a patre in uxorem. Quod vulgatorum lectio sit penitus improbanda, satis convincitur non solum ex eo quod nusquam reperias ullum Balam inter reges Syriæ numerari, sed etiam quod ille Alexander obtinuerat solus regnum Syriæ, occiso Demetrio Sotere. Porro non adversabor quin illæ lectiones possint defendi, quasi Bala sit cognomen hujus Alexandri. Nam præter fidem illorum exemplarium, testis est Josephus, l. XIII c. 7, hunc Alexandrum esse eumdem ὁ Βάλλης λεγόμενος, qui *Balles* (seu *Balais*, ut vertit interpres) dictus est : cui assentitur etiam Strabo l. XVI : ἐφ' ᾧ τὸν Βάλαν Ἀλεξάνδρου, μάχῃ νικήσας ὁ φιλομήτωρ Πτολεμαῖος ἐτελεύτησεν ἐκ τραύματος, *apud quod* (flumen Œnoparam) *Ptolemæus Philometor Bala Alexandri pugna superato ex vulnere obiit :* ubi pene mihi certum est mendum in Græcis, et alterutrum horum legendum vel τὸν Βάλης Ἀλέξανδρον, id est, filium Balæ, vel Βάλαν Ἀλέξανδρον, id est, qui vocabatur et Bala et Alexander, sicuti videtur legisse vetus interpres Guarinus, dum ita vertit, *apud quod* (flumen) *Ptolemæus Philomator Bala Alexandro pugna superato ex vulnere obiit*. Quæ postrema castigatio magis placet. Quis enim dixit Balam fuisse filium Alexandri? Præterea illa magis ad nostram lectionem accedit. Neque enim est absurdum Alexandrum dictum Balam ex nomine patris, cum sit frequens ut filii nomen patris retineant. Quod autem ea sit aliis anteponenda, arguitur ex voce *filio*, quam habet major numerus exemplarium, et quæ videtur alioquin vel inutilis, vel parere repetitionem inanem, dum Alexander dicitur iterum filius regis Syriæ, vel rex Syriæ, cum tamen jam idem dictum sit paucis lineis interjectis. Quoad situm, impressi cum Fa., Peta., Fux. et Lo., comparandum volunt cum anno 8 Alexandri; Pi., O., Vi., cum anno 6 Alexandri, seu anno 35 Philometoris. His videbatur inhærendum, quia Josephus l. XIII c. 7, et l. I Machabæor. tradunt hunc Alexandrum habuisse in uxorem filiam Ptolemæi *Philometoris*, et istum illi supervixisse aliquot diebus; tamen quod auctor existimarit eam potius fuisse filiam *Evergetis*, constat ex eo quod dicat eumdem Ptolemæum, qui filiam suam locarat Alexandro, eam postea dedisse Demetrio (qui et *Nicanor*, ut ait Scriptura, seu *Nicator*, ut volunt Strabo et Appianus), quod convenit cum Josepho, Epitome Livii, et I Machab. X et XI. At hic Alexander ex mente Eusebii regnavit post Philometorem annos quatuor, nec ante Demetrius successit Alexandro. Non potuit ergo Eusebius hæc referre ad regnum Philometoris.

(Ibid.) *Tradidit uxorem. Tradit uxorem* Mar.; adjectum in Fux. : *Simul cum regno Alexandri mariti sui quod de ducibus ejus accipit...... occiso Triphone, qui regnum Syriæ sibi vindicabat :* sed alteri videntur tribuenda potius quam Eusebio; neque enim apposite ad superiora.

(Ibid.) *Scipio Numantinos subvertit*. Hæc Pi. reposuit circa 6 an. Alexandri, seu 4 olymp. 159; Peta. circa an. 8; Fa., Fux., septem Vaticani, Lo. et impressi, ac Mar., circa an. 9; O., Vi., circa an. 2 Demetrii, seu 2 olymp. 160, et hi propinquius accedunt ad testimonium Flori l. II c. 18, Valerii l. II c. 7, Orosii l. V, c. 7, et Eutropii l. III, Epitomes Livii, Ciceronis l. I de Offic., Appiani, Frontini l. IV c. I, Julii Obsequentis, qui casum Numantiæ comparant cum consulatu *Africani et Fulvii*, quem Fasti Onuphrii ad an. 3 olymp. 161 collocant. Orosius hoc ipsum refert ad an. insequentem, scilicet ad an. Urb. 620, qui secundum auctorem incidit in an. 4 ejusdem olymp. 161.

(Ibid.) *Brutus Hiberiam. Brutius Hiberiam* A., M., L., P. Pi., Ven., Lut.; *Brutus Hiberiam* Lo., Fa.; *Brucius Hiberiam* O., Vi.; *Bruttius Hiberiam* Fux.; *Brutus Hiberia* Mar.; Isidor. in Chronico habet cum vulgatis *Brutus*, etc., et optime. Nota enim est historia ex Appiano, Eutropio, Orosio, Velleio, Floro, Epitome Livii et aliis, rerum a Bruto gestarum in ulteriori Hispania, Lusitania, Gallæcia, unde meruit cognomen Gallæci. Scripsimus autem Hiberiam sine *y*, juxta majorem numerum codicum, sicut supra dictum est. Adhæc vero si adhærendum est consensui codicum, ascribenda erunt proculdubio ista 9 an. Alexandri, seu 3 olymp. 159; sic enim schedæ Fa., Pi., Fux., Lo., et vulgares : dissentiunt Mar., qui ad an. 10; Vi. et O., qui ad an. 2 Demetrii, seu 2 olymp. 160 rejiciunt. Quo anno terminatum sit bellum Lusitanicum a Bruto gestum per triennium, nequit certo tradi. Potest tamen colligi ex superioribus scriptoribus contigisse anno Urb. 617, qui concurrit apud nostrum auctorem cum anno Abrahæ 1881 et 1 olymp. 161.

(Ibid.) *L. Accius tragœdiarum scriptor*, etc. Belle conveniunt omnes tam membranacei Fa., Peta., Fux., O., Vi., Lo., Pi., quam editi, ut an. 2 Demetrii ascribantur, et sententia idem arguit; Mar. tamen revocat ad an. 3.

(Ibid.) *Serrano*. Ditavimus altero *r*, ex Peta., O., Vi., Fux., Mar. et Fastis Onuphrii, Cassiodoro in Chron.; antea *Serano* tantum in excusis et aliis mss.

(Ibid.) *Parentibus libertinis. Parentibus Tyburtinis* Mar., sed perperam.

(Ibid.) *A quo et fundus*. Adjecimus *et*, secuti Lo., Vi., O., Fux., Fa., Peta., Vincen.

(513, IV.) *Triphon*. Variæ huic appinguntur formæ. Nam *Tryso* Lo., Fux.; *Trifon* O., Vi.; *Tryfon* Pi.; *Trigo* Peta.; *Tripho* Fa.; et Hegesippus *Trypho*; vel *Tryphon* apud Josephum, Appianum, Suidam et omnes Græcos, sicut in I Machab. XI, et Justin. l. XXXVI, quos maluissem imitari, nisi Vulgata esset jam recepta. Porro ista *Tryphon*, etc., usque *assumitur*, videntur pertinere ad 10 annum Alexandri ex

Fa., Peta., Fux., Lo.; vulgares retinent circa. 9; Pi. circa 8; Vi., Mar. et O., demum, circa 2 Demetrii, quibus adhæremus, cum proximus primus an. Simonis id satis arguat; et Beda hæc ipsa verba referens ait contigisse an. 7 Evergetis, qui est 3 Demetrii.

(Ibid.) *Et in sacerdotium fratris assumitur. Et in sacerdotium frater assumitur* Peta., Vi., O., Fux., Beda, Ado; *et in sacerdotio frater assumitur* Pi.; *et sacerdotium frater Jonathæ assumit* Fa. Sed Mar. nostram lectionem tuetur, sensus tamen eodem recidit.

(Ibid.) *Triphon Antiochum occidit Alexandri filium.* Hæc desiderantur in L., Va., Vat., Pi., et optime, cum idem mox repetatur; tamen maneant ob fidem aliorum exemplarium. Verum certior his assignatur situs, quam in pluribus aliis. Nam Fa., Peta., Fux., Lo., Mar., cum vulgaribus conveniunt ut collocent circa an. 1 Demetrii : dissentiunt O., Vi., qui circa 1 Antiochi; in Pi. desiderantur. Quod autem vides mutatam sedem antiquam, noli tribuere nisi correctori aut typographo nostro.

(Ibid.) *Ptolemæus filiam suam*, etc. Opponunt ista vulgares an. 2 Demetrii, ut et Fa., sed non ita cæteræ membranæ. Nam Pi., Peta., Fux., Lo., Mar., an. 1; Vi. vero et O. 6 Alexandri : difficile conjicere ex aliis scriptoribus cui anno ascribendum.

(Ibid.) *Triphon Syriæ regnum*, etc. Retinent adhuc ista Pi , Lo., circa an. 2 Demetrii. At Fa., Peta., Fux., cum impressis circa an. 3 ejusdem; O. vero et Vi. circa an. 9 Antiochi Sidetis; Mar. circa an. 1 ejusdem. Neque tamen cuivis facile sit judicare, cui anno opponi debeant. Illi enim librarii, qui cum anno 9 ultimo Antiochi Sidetis comparant, id instituisse videntur, quod crederent hunc Antiochum (qui cognominabatur Theos, testibus Josepho l. XIII c. 8, et Diodor. in fragment. l. XXXI) eumdem esse cum Sidete, cum longe sit diversus. Isto enim Sidetes erat nepos Seleuci Philopatoris et filius Demetrii (qui et Soter, quique erat frater Antiochi Epiphanis), ut constat ex Josepho, l. XII Antiquit. c. 5, et I Machab. VII, et quia idem Josephus l. XIII Antiquit. c. 11, refert Triphonem, de quo hic agitur, necatum a Sidete an. 3 regni sui. Si præluxissent codices, reposuissem ad annum illum 3, sed quis mutationi locus in re tam incerta et antiqua?

(Ibid.) *Post Demetrium*, etc. Sunt qui reponant ista ex adverso an. 1 Demetrii, ut Pi.; alii an. 3, ut O., Vi., Lo.; alii an. 2 Antiochi. Sed quanto verius Fa., Fux., Peta. et impressi, anno 1 Antiochi, cum sic Antiochus dicatur Demetrio successisse?

(Ibid.) *Sidetes*, etc. Purius quam ut olim in excusis, Fa. et Mar., *Sedetes*, vel *Sedites* ut in Vi., O., sic dictantibus libris A., R., L., Lo., Pi., Fux., Peta., sed et ratione prælucente. Verisimile enim ita dictum esse a *Side* urbe Pamphiliæ, de qua supra circa an. 612, sicut et apud Hieron. l. II contra Jovin. *Marcellus Sidetes* appellatur; sed alii mss. et Mar. retinent vulgatam.

(Ibid.) *Simoni Judæorum*, etc. Constans situs in omnibus libris, sive quos manus, sive quos typi exararunt. Constanter enim Fa., Fux., Pi., Lo., Vi., Peta., O., Mar. et impressi, 2 anno Antiochi contigisse monent.

(Ibid.) *Amicabilia misere rescripta. Amicabilia* juxta Fa., O., Vi. et Mar., pro *amicalia*, ut vulgares : in Fux. in textu *amicalia*, sed inter lineas correctum est *amicabilia*.

(Ibid.) *Bellum servile. Bellum civile* in Idac., Au. et Mar., ut etiam olim legebatur in impressis sub olymp. 170 : sed nullus est qui non judicet priorem lectionem potius retinendam. Sic enim alia exemplaria, Fre. et Vincen., ex Euseb. tom. I Specul. Fasti vero ad marginem circa 4 olymp. 160, habent *B.* (id est bellum) *servile primum :* de hoc bello vide Florum l. III c. 10, et quod bellum servile triplex fuerit, vide Oros. l. V c. 6. Ad ultimum gestum fuisse hoc bellum volunt alii an. 2 Antiochi, seu 1 olymp. 161, ut Pi., O., Vi.; alii 3 an. Antiochi, ut Fa., Fux., Peta., Lo., Mar., et impressi : et optime, si hoc bellum contigit anno Urb. 618, et *coss. Fulvio et Calphurnio*, ut constat ex Orosio, Floro, seu ejus margine, et ex Fastis Capitolinis. Nam adde ad ann. 1264, qui præcedit conditum Urbis, illos an. 618, reperies an. 1882, qui concurrit cum illo 3 anno Antiochi, seu 2 olymp. 161.

(Ibid.) *Primus liber Machabæorum*, etc. *Temporis hujus* indefinite dixit auctor; ideo parum interest quo anno hæc sint sita : alii ad an. 5 Simonis, ut Lo.; alii ad an. 6, ut Fa., Fux., Peta., Mar. et impressi; alii ad an. 8, ut Pi.; alii ad an. 9, ut Vi., O.

(Ibid.) *Antiochus Sidetes*, etc. Quo anno regni, variant codices. Nam Pi. an. 1 regni illius Sidetis; Fux. an. 4; O., Vi., an. 7; Fa., Peta., Lo., Mar. et impressi, an. 6, id est 1 olymp. 162, quo anno Josephus l. XIII, c. 15 Antiq., ait hæc contigisse ; in quo convenit cum auctore, licet differant in eo quod velit id factum 4 anno imperii Sidetis, et 1 Hyrcani.

(Ibid.) *Recedit olympiade* 162. Addidimus *olympiade* 162, auctoritate A., L., Lo., Vi., O., Pi., Fux., Peta., Mar., et quia idem docet series.

(Ibid.) *Attalus moriens regni sui populum Romanum instituit hæredem.* Non dissentiunt omnino vulgares a chirographis. Cum enim illi anno 7 Antiochi opponant; Vi., O., an. 3; Pi., an. 5; Mar. an. 8. At Fa., Fux., Peta., Lo., eidem an. 7. Hujus quidem donationis regni Asiæ, seu Pergamenorum meminerunt Strabo l. XIII, Plin. l. XXXIII c. 11, ubi corrige *Asia domita* seu *domata*, pro *Asia donata*, et annum Urb. 608, pro 618, aut 620; Eutropius l. II, Livii Epitome, Justinus l. XXXVI, Florus l. II c. ult., Valer. l. V c. 2. Appianus de bello Mithridat., Sex. Ruffus, et alii; sed nullus horum annum designat : solus Julius Obsequens refert ad consulatum *Claudii et Perpennæ*, quem Fasti Onuphrii comparant cum anno 3 olymp. 162, qui respondet anno 8 Antiochi, et Urb. 623. Plutarch. tamen videtur velle contigisse prius. Nam in Vita Gracchorum, dum meminit hujus Attali, quem Philopatrum cognominat, et sui testamenti in gratiam populi Romani, eum defunctum tradit eo ipso anno, quo Tiberius Gracchus tribunus plebis Romæ cæsus est propter legem Agrariam, Frumentariam et Judiciariam : quod factum sub consulatu *Mutii Scævolæ, et Calphurnii Pisonis* nemo dubitat; et Velleius docet illum consulatum coincidere in an. 192 ante consulatum Vinicii, id est, Urb. 620, ut etiam habent Fasti Onuphrii, et ad an. 4 olymp. 161.

(Ibid.) *Instituit hæredem.* Rectius ex Vi., Pi., O., Fa., Fux., Peta., Mar., Lo., quam, ut olim, *constituit hæredem.*

(515, IV.) *Simon Judæorum*, etc. Licet Lo. et duo Vat. 4 anno Simonis ascribant hæc; Pi. 7 anno ; Fa., Peta., quinque Vaticani et excusi anno 5, consultius tamen restituere ad an. 8, juxta Fux., O., Vi., Mar., et quia ratio sumpta ex ipsa re postulat, cum agatur de successione Simonis.

(Ibid.) *Qui victis Hyrcanis Hyrcanus cognominatus est.* Videbantur hæc delenda, quod absint omnino a Peta, O., Vi., P., A., Fux., L., M., P., tribus Vatic., Lo., Fa., præcipue cum iisdem fere verbis paulo post comperiantur, *Joannes dux*, etc, *adversus Hyrcanos bellum gerens Hyrcani nomen accepit :* tamen mihi satis sit admonuisse lectorem; seu etiam quod Joseph. Ben Gorion l. IV scribat ita dictum, quod *quemdam magnum regem Hyrcanum occidisset.*

(Ibid.) *Hyrcanus. Hircanus :* ita fere semper membranæ illæ Lo., O., Vi., Peta., Fre. et Mar., et historia Machab. l. II c. III, Justinus, August. lib. de Civitate, Hieronymus sæpe; cæteri tamen pingunt cum *y*, ut Josephus, Orosius, Hegesippus, Beda, et alii plerique; ideo nil muto. Adde quod si Hyrcania regio scribitur per *y*, ut supra notatum, non dubium est quin pariter nomen *Hyrcanus* desumptum a regione, ut tradit auctor circa olymp. 161, ita pingi debeat.

(Ibid.) *Ptolemæus expulsus Ægypto*, etc. Propendent ferme omnes codices ut cum an. 9 Antiochi velint hæc concurrere; sic Fa., Fux., Peta., Lo. et impressi. Discessere Pi., qui cum an. 1 Demetrii: Vi., O., qui cum an. 9 Antiochi Grypi : et isti rectius cæteris, cum ista expulsio fuerit finis regni ipsius Ptolemæi; sed ut a correctore prætermissum inter errata numerabis.

(Ibid.) *Arsaces Parthus*, etc. Nidulum eumdem sibi hæc vindicant cum superioribus. Nam in Fa., Fux., Peta., Vi., O., Lo. et impressis, an. 9 Antiochi respondent ; dissentit Pi., ubi anno 8. Sed hic perperam, cum Antiochi cædes fuerit ipsius regni finis.

(Ibid.) *Servi qui in Sicilia*, etc. Rediguntur ista ad an. 1 Demetrii, seu 2 olymp. 163, in Fa., Fux., Peta., Lo., Mar. et impressis ; in Vi., O., ad an. 4 Antiochi Sidetis ; in Pi. ad an. 7, ad quem propius accedunt Valerius et Florus, qui supplicium de ipsis servis sumptum notant *Popilio et Rupilio coss.*, quem consulatum Fasti Onuphrii reponunt ad an. 1 olymp. 162, qui concurrit cum anno 6 hujus Antiochi.

(Ibid.) *Devoranda*. Probatam tot codicibus lectionem A., L., M., Au., P., O., Vi., Lo., Peta., Fux., non potuimus non probare; licet etiam recepta esset *voranda :* apud Mar. desideratur utrumque.

(Ibid.) *Juxta Æoli insulas*, etc. Ex hac insulæ emersione non leves emersere difficultates : Fa., O., Vi., Lo. et editiones, notant evenisse 2 an. Demetrii, seu 2 olymp. 163 ; Pi., Peta., 3 an. ; Fux. demum 4.

(Ibid.) *Hiera. Hyera* Ven., Lut. ; *Hiero* Fa.; *Hieria* Peta.; *Chera* P. Hanc lectionem libenter retinuissem, ut liberarem Eusebium a repetitione, ne dicam contradictione, quia, ut vidimus, retulit, olymp. 145, juxta Theram quæ est in Æolia, apparuisse insulam nomine *Hieram*. Verum cum alia exemplaria habeant *Hiera*, nec de *Chera* ullus sit qui scribat, ab hoc nos continuimus : præsertim cum constet duas esse insulas hujus nominis *Hiera*, unam, quæ prius dicebatur Therasia, postea *Hiera*, quia sacra Vulcano, cujus auctor supra meminit ; alteram, de qua hoc loco, quæ dicebatur *Automatæ*, quæ vox significat idem atque *casu enata. Thera enim primum emersit ex ea avulsa, postea Therasia, atque inter duas enata mox Automate eadem Hiera*. Hæc ex Plinio lib. II, cap. 87, et lib. III, cap. 9. Ista dicta est *Hiera*, quia sacra Minervæ, ut vult Theophrastus, vel Neptuno, ut tradit Strabo lib. I, ubi explicat hunc locum : *Medio*, inquit, *inter Theram et Therasiam loco e mari flammæ emicuerunt per dies quatuor, adeo ut totum ferveret atque arderet mare, eæque paulatim elatam veluti instrumentis quibusdam atque e massis compositam insulam ediderunt, ambitu duodecim stadiorum, postquam illud incendium cessavit : primi omnium Rhodii tunc maris imperium tenentes ausi sunt ad locum istum navibus accedere, et fanum Neptuno Asphalio* ( quæ vox fundatorem significat) *in ista insula ponere.* Hinc cognosces quam immerito reprehendatur a viris utcumque doctis Ptolemæus. cum diversas constituit insulas Hieram et Vulcaniam.

(Ibid.) *Arverni nobilissima Galliarum urbs.* Pro *Arverni* scito haberi in editis *Averni ;* in Au., Idac., *Avernia ;* in P. *Avernis ;* apud Mar. *Arbeni*. Nos reposuimus *Averni*, tum quia ita Lo., cui vicini sunt Peta., Fux., ubi *Arvernum ;* Vi., O., in quibus exstat *Arvernis nobilis Galliæ urbs:* tum quia ita solent efferre per *r* in prima, dum de ipsa regione, Avernia, loquuntur, Cæsar passim in Commentariis, Paterculus lib. II, Dio lib. IV, Eutrop. lib. IV, et VI, Liv., Oros. lib. V, cap. 14, et alii plerique ; a quibus non longe absunt Strabo lib. IV, Ἀρουέρνοι Plutarch. in Cæsare Ἀρβέννοι : ex quibus agnosces maculam apud Mar., ubi *Arbeni*. In Vi., O., continentur ista circa an. 7 Antiochi Sidetis ; in Pi., Lo., ad an. 1 Demetrii ; in Fux., Peta., Mar., ad an. 2; in Fa. an. 3 ejusdem, seu 3 olymp. 163, quem ducem sequuntur editi, qui firmantur auctoritate Eutropii lib. IV, dum hoc ipsum tribuit anno Urbis 627, qui coincidit in eumdem an. 3 Demetrii, si incipias ab an. 1 olymp. 7, ut facit auctor, cum quo convenit Velleius, dum consulatum Cassii et Calvini, seu Domitii, qui vicit Arvernos, refert ad an. 157 ante consulatum Vinicii, si incipias, ut ipse solet, annum Urbis ab an. 3 olymp. 6. Oros., lib. V, cap. 13, dissentit tantum uno anno ab utroque.

(Ibid.) *Vetuitus*. Sic ex A., Va., L., Fa., Pi., Ven., Lut., pro *Veturius*, ut in Vi., O., B., H., So.; vel *Vetuetus*, ut in Au. et Idac. ; vel *Vituitus*, ut in Peta., M., V., P., Lo., Fux.; vel *Bituitus*, ut apud Freculphum, Livium lib. LXXI, et Eutropium lib. IV, ubi Peanius Βιτούβιος. Sylburgius tamen notat in mss. Eutropii ex bibliotheca Fuldensi legi *Vituitus*, et apud Orosium lib. V, cap. 14, quem sequuntur recentiores. Athenæo Βίτιτος ; Straboni, lib. IV, Βίττος, ubi libri veteres Βίτητος, et quidam interpretes reddunt *Bituitus*, alii *Bitto*.

Post hoc vocabulum *Vetuitus*, immediate consequuntur in L., Pi. : *Deinde capta urbs Lemovicas et Iritus filius regis Vetuiti*, quæ cum in illis duobus codicibus tantum exstent, satis liquet ab aliquo Lemovicensi adjecta.

(517, IV.) *Joannes dux Judæorum*, etc. Deest *Joannes* apud Mar. Committuntur ista nidulo illi qui 2 anno Demetrii notatur in Pi. ; qui an. 4 in Fa., Fux., Peta., Mar. et cusis ; qui anno 1 Grypi in Lo. ; qui an. 3 in Vi., O.

(Ibid.) *Adversus Hyrcanos bellum gerens*. Reposuimus *Hyrcanos*, cujus locum occupabat antea vox *Hyrcanum*, ad imitationem Pi., Lo., Peta., Vi., O., Fux. et Fre., Bedæ et Vinc., et licet exstet in Fa. et Mar. *adversus Hyrcanum ;* eo tamen magis probatur nostra lectio, quo valet ad tollendam inanem illam repetitionem, quam observavimus exstitisse antea circa olymp. 161, *qui victis Hyrcanis*, etc.

(Ibid.) *Narbonam colonia*, etc. Sunt qui velint concurrere cum an. 1 Antiochi, seu 1 olymp. 164, ut Pi. ; alii cum an. 4, ut Fa., Fux., Peta., Mar., O., Vi., Lo. et impressi, qui cæteris sunt anteponendi, cum iis præsidio sit auctoritas Eutropii lib. IV, referentis hanc coloniam ad consulatum *Porcii Satonis et Q. Marcii*, et ad an. Urbis 633, qui concurrit cum an. 4 Antiochi, seu 4 olymp. 164, si numeres ab an. 4 olymp. 6, ut sæpe ipse Eutropius et alii veteres juxta calculum Catonis, seu, si velis, Varronis. Nam utrumque potest dici secundum variam rationem. Velleius convenit cum Eutropio in consulibus, sed dissentit in anno Urbis, dum scribit hanc coloniam contigisse circiter an. 153 ante annum Urbis 782, quo Vinicius consulatum gerebat. Hoc enim pacto idem est ac si diceret ipsam accidisse anno Urbis 629, qui ( si incipias ut illi moris est ab anno 3 olymp. 6) comparatur cum anno 3 olymp. 163.

(Ibid.) *Hyrcanus pontifex*, etc. Si annales Antiochi Grypi sequaris, plures sunt qui an. 5 illius appingant, scilicet Fa., Fux., Peta., Lo., Mar. et impressi, cum O., Vi., ad an. 1 Cyziceni rejiciant ; Pi. ad an. 2.

(Ibid.) *Quæ vocabatur Ectenias*, etc. Hæc desunt in A., L., M., V., S., Va., O., Vi., Lo., Mar., P., Pi., Peta., et valde sunt suspecta, cum a nemine probato auctore dicta reperiantur. Tamen retinuimus ob fidem aliorum exemplarium ; licet in Fux. legatur fidem *Ecthenas*, pro *Ectenias*, et quod idem legatur lib. de inventione capitis Joannis Baptistæ, qui inter opera divi Cypriani annumeratur.

(Ibid.) *In honorem Augusti appellari voluit*. In Fux., post hæc et ante illa : *Ægypti VIII*, *Ptolemæus Physcon*, interjectum est : *Ptolemæus Evergetes Ægyptiorum regnum dimisit*, *postque eum regnavit Ptolemæus cognomine Salvator*, *quem Græci vocabant Fusconem*.

(Ibid.) *M. Terentius Varro*, etc. Quod variam na-

tali Varronis sedem delegerint libri, constat ex eo quod Vi., O., opponunt an. 2 Grypi, seu 2 olymp: 164; Pi. an. 7: Fa., Peta., Lo. et vulgati, una cum Mar., an. 9; Fux. an. 12. Nihil vetat sequi vulgatos, ut videre licet in notis ad olymp. 188, ubi agitur de ejus obitu.

(Ibid.) *Antiochus Cyzicenus*, etc. Bellum hoc peperit inter codices hanc pugnam, quod alii ascribunt ista an. 1 Cyziceni, ut Pi., Fux., Vi., O., Mar.; alii an. 19 Grypi, ut Fa., Lo. et excusi; alii anno 12, ut Peta.

(519, III.) *Aristobolus*. Videbatur scribendum *Aristobulus*, cum ita habeant Eutropius, Orosius, Marianus, Egesippus, et Ado, sed repugnarunt omnes libri, immo et ipse Hieronymus lib. de scriptor. Ecclesiast., sicut etiam Beda, August. et alii, qui tamen videntur hac in re imitari potius Græcos quam Latinos. Nam Eusebio, Josepho, Plutarcho, et Græcis Ἀριστόβουλος dicitur.

(519, IV.) *Grypus*. Melius quam, ut olim, *Gryphus*, ut in editionibus posterioribus Basilien. et Sonnian., et apud Mar., vel *Griphus*, ut in prioribus Ven., Lut.; vel *Crippus*, ut in Fre.; vel *Cryppus*, ut in Lo.; secuti A., L., M., V., Va., Fa., Fux., P., Pi., Peta., Vinc.; licet nonnulli habeant *y* pro *i*, et duplex *pp*. Sic Γρύπος apud Cedrenum, Appianum in Syrio et Josephum lib. XIII Antiquitt. cap. 17; vulgata *Gryphus* legebatur olim apud Justinum lib. XXXIX, pro qua restitutum est a Bongarsio ex mss. *Grypus*. Nam Γρύπος hominem aquilino naso sonat, unde etiam Justinus ait eum ita dictum *propter nasi magnitudinem;* Hesychius, καμπυλόῤῥις δ' ἐπικαμπῆ τὴν ῥῖνα ἔχων, *quod naso esset adunco*, ut et Plutarchus in Mario.

(Ibid.) *Jugurtha contra Romanos*, etc. Consident hæc in Vi., O., ex opposito an. 12 Grypi; in Pi. et Mar. an. 3 Cyziceni; in Fa., Fux., Peta., Lo., an. 5, seu 1 olym. 168, quibus adjungunt se impressi, et accedunt Florus lib. III cap. 1, et Plutarchus in Mario et Sylla, Sallustius, Eutropius lib. IV, Orosius lib. V cap. 15, Velleius lib. II, qui omnes tradunt Jugurtham captum a *Mario iterum consule*, quem Fasti Onuphrii referunt ad an. Urbis 647.

(Ibid.) *Rhodo terræmotu concussa colossus ruit.* Sita esse debere monent alii quidem codices ad 2 annum Cyziceni, seu 2 olymp. 167, ut Pi.; alii ad an. 4, ut Mar.; alii ad an. 5, ut Fux., alii ad an. 6, ut Fa., Peta., Lo. et impressi; alii ad an. 11, ut Vi., O. Illius colossi casus facta est similis mentio circa olym. 139, sed auctor est Polybius lib. V colossum tunc statim fuisse instauratum.

(Ibid.) *Jonathas gloriose*, etc. Desiderantur in Pi., sed in Fa., Fux., Peta., Lo. et excusis, aggregantur ad an. 6 Cyziceni; in Vi., O., ad an. 8; apud Mar. ad an. 5.

(Ibid.) *Principatum gerit. Post eum Judæi reges habere cœperunt*, addit Fux.; sed quod in aliis codicibus hæc desint, crediderim non esse Eusebii, licet sint veritati consentanea.

(Ibid.) *M. T. Cicero*. Duæ illæ litteræ *M. T.* desunt in L., V., Va., Lo., Fa., Peta., Fux., et apud Mar.

(Ibid.) *Arpini nascitur. Arpis nascitur* Pi., Vi., O., sed corrupte. Nam Arpos esse urbem Apuliæ discimus ex Strabone lib. VI. Porro quoniam ab eo die, quo in lucem prodiit M. Tullius, pendent cætera, quæ vel de ejus morte, vel de ejus gestis stabilienda sunt, hinc tanto certiora de illis jacienda fundamenta; quod assequemur, si ea ineatur ratio, ut a secundo anno olymp. 184, quo desiit esse inter vivos an. ætat. 64, ordine retrogrado numeres. Sic enim invenies 64 annum incurrere in 3 olymp. 168. Unde non dubitamus antiquum situm, qui in omnibus editis et præterea in chirographis Fa., Peta., Lo., exstat, retinere; licet in O., Vi., oberret circa an. 3 olymp. 167; in Pi. ad an. 1 olymp. 168; apud Mar. ad an. 2; in Fux. ad an. 4 ejusdem olymp. Firmatur vulga-

A torum situs auctoritate Gellii, lib. XV cap. 28, qui Ciceronem natum tradit, *Cæpione et Serrano coss.*, qui in Fastis incidunt in 3 olympiad. 168.

(Ibid.) *Cn. Pompeius Magnus oritur*. Placuit ita potius scribendum quam *Gn.*, ex Lo., Mar. et Fre., Cicerone, Plin., Paterculo, Fastis, et aliis Latinis scriptoribus. Nam *Gn.* videtur magis proprium Græcorum, et illud *Cn.* Latinorum, sicuti videre est apud Plutarchum, Appianum, et alios Græcos. Nolim tamen damnare priscam scriptionem, cum ea sit etiam Taciti et aliorum etiam Latinorum. Ortum autem Pompeii Vi. et O. consignant ad an. 1 olymp. 168; Fux., Peta., Fa., Lo., Mar. et vulgati, ad an. 4; Pi. ad an. 3, seu 10 Ptolemæi Physconis: et hic visus est præferendus cæteris, quia si Pompeius vixit annos 58, ut volunt Plutarchus et Paterculus, et obiit coss. *Cæsare et Servilio*, ut volunt Paterculus et Dio, id est an. 1 olymp. 183, necesse est eum natum iisdem coss. quibus Cicero, et ipso anno 1 olymp.

B 168. Nam deme ex illo anno tres menses (natus est enim pridie kalend. Octob., ut ait Plin., lib. XXXVII cap. 2, sicut Cicero 3 nonas Januar., ut de se testatur lib. VII, epist. ad Atticum) et novem menses anni 1 olymp. 183: nam obiit eodem die quo de Mithridate et Tigrane triumphavit, ut ait Dio lib. XLII, et is fuit, teste ipso Plinio, natalis ipsius, videlicet *pridie calendas Octobris*, seu ut vult Plutarchus in Pompeio, *postridie natalium suorum*, reperies annos 58 integros; sed si restituisses antiquum situm, deficeret annus unus. Miror quomodo Marianus recenseat ortum Pompeii sub *Nepote et Fimbrio coss.* ad an. 11 illius Ptolemæi, et etiam quomodo ad an. 13 ejusdem et consulatum *Nepotis quarto et Luctatii*, hæc adjiciat: *Eusebius scribit sub his coss. natum fuisse Pompeium Magnum.* Cum enim nil tale exstet in Chronico nostro, usus videtur alio exemplari, in quo consules per seriem describerentur, qui utinam exstaret, neque tamen uspiam reperi rei hujusmodi fieri mentionem.

C (Ibid.) *Aristobolus filius Jonathæ*, etc. Revocantur ista ad varios annos. Nam Pi. ad 4 an. Cyziceni; Peta., O., Vi., ad 8; ad 9, vero Fa., Fux., Lo., Mar. et impressi. Sed mirum quid sibi velit hoc loco Marianus dum ait: *Eusebius scribit sub coss. Mario Nepote et Quinto Luctatio natum fuisse Pompeium Magnum.* Nam videtur habuisse chronicon Eusebii, in quo consules essent per ordinem descripti, sicut cernis apud ipsum.

(Ibid.) *Post 484 annos*. Videbatur legendum *post 487 annos*. Nam si ad an. 1426, qui præcedit an. 1 captivitatis Babylonicæ addas 487, efficies 1913, qui concurrit cum 1 Aristobuli; video tamen consentientes in priori libros, et Mar., itaque nihil muto.

(521, III.) *Qui et Alexander an.* 10. Vice *an.* 10, numerant tantum annos 9 L., Vi., O., Pi., nec plures pariter deducunt in serie quam 9. Verum cæteri libri, Isidorus, Ado, Fre. Marianus et alii sequaces Eusebii, editorum lectionem tuentur. Porro iste an-

D nus 10 tanti est momenti, ut illius omissio errorem illum qui in illis quatuor observatur hinc usque ad finem libri, tam in textura olympiadum quam annorum regum Alexandrinorum et Romanorum, genuerit, ut pluribus docebimus suo quoque loco.

(521, IV.) *Janneus. Anneus* in Fux., Fa., Peta., Lo.; licet in Lo. ad oram scriptum sit, *Janneus*, sicut habent Pi. et vulgati. At in O., Vi., Mar., *Jamneus*, quod et habet Ruffinus interpres Josephi lib. XIII Antiquitt. cap. 19, licet in Græco legam Ἰανναῖος, cum duplici ν et diphthongo.

(Ibid.) *Pontificatum quoque administrans*. Addidimus *quoque* ex A., L., M., O., Vi., Lo., Peta., Fux., Pi., Mar., Fre., in quo *pariter*, quod idem est, saltem significatione.

(Ibid.) *Turpilius Comicus*, etc. Mortem hanc notant Vi. ad 7 an. Cyziceni; Fux., Peta., Pi., Va., Mar.; ad an. 9; sex Vaticani et Mar. ad an. 10; Lo., Fa., quos imitantur excusi, ad an. 1.

(Ibid.) *Caius Lucilius. G. Julius* L., Pi., *G. Lucius* A., V., P.; *Gaius Lucius* O., Vi., Peta., Fux., Lo.; sed in his omnibus mendum est manifestum, cum sit verisimile eumdem esse, de cujus nativitate prius fecit mentionem, quique fuit coævus Accio, et Cæcilio poetis. Nam alii fuere poetæ ejusdem nominis, sed multo ætate posteriores. Ad extremum quos studia litteraria conjunxerant, mors conjungat. Nam Fa., O., Vi. et impressi, eodem anno mortuum indicant, quo Turpilium, id est an. 11 Cyziceni. Dissentiunt tamen Fux., Peta., qui anno 9 Cyziceni; Pi., Lo., Mar., qui 10; sed non licet discedere ab editis. Nam si nascitur an. 2 olymp. 158, ut dixit auctor, et obiit anno ætatis 46; ergo an. 3 olymp. 169, qui concurrit cum illo anno undecimo Cyziceni.

(Ibid.) *Marcus Furius*, etc. *Purius* Mar.; morientibus succedit sequenti anno 12 Cyziceni in Pi. et in excusis: discessere ab his Fux., Peta., qui an. 10 natum volunt; L., Fa., Mar., qui an. 11; O., Vi., qui an. 13.

(Ibid.) 200 *millia Cimbrorum*. Quis non ita legendum assentiatur, juxta A., L., M., V., O., Va., Vi., P., Lo., Pi., et tres mss. Fab., Mar., Fre., Vinc. tom. I et IV, et juxta Oros. lib. v cap. 16, qui pariter cum nostro Eusebio scribit 80 *millia capta?* Antea legebatur, ut in vulgatis, 2000 *millia Cymbrorum*; vel, ut in Al., 20000 *millia Cymbrorum*. Verum Eutropius et Livius aiunt, *cæsa 68 millia*, et *capta 90 millia*; Plutarchus in Mario, *cæsa et capta centum millia*; Paterculus trucidata 150 *millia*; deinde cum Catulo pugnatum 160 *millia* aut cæsa, aut capta. Cæterum observabis in Fux. legi 200 *millia Teutonorum Ambronumque ad Aquas Sextias cæsa*, pro 200 *millia Cymbrorum cæsa*.

(Ibid.) *Cimbrorum*. Receptior scriptura quam ut olim, *Cymbrorum*, ex fide Peta., Fux., sicut habent Freculphus, Orosius, Eutropius, Plinius, Pedianus, Seneca, Florus, Appianus, Plutarchus, Cicero, Velleius, Obsequens et fere omnes.

(Ibid.) *Per Marium cum duce Teutomodo*. Sic restituimus ex L., M., V., Va., P., Lo., O., Vi., Peta., Fux., Pi., pro *per Marium duce Teutomodo*. Nam ille Teutomodus erat dux Cimbrorum. Cæterum quis annus ista debeat excipere, non ita certum, cum Fux., Peta., Mar., velint esse an. 11 Cyziceni; Lo., Fa. et impressi an. 12; O., Pi., Vi., an. 14. Si sequamur Fastos Onuphrii, constituendum erit ad an. 11 Cyziceni, seu an. 2 Jannei, qui in illis quartus consulatus Marii, quo ipse hanc victoriam obtinuit, incidit in 3 olympiad. 169; si vero habeas rationem anni Urbis 652, nil erit movendum. Nam adde illum numerum 652 ad annum Abrahæ 1264 qui præcedit conditam Urbem, invenies annos 1916, qui est idem cum illo anno undecimo Cyziceni et 3 olymp. 169. Itaque satius est antiquam sedem retinere, cum non ita conveniat inter scriptores de annis Consulum et Urbis, ut non semel diximus.

(Ibid.) *Teutomodo*. Deest apud Mar. *Teutomodo*; Lo. *Eutomodo*; Vi., O., apud Eutro. lib. v, *Teutobodus*; Oros., lib. v cap. 16, *Teutobodus*; Flor. *Theutobocchus*.

(Ibid.) *C. Marius. Gaius Marius* Lo., Peta., Vi., O., Fux., Pi.; sed quam facile duo hæc elementa *C* et *G* inter se commutentur, maxime ad differentiam Græcorum et Latinorum, pluribus alibi.

(Ibid.) *Superat et post de iis cum*. Sic habent A., L., Pi., M., V., P., Lo., O., Vi., Peta., Fux., Ma., pro *superans et post de iis*, ut in vulgatis. Eodem enim anno quo fuit consul quinquies et hanc victoriam peperit, egit etiam triumphum, hoc est sequenti anno post tot millia Cimbrorum cæsa: unde Fux., Peta., locant hæc circa annum 12 Cyziceni; Mar. circa an. 11; Lo. et excusi circa an. 13; Pi. circa an. 14; Vi., O., circa an. 16; sed sequendi excusi propter præcedentem rationem.

(Ibid.) *Thraces a Romanis*, etc. Confectum bellum an. 14 Cyziceni narrant Lo., Fa. et excusi; non ita cæteri, ut Fux. et Peta., qui an. 15; Pi. 3 Vatic., qui an. 16; O., Vi., quatuor Vaticani et Mar., qui an. 17. Sitim confirmat Julius Obsequens, dum tradit *Thraces subactos in Macedonia coss. Mario et Flacco*, si Fastis Onuphrii adhibenda sit fides, qui comparant cum anno 1 olymp. 170. Quia tamen Eusebius potuit aliter sentire in collatione consulum cum olympiadibus, et vulgati uno tantum anno differunt ab Onuphrio, nil fuit innovandum. Quo autem duce seu imperatore hæc victoria contigerit, doceant docti, nihil enim usquam reperi.

(Ibid.) *Bellum servile*. Locus fœde depravatus, sed feliciter restitutus ex L., V., Va., O., Vi., P., Ven., Lun., H., et ex præcedentibus, ubi prioris belli servilis fit mentio, et ex consequentibus, ubi Aquilius dicitur hoc bellum servile compescuisse, pro *bellum civile*, ut olim in impressis et aliis mss. Adde quod nulla exstet memoria apud veteres belli civilis circa hæc tempora.

(Ibid.) *Rursum in Sicilia bel. ser. consurgit*. Post hæc consequenter adjectum est in L.: *quod Aquilius compescuit*; sed frustra cum paucis litteris interjectis idem legatur in omnibus exemplaribus. Porro hoc secundum bellum servile renatum susceptum docent aliqui codices an. 14 Cyziceni seu anno 2 Olympiad. 170; sic enim Lo., Fa., Mar.; et alii an. 15, ut Fux., Peta.; alii an. 17, ut Pi. et editi; alii 18 anno, ut Vi., O.; cui potius adhærendum, vix potest colligi ex aliis scriptoribus. Obsequens scribit *fugitivos in Sicilia præliis trucidatos Mario vi et Valerio coss*: id est, ut notant Fasti Onuphrii, anno 1 olymp. 170; quod est antiquius uno anno.

(Ibid.) *Expulso de regno Ptolemæo*, etc. Differunt uno anno membranacei inter se: cum alii assignent anno 14 Cyziceni, ut Pi., Lo., Vi., O., quos maluimus sequi, quia sensus est purior, et ita judicat Ducæus in Clementem; alii an. 15, ut Peta., Fux., Fa., Mar. et impressi.

(323; iv) *In Cyprum accedente*. His adjungitur in V. *ipsa regnavit*, sed inepte. Nam sensus est Ptolomæum, qui et Alexander appellatur, regnasse post expulsum Physconem. Antea in quatuor Vaticanis et in vulgatis erant adjecta hæc, *regressus deinde de fuga regnum obtinuit, quia Alexandrum, qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris cives pepulerant*; sed ea reposuimus ad suum primævum situm sub olympiade 175, post illa *ejectus an.* 8, juxta L., M., A., Lo., tres Vatic., O., Vi., Peta., Fre., Fux., Vincen.: et ipsa verba satis præ se ferunt fuisse vitiose transposita in hunc locum, ut jam olim observarat pius et eruditus Ducæus in Collectaneis in Clementem Alexand. ex duobus mss.

(Ibid.) *Aquilius in Sicilia*, etc. Quemadmodum ista varie leguntur, ita varie collocantur; sic enim habent O., Vi. et Pi.: *Rursum in Sicilia bellum servile consurgit, quod Aquilinus compescuit*; Fa. quoque et Lo. volunt concurrere cum an. 16 Cyziceni, seu 4 olymp. 170, quibus se adjungunt comites impressi, Pi. Mar. Fux. Peta. an. 17. O. Vi. an. 18. vulgares propius accedunt ad Fastos Onuphrii qui consulatum Aquilii constituunt ad an. 4. olymp. 169. Porro quomodo servi fuerint debellati ab Aquilio consule, vide Appianum, Florum, Ciceron. in Verrem, de Oratore, et pro Flacco, Epitomem Livii et Obsequentem.

(Ibid.) *Ptolemæus rex Cyrenæorum moriens*, etc. *Rex Cyrene moriens* Peta., O., Vi.: *Cyrenæorum rex Cyrene moriens* Fux., Fa., Pi., ne quid dicam de Lo., ubi *rex Cyrenem oriens*; nullus enim est qui mendum non videat irrepsisse ex fœda transpositione litteræ *m*, ex voce *moriens*. Additur in solo Fux.: *Cui Apionis cognomen erat*. Quod etiam constat ex Epitome Livii, Ruffo et Eutropio lib. vi, licet hic posterius assignet; sed auctor sequitur Justinum qui lib. xxxix hæc ascribit regno Ptolemæi, qui et Alexander Obsequens, coss. *Domitio et Cassio*, quem sequuntur Cassiodorus et Marianus; quorum hic coss. hos constituit anno 2 hujus Alexandri et Urbis 666. Sed rectius Fasti Onuphrii qui ad an. Urbis 657 et an.

olymp. 171, sicut auctor collocat, licet non idem omnes codices doceant. Nam Lo., Mar., an. 16 Cyziceni observant; Peta., Pi., Fa., an., 17, seu 1 olymp. 171, cum quibus coeunt vulgati; Fux., Vi., O., an. 18.

(Ibid.) *Reliquit hæredes*. In Fux. additur *regni sui*.

(Ibid.) *Seleucus ab Antiocho*, etc. Exhibentur ista in variis æreolis, ut Pi. in ea cui appingitur 16 annus Cyziceni; Lo., Fa., O., Vi. et editiones, cui an. 17; Fux., Peta., Mar., cui an. 18.

(Ibid.) *Titus Lucretius*. Ascribunt hæc an. 18 Cyziceni regis Syriæ, quod impressis est in usu; Fux. Peta. Pi. Mar. an. 1. Philippi; O., Vi., an. 13. Cui potius credendum, difficile est dictu, cum nullus veterum, quod sciam, meminerit ortus Lucretii.

(525, IV.) *Anno ætatis 44*. Magnus et constans consensus A., L., Pi., O., Vi., M., V., S., Va., Fa., Lo., Mar., Fux., Peta. nos movit ut restitueremus 44 pro 43, ut olim, vel 47, ut in P. Mar.

(Ibid.) *Antiochus in Parthos*, etc. Numerantur istæc in Pi. et editis circa an. 1 Philippi; in Lo., Fa., O., Vi., Peta., Fux., Mar., circa an. 2. Utrumque potest ferri, cum prima pars quæ pertinet ad Antiochum conveniat anno 1 Philippi successoris Antiochi; secunda, quæ spectat ad Philippum, pertineat ad an. 2 et ultimum.

(Ibid.) *Bellum adversum Romanos*, etc. Aggregantur ista in nonnullis anno 7 Ptolemæi, seu 1 olymp. 172. Sic in Lo., Fa., Mar., una cum impressis; in Pi. an 8; in Fux. et Peta. an. 9; in O., Vi. deest. Velleius, Florus, Obsequens, Orosius, Appianus, Plinius, Asconius, Fasti Onuphrii et Capitolini initium hujus belli conferunt in annum *consulatus Marci Philippi et Julii Cæsaris*, quem ipsi fasti comparant cum anno 2 olymp. 172, itaque uno anno serius quam vulgatus situs, quod dissidium est leve, ut alias ex Dionysio diximus. Eutropius reposuit ad an. Urbis 650, et Orosius 659, sed ubique mendum, si credendum est Fastis, qui faciunt annum Urbis 662. Est autem nuncupatum Italicum et Sociale, quia magna pars Italiæ contra parentem Romam consurrexit; Marsicum vero quia initium rebellionis a Marsis profectum fuit.

(Ibid.) *Lucius Pomponius*, etc., *Atellanarum*. *Atellanorum* L., Pi.; *Atellanarum* per unicum *t*, O., Vi., ut apud Tacitum et bonos auctores; *Acellanarum* Vincen. tom. 1. *Statellinarum* Mar., littera prima *S* sumpta ex ultima præcedentis vocabuli; *Catillanorum* Fre.; sed quam fœde in his tribus! Hunc vero Lucium sic commendat Patercul. lib. II, ut dicat fuisse *sensibus celebrem, verbis rudem, et novitate inventi operis commendabilem*. Atellanæ autem idem sunt Latinis, quod satiræ Græcis ab Atella Oscorum civitate, ubi primum frequentari cœpit hoc genus fabulæ mimicæ et satiricæ. Porro Pi. hæc designat ad an. 2 Ptolemæi; Lo., Fa. et impressi, ad an. 8; O., Vi., Mar., ad an. 9; Fux. et Peta. ad an. 10; sed parum interest de anno, neque enim uno tantum anno claruit.

(Ibid.) *Alexander matrem interemit*. Desunt in A., L. M., P., Va., Lo., Pi., O., Vi., Fa., Peta.; sed rei veritas satis ex sequentibus liquido demonstratur, et ex Justino lib. 39; in Fux. *Alexander matrem suam occidit*.

(527, III.) *Ejectus anno 8*. *Regressus de fuga regnum obtinuit, quia Alexandrum qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris cives repulerant*. Hæc restituimus in hunc locum ex A., L., M., P., Vi., O., Pi., Lo., Peta., Fux., et ipse sensus ad id nos coegit, ut jam diximus.

(527, IV.) *Olympias 173*. Hactenus usque ad hanc olympiadem pares fuerant in serie Alexandrinorum et Judæorum vulgares libri, et omnes membranacei, ut scilicet annus 1 olympiad. 172, et annus 7 Alexandrinorum, seu Ptolemæi qui et Alexander, et 12 Judæorum seu Jannei, mutuo sese contuerentur. Deinceps differunt L., Pi., O., et Vi., anno uno, cujus rei non alia assignanda ratio, quam quod vulgati et alii huic Ptolemæo qui et Alexander, dederint 10 A annos, ut decet, tam in contextu, quam in serie; cum illi quatuor tribuant tantum 9 annos. Hinc fit ut in illis libris anni 1, 2, 3, etc., sequentis Ptolemæi qui a matre ejectus, cohæreant cum an. 15, 16, 17, etc., Jannei, atque annus 1 olymp. 175 incurrat in an. 2 illius Ptolemæi seu Alexandrinorum, et in an. 16 Jannei seu Judæorum. At in aliis illæ notæ 1, 2, 3, etc., coincidunt cum anno 16, 17, 18, Jannei, et annus primus olympiadis 175 in an. 1 illius Ptolemæi et 16 Jannei. Dissidium hoc seu differentia unius anni præcurrentis in annis olympiadum comparandis cum annis regum et imperatorum, usque ad calcem libri perseverat: ubi enim semel ab illis quatuor codicibus aberratum est, ut annum unum de decennio ab Eusebio illi Alexandro assignato demerent, contigit ut anni reliquorum regum tam Alexandrinorum, quam eorum qui ab illis seu eorum columna et serie quodammodo pendent, loco sint moti, superioresque sint uno anno olympiadis quam par fuerat. Hinc non B mirum si annus 1 Julii Cæsaris, qui erat comparandus cum anno 1 olymp. 183, ut jam auctor præscripsit pag. 119, in illis reperiatur anno 4 olymp. 182. Nam quia primus ille annus debebat objici anno 3 Cleopatræ, cum ille annus 3 antecedat uno anno olympiadis citius quam expediebat, et ita reperiatur ad annum 4 olymp. 182, hinc factum est ut ille annus primus Cæsaris in illis habeatur ad eumdem an. 4 olymp. 182. Hinc etiam non mirum si in illis quatuor, annus 1 Domini et 42 Augusti objiciantur anno 2 olymp. 184, qui 3 ejusdem olymp. ascribi debuerat, et sic de aliis. Nam fonte corrupto inficiuntur rivuli.

(Ibid.) *Memoria teneo pueris nobis primum*. Sic ex Lo., V., Va., O., Vi., Pi., Fa., Peta., Fre., Fux., Vincen., Idac., et ex Loaisa in Chronicum Isidori citante hunc locum Eusebii ex manuscripto codice, atque etiam ex Suetonio, pro *memoria teneo primum*; et ita habetur in epist. ad M. Ticinnium, referente ipso Suetonio lib. de Grammaticis et Rhetoribus. C Hinc castiga Mar., ubi *prius* pro *pueris*.

(Ibid.) *Plotium quemdam*. In V., Va., Fa., *Plotinum quemdam* habetur. Eadem varietas lectionis apud Senecam idem referentem ex Cicerone, quod hic auctor; quo loco Pincianus reposuit *Plotium* pro *Plotinum*. De eo vide Suetonium, et Quintilianum lib. II, cap. 4; lib. XI, cap. final. Verum opponitur tota hæc periodus varie. Nam in Lo. circa annum 15 Jannei; in Pi. circa an. 19; in O., Vi., circa an. 20; in Fux., impressis ac Mar., circa an. 16.

(Ibid.) *Caius Valerius*, etc. Annumerantur ista in Fa., Lo., Mar. et impressis, an. 2 Ptolemæi; in Pi. an. 4; in O., Vi., an. 5.

(Ibid.) *Catullus scriptor Lyricus*. Adjecimus *scriptor*, ex A., M., V., P., Va., Peta., Fux., Lo., Pi., Mar., Vincen.

(Ibid.) *Crispus scriptor Historicus*. Eadem ratione et ex iisdem mss. hic adjunximus *scriptor*: præterea aggregantur ista in Lo. quidem, Fa., Fux., Peta., D an. 3 Ptolemæi, quibus adjungendi impressi et Mar., in Pi. an. 5; in Vi., O., an. 6.

(Ibid.) *Sylla Athenienses vastat*. Hæc sita sunt in Peta., Mar. et vulgatis, ad an. 3 olymp. 173; in Lo., Fux., Fa., ad an. 4; in Vi. ad olymp. 174. Velleius hæc tribuit consulatui *Cornelii Cinnæ* XI *et Marii* VII, quem Fasti Onuphrii et alii constituunt ad eumdem annum 3 olymp. 173. Optime ergo vulgares.

(Ibid.) *Descriptione*, etc., 463 *millia*. 464 *millia* L., Pi., Fux., O., Vi.; 462 *millia* M.; 400 *millia* S., 414 *millia* Fa.; 504 *millia* Peta. Marianus sequitur vulgatam. At hæc consistunt in Lo., Fux., Peta., Fa. et impressis, circa an. 4 Ptolemæi; in Vi., O., Pi., circa an. 6 ejusdem. Vulgati propius respondent Fastis Capitolinis, in quibus apponuntur censores Philippus et Perpenna ad annum Urbis 667, qui concurrit cum anno Abrahæ 1931 et Ptolemæi 3. De his censoribus Cicero sæpe, Plinius, et Valerius.

(Ibid.) *Templum tertio apud Delphos*, etc. *apud*

*Delios* A., minus germane. Jam vero incendia hæc duo eodem anno contigisse testantur libri, varie tamen notatur. Nam in O., Vi., ascribuntur an. 4 Ptolemæi; in Lo., Pi., Peta., Fa., Mar. et impressis, an. 5; in Fux. an. 6, qui propius accedit ad sententiam Taciti, qui libro xix Capitolii incendium ascribit consulatui *Scipionis et Norbani;* quem Fasti Onuphrii collocant ad an. 2 olymp. 174, cum quo concurrit ille annus 6 Ptolemæi.

(Ibid.) *A Thracibus.* Desideratur in L., tribus Vatic., sed mendose.

(Ibid.) *Janneus plurimas civitates capit.* Loci hujus turpificati deformitas magnam offensionem erat paritura, ni castigatione esset sublata, cum pro *Janneus* haberetur *L. Ennius*; sed succurrerunt nobis A., M., P., Pi., L., tres Vati., quibus favent O., Vi., ubi *Jamneus*: nec longe absunt Fa. et quatuor Vaticani, in quibus *L. Anneus*; deformius quod in Lo. *Lucius Annaus*, et in Mar. *L. Annius :* præsidio sunt castigationi nostræ Peta., ubi *Lanneus, L.* pro *J*, et Fux. in quo *L. Anneus plurimas civitates capit Syriæ rex Judæorum*, et Joseph. lib. I de Bello Judaico cap. 3, et lib. XIII Antiqu. cap. 19, dum tradit, Alexandrum, quem prius dixerat vocari *Janneum*, subjecisse sibi omnes civitates maritimas. Unde Pi. ista collocat sub columna Judæorum, et non permiste cum rebus Romanorum, ut intelligamus non de duce aliquo Romanorum, ut præ se ferunt nomina illa *Lucius Ennius*, sed de duce Judæorum Janneo, cujus annos per seriem deduxit in columna Judæorum. Ad extremum nihil tale habetur apud ullum auctorem de *L. Ennio*. Porro de sede horum dissentiunt nonnihil codices. Nam Pi. opponit anno 23 Jannei; O., Vi., an. 25; Lo., Fux., Peta., Fa., Mar. et impressi anno 21 ejusdem, a quibus nefas duxi recedere.

(Ibid.) *Cicero Quintium defendit* 26 *anno ætatis suæ.* Vitiosa erat hujus loci interpunctio, sed feliciter restituimus ope L., A., Peta., Pi., Fa., O., Vi., M.. Lo., Fux., Mar., cum antea illa verba 26 *anno ætatis suæ* præcederent *Cicero*, etc. et ad *Ennium*, seu *Annæum*, referrentur, ut *L. Ennius plurimas civitates capit* 26 *anno ætatis*. Adjectum vero est *suæ* ex iisdem exemplaribus, Mar. et Vincen. tom. I. Hic autem paragraphus in editionibus et apud Mar. obtinuerat locum circa an. 2 olympiadis 174, seu an. 6 Ptolemæi, quemadmodum in Peta., Fux., Lo., Fa., nobis tamen movendus visus est ad an. 4 ejusdem olympiadis, tum quia ita voluerunt Pi., O., Vi., tum quia ita dictat ratio: cum primus annus nativitatis Ciceronis incidat, ut superius a nobis demonstratum est, in an. 3 olymp. 168. Denique certum ex Gellio, lib. xv, cap. 28, Ciceronem hanc causam pro Quinto egisse *Tullio Decula et Dolobella coss.*, id est, ut constat ex Fastis Onuphrii, eodem anno 4 olymp. 174. Si tamen minus fideliter hoc servaverit corrector, illi tribuito.

(Ibid.) *Publius Terentius Varro vico Atace*, etc. *Attace* Lo., Fa.; *Actiate* Mar.; sed vulgata orthographia est aliorum mss. Strabonis, Melæ. et aliorum. Ac ne quid prætercam, computant hunc paragraphum per annos varios codices: O., Vi., per an. 6 Ptolemæi; Lo., Fux., Peta., Fa., impressi et Mar. per an. 7, Pi. per an. 8. Cui potius adhæreas, aliunde non constat.

(529, IV.) *Vultacilius Plotus.* Rectius ex fide Au., M., V., S., Fa., Va., Lo., Ven., Lut., quam olim in editionibus Basil. et Sonnia. *Vacilius;* vel *Vultatius*, ut in A.; vel *Acilius*, ut in L.: vel *Volcatius*, ut in Mar.; vel *Vulcacilius*, ut in Peta., Fux.; in margine edit. Basil. et Sonni. appositum est *Octacilius Piletus.* Credo quia Sueton. lib. de claris Rhetoribus meminit *Lucii Otacilii Piliti*, ubi Achilles Statius legit *Octacilius*, et annotat in manuscripto legi *Pilutus :* Vinetus scribit *Lucius Octacilius Pilujus;* affinis est lectioni nostræ ea quæ habetur apud Idac. *Voltacilius.*

(Ibid.) *Scholam Romæ.* Interponitur *primus* in Au., sic et apud Vincen. tom. I. Sed obstant præcedentia de Plotio Gallo qui dicitur primus, nisi intelligas quod primus fuerit inter libertinos, ut scribit Suetonius de claris Rhetoribus. Cæterum describuntur hæc in serie solita, in Pi. quidem et impressis ex adverso anno 1 Ptolemæi Dionysii; in O., Vi., an. 2; in Lo., Fux., Peta., Fa., Mar., an. 8 Ptolemæi ejecti, seu an. 13 Jannei.

(Ibid.) *Sylla Romam obtinuit, et post biennium moritur.* In O., V., Lo., respondent hæc an. 7 Ptolemæi expulsi; in Pi., Fux., Peta., Fa., Mar. et vulgatis, an. 1 Ptolemæi Dionysii, seu 1 olymp. 175; vulgati vero optime, si verum est Syllam obiisse anno 3 olymp. 175, seu *coss. Lepido et Catullo*, ut constat ex Appiano lib. I de Bello civili, Floro, Plutarcho, et Fastis Onuphrii. Dicitur autem Sylla Romam occupasse, quia primus dictator potestate abusus est, quæ per centum et viginti annos fuerat intermissa, adeo ut quem vellet civium impune posset occidere, ex lege quam Flaccus interrex tulerat (cujus meminit Cicero orat. contra Rullum, lib. IX, epist. ad Att., et lib. I de Legibus), et more regio supra consules sederet. Ipse etiam invenit tabulam, *et* (ut loquitur Velleius) *exemplum proscriptionis.*

(Ibid.) *Roscio contra Chrysogonum*, etc. Non ita facile hæc annorum notatione distinguere, cum in Lo., Pi., Fa., Mar. et impressis appingantur ad 1 an. Ptolem. Dionysii, in O., Vi., Fux., Peta., ad an. 2. Sed impressi sunt præferendi, quia ille annus primus Ptolemæi, est annus 27 Ciceronis, quo anno Pedianus vult Ciceronem habuisse orationem pro Roscio, et ita situs vulgatus confirmat ea quæ diximus, dum ageremus de orat. pro Quintio.

(Ibid.) *Secedit. Cedi* Lo., *contendit* Fa.

(Ibid.) *Pompeius gloriosissime*, etc. Revocant ista ad annum 2 Ptolemæi, seu 2 olymp. 175, Lo., Fa., et impressi; ad 3 Ptolem. an. Pi., Fux., Peta., Mar.; ad an. 5, Vi , O., Fasti Capitolini conjiciunt hunc triumphum ex Africa in an. Urbis 673, et illum ut extraordinarium valde extollunt Plinius lib. VII, Eutropius lib. v, Plutarch. in Pompeio, Cicero orat. pro L. Manil.

(Ibid.) *Lepidus publicus hostis judicatur.* Apponuntur circa eumdem annum 2 Ptolemæi, et 2 olympiad. 175, in impressis; in Vi., O., an. 2 Ptolem. et 1 olymp. 175; at in Lo., Fux., Peta., Fa., Mar., circa an. 3 Ptolem. et 3 olymp. 175, et hunc veriorem judicarim; notum enim ex Floro, lib. III, cap. ultimo, Lepidum consulem collegam Catulli bellum contra Urbem suscepisse, sed cum pulsus fugatusque *esset, hostis a senatu judicatus est.* Nec a Floro dissident Appianus lib. I Bell. civil. Orosius lib. v, cap. 22, Plutarch. in Pompeio, Eutrop. lib. VI, Epitome Livii lib. xc. At consulatus Lepidi in Fastis Onuphrii opponitur eidem an. 8 olymp. 175 et Urbis 675. Nam licet apud Plinium lib. XXXVI cap. 6, sit anno Urbis 666, non dubito quin mendose scriptum sit pro 675, quia ipse inchoatus ab an. 1 olymp. 7, ut facit auctor, concurrit cum illo an. 3 olymp. 175. Advertendum præterea hoc eodem consulatu corpus Syllæ in Urbem illatum, et in Campo Martio sepultum, et sic bienniuni illud de quo superiori versiculo auctor, belle cum hoc anno 3 concurrit.

(Ibid.) *T. Quintius Atta. T. Quinticius Atta*, Lo., Fux.; *Titus Quintus Atta* Vi., O.; *Titus Quintius Acta* Ven., Lut.; *Titus Quintus* Vincen. tom. I Specul.; apud Mar. prætermissa vox *Atta.* Jam verò notanda sint isthæc an. 3 Ptolemæi jure quis dubitet, licet ita probetur Lo. et impressis. Nam Pi., Fux., Peta., Fa., Mar., ad an. 4: Vi., O., ad an. 5 revocant.

(Ibid.) *Bellum Gladiatorum in Campania.* Celebre bellum, sed celebrius, si certus, quo gestum sit, teneretur annus. Vi., O., annumerant 4 an. Ptolemæi; Lo., Pi., Fa. et cusi an. 5, seu 1 olymp. 176; Fux., Mar., an. 6; Peta. an. 7. Eutropius, lib. VI, auctor est hoc bellum suscitatum anno Urbis 678 (qui incidit, numerando ab an. 4 olymp. 6, in an. 5 Ptole-

mæi) et triennio finitum : cui proxime accedit Appianus lib. II de Bel. civil., in fine, dum tradit hoc bellum confectum anno ferme 60 ab obitu Tiberii Gracchi (qui contigit anno Urbis 620), itaque anno 679, siculi Orosius, lib. v cap. 24, confert in eumdem an. Urb. 679, qui firmat vulgatum situm, cum sit tertius annus ab illo. Florus lib. III cap. 20, vocat hoc bellum *Spartacium* cum Plutarcho, ob ducem Spartacum, cum Ciceroni orat. pro L. Manil. dicatur *servile*, et Cæsari lib. I de Bell. Gal., *servilis tumultus*.

(Ibid.) *Lucius Lucullus primus imperator appellatus est*, etc. Idem præstandum hic quod mathematicis, qui cum ea quæ in terra observantur, velint distinguere, corporum cœlestium circulos, parallelos, et id genus adsciscunt : ita nobis cum indicandum quo tandem anno hæc gesta sint a Lucullo, accersenda regis alicujus vicini nota : hinc O., V., notant ad an. 3 Ptolemæi Dionysii; Pi. ad an. 5; Lo., Peta., Fa., Mar. et cusi, ad an. 7, seu 3 olymp. 176, et hi veritati magis accedunt. Nam constat non solum ex Fastis, sed etiam ex ipso Plutarcho, consulatum *L. Luculli* accidisse circa olymp. 176, quo cœptum est bellum Mithridaticum, contra Mithridatem regem Ponti, et Tigranem regem Armeniæ, quod duravit per aliquot annos. Orosius et Eutropius volunt per an. 40, alii 30, alii 36, et in eo bello L. Lucullus cepit illas urbes de quibus auctor, ut testantur Appianus, Plutarchus, Dio, et alii. Cæterum de triplici usu ac significatione hujus appellationis *imperatoris* apud Romanos, vide quæ accuratissimus Casaubonus animadvertit in l. I Suetonii p. 53; hoc loco sumitur pro *victore*, et qui numerum hostium occiderat a lege definitum. Quod autem auctor scribit hunc titulum primum Lucullo tributum, proprium est illi, cum ex aliis scriptoribus constet antea multos dictos *imperatores*, prout quisque ductu suo et suis auspiciis feliciter hostem vicerat : illum titulum Augustus sibi soli seposuit, et deinceps paucis concessum. At post Tiberium nulli subditorum, sed soli imperatori fuit servatum.

(Ibid.) *Pompeius universam Hiberiam subjugavit.* Applicarunt ista ad an. 8 Ptolemæi Dionysii, seu 4 olymp. 176, Lo., Fa., Fux., Peta. et editiones. At O., Vi., P., ad an. 9. Vulgaris situs firmatur auctoritate Epitomes Livii, dum indicat Sertorium, qui occupabat Hispanias, occisum, *Cassio et Terentio coss.*, quos Fasti Onuphrii collocant ad eumdem an. 4 olymp. 176; et ait Appianus l. I : *Belli Hispaniensis idem, qui vitæ Sertorii finis fuit.* Cur autem non retinuerimus veterem orthographiam in voce *Hiberiam*, disces ex iis quæ supra notavimus.

(Ibid.) *De Bessis. De Vessis* V., Va., Lo.; *de Persis* O., Vi., sed primum retinendum ex aliis exemplar. et Mar. Stephano, de Urbibus, Βεσσοί; Eutropio l. VI : *M. Lucullus Bessis primus Romanorum intulit bellum;* et Orosius l. VI c. 3 : *Totam*, inquit, *Bessorum gentem Lucullus in deditionem recepit.* Nam certum est ex Cicerone, Plutarcho, Floro, Appiano, et aliis, Lucium Lucullum gessisse bellum Mitridaticum, et Marcum Lucullum fratrem Macedonicum, et de *Bessis* triumphasse; sed quis non de *Bessis* seu *Besis* populis Macedoniæ ex historiographis et geographis? Ad hæc in situ his assignando progrediuntur gradatim codices. Nam O., V., Pi., circa an. 7 Ptolemæi, seu 3 olymp. 176; Lo. et excusi circa an. 8; Fa., Fux., circa an. 9; Peta., circa an. 10. Fasti Capitolini referunt hunc triumphum ad an. Urb. 682, qui coincidit cum illo an. 8 Ptolemæi, si juxta Varronem incipias numerare illos annos ab an. 3 olymp. 66. Optime ergo vulgati.

(Ibid.) *Triumphavit capta Cabile*, etc., usque *urbibus*. Locus erat valde corruptus et perturbatus; at difficultas non solum levatur, sed tollitur sola verborum copula seu interpunctione, ut tota sententia ad Lucullum referatur et nihil ad Crassum. Nam constat Cabilem seu Cabilam esse urbem Thraciæ, seu Bessorum; et certum est ex Floro, Orosio, Eutropio l. VI, et aliis, Lucullum cepisse *Cabilem*, Tomos, et cæteras urbes, nec tale usquam legitur de Crasso; neque tamen destituti sumus manuscriptis. Nam ita sunt disposita in L., P., O., Pi., A., Vi., Lo., septem Vaticanis, Peta., Fux., Mar., licet in hoc legatur *M. Licinus* pro *M. Lucullus*, cum prius ista, *capta Cabile et Tomis et cæteris vicinis urbibus*, essent sejuncta ab illa periodo, *M. Lucullus de Bessis triumphavit*, et efficerent initium hujus sequentis sententiæ, *Crassus triumphavit*, ac si ipse Crassus expugnasset Cabilem et cæteras urbes.

(Ibid.) *Cabile. Cabyle* A., Fux., ut etiam apud Florum; *Chalybe* L.; *Challybe* Pi.; *Chalibe* O., Vi., sed mendose, ut patet ex superiori nota.

(Ibid.) *Vicinis urbibus. Universis urbibus* V., Va., Mar., sed minus pure.

(531, IV.) *Crassus quoque triumphavit.* Adjecimus vocem *quoque*, ut planior esset sensus, secuti L., Pi., O., Vi., et distinximus a præcedentibus, ut ante monuimus. Porro de sede horum duorum vel trium verborum libri non admodum dissident. Nam O., Vi., an. 7 Dionysii seu 3 olymp. 176; Pi. an. 4; Lo., Fa., septem Vatic. et impressi, assignant an. 1 olymp. 177; Fux., Peta., Mar., an. 2 ejusdem, seu 10 Dionysii : sicut etiam facit Marianus, qui explicat hunc triumphum fuisse ob victos Gladiatores, seu fugitivos, quod etiam asserunt Plutarchus, Cicero pro lege Manilia et in Pisonem, Athenæus l. VI c. 7, Appianus lib. de Bel. civil., Gellius l. IX c. VI, Plin. l. XV c. 29, Fasti Capitolini et alii. Plutarchus tamen ubi Crassi reditum in Urbem Gladiatoribus devictis refert, ait eum non sustinuisse *petere triumphum*, *indignum existimans triumphare de servis*, sed ingressum ovantem. Lapides Capitolini collocant ad eumdem annum Urb. 682, quo superiorum triumphum L. Luculli.

(Ibid.) *Virgilius. Vergilius* L., Peta., et 3 mss. Fab., Gellius, Plin. l. V Epist., et de illustribus Grammaticis, Seneca passim, Victor in Epitome; priorem tamen orthographiam sequuntur Hieronymus, Augustinus, et litteratorum vulgus : nihilominus video utrumque in usu apud bonos auctores. Nam qui dictum putant a virendo vel a virga laurea probant *Virgilius*; qui a verendo, unde dictus est Parthenias, vel a Vergilius stellis, *Vergilius* : quanti autem sit momenti scribere per *e* vel per *i*, disce ex Politiano epist. 2 et 3 l. V, et Miscellaneorum cap. 77, Joseph. Castalione et Pierio in annotationibus in Virgilium, Rhodign. l. VII c. 4, Sebastin. Corrad. in I Æneid., Frischlin. proleg. c. 1. De horum autem situ constantius aliquantulum codices. Nam Lo., Fa., Vi., Pi., O., septem Vaticani, Mar. et excusi, ad an. 10 Ptolemæi, seu 2 olymp. 177, reposuere. Dissident Fux. et Peta., qui ad an. 11, iique nobis præ cæteris probantur, cum Fasti Onuphrii testentur *Pompeium et Crassum* gessisse consulatum an. 3 olymp. 177 et Urb. 683, qui concurrit cum anno Abrahæ 1947, et qui est idem cum illo an. 3 olymp. 177. Immo etiam Photius in Bibliotheca, p. 146, postquam dixit se legisse Chronica Phlegontis, quæ initium sumunt a prima olympiade usque ad tempora Hadriani imperatoris, et legendo se progressum usque ad olymp. 177, tum addit anno 3 illius olymp. 177 censa fuisse nongenta et dena millia Romanorum, eodemque anno Virgilium Maronem poetam natum fuise idibus Octobris. Ex hoc autem consulatu Pompeii, quo Virgilius dicitur natus, intelliges quo sensu Appianus scribat Pompeium natum 34 annos cum consulatum suscepit. Nam si numeres ab an. 4 olymp. 168, et a 29 Septembris, quo nascitur, usque ad primum Januarii illius anni *Romani*, quo cœpit 3 olympiad. 177 circa solstitium æstivum, reperies annos 34 completos, et menses 3.

(Ibid.) *Et Crasso coss.* Additum in Fux. et Al. *Idibus Octob.*, sicut etiam habet Donatus in Vita Virgilii, et Photius, ut dixi.

(Ibid.) *M. Portius Cato*, etc. In Pi. *Porcius*, ut apud Æmilium, Plutarchum, Fastos, et alios plerosque: quod firmatur auctoritate Varronis l. II de Rust. scribentis multa haberi nomina hominum a pecoribus, ut a verre Porcius; unde eruditissimus vir Nicol. Faber indicat hanc scripturam puriorem, ut *Vinicius* et similes per *c*. Video tamen bonos auctores uti etiam altera, sicut etiam habent alii mss. et Mar. Hæc autem collocant circa an. 9, Ptolemæi O., Vi.; circa an. 11, Lo., Pi.; circa an. 12, Fa., Peta., Fux., septem Vatic. et vulgares. Nihilominus cum non agatur de certo anno, cum pluribus annis claruerit, minus attendenda est levis hæc differentia.

(Ibid.) *Antiochia Syriæ capta a Romanis*. Olim legebatur *Antiochia et Syria capta a Romanis*, sed correximus ex fide A., Au., L., Vi., O., Peta., Fux., M., P., Pi., Mar., quibus prope accedit Lo., licet in eo mendose legatur *Antiochæ Syria;* et ratio videtur id postulare, cum ipsa regio Syriæ non venerit in ditionem Romanorum per Pompeium victa, nisi quatuor aut quinque annis post Antiochiam illius metropolim subactam. *Syria*, ait Velleius l. II, *tum primum in potestatem populi Romani redacta est, et facta stipendiaria*, quod accidit finito bello Mithridatico, *Cicerone et Antonio coss.*, ut docent Orosius, Eutropius, Appianus, Plutarchus, et alii. Hæc autem connumerantur an. 12 Ptolemæi in Vi., O. et impressis; at in Lo., Fa., Peta., Fux., Mar., an. 13.

(Ibid.) *Creticum bellum ortum*. Pro *ortum* in Lo., Mar., Pa., *motum*, sed vulgata est aliorum exemplarium et Eutropii, et sensus eodem recidit. Ad hæc minus belle consentiunt de bello hoc codices, cum alii sedem ejus ponant ex adverso an. 12 Ptolemæi, ut O., Vi., Pi., seu ann. 3 olymp. 177; alii an. 13 ejusdem et ann. 1 olymp. 178, ut impressi, ad imitationem Lo., Fa., Peta., Fux., septem Vatic. et Mar., quos sequimur. Nam ex Fastis Onuphrii et Sigonii constat hoc bellum (quod triennio confectum est) ortum an. 1 olymp. 178 et Urb. 785, qui in eumdem annum optime congruit, licet Dio in sequentem annum seponat. De hoc bello vide plura apud Florum, Eutropium, Plutarchum, Velleium, Dionem.

(Ibid.) *Lucus Daphnensium juxta Antiochiam a Pompeio Apollini consecratur*. Quid mirum si coeant hic tam schedæ veteres quam editiones, ut 13 anno Ptolemæi ascribant? Sic enim Lo., Fa., Vi., O., Pi., Peta., Fux., septem Vaticani, Mar. et impressi, Rufus, Jornandes, et ipse Hieronymus, l. XIV in Ezech. c. 47, videntur velle hoc factum a Pompeio post subactam Judæam et fœdus cum Persis initum. *Hic*, inquit Hieronymus, *locus* (fontis Daphnes) *a Cneo Pompeio, qui primus Judæam Romano subegit imperio, militari manu consitus est, et ab eo juxta fabulam poetarum Daphnes nomen accipit ob lauros et cyparissos, quæ arbores in ipso loco frequentissimæ sunt.* At Rufus: *Pompeius Judæa capta rediens apud Antiochiam, Daphnensem lucum, loci delectatus amœnitate et aquarum abundantia, adito nemore, consecravit.* Hunc locum latissime describit Strabo l. XVI: *Daphne est ad stadia* 40 (ab Antiochia) *mediocris vicus et lucus ingens et opacus, fontanis aquis irriguus, in cujus medio est fanum Apollinis et Dianæ et asylum*, etc. Idem quoque facit Sozom. l. V c. 19, ubi meminit Daphnæi Apollinis, sicuti etiam facit Theodoretus l. III c. 14, Evagrius l. I c. 16. Fuit lucus celebris lauris spectatissimis. Ideo Ausonius, de Urbibus, vocat *domum lauri*, unde etiam nomen accepit; nam Δάφνη Græcis idem est ac laurus. Cupressis quoque, teste titulo *de cupressis ex luco Daphnes.... non excidendis* l. XI codic. Ejusdem luci meminerunt Arrianus, Claudianus, Procopius lib. II de Bell. Pers., Ammian. l. XIX, et alii.

(Ibid.) *Judæi Romanorum*, etc. Hæc alii an. 13 Ptolemæi, seu 1 olymp. 178, referunt, ut Fa., Peta., Fux. et editi; alii an. 14, ut Lo.; alii an. 15, ut Vi., Pi., O.

(Ibid.) *Per Pompeium*. Non habent hæc membranæ Pi., Lo., Fa., Peta., Fux.; ea tamen veritati historiæ non adversantur, ut mox sequitur.

(Ibid.) *Accedit*. Sic ex A., L., Au., M., Peta., Fux., Pi., V., O., Vi., Lo., Mar., Beda, pro *accessit*; verbum enim sequens *adducit* hoc ipsum arguit.

(Ibid.) *Aristobulus et Hyrcanus*, etc., *dimicantes*. In vulgatis Peta., Lo., Fux., Mar., Fa., hæc sunt sita ad an. 2 olymp. 178; in Pi., Vi., O., ad an. 11; sed eorum lapsus manat ex prætermisso an. 10 Ptolemæi, de quo supra. Castigandus est autem Josephus, dum, l. XIV Antiq. c. 1, tribuit initium belli fraterni inter Aristobulum et Hyrcanum, *coss. Hortensio et Metello, et olympiad.* 183. Nam error in olympiade, pro 178, convincitur ex ipsis consulibus.

(533, IV.) *Libya*. Retinuimus vulgatam scripturam hoc loco, de qua vide quæ diximus circa a. Abrahæ 550.

(Ibid.) *Libya per testamentum Apionis regis Romanis relicta*. Absunt a Pi., L., sed exstant in aliis, ut etiam apud Marianum, et quod præcipuum est, apud Eutropium l. VI, e quo isthæc petita videntur (ut pleraque alia), quique præcipuas civitates illius regni commemorat Berenicem, Ptolemaida, et Cyrenem. Ac licet propterea eadem videatur institutio, cum ea Ptolemæi, de qua prius actum circa olymp. 171, auctor tamen bona fide assignat circa diversa tempora, propter diversos scriptores a quibus mutuatur. Cæterum hujus rei incertus est annus, cum in quibusdam an. 15 Ptolemæi ascribantur, ut in Peta.; in aliis an. 16, seu 4 olymp. 178, ut in Lo., Fa., Fux., septem Vaticanis, Mar. et vulgatis; in aliis an. 17, ut in Vi., O.; in aliis demum an. 18, ut in Pi. Ex aliis scriptoribus vix certi quidquam colligi potest, nisi quod Eutropius hanc donationem Apionis subjungit statim post bellum Creticum ortum, et ait, illam *eo tempore accidisse*.

(Ibid.) *Horatius Flaccus*, etc., *nascitur*. Aptantur hæc varie in variis. Nam in impressis, Lo., Fa., Peta., Fux., Mar., an. 16 Ptolemæi; in Pi., Vi., O., an. 17. Noluimus discedere a vulgatis, quia id exigit annus obitus Horatii, ut videbis suo loco.

(Ibid.) *Apollodorus Pergamenus Græcus orator*. Deest *orator* in L., Pi.; sed est in aliis, ut Fre. et Mar.; et ad quorum distinctionem dictus hic fuerit Pergamenus, vide Pausaniam passim. Cæterum diversa de his lib. pergameni. Nam Pi. indicat ad an. 18 Ptolemæi collocanda; O., V., ad 20; sed Lo., Fa., Peta., Fux., septem Vatic. et impressi, ad an. 17.

(Ibid.) *Pompeius captis Hierosolymis tributarios Judæos facit*. Suspicabar pridem ista huc temere vitio librarii comportata, cum quatuor ante annis auctor idem dixerit Judæos *Romanorum* per Pompeium vectigales factos, et quia historici omnes non nisi semel expugnata Hierosolyma et Judæos subactos a Pompeio referunt, immo statim post expugnationem, Judæos vectigales Romanis redditos: sic enim auctor l. VIII de Demonstr. n. 2, Josephus l. IV de Bello Judaico c. 5, ubi, recitata Hierosolymorum expugnatione, subjungit, *Et Pompeius Hierosolymis tributum indicit*; et l. XIV Antiq. c. 8: *Horum*, inquit, *malorum Hyrcanus et Aristobulus auctores fuerunt, cum invicem bella gesserunt. Nam tunc et libertatem deposuimus, et subjecti Romanis sumus*, etc.; *insuper decem millia talenta pauco tempore Romani nos excegerant*. De eodem tributo Cicero orat. pro Flacco, August. XVIII de Civit. c. 45. Nihilominus cum videam omnes libros, etiam Mar., Fre. et Bedam, hoc quoque loco habere; nihil impedit quominus illa superiora, *Judæi Romano vectig. per Pompeium*, facta dicantur veluti titulus regni Hyrcani, sicut pingitur in omnibus fere exemplaribus, vel sicut insigne quid, ac res præcipua, quæ sub Hyrcano contigit, ut simile videri potest de Troja capta sub an. 5 Tautanis, licet illud excidium acciderit sub annum ejus 25. Idem de imperio Assyriorum destructo sub Ariphrone, seu Tespieo: multa alia similia reperies. Hinc satisfacies erudito viro, qui aperti et gravis erroris auctorem accusat, quod hoc loco faciat mentionem de Judæis tributariis, quod

perinde a subactis Judæis ad usque Julium Cæsarem numeret annos 19. Multa autem sese offerebant quæ nobis mutationem situs horum dissuadebant longo usu jam in editis et apud Mar. recepti ad an. 5 Hyrcani, seu an. 2 olymp. 179; ad eam tamen impulere Vi., O., Peta., qui ad an. 4 Hyrcani, et Eusebii auctoritas, qui l. viii de Demonst. c. 2. refert ex Africano Hierosolyma expugnata an. 1 Olym. 179. Idem confirmant Hegesippus l. ii c. 13, et Josephus l. xiv c. 8. Nam hic non solum exprimit illum annum olympiadis, sed etiam consulatum Antonii et Ciceronis qui cum eo anno concurrit; firmatur etiam auctoritate Orosii, dum vult hunc annum esse ab Urbe 689. Nam si illi addas præcedentes ab Abraham 1264, efficies 1953, quos vides incidere in illum annum Hyrcani, et 1 Olymp. 179. Adde testimonium Hegesippi l. ii c. 3: *Cum Pompeius*, inquit, *cepit Hierosolymam, Aristobolus jam tertium annum imperitaverat*: ita ut tres anni superiores dentur Hyrcano vice annorum Aristobuli, seu eorum quibus inter se contenderunt. Si fastis Onuphrii et Sigonii fides adhibenda fuisset, mutatio fuerat cohibenda, cum in illis, et consulatus Ciceronis, et Antonii, et expugnatio Hierusalem incurrant in an. 2 olymp. 179 et Urbis 690, quos si annis Abrahæ 1264 addideris, reperies 1954, quem vides concurrere cum an. 4 Hyrcani.

(Ibid.) *Ea quæ de Catilina*, usque ad *sunt tempore*, reposita erant antea in editis ad an. 5 olymp. 179, ut etiam in Lo., Fa., Pi., Fux. et Mar.; at ad an. 4 ejusdem in Vi., O.; inde tamen evocanda censuimus in an. 1 ejusdem olymp., quia, teste Josepho, ut diximus, Hierosolymorum expugnatio per Pompeium et consulatus Ciceronis in eumdem annum concurrunt, et quia auctoribus, Eutropio l. vi, et Orosio l. vi, c. 6, consulatus Ciceronis contigit anno Urbis 689 (nam Dio l. xxxvii ponit an. 791), qui concurrit cum illo an. 1 olymp. 179, juxta auctorem numerando ab an. 1 olymp. 7. Tamen re melius perspecta putamus Josephum falli potius quam enumerationem consulum, ex qua constat, secundum Fastos Onuphrii et alios, consulatum Ciceronis contigisse an. 2 olymp. 179, atque illum annum propius accedere ad mentem Eusebii. Nam si Augustus natus est, Cicerone consule, ut volunt Suetonius, Velleius et alii, cum ipse Eusebius scribat Augustum mortuum anno ætatis 76, et an. 1 olymp. 198; si computes retrogrado cursu, reperies illum annum 76 incidere in an. 2 olymp. 179. Adde quod si regnavit tantum annos 56, et cœpit an. 2 olymp. 184, offendes annum ac fere completum, et Velleius scribit eum adeptum imperium seu consulatum pridie quam viginti annos impleret: cum quo pene consentit Plutarchus.

(Ibid.) *Sallustius scribit, hoc gesta sunt tempore.* Prostabant antea *Sallustius scribit et Livius, hoc gesta*, etc., etiam apud Mar., in quibus cum illa, *et Livius*, mihi semper fuissent suspecta ex inepta connexione duorum cum verbo singularis numeri, confirmarunt plane Vi., Pi., Fa., O., Fux., Lo., Peta., Fre., licet reperiatur in aliis mss. et apud Marianum, sed in hoc cum verbo *scribunt* vice *scribit*; unde perspicis esse antiquum glossema: non quod negem Livium de iisdem scripsisse, nam ejus rei fidem facit hujus Epitome l. ii, decad. 11, sed quia præter præcedentem rationem, auctor statim facit mentionem Livii. At vero puto ignarum librarium ex voce *scribit* conjecisse legendum *Livius*, licet ipse de iisdem scribat.

(Ibid.) *Cicero in exsilio*, etc. Antiqua sedes his reservata ex adverso an. 4 olymp. 179, et an. 20 Dionisii, exemplo omnium codicum et Mar., præter Pi., ubi ad an. 1. olymp. 180 assignatur. Vi. etiam et O. propulerunt ad an. 2 olymp. 180, licet Plutarchus in Cicerone, Cassiodorus in Chronico, ipse Cicero pro domo, pro Sextio, in Pisonem, in Clodium, in Vatinium, de Aruspicum responsis, referant hæc ad *consulatum Gabinii et Pisonis*, qui fuit quintus post eum quem gessit ipse Cicero, quemque Onuphriani Fasti reponunt ex adverso an. 3 olymp. 180; aliter enim sentit Auctor in comparandis olympiadibus cum consulibus, quam Onuphrius seu alii recentiores, qui inter se et a veteribus non parum etiam dissident.

(Ibid.) *Pompeius imperator appellatus. Pompeius secundus imperator appellatus* in Au. et Idac., ut respondeat præcedentibus, ubi Lucius Lucullus dicitur *primus*. Ad ultimum aggregantur ista ad an. 20 Ptolemæi, in Lo., Fa., et impressis: ad an. 21, in Fux., Pi., Peta., Mar.; ad an. 24, in Vi. O.

(555. iv.) *Cæsar Lusitaniam subegit.* In Pi. et L. exsulat vox *Cæsar*, ita ut de Pompeio viderentur hæc intelligenda, quasi ipse Lusitaniam subegerit, et in eum sensum habentur in Lo. et apud Marianum: verum Cæsarem Lusitanos subegisse, non autem Pompeium, constat ex Epitome Livii, Dione, Appiano, Plutarcho, et Suetonio; præterea, quod ad situm attinet, retinuimus consensum exemplarium et Mar. ad an. 8 Hyrcani, seu 1 olympiad. 180, licet in Pi. esset ad an. 4. olympiad. 179; in Vi., O., ad an. 2 olympiad. 180, quia antiquo situi suffragatur Obsequens, dum ait *Lusitanos, Gallæcos devictos a Cæsare coss. Metello et Afranio;* quos Fasti Onuphrii collocant ad an. 1 olymp. 180. Plutarchus in Cæsare et Appianus, lib. ii Bell. civil., idem sentiunt cum Obsequente.

(Ibid.) *Messala Corvinus.* Cum tribus in locis hujus operis nomen hoc occurrat, observandum semper legi cum unico *l* communi codicum consensu, si excluseris Fa., qui semel geminat; quod et præstant Quintilianus, Seneca, Fasti, Appianus, Suetonius, Tacitus, Cicero, Plinius, Dio, et Mar., qui scribunt cum simplici *l*. Porro natum hunc volunt aliqui codices an 22 Ptolemæi, ut Lo., Fa., Peta., Fux., Mar. et impressi; alii 23, ut Pi.; alii an. 26, ut Vi., O., quia si hic Messala vixit an. 72, ut dicetur, olymp. 197, nullomodo recedendum est ab editis. Nam in cæteris ille num. 72 minus constaret, ut dicetur postea.

(Ibid.) *Livius Patavinus*, etc. Idem quod de Corvino, de hoc statuendum; variant enim modo eodem codices, ut qui anno 22 aggregarint Corvinum et Titum Livium, et sic de cæteris; quin et Mar., quo res esset testatior, subjunxit, *juxta Eusebium Cæsariensem.*

(Ibid.) *Virgilius Cremonæ studiis eruditur.* Applicantur hæc 23 Ptolemæi in Lo. Fa., Peta., Fux., Mar. et impressis; in Pi., 24; in O., Vi., 28.

(Ibid.) *Catullus 30 ætatis suæ anno moritur.* Concurrisse indicant hujus mortem cum 24 an. Ptolemæi Lo., Fa., Peta., Fux. et impressi; at cum an. 25, Vi., O., Pi.; cum 23, Mar.

(Ibid.) *M. Callidius orator clarus*, etc. In Pi., Lo., *Callidius*, ut etiam apud Velleium et Ciceronem; *Clodius* Mar.; eligito ad quem annum velis ista revocanda. Ex libris enim difficile judicium, cum Lo., Fa., Peta., Fux., Mar. et impressi ad 24 an. Ptolemæi; Pi. ad 25; Vi., O, ad an. 28.

(Ibid.) *Cæsar Rhenum transiens, Germanos vastat.* Si ista ascribenda censeas an. 25 Ptolemæi, seu 1 olymp. 181, favebunt Lo., Fa., Peta., Fux., Mar. et excusi. At adversabuntur Vi., O., Pi., qui ad an. 27. Vulgati propius accedunt ad ipsum Cæsarem, lib. 1, Suetonium et Plutarchum in Cæsare, Dionem lib. xxxviii, et Florum lib. iii, cap. 10, qui ista referunt ad consulatum *Pisonis et Gabinii*, quem Fasti Onuphrii ad an. 3 olympiad. 180 constituunt.

(Ibid.) *Crassus consul*, etc., *captus.* Varie texuntur in his Fasti. Nam Fux., Peta., Mar., annumerant an. 1 olymp. 181; Pi., an. 4; Lo., Fa., et impressi, an. 2, quos sequitur, quia constat ex Fastis Crassum eo anno factum consulem. Adde quod Orosius, lib. vii cap. 13, hoc refert ad an. Urb. 697, qui incidit juxta auctorem in an. 1 olymp. 171, et juxta alios in an. 2. Eutropius lib. vi tradit *Crassum collegam Pompeii in consulatu* xi, *circa Carras interfectum anno Urbis* 699, qui incurrit in annum Abrahæ

1963, seu 3 olympiad. 181. Dio et alii referunt ejus cædem in alios consules tribus aut quatuor annis posteriores. De hac re vide Plutarchum in Vita Crassi, et Florum libro III cap. 11.

(Ibid.) *Ventidius primus Rom. Parthos superat.* Sedes his assignatur in Lo., Fa., Pi., et editionibus, ad an. 27 Ptolemæi, seu, quoad Lo. et Fa., ad an. 3 olymp. 141; in O., Vi., ad. an. 29; in Fux., Peta., Mar., ad an. 26; quo fit ut ingenue agnoscam excidisse auctori quis locus his jure deberetur. Nulla enim harum sedium probanda videtur; immo, si fides adhibenda Dioni, qui lib. XLIII, refert Ventidium vicisse Parthos, *coss. Marcio et Sabino*, seponenda erant hæc longe serius in an. 3 vel 4 olymp. 185. Tamen quia idem Dio, Valerius lib. VI cap. 9, Eutropius, et alii, scribunt Ventidium victoriam de Parthis retulisse, eo ipso die quo misera Crassi clades obtigerat, probabile est eos errandi occasionem auctori dedisse, ut crediderit eodem etiam anno contigisse, ac proinde circa eumdem annum reposuerit, siculi fert codex Pi., quamvis Eutropius, adjuncta voce *olim*, dubitationem omnem removisset, eo *ipso die*, inquit, *quo olim Orodes Persarum rex Crassum occiderat.* Gloria autem Ventidii eo fuit celebrior, quod cum antea a Cneo Pompeio Strabone inter alios captivos cum matre in triumpho captivus ductus fuisset, idem primus Parthos vicerit, et de eis triumpharit: unde Gellius, lib. XV cap. 4, *nihil*, inquit, *de quoquam tantæ admirationi fuit, quantæ quæ de Ventidio Basso scripta sunt.* Idem fere habent Plinius lib. VII cap. 43, Dio, Appianus, Plutarchus, et alii.

(Ibid.) *Curio promptus habetur insignis*, etc. Conferuntur ista diverse, et in diversos annos. Nam Fux., Peta., in an. 26; Pi., Mar., in an. 27; Lo., Fa. et impressi, in an. 28; O., Vi., in an. 30.

(Ibid.) *Virgilius sumpta toga*, etc., *Romam pergit*. Profectio hæc variis annis tribuitur: in Fux. et Peta., an. 27 Ptolemæi; in Lo., Fa., Mar. et impressis, an. 28; in O., Vi., 30; in Pi., an. 2 Cleopatræ. Situs antiquus stabilitur auctoritate Dionis, Orosii, et aliorum, dum ultimum bellum Cæsaris contra Gallos et Germanos, tribuunt anno Urbis 702, qui concurrit apud auctorem cum an. 30 Ptolemæi, unde sequenti an. tota Gallia fuit redacta in provinciam Romanorum.

(Ibid.) *Simulacrum Olympici Jovis fulm. tactum.* Comparantur hæc diverse, in Pi. quidem cum anno 27 Ptolemæi, seu 1 olymp. 182; in O., Vi., Peta., Fux., an. 28; in Lo., Mar., Fa., an. 29, quod et præstant editiones.

(Ibid.) *Cæsar Germanos et Gallos capit.* Varium his situm designant codices. Nam Pi. ad an. 27 Ptolemæi, seu 3 olymp. 181; Peta., Fux., ad. an. 29; Lo., Fa., Mar. et impresssi, ad an. 30; O., Vi., ad an. 1 Cleopatræ: rectius vulgati, cum certum sit ex Appiano, Plutarcho, Dione, et ex libris Cæsaris et Hirtii, bello Gallico finem impositum triennio ante primum consulatum ipsius Cæsaris.

(Ibid.) *Principium belli civilis Cæsaris et Pompei.* in Pi. his attributa sedes ad an. 2 olymp. 182; in Fa., Lo., Fux., Peta., Vi., O. et editis ad an. 3, et hi propius accedunt ad Cassiodorum, Suetonium, Dionem, Florum, Velleium, et alios, qui initium belli civilis (quod per annos 20 confectum est) referunt ad. an. Urbis 704, sic enim legendum apud Velleium pro 703, et ad consulatum *Lentuli et Marcelli*, quem Fasti collocant ad an. 4 olymp. 182, quique præcessit consulatum primum Julii Cæsaris. Tamen quia facta sunt fundamenta illius belli anno superiore, *coss. Æmilio et Marcello*, dum Curio tribunus plebis acerrimus propugnator Cæsaris contra Pompeium *subjicit facem huic bello*, ut loquitur Velleius lib. II, et dum, teste Plutarcho in Pompeio, illis consulibus, unus militum Cæsarianorum, cum audisset non dari Cæsari prorogationem exercitus, manu percusso capulo ensis, exclamat publice, *hic dabit gladius*, illud fuit causa et initium illius belli, et discessus Pompeii ex Urbe: propterea auctor posuit ab eodem anno 703, seu olymp. 182, initium sumere illius belli.

(537, I.) *Olympias* 183. Hæc olympias, seu ejus annus 1 prænotatur ad an. 1 Cæsaris, et 20 Hyrcani, et 3 Cleopatræ. Verum quod comparatio hæc sit certissima, constat tum ex serie præcedentium annorum in columna Alexandrinorum, seu Judæorum, tum ex lege quam præfixit Auctor pag. 55, ut annus 1 Cæsaris convenire debeat cum illo an. 1 olymp. 183. Contra autem accidit in illis quatuor. O., Vi., Pi., Lo., in quibus 1 an. Cæsaris concurrit quidem optime, ut est necesse, cum an. 3 Cleopatræ, verum mendose cum an. 19 Hyrcani et an. 4 olymp. 182, propter errorem jam supra notatum suo loco, ob prætermissum an. 10 Alexandri.

(537, IV.) *Diodorus Siculus*, etc., *clarus habetur.* Clarum enim variis annis indicant fuisse libri: siquidem quo anno claruisse voluerit Eusebius, non ita certo constat ex illis. Nam alii 28 an. Ptolemæi opponunt, ut Vi., O.; alii an. 30, sic Pi.; alii demum 2 an. Cleopatræ, ut Lo., Fa., Fux., Peta. et excusi. Sed leve est dissidium, cum agatur non tam de anno quam de tempore.

(Ibid.) *Finis reipublicæ, principiumque Romani imperii*, etc. Desiderantur ista in A., L., V., Lo., Pi., Fa., Peta., Fux., O., Vi. Observa hucusque pertingere primum tomum Sozomeni Pistoriensis, ex quo multa correximus sub nota *s*.

(Ibid.) *Romanorum primus Caius Julius Cæsar*, etc. Horum verborum loco in L., Pi., Vi., O., addita sunt hæc: *Ex hoc loco continua Romanis nascuntur imperia in diem vitæ principalis*, etc., *et regnat apud Romanos primo omnium Julius Cæsar*, etc.; sed videntur aliena.

(Ibid.) *Caius Julius Cæsar*. Varia se habent nomina hæc nonnumquam in chirographis. Nam in O., Vi., exstat *Julius Cæsar*, præciso *C*; in Pi. prætermittitur *Julius*. Demum in Fux., Lo., Peta., *Gaius*, more Græcorum, pro *Caius*. Hic differunt nonnihil libri cum Lo., Fa., Pi., Fux., Peta., Mar., et editiones assignent ista an. 2 Cleopatræ; Vi. vero et O., an. 3: sed non dubium quin ad hunc sint referenda, quo Cæsar fuit secundo consul.

(Ibid.) *Annos* 4. Rectius quam, ut olim, 43, an. 5, secuti multitudinem librorum L., Fux., M., A., O., Peta., Vi., Lo., V., Pi., Fa., trium mss. Fab., Mar. et Cassiodorum, et alios.

(Ibid.) *Menses* 7. In A., O., Peta., Vi., Mar. et Cassiodoro, *mens.* 6.

(Ibid.) *Ab hoc loco Antiocheni sua tempora computant.* Hæc nos adjicienda censuimus propter auctoritatem codicum P., A., Fux., Peta., et trium mss. Fab., et Mar., qui omnes in eo coeunt, ut ad an. 1 Cæsaris reponant; præter Mar., qui ad. an. 2 Cleopatræ; ubi et castigabis *computantur*, pro *computant*. Hæc autem juvantur ab iis quæ habet auctor circa an. 2 Probi, ubi ait illum an. 2 esse juxta Antiochenos annum 325. Etenim si anno ab Abraham 1968, qui anteit annum primum Cæsaris, aggreges 315, resultabit annus Abrahæ 2293, qui secundo anno Probi respondet. Idem comprobabis ex anno 551, qui secundum Antiochenos concurrit apud auctorem cum anno 19 Diocletiani: quibus favet Evagrius, dum, lib. IV cap. 1, constituit annum primum Justini imperatoris (qui est a Christo annus 518) ad annum 566 secundum Antiochenos. Hinc ergo videat vir eruditissimus qui fieri possit, ut annus Antiochenus et annus Julianus (quem a 4 anno Julii Cæsaris incipit juxta Censorinum) ab eodem initio progrediantur; videat etiam lector quo modo possit constare quod Cedrenus scribit, rationem numerandi annos secundum Antiochenos initium sumere a Christo nato, seu a 42 (nam sic corrige ex Græco interprete, apud quem 48) Augusti: et quod Nicephor. Constantinopol. ait, *ab hoc Augusto Octavio deinceps Antiocheni numerant*, nec exprimit a quo anno imperii: sed probabile est eum annum primum intelligere.

(Ibid.) *Pompeius prœlio victus*, etc. Victoria hæc uni mors, alteri vita; uni finis, alteri initium : inde enim cum uterque de principatu contenderet, cœpit Cæsar ubi Pompeius desiit, ita ut merito proinde omnes schedæ, sicut editiones, circa an. Julii reponant, seu, si mavis, circa an. 3 Cleopatræ. Nam si Pompeius jugulatus est, ut volunt Velleius, Cassiodorus, Appianus, Plutarchus, et omnes, *Cæsare et Servilio coss.*, qui est annus primus Cæsaris, necesse est ut in ejusdem annum 1, seu 1 olymp. 183, ejus cædes recidat.

(Ibid.) *Cœlius*. Videbatur legendum *Cæcilius*, juxta V., Va., Vat., Lo., et quia ita Dio lib. XLII, et Appian. de Bello civili, sed maluimus retinere vulgarem, quod sit cæterorum exempl., Valerii Maximi, et aliorum auctorum.

(Ibid.) *T. Annius Milo*. Vitiose antea legebatur *C. Annius Milo;* secuti sumus fidem Al., Lo., O., Vi., Fux., Peta., et auctoritatem Ciceronis in orat. pro Milone, Epitomes Livii, Plinii lib. II cap. 56. Caius Annius erat avus ejus maternus, a quo fuerat adoptatus, ut explicat Ascon. Pedianus.

(Ibid.) *Exsul oppressi. Exsules sunt oppressi* P., Vi., O., sed prius retinendum. Nam solus Milo erat : Cælius autem in urbe plebem sollicitabat, ut testantur Appianus, Dio, et alii.

(Ibid.) *Tirians. Tauriano* in L., M., Pi.; *Thyriano* in Vi., O., Fux., Peta.

(Ibid.) *Marcus Cœlius*, etc., *Brixioque. Brutuoque* M.; *Bruttioque* Fux.; *Brutioque* V., Pi., Vi., Va., O., Vat., Al., Lo., Fa., Peta. et tribus mss. Fab.; in Ven., Lut., *Brisioque;* retinuimus lectionem B., H., So. et aliorum. Demum hic paragraphus opponitur anno 1 Julii Cæsaris; licet enim Vi., O., anno secundo adscribant, adversantur tamen reliqui Lo., Fa., Pi., Fux., Peta. et impressi, quos imitamur. Nam constat ex Plinio, lib. II cap. 56, Dione, Appiano, et aliis, Cælium et Milonem interemptos dum bellum molirentur, *coss. Cæsare et Servilio*, id est anno primo Cæsaris.

(Ibid.) *Ptolemæi cadaver*. Au. *Pompeii cadaver*, quod sequendum nonnulli judicabant, quia anno priore Pompeius dicitur interemptus, ac constat hoc factum, dum mare trajicit. Verum nil immutandum, ut colligitur ex aliis mss. et impressis, Fre. ac Mar., et ex Eutropio lib. VI, ubi ipsissima verba leguntur. Item ex Orosio lib. VII cap. 16 : *Rex ipse Ptolemæus*, inquit, *adolescens scapha exceptus, ut fugeret, multis insilientibus mersus necatusque est : corpus ejus ad littus devolutum indicio loricæ aureæ cognitum fuit.* Quo referri potest quod habet Capitolinus, ubi loquitur de Maximino juniore : *Usus est*, inquit, *idem adolescens et aurea lorica exemplo* Ptolemæorum. Constat etiam ex Hirtio lib. de Bell. Alexandr. : *Ptolemæum receptum in navem multitudine eorum, qui ad proximas naves annatabant, demerso navigio, periisse.* Adde quod Plutarchus in Pompeio, corpus Pompeii vult fuisse *impositum rogo a Philippo liberto, et reliquias ejus relatas ad uxorem Corneliam.* Aurel. Victor. lib. de Viris Illustribus vult rogo inustum a Servio Codro. Lucan. lib. VIII de Bello Pharsal., narrat caput Pompeio abscissum, et medicamentis conditum antequam in profluentem abjiceretur :

. . . . Una nota est capitis jactura revulsi.

Et paulo post :

Nec satis infando fuit hoc vidisse tyranno,
Vult sceleri superesse fidem, tunc arte nefanda,
Summota est capiti tabes, ruptoque cerebro
Adsiccata cutis, putrisque affluxit ab alto
Humor, et infuso facies solidata veneno est.

Ad ultimum annumerantur ista in Lo., Fa., Vi., O., Fux., Peta., Mar. et impressis, an. 2 Julii; in Pi., an. 1, quem cæteris præferimus, quia certum est hunc Ptolemæum, qui erat major filiorum Ptolemæi Dionysii, obiisse in illo bello Alexandrino, quod novem mensibus perfecit Julius Cæsar, et eodem anno

A quo cæsus est Pompeius, et quo dictaturam annuam gessit ipse Julius, qui fuit annus Urbis 706 et 1 olymp. 183.

(Ibid.) *Cæsar in Ægypto*, etc. Belle conveniunt codices omnes, ut hæc velint incurrere in secundum annum Julii Cæsaris, nec adversantur Dio, Mar. et Fasti.

(Ibid.) *Romæ Basilica Julia dedicata*. Dedicatam indicant an. 2 Julii O., Vi., Pi., sed maturius anno uno, si credamus reliquis Lo., Fa., Fux., Peta., Mar., qui an. 3.

(Ibid.) *Basilica Julia*. Sic restituimus ex L., A., M., V., Lo., Fa., Peta., Fux., Mar., Ven., pro *Basilica Julio*, ut in B., H., P. et So.; vel *Basilica Julii*, ut in Lut. De ea Plinius lib. V epist. ultima, Quintilianus lib. XII. Vocatur apud Dionem, lib. XLVII et LI, *curia Julia:* idem apud Zonaram. Nam causas agi solitas in Basilica Julia, testantur Plinius secundus lib. V et VI Epist., Quintil. Inst. Orat. lib. XII,
B Martial. epigr. 6; licet enim Valer. Maxim., lib. I cap. 6, et Papinius, vocent eam templum Julii. Norunt docti apud veteres templum dici etiam locum non dicatum sacrificiis. Hinc Varro apud Gellium, lib. XIV cap. 7, vocat curiam Hostiliam, templum. Hujus Basilicæ Juliæ dimensionem describit Vitruvius lib. V, ejusque meminit Suetonius in Caligula : et Notitia imperii Rom. eam numerat inter decem Basilicas Urbis, et Gellius testatur curiam Juliam, cum prius esset locus profanus, fuisse constitutum templum per Augustum.

(Ibid.) *Decretum senatus Atheniensium. Decretum senatus et Atheniensium* Lo., Fa., Peta., Fux., Mar.; sed vulgata rectior : nam Athenienses habuisse senatum nemo nescit. Simile decretum Lacedæmoniorum societatem ineuntium cum Judæis commemorat Josephus lib. XI Antiquitt. cap. 9. Jam vero eadem varietas in situ quæ superius, ita ut Pi. retineat ad 2 an. Julii; at Peta., Lo., Fa., Vi., O., Fux., notant an. 3 Julii evenisse, quibus adhæsere edi-
C tiones.

(539, IV.) *Cleopatræ regio*, etc. Ingressus hic aliquando opponitur an. 3 Julii, ut in Fux., Pi., Peta., Mar.; aliquando an. 4, seu 4 olymp. 183, ut in Lo., Fa. et impressis; aliquando an. 5, ut in Vi., O.; sed Dio vulgatum situm confirmat, ubi refert ad coss. C. Cæsarem IV et Lepidum, qui in Fastis opponuntur an. 4 olymp. 183.

(Ibid.) *Prohibitæ lecticis margaritisque*. Sic emendavimus ex A., Au., L., Fux., Peta., M., Vi., O., V., P., Lo., Pi., et tribus mss. Fab., pro *prohibitum est lecticis*, ut in B., H., So.; vel *prohibita est*, ut in V., Vat., Fa., Ven., Lut.; sed mendum est manifestum ex verbis *haberent* et *essent*. Columen litterarum Lipsius, lib. I Electorum cap. 19, dum locum Suetonii huic fere similem restituit, et explicat testimonio Eusebii, videtur habuisse aliquod ms. Chronicon, in quo nobiscum legeret. Nam iisdem verbis refert, nisi quod loco *minores an.* 45, quibus perio-
D dus absolvitur, scribit *minores an.* 40, vultque hoc interdictum non solum ad feminas, sed etiam ad viros pertinuisse, nec tamen diu perdurasse; cum temporibus Augusti, nil sit tam obvium in omni historia quam lecticæ etiam urbanæ, quas quidem Domitianus ademit probrosis feminis, teste Suetonio. Nostra lectio plana fit ex iis quæ refert Mar. : *prohibuit mulieres lecticis margaritisque uti*, etc.

(Ibid.) *Nigidius Figulus*, etc., *moritur*. Lo. *Nigdius*, fœde nimis, cum membranæ omnes, Mar., Suetonius, Dio lib. XLIII, Xiphilinus, et Augustinus lib. V de Civit. cap. 3, Clemens lib. I Strom. et Zonaras, Cedrenus et alii talem nobiscum exhibeant, ubi et plura de illo, et cur dictus Figulus, referuntur. Præterea absunt a Pi.; in cæteris eum ordinem obtinent, ut in Vi., O. et impressis, ad an. 5 Julii disponantur; in Lo., Fa., Fux., Peta., ad an. 4; apud Mar., ad an. 3.

(Ibid.) *Antonius decernit Quintilem*, etc. Locantur

hæc in Pi. et Mar. ad an. 3 Julii; in Fux. et Peta. ad an. 4; in Lo., Fa., Vi., O. et impressis ad an. 5.

(Ibid.) *Fuisset natus Julius Cæsar.* Deest *Cæsar* in A., Au., L., M., P., Lo., Pi., Fa., O., Vi., Peta., Fux., sed satis subintelligitur.

(Ibid.) *Cassius Judæa capta templum spoliat.* Ista Pi. et Mar. ad an. 4 Julii revocant; at cæteri conveniunt, ut his assignent annum 5; sic Lo., Fa., Fux., Peta., Vi. et impressi.

(Ibid.) *Idibus Martiis.* Haud dubie ita fuit restituendum prælucentibus L., A., Fa., Peta., M., Vi., O., V., Va., Al., Vat., P., Fux., tribus mss. Fab., Lo., Pi., Mar., et Cassiodor. in Chron., Appian. lib. II de Bello civili, Velleio lib. II, et Suetonio, qui scribit ideo senatusconsulto sancitum, ut ille *dies id. Martii* vocaretur *parricidium.* Olim 7 *idus Martias*, ut in B., H., So.; vel 7 *idib. Martiis*, ut in duabus primis editionibus Ven., Lut.: et probabile est incuria librarii appositum esse hunc numerum 7, ex eo quod e regione in serie Alexandrinorum, hunc numerum 7 cerneret, et existimaret huc referendum. Ergo erravit Servius, dum in Virgilium scribit, Cæsarem cæsum pridie id. Martias.

(Ibid.) *Dolobella.* Videbatur scribendum *Dolabella*, quia sic habent A., O., Vi., Mar., et etiam Cicero passim, Velleius, Pastorum libri omnes, Suetonius, Solinus, Livius, Ammianus, Gellius lib. XII cap. 7. Tamen cum altera scriptio sit in aliis mss., et apud Fre., Jornan., et alios, immo sic scribant non solum Strabo, Plutarchus, Appianus, Josephus, Dio, et omnes Græci, sed ipsi quoque Latini, ut Gellius lib. XV c. 28, Julius Obsequens, Cassiodorus, Florus, et Plinius, in editionibus ultimis (nam priores habent *Dolabella*) et alii plures, in re nihil noluimus priscam immutare scripturam.

(Ibid.) *Caii Cæsaris corpus in rostris ob honorem concrematum.*) Quin supremus hic honor Cæsari redditus sit ultimo imperii anno, hoc est, quinto, nullus dubitarit; cum ita ratio exigat, et indicent codices Fux., Fa., Peta., Lo., O., Vi. et impressi; quis enim ultra vitæ terminum imperii fines prorogetl? et tamen Pi. et Mar. circa 4 an. describunt.

(Ibid.) *Servius Sulpitius jureconsultus et Pub. Servilius Isauricus publico funere elati.* Sic recensuimus veterem editorum lectionem, in quibus *Sergius* loco *Servius*, suadentibus Al., O., Vi., Mar., et Cicerone lib. IV Epist. famil. Nam erat ejus intimus et familiaris. Siquidem est error frequens librariorum jam satis a multis doctis castigatus. Cum enim plerumque prænomen *Servius* tribus litteris *Ser*, scriptum librarii offenderent, ut etiamnum videre licet apud Mar., Sergiæ gentis nomen putarunt, legendumque *Sergius*, nomen prænomini substituentes. Similis fere menda reperiebatur olim apud Dionysium Halicar., lib. IX, ubi legebatur *Caius Sergius consul*, pro *Caius Servilius consul*, sicut emendatum est in posterioribus libris, et admonuerant Sigonius et Onuphrius. Quod autem auctor eum cognominet *jureconsultum*, petenda est ratio a Cicerone, dum maxime Philipp. 9 scribit *omnes ex omni ætate, qui hac in civitate intelligentiam juris habuerunt, si unum in locum conferantur, cum Servio Sulpitio comparandi non sunt.* Propterea Quintilianus eum nuncupat *jurisconsultissimum*, et Gellius *juris civilis auctorem.* Exstant ipsius nonnullæ et breves epistolæ lib. IV Epist. familiar., ejusque fit celebris memoria in L. 2 ff. de origine juris. Cæterum agitantur ista eadem varietate, qua superiora, cum nonnulli codices revocent ad an. 4 Cæsaris, ut Pi., et Mar.; alii ad an. 5, ut Fux., Fa., Peta., Lo., Vi., O., et editi, qui roborantur, quod attinet ad Servilium, auctoritate Dionis lib. XLV, qui ejus obitum notat ad consulatum *Antonii et Cæsaris seu Dolobellæ* in Cæsaris locum suffecti; quorum consulatus in Fastis Onuphrii incurrit in an. 1 olymp. 184, et apud auctorem an. 5 Cæsaris opponitur. Cicero tamen Philipp. 9 referre videtur mortem Sulpitii ad sequentem consulatum *Hirtii et Pansæ.* Quare autem *Servilius* dictus sit *Isauricus*, vide quæ accurate collegit Sigonius ex diversis auctoribus in Fastos an. Urb. 679, pag. 774.

(Ibid.) *Romæ tres soles*, etc. Cum eadem varietate hic dissentiunt libri, quam proxime observavimus. Plin., lib. II cap. 31, et Julius Obsequens firmant vulgatum situm, dum scribunt hos tres soles apparuisse, *Dolobella consule.* Idem Fasti Onuphrii, dum referunt ejus consulatum in annum Urbis 710, et in hunc annum 1 olymp. 184. Dio tamen, lib. XLVII, vult accidisse sequenti anno, id est, *Hirtio et Pansa coss.*

(Ibid.) *Inter cætera portenta*, etc. Concordes sunt codices ut ad an. 5 Julii Cæsaris referant; sic Fux., Peta., Vi., O., Lo., Fa. et editi; soli O., Vi. et Mar., a cæteris discedunt, ut circa an. 4 reponant. Sed quo minus discedamus a vulgatis, prohibet Julius Obsequens, dum scribit hoc prodigium bovis loquentis apparuisse, *consule Dolobella*, id est, anno 5 Julii, et, ut diximus, anno 1 olymp. 184, a quo non longe discedit Appianus lib. IV. de Bellis civilib., in initio. Plinius, lib. VIII cap. 45, *est frequens in prodigiis priscorum bovem locutum.*

(Ibid.) *Octavianus. Octavius* L. Sed licet nomen ejus primigenium esset *Octavius*, postea tamen quam adoptatus est a C. Julio Cæsare et hæres relictus, dictus est et *Cæsar* et *Octavianus;* sed apud veteres pauciores sunt qui utantur nomine *Octaviani.* Vir autem doctissimus putat errore librariorum factum, ut primus annus Augusti reponatur circa annum 2 olymp. 84, pro anno primo ejusdem olympiadis 84, quia vult Eusebium ponere ingressum Octaviani eodem anno quo occisus est Cæsar: sed duo adversantur, primum consensus omnium exemplarium; deinde quod Eusebius tantum tribuit Augusto an. 56, et si ejus sententia haberet locum, numerandi essent anni 57.

(Ibid.) *Augustus an.* 56. Augusto ad multos annos prorogatum fuit imperium, sed quos, non ita constanter omnes libri. A. enim *an.* 52; Au. *an.* 57, cui conformes sunt Eusebius lib. I Histor. cap. 9, et Zonaras, qui citat eumdem locum Eusebii ex Historia Eccles., et ante utrumque Josephus lib. XVIII Antiq. cap. 4. Nihilominus tamen notius est, quam ut probatione egeat, hic aliter Eusebium sentire, nec nisi annos 56 velle assignare; neque enim plures contexuit in serie annorum, comprobantibus omnibus codicibus. Quod si in libris historia excedat, numerentque an. 57, hoc forsan accidit vel quod nimium fidit Josepho quem ibi citat, vel propter menses quos supra 56 annos regnasse dicitur a nonnullis, et quos tamen noluit hic pro anno computare; quippe mihi valde sunt suspecti, ut dicemus mox. Si enim Augustus post vel ante (nam scriptores dissentiunt) reconciliatam gratiam cum Antonio et Lepido *se et Pedium consules suffecit* (ut loquitur Tacitus de Orat.) *in locum Hirtii et Pansæ* anno 2 olymp. 184, idque 16 aut 9 kalend. Octobris, quo etiam natus est (ut vult Velleius), vel potius 14 kalend. Septemb., quo etiam obiit (ut vult Dio et Xiphilinus), ab hoc anno et die usque ad imperium Tiberii seu an. 2 olymp. 198, non numerabis ultra annos 56. Legis etiam apud Dionem, lib. LIV, quod cum Augustus ædificasset templum Quirini paulo ante suum obitum, illudque 76 columnis decorasset, ac totidem annos vixisset, hinc nonnullos dixisse *ipsum non casu, sed consulto hoc columnarum numero usum fuisse;* et apud Xiphilinum eum vixisse an. 75, mens. 10, dies 26. Castigandus Tacitus aut quisquis alius est auctor Dialog. de Clar. Orat., dum tribuit Augusto 58 annos; nisi dicas esse errorem librarii.

(Ibid.) *Augustus an.* 56, *mens. sex.* Numerus exemplarium Au., Peta., Fux., L., A., V., Va., P., Lo., Pi., et trium mss. Fab., Mar., Fre., Idac. (in quib. pro 56 habetur 62), me compulit addere *menses sex*, et quia est etiam apud Josephum lib. XVIII Antiq. cap. 4, qui dat illi *annos* 57, *menses* 6, *dies aliquam*-

*tulum super duos*; Epiphan. in Anchor., Cassiodor. in Chron., Isidorum in Chron., et Bedam de Ratione tempor., Nicephor., Constant. in Chron., qui quatuor Eusebium æmulantur, ut ipse Josephum. Re autem melius perspecta, existimamus illam additionem sex mensium jure optimo posse rejici, tum quia non videmus quomodo sit ex mente auctoris, qui Augusto tribuit tantum annos vitæ 76, et constituit initium imperii anno 2 olymp. 184; tum quia obstant testimonia veterum (licet non constent inter se) qui de die ejus ortus, imperii et obitus, scripserunt, atque etiam demonstrationes, quas accuratissime deducit eruditissimus Scaliger lib. v Emendat. pag. 415, seqq., et 455, quem consulendum tibi suadeo. Hoc unicum addam, eos qui addunt sex menses, videri hoc facere quia fortasse incipiunt numerare e cæde Cæsaris, quæ anteit sex mensibus consulatum primum Augusti, ut dicetur postea.

(541, IV.) *Antonius adversum Cæsarem Aug. bellum movet.* Cum tam belle consentiant codices Fux., Fa., Peta., Lo., Pi., Vi., O., Mar., et impressi (quid alii non memini), ut an. 1 Augusti velint evenisse, nec nos dissentimus, quia idem confirmant Velleius, Appianus, Suetonius, Florus, Plutarchus, et omnes veteres, dum de hoc bello dicto *Mutinensi* loquuntur decreto a senatu contra Antonium.

(Ibid.) *Laberius. Liberius* A., H., So., Pet., Ba.; *Taberius* M. Sed quis primam nobiscum non sentiat præferendam cæteris, si aliorum chirographorum, et Mar., et Vincen., et vetustissimorum auctorum rationem habeat, Ciceronis, Macrobii, Livii, Senecæ, Gellii et aliorum, qui *Laberii Mimi* seu *Mimographi* meminerunt, sic cognominati, quod mimos scripserit, ut colligere licet ex Gellio lib. x c. 17. At hæc libri seu manu seu typis emissi, et Mar., ad an. 1 Augusti collocant, quem situm nec nos improbabimus.

(Ibid.) *Publius Mimographus.* Habes ista ad an. 1 Augusti, consentientibus omnibus libris et Mar. Expressio hæc poterit alicui forte vana et inutilis videri, cum loca illa notasse sufficiat quæ varietatem patiuntur. Aliquando tamen observandum duximus, ne qua supersit dubitatio illi qui hærere in his posset.

(Ibid.) *Cicero in Phormiano occiditur*, etc. In Fa., septem Vaticanis et prioribus editionibus opponebantur ista an. 2 Augusti, nos reponenda censuimus circa an. 1, secuti Pi., Fux., Peta., Vi., O., Lo., et trium mss. Fab. Mar.; et necessario ita habendum esse infertur ex iis quæ superius de ejus nativitate observavimus; et quæ narrant Cassiodorus, Velleius lib. II, Tacitus lib. II de Orat., et alii. Quæ autem hic dicuntur de anno vitæ Ciceronis 64, firmantur auctoritate Plutarchi, licet Cassiodorus et Gellius, lib. XV cap. 28, illi tantum tribuant annos 63.

(Ibid.) *Ab Herennio et Popilio. Ab Herennio et Pompilio* Mar. Præterea copula *et* abest a Fa., sed mendose. Nam constat ex Plutarcho in Cicer., et aliis, Herennium fuisse centurionem, et Popilium tribunum.

(Ibid.) *Ovidius Naso nascitur.* Pi., Vi., O., et tres mss. Fab., an. 1 Augusti assignant; Fux., Peta., Fa., Lo., septem Vatic. et Mar., an. 2; et impress., an. 3. Primis potius assentiendum, teste ipso Ovidio lib. IV de Tristib.:

> Editus hinc ego sum, nec non, ut tempora noris,
> Cum cecidit fato consul uterque pari.

Nam omnes norunt ex Suetonio, Cicerone, Velleio, et aliis, *Hirtium et Pansam* ambo coss. eo ipso anno sui consulatus (qui est primus Augusti) periisse in illo bello, quod Mutinense nuncupatur, et quod describitur a Suetonio, Floro lib. IV cap. 4, Appiano lib. III de Bell. civil., Plutarcho in Antonio, et ab aliis multis. Huic simile prodit Tibullus, lib. III, de suo ortu:

> Natalem primo nostri videre parentes,
> Cum cecidit fato consul uterque pari.

Ovidius eodem lib. IV de Tristibus significat se natum die 21 Martii, et secundo die Quinquatrio sive festorum Minervæ:

> Lucifer amborum natalibus adfuit idem,
> Una celebrata est per duo liba dies.
> Hæc est armiferæ de festis quinque Minervæ,
> Quæ fieri pugna prima cruenta solet.

(Ibid.) *Caius Falcidius tribun. pleb. legem tulit*, etc. Annumerantur ista diverse. Nam in Pi., O., Vi., et uno ex mss. Fab., ad an. 1 Augusti; Fux., Peta., 3 Vatic. et duo ex mss. Fab., ad an. 2; Fa., Lo., 4 Vaticani, et cusi, ad an. 3, qui propius accedunt ad Dionem lib. XLVIII. Is enim refert legem hanc a Falcidio latam, *coss. Domitio et Pollione*, quos Fasti Onuphrii collocant ad annum 1 olymp. 185, et ita differunt uno tantum anno. Xiphilinus eodem recidit, licet scribat factum sub *Cornelio Balbo*; nam is Domitio, qui abdicarat, suffectus est. Porro ab his *Publius Falcidius* appellatur, qui auctori *C. Falcidius* est, a Mar. vero *C. Salonius*.

(Ibid.) *Si quatuor aut minus essent: si autem plus quatuor*, etc., usque *partiretur*. Ista non exstant in A., Au., L., M., V., P., Al., Pi., Vi., O., Peta., Fux., tribus mss. Fab., Lo., Idac., Mar. et Vincen.; nec etiam in mss. Antonii Contii, ut fidem facit is libro I Lection. subsecivar. cap. 5, et merito, ut constat ex leg. I ad legem, Falcid. quæ continet tantum præcedentia, *ne quis plus testamento*, etc., cui optime consentit Dio lib. XLVIII: *Lex Falcidia*, inquit, *permittit ut hæres, si hæreditatem adire gravetur, quadrante accepto reliquum dimittat.* Adde quod Isidor. lib. v Orig., cum ubique pleraque ex nostro Chronico transcribat, prætermittit hæc omnia, aliis retentis, ut etiam reperies in cap. *Quædam*, dist. 2, sumpto ex Isidoro. Conjicio causam erroris promanasse ex Legulei cujusdam inscitia, qui tribuit Falcidio quod tribuendum erat Justiniano. Nam ipse est, qui in gratiam liberorum auxit non solum quartam naturæ, seu legitimam eis debitam, et etiam quartam Trebellianicam, immo omnem quartam, quæ filiis a qualibet lege datur, patre mortuo testato; sed specialiter, ac nominatim quartam Falcidiam, id est, quam Falcidius post legata superesse volebat hæredibus, sive liberis, sive extraneis, eamque convertit, seu produxit in trientem et semissem, secundum positam ab eo distinctionem in novella constitutione 18, idque habita ratione non solum bonorum quæ parens habuit tempore mortis, sed etiam eorum quæ habuit tempore donationis, ut docet novella constitutio 92. Unde non mirum si omnes quartæ nomine Falcidiæ appellatæ fuerint l. *Quisquis*, c. *Ad l. Jul. maj.*; l. *Defunctis, de legit. Hæred.*, in cod. Theod.

(Ibid.) *Ut sive liberis, sive propinquis pater sua legaret.* Hæc ita emendavimus ex sex Vaticanis, Fa., Ven., Lut., pro *ut suis liberis, sive propinquis, idem exteris pater sua legare*, ut in aliis.

(Ibid.) *Partiretur.* Sic ex totidem Vaticanis et Fa., pro *partirentur*, ut olim.

(Ibid.) *Curtius Salassus.* Rectius quam, ut olim, *Curtius Thalassus*, suadentibus L., Lo., Fa., Peta., Vi., O., Pi., Fux., septem Vaticanis, quibus proxime accedit Mar., ubi *Salussus*. Videtur autem ita dictus a Salassia regione Galliæ Italiam versus. Hunc alii comparant cum anno secundo Augusti, ut Vi., O., Peta., Pi.; alii cum anno tertio, ut Fa., Lo., Fux. et impressi.

(Ibid.) *In insula Arada.* Antea legebatur *Arda*; sed nostra scriptura debetur quatuor Vaticanis, Lo., Fa., quibus proxime accedunt L., A., M., P., Pi., Peta., Vi., O., Fux., Mar., in quibus *Arado*. Nobis favent Dio lib. XLVIII, Stephanus de Urbibus, Ἄραδος νῆσος φοινίκης. Idem Plin. lib. II, cap. 103, et Strabo lib. XVI, *in qua insula est oppidum parvum ejusdem nominis*, ait Mela lib. II cap. 7, seu est insula vicina continenti, in qua situm est oppidum. Cæterum igne absumptum Curtium narrant Peta., Pi., Vi., O., an. 2 Augusti; Fux., Fa., Lo., septem Vaticani, qui comites excusos habent, an. 3.

(Ibid.) *Vibium*. *Virium* M., P., Lo., Fa., Lod.; *Vivum* L., Pi.; *Urbium* So. Verum hæc duo posteriora sunt mendosa, et primum receptius est. Sic enim Vi., O., septem Vaticani, Mar. et alia exemplaria. Hæc autem varie reponunt codices: alii quidem ad secundum Augusti, ut Pi., Vi., O.; alii ad an. 3, ut Fux., Fa., Peta., Lo., septem Vaticani, tres mss. Fab. et impressi.

(Ibid.) *E taberna meritoria*, etc. Bifariam sentiunt codices de anno quo id contigerit. Nam O., Pi, Vi., annum secundum Augusti observant; Fux., Fa., Peta., Lo., septem Vaticani, Mar., tres mss. Fab. et impressi, an. 3. Orosius lib. vi cap. 20, hoc recenset longe posterius, scilicet anno quo Cæsari Augusto perpetua tribunitia potestas decreta est, quod Dio et Velleius volunt accidisse anno Urbis 730 aut. 731. Pejus Martinus Polonus hanc olei effusionem confert ad annum primum Christi.

(Ibid.) *Gratiam ex gentibus*. Post hæc verba in L. interjiciuntur ista in ipso contextu: *Cicero, ut quibusdam videtur, interficitur Caietis;* sed in A. et P., in margine, et idem in Peta., nisi quod *Caletis*, pro *Caietis;* sed præter præcedentia, nova formula loquendi satis reddit hæc suspecta.

(Ibid.) *Antonium superat Aug. et interv. senatu in amic. cum eo regreditur*. Hic coeunt omnes libri et Mar., ut ad an. 3 Augusti, seu 4 olymp. 184, hanc pacem velint initam, quibus proxime accedit Dio lib. XLVIII, dum illam suggerit, *coss. Domitio et Pollione*, quos Fasti Onuphrii collocant ad an. 1 olymp. 185, licet cum auctore conveniant in anno 3 Augusti, assentientibus Epitome Livii, Plutarcho, Velleio, et aliis.

(Ibid.) *Cornificius poeta*, etc. Hic iterum conciliandi codices; Pi. enim, ut in superioribus visus est a reliquis dissentire, sic in horum situ constituendo; opponit enim anno quarto Augusti, cum tamen cæteri an. 3, ut Fux., Peta., Vi., Fa., Lo., O., Mar., tres mss. Fab., et impressi. Tamen Pi. propius videtur attingere mentem Dionis, qui, lib. XLVII, refert Cornificii necem ad consulatum *Domitii et Pollionis*, quem Fasti Onuphrii connumerant anno 1 olymp. 185, qui concurrit cum illo 4 Augusti.

(Ibid.) *Desertus*. Sic restitui ex L., P., Fux., Pi., Peta., Lo., Vi., O., A., M., Mar., et quatuor Vatican., quam, ut olim, *destitutus*: juvat quod apud Vincen. tom. I exstet *disertus*, pro *desertus;* cui enim ignotus nævus?

(543, IV.) *Templum Rhodiorum*. So. legit *Templum Hierosolymorum;* Fux., Peta., Mar., *templa Rhodiorum*. Verum cum alia exemplaria habeant nostram lectionem, et Orosius, lib. VI cap. XVIII, dicat *Cassium Rhodios terra marique oppugnasse, et ad deditionem coactis nihil præter vitam reliquisse*, nihil innovavimus. Firmatur nostra lectio etiam ex eo quod in Pi., Lo., Vi., et O., *templa* (in plurali) *Rhodiorum* legamus; erat enim unicum Hierosolymis. Hic item abiere in duas partes codices. Nam Fux., Fa., Peta., O., Lo., Vi., septem Vaticani, tres mss. Fab. et excusi, ad an. 3 Augusti constituunt; Pi., ad ann. 3. Dio libro XLVII connumerat consulatui Lepidi et Planci, quem Fasti Onuphrii opponunt anno 3 olymp. 184, qui juxta auctorem incurrit in an. 2 Augusti.

(Ibid.) *Secunda secessio Augusti et Antonii*. Eadem est horum ratio quæ superiorum, ut Pi. quidem anno 5 Augusti opponat: at vero Fux., Fa., Peta., Lo., Vi., O., tres mss. Fab., septem Vatican., Mar., anno 3, quibus annumerandi vulgares. Nec injuria; crediderim enim per *secessionem* hanc intelligi bellum illud Perusinum gestum inter Augustum et Antonium, quod in Fastis, ex Appiano, Plutarcho, abbreviatore Livii, et aliis, huic anno 3 connotatur.

(Ibid.) *Cornelius Nepos script. histor. clarus*. Plusculum in his differunt codices, quam superius: alii enim aggregant an. 3 Augusti, ut Fux., Peta., Mar.; alii an. 4, ut Fa., Lo., Vi., O. et impressi; alii an. 6, ut Pi. Sed quodcumque horum elegeris, non peccabis.

A (Ibid.) *Fornii pater*. *Fonnipater* V.; *Fornipater* Va., P., M.; *Phormii pater* Mar.; *Formii pater* tres Vatic., O., Vi., Pi.; *Furnii pater* Peta. Hæc postrema scriptura videtur purior, cum ea sola apud veteres reperiatur. Nam exstant epistolæ Ciceronis libro X ad Furnium, qui erat legatus Planci. Obsequens, Censorinus, Cassiodorus, Dio lib. LIV, et omnes libri Fastorum mentionem faciunt consulatus *C. Silani et C. Furnii C. F.* circa an. Urbis 737, seu 1 olymp. 191. Idem Dio meminit lib. LII, ad an. Urbis 725, C. Furnii, *quem consulem designatum* scribit *factum senatorem, qui in numerum consularium est relatus, quod consul designatus eum magistratum ab aliis præventus non gessisset*. Forsan auctor Furnium filium vocat *consularem* eadem ratione, qua Dio. Licet autem Florus in fine libri ultimi, et Orosius, lib. VI cap. 21, meminerint Firmii Agrippæ, qui erat legatus Augusti in bello Cantabrico circa olympiad. 188, tamen sunt viri docti, qui existimant pro *Firmium* legendum *Furnium*, quod de Firmio nil firmi B inveniatur apud veteres. Porro ista exhibent Peta. et Mar. circa an. 6 Augusti. At Fux., Fa., Lo., Pi., O., Vi., circa an. 7, quod et præstant impressi.

(Ibid.) *Quorum*, etc., usque *moritur*. Desunt in L., Pi.

(Ibid.) *Salustius diem obiit*, etc. Plures conveniunt codices ut ad annum 8 Augusti ista referant, Fux., Peta., Fa., Lo., Pi., Mar., excusi: soli enim Vi., O. et Mar., ad an. 9. Verum quia Actiacum bellum gestum est anno 13 Augusti, seu 2 olymp. 187, a quo usque ad octavum ejusdem quatuor anni intercedunt; neque ita certum est an de quarto anno vertente, an absoluto sit sermo, præstat nil movere.

(Ibid.) *Bavius poeta, quem Virgilius*, etc. Hæc lectio retinenda, quia sic multa exempl., et Virgilius ecloga 3:

Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi;

C licet *Vavius* in L., A., M., P., Peta., Pi., Vincen.; *Favius* in Lo.; *Varus* in Sa., Vi., O., M.; *Varius* in Mar.; *Vanius* in Fux. Describuntur autem hæc circa annum 9 Augusti in Fux., Peta., Fa., Lo., et impressis; in Pi., circa an. 8; in Vi., O., circa an. 10.

(Ibid.) *Antigonus contra Judæos*, etc. Annumerarunt omnia hæc Fux., Peta., Mar., Lo., an. 4 Augusti; Fa. simul cum vulgatis anno 5; sed longissime ab his distant L., Vi., Pi., O., qui anno 10; ad quorum imitationem invitat verborum sententia, cum post illum annum 10 regnum invaserit hic Herodes. Immo etiam videbantur collocanda ad an. 11 Augusti, quia Josephus, lib. I de Bell. Judaic. cap. ultimo, scribit Herodem regnasse 37 annos postquam fuit rex a Romanis declaratus (qua in re illi adstipulatur Eusebius), et an. 34 ex quo interfecit Antigonum et captæ sunt Hierosolymæ. Sed omnes norunt quantum Eusebius dissideat a Josepho in D annis Herodis. Nam annus, verbi gratia, Actiaci belli, qui est Eusebio annus 4 Herodis, est annus 7 Herodis Josepho lib. XV Antiq. cap. 6.

(Ibid.) *Hierosolymitarum*. In A., L., Peta., Lo., *Hierosolymarum;* in A., Vi., O., *Hierosolymorum*. Sed de hoc alias.

(Ibid.) *Herodes Antipatri*, etc. Observabo tantum unanimem hic esse codicum tam pergamenorum, quam impressorum, nec non Mar. consensum, cum omnes revocent ad an. 10 Augusti.

(Ibid.) *Antipatri*. Fux., Fa., *Antipatris*, sed mendose; dicimus enim *Antipatrum* et non *Antipatrem*.

(Ibid.) *Ascalonitæ*. *Ascalonitis* Vi., O., L., Pi.; *Ascalonitæ* So., Lo. Communis lectio est Mar. et Sulpitii lib. II, Eusebii lib. VIII de Demonstrat. cap. 1, lib. I Histor. cap. 6. Nam priori loco ubi agit de genere Herodis: ὁ Ἡρώδης Ἀντιπάτρου παῖς, ὁ δὲ Ἀντίπατρος Ἀσκαλωνίτης; communiter enim nomina Græca primæ declinationis ad primam Latinorum

solent aggregari, exceptis paucis, quæ ad primam et tertiam quoque pertinent.

(Ibid.) *Cypridis.* Sic pro *Cyprides*, ut in impress., ex A., Vi., V., P., L., Fa., O., Peta., Mar., Lo., Pi., Beda, Fre., Vincen. et Orosio.

(545, IV.) *Ipse erit exspectatio. Est id. exsp.* in L., V., Vi., O.

(Ibid.) *Accipit finem.* Sensus videbatur planior, si diceremus *accepit*, ut habent V., L., Lo., Vi., O., Pi., Fa.

(Ibid.) *Ceperunt a* 65 *olympiade.* Sic restituo pro *ceperunt* 65 *olympiade* ex A., L., V., Pi., Vi., Fa., O., P., Lo., Peta., Fux., et ut sensus cohæreat cum sequentibus. Hinc castigato Mar., ubi, *a* 45 *olymp.*

(Ibid.) *Et* 186 *olympiadem.* Ita corrigo ex L., A., S., Vati., pro et 186 *olympiade*, ut in editis, licet pro 186 legas 185 in Peta., Fux., M., Au., P., Mar.; nam hic ipse locus nostram lectionem confirmat, cum agatur de olympiade 186.

(Ibid.) *An.* 483 *in medio transactis.* Pro 483 habetur 482 in M., et 484 in L., Pi., Fux., Vi., O., Mar., et 486 in Au., quæ lectio videbatur præ cæteris seligenda, quia ab ineunte anno 1 olymp. 65 usque ad Hyrcani finem, totidem invenies: plus tamen valuit apud nos vulgata lectio, tam ob multitudinem exempl., quam propter sequentia, ubi confert 69 hebdomadas Danielis cum annis 483.

(Ibid.) *Ab initio sermonis respondendi et ædificandi Hierusalem.* Loco *respondendi* Vi., O., et Lo., exhibent *restaurandi*; at Fa., *reponendi*; sed lectio vulgata est ipsius Danielis cap. IX: *καὶ γνώσει καὶ συνήσεις ἀπὸ ἐξόδου λόγου τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι Ἱερουσαλήμ.* Confirmatur ex his quæ Cedrenus in compendio ex Chronico Eusebii Græco, et ipsi Freculphus, lib. I, cap. 3, et Mar., perhibent: sed præcipue ex iisdem, quæ ipse auctor profert lib. VIII de Demonst. cap. 2, et quæ toties eodem modo repetuntur apud Hieronym. in Daniel. IX.

(Ibid.) *Hebdomades.* In. Fa., Fux., *Hebdomade*; in Lo., Peta., Mar., *Hebdomadæ*; in Pi., *Hebdomadæ*, priori loco, et *Hebdomades* posteriori: utrumque enim dicitur.

(Ibid.) *Sacerdotes per unctionem consecrati.* Olim, *sacerdotes, qui unctionem consecrati*; sed aliter suaserunt L., A., M., P., Fux., Lo., Peta., Sa., Fre., Vi., O., 4 Vatic., Mar.

(547, III.) *Judæis regnavit Herodes alienigena, deficiente pontificum principatu an.* 37. Hæc habentur in columna Judæorum in Fux. et Peta., et post an. 10 Augusti, ante illa verba, *Herodes Antipatri*, etc. Leguntur hæc in Fux.: *Hyrcanus contra Parthos dimicans captivus apud illos ductus est; Hyrcano captivo facto, Herodes, Antipatris*, etc.

(547, IV.) *Neque perpetuitate vitæ. Neque puritate vitæ* Al., sed vitiose, ut *neque perpetuitatem vitæ* Mar.

(Ibid.) *Et templum et sanctum.* Sic duximus corrigendum pro *et templum sanctum*, adducti numero xemplar. A., Peta., Fa., Fux., L., Au., M., P., o., Lod., Pi., Vi., O., Fre., Mar.; et simile est in lis duobus mss. quorum meminit Ducæus in Colctan. in Clementem Alexandr.; nemo enim ignout quæ sit differentia inter *templum* et *sanctum*. am primum est generalius; dividitur enim in *vestilum sanctum* et *sanctum sanctorum*, seu sanctuaum, immo etiam in *atria*; nec non et generaliori gnificatione, vox *templum* complectitur omnia dificia quæ sacræ ædi viciniora, uno et eodem urorum ambitu continebantur: apud Septuaginta miel. IX, ex quo hic locus sumitur, *καὶ τὸ χρίσμα κ ἔστιν ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ*: o fit ut vox sola *sanctum* sufficere videatur. Vem non datur a tot codicibus desciscere, quibus cedit Idac., *et templum, et sanctuarium.*

(Ibid.) *Et cædentur in cataclysmo belli.* Inseruis juxta L., Lo., Lod., Pi., O., Vi., Ven., Lut., Mar. et duobus illis mss. quorum meminit eruditus Ducæus in Clem., pro, *et cædentur cataclysmo belli*, sicut in aliis editionibus; vel, *et cædentur in cataclysmo belli*, ut in Peta.; vel, *et cædentur in perditione cataclysmo belli*, ut in Fux.; ut sit sensus, cædentur magnis præliis: comparat enim impetum et vim belli diluvio, seu cataclysmo. Cæterum Vi., O., Lo., Lod., Pi., suadebant legendum, *cataclysmo bellis*, quasi dicat: Cædentur bellis, ut in cataclysmo: nam mos linguæ sanctæ est sæpe subaudire vocem *ut*, quam particulam ipsi Septuaginta exprimunt, *καὶ ἐκκοπήσονται ὡς ἐν κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πολέμου συντετμημένου*: *et succidentur sicut in diluvio, et usque ad finem belli concisi.* Idem Theodoretus orat. 9 in Danielem. Eadem habet Tertullianus lib. contra Judæos, *quemadmodum in cataclysmo.*

(Ibid.) *Lunæ secundum Romanos, cursus inventus.* Desunt in Fa. et 3 Vatic.; et certe quid hoc sit, et an quispiam alius auctor simile quid scripserit, ignoro; doceant eruditi: peritissimus vir maculam notat in Eusebio ex culpa librarii, quod hæc cum an. 3 olymp. 187 comparentur. Nam vult cum an. 2 olymp. 186 opponenda: sed nescio ex quo codice id hauserit; vulgares enim et membranæ omnes, quæ in manus nostras devenere, ita collocant, ut respondeant an. 3 olymp. 186, seu an. 10 Augusti, nisi quod in uno ex Vatic. ad an. 11, et in duobus ad an. 13, apud Mar. ad an. 12.

(Ibid.) *Antonii et Augusti fœdus*, etc. Differentia existit inter codices, cum alii notent circa an. 10 Augusti, ut Fux., Peta., Vi., O.; alii circa an. 11, ut Fa., Lo., Pi. et excusi.

(549, II.) *Ægypti regnum, quod fuit in Alexandria, destructum est.* Exsulant hæc a Peta., Pi., Fux., A., L., M., V., P., Lo., Pi., eorumque vice in Peta., Fux., *Alexandrinorum finivit imperium*; in Fa., *Alexandrinorum regnum destructum est et Romanis paruit.*

(549, IV.) *Colonias deduxere*, etc. Exsulant a Vi., O.; in cæteris ad an. 11 collocantur, ut in Peta., Fa., Lo., Pi. et vulgatis: apud Mar. ad an. 12.

(Ibid.) *Augustus triumphavit*, etc. Dissensio inter codices est unius anni, cum alii an. 11 Augusti, seu 4 olymp. 186, ut Fux., Peta., Fa., Lo. et excusi; alii ad an. 12, ut Vi., Pi., O., Mar. In Fastis Goltzii exhibetur *Ovatio Augusti ex Siciliæ idib. Novemb. et an. Urb.* 717, quam hic locus videtur innuere, dum agitur de *triumpho pedestris certaminis.* Annus enim ille ab Urbe incurrit in an. 9 Augusti, seu an. 2 olymp. 186. Nemo autem nescit ovationem a triumpho distingui, quod qui triumpharet curru veheretur; qui ovaret, pedibus ingrederetur, ut constat ex Gellio lib. V cap. 6, Dionysio lib. V, et Plutarcho in Marcello. Sic Dio lib. XLIX, postquam fecit mentionem Sexti Pompeii expulsi e Sicilia, ait: *Omnium consensu statuas Octavio decretas, et ut ovans Urbem iniret.* Sic apud Suetonium Octavius, *bis ovans ingressus est Urbem: post Philippense, et rursus* post Siculum bellum.

(Ibid.) *Antonius Cleopatræ Arabiam tradidit.* Hoc factum volunt quidem Fux., Peta., Fa., Lo. et tres mss. Fab., anno 11 Augusti, et, ut Pi., anno 12; quibus adjungendi excusi ac Mar.; et ut demum Vi., O., anno 13, seu 1 olymp. 187.

(Ibid.) *Augusti et Antonii tertiæ dissensionis exordium*, etc. Dissensio ista dissensionem inter libros peperit: cum alii an. 11 Augusti adscribendam indicent, ut Fux., Peta., Fa., Lo. et tres mss Fab.; alii an. 12, ut impressi; alii an. 13, ut Pi., Vi., O., seu an. 2 olymp. 187. Situm vulgatorum commendat Dio lib. L, dum scribit has inimicitias inter Octavium et Antonium cœpisse, *coss. Antonio et Volcatio*, et exarsisse subsequenti consulatu *Domitii et Sosii*, qui incurrit in illum annum primum olymp. 187.

(Ibid.) *Nicetes et Hybræas.* Ita castigandum censuimus juxta M., Fa., Peta., Fux., Pi., Al., licet *Hibræas* in 4 Vatic. et Lo., *Hybraeas* in 3 Vatic., P. et tribus mss. Fab.; *Thybreas* in L., A.; *Tybreas* in Vi.; O., pro quo antiqua lectio in impressis *Hibra-*

*cas*, facili lapsu *c* pro *e* : de hoc rhetore, Seneca sæpe, et Strabo lib. XIV. Hujus correctionis nos prius monuerant annotationes in Senecam ex eodem codice Puteani. Cæterum revocatur hic paragraphus ad an. 11 Augusti in Fux., quatuor Vatic., Fa., Peta., Lo.; ad annum vero 13, in vulgaribus ; ad an. 14, in Pi., Vi., O. et 3 Vatic.

(Ibid.) *Plution*. Ita scribendum docuerunt L., A., M., Pi., Vi., O., P., et 7 Vatic., cum quibus convenit Seneca sæpe in controvers.; in Lo.; Fa., Peta. et trib. mss. Fab., legis *Plutio;* olim mendose *Plusio*, ut in Fux. *Pluton*.

(Ibid.) *Cleopatra et Antonius semet interficiunt*. etc. Quo anno regni Augusti illi duo diem clauserint extremum, non convenit inter libros: nam Fux., Peta., Fa., Lo. et tres mss., opponunt an. 11 vulgati anno 14 seu 3 olympiadis 187; Pi., Vi., O., Mar., an. 15, quod est conformius menti auctoris. Nam cum ipsi annus 15 Augusti sit 22 et ultimus Cleopatræ, cur non eidem anno 15 assignetur mors Antonii et Cleopatræ? Nam nemo nescit anno insequente Actiacam pugnam ambos exstinctos uno et eodem anno paucis interjectis diebus, et statim post mortem Cleopatræ Ægyptum subactam.

(Ibid.) *Caius Cornelius Gallus de quo Virgilius*, etc. *C. Cornelius* Lo., nam etiam pro *Caio* apud Eutropium lib. VII legimus *Cneus*, seu *Cn.*; sed repugnant alia exemplaria, et Vincen. hæc referens ad verbum; quinetiam Pæanius apud quem Γαϊος. Porro vice vocis *Gallus* in Au. reponitur *consul*, sed corrupte, ut patet ex aliis exemplar. Vincent., Eutropio lib. VII, Suetonio et Dione; locus autem Virgil. est ecloga ultima :

> Vos hæc facietis maxima Gallo,
> Gallo, cujus amor tantum mihi crescit in horas,
> Quantum, etc.

De eodem loquitur lib. IV Georg., sub nomine pastoris Aristæi, alludens ad Aristæi fabulam sumptam ex Iliad. XVIII.

(Ibid.) *Ptolemæi qui vocabantur*. Abest *Ptolemæi* a Peta., O., Vi., Fux., Fa., Lo., Pi.; sed potest tolerari, cum sensus id exigat.

(Ibid.) *Regnaverunt annis* 295. In Vi., O., 290; in Fux., 292. Sed vulgata scriptura firmatur aliis exemplaribus, Beda et Mar., et ipsa ratione supputationis annorum, numerando ab anno 2 olymp. 114, ita tamen ut juxta illum numerum Alexander obierit an. 1 olymp. 114. Nam adde ad annos Abrahæ 1693 illos 295, conficies 1888, quem vides concurrere cum hoc anno 15 Augusti. Tamen Clemens lib. I Stromat., et Ptolemæus lib. III, cap. 8, Almag., habent tantum annos 294, et hos imitati libentor fuissemus, si favisset alicujus codicis auctoritas. Nam hic numerus videtur rectius convenire cum situ antiquo, quem retinuimus, de morte Alexandri ad an. 4 olymp. 113. Nec audiendus est Nicephorus Constantinopolit. in Chron., dum numerat ad an. 297, mens. 6 : minus etiam Julius Africanus, qui apud Euseb. lib. VIII de Demonst. cap. 2, colligit regnum Macedonum durasse annos 370.

(Ibid.) *Artorius medicus*, etc. Sic restituendum judicavimus juxta multitudinem codicum, Fa., Peta., O., Lo., A., P., V., Va., M., Vi., septem Vaticanos, trium mss. Fab., et primas editiones Ven., Lut., quas imitantur Plutarchus, Florus Paterculus et alii, pro *Antonius*, ut in editionibus Basil. et Sonnia.; vel, ut in L., Pi., *Artoricus;* vel, ut apud Fre., *Ardericus*; vel, ut in Vat., *Antorius*, vel, ut in Mar., *Arcorius*, et in Fux., *Archorius*. Non renuissem vulgatam lectionem, si licuisset per tot exemplaria, in quibus semper penultima syllaba est *ri*; nam video illam esse receptam apud Plinium lib. XXIX cap. 1, et lib. XXX cap. 13, Galenum Suetonium in Augusto, Xiphilinum ex Dione, et ipsum Dion. lib. LIII, Horatium lib. I epist. 15, ac Vallam et Zonaram. Tamen nostram lectionem confirmant etiam Velleius lib. II, Valer. Max. lib. I cap. 8, Lactant. lib. II de Orig. cap. 7, nisi dicas duos fuisse medicos Augusti, unum nomine *Artorium*, alterum nomine *Antonium Musam*, quod minus placet. Horum autem situs non ita est constans. Nam in Lo., Fa., ad an. 11 Augusti; in Peta., Fux., ad an. 12; in Vi., O., Mar., et vulgatis, ad an. 15, et multo rectius. Neque enim antea obtigerat victoria Actiaca, et propius accedit ad Dionem, qui lib. LIII tradit Augustum restitutum sanitati a periculoso morbo ab Antonio Musa, *coss. Augusto* 11 *et Pisone*, quos Fasti Onuphrii comparant cum an. 2 olymp. 189, et Urbis 730.

(Ibid.) *Quidam ab hoc loco primum annum Augusti monarchiæ supputant*. Quoniam illa verba *ab hoc loco* præ se ferunt annum certum, a quo monarchia Augusti deduci debeat, desiderandum fuerat ut constans et certus esset a libris notatus situs : contrarium tamen accidit. Nam Fa., Lo., Peta., designant ad an. 12 Augusti; Fux. et unus ex mss. Fab. ad an. 13; Pi., Vi., O., Mar. et impressi, ad an. 15, cum quibus conveniunt Beda de Ratione temp., et in Daniel., Honorius Augustodunensis in Chron., et hic annus 15 dubius esse nequit, si spectetur mens auctoris, de qua certissime constat ex obitu Antonii et Cleopatræ, et defectione regni Ægyptiorum ad illum an. 15. Non parum ad id facit, quod Orosius imitator Eusebii libro VI cap. 19 et 20, scribens Augustum reversum Romam an. Urb. 725, significat eorum obitum contigisse anno Urbis 724, qui concurrit cum illo anno 15 Augusti. Nam ipsius reditus fuit anno insequente, omnium consensu. Auget quod Clemens lib. I Stromat. ait Christum natum anno 28 Augusti, scilicet ab Ægypto capta; ergo ab anno 15 Augusti, quia Christus nascitur anno 42 Augusti numerando a primo ejus consulatu, et præsertim cum ipse ab Alexandro ad Actiacam pugnam numeret annos 294. Nam totidem reperies ab an. 1 olymp. 114, usque ad an. 14 Augusti. Favet etiam Josephus dum lib. XV Antiq. cap. 5, refert Actiacam victoriam ad olymp. 187, et dum lib. XVIII Antiquit. cap. 4, ait Augustum regnasse cum Antonio annos 14. Hinc enim fit necessario monarchiam ejus cœptam anno 15. Librarii, qui hæc ad varios annos retrudunt, videntur existimasse auctorem hic agere de anno Actiacæ victoriæ. Itaque qui ad an. 12 Augusti rejiciunt, imitantur illos qui illam victoriam tribuunt anno Urb. 721 (Tacitus lib. I Histor. et anno 32 vitæ Augusti, ut abbreviator Livii), et etiam Julium Africanum, qui apud Eusebium lib. VIII de Demonstr. cap. 2, numerat a fine regni Macedonum seu Ægypti usque ad an. 16 Tiberii, annos 60. Nam integri reperiuntur ab illo an. 12 Augusti seu 1 olymp. 187, usque ad 16 Tiberii. Qui autem ad an. 13, habent auctores ipsum Tacitum, Dionem, Eutropium, Suetonium, cum dicunt ipsum Augustum regnasse cum Antonio annos 12, et postea solum an. 44; Dionysium quoque Halic. dum lib. I ait finem impositum ab Augusto bellis civilibus (intellige per Actiacam victoriam et fugatum Antonium) ante an. 3 olymp. 187 (seu, ut loquitur, *ante mediam illam olympiadem*) et annis 22 ante annum Urbis 745, scilicet vertentem; ergo anno Urbis 723. Verum, ut hæc aliquo modo concilientur, norunt docti solitos veteres non solum enumerationem annorum Augusti a variis terminis auspicari, sed etiam duas habuisse præcipuas epochas seu initia, prius post mortem Julii Cæsaris : alii enim a cæde ipsius, id est ab idibus Martiis; alii, ut Eusebius et vulgus scriptorum, ab anno insequente, quo Augustus primum consulatum iniit cum *Pedio*, mortuis *Hirtio et Pansa coss*. 14 kalend. Septembris (ut ait Dio lib. LV) anni Urb. 710; alterum post Actiacam victoriam : nam alii ab ipso anno victoriæ, quem alii constituunt anno Urb. 721, ut Tacitus; alii 722, ut Fasti; alii 723, ut Dio lib. L et Dionys. lib. I, atque auctor; vel die 4 nonas Septembris, ut vulgus (quo etiam mense natus est Augustus (9 scilicet kal. Octob.), ut aiunt Suetonius et Dio lib. LV, immo et mortuus, ut ait Tacitus lib. I Annal.

vel kalen. Augusti, ut vult Oros. lib. VI cap. 19, et Mar.; alii ab anno insequente, quo non solum sibi mortem consciverunt Antonius et Cleopatra, sed quo etiam Ægyptus capta est; sive die 26 mensis Martii, ut plures; sive mense Augusti, ut tradit Macrobius lib. I Saturn. cap. 12; sive die prima illius mensis, si verum est, quod volunt nonnulli (nam Dio lib. LX adversatur, cum scribit eum diem fuisse festum, quod ædes Martis ea die fuisset consecrata), festum sancti Petri ad Vincula successisse festo Augusti imperatoris de devictis Antonio et Cleopatra, seu Ægypto capta: Dio enim, lib. L et LI, testatur utrumque diem et victoriæ Actiacæ et Alexandriæ seu Ægypti captæ fuisse solemnem et festum, et ab illo enumerationem imperii Augusti sumi solitam, et ab hoc reliquos et subsequentes annos mundi deduci et numerari. Quidam etiam annos Augusti auspicantur ab ejus consulatu sexto, quo volunt imperium illi fuisse a senatu confirmatum; eumque Augustum consalutatum ac monarchiam adeptum post captam Ægyptum; sive octavo idus Januarias, ut vult Orosius lib. VI cap. 20; sive septimo id. Januar., ut fert lapis qui est Narbonæ, et refertur apud Gruterum lib. de Inscript. pag. 229; sive ipsis idibus Januar., ut vult Ovidius; sive decimo septimo kalendas Februarii, ut vult Censorinus lib. de Die natali cap. LXV. Sed quo anno et imperii et Urbis et olympiadis ille consulatus sextus contigerit, non ita apud omnes constat: neque etiam utrum ejus consulatu quinto, ut vult Orosius; an sexto, ut Dio et vulgus; an septimo, ut Suetonius, Censorinus et Cassiodorus; magna enim est horum diversitas inter auctores.

(Ibid.) *Cæsar Augustus appellatus, a quo Sextilis*, etc. Annumerant hæc anno 13 Augusti Fux., Peta., Fa., Lo., et unus ex mss. Fab.; at anno 15, seu 4 olymp. 187, Pi., O., Vi., Mar., cum impressis. Diversitas hæc contigit ex variis opinionibus scriptorum dissentientium in assignando anno primo monarchiæ Augusti per annos sive Urbis, sive olympiadis, sive consulum, sive etiam consulatuum ipsius Augusti. Noli ergo damnare auctorem, licet habeat adversantes nonnullos veteres in uno vel altero anno. Orosius enim, lib. VI cap. 20, refert hanc denominationem Augusti ad an. Urbis 725, et consulatum *Augusti* V *et Apuleii*, quem tamen Fasti Onuphrii collocant ad an. 15 Augusti et 4 olymp. 187; *Dio lib.* LIII ad consulatum insequentem *Augusti* VI *et Agrippæ* II, et Urbis 726, licet initio libri LII fateatur *summam totius reipublicæ esse cœpisse penes Augustum coss. Cæsare* V *et Apuleio*, seu etiam, ut addit, *an. Urbis* 725, qui etiam vult sibi primum vendicasse illo anno nomen *imperatoris*; *vicies* enim, inquit idem, *dictus est imperator*. Censorinus, lib. de Die natali, cap. 65, tribuit consulatui *Augusti* VII *et Agrippæ*, licet alius detur Augusto collega eo ipso consulatu 7, tam in Fastis quam apud alios scriptores. Appianus lib. I de Bello civili videtur confirmare vulgarem situm, dum ait *statim post captam Ægyptum Octavium appellatum fuisse Augustum*. Quod demum pertinet ad mensem Sextilem, et quo anno ille dictus sit *Augustus*, abbreviator Livii videtur sentire eodem anno factum, quo datum est Octavio cognomen *Augustus*. Nam illa duo conjungit, sicut et facit auctor. Dio tamen, lib. LV, tribuit hanc nuncupationem anno Urbis 746, et consulatui *Asinii et Censorini*, seu 4 olymp. 192, sicut Fasti Onuphrii eos comparant.

(Ibid.) *Cum ingenti triumphorum pompa*, etc., *liberi Sol et Luna ante currum ejus ducti*. Augustum triumphasse volunt Fux., Peta., Fa., Lo., et tres mss. Fab., anno 14 sui imperii. At Pi., O., Vi., Mar., adjunctis libris vulgaribus, anno 15; qui penitus sunt sequendi: nam Orosius lib. VI cap. 20, Dio lib. LI, referunt Octavium tres egisse triumphos anno post subactam Ægyptum 8 idus Januarii, *coss. Octavio et Apuleio*, qui juxta Fastos Onuphrii incidunt in annum 4 olymp. 187, et ille annus auctori idem est cum an. 15 Augusti. De his triumphis eleganter Virgilius lib. III Æneid.:

> At Cæsar triplici invectus Romana triumpho
> Mœnia, etc.

Ubi Servius, *Nam primo die triumphavit exercitus, qui Antonium 2, qui Dalmatas vicerat 3; ipse cum Alexandrino triumpho ingressus est.* De iisdem triumphis Ovidius, Propertius, Horatius, abbreviator Livii, Suetonius, Dio, Appianus et alii, licet paululum diverse. *Augustus*, inquit abbreviator, *egit tres triumphos: unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca victoria, tertium ex Cleopatra, imposito fine civilibus bellis.* Macrob., lib. I Saturn. cap. 12, ait hos tres triumphos actos mense Augusti. Quod autem ait *Cleopatræ liberos Solem et Lunam* ductos ante currum Augusti, explicatur a Dione lib. LI, Zonara ejus æmulo, et aliis, videlicet Cleopatram indidisse cognomen Solis filio suo nomine Alexandro, et Lunæ filiæ suæ nomine Cleopatræ.

(Ibid.) *Nicopolis juxta Actium condita et Agon Actiacus constitutus.* Saltem hic conveniunt omnes libri et Mar., ut ascribendum velint paragraphum istum anno 15 Augusti et anno 4 olymp. 187. Dio, lib. LI, significat Nicopolim (quasi dicas Victoriæ civitatem) conditam in loco ubi castra habuerat Augustus tempore pugnæ navalis Actiacæ (ita dictæ propter Actium promontorium vicinum), paulo ante quam capta esset Ægyptus, sed tamen eodem anno. Cassiodorus refert in superiorem annum. Videntur tamen ea quæ pertinent ad agonem, potius reponenda in annum sequentem, quo celebrata est olympias 188, si verum est agonem Actiacum apud Nicopolim institutum non alium fuisse quam agonem olympicum auctum et illustratum ab Augusto, eodem tamen die et anno celebratum, sicut videtur sentire Strabo lib. VII: ἀποδέδεικται δ' ὁ ἀγὼν Ὀλύμπιος τὰ Ἄκτια ἱερὸς τοῦ Ἀκτίου Ἀπόλλωνος, *Actia sunt certamen Olympicum in Actii Apollinis honorem*; et Virgilius Æneid. lib. III:

> Actiaque Iliacis celebramus littora ludis;

nisi dicas Augustum instituisse quidem apud Nicopolim, ut tradunt Dio, Suetonius et Mamertin. in Panegyr., ludos illos quinquennales, qui conficiebantur certamine equestri, gymnico et musico, ut ait Dio lib. LI in initio, eodem anno quo ipsa condita est, sed biennio post Romam translatos, ut etiam testantur Suetonius in Tiberio et Dio lib. LIII, idque insequente anno et die quo olympias fiebat. Cæterum corrige hoc loco Marianum, ubi ridicula sunt quæ leguntur: *Necapolis juxta Acticum littus a Cæsare bello superatur et perimitur: Alexandriæ postea in mausoleo reconditur*; nam pro *a* legendum *Antonius*.

(Ibid.) *Agon Actiacus. Agon Acciacus* V.; *Agon Actius* Peta., Fux., A., L., M., Lo., Pi. et tres mss. Fab.; in Fre. *Agonactus*, sed vulgata caret dubio; res enim nimis nota et certa, ut nisi tot exemplarium numerus accessisset, indignum observatione merito videri potuerit.

(Ibid.) *Augustus Romanis plurimas leges statuit.* Desunt ista in Pi. In aliis sita sunt ad an. 15 Augusti; in Mar. an. 18. Cassiod. refert ad an. 17 Augusti, seu ipsius consulatum VI, et Agrippæ III, triennio post captam Ægyptum. *Iis consulibus*, inquit, *Cæsar leges protulit.* Idem confirmat Tacitus lib. III: *Sexto*, inquit, *consulatu, Augustus dedit jura, quibus pace et principe uteremur.* Sed Velleius l. II propius accedit ad situm vulgatum: *Finita*, inquit, *vigesimo anno bella civilia, revocata pax, restituta vis legibus, judiciis auctoritas, leges emendatæ utiliter, latæ salubriter*; quales autem leges istæ fuerint Augusti, vide Suetonium. Porro ne hic desideres quæ antea in editis proxime paragraphum hunc subsequebantur, videlicet hæc, *Alexandrinorum regnum destructum est et Romanis paruit*; delenda enim visa sunt non so-

lum quia deerant in Pi., A., L., M., 3 Vatic., P., Lo., Fux., Peta., et tribus mss. Fab., sed et ut vitaretur inanis repetitio, cum idem dicatur ad eumdem annum, licet diversis paululum verbis.

(551, III.) *Censu Romæ*, etc., 40 *centena, et* 63 *millia*. Pro 41 *centena et* 64 *millia*, ut olim, et apud Idac. et Mar., substituimus 40 *centena* et 63 *millia*, quia sic legimus apud Freculphum, qui alter est exscriptor nostri Chronici : præcipue vero quia antiquus lapis, cujus fidem faciunt Inscriptiones antiquæ Gruteri p. 230, et doctissimus Lipsius l. I Elect. c. 27, post eruditissimum And. Schottum, habet, *quadragies centum millia et sexaginta tria*. Firmatur etiam illa lectio 63 pro 64 a codicibus L., M., Pi.: quin etiam ex ipso mendo quo est corruptus Freculphus, ubi XLIII millia pro LXIII millia, inverso X ante L, legimus. Ingenue dicam in P. legi 15 *centena*, 64 *millia;* et in V., Va., et Fa., 1264 *millia*. Quoto demum anno hic census actus fuerit, variant utcumque libri. Nam Vi. et O. recensent ad an. 14 Augusti et 3 olymp. 187, Idac. ad an. 23, Pi. et unus ex mss. Fab. ad an. 15; Lo., Fux., Fa., Peta., Mar., et vulgati ad an. 16 Augusti, seu 1 olymp. 188, quibus conformes Fasti Onuphrii et ipse antiquus lapis, de quo Gruterus p. 230, qui tamen illum censum refert non ad consulatum V Aug. collega Agrippa II, ut volunt Fasti Onuphrii post Dionem l. LIII, sed ad VI, collega Agrippa II (ut etiam habent Fasti Goltzii), qui et in eumdem an. 1 olymp. 188 incurrit, cui convenit Dio, cum disertis verbis testatur hunc censum actum an. urbis 725, qui concurrit (juxta auctorem et Catonem a. 1 olymp. 7) cum anno 16 Augusti et an. 1 olymp. 188.

(Ibid.) *Coloniæ deductæ*. Ut ferme in superioribus dissident codices inter se uno anno, sic in his : nam Fux., O., Vi., aggregant hæc ad an. 15 Augusti; Peta., Fa., Lo., et unus ex mss. Fa., Pi. et cusi, ad an. 16.

(Ibid.) *Anaxilaus. Anaxialus* V.; *Anaxilius* L., Pi. Athenæus, in Dipnosoph. l. XIV c. 25, citat Ἀναξίλαος ὀρνιθοκόμος, *Anaxilaum in Aviario;* interpres vertit *Anaxilan*, quamvis Athenæus utrumque citet et *Anaxilan* et *Anaxilaum*. Ad hæc sunt qui velint ista pertinere ad an. 15 Augusti, ut Fux., O., Vi.: quidam vero ad an. 17, ut Peta., Fa., Lo., Pi. et editi. Vulgati propius accedunt ad testimonium Dionis l. XLIX, quo prodit astrologos καὶ τοὺς γόητας, et magos, urbe ejectos ab Agrippa ædile, an. Urb. 720, qui incidit in an. 11 Augusti.

(Ibid.) *M. Terentius Varro philosophus prope nonagenarius moritur*. In his libri aliquantulum inter se discordes : alii appingunt an. 15 Augusti, ut Vi., O.; alii an. 16, ut Fux., Peta., Fa., Lo. et editi; alii an. 17, ut Pi. Nullus veterum dirimit litem, cum istius obitus altum sit silentium apud eos : sed annus ejus natalis positus circa an. 1 olymp. 166, firmat vulgatum situm. Nam 16 annus Augusti est Varronis 89, ut ita non male respondeat verbis auctoris *prope nonagenarius*. Si tamen velis collocare ad an. 17 Augusti, non adversabor. Nam ille erit Varronis an. 90 decurrens. Hinc autem Varronem nominavit philosophum, quia eodem tempore alius erat M. Terentius Varro legatus Augusti contra Gallos seu Salassos, ut scribit Dio l. LIII, et alii. Porro iste idem est, qui restituit annos ab Urbe, ope Taruntii mathematicorum præstantissimi, de quo supra diximus.

(Ibid.) *Thebæ Ægypti*, etc. Excidii hujus tempus notant concurrere, alii quidem cum an. 15 Augusti, ut Vi., O.; alii cum an. 16, ut Lo., quem imitantur vulgati; alii cum an. 17, ut Fux., Peta., Fa., Pi., Mar. Hujus eversionis nulla est memoria apud veteres scriptores.

(Ibid.) *Ad solum erutæ. Ad solum dirutæ* in Vi., O., L., Pi.; sed alterum est familiarius apud auctorem.

(Ibid.) *Cornelius Gallus*. In Peta. *Sallus* pro *Gallus*, quo quid corruptius? prius enim commendatur tum in cæteris chirographis hic et supra, tum apud Suetonium, Strabonem l. XVII, Eutropium l. VII, Dionem l. LIII, licet ab illis nonnumquam *Cornelius Gallus*, alias *Gallus Cornelius* usurpetur. Cæterum reposuerunt ad an. 17 Augusti Fux., Peta., Fa., Lo., Mar. et impressi; at ad an. 18, Pi., Vi., O.

(Ibid.) *Tralles terræmotu consederunt*. Addidimus vocem *motu*, quia alias nullus erat sensus, et præterea sic legitur in L., Fux., Vi., O., A., V., P., Al., Fa., Peta., Pi., Ven., Lut. et trib. mss. Fab., nisi quod in Lut. pro *consederunt*, legitur *contenderunt;* forsan legendum *conciderunt*, ut sæpe antea apud auctorem. Nihilominus receptius *consederunt* a verbo *consido ;* hac eadem notione, qua apud Ciceronem sumitur oratione de Provinciis Consularibus, ubi de Alpibus agens : *quæ jam licet considant*. Porro pro *Trallis*, ut antea, repositum est *Tralles*, ex fide Vi., O.; his vicinus est Fux. in quo *Tralle ter. mot. consedit;* et in Fa. *Trallus ter. mot. considerunt*. Non inficiabor tamen quin vulgata possit tolerari, sicuti dicimus *Sardis*, ut pluribus antea; cave tamen ne impingas in errorem illum Mariani, ubi *Valles terræmotu consederunt*, pro *Tralles*.

(Ibid.) *Indi ab Augusto,* etc. Adducor ut credam ista evenisse anno 18 Augusti, cum ita dicent tam chirographi Fa., Fux., Lo., O., Vi., Pi., Peta., quam impressi; nec longe absunt ab iis quæ refert Xiphilinus e Dione lib. LIII circa consulatum *Augusti* XI et *Pisonis* (qui in Fastis Onuphrii annotatur anno 2 olymp. 189, qui incidit in 21 Octavii), scilicet Indos confirmasse amicitiam cum Augusto, cum ejus gratia *antea legatos ad eum misissent*. Orosius lib. VI cap. 21 confirmat vulgatum situm, dum ait præcedente anno ante Cantabros devictos, *Cæsarem apud Tarraconem citerioris Hispaniæ legati Indorum et Scytharum, toto orbe transmisso, tandem ibi invenerunt, ultra quod jam quærere non possent, refuderuntque in Cæsarem Alexandri Magni gloriam*, etc. Hujus legationis meminit Florus lib. IV cap. ultimo. Dio lib. LIV, et Strabo lib. XV, non de hac ipsa loquuntur, sed de alia posteriore.

(Ibid.) *Messala Corvinus*, etc. Comparant hæc cum anno 18 Augusti Fux., Peta., Fa., Lo., O., Vi., Mar. et excusi; dissentit solus Pi., qui cum an. 19. Ex hoc loco intelliges Tacitum, dum scribit Messalam ejurasse præfecturam *quasi nescium exercendi*, scilicet quia sic finxit.

(Ibid.) *Augustus Calabriam et Gallos vectigales facit*. Idem omnes membranacei, et editi, atque etiam Idac., Mar., Fre., quin et Fasti Græci; sic enim habent, teste Casaubono, Αὔγουστος Καῖσαρ Καλαβρίαν καὶ Γαλάτας ἰσοφόρους ἐποίησεν. Idem Pæanius Græcus metaphrastes Eutropii, ubi tamen Eutropius lib. VII habet *Cantabriam*. Nihilominus assentior eruditissimo Casaubono, qui in lib. II Sueton. pag. 85, putat hic Eusebium castigandum, et pro *Calabriam* legendum *Cantabriam*, cum constet ex Suetonio, Eutropio, Velleio, Dione, Sexto Rufo, Floro, et Orosio, bellum Cantabricum tunc temporis confectum fuisse, et Cantabros subactos ab Augusto quinetiam ejus *ductu universam Hispaniam factam stipendiariam*, ut loquitur Velleius, et ipsam *postremam omnium provinciarum auspicio Augusti Cæsaris perdomitam fuisse*, ait Livius lib. XXVIII. Adde quod Eusebius ipse circa an. 1 olympiadis 190, dicit, *Cantabri res novas molientes opprimuntur*. Verum librorum consensus prohibuit quominus aliquid mutarem. Neque tamen consentiunt inter se codices in anno. Nam Lo., Fux., Fa., Mar. et impressi reponunt ad an. 19 Augusti, seu 4 olymp. 188; Pi., Vi., O., Peta., ad an. 20. Dio lib. LIII scribit Cantabros et Astures per Antistium ducem seu legatum Cæsaris, Salassos autem populos Galliæ subactos et vectigales redditos per Varronem alterum ejusdem ducem, anno Urbis 729, et *coss. Augusto* IX *et Silano*, quos Fasti Onuphrii cum eodem anno 4 olymp. 188 comparant. Et similiter Cassiodorus scribit hoc

ipsum contigisse anno 19 Augusti. Hoc bellum describunt Orosius lib. VI cap. 21, Epitome Livii, et Florus lib. IV cap. ultimo : ubi multa sunt nomina propria depravata, quæ poteris emendare ex Suetonio, Plinio et Strabone.

(Ibid.) *Munatius Plancus. Munatius Plautus* Vincen.: *M. Gnasius Plautius* Fre.; sed ubique mendum, ut docent cæteri libri, Suetonius, Tacitus, Cicero, Velleius, Dio, Inscriptiones apud Gruterum pag. 439, et alii : quanta autem sit affinitas litterarum et significationis harum vocum *Plautus et Plancus*, quasi utrumque sit a pedum latitudine; sic enim dicti qui supra modum pedibus planis essent, sumpta metaphora a tabellis, quæ *plancæ* appellantur; vide Turnebum lib. X cap. 19 Adversar. Opponunt autem hæc Pi. quidem, O. et Vi., anno 20 Augusti : at Fux., Peta., Fa., Lo., Mar., anno 19, quibus adhærent libri impressi. Sed de condito per eum Lugduno anno olymp. 184, seu Urbis 710, quo *Hirtius et Pansa* erant consules, et anno superiore quam Munatius fuit consul, testatur Dio lib. XLVI. Exstat etiam apud Onuphrium Panvinium in commentariis ad Fastos, anno Urb. 712, et in Inscript. Gruteri pag. 439, vetus inscriptio, quæ adhuc Caietæ visitur, in qua Munatius dicitur in Gallia colonias Lugdunum et Rauricam deduxisse.

(Ibid.) *Galliam Comatam.* Sic emendavimus pro *Galliam Romanam*, ut in Lut., B., H., Pet., Ba., So., Fux., Lut., Idac., Fre., quod expunximus secuti L., A., Au., M., V., Vi., O., Va., Vat., Fre., P., Fa., Al., Lo., Sa., Pi., Ven., Peta., Mar., apud quem tamen memineris castigandum *Commotam* cum gemino *m* pro *Comatam*, et quia nusquam legimus aliquam partem Galliæ vocatam fuisse *Galliam Romanam;* immo vel *Togatam*, de qua ad olymp. 180, et illa est Cisalpina in Italia; vel *Comatam*, et hæc est Transalpina, quo etiam nomine est appellata omnis Gallia, ut inquiunt Plin. lib. IV cap. 17, et Mela lib. I cap. 2; vel etiam *Brachatam*, de qua Mela lib. II, Cicero orat. pro Fonteio, et in Pisonem, quæ aliter *Narbonensis*, ut constat ex Plinio et Mela. *Comata* sic dicta fuit, quod *gentes essent intonsæ et capillatæ* contra morem Romanorum, ut ait Plin. lib. II cap. 37. Quod autem hic Munatius rexerit partem Galliæ Transalpinæ, testatur Dio lib. XLVI.

(Ibid.) *M. Lollius Galatiam*, etc. Hæc sumpta videntur ad verbum ex Eutropio lib. VII. Sunt autem plures qui ad an. 19 Augusti revocent, ut Fux., Peta., Fa., Lo. et impressi, quam qui ad 20, ut Pi., Vi., O. et tres mss. Fab. Nec contemnendus vulgaris situs. Idem firmatur auctoritate Dionis lib. LIII, qui tradit, Amynta rege mortuo, Gallogræciam seu Galatiam redactam in provinciam *coss. Augusto* IX *et Silano*, et anno Urbis 728. Hos enim, si ad annos Abrahæ 1264, qui natalem Urbis antecedunt, addideris, fiet annus 1992, qui incurrit in hunc annum 19 Augusti. Eutrop. lib. VII, ait M. Lollium *proprætorem* (sic enim legendum alii volunt non *pro prætore*) primum administrasse Galatiam. Idem confirmant Rufus et alii.

(Ibid.) *Augustus, cum ei monarchia deferretur, renuit.* Sunt hæc in Fa., Lo. et impressis, ad an. 19 Augusti; in Fux., O., Vi., Fa., Pi., tribus mss. Fab. et Mar., ad annum 20. Quodnam horum eligas, non adeo est facile statuere ; nec quomodo Augustus dicatur *renuisse monarchiam.* Narrat quidem Dio lib. LIII, Augustum in suo consulatu VI et Urbis 726, habuisse orationem ad senatum, *qua omne imperium deposuit : tandem multis argumentis adductum, ut principatum solus obtineret, hac arte effecisse, ut a senatu populoque confirmaretur. Tamen quo longius Romanos a suspicione regiæ potestatis sibi propositæ abduceret, divisit provincias inter se et senatum et populum Rom., nec suscepit imperium in suas provincias, nisi decennale, hoc etiam jactanter addito, si breviori spatio posset eos subjicere, eo citius se imperio destiturum.* Hac ratione repudiatio monarchiæ concurreret (secundum calculum Catonis ab an. 1 olymp. 7) cum an. 17 Augusti : quia tamen constat ex ipso Dione lib. LIV, immo etiam ex Capitolinis tabulis (quibus proxime accedunt Suetonius, Velleius lib. II, nec dissidet Tacitus lib. I, dum hic ait *Augusto continuatam tribunitiam potestatem* per septem et triginta annos), Augustum anno Urb. 721 dictaturam et censuram perpetuam penitus renuisse, atque contentum fuisse perpetua tribunitia potestate ei oblata, conjicio duo : primum pro voce *monarchia*, quæ habetur hoc loco, legendum esse *dictatura;* secundum, hunc paragraphum rectius collocari ad an. 20 Augusti, quia video illum annum Urbis 731 secundum illas tabulas (nam Dioni est annus 732) concurrere (secundum Varronis supputationem ab an. 3 olymp. 6) cum illo an. 20 Augusti, seu ab Abraham 1993.

(553, III.) *Quintilius Cremonensis*, etc. Fa., Lo., tres mss. Fab. et cum illis impressi volunt isthæc in annum 10 Augusti incurrere; sed Fux., Peta., O., Pi., Vi., Mar., in an. 21.

(Ibid.) *Augustus Cyzicenos libertate privavit.* Plusculum hic libri differunt, quam in superioribus. Nam Vi., O., opponunt an. 20 Augusti; Fux., Pi., an. 21; Fa., Lo., Peta, Mar. et cusi, an. 22, seu an. 3 olymp. 189; et hi similiores Dioni, qui lib. LIV refert hæc contigisse *Apuleio* VI *et Silio coss.*, qui in Fastis Onuphrii jacent ex opposito anni Urbis 733, an. 1 olymp. 190. Itaque differentia est duorum annorum. Suetonius et Dio narrant causam hujus ademptæ libertatis ob cives Romanos flagris cæsos; sed sequenti anno restitutam testatur ipse Dio lib. LIV. Exin Strabo lib. XII ait sua ætate, id est ante an. 12 imperii, Cyzicenos fuisse liberos.

(Ibid.) *Pylades. Pliades* O., Vi.; *Pilades* Lo., Fa., Mar. Sed vulgata stabilitur consensu aliorum librorum et auctoritate Dionis lib. LIV, Suetonii de altero Cytharœdo et Megalopolitano multo antiquiore. Pausanias lib. 8 : *hanc saltationem pantomimorum antea non fuisse usitatam, sed introductam et inventam ab Augusto, et tractatam a Pylade et Bacchylide* (seu potius *Bathyllo*) testatur : pariter Suidas in vocibus Ἀθηνοδῶρος et ὀρχησις; et indicat Tacitus lib. I Annal., dum agit de *ludis Augustalibus tunc primum cœptis, et cui ludicro indulserat Augustus, dum Mecœnati obtemperat effuso in amorem Bathylli.*

(Ibid.) *Cilix.* Germanior lectio, quam olim *Cylix;* nam nullus *Cyliciam* dixit per *y*, sed *Ciliciam*, et incolas *Cilices:* sic ex codicibus Pi., Lo., Peta., L., tribus mss. Fab., Fux., Mar., qui habent *Cilex*, unde sumpsimus primam syllabam, et ex impressis retinuimus alteram. Nam in V., F., P., Mar., legimus *Cylex:* nostram lectionem sequitur Suidas, κίλιξ. Veruntamen, ut infra Oppianus dicitur *Cilix*, vel juxta antiquam lectionem *Cilex*, idem dicendum de Pylade, sicut etiam Chrysippus dicitur *Cilix*, et ita de aliis. Porro non erit difficile conciliare codices, cum omnes ad annum 22 Augusti hunc versiculum evocent; nec ab illis dissideat Dio.

(Ibid.) *Tiberius ab Augusto missus occupavit Armeniam.* Ascribuntur hæc in Fux., Fa., Peta., Lo., Pi., Idac., Mar., anno 23 Augusti, ut et impressis; excedunt has metas O., Vi., qui conferunt cum an. 24. His addendus Dio lib. LIV, qui hæc refert ad consulatum *Apuleii et Silii*, qui, ut dixi, juxta Fastos Onuphrii, confertur cum an. 1 olymp. 190, is vero incurrit in an. 24 Augusti.

(Ibid.) *Atratinus.* Melius juxta L., Peta., O., V., M., Vi., P., Lo., Pi., Ven., Lut., Fux., quam *Atracinus*, ut in edit. Basil. et Sonn.; vel *Atartanis*, ut in Fa.; vel *Atramius*, ut in Mar. Nam *Atratini* consulis meminit Dio lib. XLIX; item Fasti, sed præcipue Cicero initio orationis pro Cælio. *Ego*, inquit, *Atratino humanissimo atque optimo adolescenti ignosco*, etc., *si voluit accusare ; pietati tribuo.* Quod attinet ad situm, evocant ista ad an. 22 Augusti O., Pi., Vi.; ad an. vero 23, Fux., Peta., Fa., Lo. et cusi.

(Ibid.) *Cœlium accusaverat.* Rectius cum diphthon-

go juxta Pi., Fux., Peta. et tres mss. Fab., Ciceronem, Tacitum, Velleium, Dionem, et Fastos, quam ut olim *Celium;* vel *Cælium*, ut in Mar., licet legam singula apud Pedianum et alios.

(Ibid.) *Habetur ad. Habetur et ad* L., M., Lo., Fux., Peta., Pi., Vi., O.

(Ibid.) *Cantabri*, etc. Annumerantur ista in Fux., Fa., Lo. et impressis, ad annum 23 Augusti; at vero in Peta., Pi., Vi., O., tribus mss. Fab. et Mar., ad an. 24. Nihil tamen obstat quin veterem sedem retineamus, quia illa propius accedit ad Dionem lib. LIII, dum asseverat hæc contigisse, *coss. Augusto x et Norbano*, quos incidere in an. Urbis 730 colligitur ex eodem initio lib. LIII, qui annus juxta calculum Varronis ab an. 3 olymp. 6 concurrit cum an. 23 Augusti. Ad horum confirmationem non parum facit auctoritas Orosii lib. VI cap. 21, dum testatur bellum Cantabricum quinque annis durasse, qui complentur ab an. 19 Augusti usque in hunc an. 23.

(Ibid.) *Herodes apud Hierosolymam*, etc. Major pars codicum refert ista contigisse an. 24 Augusti, ut Fux., Fa., Lo., Pi., Vi., O. et excusi: sed Peta., tres mss. Fab. et Mar., ab his desciscentes, an. 25. Josephus, lib. XV cap. 11, videtur annumerare ista ad an. 13 Herodis, qui illi est idem cum an. 20 Augusti.

(Ibid.) *Brundusii Virgilius moritur Sentio Saturnino*, etc. *Brundisii* Lo., Pi., Peta. et tres mss. Fab., quod accedit ad Græcum Βρεντήσιον; sed prius est receptius, et apud Ciceronem, Livium, Plinium, lib. de Viris Illustribus, Cæsarem, et Antoninum in Itinerar., licet alterum reperiatur apud Suetonium, Velleium, Tacitum, Orosium, et alios bonos auctores. Retinetur autem ista sententia in Lo., Pi., Vi., O., ad an. 25 Augusti, seu 2 olymp. 190; at in Fux., Peta., Fa., Mar., ad annum 26, quos sequuntur vulgares, a quibus inviti discedimus, ut ad priores abeamus. Etenim si ab anno 3 olymp. 177 usque in hunc annum supputaveris, reperies an. 55, quos dicitur vixisse: alioquin si antiquus situs mansisset tam in nato quam in mortuo Virgilio, egisset 57 annos, quod adversatur historiæ ætatis illius. Adde quod eidem an. 2 olymp. 190, Fasti Onuphrii consulatum hujus *Saturnini* assignant; de anno obitus Virgilii nemo veterum scripsit, quod sciam, præter auctorem Vitæ Virgilii, sive sit Donatus præceptor D. Hieronymi, sive Servius, qui scribit Virgilium obiisse *Cn. Plantio et Q. Lucretio coss.*, sed crediderim restituendum pro *Cn. Plantio, C. Sentio*. Honorius Augustodun. qui vixit anno 1120, et fuit æmulator Eusebii, meminit in Chron. horum consulum Saturnini et Lucretii ad an. 25 Augusti, et Urbis 735: prior numerus nobis favet, secundus antiquo sitūi.

(Ibid.) *Lucretio Cinna*. Antea *Cynna*, sed maluimus sequi Fa., Pi., Lo., Peta., Fux., Mar., Vi., O., Dionem, et Cassiodorum: quid alii libri, non recordor; hic in Fastis non *Cinna*, sed *Vispillo* appellatur.

(Ibid.) *Istiusmodi suprascripto quem*. Inseruimus *suprascripto* ex A., L., M., V., Va., Fa., Peta., Vat., P., Lo., Fux., Fre., Mar., pro *istiusmodi quem;* licet in Fux. *subscripto*.

(Ibid.) *Herodes Samariam*, etc. Revocant isthæc ad an. 26 Augusti Fux., Peta., Fa., Lo., Mar. et vulgati; ad an. 28, Pi.; ad an. 29, Vi., O. Cusi propius accedunt ad mentem Josephi, dum lib. XV Ant. c. 11, ait hanc urbem *Sebasten* conditam, seu restitutam ab Herode, circa an. 13 sui regni, qui coincidit per eum cum an. 16 Augusti, si quidem ipse vult. lib. XIV, c. 23, eum Herodem cœpisse regnare olymp. 148, *coss. Calvino et Asinio*, qui concurrunt cum an. 4 Augusti.

(Ibid.) *Sebasten. Sebastiam* L., A., Au., Fa., Peta., Fux., O., Vi., M., V., P., Lo., Lod., et Itinerarium Antonini. Verum nil immutandum, cum Hieron. ep. 27, ad Eustochium, hoc ipsum proferens, utatur priori lectione; nec dubito quin ea sit retinenda, quia cum idem referat auctor sub olymp. 165, consensu omnium exempl. scribit *Sebaste;* et ita vocatur ab Hegesippo l. I, Strabone l. XVI, Josepho l. XV Antiquit. c. 11, Σεβαστή, et merito, cum ab Augusto sit dicta, et is Σεβαστὸς appellaretur, ut docet Pausanias l. III, quod idem est ac Latine *Augustus*.

(Ibid.) *In Paneade. In Pancade* L.; *in Paniade* Lo., V.; *in Paniede* Fa.; *in Paneadi* tres mss. Fab.; communem retinuimus cum Mar. ac Josepho l. XV Antiquit. c. 13, et cum Eusebio ipso l. VII Histor. c. 17; qui enim certius de auctoris alicujus sententia constabit, quam si varii illius loci conferantur, vel Latina cum Græcis compararentur? Ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας, ἣν Πανεάδα Φοίνικες προσαγορεύουσι.

(Ibid.) *In Paneade id templum quod*. Pro *in Paneade templum quod*, secuti L., M., quinque Vatic., P., Lo., Lod., Vi., O., Ven., Lut.; sed in Pi., Peta., Fux. et tribus mss. Fab., *in Paneade id quod:* corrigendus ergo Mar., ubi *in Paneade ideo quod Panoniam*, etc.

(Ibid.) *Augustus Samiis libertatem dedit*. Reducuntur hæc ad varios annos in variis libris, ut in Fux., Fa., Lo. et vulgaribus ad an. 26 Augusti; in Peta., Mar., ad an. 27; in Pi. ad an. 28; in O., Vi., ad an. 29. Sed editi idem habent cum Dione l. LIV, dum ista congerit in consulatum *Apuleii et Silii*, qui ab. 1 olymp. 190, seu 24 Augusti respondet.

(555, III.) *In Cypro plurima*, etc., *conciderunt*. Assignant hæc ad an. 27 Augusti Fux., Fa., Peta., Lo. et cusi; ad annum vero 29, Pi., Vi., O.

(Ibid.) *Germanos in arma versos M. Lollius superat*. Hi bellici motus inter libros excitarunt non leves motus. Nam alii ad an. 27 Aug., seu 4 olymp. 190, reduxere, ut Fux., Fa., Peta., Lo., Mar., et cusi; alii ad an. 29, ut Pi.; alii ad an. 30, ut Vi., O. Dio l. LIV, dum scribit Lollium domuisse Bessos Germaniæ, seu potius Thraciæ populos, confert hoc ipsum cum consulatu *Domitii et Scipionis*, quem Fasti Onuphrii reponunt ad an. 1 olymp. 191, ita ut uno anno distent inter se, si olymp. designatio certior sit apud Onuphrium quam apud Eusebium. Nam si habeatur ratio anni ab Urbe, qui est Dioni 738, et qui juxta calculum Varronis ab an. 3 olymp. 6 concurrit cum an. ab Abraham 2000, vulgatus situs est a cæteris anteponendus. Dio ipse postea subjungit, *maximum tunc fuisse bellum contra Germanos, quod Augustum urbe extraxit, et in quo Lollius victus est;* quam cladem *Lollianam majoris infamiæ quam detrimenti fuisse* tradit Suetonius; ejusdem quoque meminit Velleius lib. II, quam vult accidisse post mortem Agrippæ et triumphum Tiberii de Pannoniis, id est post annum Urbis 742 (qui incidit in an. 31 Augusti secundum Varronem, et 33 secundum Catonem), *coss. Messala et Quirino*, quos Fasti Onuphrii objiciunt an. 1 olymp. 192, qui est auctori an. 32 Augusti. Julius Obsequens convenit penitus cum auctore, et sede vulgari, dum scribit *Furnio et Silano coss.: insidiis Romanorum Germanos circumventos sub M. Lollio legato graviter vexatos*. Nam illi consules constituuntur ad eumdem an. 4 olymp. 190, tam in Fastis Onuphrii quam apud alios auctores. Videant ergo duo viri eruditissimi non solum Eusebium, sed alios veteres commemorare victoriam Lollii de Germanis, nec Obsequentem propterea emendandum; nam potest fieri utrumque, quod Lollius prius vicerit Germanos, et postea ab ipsis devictus fuerit.

(Ibid.) *Varius*. Placuit ita legendum potius quam, ut olim, *Varus*, libris manuducentibus A., L., M., P., Pi., Fux., Mar., ad quos proxime accedunt, *Varrius* Lo., Peta.; *Varrus* Vi., O., Ven., Lut., Fa.; *Verrius* Fre. Nostræ etiam lectioni pondus addit auctoritas Quintiliani, Macrobii, Taciti, Ovidii, Horatii, Servii et aliorum: neque vero negarim legi apud Virgilium ecloga 6 et 9, initio, *Varum;* idem in Vita Virgilii, quæ Donato ascribitur, sicut etiam *Varrum*. Cave autem ne eumdem existimes cum Quintilio Varo, ut nonnulli docti. Porro aggregarunt ista ad an. 27 Augusti Fux., Fa., Peta., septem Vatican., Lo., Mar. et editi; verum ad an. 30, Pi., Vi., O.

(Ibid.) *Augustus Caium Agrippam adoptavit in filium.* Adoptionem hanc an. 27 Augusti ascribunt Fux. et Lo. At anno 28, Fa., Peta., Mar., Idac., simul cum impressis; anno 29, Pi.; anno 30, Vi., O. Dio l. LIII editorum sedem confirmat, ubi refert ad consulatum *Furnii et Silanii*, qui, juxta ejus rationem numerandi per consules, incidit in annum Urb. 737. Nam si ad 1264, qui est annus Abrahæ Urbem conditam proxime præcedens, adjeceris 737, exsurget 2001, in quem incurrit 28 Aug., de quo hic agitur.

(Ibid.) *Æmilius Macer Veron. poeta in Asia moritur.* Horum situs satis incertus, cum alii ad an. 28 Aug. locarint, ut Fux., Peta., Fa., Lo., quibus adhæsere vulgares; alii ad an. 30, ut Pi.; alii ad an. 31, ut Vi., O.; alii ad an. 29, ut Mar.

(Ibid.) *Tiberius Vindelicos et eos qui Thraciarum*, etc. Reposita his sedes in Lo., Mar. et impressis, ad an. 29 Augusti; in Pi., O., Vi., ad an. 30; in Fux., Fa., Peta., ad an. 28, cum quibus videtur sentire Dio, l. LIV, dum loquitur de Rhætis et populis qui circa Tridentum habitant (quos eosdem dicimus esse cum Vindelicis ac Noricis ex Velleio lib. II), a Tiberio subactis *coss. Druso Labone et Calphurnio Pisone*, anno Urb. 739, qui coincidit cum an. 28 Aug. juxta Varronianam supputationem, initium sumendo a 3 olymp. 6.

(Ibid.) *Qui Thraciarum. Qui Thracum* Al.

(Ibid.) *Coloniæ Berytum*, etc. Respondent anno 30 Aug. in Fux., Fa., Peta., Lo. et excusis; ann. 31, in Vatic. et Pi.; an. 32, in Vi. O.

(Ibid.) *Berytum. Birretum* L.; *Byretum* Vi., O.; *Beritum* Fa., Lo., Fux., et tres mss. Fab., sic Antonin. in Itiner.; *Ebericum* Mar. ubi mutuatus est *E* a finali præcedentis vocabuli coloniæ, ut sæpe in mss., et *c* pro *t* assumpsit. Verum prius magis probandum; sic enim omnia alia exempl. et Ammian. Marcel. l. XIV. At Agathias l. I, et Mela l. I, *Beriton;* ubi ejus scholiastes ait appellari etiam adhuc lingua vulgari *Barutos*, et esse portum Damasci. Thevetus scribit *Baruth*. Item apud Plin. l. V cap. 20, *Berythus* cum *h*.

(Ibid.) *Patras.* Ita restituo pro *Pataras*, ad imitationem L., A., M., V., Va., et reliquorum Vaticanorum, Vi., Fux., et trium mss. Fab., Fa., P., Lo., Peta., Mar. Patræ vero sunt urbs Achaiæ, ex Plin. l. IV c. 4, Stephano et Pausania l. III, Hieronymo de Script. Eccles., Thucydide lib. II, cujus apud Socratem, l. VII Histor. c. 36, *Perigenes* dicitur *episcopus*. Strabo etiam l. VIII testatur Romanos deduxisse coloniam Patras post pugnam Actiacam. *Patara* autem est urbs Lyciæ, de qua Pausanias l. IX, Herodot. lib. I, Plin. lib. III c. 4, Ptolemæus, Mela, et alii.

(Ibid.) *Bosphorum Agrippa capit.* Captos Bosphoranos volunt Fux., Fa., Peta., Lo., Mar. et excusi, an. 30 August. seu 3 olymp. 191; Pi. an. 31; Vi., O, an. 32. Situm vero hunc vulgatum comprobat Dio l. LIV, dum ista gesta refert *coss. Crasso et Cornelio*, qui in Fastis Onuphrii eidem anno 3 olymp. 191 respondent.

(Ibid.) *Cestius Smyrnæus rhetor Latine Romæ docuit.* In Vi., Sa., *Cestius Smirneus Latinam rhetoricam docuit*, quæ loquendi formula usurpatur superius, ubi agitur de Plotio; verum cum utrobique probus sensus sit, utrumvis legendum censueris, parum refert. In Lo. *Ysmirneus;* apud Mar. *Cercius* occurret. Libri minus inter se conveniunt, quo anno designanda sint: an. 30 Aug., ut Peta.; vel an. 31, ut Fux., Fa., Lo., Mar. et vulgati; vel 32, ut Pi.; vel 33, ut Vi., O.

(Ibid.) *Augustus a senatu pontifex maximus appellatur.* Delatum Augusto honorem hunc anno 31 imperii sui volunt Fux., Fa., Peta., Lo., et Mar. editi; at an. 32, Pi.; et an. 33 Vi., O. Favet editis Dio l. LIV, dum refert Lepidum pontificem maximum obisse *coss. Tiberio et Q. Varo*, et in ejus locum constitutum Augustum. Illi autem consules in Fastis Onuphrii Panvinii anno Urbis 740, 4 olymp. 191, et

A anno 31 Augusti opponuntur. Suetonius rem narrat, sed subticet annum. Ovid. l. III Fastor. indicat creatum pontificem maximum sexto die Martii:

> Sextus ubi Oceano clivosum scandit Olympum
> Phœbus, etc.
> Cæsaris innumeris, quos maluit ipse mereri,
> Accessit titulis pontificalis honor.

(Ibid.) *Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris condidit*, etc. Conditam referunt Lo. quidem an. 31 Augusti; at vero 32, Fux., Fa., Peta., Mar. et cusi; anno demum 33, Pi., Vi., O. Josephus, l. XVI cap. 5, ait Cæsaream ædificatam per decennium et perfectam an. 28 Herodis et olymp. 192. Sed licet, cum auctores loquuntur de olymp., nulla addita mentione anni, ut plurimum intelligant annum primum illius olymp., ut alias diximus, et ita auctor optime cum Josepho conveniret, tamen hic convincitur eum de an. 4 illius olymp. loqui, quia an. 14 Augusti est illi

B an. 7 Herodis, ut supra diximus ex l. XV Antiq. c. 6.

(Ibid.) *Herodes Antidonam condidit*, etc. Reducuntur ad an. 32 Augusti in Fa., Lo. et impressis; sed ad 33 in Fux., Peta., Pi., Vi., O., Mar.

(Ibid.) *Antipatridam atque Herodionem. Antipatram* Fa.; *Herodion.* Fa. et Lo.; *Herodiem* Peta.

(Ibid.) *Tiberius Cæsar de captivis Pannonis triumphat.* Pro *captivis* in Vi., Fa., Pi., O., Fux., legitur *captis*. Videbantur hæc penitus eradenda, tum quia absunt ab Lo., tum quia eadem consequenter habentur; sed vicit membranaceorum, Mar. et editorum consensus. Plerique autem mss. pro *triumphat* habent *triumphavit*, L., A., Au., M., P., Pi., Peta., Mar. Hunc porro triumphum ascribunt, alii quidem an. 32 Augusti, ut Lo.; alii an. 33, ut Fa. et impressi; alii an 34, ut Fux., Peta., Pi., V., O.; alii 39, ut Mar. Discimus ex Dione l. LIV Tiberium vicisse Pannonios rebellantes mortuo Agrippa, propterea *senatum ei triumphum decrevisse, quem ducere Augustus non per-*

C *misit, sed ejus loco triumphalibus eum honoribus et ornamentis ornavit, coss. Messala et Sulpitio Quirino*, quos Onuphrii Fasti collocant ad an. 1 olymp. 192 et ad an. Urb. 742, qui apud auctorem coincidit cum illo an. 33 Augusti.

(Ibid.) *Horatius 57 ætatis suæ anno*, etc. Horatii mortem obtigisse referunt Fa., Lo., Pi., an. 34 Augusti, quibus conformant se impressi; at Fux., Peta., O., Pi., Vi., Mar., an. 35, qui situs est purior: respondet enim anno ejus nativitatis, de quo supra. Si enim aggregaris annos ab Abraham 1951, annos 57, prodibit 2008. Item et si computes per olympiades ab anno 3 olymp. 178, usque ad an. 4 olymp. 192, an. 57 Horatii in 35 Octavii incurret. Sed nullus, quod sciam, veterum scriptorum anni mortis illius meminit.

(Ibid.) *Passienus pater*. Apud Mar. deest *pater:* præterea congeruntur ista in spatium illud oppositum anno 34 Augusti in Fa., Lo. et impressis; an. 35, in Fux., Peta., Pi., Mar.; an. 36, in Vi., O. Quod-

D nam horum sit certius, vix potest dici, cum nulla apud veteres obitus hujus Passieni exstent monumenta: immo nec ipsius, præter Senecam, qui eum vocat *virum eloquentissimum*, et *temporis sui primum oratorem*, lib. II Controvers. 4. Verosimile est ejus filium esse eumdem, qui vocatur *Passienus Ruffus*, seu *Passienus Crispus*, qui, teste Plin., l. XVI, c. 24, *ita arborem eximiam adamavit, ut eam solitus esset osculari et amplecti*, et de quo Suetonius in Nerone, et Cassiod. in Chron., ut de consule circa an. Urb. 749, seu 1 olymp. 194.

(Ibid.) *Julius Hyginus cognomento Polyhistor. C. Julius Hircinius* apud Mar.: *C. Julius Schyginus Policastor* in Fa.; *C. Julius Higinus cognomento Policastor* in Lo., et apud Suetonium; *C. Julius Iginus*, etc., in Peta.; *C. Julius Yginus*, etc., in Vi., O. Cæterum comparanda hæc esse cum anno 35 Augusti auctores sunt Fux., Fa., Peta., Lo., Pi., Mar. et vulgares; vel cum an. 36, Vi., O.; qui omnes possunt tolerari,

cum non tam agatur de singulari anno aliquo quam de tempore.

(Ibid.) *Tiberius vastata Germania imperator appellatur.* Insignitum volunt hoc titulo *imperatoris* Tiberium Fux. quidem, Fa., Peta., Lo., Pi., Mar., an. 35 Augusti, seu 4 olymp. 192, quod et imitantur editi. At vero an. 36, Vi., O. Vetus sedes stabilitur auctoritate tum Dionis l. LV, dum hoc bellum Tiberii post mortem Drusii fratris contra Germanos confectum, et titulum *imperatoris* ipsi inditum ascribit an. Urb. 746, quia ille coincidit cum anno Abrahæ 2008, qui est auctori 35 Augusti, et, quod majus est, *coss. Asinio et Censorino;* tum etiam Dionysii Halicarn. l. II, dum ut testis oculatus scribit ipsum *Tiberium et Pisonem* (qui successerunt illis duobus coss.) iniisse consulatum an. 1 olymp. 193, quo ipse Dionysius discessit ex Urbe, et non anno 2, ut notant Fasti Onuphrii; ergo consulatus *Asinii et Censorini* incidit in 4 olymp. 192. Licet autem ipse Dionysius dicat consulatum *Tiberii et Pisonis* esse Urbis annum 746, non propterea tamen dicendus est contrarius Dioni, qui illum annum tribuit superioribus consulibus. Sed distinguendum est juxta diversam rationem supputationis Varronis aut Catonis, cum sæpe uno anno differant, sæpe duobus. Quod autem Dionysius loquens de olymp. 193, sit intelligendus de anno primo olymp., duplici ratione efficitur: primo quod veteres ut plurimum solent significare annum primum olymp. dum absolute olympiadem notant: secundo quod ipse paulo post clare docet se Romam advenisse *circa mediam olympiadem* 187, *simul atque finitum est bellum civile*, et ibi mansisse per *annos* 22, qui desinunt in annum vertentem 4 olymp. 192.

(Ibid.) *Herodes Hyrcanum*, etc. Concurrunt hic libri tam scripti quam typis exarati et Mar., ut ad an. 36 Augusti ista congerant.

(357, III.) *Tiberius de Rhetiis.* De *Raetis* A., M., P., Græce Ῥαῖτοι, et Inscriptiones apud Gruterum pag. 439; *de Retis* Lo.; *de Rethiis* Vat., Strabo, Victor, Plinius passim (ut lib. XXIV cap. 30). Paterculus lib. II, et Eutropius lib. VII, Victor in Epitome sæpe faciunt mentionem *Rhætorum*, seu *Rætiorum*. Verum in O., Pi., L., Vi., Vincent. et Anton., legitur *deletis* pro *de Rhetis;* apud Mar. prætermissa, et in Peta. *Daretis*, sed vitiose. Nam cum nostra lectione conveniunt Suetonius, Orosius, Florus, et alii multi qui Rhetiam a Tiberio subactam scribunt. Ad ultimum secundum hunc Tiberii triumphum comparant Fux., Fa., Peta., Lo., Mar. et vulgati, cum an. 38 Augusti, contra quam Pi., O., Vi., qui cum 37, quibus conformis Dio lib. LIV, quod spectat ad Rhetos, ubi hæc refert ad consulatum *Drusi* et *Calpurnii Pisonis*, quos Fasti Onuphrii opponunt an. 2 olymp. 193, qui est auctori 37 Augusti. Suetonius scribit Tiberium triumphasse de Rhetiis, Vindelicis, et Pannoniis; a quibus non dissentit Velleius, immo nec Dio lib. LV, qui hunc triumphum adscribit consulatui *Tiberii et Pisonis*, quos Fasti Onuphrii suggerunt an. 2 olymp. 193. Sed si habeatur ratio anni Urbis 747, qui coincidit apud Onuphrium ex Varrone cum illo consulatu, et apud Eusebium cum anno ab Abraham 2011, vulgatus situs erit cæteris præferendus.

(Ibid.) *Armenis.* Ita habent omnes libri, sed suspicor esse mendum pro *Germanis*. Nam præter affinitatem vocum, constat ex Dione, Velleio et Suetonio, Tiberium non solum vicisse Germanos, quod auctor etiam paulo ante dixit, sed de ipsis quoque triumphasse hoc anno, qui est illis et auctori idem ac Urbis 747. Verum apud veteres non invenitur quod de Armenis triumpharit, quamvis eos subegerit multo ante, ut prædixit auctor. *Armenicis* reposuit Mar.

(Ibid.) *Albutius Silo Novariensis.* In Pi., L., *Albutius Silo Naveriensis;* in Vi., O., *Albutius Silona Variensis;* in Mar. *Albutius Valiensis;* in Lo., Peta., *Albucius Silo Novariensis;* apud Sueton. de clar. Rhetor. *Albitius Silus;* apud Senecam lib. I Controv. et passim, *Albutius Silius*. Scribendum autem per *c*, non per *t*, vult eruditissimus Nicol. Faber in lib. III Contr. Senec. pag. 17, tam ex lapidibus quam ex scriptoribus, sicut etiam legimus in prima edit. Ven. Tamen est per *t* in aliis, ut etiam habent dicti scriptores et Quintil. lib. II cap. 16, lib. III cap. 3 et 8. At *Silo* olim scribebatur per *y*, in vulgatis et in Fa., et in editione Senecæ anni 1557. Nam in illa anni 1587, habes *Silus*, sed in aliis est per *i*, quos sequimur cum eisdem auctoribus. Jam vero libri censent hæc reducenda vel. ad an. 37 Augusti, ut Pi.; vel an. 38, ut Fux., Peta., Fa., Lo., Vi., O., Pi., una cum editionibus et Mar.

(Ibid.) *Augustus Juliam filiam suam in adulterio deprehensam damnat exsilio.* In Pi. et trib. mss. Fab. ac Mar., deest vox *Juliam :* sed nemo potest dubitare quin auctor de ea loquatur, cum Augustus nullam aliam prolem habuerit, et idem recitetur apud Suetonium, Dionem lib. LV, et alios plures. Ista porro collocantur in Fux., Peta., Vi., O., Lo., Fa., Mar. et excusis, ad an. 39 Augusti, seu 4 olymp. 193; in Pi. ad an. 38. Apposite quidem hic codex, si hoc contigit, ut vult Dio lib. LV, *coss. Antistio et Balbo*, et si eos Fasti Onuphrii recte assignant ad an. 3 olymp. 193, qui coincidit cum an. 38 Augusti. Si tamen spectetur an. Urb. 748, qui concurrit ex Dione et ratione ordinis consulum cum illis coss. et cum anno ab Abraham 2012 (si numeres ad olymp. 7), retinendus est vulgatus situs. Velleius lib. II distat ab auctore tribus annis, cum relegatam Juliam commemorat *Augusto et Caninio coss.*, si sequendi sunt Fasti Onuphrii, dum eos tribuunt anno Urbis 752 et 3 olymp. 194; cui accedit Macrobius lib. II Saturn., cum tradit hanc Juliam, antequam in exsilium mitteretur, natam annos circiter 38, et si etiam verum est, ut Dio tradit lib. XLVIII, eam natam coss. *Lucio Martio Censorino et Caio Sabino*, seu an. Urbis 715, vel 3 olymp. CLXXXV. Fuit autem *a patre Pandataria insula mox oppido Rheginorum clausa*, ubi obiit anno Urbis 767, ut testatur Tacitus lib. I.

(Ibid.) *M. Tullius Tyro.* Pro *Tiro* legitur *Tyro* in Peta. et trib. mss. Fab., sicut apud Tacitum. Verum utrumque receptum est apud bonos auctores. Habemus autem hic libros consentientes Vi., O., Fux., Peta., Fa., Pi., Lo., Mar., et editos, ut opponantur ista an. 39 Augusti.

(Ibid.) *Usque ad centesimum.* Sic rectius pro *usque centesimum*, ut olim, juxta A., M., L., V., Va., Pi., Lo., P., O., Mar., Ven., Lut., So., Fre., Peta., Vi., Fux., Fa.

(Ibid.) *Augustus gladiatorum ludum et navale certamen exhibuit.* In Fa., Pi., Lo., Vi., O., ista pendent ab an. 39 Augusti, seu 4 olymp. 193, quod et in excusis servatur. At in Fux., Peta., Mar. an. 40. Sed Velleius lib. II firmat antiquum calculum, dum ait hæc spectacula adhibita eodem anno, quo Julia pulsa est in exsilium, licet differre videatur ab auctore, eo quod illa adscribat consulatui *Augusti et Caninii*, quem Fasti Onuphrii tribuunt an. 3 olymp. 194. Sed quis conciliaret veteres in collatione consulum cum olympiadibus?

(Ibid.) *Melissus Spoletinus*, etc. Reposuere ista ex adverso an. 39 Augusti Vi., O., Pi.; et anni 40, Fux., Fa., Peta., Lo., et editiones, una cum Mar.; recensebis tamen quod is habet *Melissus Poletinus*, pro *Spoletinus*.

(Ibid.) *M. Portius Latro. Portius Cato* Vi., O.; sic etiam Vinc. et Antonin. titulo 4, cap. 5. *Notandum*, inquiunt, *quod præter Catonem Uticensem fuit alius Cato philosophus stoicus, qui secundum Eusebium an. imperii Augusti 41, tædio duplicis quartanæ seipsum interfecit, sperans post istam vitam meliorem invenire, ut ait Eusebius.* Portii Catonis philosophi meminit Sextus Frontinus lib. I et II; Æmilius Probus; Valer. Maxim. lib. II cap. 4, et lib. III cap. 2; ut etiam ipse Eusebius ad olymp. 177, Portii Latronis *clari inter magistros dicendi;* Plin. lib. XX cap. 14, Seneca pas-

sim in controversiis, ut de suo condiscipulo in schola Marulli rhetoris. Quintilian. et alii misere confundunt cum hoc Portio Latrone alterum Catonem: fuit et alius ejusdem nominis orator insignis, cujus meminerunt Varro lib. I de Re rustica, Sallust. lib. I Hist., Cicero in Bruto, Livius lib. XXXIV et XLIX, Plin. lib. VII cap. 27, Colum. lib. I, Plutarch. in Vita Catonis, Valer. lib. II cap. 4 et lib. III cap. 2. Hujus opera edita sunt Lugduni Batavorum an. 1590. Ad extremum his designata sedes in Fux., Fa., Peta., Pi., Lo., Mar. et impressis, ad an. 40 Augusti; in Vi. O., ad an. 41.

(Ibid.) *Herodes ad ea quæ supra crudeliter*, etc.. Augent vocem, ut augeant sensum Fux. et Peta. Nam pro *crudeliter* substituunt *crudelissime;* Mar. est contentus voce *crudelis*. Præterea exhibentur ista e regione, in nonnullis, ut in Lo., Fa., Pi. et editis, una cum Mar., an. 40 Augusti; in Peta., Vi., O. et trib. mss. Fab., an 41.

(Ibid.) *Cæsar amicitiam*, etc. Componunt ista cum an. 41 Augusti libri editi; cum an. 42, Fa., Lo., Mar.; cum an. 43, Fux., Peta., Vi., O.; cum. an. 44, Pi.

(Ibid.) *Tertullianus*, etc., usque *passum*. Cum antea ista essent ad an. 42 Augusti posita, translata sunt in hunc locum sub anno 41 Augusti, ex fide M., P., Lo., O., Vi., L., A., Fux., Peta., et sententia idem poscente. Leguntur autem ut additamenta, minusculis litteris in margine Fa. et unius ex mss. Fab. ad an. 42.

(Ibid.) *Affirmat Christum 41 anno.* Pro 41 habes 40 in V., Va., Lo., Fa.; sed prius respondet ipsi Tertulliano adversus Judæos, cui adhærent Hieronymus in Esai. cap. IV et Daniel. IX, Irenæus lib. III cap. 25, Julianus Toletanus, Cassiodorus, et Marianus. Sunt viri docti qui hos conantur conciliare cum aliis, qui ortum Christi referunt ad an. 42 Augusti, ut illi incipiant numerare annos Augusti a cæde Julii Cæsaris, isti autem ab ejus primo consulatu. Sunt etiam alii qui volunt priores loqui de anno vertente, posteriores de anno completo: sed neutrum satisfacit multis nominibus. Cæterum non est hujus loci illa afferre.

(Ibid.) *Edicente Cæsare.* Desunt hæc duo verba in L., Vi., O., Lo., A., V., Va., Vat., Fa. Fux., Peta., Pi., Mar. Porro reposuimus istam periodum hoc loco ad an. 42 Augusti ex fide omnium mss. præter Fa., Peta. (Nam in illo ad an. 41, in hoc ad an. 43), et ita poscente ratione temporis, et auctoritate Lucæ II, et ipsius Eusebii lib. I Histor. cap. 1. Quibus satisfit viro doctissimo, qui ex horum situ antiquo ad an. 41 Augusti, et 2 olymp. 194, argumentabatur ortum Christi referendum ex Eusebio in an. 2 olymp. 194. Non tamen celabo in Lo., P., Vi., O., M., A., L., illam periodum apponi consequenter post illa sequentis periodi verba, *Judææ nascitur:* sed cum jam esset receptum in vulgatis, ut illa præiret, satis fuit illi suum annum proprium restituere, videlicet 42 Augusti. Adde quod Quirinus cœperat censum describere paulo ante Christi nativitatem.

(Ibid.) *Ex Senatusconsulto. Ex consilio senatus* P., A., M., V., Vi., Lo., Peta., Fux., O., Pi.; *ex consulto senatus* Va., Fa., Vat., V.; *ex senatusconsultu* Ven.

(Ibid.) *Quirinus.* In Vi., O., Fux., *Cyrinus*, sicut habet Lucas II, et auctor ipse in hist. lib. I cap. 5, ex Josepho lib. XVIII antiquit. cap. 5, et omnes Græci κυρήνιος, vel κύρεινος, ut Latini, Suetonius et alii habent *Quirinus*, vel ut Tacitus *Quirinius*, ut et Dio lib. LIII. Appellabatur autem *Publius Sulpitius Quirinus*, ut constat ex Tacito, Fastis Consularibus ad an. Urb. 741, et aliis. Nec audiendus est Laurentius Valla, qui putat eum vocari *Cyrenæum*.

(Ibid.) *Possessionumque describit.* Melius juxta Fux., Peta., M., L., Lo., A., V., Va., Fa., Mar., Pi., O., Vi., quam, ut olim, *possessionesque*.

(557, V.) *Anni Domini.* Non est dissimulandum in sex Vaticanis, trib. Fab. et omnibus mss., præter Vi., O. et V., deesse numerum, seu seriem annorum a Christo, perinde ac illam annorum mundi, de qua fuse in limine notarum; et secundum quam etiam ex auctore primus an. Christi est 5199 mundi. Unde satis constat utramque columnam annorum et a mundo, et a Christo, a librariis fuisse additam, sicuti multi ante nos observarunt: in quibus est vir clariss. *Nicolaus Faber*, quem sine honore non possumus nec debemus nominare, præfatione in Fragmenta Hilarii. Unde nec mirum videri debet, si nihil certi constet de annis a Christo apud Eusebium, et Hieronymum, neque apud alios veteres, nisi prout colligitur ex imperatorum successionibus per adjunctionem annorum, quibus quisque regnavit, et per collationem cum olympiadibus et consulibus, sicut apud Dionem, Livium, et alios colliguntur anni Urbis secundum ordinem consulum. Jam vero non erit extra rem de annis Christi, prout in codicibus Victorino et Oisellano (nam quid de eisdem contineat codex V., non memini, cum perierint, ut dixi sæpe, meæ notæ antiquæ) contexuntur, nonnulla attingere, ut quivis facilius intelligat in quibus dissideant a nostris, ut deinceps observabimus, in quibus coeant, et quibus ex causis. Observandum ergo in primis illos duos pares esse et convenire cum nostris usque ad an. Christi 71, ut idem sit an. 1 Vespasiani consentientibus non solum omnibus libris, sed ipsis Vincentio, Martino, Polono, Antonino, et aliis sequacibus Eusebii. Ex hinc distant 1 an. Nam cum an. 80 Christi in vulgatis occupet spatium oppositum an. 10 Vespasiani, est in Vi., O., ad an. 1 Titi. Hujusmodi dissidium nascitur, quia isti tribuunt Vespasiano tantum an. 9, et alii an. 10: sed cum mox illi duo dent Tito an. 3, et editi tantum an. 2, fit ut conveniant in an. 84 Christi, ut sit in omnibus ad an. 2 Domitiani et inde usque ad an. 1 Mar. Antonini, qui cum in editis concurrat cum an. Christi 163, in illis est ad an. 162, quia hi duo tribuunt tantum Antonino Pio annos 22, et editi an 23. Hæc differentia unius anni perseverat usque ad an. 213, quem tam vulgati, quam illi duo collocant ad annum primum Caracallæ, quia illi prorogant imperium Severi usque ad an. 19, vulgati non nisi usque ad 18 annos. Mox incipiunt dissidere in an. 220, qui in vulgatis est ad an. 1 Macrini, in illis ad an. 1 M. Aurelii, quia hi concedunt tantum annos sex Caracallæ, at alii annos 7. Quod discrimen perseverat usque ad annum Christi 328, qui respondet anno 19 Constantini in vulgatis, at in illis anno 20 ejusdem et ultimo Chronici Eusebiani: qua ratione progrediuntur usque ad finem Chronici Hieronymi, ubi in vulgatis annus 381 Christi est an. 14 Valentis et ultimus illius Chronici, in illis an. 380: et in hoc terminant annos Christi, neque enim illos appingunt in Prospero. Quando autem primum accessio columnæ illius annorum a Christo facta sit huic Chronico, vix certi quidquam dici potest. Licet enim Contractus (qui scribebat an. 1060), Marianus (qui scribebat an. 1083), persequantur suum Chronicon per annos Christi, nusquam tamen meminere annorum a Christo secundum Chronicon Eusebii, immo valde diversam rationem persequuntur. Marianus enim verbi gratia, componit an. 1 Vespasiani cum anno 74 Christi, et annum 20 Constantini cum an. 325, et sic de aliis. Contractus vero an. 1 Vespasiani cum an. 72 Christi, et annum 20 Constantini cum an. Christi 327. Vincentius autem (qui scribit an. 1250) notat annos Christi eodem modo, quo Victorinus et Oisellanus codices, sed in hoc nusquam meminit Chronici Eusebii. Solus Antoninus (qui vivebat an. 1450) facit mentionem annorum a Christo juxta Eusebii Chronicon, ut loquens de Vespasiano, *Vespasianus imperavit, ut scribit Eusebius in Chronicis, anno Domini* 71; et de Maximino imperatore: *cœpit imperare anno Domini* 238, *secundum Eusebium in Chronicis;* et sic in aliis, in quibus concurrit cum nostris editis ut plurimum.

(559, III.) *Jesus Christus Filius Dei*, etc. Omnes fere libri concurrunt, ut nativitatem Salvatoris prænotent ad eumdem annum, videlicet Herodis 32, Augusti 42, et 3 olymp. 194. Dixi fere; nam solus Lo.

habet ad an. Herodis 31, Augusti 41, et 2 olymp. 194. Vi. quoque et O. dissident tantum ab universa cohorte librorum in olymp., cum constituant ad an. 2 olymp. 194 quod in illis duobus nascitur ex illo an. 19 Ptolemæi, qui et Alexander, prætermisso in serie Alexandrinorum, de quo supra : hinc enim fit, ut primus annus Julii Cæsaris, qui debebat concurrere cum an. 1 olymp. 183, respondeat an. 4 olymp. 182, ac proinde an. 42 August. respondeat an. 2 olymp. 194, cum deberet an. 3 olymp. 194. Quod autem editorum situs potior sit tam in olymp. quam in anno Augusti (nam in an. 32 Herodis non est controversia de mente auctoris), confirmatur ex eo, quod an. 20 Constantini sit auctori, ut suo loco demonstrabitur, annus Christi 329 et an. 3 olymp. 276. Ergo si cursu retrogrado numeres, reperies annum primum Christi esse 3 olymp. 194. His adde quod alioquin hic annus primus Christi non incurreret in an. 2015 ab Abraham, quod tamen necessario ponendum, ut mox demonstrabimus : quo fit ut non possim assentiri viro doctissimo, qui ex eo quod Eusebius dicat annum Tiberii 15 incidisse in an. 4 olymp. 201, idemque affirmet eum annum fuisse ætatis Christi 30, contendit propterea consequi natum Dominum anno 2 olymp. 194, juxta Eusebium. Primum enim oppono alium eruditissimum virum (Pererium pag. 550 in suis in Danielem Commentariis) contrarium ex eodem colligentem, nimirum Eusebium designantem an. 15 Tiberii e regione illius anni 4 olymp. 201, aperte declarasse ortum Domini contigisse an. 3 olymp. 194. Deinde si nativitas Domini, seu primus annus epochæ ipsius uno gradu altius sursum versus promovendus est, necesse fuerit non solum primum annum Julii Cæsaris et Augusti, sed etiam Tiberii et cæterorum imperatorum ad anterioris olympiad. annum propellere : atque ita primus an. Julii Cæsaris non jam statuetur ex adverso anni primi olymp. 183, sed ex adverso quarti præcedentis olymp. 182. Quod tamen quam longissime ab Eusebii mente abesse nobis certum est et exploratum, cum jam scripserit pag. 119 Julium arripuisse imperium olymp. 183, id est an. 1 illius olymp. 183. Nam cum veteres simpliciter et sine additione loquuntur de olymp. ut plurimum ejus annum primum intelligunt, sicut non semel monuimus. Præterea cum lib. x de Præpar. cap. 3, scripserit *annum 15 Tiberii inveniri quartum olympiad.* 201 (nam mendose legitur *ducentesimæ quintæ ac primæ*) et doctrinam Evangelicam eodem anno incœpisse, et lib. I Hist. cap. 10, *Christum baptizatum fuisse, quando jam tricesimum ætatis suæ annum agere incipiebat, et spatium temporis prædicationis suæ vix integrum quadriennium efficere;* et lib. VIII de Demonstr. cap. 2 : *Proditum est*, inquit, *memoriæ omne doctrinæ eruditionisque miraculorum Salvatoris nostri tempus trium annorum et semis fuisse;* non igitur illi completus est an. 30 Christi sed inchoatus et currens baptismi tempore, neque spatium septem plenarum olympiadum et duorum annorum inter ejus ortum et baptismum interceptum reperiri potest, sed septem sunt tantum completæ olymp. intermediæ; tertius autem annus olymp. 194, in quem refertur ortus ejus, tot solum menses habet : quot sunt a solstitio hiberno, quo natus est Dominus, ad solstitium æstivum, quo annus olympiadis sequentis inchoatus est, et trigesimus item Christi tot mensibus decurtatus est, quot a sexto Januarii, quo baptizatus est, usque ad æstivum solstitium, quo olympicus annus finitur, interjecti sunt : ita ut ex collectis olympiacis annis non plures conficiuntur anni quam 29 completi, et trigesimus per tredecim dies inchoatus. Idque ex diagrammate annorum expansorum colligi poterit, siquis ita per quatuor strigas et intervalla linearum disponat omnes ætates Christi anno 25, ut primum Christi annum collocet ex adverso an. 3 olymp. 194. Sic enim omnes deinceps quasi quadruplici catena deducet, ut ex adverso 30 reperiantur siti, et 15 Tiberii, et annus 4 olymp. 201.

(559, III.) *Quo anno cœpit Christianorum salus, quis et primus annus Christianæ salutis numeratur.* Desunt hæc in A., Al., L., M., V., Peta., Fux., P., Lo., Fa., Vi, O., Pi., et tribus mss. Fab. : propterea libenter expunxissem, nisi me cohibuisset dignitas rei, tum quia nullus pene ms. contexit annos a Christo, ut dixi; tum quia certum est Dionysium Exiguum abbatem Romanum primum constituisse annos a Christo, quibus utimur an. 532; et communem etiam numerandi rationem annos a Christo in rescriptis pontificum et regum, seu actis publicis, seu etiam in chronographis et historicis, natam multo post Eusebium et Hieronymum, sive tempore Caroli Magni, sive ante vel post; nam de hoc viri docti contendunt.

(Ibid.) *In Bethleem Judæ nascitur. Judææ* vice, ut in impressis, Mar. et aliis nonnullis mss.; vel *Judæa*, ut in Pi., legimus; *Judæ* in A., Fux., Peta., L., Vi., M., V., P., Al., O., Lo., a quibus firmiter stat Hieron. in cap. II Matthæi : *Librariorum*, inquit, *error est. Putamus enim ab evangelista primum editum, sicut in ipso Hebraico legimus, Juda, non Judææ. Quæ est enim aliarum gentium Bethleem, ut ad distinctionem ejus hic Judææ poneretur? Juda autem idcirco scribitur, quia est alia Bethleem in Galilæa.* Et licet exemplaria Græca evangelistarum habeant hodie Βηθλεέμ τᾶς Ἰουδαίας, hoc est, *Bethleem Judææ*, quia tamen verisimile non est Hieronymum versionis hujus Chronici auctorem sibi ipsi esse adeo contrarium : et cum habeamus tot codices locupletissimos testes hic mentis ejus, nefas fuit ab illis dissentire. Nihilominus non video, pace D. Hieronymi dixerim, quin Matthæus non potuerit scribere τῆς Ἰουδαίας eadem ratione, qua LXX Interpretes vertunt יהודה Jehuda, τῆς Ἰουδαίας, ut psal. LXXV : γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός; psal. CXIII : ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, *facta est Judæa sanctificatio ejus.* Sic I Reg. XVII; εἰς Σοκχὼθ τῆς Ἰουδαίας, ubi noster interpres. *in Soccoth Juda.* Sic etiam Matth. XIX : *migravit a Galilæa et venit in fines Judææ.* Ex quibus locis et similibus constat vocem *Judæa* sumi aliquando pro sola tribu Juda, seu regione illius, et non solum pro tota regione Palæstinæ, quam Hebræorum, seu Judæorum gens incolebat.

(Ibid.) *Colliguntur*, etc., usque *ad nativitatem Christi anni* 2015. Pro *an.* 2025, ut in impressis, et aliis nonnullis mss., posuimus *anni* 2015, ex fide A., Al., L., Pi., Peta., Fux., V., P., Au., M., Lo., Idac., trium mss. Fab., Vincen., et ex ratione calculi ab Abraham appositi per decadas ad oram. Non reticebo codices Vi., O., pro 2015, habere *duo millia quatuordecim.* Sed in illis error manavit ob illum decimum annum sublatum Ptolemæo, qui et Alexander, de quo non semel. Etenim si annus ille accedat, siculi præstitimus, annus primus Christi, qui anno 42 Augusti respondet, incurret in illum an. ab Abraham 2015.

(Ibid.) *Sixtus Pythagoricus philosophus.* Exstat in vulgatis *Xistus;* apud Mar. *Sextius*, sicut apud Senecam epist. 108. Magis tamen probo priorum editionum Ven. et Lut. scripturam, maxime cum iis patrocinentur quinque Vatic. nec longe absint L., P., Au., Peta., Fux., M., Lo., Pi., O., Vi., et tres mss. Fab., et Vincen. tom. I, in quibus *Sextus*, sicut apud Laertium lib. IX cap. ult., et etiam apud Senecam in epist. et lib. de Ira, et sæpe alias. Quinetiam ita legere optimos veterum codicum Eusebii testatur doctissimus Nicol. Faber in Senecam, cui favent Hieronym. ad Ctesiphontem et in Ezech. cap. XVIII, et Gennadius in catalogo, ubi agit de Rufino. Marianus Victorinus in Hieronymum observat *apud Græcos vocari Xestum non Xistum*, sed proculdubio aut scribendum *Xystus* more Græcorum, aut *Sixtus*, aut etiam *Sistus* voce Latina, seu ad similitudinem vocum Latinarum detorta. Porro quoad situm, discessionem ab invicem fecerunt libri. Nam Lo., Fa., et editi, aggregant ista ad an.

sim in controversiis, ut de suo condiscipulo in schola Marulli rhetoris. Quintilian. et alii misere confundunt cum hoc Portio Latrone alterum Catonem: fuit et alius ejusdem nominis orator insignis, cujus meminerunt Varro lib. I de Re rustica, Sallust. lib. I Hist., Cicero in Bruto, Livius lib. XXXIV et XLIX, Plin. lib. VII cap. 27, Colum. lib. I, Plutarch. in Vita Catonis, Valer. lib. II cap. 4 et lib. III cap. 2. Hujus opera edita sunt Lugduni Batavorum an. 1590. Ad extremum his designata sedes in Fux., Fa., Peta., Pi., Lo., Mar. et impressis, ad an. 40 Augusti; in Vi. O., ad an. 41.

(Ibid.) *Herodes ad ea quæ supra crudeliter*, etc.. Augent vocem, ut augeant sensum Fux. et Peta. Nam pro *crudeliter* substituunt *crudelissime;* Mar. est contentus voce *crudelis*. Præterea exhibentur ista e regione, in nonnullis, ut in Lo., Fa., Pi. et editis, una cum Mar., an. 40 Augusti; in Peta., Vi., O. et trib. mss. Fab., an 41.

(Ibid.) *Cæsar amicitiam*, etc. Componunt ista cum an. 41 Augusti libri editi; cum an. 42, Fa., Lo., Mar.; cum an. 43, Fux., Peta., Vi., O.; cum. an. 44, Pi.

(Ibid.) *Tertullianus*, etc., usque *passum*. Cum antea ista essent ad an. 42 Augusti posita, translata sunt in hunc locum sub anno 41 Augusti, ex fide M., P., Lo., O., Vi., L., A., Fux., Peta., et sententia idem poscente. Leguntur autem ut additamenta, minusculis litteris in margine Fa. et unius ex mss. Fab. ad an. 42.

(Ibid.) *Affirmat Christum 41 anno*. Pro 41 habes 40 in V., Va., Lo., Fa.; sed prius respondet ipsi Tertulliano adversus Judæos, cui adhærent Hieronymus in Esai. cap. IV et Daniel. IX, Irenæus lib. III cap. 25, Julianus Toletanus, Cassiodorus, et Marianus. Sunt viri docti qui hos conantur conciliare cum aliis, qui ortum Christi referunt ad an. 42 Augusti, ut illi incipiant numerare annos Augusti a cæde Julii Cæsaris, isti autem ab ejus primo consulatu. Sunt etiam alii qui volunt priores loqui de anno vertente, posteriores de anno completo: sed neutrum satisfacit multis nominibus. Cæterum non est hujus loci illa afferre.

(Ibid.) *Edicente Cæsare*. Desunt hæc duo verba in L., Vi., O., Lo., A., V., Va., Vat., Fa. Fux., Peta., Pi., Mar. Porro reposuimus istam periodum hoc loco ad an. 42 Augusti ex fide omnium mss. præter Fa., Peta. (Nam in illo ad an. 41, in hoc ad an. 43), et ita poscente ratione temporis, et auctoritate Lucæ II, et ipsius Eusebii lib. I Histor. cap. 1. Quibus satisfit viro doctissimo, qui ex horum situ antiquo ad an. 41 Augusti, et 2 olymp. 194, argumentabatur ortum Christi referendum ex Eusebio in an. 2 olymp. 194. Non tamen celabo in Lo., P., Vi., O., M., A., L., illam periodum apponi consequenter post illa sequentis periodi verba, *Judææ nascitur:* sed cum jam esset receptum in vulgatis, ut illa præiret, satis fuit illi suum annum proprium restituere, videlicet 42 Augusti. Adde quod Quirinus cœperat censum describere paulo ante Christi nativitatem.

(Ibid.) *Ex Senatusconsulto*. *Ex consilio senatus* P., A., M., V., Vi., Lo., Peta., Fux., O., Pi.; *ex consulto senatus* Va., Fa., Vat., V.; *ex senatusconsultu* Ven.

(Ibid.) *Quirinus*. In Vi., O., Fux., *Cyrinus*, sicut habet Lucas II, et auctor ipse in hist. lib. I cap. 5, ex Josepho lib. XVIII antiquit. cap. 5, et omnes Græci κυρήνιος, vel κύρεινος, ut Latini, Suetonius et alii habent *Quirinus*, vel ut Tacitus *Quirinius*, ut et Dio lib. LIII. Appellabatur autem *Publius Sulpitius Quirinus*, ut constat ex Tacito, Fastis Consularibus ad an. Urb. 741, et aliis. Nec audiendus est Laurentius Valla, qui putat eum vocari *Cyrenæum*.

(Ibid.) *Possessionumque describit*. Melius juxta Fux., Peta., M., L., Lo., A., V., Va., Fa., Mar., Pi., O., Vi., quam, ut olim, *possessionesque*.

(557, v.) *Anni Domini*. Non est dissimulandum in sex Vaticanis, trib. Fab. et omnibus mss., præter Vi., O. et V., deesse numerum, seu seriem annorum a Christo, perinde ac illam annorum mundi, de qua fuse in limine notarum; et secundum quam etiam ex auctore primus an. Christi est 5199 mundi. Unde satis constat utramque columnam annorum et a mundo, et a Christo, a librariis fuisse additam, sicuti multi ante nos observarunt: in quibus est vir clariss. *Nicolaus Faber*, quem sine honore non possumus nec debemus nominare, præfatione in Fragmenta Hilarii. Unde nec mirum videri debet, si nihil certi constet de annis a Christo apud Eusebium, et Hieronymum, neque apud alios veteres, nisi prout colligitur ex imperatorum successionibus per adjunctionem annorum, quibus quisque regnavit, et per collationem cum olympiadibus et consulibus, sicut apud Dionem, Livium, et alios colliguntur anni Urbis secundum ordinem consulum. Jam vero non erit extra rem de annis Christi, prout in codicibus Victorino et Oisellano (nam quid de eisdem contineat codex V., non memini, cum perierint, ut dixi sæpe, meæ notæ antiquæ) contexuntur, nonnulla attingere, ut quivis facilius intelligat in quibus dissideant a nostris, ut deinceps observabimus, in quibus coeant, et quibus ex causis. Observandum ergo in primis illos duos pares esse et convenire cum nostris usque ad an. Christi 71, ut idem sit an. 1 Vespasiani consentientibus non solum omnibus libris, sed ipsis Vincentio, Martino, Polono, Antonino, et aliis sequacibus Eusebii. Ex hinc distant 1 an. Nam cum an. 80 Christi in vulgatis occupet spatium oppositum an. 10 Vespasiani, est in Vi., O., ad an. 1 Titi. Hujusmodi dissidium nascitur, quia isti tribuunt Vespasiano tantum an. 9, et alii an. 10: sed cum mox illi duo dent Tito an. 3, et editi tantum an. 2, fit ut conveniant in an. 84 Christi, ut sit in omnibus ad an. 2 Domitiani et inde usque ad an. 1 Mar. Antonini, qui cum in editis concurrat cum an. Christi 163, in illis est ad an. 162, quia hi duo tribuunt tantum Antonino Pio annos 22, et editi an 23. Hæc differentia unius anni perseverat usque ad an. 213, quem tam vulgati, quam illi duo collocant ad annum primum Caracallæ, quia illi prorogant imperium Severi usque ad an. 19, vulgati non nisi usque ad 18 annos. Mox incipiunt dissidere in an. 220, qui in vulgatis est ad an. 1 Macrini, in illis ad an. 1 M. Aurelii, quia hi concedunt tantum annos sex Caracallæ, at alii annos 7. Quod discrimen perseverat usque ad annum Christi 328, qui respondet anno 19 Constantini in vulgatis, at in illis anno 20 ejusdem et ultimo Chronici Eusebiani: qua ratione progrediuntur usque ad finem Chronici Hieronymi, ubi in vulgatis annus 381 Christi est an. 14 Valentis et ultimus illius Chronici, in illis an. 380: et in hoc terminant annos Christi, neque enim illos appingunt in Prospero. Quando autem primum accessio columnæ illius annorum a Christo facta sit huic Chronico, vix certi quidquam dici potest. Licet enim Contractus (qui scribebat an. 1060), Marianus (qui scribebat an. 1083), persequantur suum Chronicon per annos Christi, nusquam tamen meminere annorum a Christo secundum Chronicon Eusebii, immo valde diversam rationem persequuntur. Marianus enim verbi gratia, componit an. 1 Vespasiani cum anno 74 Christi, et annum 20 Constantini cum an. 325, et sic de aliis. Contractus vero an. 1 Vespasiani cum an. 72 Christi, et annum 20 Constantini cum an. Christi 327. Vincentius autem (qui scribit an. 1250) notat annos Christi eodem modo, quo Victorinus et Oisellanus codices, sed in hoc nusquam meminit Chronici Eusebii. Solus Antoninus (qui vivebat an. 1450) facit mentionem annorum a Christo juxta Eusebii Chronicon, ut loquens de Vespasiano, *Vespasianus imperavit, ut scribit Eusebius in Chronicis, anno Domini* 71; et de Maximino imperatore: *cœpit imperare anno Domini* 238, *secundum Eusebium in Chronicis;* et sic in aliis, in quibus concurrit cum nostris editis ut plurimum.

(559, III.) *Jesus Christus Filius Dei*, etc. Omnes fere libri concurrunt, ut nativitatem Salvatoris prænotent ad eumdem annum, videlicet Herodis 32, Augusti 42, et 3 olymp. 194. Dixi fere; nam solus Lo.,

habet ad an. Herodis 31, Augusti 41, et 2 olymp. A 194. Vi. quoque et O. dissident tantum ab universa cohorte librorum in olymp., cum constituant ad an. 2 olymp. 194 quod in illis duobus nascitur ex illo an. 19 Ptolemæi, qui et Alexander, prætermisso in serie Alexandrinorum, de quo supra : hinc enim fit, ut primus annus Julii Cæsaris, qui debebat concurrere cum an. 1 olymp. 183, respondeat an. 4 olymp. 182, ac proinde an. 42 August. respondeat an. 2 olymp. 194, cum deberet an. 3 olymp. 194. Quod autem editorum situs potior sit tam in olymp. quam in anno Augusti ( nam in an. 32 Herodis non est controversia de mente auctoris), confirmatur ex eo, quod an. 20 Constantini sit auctori, ut suo loco demonstrabitur, annus Christi 329 et an. 3 olymp. 276. Ergo si cursu retrogrado numeres, reperies annum primum Christi esse 3 olymp. 194. His adde quod alioquin hic annus primus Christi non incurreret in an. 2015 ab Abraham, quod tamen necessario ponendum, ut mox demonstrabimus : quo fit ut non B possim assentiri viro doctissimo, qui ex eo quod Eusebius dicat annum Tiberii 15 incidisse in an. 4 olymp. 201, idemque affirmet eum annum fuisse ætatis Christi 30, contendit propterea consequi natum Dominum anno 2 olymp. 194, juxta Eusebium. Primum enim oppono alium eruditissimum virum (Pererium pag. 550 in suis in Danielem Commentariis) contrarium ex eodem colligentem, nimirum Eusebium designantem an. 15 Tiberii e regione illius anni 4 olymp. 201, aperte declarasse ortum Domini contigisse an. 3 olymp. 194. Deinde si nativitas Domini, seu primus annus epochæ ipsius uno gradu altius sursum versus promovendus est, necesse fuerit non solum primum annum Julii Cæsaris et Augusti, sed etiam Tiberii et cæterorum imperatorum ad anterioris olympiad. annum propellere : atque ita primus an. Julii Cæsaris non jam statuetur ex adverso anni primi olymp. 183, sed ex adverso quarti præcedentis olymp. 182. Quod tamen quam longissime ab Eusebii mente abesse nobis certum est et exploratum, cum jam scripserit C pag. 119 Julium arripuisse imperium olymp. 183, id est an. 1 illius olymp. 183. Nam cum veteres simpliciter et sine additione loquuntur de olymp. ut plurimum ejus annum primum intelligunt, sicut non semel monuimus. Præterea cum lib. x de Præpar. cap. 3, scripserit *annum 15 Tiberii inveniri quartum olympiad.* 201 (nam mendose legitur *ducentesimæ quintæ ac primæ*) et doctrinam Evangelicam eodem anno incœpisse, et lib. I Hist. cap. 10, *Christum baptizatum fuisse, quando jam tricesimum ætatis suæ annum agere incipiebat, et spatium temporis prædicationis suæ vix integrum quadriennium efficere;* et lib. VIII de Demonstr. cap. 2 : *Proditum est*, inquit, *memoriæ omne doctrinæ eruditionisque miraculorum Salvatoris nostri tempus trium annorum et semis fuisse;* non igitur illi completus est an. 30 Christi sed inchoatus et currens baptismi tempore, neque spatium septem plenarum olympiadum et duorum annorum inter ejus ortum et baptismum interceptum reperiri D potest, sed septem sunt tantum completæ olymp. intermediæ; tertius autem annus olymp. 194, in quem refertur ortus ejus, tot solum menses habet: quot sunt a solstitio hiberno, quo natus est Dominus, ad solstitium æstivum, quo annus olympiadis sequentis inchoatus est, et trigesimus item Christi tot mensibus decurtatus est, quot a sexto Januarii, quo baptizatus est, usque ad æstivum solstitium, quo olympicus annus finitur, interjecti sunt : ita ut ex collectis olympiacis annis non plures conficiuntur anni quam 29 completi, et trigesimus per tredecim dies inchoatus. Idque ex diagrammate annorum expansorum colligi poterit, si quis ita per quatuor strigas et intervalla linearum disponat omnes ætates Christi anno 23, ut primum Christi annum collocet ex adverso an. 3 olymp. 194. Sic enim omnes deinceps quasi quadruplici catena deducet, ut ex adverso 30 reperiantur siti, et 15 Tiberii, et annus 4 olymp. 201.

(559, III.) *Quo anno cœpit Christianorum salus, quis et primus annus Christianæ salutis numeratur.* Desunt hæc in A., Al., L., M., V., Peta., Fux., P., Lo., Fa., Vi, O., Pi., et tribus mss. Fab. : propterea libenter expunxissem, nisi me cohibuisset dignitas rei, tum quia nullus pene ms. contexit annos a Christo, ut dixi; tum quia certum est Dionysium Exiguum abbatem Romanum primum constituisse annos a Christo, quibus utimur an. 532; et communem etiam numerandi rationem annos a Christo in rescriptis pontificum et regum, seu actis publicis, seu etiam in chronographis et historicis, natam multo post Eusebium et Hieronymum, sive tempore Caroli Magni, sive ante vel post; nam de hoc viri docti contendunt.

(Ibid.) *In Bethleem Judæ nascitur. Judææ* vice, ut in impressis, Mar. et aliis nonnullis mss.; vel *Judæa*, ut in Pi., legimus; *Judæ* in A., Fux., Peta., L., Vi., M., V., P., Al., O., Lo., a quibus firmiter stat Hieron. in cap. II Matthæi : *Librariorum*, inquit, *error est. Putamus enim ab evangelista primum editum, sicut in ipso Hebraico legimus, Juda, non Judææ. Quæ est enim aliarum gentium Bethleem, ut ad distinctionem ejus hic Judææ poneretur? Juda autem idcirco scribitur, quia est alia Bethleem in Galilæa.* Et licet exemplaria Græca evangelistarum habeant hodie Βηθλεέμ τῆς Ἰουδαίας, hoc est, *Bethleem Judææ*, quia tamen verisimile non est Hieronymum versionis hujus Chronici auctorem sibi ipsi esse adeo contrarium : et cum habeamus tot codices locupletissimos testes hic mentis ejus, nefas fuit ab illis dissentire. Nihilominus non video, pace D. Hieronymi dixerim, quin Matthæus non potuerit scribere τῆς Ἰουδαίας eadem ratione, qua LXX Interpretes vertunt יהודה Jehuda, τῆς Ἰουδαίας, ut psal. LXXV : γνωστὸς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ Θεός ; psal. CXIII : ἐγενήθη Ἰουδαία ἁγίασμα αὐτοῦ, *facta est Judæa sanctificatio ejus.* Sic I Reg. XVII ; εἰς Σοκχὼθ τῆς Ἰουδαίας, ubi noster interpres, *in Soccoth Juda.* Sic etiam Matth. XIX : *migravit a Galilæa et venit in fines Judææ.* Ex quibus locis et similibus constat vocem *Judæa* sumi aliquando pro sola tribu Juda, seu regione illius, et non solum pro tota regione Palæstinæ, quam Hebræorum, seu Judæorum gens incolebat.

(Ibid.) *Colliguntur*, etc., usque *ad nativitatem Christi anni* 2015. Pro *an.* 2025, ut in impressis, et aliis nonnullis mss., posuimus *anni* 2015, ex fide A., Al., L., Pi., Peta., Fux., V., P., An., M., Lo., Idac., trium mss. Fab., Vincen., et ex ratione calculi ab Abraham appositi per decadas ad oram. Non reticebo codices Vi., O., pro 2015, habere *duo millia quatuordecim.* Sed in illis error manavit ob illum decimum annum sublatum Ptolemæo, qui et Alexander, de quo non semel. Etenim si annus ille accedat, siculi præstitimus, annus primus Christi, qui anno 42 Augusti respondet, incurret in illum an. ab Abraham 2015.

(Ibid.) *Sixtus Pythagoricus philosophus.* Exstat in vulgatis *Xistus;* apud Mar. *Sextius*, sicut apud Senecam epist. 108. Magis tamen probo priorum editionum Ven. et Lut. scripturam, maxime cum iis patrocinentur quinque Vatic. nec longe absint L., P., An., Peta., Fux., M., Lo., Pi., O., Vi., et tres mss. Fab., et Vincen. tom. I, in quibus *Sextus*, sicut apud Laertium lib. IX cap. ult., et etiam apud Senecam in epist. et lib. de Ira, et sæpe alias. Quinetiam ita legere optimos veterum codicum Eusebii testatur doctissimus Nicol. Faber in Senecam, cui favent Hieronym. ad Ctesiphontem et in Ezech. cap. XVIII, et Gennadius in catalogo, ubi agit de Rufino. Marianus Victorinus in Hieronymum observat *apud Græcos vocari Xestum non Xistum*, sed proculdubio aut scribendum *Xystus* more Græcorum, aut *Sixtus*, aut etiam *Sistus* voce Latina, seu ad similitudinem vocum Latinarum detorta. Porro quoad situm, discessionem ab invicem fecerunt libri. Nam Lo., Fa., et editi, aggregant ista ad an.

42 Augusti; Vi, O., Mar. et Fux., ad an. 43; Pi., A Peta., Vincen., ad an. 44.

(559, III.) *Agnoscitur.* Rectius, ni fallor, juxta M., V., Va., Peta., O., Fux., P., Vi., Lo., Pi., quam *nascitur*, quod in editis erat: astipulatur nostræ lectioni Marianus Scotus dum ait *Sextus Pythagoricus philosophus claruit.*

(561, III.) *Augustus Tiberium et Agrippam in filios adoptat.* Contigit hæc adoptio, si quæ fides habenda Fa., Lo., Mar. et editis, an. 43 Augusti. Nam Fux., Peta., Pi., Vi, O., Contract., ad an. 44, seu 1 olymp. 195, reponunt: liquo propius accedunt ad Dionem, qui lib. LV hæc assignat consulatui *Æmilii (seu Ælii) et Saturnini.* Siquidem Fasti Onuphrii illum recte suggerunt reponendum circa an. 4 olymp. 195. Licet autem Dio loquatur tantum de Tiberio, tamen Suetonius et Contractus adoptionem utriusque et Tiberii et Agrippæ conjungunt.

(Ibid.) *Judas Galilæus ad rebellandum Judæos, ne acquiescerent solvere tributa Romanis, cohortatur.* B Ista *ne acq. sol. trib. Roma.* non exstant in A., L., Au., O., Vi., M., 7 Vaticanis, Fux., Fa., Pi., Peta., P., Lo., Mar., Fre., Vincen., Contract. Verum sunt consona his quæ habentur Actor. V et describuntur late a Josepho lib. XVIII Antiq. cap. 1, et lib. II de Bell. Judaic. cap. 7, et iis quæ ex eodem referuntur ab auctore lib. I Histor. cap. 5, ex quibus apparet hunc Judam commovisse populum adversus censum actum a Quirino, illique persuasisse censum illum *inferre manifestam servitutem.* Cætera autem habentur ad an. 43 Augusti in Fa., Lo., Vincen. et excusis; ad an. 44 in O., Vi. et Contract.; ad an. 45, in Fux., Peta., Pi.; vulgatus situs firmatur ex ipso auctore loco citato. Nam licet Josephus scribat rebellionem hujus Judæ contigisse tempore illius census, seu, ut loquitur D. Lucas Actor. V, *in diebus professionis* factæ per Quirinum, post quam Archelaus Viennam relegatus fuit, quod contigit anno ultimo Augusti; tamen Eusebius confundens hanc secundam descriptionem, quæ fuit solius Judææ C cum prima universali facta tempore nativitatis Christi per eumdem Quirinum, de qua Luc. I existimavit non sine magno ὑστεροδογίας vitio illum tumultum contigisse circa tempus nati Christi; convincitur enim ex verbis ipsius D. Lucæ, cum nuncupat *primam* illam descriptionem, quæ facta est per Quirinum nascente Christo. Nam revera est prima, videlicet ratione habita illius quæ secundo per eumdem Quirinum facta est post annos quatuordecim. Non quod tunc primum censi et descripti fuerint Judæi: omnes enim norunt id quod auctor jam tradidit, Judæos redditos vectigales Romanis per Pompeium circa olympiad. 179, nec destiterunt usque ad Vespasianum et destructionem Hierusalem, sicut testantur Epiphan. hæresi 51, et ipse Josephus sæpe, et colligitur ex Evangelio. Ex quibus merito coarguuntur homines non contemnendæ eruditionis, sed nimis amatores novitatis, dum non solum ex istis duabus descriptionibus unicam efficiunt (quod et D facit auctor), sed malunt fidem potius adhibendam soli Josepho, ut illa semel facta fuerit anno ultimo Augusti, quam ipsi Eusebio, seu etiam evangelistæ, qui illam referunt ad annum natalis Dominici, seu ad an. 42 Augusti; adeo ut audeant non minus putide quam impie asserere illa verba Lucæ, *Hæc descriptio facta est a præside Syriæ Cyrino*, esse supposititia, neque ullo modo esse evangelistæ.

(Ibid.) *Herodes cum Christi*, etc. Fa. Lo. et impressi ad an. 44 Augusti monent ista esse locanda; at Fux., Peta., O., Pi., Vi., ad an. 45; Mar. ad. an. 43; verum non sunt deserendi editi. Neque enim serius a Christo nato, quam biennio, cædes infantium evenire potuit. Quod intervallum Eusebius et alii colligere videntur ex verbis illis Matthæi *a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a magis*, quibus et favere videtur Macrobius, dum scribit lib. II Saturnal. cap. 4, *Herodem intra bimatum pueros interfici jussisse.* Herodes enim cum tempus nativitatis Christi ignoraret, non solum bimos pueros occidit, sed et eos qui juniores erant, utpote nati paulo ante illud tempus, quod fuerat exquisitum a magis. Non enim verisimile est eum occidere voluisse eos qui post adventum magorum nati essent.

(Ibid.) *Universos in Bethleem. Universòs Bethleem* Lo., Fa., Peta., Fux. et tres mss. Fab.

(Ibid.) *Herodes morbo*, etc. Minus conveniunt libri, ubi referunt quo anno ista contigerint. Etenim Fa., Pi., Vi., O., Vincen. et editiones, an. 47 Augusti; at Fux., Peta., Lo., Mar., an. 46; Contract. an. 44; Ado. an. 48.

(Ibid.) *Intercutis aquæ et scatentibus.* Sic correximus ex L., A., Peta., Fux., O., M., P., Al., Vi., V., Mar., Beda et Contracto, qui hæc ipsa ad verbum referunt, pro *intercutis atque scatentibus*, ut in editis, et Idac.; vel *intercutis aqua et scatentibus* in Pi., L. Nostra lectio convenit cum Josepho lib. XVII Antiquit. cap. 8, et cum ipso Eusebio citante Josephum lib. I cap. 8: περὶ τοὺς πόδας ὡς ὑδροπιῶντος οἰδήματα.

(Ibid.) *Scatentibus. Scaturientibus* Va. Utrumque habet Euseb. li. II cap. 8 Histor. eccles.: quin et *verenda*, inquit, *putrefactione vermibus scatente absumebantur*; et paulo post dum idem refert, *pudendorum putrefactio vermibus scaturiens*, quod effert per duo verba σκώληκας ἐμποιοῦσα, et σκώληκας γεννῶσα.

(Ibid.) *Asinius Pollio, qui de Dalmatis triumpharat*, etc. Quemadmodum in superioribus uno aut altero anno codices differunt, sic in istis. Nam O., L., Pi., Vi., opponunt anno 46 Augusti; Mar. an. 45; Fux., Fa., Peta., Lo., an. 47, quibus conformes excusi. Triumphus autem hujus Asinii ex Parthenis seu Parthinis (populis Macedoniæ, teste Plinio lib. III cap. 23) ascribitur in Fastis, seu lapidibus Capitolinis, anno Urbis 714, seu olymp. 185, septimo kalendas Novembris; a quibus non dissentit Dio lib. LVIII. Verum Horatius lib. II, ode 1, indicat eum triumphasse de Dalmatis:

> Et consulenti Pollio, curiæ,
> Cui laurus æternos honores
> Dalmatico peperit triumpho.

Ubi Porphyrio ait eum triumphasse de Salona urbe Dalmatiæ capta: idem Servius in Virgil., et Florus. Observatione dignum quod scribit Suidas hunc Asinium *primum Græcorum res gestas Latino stylo esse persecutum.*

(Ibid.) *Filius ejus Archelaus.* Desideratur *filius ejus* in L., A., Peta., Lo., Pi., M., V., Va., Var., Fa., P., Fux., Mar. et tribus mss. Fab., sed tamen exstat in Vi., O., Al., Contracto, Adone, Vincen. Constat quoque ex Matth. cap. II, Josepho lib. XVII Antiquit. cap. 12, Euseb. lib. I Histor cap. 6 et 8, Beda lib. de Ratione temporum et aliis, Archelaum fuisse filium Herodis Magni.

(Ibid.) *Lysias.* Pro *Lysias* videri poterat subrogandum *Lysanias*, quia non est credendum alium esse a *Lysania*, quem Lucas evangelista cap. III *Abylinæ tetrarcham* appellat. Accedit quod ipse auctor lib. I Eccles. Histor. cap. 7 et 9, inter tetrarchas filios Herodis numerat non *Lysium*, sed *Lysaniam.* Idem Nicephor. lib. I cap. 15, et Cedrenus. Unde dicendum aut auctorem, quem alii imitantur, memoria lapsum (quod non raro contigit apud veteres scriptores), aut pridem maculam hanc illi inustam, visum nihilominus intacta relinquere, cum illa habeantur non solum in omnibus libris, sed etiam apud Bedam, Marianum, Adonem, Freculphum, Reginonem, Contractum et alios Eusebii sectatores. Cæterum meminit quidem Josephus lib. XIV Antiquit. cap. 21, et lib. XV cap. 12, duorum, quorum utrique *Lysanias* nomen, sed qui nec tetrarchæ, nec filii Herodis dicantur; immo nec pertinent ad hæc tempora. Non desunt autem multi viri eruditi, qui damnant auctorem, dum hunc *Lysiam* seu *Lysaniam* facit fratrem Archelai, et filium Herodis, sed quia solo ar-

gumento a negatione sumpto nituntur, eum inquiunt apud Josephum et alios nihil tale haberi, non video cur propterea ab Eusebii sententia abeundum sit, de quo tot libri et auctores fidem nobis faciant. Hallucinantur alii viri docti, et utinam in illis non esset vir summæ eruditionis et pietatis, Jansenius in Concordant. Evangel. qui eum Lysaniam, quem Josephus, lib. XIV Antiquit. cap. 20, facit Ptolemæi Memnei filium, eumdem esse existimat cum illo, qui dicitur *tetrarcha* a D. Luca. Nam constat esse ἀναχρονισμὸν ex eodem Josepho lib. XV Antiquit. cap. 4, et Dione lib. XLIX, dum tradunt illum occisum jussu Cleopatræ ante annos 40, id est anno Urbis 718, seu an. 1 olympiad. 186. Sed pessime Joannes Calvinus in Harmon. Evangel. sicut animadvertit Carolus Molinæus J.C., licet homo infestus fidei catholicæ, in libro quem inscripsit *Collatio seu unio quatuor Evangelistarum*, etc., pag. 96, cujus placuit verba referre, quia liber ille fuit industria Calvinistarum statim a partu pene exstinctus cum aliis quæ ipse ediderat contra errores graviores Calvini : *Calvinus*, inquit, *hic ait Lucam evangelistam abuti, seu improprie uti voce tetrarchia, eo quod hi tres non essent tetrarchæ, sed triarchæ, quoniam tres tantum repugnarent, et excusat evangelistam eo quod initio quadruplex fuit regionum partitio. Cæterum quamvis aliæ deinde secutæ sint mutationes, tamen honoris causa tetrarchæ nomen retentum, quemadmodum Plinius lib. I natur. Histor. cap. 18 septemdecim ejusdem regionis tetrarchias numerat. Ego vero dico evangelistam nostrum valde proprie locutum. Residua enim pars regni, quam Judæam vocabant, in qua regnum et tetrarchia suppressum fuit, non erat confusa, nec reliquis portionibus aut fratribus Archelai accreverat; sed imperio Romano reservata per præsides Romanos regebatur. Reliquæ ergo tres portiones non erant τριταρχίαι (ut putat Calvinus), sed vere τετραρχίαι, et Herodes Philippus et Lysanias veri tetrarchæ proprie loquendo, utpote singuli non tertiæ, sed quartæ tantum partis regionis domini seu toparchæ, regio nomine adempto.*

(561, III.) *Et Philippus*. Ista omnia comparantur in Fa., Lo. et impressis cum anno 48 Augusti; in Fux., Peta., O., Pi., Vi., cum an. 47; sed sententia potest ferre utrumque.

(563, III.) *Fames Romæ*, etc. Notantur hæc varie. Nam in Peta., Pi., O., Vi., Contract., circa an. 48 Augusti, ut etiam facit Orosius lib. VII cap. 1; at in Fux., Fa., Lo., Mar. et vulgatis circa an. 49, seu 2 olymp. 196; quæ sedes firmatur a Dione lib. LV, dum hanc famem congerit in annum consulum *Lepidi et Arruntii* et Urb. 759. Nam uterque coit cum hoc anno 2 olym. 196, ut cernere licet ex Fastis Onuphrii et Sigonii.

(Ibid.) *Philistion mimographus. Philistio mimographus* tres mss. Fab.; *mimographus* tres Vatic.; *Minographus* Fa., sed perperam. Nam quod Philistion fuerit celebris ad excitandum risum, testantur Hieronymus, Epiphanius, Cassiodorus, Marcellinus, Sidonius, Suidas et ipse Martialis libro II, epigram. 41 :

Mimos ridiculi Philistionis.

Isque adeo risisse fertur, ut risu sit exstinctus. Porro pro *Philistion* leges *Phylistio* in Fa.; in Peta., Fux., Fa. et tribus mss. Fab. *Philistio*, sine *y*.

(Ibid.) *Magnesianus*. In Lo., Fa. et Pi., *Magnes Asianus*; et ad oram Peta., *al. Magnes*. Sed Euseb. significat Philistionem oriundum ex *Magnesia* urbe Asiæ ad oram Mæandri fluminis; alius enim fuit Nyssenus, qui obiit tempore Socratis, inquit Suidas. Tamen illa lectio *Magnes* posset defendi auctoritate Eustathii et Hesychii, qui *Magnesiæ* urbis Macedoniæ incolas vocant *Magnetes*. Cæterum quo anno floruerint, non ita certo ex meis membranis elici potest, cum aliæ anno 48 Augusti ascribant, ut Pi.; aliæ anno 49, ut Fa., Peta., Lo., Vi., O., quibus adhærent editiones; aliæ demum an. 50.

(Ibid.) *Tiberius Cæsar Dalmatas*, etc. Hæc describuntur in L., Pi., Mar., circa an. 49 Augusti; in Fux. vero, Fa., Lo., Peta., O., Vi., Contract., circa an. 50, seu 3 olymp. 196; a quibus impressi non dissentiunt. Qui locus unus est ex iis ex quibus Cuspinianus asserit *exemplar Chronici Eusebii* adeo *esse corruptum, ut vix ejus umbram habeamus*. Nam vult hoc bellum *Dalmaticum* (ut loquitur Velleius), seu *Illyricum* (ut Appianus, Suetonius, et Dio; ut enim ait Suetonius, *Illyricum patet intra Italiam regnum Noricum, et Thraciam, et Macedoniam, interque Danubium, et sinum maris Adriatici*), seu *Germanicum* (ut Orosius, licet non satis apposite), et fuisse maximum externorum post Punica, cœptum per Tiberium, et per eumdem finitum triennio post, et anno Urbis 760 et 4 olymp. 196. Sed cum sit tantum differentia unius anni, non videtur justa querela, maxime cum ille ipse dissentiat in annis Urbis a Dione, qui lib. LV illud bellum vult finitum coss. *Sulpitio et Poppæo*, et an. Urbis 762. At Velleius lib. II vult illud consummatum paucis diebus ante cladem Varianam, quam Suetonius *pene exitiabilem* nuncupat. Sed quando illa contigerit, inter doctos valde contenditur, nec est hujus loci in ea immorari.

(Ibid.) *Athenodorus Tarsensis*, etc. In Fux. *Tharcensis Ciliciæ*. Editiones hactenus et Mar. nobis exhibuerant *Tharsensis* cum *s* et aspiratione, verum additio vocis *Ciliciæ* in Fux. facit præter alios mss., ut illam excludamus cum libro Fa. Hoc enim discrimen plerique assignant inter urbem Tarsum Ciliciæ, et alteram quæ Tharsis in Scriptura nominatur, ut aspirationis nota distinguantur; et ita etiam legitur apud Lucianum in Macrobio, dum de eodem Athenodoro loquitur, quem facit præceptorem Augusti, et vixisse 80 annos, sine spiritu. Plura de Tarso vide infra. In anno minus conveniunt codices; nam Pi., Vi., O., volunt anno 50 Augusti; Fux., Fa., Peta., Lo., an. 51, quos sequuntur vulgati.

(Ibid.) *Athenienses res novas*, etc. Motum hunc factum observant Pi., Vi., O., an. 51 Augusti; Fa., Fux., Peta., Lo., Mar., an. 52, cum quibus idem docent editi.

(Ibid.) *Jesus Christus*, etc., usque *poterant*. Desunt in L., A., Fux., Fa., M., P., Lo., Peta., Pi., Vi., O. et 7 Vatic.; et impuritas locutionis *sapientiæ suæ* pro *sapientiæ illius* satis suspecta reddit. Verum reliquimus ad an. 12 Christi, ob veritatem Evangelii Luc. I, licet Mar. ad an. 13 aggreget.

(Ibid.) *Messala Corvinus*, etc., *circa sacram spinam, circa spinam* in L., V., Pi. Sed hic utinam peritus aliquis medicus exacte non horam, non diem, sed saltem observasset, quo anno cœperit Corvini morbus, aut mors, liberasset nos proculdubio ab hac difficultate. Nam. Vi., O., Pi. et Alber., ascribunt anno 52 Augusti; Fa., Mar. et vulgati an. 53. Lo., Contract., an. 54; Fux., Peta., an. 55. Nullus veterum hujus mortis mentionem facit : testatur vero Plinius, lib. VII cap. 24, Messalam ita laborasse memoria, ut etiam proprii nominis fuerit oblitus.

(Ibid.) *Hulcere*. Sine aspiratione legitur in Vi., O., L., A., V., P., Fux., Peta., Lo., Pi., Mar.; sed prius sumptum e Græco ἕλκος, posterius est usitatius apud Latinos.

(Ibid.) *Augustus cum Tiberio*, etc. Nobis constituendus censor, qui censum hunc recenseat. Non enim ad quem annum Augusti disponi debeant, idem omnes tradunt. Nam. Pi., Vi., O., Mar., ad 54; Fux., Fa., Peta., Lo., Alber., Idac. et vulgares, ad an. 55, seu 4 olymp. 197, qui propius accedunt ad Onuphrii, Goltzii et Sigonii Fastos; hi enim lustrum hoc septuagesimum tertium subjiciunt consulatui *Sexti Pompeii et Sexti Apuleii*, qui est Urbis 766 et 2 olymp. 198, et ultimus Augusti, omnium consensu. Suetonius etiam docet hunc censum actum eodem anno quo obiit Augustus.

(563, III.) *Nonagies ter centena.* Rectius juxta P., Fux., Peta., Vi., O., Alber. et primas editiones Venetas et Lutetianam, quam, ut in editis, *nonagies trecenta;* seu 93, ut in L., Pi.; seu *nonaginta centena millia*, apud Idac.; sive *nonaginta ter centena*, ut in Mar. Non enim ita debet triplex centenarius numerus per multas decades multiplicari, sed centenarius tantum : et quod nos diceremus *novem milliones et trecenta millia*, dixerunt Romani *nonagies ter centena millia.*

(Ibid.) *Et septuaginta. Et sexaginta* V., Va., Vat., Fa., Lo.; at utrumque desideratur in Au.

(Ibid.) *Sotio philosophus*, etc. Rectius suadentibus L., A., Lo., M., V., Peta., Fux., Pi. et H., sicut etiam scribitur apud Hieronym. lib. de Scriptor. Ecclesiast., et ab ipso Seneca lib. I, epist. 108, vocatur *Sotion*, quem sequitur Diogenes Laert. lib. IX, et ita in So. et Mar., sed *Socies* in Pi. Non es autem monendus castigandum illud apud Vincen. tom. I, ubi corruptius quam ut notari debeat : *a Socio*, inquit, *Athenodorus Stoicus a Socio præceptor Senecæ clari habentur.* Adhæc comparant hunc paragraphum Lo., Fa., Peta. et vulgares, cum an. 55 Augusti; Fux., Pi, Vi., O., cum an. 56.

(Ibid.) *Archelaus nono anno*, etc. Certus præfixus terminus, si Archelai tantum rationem habeas, cum notet annum ejus regni nonum : at si Augustum species, indicant Fa., Lo., an. 55 Augusti; Fux. vero, Peta., O., Pi., Vi., Mar., cum vulgatis, an. 56.

(565, III.) *Defectio solis facta*, etc. Joan. Lucidus, et sagacissimus temporum emendator Joseph. Scaliger obfirmate negant toto hoc anno vel sequente solem potuisse deficere; et Lucidus vult id accidisse an. 2 Tiberii, quo mathematici sunt urbe expulsi, auctoribus Virgilio, Plutarcho, Plinio et Appiano. Tamen præterquam quod idem cum auctore habet Dio lib. LVI, ad hunc ipsum annum, firmus et constans est omnium codicum consensus, ut in eumdem ultimum annum Augusti retrudatur hæc solis defectio : excipe Contract. qui ad 55 Augusti reposuit.

(Ibid.) *Attellæ in Campania moritur. Atellæ* cum unico *t* Lo., Vi., O., Mar., ut Strabo (licet hic cum unico *l*), Spartianus, Macrobius, Ptolemæus et alii. Quod ad historiam pertinet, idem habet Eutropius lib. VII, licet alii velint Augustum obiisse Nolæ, ut Tacit. lib. I, Sueton. in Augusto c. 99.

(Ibid.) *Romanorum III, Tiberius regnavit an.* 23, etc. Antea *Tiberius III Rom. regnavit an.* 23, etc. Sed maluimus sequi consensum omnium fere mss. in horum verborum ordine, ut nomen imperii præcedat, imperatoris vero subsequatur, ut superius in Augusto vidimus, et constat etiam hoc loco satis ex primis illis editionibus Ven. et Lut. Adjunxi *fere*, excipiendi enim sunt Pi. et L., in quibus exstat simpliciter *Tiberius an.* 23. De simili transpositione plura ubi de Semiramide et Aralio actum est. Et semel dictum sit pro cæteris imperatoribus.

(Ibid.) *Regnavit an.* 23, *vel* 21, *ut aiunt nonnulli.* Hæc *vel* 21, *ut aiunt nonnulli*, absunt ab L., A., M., V., P., Lo., Fa., Fux., Peta., Pi., Vi., O., Mar., Vincen.; et verisimile est a quodam sciolo adjecta, ut similia sæpe alias; præsertim cum Hieronymus in Daniel. IX scribat Tiberium regnasse *an.* 22, *mens.* 7, *dieb.* 28; et Tertullianus lib. adversus Judæos *an.* 22, *mens.* 7, *diebus* 20; Lut. *vel* 22, *ut aiunt nonnulli;* in Fux. autem deest sola vox *nonnulli.* Euseb., lib. II Histor. cap. 4, ait eum *regnasse circiter* 22 *annos*, Τιβέριος μὲν οὖν ἀμφὶ τὰ δύο καὶ εἴκοσι βασιλεύσας ἔτη. Orosius, Eutropius, Beda, Jornandes, Cassiodorus, Tacitus, et Suetonius aiunt *annos* 23, aut *ferme* 23. Joseph. de Bell. lib. II cap. 8, et lib. XVIII Antiquit. cap. 13, ait *an.* 22, *mens.* 6, *dies* 3; Zonaras *an.* 22, *mens.* 7, *dies* 7.

(Ibid.) *Tiberius quasi coactus*, etc., usque *recepit.* Hæc desiderantur in A., L., M., Lo., Pi., O., Vi., P., Fa., Fux. et 3 mss. Fab., septem Vatican., Peta. et Mar. : unde merito deleri debuerant, nisi alii codices obstitissent, et graves historici fere idem testarentur, inter quos Dio lib. LVII : *Ita*, inquit, *omnes animi affectus occultabat, ut quæ cupiebat numquam fere diceret*, etc. *Imperatoris nomen una cum cæteris omnibus decretum a senatu repudiavit*, etc.; *licet omnia administraret, quæ pertinent ad principatum, tamen negabat omnino se velle.*

(Ibid.) *Onerosam jungi sibi servitutem.* Forsan *injungi*, pro *jungi.*

(Ibid.) *Caius Asinius.* Pro *Caius* est *Gaius* in L., A., P., Lo., Pi., Vi., O., Peta., Fux., Vincen.; frequens est enim ista luxatio *G* pro *C* et contra, præcipue in nominibus propriis : Eusebius tamen sicuti Græci, per *G* scribit, ut lib. II Histor. cap. 4, Γάϊος. Sic etiam Joseph. lib. II de Bello Judaico cap. 9. Unde dictum illud, quod boni ominis causa frequentabant nubentes, duplici modo efferebant, *ubi tu Gaius, ego Gaia;* vel *ubi tu Caius, ego Caia.* De eo vide Senecam lib. IV Declam. et in lib. Controv., Plinium lib. VII epistol., Sueton. in Claudio, Tacitum passim, Gellium lib. XVII. cap. 1, qui eum vocant *Caium*, sicut facit Censorin. lib. de Die natal. cap. 70.

(Ibid.) *Caius*, etc., *diris a Tiberio suppliciis necatur.* Pro *necatur*, codices Lo., Vi., O., Pi., Fux., Peta., et tres mss. Fab., Mar. atque Vincent., *enecatur.* Porro quæ supplicia dira vocet, non ita constat ex aliis scriptoribus. Tacitus tamen lib. V : *non dubium*, inquit, *Asinium Gallum peremptum egestate cibi, sed sponte vel necessitate incertum.* Fames quippe, ut atrox mortis genus, *dira* et *sacra* vocatur ab Hesiodo lib. I, cui titulus, Ἐργὰ καὶ Ἡμέραι, Ὃδ' ἀλύξεται αἴθοπα λίμον. Porro concurrunt ista cum an. 1 Tiberii in Fux., Fa., Lo., Pi., Vi., O. et vulgatis; at in Peta. cum an. 2, a quibus omnibus longe distat Tacitus lib. V, dum refert hanc necem circa an. 19 Tiberii *coss. Galba et Sulla*, in quibus consulibus consentit Dio lib. LVIII. Id autem quod forsan fefellit auctorem, ut ad an. 1 Tiberii collocaret, fuit quod odium Tiberii, quod morti hujus Asinii Galli causam dedit, ab initio imperii sui conceptum erat, ut narrant Dio lib. LVII, et Suetonius, videlicet ex eo quod *cum Tiberius callida cunctatione et ambiguis responsis suspenderet senatum rogantem, ut susciperet imperium*, ille Asinius cum nimia libertate respondit, *Elige quam velis partem.*

(Ibid.) *T. Livius*, etc. Hæc cum variis comparantur annis. Nam in Pi. cum an. 2 Tiberii; in Fux., Vi., O., Mar., Contract., Vincen., cum 3; in Fa., Peta., Lo. et vulgatis, cum an. 4. Hujus obitus altum est silentium apud veteres.

(Ibid.) *Ovidius poeta*, etc. Ex Pi., Vi., O. et Contract., mors illius incurrit in an. 3 Tiberii. At in Fux., Peta., Fa., Lo., Alber., Mar., in an. 4, quos sequuntur vulgati. Nullus auctor quod sciam, meminit, quo anno mors Ovidii acciderit.

(Ibid.) *Germanicus Cæsar de Parthis triumphat.* Non dubium quin sit legendum *de Catthis*, seu *de Cattis.* Sic enim Tacitus habet lib. II Annal. : *C. Cælio, L. Pomponio coss. Germanicus Cæsar ad VII kalen. Junias triumphavit de Cheruscis, Chattis et Angrivariis*, qui sunt populi Germaniæ : cumque illorum consulatus incidat ex Fastis Onuphrii in annum 1 olymp. 199, ipsa ratio temporum atque adeo locorum, in quibus Germanicus bellum ante hunc annum gessit, et qui longe distant a Parthis, hanc emendationem exigit. Profectus quidem est (teste Tacito et Dione) eodem anno in Syriam et Armeniam, ubi multis victoriis potitus obiit insequente anno *fraude Tiberii, ministerio et opera Pisonis.* Sed quod pugnaverit contra Parthos, nulla mentio apud veteres, quod sciam. Adde quod Orosius lib. VII, cap. 4, scribit hunc ipsum Germanicum triumphasse de Germanis an. 4 imperii Tiberii. Sic enim sunt unanimes libri et Contract. ut hunc versiculum ad an. 4 Tiberii

collocent, licet Mar. ad an. 5, quia tamen defuit auctoritas alicujus exemplaris, quin ipsi Mar. et Idac. imitantur vulgatos in scriptura: malui timidus nimis haberi in retinenda vulgata scriptione, quam audaculus et temerarius in mutanda. Hic autem Germanicus fuit pater Caii Caligulæ imperatoris, frater Claudii imperat., et filius illius Drusi, qui primus dictus est Germanicus a devictis sæpe Germanis, et quod *primus Romanorum ducum navigavit Oceanum Septentrionalem*, ut loquitur Suetonius, et cujus monumentum exstat apud Moguntiam, de quo auctor circa olymp. 205. Is ipse etiam est, qui *in suum cognomentum ascivit imperatores*, ut loquitur Tacitus lib. I Annal. Omnes enim imperatores paucis demptis hoc sumpserunt cognomen a bellicosissima illa Germanorum gente. Hic etiam ipse est quem Tiberius *coactus est adoptare in filium, antequam ipse ab Augusto adoptaretur*, ut observant Cassiodorus, Suetonius, Joseph. lib. XVIII Antiqu. cap. 4, Tacit. lib. II et III.

(565, III.) *Tredecim urbes*, etc. Mira omnium librorum consensio. Hoc enim omnes una cum septem Vatic., Vincent., Contract. et Mar., indicant contigisse an. 5 Tiberii. Observat quidem Plinius lib. II cap. 84 hunc terræmotum sub principatu Tiberii contigisse, et Strabo l. XII, in fine, ait *sua ætate* (scribebat autem circa an. 12 Tiberii), sed annum non annotant. Verum Tacitus lib. II refert ad an. 4 Tiberii, *coss. Cœlio et Pomponio*, qui apud Onuphrii Fastos incidunt in an. 1 olymp. 199, qui est Eusebio an. 4 Tiberii, et sic differentia est unius anni. Pejus multo Orosius lib. VII cap. 6, dum hunc motum tribuit anno 18 Tiberii.

(567, III.) *Mosthene. Ostène* Lo., Fa.; *Osthene* in quinque Vatican.; *Mosthenæ* Al.; *Mosteue* Vincent., et in V.; *Mustene* Pi.; *Monestene*, Vi., O.; *Monesthene* Fux. Peta. Sed nostra lectio haud dubie retinenda est. Sic enim apud alios codices ac Mar., et Nicephor. lib. I cap. 17. Est autem urbs Lydiæ apud Ptolemæum et alios Geographos. Hinc corrige Tacitum, ubi *Mosceni*, pro *Mostheni*.

(Ibid.) *Ægeæ Hierocæsarea*. Sic restituo pro *Megacchiero Cæsarea*, ut in impressis, et aliis nonnullis codicibus, vel *Megahiero Cæsarea*, ut in Vinc., secutis Al., So., H., Ven., Lut. (nisi quod hi duo pro *Cæsarea* legunt *Cæsaria*, ut etiam Pi., Peta.), et Tacitum lib. II, ubi agit de hoc terræmotu, licet duodecim tantum urbes numeret, sicuti facit Plinius lib. II, cap. 84, et non tredecim, uti noster Eusebius, neque quatuordecim ut Nicephorus. Idem Tacitus lib. III facit etiam mentionem de Hierocæsariensibus. Adde quod legis in Al., A., M., P., *Ægæ Hierocæsarea*; in Lo. *Egelerio Cæsarea, e pro h*; *EgeeChieroCæsarea* in Fa.; *Egechiero* in Peta.; Fux., *Ægehiero Cæsarea* (præter quam quod in Fux. *Cesaria* sine diphthongo). Apud Marianum *Æges*, *Hiero*, *Cæsarea*; apud Vincent. *Magahiero Casarea*; in Pi., Vi., O., deest *Ægeæ*. Sed distinguuntur *Hiero* et *Cæsarea*, seu *Cæsaria*. Nam utrum sit scriptum, non est facile judicare. In duobus Vatic. *Ægæ, Hiero Cæsarea*; in uno, *Ægeæ, Hiero*, *Cæsarea*; in altero idem, præter *Chiero* pro *Hiero*; in trib. Vatic. *Egechiero*, *Cæsarea*. Nicephor. lib. I cap. 17, dum de hoc terræmotu loquitur, meminit *Hierocæsareæ* unico vocabulo, non autem *Ægeæ*, sed ejus loco ex *Diahircania* duas facit *Dia* et *Hircania*, seu *Hircania Dia*, nam ita invertit: ubi observandum *Ægeæ* urbem esse Æoliæ apud Strabon. lib. XIII, Plin. l. V cap. 30, Hierocæsaream vero Mæoniæ urbem in Asia minori apud Ptolemæum. Neque negligendum est hunc locum visum pridem castigatione dignum eruditissimo Lipsio; in Curis enim suis secundis in lib. II Taciti, pag. 20, ubi parem locum illius interpretatur, dum de hoc terræmotu 12 urbium loquitur, *Tredecim*, inquit, *urbes facit Eusebius in Chronico, sed nominibus valde corruptis. Emendabis Mostene, Ægæ, Hierocæsarea, Philadelphia, Tmolus, Temnus, Cume, Myrina, Apollonia, Hircania*. Idem in commentariis in lib. XIII Annal. pag. 368, contendit rectius scribi *Ægæas* quam *Egas*.

(Ibid.) *Tmolus*. Sic etiam emendavi pro *Himolus*, ex fide codicum Al., Fa., Mar. et trium mss. Fab., Nicephori lib. I cap. 17, Taciti lib. II, et auctoritate Lipsii in Tacitum: de monte *Tmolo*, non in Cilicia, ut vult Servius, sed in Lydia juxta Sardis, Virgil. in Georg. lib. I et II, Ovid. lib. II Fastorum, et Plin. lib. V cap. 29, lib. VII cap. 48, Strabo lib. XIV, Solinus. Porro legitur in Peta., Fux., *Molus*; in P., M., L., A., *Tinolus*, corrupte scriptum *in*, pro *m*, ut sæpe; in Vi., O., Pi., *Thimolus*; sic apud Ovidium:

Deseruere sui nymphæ vineta Timoli,

ubi antiquiores et castigatiores habent *Tmoli*, seu etiam *Thimoli*, nam sic antea vocabatur. Unde Stephanus, de Urbib. *Tmolum* et *Timolum* fluvium eumdem esse agnoscit, et ab eo peti lapidem, qui Lydius vocatur, tradit Theophrast. lib. de Lapidibus, unde nomen monti et urbi. In Vi., O., V., Va., *Thomolus*; in duobus aliis Vatic. *Tomolus*; in aliis tribus *Hymolus*; Lo. *Imolus I*, pro *T*; apud Vincen. *Bimolus*; in Peta. et Fux. *Molus*. Plinius l. V c. 29, ait montem *Tmolum* prius vocatum *Timolum*.

(Ibid.) *Temnus*. Pro *Temis*, ut apud Mar., ex cod. Al., cum quo conveniunt Strabo l. XIII, Tacit. l. II; et ita hic legendum censet Lipsius; in Pi., Vi., O., Peta., Fux. et 3 mss. Fabri, et Vaticanis tribus *Temus*; in Lo. *Temos*; apud Nicephorum *Timus*; in uno Vatic. *Themis*; in tribus aliis *Temnis*.

(Ibid.) *Cyme*. Relictis posterioribus editionibus in quibus exstabat *Cumæ*, sequendos nobis proposuimus codd. Vi., O., Al., Lo., M., L., Fa., Peta., Fux., Pi., tres Vatica., Ven., Lut., ut omnia inter se belle consentiant. Idem enim legitur infra circa olymp. 221, nullo codicum refragante. Sed et hæc scriptio variis rationibus roboratur. Nam in duobus Vatic., Mar. et Vincen., *Cime*, cujus loco corrupte in uno Vatic. *Cires*, in uno alio *Cune*, in P. *Erma*, appositione *E* pro *C*, et *r* pro *y*. Item quia licet hæc prima specie diversa appareant, in eo tamen satis affinia dignoscuntur, quod *Ci*, vel *Cy* a fronte habeant, non autem *Cu*. Præter hæc confirmatur etiam calculo gravissimorum auctorum Latinorum; sic enim Mela, Tacitus, Plinius: nam Ptolemæus, Appianus, Strabo, et alii Græci habent semper κύμη; et quamvis variæ sint urbes, quæ hoc nomine celebres habentur, quas numerat Stephanus, illæ sunt præcipuæ, quæ in Æolia (de qua hoc loco) et in Campania, quæ tamen plerumque confunduntur. Si quæ tamen distinctio colligi potest, illa est, ut sæpius, quæ in Campania *Cumæ*, aut *Cuma* dicitur, quæ in Asia *Cyma*, vel *Cyme*, ab hac Cymei incolæ, ut apud Livium ab illa Cumani nominentur. Paterculus l. I facit mentionem utriusque; unam in Italia vocat *Cumam*, alteram *Cymen* in Æolia: Lipsius qui, ut diximus, locum hunc castigabat, vult legendum *Cume*. Cassiod. lib. de Orthograph. sentire videtur inter *Cymam et Cumam*, nullum aliud esse discrimen, quam quod *y* convertatur in *u*.

(Ibid.) *Myrhina*. In V. *Mirna*; in L. *Myrena*; in Pi. *Myrenia*; in Lo., Fa., *Mirina*; in Vi., O., *Zmirna*; in uno Vatic. *Zinirna*, in quinque aliis confunditur cum superiori voce, ut legas *Cimemirina*, vel *Cymemirina*; in P., Peta., Al., Fux., *Myrina*; et idem apud Tacitum l. II, Plin. l. V c. 30, et l. IV c. 12, Velleium l. I, Oros. l. VII et 12, Niceph. l. I c. 17, Ptolem. in Geogr., et Strabon. l. XIII. Scholiastes Apollonii Μύρινα: a *Myrino conditore* (inquit Mela l. I) *Myrina vocata*. Verum nihil duximus immutandum propter auctoritatem impressorum, et aliquot mss., et quia nostra lectio reperitur infra circa olymp. 221, idque consentientibus omnibus exemplaribus præter Lo., ubi *Mirena*.

(Ibid.) *Apollonia*, *Hyrcania*. Hactenus consensum plurium codicum nos amplecti professi sumus. Hic

tamen religione deposita unicum codicem ducem habemus, hoc est Al. Omnes enim alii libri tam impressi, quam mss. et Mar., *Apollonia Diahircania.* Nam licet Vi., O. et Vinc., distinxisse videantur, apud quos *Apollonidia Hircana*, communiorem tamen lectionem magis promovisse judicabuntur. Quotus enim quisque est, qui non judicet postremam illam syllabam *di* esse superfluam? Item licet in Lo. comperiam *Dia Hircania*, et in P., Peta., Fux., *Dia Hyrcania* per *y*, in duobus Vatic. *Diahyrcania*, in aliis duobus *Diahierchania*, in tribus *Dia Hyercana*, et apud varios auctores, ut Plinium, Strabonem, Ptolemæum, Stephanum, Nicephorum legam *Dia* esse nomen urbis et insulæ; nullus tamen recenset ullam urbem cui nomen *Diahyrcania*. Potius ergo visum est singulare sequi exemplar, quam toti antiquitati velle sese opponere, præsertim cum habeamus faventem Tacitum loco citato, et judicium doctissimi Lipsii, qui hunc locum sic esse emendandum monet.

(567, III.) *Fenestella*, etc., *et carminum*, etc., *sepeliturque Cumis. Sepeliturque Tomis* V. Sed minus probabiliter, licet in Mar. *Thumis*. Hæc autem Pi. an. 7 Tiberii ascribit, sed adversarios habent cæteros codices tam scriptos quam impressos, Contract. et Mar., qui omnes evocant ad annum sextum.

(Ibid.) *Tiberius multos reges ad se*, etc. Constituuntur ex adverso an. 7 Tiberii in Fux., Peta., Lo., Fa., Mar. et impressis; et an. 8, in Pi., Vi., O. Eutropius rem quidem eamdem narrat, sed suppresso anno.

(Ibid.) *Cujus regno in Provinciam verso*, etc. Hæc est germana lectio, quam restituimus ex A., Au., L., Al., Vi., Pi., O., M., 5 Vatic., P., Lo., Fux., Peta. et 3 mss. Fab., Ven., Lut., Jornand., Mar., Vincen. Nam alteram, quæ in editis conspicitur, *cujus in provinciam versam*, cum sit velut sine capite fabula, quis non spuriam agnoscat? Accedit Fa. *cujus regnum in provinciam*, etc.

(Ibid.) *Mazacam. Mazaeam* M., V., ubi error *e* pro *c*; *Mazocam* P. et tres mss. Fab.; *Mascusam* Vincen.; *Mazacham* Mar. Vulgata haud dubio retinenda; nam de *Mazaca* Stephanus lib. de Urbib., Sozom. l. v c. 4, cujus licet Græca editio habeat Μάζα, suspicor tamen esse mendum propter sequens κατά. Sic enim: *Μαζὰ κατὰ τὸ πρῶτον ὀνομαζομένη*; sed pro Μαζὰ κατὰ legendum Μάζακα rejecta particula τὰ, licet in manuscripto desit illa vox κατὰ, manente quidem Μαζὰ sine κα. Verum nescio an ex eo loco sumpserit Pomponius Lætus, quando scribit eam vocatam *Mazam*; tamen Strabo l. xiv, Solinus Polyhist., Eutrop. l. vii, Hieron. in Esai. lxvi, ubi hanc ipsam sententiam refert, eamque facit metropolim Cappadocum, et quis non veterum ejus urbis meminit? Miror hic accuratissimum Ortellium, qui in suo Thesauro Geographico accusat Philandrum, quod in Vitruvium scripserit *male hanc Mazacam vocari Magaram ab Eusebio*. Neque enim Philander illa tribuit Eusebio, sed Sexto Rufo, seu ejus typographo.

(Ibid.) *Pompeii theatrum incensum*. Incendium hoc ad an. 7 Tiberii reposuerunt Fux., Contract. et Mar.; an. 8, Peta., Lo., Fa. et vulgares; ad annum denium 10. Pi., O. et Vi. Tacitus l. iii anno 9 Tiberii: *Pompeii*, inquit, *theatrum igne fortuito haustum est*. Nam antequam Pompeius Magnus an. Urb. 699 perpetuum theatrum, seu *mansuram theatri, sedem posuisset, ludi solebant edi subitariis gradibus et scena in tempus structa*, ait idem Tacitus l. xiv. Unde Ausonius in Prologo ludi septem sapientum:

> Ædilis olim scenam tabulatam dabat
> Subito excitatam nulla mole saxea.

Populus enim Rom. antea stabat in theatro sicut sedebat in circo, scribunt Tacitus, Valer. Max. l. ii cap. 4, et alii: illud vero theatrum *sufficiebat large ad hominum* 40 *millia*, ut ait Plin. l. xvi cap. 15.

A Cœptum est restaurari a Tiberio, et absolutum a Caio, ait Suetonius.

(Ibid.) *Tiberius Drusus consortem regni facit*. Factum hoc referunt Fux. quidem ad an. 7 Tiberii; Fa. ad an. 8, seu 1 olymp. 200, qui et videtur pellexisse in suam societatem omnes vulgatos; Peta., Lo., Mar., Contract., ad an. 9; Vi., O., ad an. 10; Pi. demum ad an. 11. Hic autem Drusus non erat filius Germanici fratris Tiberii, ut vult vir doctus, sed filius ipsius Tiberii.

(Ibid.) *Drusus Cæsar veneno periit*. Variæ codicum agitationes incertum reddunt annum. Nam Fux. notat hæc circa an. 8 Tiberii; Fa. circa an. 9, ubi consentiunt et vulgati; Peta., Lo., Mar., circa an. 10; Pi., Vi., O., circa an. 11. Situs vulgatorum firmatur auctoritate Dionis l. lvii, qui hanc necem fraude Sejani, et Liviæ uxoris Drusi, non Tiberii (ut vult Orosius), illatam rejicit in an. Urb. 774. Nam is concurrit ex auctore cum an. 9 Tiberii, seu an. 2038 Abrahæ: Cassiodorus confert *ejus funus* in an. 9 B Tiberii. Sed si habeatur ratio consularis hujus Drusi, qui concurrit cum consulatu quarto Tiberii, et in quo obiit (unde Dio, l. lvii, et Zonaras ejus æmulus observant tam ipsum quam cæteros omnes collegas Tiberii morte violenta obiisse), dicendum est eum obiisse an. 7 Tiberii, cum ille consulatus incidat in eumdem annum.

(Ibid.) *Atherius. Hatherius* Vi., O., Lo.; *Haterius* Al., ut etiam Tacitus l. iii et iv, Seneca l. i et vii controv., et sæpe. *Aterius* sine spiritu Pi., Ven., Lut., Fux., sicut etiam Hieron. advers. error. Joan. Hierosol.; *Hacterius* Peta., Vincen. tom. I; *Arterius* Fa. Cæterum ut varii fuerunt anni, quibus hic vixit, sic varii sunt libri in situ. Nam in Fux. ad an. 9 Tiberii; in Fa., Mar. et impressis, ad an. 10; in Peta., Lo., Pi., ad an. 11; in O., Vi., ad an. 12. Et hi videntur sequendi, quod propius accedant ad Tacitum, qui refert l. iv obitum hujus *Haterii* in 12 ann. Tiberii, sub finem consulatus *Getulici et Calvisii*, qui C conferendus est, auctore Onuphrio in Fastis, cum anno 2 olymp. 201 et Urb. 778.

(Ibid.) *Annum, summo. Annum in summo* L., Pi., Vi., Lo., O., Fux., Peta.; *annum cum summo* A., P.

(Ibid.) *Servius Plautus* etc. *Sævius* A., M., Vat., P.; *Seius* V., Va.; *Servilius* L., Pi.; *Servius* Lo., Peta., Fux., Ven., Lut. Germanior vulgata, quod hoc *Servius* usitatius sit inter prænomina, non item alia. Video placere viro docto, ut hic vocetur *Serenus* apud Tacitum l. iv, dum narrat quemdam filium accusasse patrem suum (quem vocat Q. Vibium Serenum) quod *struxisset Tiberio insidias et misisset in Galliam concitores belli*. Tamen licet conveniant fere in anno, cum hic ad annum decimum Tiberii, auctor vero ad annum undecimum collocet; nihilominus non video quomodo illa historia respondeat istis verbis auctoris *corrupti filii reus*; præterea pater ille *Serenus* non dicitur mortem sibi conscivisse, sed missum in exsilium fuisse. Cæterum eo communiter propendent codices, ut anno undecimo D Tiberii assignent. Sic enim Fux., Peta., Lo., Fa., Mar., editi. Soli enim Vi., O., Pi., dissident, qui anno 13.

(Ibid.) *Philippus Tetrarcha*, etc. Quoniam anni observatio verus est historiæ index, advertendum collocari hæc diverse, ut aliquando quidem, ut in Fux., ad an. 11 Tiberii: aliquando ad an. 12, quod communius est, ut in Peta., Lo., Fa., Mar. et impressis. Alias vero ad an. 13, ut in Pi., Vi. et O. Josephus autem, lib. xii Antiqu. cap. 3, ista refert ad tempus Augusti, scilicet ad an. 37 post Actiacam victoriam: crediderim tamen esse mendum in hoc numero, quia statim ipse narrat obitum Augusti post an. 57, et mens. 6 imperii, ex quibus ait vixisse 14 annis ante illam pugnam. Ergo forsan pro 37 legendum est 42 aut 43, non autem 27, ut recensendum putat Cuspinianus in Cassiodor. pag. 349, dum non bene existimat Josephum loqui de eodem cen-

su, quem Quirinus egit an. 1 Christi.

(569, III.) *Pontius Pilatus procurator*, etc. Vox *Pontius* non exstat in L., A., M., O., Fa., P., Lo., Vi., Lod., O., Pi., Peta., Fux., 4 Vatic. et trib. mss. Fab., et Contract. Verum reperitur paulo post in omnibus libris et apud Mar. hoc eodem loco, et nemo nescit fuisse prænomen Pilati, testante Scriptura : observabis præterea totam hanc sententiam ascribi apud Mar. an. 11 Tiberii, apud Contract. et Adonem an. 12; in Fux., Peta., Lo., Fa., Alber. et impressis, an. 13, quibus adversantur Pi., qui an. 14; O. et Vi. qui an. 15. Vulgati propius accedunt ad id, quod auctor scribit lib. I Histor. cap. 10, annum quartum Pilati respondere an. 15 Tiberii, et Pilatum missum in Judæam anno 12 Tiberii, atque ibi eum mansisse usque ad Tiberii mortem. In quo Josephum videtur secutus, qui lib. XVIII Antiq. cap. 7., narrat Pilatum decennio in Judæa egisse : quæ sufficiebant ut anno 12 Tiberii ascriberentur, si codex aliquis præsto fuisset, ac si semper convenirent Josephus et Eusebius. Quare autem Pilatus dicatur *procurator Judææ*, magis proprie quam *præses*, et quale fuerit officium procuratoris, consule eruditissimum Lipsium in lib. XII Annal. Taciti, cum nil verius nec doctius dici queat.

(Ibid.) *Votienus Montanus*. Desideratur vox *Montanus* in L., P., Pi. Verum retinenda est; nam, præter cæteros mss. et Mar., ita habet Tacitus lib. IV. Porro soli O. et Vi. volunt hunc paragraphum opponi an. 15 Tiberii, reliqui an. 14 et 3 olymp. 201. Idem Tacitus confert in an. 12 ejusdem, et coss. *Cossi et Agrippæ*; quos Fasti Onuphrii comparant cum an. 1 olymp. 201. Itaque biennio citius quam auctor.

(Ibid.) *Herodes Tiberiadem*, etc. Unius anni inter codices est dissidium, cum alii anno 14 Tiberii assignent, ut Lo., Fa., Pi., Mar., Contract., quibus adjungendi vulgati; alii anno 15, ut Fux., Peta., Vi., O. Josephus longe dissidet ab auctore, cum ista suggerat in tempora Augusti : qua de re consule superiorem notam.

(Ibid.) *Condidit et Libiadem*. Pro *Libiaden*, vel *Libyadem*, apud Mar.; lego *Juliadem* in Al., Vi., O., et trib. mss. Fab. Quæ lectio videtur confirmari ex Josepho, qui, ut constat tam ex autographo Græco, quam ex interpretatione Latina et Gallica, scribit libro XVIII Antiquit. cap. 13, et lib. II de Bello Judaic. cap. 8, hanc urbem conditam ab hoc Herode tetrarcha dictam fuisse *Juliam*, seu *Juliadem ex nomine Juliæ uxoris Augusti et matris Tiberii*, Ἰουλιάδα ἀπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀγορεύει τῆς γυναικὸς, ut paulo ante, teste nostro auctore. Philippus in honorem *Juliæ* filiæ (ait Joseph. libro XVIII Antiq. cap. 3, et Hieron. in Matth. XVI) Augusti vocarat Cæsaream Juliadem. Nec absurdum videri debet hanc urbem utroque nomine vocatam et *Libiadem*, seu *Liviadem*, et *Juliadem*, cum Augusta, a qua hoc cognomen, duplici appellatione insignita fuerit et *Livia* et *Julia*, illa quidem propria, hac vero ascititia, seu adoptiva. *Est enim vocata in hæreditatem ex testamento Augusti, et jussa est nomen Juliæ assumere*, ut loquitur Suetonius : quod confirmat Tacitus lib. I, dum ait, *eam assumptam in familiam Liviam ex illo testamento*, et ex hinc factam et conjugem et filiam, et cœptam vocari Juliam : sicut constat etiam ex nummis et lapidibus, de quibus plurimi viri docti, et collegit Gruterus libro de Inscriptionibus. Unde et Philo in Flaccum ad Caligulam de Livia Augusta verba faciens, *Julia*, inquit, *proavia tua*. Caligula enim filius erat Germanici, cujus pater Drusus, frater Tiberii, et uterque filius Liviæ Augustæ, ut notant Plutarch. in Antonio, Suetonius in Caligula, Dio lib. XLIX et passim, Tacitus lib. V. Hinc Ovidius utroque nomine eam appellat, ut libro I Fastorum :

Sic Augusta novum Julia nomen erit;

et lib. I de Tristib. .

Livia sic tecum sociales compleat annos.

Ubi cum illud adverteret vir doctus minus accurate, priori loco, pro *Julia*, recensendum dixit *Livia*; sicut etiam Marianus in suis notis in Hieronymum ausus est dicere mendosum esse Josephi codicem, dum scribitur *Juliadem*, pro *Libiadem*. Agnosco equidem hoc Latinis, ut Juliæ nomine eam appellent, satis insolitum, sed quam rarum illis, tam familiare est Græcis. Nihilominus placuit *Libiaden* retinere, qui eam legem major exemplarium pars nobis dixit in quibus vel *Libiaden* per *n*, ut in Pi., Lo. et Beda.; vel *Libiadem* per *m*, ut apud Marianum; vel *Liviadam*, ut in Lo.; vel *Liviadem*, ut in Fa. et nostris; consentiunt Contractus et alii auctores. Unde Ptolemæus, lib. III cap. 6, inter urbes Palæstinæ *Libiadem* numerat. Nec te moretur dissimilitudo litterarum *b* et *v* in *Livia* et *Libiade*; hoc enim posterius ex Græcorum idiomate profectum est, qui cum non habeant litteram consonantem *u*, quæ Latine per *v* consonantem leguntur, per *b* reddunt. Poterat aliquis dubitare an hæc *Livia*, seu *Julia* esset adhuc in vivis; sed Plinius, lib. XIV, cap. 6, solvit dubium, dum ei tribuit annos 82. Dio, lib. LVIII, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη, 86 annos, et apertius Tacitus lib. V, in initio, cum ejus obitum suggerit consulatui *Rubelli et Fuffii*, qui incidit in an. Urbis 784 et Christi 32.

(Ibid.) *Joannes filius Zachariæ*, etc. Idem hic dissidium. Nam Pi. anno 14 Tiberii ista ascribit; cæteri anno 15, ut Fux., Peta., Lo., Fa., Vi., O., Marian., Contractus et impressi. Nec immerito, cum ita doceat Lucas cap. III Evangel.

(Ibid.) *Ipse quoque Dominus*, etc., *viam annuntiat*, etc. Superiores libri eodem modo hic differunt, sed auctor sæpe alias, et præcipue circa olympiad. 212, et lib. I Histor. cap. 10, satis exprimit mentem suam, dum initium prædicationis Christi refert ad principium anni 30 Christi et 15 Tiberii, quod firmatur auctoritate Matth. cap. IV, Marc. I, et præcipue Luc. III et IV : καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὢν ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ; quorum verborum quam multiplex fuerit sensus apud veteres, et quis præferendus, vide quæ in suis accuratissimis Annalibus colligit illustrissimus Baronius to. I pag. 36, et quæ disserit eruditissimus Scaliger lib. VI de Emendat. tempor. pag. 512 et seqq.

(Ibid.) *In populos*. *In populo* L., Pi.

(Ibid.) *Templi, anni* 1060. Pro 1060 legitur 1040 in L., Pi., Idac. et 3 Vatica.; in A. 260, sed corrupte. Itaque retinenda vulgata lectio quæ habetur in quatuor Vaticanis et aliis mss. Nam si ad 1060 addas 984 (eodem enim anno ab Abraham cœpit ædificatio templi), conficies 2044, et cum simili anno ab Abraham concurrit annus 15 Tiberii et trigesimus Christi, in quo observa auctorem non comprehendere in illo numero 1060 annum 4 currentem Solomonis, quod etiam facit fere semper in aliis numeris.

(Ibid.) *Ex Ægypto, an.* 1539. Hoc verius quam quod legebatur anno 1538, non solum quia sic A., Au., M., septem Vaticani, P., Lo., Pi., Vi., O., et quia hæc lectio confirmatur ex ipsis mendis quæ reperiuntur, ut in Idac., apud quem 1809, et in Peta. et Fux., in quibus an. 529. Nam ubique vides numerum 9; sed etiam ex ipsa supputatione. Nam si ad 505 ab Abraham, quo anno contigit exitus ab Ægypto, addas 1539, conficies 2044, cum quo, ut dixi, convenit annus 15 Tiberii.

(Ibid.) *Et Semiramidis*. Commodius quam et *Semiramis* ex Lo., Pi., Vi., L., Peta., O., Fux., Fa.

(Ibid.) *Ab Adam usque ad diluvium an.* 2242. Hæc adjecimus ex præscripto Pi., Vi., O., L., A., Fux., Au., M., septem Vatican., Lo., Lod., Fa., Peta. et trium mss. Fab., Vincen., quod convenit cum his quæ reperiuntur supra circa an. 990. Quin, præter codices supradictos, ita etiam habere exemplar ms. reginæ matris testatur eruditissimus Ducæus in Collectaneis ad Clementem Alexandr. pag. 801. Facit etiam, quod Beda refert, Eusebium in Chro-

nicis componere annum 30 Christi cum anno ab orbe 5228, quod recte congruit cum nostris libris et illo numero auctoris 2242, ab Adam ad diluvium. Cedrenus, dum citat nostrum auctorem de annis mundi usque ad 18 Tiberii, refert annos 5539. Verum librarii vitio id tribuo, pro 5281, quia confundit annos Eusebii cum annis Cedreni, apud quem numerantur anni 5539.

(Ibid.) *Principium octuagesimi primi jubilæi secundum Hebræos.* Hæc quoque inseruimus freti auctoritate Bedæ, Mariani, Adonis, Contracti et aliorum, qui omnes referunt Chronica Eusebii ad annum 16 Tiberii, hoc ipsum complecti : sicut etiam habent codices Petavinus, Fuxensis, Victorinus, et Oiselli, licet primi duo tantum ad oram, et licet alii loco *octuagesimi primi* habeant *vigesimi*. Sed vitium esse librarii pro 81, satis constat ex præcedentibus jubilæis et ipsa ratione supputationis. Nam Eusebius significat trigesimo anno Christi, seu decimo quinto Tiberii, perfici juxta Hebræos quartum millesimum ab orbe, sive octuagesies quinquaginta annos, seu octuaginta jubilæos, prout (sicuti ipse præmonuit) quilibet jubilæus significat et continet quinquaginta annos. Nec mireris annos 4000 juxta Hebræos absolvi anno Christi trigesimo, quia a quinquagesimo primo Abraham (in quo duo primi millenarii ab orbe erant exacti) usque ad trigesimum Christi, juxta supputationem Eusebianam, non nisi 1994 anni resurgant. Nam diversa est Hebræorum et Eusebii ratio annorum; verbi enim gratia, Eusebius ait Hammon regnasse duodecim annos, Hebræi duos tantum. Eusebius Josiæ regnum ad ann. 32 prorogat, Hebræi ad 31 tantum. Et ipse Eusebius, cum dat annos 22 Tholæ judici, notat *alias* 23, *secundum Hebræos*, et sic de cæteris : unde non sine judicio Eusebius, dum per jubilæos enumerat, subjicit *secundum Hebræos*. Scias autem posteriores Hebræos multum inter se dissidere, et a veteribus; vulgus autem rabbinorum, seu etiam Judæorum numerare ab orbe usque ad Christum, tantum annos 3760, ita ut octogesimus jubilæus, seu quater millesimus incidat ex eorum calculo in annum Christi 240. Porro non caret singulari mysterio trigesimum annum Christi esse ultimum annum jubilæi octuagesimi, quo clangore tubarum celebrabatur solemnitas et remissio debitorum, et libertas servorum. Nam trigesimo anno Christus ipsa cœlestis tuba cœpit prædicare remissionem peccatorum, et perficere quod prædixerat Esaias c. LXI : *Spiritus Domini super me ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, ut prædicarem annum salutarem*, etc.

(Ibid.) *Jesus Christus Filius Dei discipulos suos*, etc. Hanc et sequentem sententiam ab his verbis exorsi sumus, *Jesus Christus*, etc., cum antea deessent, et efficerent unicum paragraphum cum antecedente. Nam et venustate plena sunt, et reperiuntur in V., O., Lo., Fa. Deinde ita melius respondent singulis annis Tiberii, quos quælibet sententia sibi vindicat.

(Ibid.) *Viam, miracula.* Antea legebatur *viam et miracula*, sed ex fide Al., Fa., Pi., Peta., Fux., Lo., Vi., O. et primæ editionis Ven., expunximus copulam *et*, atque ita sententia fit planior.

(Ibid.) *Jesus Christus Filius Dei*, etc. Confusæ habentur istæ tres sententiæ. Nam Vi., O., hæc *Jesus Christus filius Dei salutarem*, etc., usque *imperat*, ponuntur ad annum 15 Tiberii, præceduntque illum paragraphum, *Computantur in præsentem*, etc. Post verbum vero *imperat*, inseruntur hæc quæ hic præcedunt, *Ipse quoque Dominus Jesus Christus hinc in populos*, etc., usque ad *esse quæ diceret*. In aliis codicibus hæc quidem, *Ipse quoque*, etc., antecunt periodum, sed non illa, *Jesus Christus filius Dei salu., et computantur*, etc.; in Pi. illa, *Jesus Christus filius Dei salutarem*, etc., usque *prælocutæ* circa. 16 annum ejusdem inchoantur, et ad 17 pertingunt cum signo crucis ad oram, quamvis decimus septimus annus confuse pingatur; at illa, *Jesus Christus ad passionem*, etc., ponuntur ad annum decimum octavum cum signo item crucis e regione : in aliis tres hæ periodi, quæ incipiunt a *Jesus Christus*, etc., separantur ita, ut prima quidem anno 16 Tiberii, secunda anno 17, tertia anno 18 respondeat, et annus 19 Tiberii inscribitur ad latus sinistrum illius sententiæ, *Ecclesiæ Hierosolymorum*, etc.; quod idem licet observare in Vi., O., ubi quoque ad latus dextrum ponitur trigesimus quartus annus Christi. At in Peta., Lo., annus 19 apponitur e regione istorum, *Solis facta defectio*; in Fa. autem ex opposito hujus sententia, *Cassius Severus*, etc. Sed in hoc conveniunt omnia exemplaria, ut hæc periodus, *Pilatus post*, etc., anno vigesimo Tiberii assignetur, et primo olymp. 203 : præterquam in Vi., O., ubi primus ille annus olymp. 203 incidit in 21 Tiberii; ex opposito vero illius notæ numeri 20 ponitur *Sejanus præfectus*. In Lo., Peta., Pi., Fa., Fux., et in omnibus vulgatis annus olymp. 202 rejicitur ad annum 16 Tiberii; in V., O., ad annum 17. Sed in his mendose, ut constat ex iis quæ ante notavimus. Quid alii Chirographi habeant, periit memoria una cum meis antiquis observationibus, quæ mihi tumultibus bellicis direptæ sunt. Anastasius Bibliothecarius in sua Chronologia, quam ex Georgii monachi et Theophanis Chronographiis Græcis succincte excerpsit et transtulit, et quam olim legimus in Bibliotheca Vaticana, cuique simile exemplar apud nos est, dum refert ista ex nostro auctore, sic scribit, *Eusebii Pamphili de hoc ipso* (de Christi passione) *Jesus Christus filius Dei et Dominus noster secundum prophetias, quæ de ipso sunt, ad passionem properat an.* XVIII (forsan error librarii pro an. 18, in quo omnes libri conveniunt) *imperii Tiberii, secundum quod tempus, sicut etiam in aliis gentilium reperitur historiis, per singulas dictiones, quæ acta sunt enarrabimus. Nam sol defecit, Bithynia mota est, plurima Nicheæ urbis ceciderunt, quæ omnia concurrunt his quæ circa passionem Salvatoris nostri evenerunt : scribens autem et Phlego, qui olympiadas super ipsis enumerat in tertio decimo sermone eisdem verbis asserit hæc. Porro quarto anno 202 olymp. facta est defectio solis maxima, et nox hora sexta diei facta, ita ut etiam stellæ in cœlo parerent, terræmotus etiam magnus in Bithynia factus plurima Nicheæ subvertit.* Ex quibus licet confirmare nostras emendationes, et colligere Anastasium non tam secutum translationem Hieronymi, quam novam confecisse ex ipso Georgio referente ipsissima verba Græca Eusebii.

(571, III.) *Quæ de eo fuerant prælocutæ.* Pro *quæ de Deo fuerant prælocutæ*. Non puto dubitaturum quemquam, quin ita sit legendum, sicut dicent L., A., Au., M., V., Va., Fux., Peta., Vat., P., Al., Lo., Ven., Lut., Vi., O., Pi., Mar. et Idac., cum antea haberetur *quæ de Deo*, etc., ut observatum est.

(Ibid.) *Tempore etiam in aliis.* Ita quoque legendum confirmant L., A., Peta., Fux., Pi., Au., P., Lo., Vi., O., pro *tempore et in aliis*.

(Ibid.) *Et tenebræ super universam terram.* Desiderantur hæc in A., L., P., V., Lo., Fa., Peta., Fux., Pi., O., Vi., Mar., Vincent. Unde verisimile est adjecta a lectore ex Evangelio Matth. c. XXVII.

(Ibid.) *Bithynia terræmotu*, etc. His ad latus appingunt Fux., Peta., Lo., an. 19 Tiberii, ut ipso anno contigisse designent; at Fa., Pi., Vi., O., Mar. et impressi, an. 18, quod esse ex mente Eusebii docent præcedentia.

(Ibid.) *In urbe Nicena. In urbe Nicæa* Fa., Peta., Fux., Al., Lo., ut circa olymp. 275; *in urbe Nicæna* Pi; *in Bithinia Nicenæ urbis* Mar. Eusebius l. III de Vita Constantini, et alias passim ἡ Νίκαια dicitur. Sed utrumque apud bonos auctores.

(Ibid.) *Acciderunt. Acciderant* Lo., Pi., Fa., Fux. Peta.; *accidere* Vi., O.

(Ibid.) *Scribit.* Sic convenientius ex consensu A., Lo., L., M., V., Fux., Peta., Pi., Vi., O., pro *scripsit*, ut olim.

su, quem Quirinus egit an. 1 Christi.

(569, III.) *Pontius Pilatus procurator*, etc. Vox *Pontius* non exstat in L., A., M., O., Fa., P., Lo., Vi., Lod., O., Pi., Peta., Fux., 4 Vatic. et trib. mss. Fab., et Contract. Verum reperitur paulo post in omnibus libris et apud Mar. hoc eodem loco, et nemo nescit fuisse prænomen Pilati, testante Scriptura : observabis præterea totam hanc sententiam ascribi apud Mar. an. 11 Tiberii, apud Contract. et Adonem an. 12; in Fux., Peta., Lo., Fa., Alber. et impressis, an. 13, quibus adversantur Pi., qui an. 14; O. et Vi. qui an. 15. Vulgati propius accedunt ad id, quod auctor scribit lib. I Histor. cap. 10, annum quartum Pilati respondere an. 15 Tiberii, et Pilatum missum in Judæam anno 12 Tiberii, atque ibi eum mansisse usque ad Tiberii mortem. In quo Josephum videtur secutus, qui lib. XVIII Antiq. cap. 7., narrat Pilatum decennio in Judæa egisse : quæ sufficiebant ut anno 12 Tiberii ascriberentur, si codex aliquis præsto fuisset, ac si semper convenirent Josephus et Eusebius. Quare autem Pilatus dicatur *procurator Judææ*, magis proprie quam *præses*, et quale fuerit officium procuratoris, consule eruditissimum Lipsium in lib. XII Annal. Taciti, cum nil verius nec doctius dici queat.

(Ibid.) *Votienus Montanus.* Desideratur vox *Montanus* in L., P., Pi. Verum retinenda est; nam, præter cæteros mss. et Mar., ita habet Tacitus lib. IV. Porro soli O. et Vi. volunt hunc paragraphum opponi an. 15 Tiberii, reliqui an. 14 et 3 olymp. 201. Idem Tacitus confert in an. 12 ejusdem, et coss. *Cossi et Agrippæ;* quos Fasti Onuphrii comparant cum an. 1 olymp. 201. Itaque biennio citius quam auctor.

(Ibid.) *Herodes Tiberiadem*, etc. Unius anni inter codices est dissidium, cum alii anno 14 Tiberii assignent, ut Lo., Fa., Pi., Mar., Contract., quibus adjungendi vulgati; alii anno 15, ut Fux., Peta., Vi., O. Josephus longe dissidet ab auctore, cum ista suggerat in tempora Augusti : qua de re consule superiorem notam.

(Ibid.) *Condidit et Libiadem.* Pro *Libiaden*, vel *Libyadem*, apud Mar.; lego *Juliadem* in Al., Vi., O., et trib. mss. Fab. Quæ lectio videtur confirmari ex Josepho, qui, ut constat tam ex autographo Græco, quam ex interpretatione Latina et Gallica, scribit libro XVIII Antiquit. cap. 13, et lib. II de Bello Judaic. cap. 8, hanc urbem conditam ab hoc Herode tetrarcha dictam fuisse *Juliam*, seu *Juliadem ex nomine Juliæ uxoris Augusti et matris Tiberii*, Ἰουλιάδα ἀπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀγορεύει τῆς γυναικὸς, ut paulo ante, teste nostro auctore. Philippus in honorem *Juliæ* filiæ (ait Joseph. libro XVIII Antiq. cap. 3, et Hieron. in Matth. XVI) Augusti vocarat Cæsaream Juliadem. Nec absurdum videri debet hanc urbem utroque nomine vocatam et *Libiadem*, seu *Liviadem*, et *Juliadem*, cum Augusta, a qua hoc cognomen, duplici appellatione insignita fuerit et *Livia* et *Julia*, illa quidem propria, hac vero ascititia, seu adoptiva. *Est enim vocata in hæreditatem ex testamento Augusti, et jussa est nomen Juliæ assumere*, ut loquitur Suetonius : quod confirmat Tacitus lib. I, dum ait, *eam assumptam in familiam Liviam ex illo testamento*, et ex hinc factam et conjugem et filiam, et cœptam vocari Juliam : sicut constat etiam ex nummis et lapidibus, de quibus plurimi viri docti, et collegit Gruterus libro de Inscriptionibus. Unde et Philo in Flaccum ad Caligulam de Livia Augusta verba faciens, *Julia*, inquit, *proavia tua.* Caligula enim filius erat Germanici, cujus pater Drusus, frater Tiberii, et uterque filius Liviæ Augustæ, ut notant Plutarch. in Antonio, Suetonius in Caligula, Dio lib. XLIX et passim, Tacitus lib. v. Hinc Ovidius utroque nomine eam appellat, ut libro I Fastorum :

Sic Augusta novum Julia nomen erit;

et lib. I de Tristib. .

Livia sic tecum sociales compleat annos.

Ubi cum illud adverteret vir doctus minus accurate, priori loco, pro *Julia*, recensendum dixit *Liria;* sicut etiam Marianus in suis notis in Hieronymum ausus est dicere mendosum esse Josephi codicem, dum scribitur *Juliadem*, pro *Libiadem.* Agnosco equidem hoc Latinis, ut Juliæ nomine eam appellent, satis insititum, sed quam rarum illis, tam familiare est Græcis. Nihilominus placuit *Libiaden* retinere, qui eam legem major exemplarium pars nobis dixit in quibus vel *Libiaden* per *n*, ut in Pi., Lo. et Beda.; vel *Libiadem* per *m*, ut apud Marianum; vel *Liviadam*, ut in Lo.; vel *Liviadem*, ut in Fa. et nostris; consentiunt Contractus et alii auctores. Unde Ptolemæus, lib. III cap. 6, inter urbes Palæstinæ *Libiadem* numerat. Nec te moretur dissimilitudo litterarum *b* et *v* in *Livia* et *Libiade;* hoc enim posterius ex Græcorum idiomate profectum est, qui cum non habeant litteram consonantem *u*, quæ Latine per *v* consonantem leguntur, per *b* reddunt. Poterat aliquis dubitare an hæc *Livia*, seu *Julia* esset adhuc in vivis; sed Plinius, lib. XIV, cap. 6, solvit dubium, dum ei tribuit annos 82. Dio, lib. LVIII, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη, 86 annos, et apertius Tacitus lib. v, in initio, cum ejus obitum suggerit consulatui *Rubelli et Fuffii*, qui incidit in an. Urbis 784 et Christi 32.

(Ibid.) *Joannes filius Zachariæ*, etc. Idem hic dissidium. Nam Pi. anno 14 Tiberii ista ascribit; cæteri anno 15, ut Fux., Peta., Lo., Fa., Vi., O., Marian., Contractus et impressi. Nec immerito, cum ita doceat Lucas cap. III Evangel.

(Ibid.) *Ipse quoque Dominus*, etc., *viam annuntiat*, etc. Superiores libri eodem modo hic differunt, sed auctor sæpe alias, et præcipue circa olympiad. 212, et lib. I Histor. cap. 10, satis exprimit mentem suam, dum initium prædicationis Christi refert ad principium anni 30 Christi et 15 Tiberii, quod firmatur auctoritate Matth. cap. IV, Marc. I, et præcipue Luc. III et IV : καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὢν ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ; quorum verborum quam multiplex fuerit sensus apud veteres, et quis præferendus, vide quæ in suis accuratissimis Annalibus colligit illustrissimus Baronius to. I pag. 36, et quæ disserit eruditissimus Scaliger lib. VI de Emendat. tempor. pag. 512 et seqq.

(Ibid.) *In populos. In populo* L., Pi.

(Ibid.) *Templi, anni* 1060. Pro 1060 legitur 1040 in L., Pi., Idac. et 3 Vatica.; in A. 260, sed corrupte. Itaque retinenda vulgata lectio quæ habetur in quatuor Vaticanis et aliis mss. Nam si ad 1060 addas 984 (eodem enim anno ab Abraham cœpit ædificatio templi), conficies 2044, et cum simili anno ab Abraham concurrit annus 15 Tiberii et trigesimus Christi, in quo observa auctorem non comprehendere in illo numero 1060 annum 4 currentem Salomonis, quod etiam facit fere semper in aliis numeris.

(Ibid.) *Ex Ægypto, an.* 1539. Hoc verius quam quod legebatur anno 1538, non solum quia sic A., Au., M., septem Vaticani, P., Lo., Pi., Vi., O., et quia hæc lectio confirmatur ex ipsis mendis quæ reperiuntur, ut in Idac., apud quem 1809, et in Peta. et Fux., in quibus an. 529. Nam ubique vides numerum 9; sed etiam ex ipsa supputatione. Nam si ad 505 ab Abraham, quo anno contigit exitus ab Ægypto, addas 1539, conficies 2044, cum quo, ut dixi, convenit annus 15 Tiberii.

(Ibid.) *Et Semiramidis.* Commodius quam et *Semiramis* ex Lo., Pi., Vi., L., Peta., O., Fux., Fa.

(Ibid.) *Ab Adam usque ad diluvium an.* 2242. Hæc adjecimus ex præscripto Pi., Vi., O., L., A., Fux., Au., M., septem Vatican., Lo., Lod., Fa., Peta. et trium mss. Fab., Vincen., quod convenit cum his quæ reperiuntur supra circa an. 990. Quin, præter codices supradictos, ita etiam habere exemplar ms. reginæ matris testatur eruditissimus Ducæus in Collectaneis ad Clementem Alexandr. pag. 801. Facit etiam, quod Beda refert, Eusebium in Chro-

nicis componere annum 30 Christi cum anno ab orbe 5228, quod recte congruit cum nostris libris et illo numero auctoris 2242, ab Adam ad diluvium. Cedrenus, dum citat nostrum auctorem de annis mundi usque ad 18 Tiberii, refert annos 5539. Verum librarii vitio id tribuo, pro 5281, quia confundit annos Eusebii cum annis Cedreni, apud quem numerantur anni 5539.

(Ibid.) *Principium octuagesimi primi jubilæi secundum Hebræos.* Hæc quoque inseruimus freti auctoritate Bedæ, Mariani, Adonis, Contracti et aliorum, qui omnes referunt Chronica Eusebii ad annum 16 Tiberii, hoc ipsum complecti : sicut etiam habent codices Petavinus, Fuxensis, Victorinus, et Oiselli, licet primi duo tantum ad oram, et licet alii loco *octuagesimi primi* habeant *vigesimi.* Sed vitium esse librarii pro 81, satis constat ex præcedentibus jubilæis et ipsa ratione supputationis. Nam Eusebius significat trigesimo anno Christi, seu decimo quinto Tiberii, perfici juxta Hebræos quartum millesimum ab orbe, sive octuagesies quinquaginta annos, seu octuaginta jubilæos, prout (sicuti ipse præmonuit) quilibet jubilæus significat et continet quinquaginta annos. Nec mireris annos 4000 juxta Hebræos absolvi anno Christi trigesimo, quia a quinquagesimo primo Abraham (in quo duo primi millenarii ab orbe erant exacti) usque ad trigesimum Christi, juxta supputationem Eusebianam, non nisi 1994 anni resurgant. Nam diversa est Hebræorum et Eusebii ratio annorum; verbi enim gratia, Eusebius ait Hammon regnasse duodecim annos, Hebræi duos tantum. Eusebius Josiæ regnum ad ann. 32 prorogat, Hebræi ad 31 tantum. Et ipse Eusebius, cum dat annos 22 Tholæ judici, notat *alias* 23, *secundum Hebræos*, et sic de cæteris : unde non sine judicio Eusebius, dum per jubilæos enumerat, subjicit *secundum Hebræos.* Scias autem posteriores Hebræos multum inter se dissidere, et a veteribus; vulgus autem rabbinorum, seu etiam Judæorum numerare ab orbe usque ad Christum, tantum annos 3760, ita ut octogesimus jubilæus, seu quater millesimus incidat ex eorum calculo in annum Christi 240. Porro non caret singulari mysterio trigesimum annum Christi esse ultimum annum jubilæi octuagesimi, quo clangore tubarum celebrabatur solemnitas et remissio debitorum, et libertas servorum. Nam trigesimo anno Christus ipsa cœlestis tuba cœpit prædicare remissionem peccatorum, et perficere quod prædixerat Esaias c. LXI : *Spiritus Domini super me ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, ut prædicarem annum salutarem*, etc.

(Ibid.) *Jesus Christus Filius Dei discipulos suos*, etc. Hanc et sequentem sententiam ab his verbis exorsi sumus, *Jesus Christus*, etc., cum antea deessent, et efficerent unicum paragraphum cum antecedente. Nam et venustate plena sunt, et reperiuntur in V., O., Lo., Fa. Deinde ita melius respondent singulis annis Tiberii, quos quælibet sententia sibi vindicat.

(Ibid.) *Viam, miracula.* Antea legebatur *viam et miracula*, sed ex fide Al., Fa., Pi., Peta., Fux., Lo., Vi., O. et primæ editionis Ven., expunximus copulam *et*, atque ita sententia fit planior.

(Ibid.) *Jesus Christus Filius Dei*, etc. Confusæ habentur istæ tres sententiæ. Nam Vi., O., hæc *Jesus Christus filius Dei salutarem*, etc., usque *imperat*, ponuntur ad annum 15 Tiberii, præceduntque illum paragraphum, *Computantur in præsentem*, etc. Post verbum vero *imperat*, inseruntur hæc quæ hic præcedunt, *Ipse quoque Dominus Jesus Christus hinc in populos*, etc., usque ad *esse quæ diceret.* In aliis codicibus hæc quidem, *Ipse quoque*, etc., antecunt periodum, sed non illa, *Jesus Christus filius Dei salu.*, *et computantur*, etc.; in Pi. illa, *Jesus Christus filius Dei salutarem*, etc., usque *prælocutæ* circa. 16 annum ejusdem inchoantur, et ad 17 pertingunt cum signo crucis ad oram, quamvis decimus septimus annus confuse pingatur; at illa, *Jesus Christus ad passionem*, etc., ponuntur ad annum decimum octavum cum signo item crucis e regione : in aliis tres hæ periodi, quæ incipiunt a *Jesus Christus*, etc., separantur ita, ut prima quidem anno 16 Tiberii, secunda anno 17, tertia anno 18 respondeat, et annus 19 Tiberii inscribitur ad latus sinistrum illius sententiæ, *Ecclesiæ Hierosolymorum*, etc.; quod idem licet observare in Vi., O., ubi quoque ad latus dextrum ponitur trigesimus quartus annus Christi. At in Peta., Lo., annus 19 apponitur e regione istorum, *Solis facta defectio;* in Fa. autem ex opposito hujus sententia, *Cassius Severus*, etc. Sed in hoc conveniunt omnia exemplaria, ut hæc periodus, *Pilatus post*, etc., anno vigesimo Tiberii assignetur, et primo olymp. 203 : præterquam in Vi., O., ubi primus ille annus olymp. 203 incidit in 21 Tiberii; ex opposito vero illius notæ numeri 20 ponitur *Sejanus præfectus.* In Lo., Peta., Pi., Fa., Fux., et in omnibus vulgatis annus olymp. 202 rejicitur ad annum 16 Tiberii; in V., O., ad annum 17. Sed in his mendose, ut constat ex iis quæ ante notavimus. Quid alii Chirographi habeant, periit memoria una cum meis antiquis observationibus, quæ mihi tumultibus bellicis direptæ sunt. Anastasius Bibliothecarius in sua Chronologia, quam ex Georgii monachi et Theophanis Chronographiis Græcis succincte excerpsit et transtulit, et quam olim legimus in Bibliotheca Vaticana, cuique simile exemplar apud nos est, dum refert ista ex nostro auctore, sic scribit, *Eusebii Pamphili de hoc ipso* (de Christi passione) *Jesus Christus filius Dei et Dominus noster secundum prophetias, quæ de ipso sunt, ad passionem properat an.* XVIII (forsan error librarii pro an. 18, in quo omnes libri conveniunt) *imperii Tiberii, secundum quod tempus, sicut etiam in aliis gentilium reperitur historiis, per singulas dictiones, quæ acta sunt enarrabimus. Nam sol defecit, Bithynia mota est, plurima Nicheæ urbis ceciderunt, quæ omnia concurrunt his quæ circa passionem Salvatoris nostri evenerunt : scribens autem et Phlego, qui olympiadas super ipsis enumerat in tertio decimo sermone eisdem verbis asserit hæc. Porro quarto anno 202 olymp. facta est defectio solis maxima, et nox hora sexta diei facta, ita ut etiam stellæ in cœlo parerent, terræmotus etiam magnus in Bithynia factus plurima Nicheæ subvertit.* Ex quibus licet confirmare nostras emendationes, et colligere Anastasium non tam secutum translationem Hieronymi, quam novam confecisse ex ipso Georgio referente ipsissima verba Græca Eusebii.

(571, III.) *Quæ de eo fuerant prælocutæ.* Pro *quæ de Deo fuerant prælocutæ.* Non puto dubitaturum quemquam, quin ita sit legendum, sicut dicent L., A., Au., M., V., Va., Fux., Peta., Vat., P., Al., Lo., Ven., Lut., Vi., O., Pi., Mar. et Idac., cum antea haberetur *quæ de Deo*, etc., ut observatum est.

(Ibid.) *Tempore etiam in aliis.* Ita quoque legendum confirmant L., A., Peta., Fux., Pi., Au., P., Lo., Vi., O., pro *tempore et in aliis.*

(Ibid.) *Et tenebræ super universam terram.* Desiderantur hæc in A., L., P., V., Lo., Fa., Peta., Fux., Pi., O., Vi., Mar., Vincent. Unde verisimile est adjecta a lectore ex Evangelio Matth. c. XXVII.

(Ibid.) *Bithynia terræmotu*, etc. His ad latus appingunt Fux., Peta., Lo., an. 19 Tiberii, ut ipso anno contigisse designent; at Fa., Pi., Vi., O., Mar. et impressi, an. 18, quod esse ex mente Eusebii docent præcedentia.

(Ibid.) *In urbe Nicena. In urbe Nicæa* Fa., Peta., Fux., Al., Lo., ut circa olymp. 275; *in urbe Nicæna* Pi; *in Bithinia Nicenæ urbis* Mar. Eusebius l. III de Vita Constantini, et alias passim ἡ Νίκαια dicitur. Sed utrumque apud bonos auctores.

(Ibid.) *Acciderunt. Acciderant* Lo., Pi., Fa., Fux. Peta.; *accidere* Vi., O.

(Ibid.) *Scribit.* Sic convenientius ex consensu A., Lo., L., M., V., Fux., Peta., Pi., Vi., O., pro *scripsit*, ut olim.

(571, III.) *Phlegon*. Ita scribendum discimus ex A., Peta., Fa., Lo., M., V., Ven., Lut., P., Al., L., Vi., O., Vincent., quorum alii *Phlegon*, alii, ut Fux., Peta., *Flego* pro *Phlegon*, ut et in aliis impressis et mss., secuti præter exemplaria, Origenem l. II contra Celsum, et tract. 29 in c. XXIV Matthæi, Suidam, Evagrium l. I, c. 20, Cedrenum, et alios, qui idem testimonium proferunt. Fuit autem *Phlegon* insignis historicus, et libertus Hadriani imperatoris. A

(Ibid.) *In* XIII *libro*. Correximus in hunc modum juxta L., A., M., V., Va., Fux., Va., Lo., Vi., Pi., O., Fa., Peta. et Anastasium, cum antea scriptum esset *in* 14 *libro*. Verum vetus lectio poterat ferri, nisi obstitissent tot exemplaria, quia apud Origenem l. II contra Celsum legimus, *scribit Phlegon in* 13. *vel* 14, *ut arbitror, de temporibus libro*.

(Ibid.) *Quarto autem an*. 202 *olymp*. Pro 202, in P., L., Pi., legis 200, sed error librarii est manifestus ex serie olymp. Porro videbatur tam hic quam in præfatione legendum *tertio* pro *quarto*, cum juxta auctorem an. 18 Tiberii et passio Christi concurrant cum 3 olymp. 202. Nihilominus cum libri sint consentientes in voce *quarto*, nihil muto; sed relinquo judicium erudito lectori, quomodo ista Phlegontis possint conciliari cum Eusebio, vel etiam quomodo cum an. 3 olymp. 202 concurrat luna 15, et cum die Veneris, seu feria sexta, qua certissime contigit Servatoris passio, littera B, ut volunt omnes, nisi dicas Christum dici mortuum anno illo quarto olymp. 202, non quod ille annus quartus numeretur inter annos vitæ Christi, sed quia obiit anno eo civili et Romano, seu consulum, qui incidit a kal. Januar. et in cujus æstatem incipit initium anni 4 olymp. 202. Frequens est enim apud auctorem, et alios veteres, ut ita confundant annos consulum cum annis olymp. Quam autem sit necessarium scire annum certum passionis Christi ad exactam rationem temporum investigandam, audi August. l. II de Doctrina christiana cap. 28 : *Per olymp. et consulum nomina multa sæpe quæruntur a nobis, et ignorantia consulatus, quo natus est Dominus et quo passus, nonnullos coegit errare*. B

(Ibid.) *Dies hora sexta*. *Diei hora sexta* in A., M., V., Va., Fa., Fux., Peta., Vi., Pi., O., Mar., Vincen. Sed sensus utrobique est integer.

(Ibid.) *Ita in tenebrosam*. *Ita ut in tenebrosam* Pi., Vi., O., L., Peta., Fux., Vincen.; *ita tenebrosam* V., Va., Fa.

(Ibid.) *Ut stellæ in cœlo*. Addidimus *in*, suadentibus Al., Peta., L., Lo., A., V., P., Pi., Vi., O., Mar., Vincent., Cedreno, pro *ut stellæ cœlo*, sicut in impressis, sive *ut stellæ cœli*, sicut legit illustriss. Baronius.

(Ibid.) *Argumentum autem hujus rei, quod Salvator isto anno passus sit, Evang. præbet Joan. in quo scribitur post* 15 *annum Tiberii Cæsaris Dominum tribus annis prædicasse*. Mirum quid per hæc intelligat auctor cum nil tale reperiatur, nisi dicas cum eruditissimo Baronio ipsum habuisse aliud exemplar, vel quia idipsum colligit ex eo, quod Joannes constituat quatuor Paschata post baptismum Christi. C

(573, III.) *Ex adyto templi*. Vetus vulgatorum lectio *ex aditu templi*; Vi., O. et Fa., *ex abdito templi*; Lo., Peta., Mar., *ex adito templi*; Pi. et Fre. *ex adyto templi*, quos maluimus imitari. Sic enim doctissimus Scaliger, cujus judicio plurimum defero, hunc locum refert lib. VI de Emendat. temp. pag. 505. Facit ad id Joseph. lib. II de bello Judaico cap. 14, et lib. XVIII Antiquit. c. 4, lib. VI de Bello cap. 31, ubi docet vocem hanc auditam a sacerdotibus ingressis interiora templi, οἱ ἱερεῖς προελθόντες εἰς τὸ ἔνδον ἱερόν. Suidas vero apertius eodem vocabulo utitur. Φωνὴ ἠκούσθη ἐκ τῶν ἀδύτων, a quo stat Cedrenus. D

(Ibid.) *Memoratus*. *Supradictus* O., L., Vi., Fa., Peta., Fre., Fux., Fa.

(Ibid.) *Imagines Cæsaris*. Purior lectio quam olim *imaginem Cæsaris*, auctoritate L., A., O., V., Lo., Pi., Fa., Vi., Fux., Peta., Fre. Nam etiam Josephus, lib. XVIII Antiquit. cap. 4, et lib. II de Bello Judaico cap. 14 et 17, et post eum Eusebius lib. II Hist. cap. 6. utuntur plurali. τὰς εἰκόνας.

(Ibid.) *Sed repugnantibus Judæis, et cum quasi ex uno consilio ad matrem præparati, nudatas illico cervices ad recipiendos ictus omnes proni paraverant, Pilatus motus statuas jussit auferri*. Absunt hæc omnia ab A., L., Au., M., Fux., Vi., O., Pi., Fa., P., Lo., Peta., septem Vatic., Mar., Idac., et a Freculpho, qui tres nihilominus ad verbum referunt tam præcedentia quam subsequentia. Ideo facile crediderim esse addita. Adde quod Eusebius nil tale refert in Hist. lib. II cap. 6, licet cætera et alia multa recitet ex ipso Josepho, et in præfatione Historiæ testetur se plenius narrare in libris historiæ, quæ antea scripserat in Chronico per epitomen. Verumtamen et tota sententia et ipsa fere verba reperiuntur apud Joseph. lib. II de Bell. Judaic. cap. 14, et lib. XVIII Antiquit. cap. 4. Sic enim ipse καὶ Πιλᾶτος θαυμάσας τὸ ὀχυρὸν αὐτῶν ἐπὶ φυλακῇ τῶν νόμων, παραχρῆμα τὰς εἰκόνας ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ἐπανεκόμισεν εἰς Καισάρειαν. *Tunc Pilatus admirans fortitudinem Judæorum in conservandis legibus suis, confestim imagines de Hierosolymis auferri præcepit, Cæsaream que perduci*.

(Ibid.) *Ad mortem præparati*. Videbatur legendum *ad mortem præparati* ex Josepho lib. II de Bello Judaico cap. 4, et lib. XVIII Antiquit cap. 4, unde ista sunt deprompta pene ad verbum. Sic enim ipse ἡδονῇ δέξεσθαι τὸν θάνατον ἔγελων. Verum cum sensus sit integer utrobique, noluimus discedere a consensu omnium exemplarium, quæ ista continent. Hanc enim nobis diximus legem.

(Ibid.) *Paraverant*. Sensus postulabat ut legeretur *paravissent*, sed defuit auctoritas codicis.

(Ibid.) *Ecclesiæ Hierosolymorum primus episcopus*. Revocantur hæc ad an. 18 Tiberii in Fa., Mar., Contract. et vulgatis; ad an. 19, in Fux., Peta., Lo., Pi., Vi., O. Hieronymus de Scriptor. Eccles. ait eum ordinatum Hierosolymorum episcopum statim post passionem Domini, et rexisse Ecclesiam 30 annis usque ad an. 7 Neronis. Ergo accommodatius ad an. 18 Tiberii, ut vulgo.

(Ibid.) *Jacobus frater Domini*. *Jacobus qui habitus est frater Domini* Vi., Pi., O., L.

(Ibid.) *Cassius Severus*, etc., *summa inopia*. *In summa inopia* Lo., Pi., Fux. Porro extremum hunc annum Cassii volunt eumdem esse Fux., Lo., Fa. Peta., cum an. 19 Tiberii, quibus adhærent editi; at Vi., Pi., O., cum an. 20. Ab illis longe dissidet Tacitus lib. IV Annal., dum illius Cassii obitum tribuit an. 11 Tiberii. Ejusdem Cassii meminerunt Suet. in Caligula cap. 16, et Seneca præfat. lib. III Controv.

(Ibid.) *Qui Quintianum illud proverbium*. *Qui Quintilianum*, etc., O., Vi., Sa., sed perperam : licet ejus proverbii nulla sit memoria apud veteres, adeo ut ignoretur quale illud sit, et quid significet, nisi quod non est improbabile proverbium illud dici posse de eo qui summa inopia premitur. Nam iste Cassius et in summa penuria obiit, ut, præter auctoritatem Eusebii, potest colligi ex Tacito lib. IV Annal., Sueton. in Caligula cap. 16, Dione lib. LVI.

(Ibid.) *Stephanus lapidatur : Saulus ad Christum convertitur*. Desiderantur in A., Lo., M., quinque Vatic., Pi., Fa., O., Vi., Peta., Fux. et tribus mss. Fab., P., Lo. Nihilominus certum est ex Martyrologio Romano, Beda, Usuardo, Adone, et aliis Stephanum *obiisse septimo mense*, sive (ut quidam eorum loquuntur) *non longe post Christi ascensionem*, idque 26 die Decembris ; vel, si audiendus est Anastasius in sua Chronologia, an. 37 Christi; vel, si Nicephoro, lib. II cap. 3, et Glycæ, III par. Annal., anno septimo (nisi lapsum librarii suspiceris pro *mense*?) post ejus resurrectionem. Otho, lib. III cap. 12, refert pariter cum Eusebio et Contract. ad an. Christi 34, Cassiodorus ad an. 33, Mar. ad an. 35. Videntur autem esse prorsus aliena ab Eusebio, quæ hoc loco spectant ad tempus conversionis Pauli,

cum ipse, lib. II Hist. cap. 1, significet ejus conversionem contigisse biennio post obitum Stephani. Marianus scribit Stephanum passum an. 19 Tiberii et Christi 35. Nam vult Christum natum an. 41 Augusti, Paulum vero conversum eodem anno : quæ indicant nil horum fuisse in Chronico Eusebii, tempore Mariani. Ut enim ferme semper in cæteris, sic et hic haud dubio ejus verba transcripsisset.

(Ibid.) *Pilatus post supradictam*, etc. Indicant seditionem hanc motam, alii quidem an. 19 Tiberii, ut Fux., Peta. At plures an. 20, ut Pi., Lo., Fa., Vi., O., Mar. et impressi.

(Ibid.) *Quem Corbonam. Quem Corbanam*, in A., L., M., L., Vi., O., Mar., Pi., nisi quod in Pi. loco *m* finalis legatur *n*; sic Math. XXVII, Κορβονᾶν. Verum Eusebius, de cujus mente agitur, lib. II Hist. cap. 6. τὸν ἱερὸν θησαυρὸν, καλεῖσθαι δὲ Κορβονᾶς. Idem Josephus, lib. XVIII Antiquit. cap. 4, lib. II de Bell. Judaic. c. 8, e quo sumpta videntur. Hos sequuntur Cyprian. Hieron. in Matth. XXVII, Idac., Vincen. et alii.

(Ibid.) *Sejanus præfectus*, etc. Referunt ista ad an. 20 Tiberii Fux., Pi. Peta., sed ab his dissentiunt Lo. Fa., Vi., O., Contract. et excusi, qui ad an. 21, seu 2 olymp. 203. Verum neutrum defendi potest, si quæ fides habenda sit Tacito lib. V et Dioni lib. LVIII, qui annotant tempus necis Sejani ad an. 17 Tiberii, et consulatum, quem ipse cum Tiberio gessit, quique in Fastis Onuphrii comparatur cum 3 olymp. 202 et an. 17 Tiberii : ita ut unice probem illust. et piissimi Baronii summum judicium, dum hic erratum ait ab auctore, occasione capta ex eo, quod Josephus, lib. X Antiquit. cap. 18, describat interitum Sejani sub extremis imperii Tiberii annis; cum tamen planum sit Josephum plura ibi gesta Tiberii, non observato annorum ordine, perstrinxisse.

(Ibid.) *Instantissime cohortatur. Instantissime Tiberium cohortatur* Vi., L., O., sed satis subintelligitur.

(Ibid.) *Jacobus frater Joannis Apostoli, jubente Herode, capite truncatus occiditur.* Absunt ab L., A., M., Lo., P., Fa, Peta., Fux., 7 Vatic. et 3 mss. Fab., Mar., et merito. Nam licet constet ex Actis, cap. XII, Jacobum interfectum ab Herode, scilicet isto tetrarcha, Petrum vero mox in vincula conjectum; tamen ipse Euseb. in Hist. lib. II, cap. 9, existimat id sub Claudio contigisse octo ferme annis serius, κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν (δῆλον δ' ὅτι τὸν ἐπὶ Κλαυδίου) ἐπέβαλεν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας, etc., quod cum minus exacte observaret noster glossographus, minusque caperet, quod est apud Lucam, impegit in ἀναχρονισμόν. Ut ingenue tamen dicam ex mente auctoris, Jacobus non est interemptus ab Herode Tetrarcha, sed a rege Herode, qui et Agrippa. Porro in Vi., Pi., O., reperiuntur his verbis, *Jacobus qui habitus est frater Joannis Apostoli jubente*, etc.

(Ibid.) *Petrus Apostolus*, etc., usque *liberatur*. Exsulant hæc pariter ab iisdem exemplaribus, unde et expungi poterant propter easdem rationes, quibus præcedens versiculus. Nam licet Acta Apostolorum, cap. XII, testentur Petrum fuisse duabus catenis vinctum, et ab angelo liberatum; tamen Euseb. lib. II Hist. cap. 9, existimat id factum circa an. 2 Claudii; verum satis fuerit in gratiam Criticorum hæc expressisse aliis typis, ut suspecta.

(575, II.) *Judæorum Agrippa an.* 7. *Judæorum princeps Agrippa* Vi., Fux., O., Peta. et tres mss. Fab.; *Judæorum Agrippa rex* Lo.; quæ lectio videbatur retinenda, quod auctor bis eum nominet regem; sed quia utrumque et *princeps* et *rex* deest in Fa., Pi. et vulgatis, satis sit variæ lectionis admonuisse. Corrupte antea legebatur *an.* 26 (quod et habet Contract. antequam annos Christi deducat; nam postea annos 7 tantum assignat) pro *an.* 7; sed emendavimus juxta codices Lo., Pi., Vi., A., O., V., L., et ipsam rationem annorum per seriem, consentientibus omnibus libris. Adde quod Josephus, lib. XIX Antiquitt. cap. 7, ita docet, enumeratione facta quot annos regnavit sub unoquoque imperatore. *Mortuus est*, inquit, 54 *ætatis anno* et τῆς βασιλείας δὲ ἕβδομον, *imperii vero septimo.* Tamen lib. II de Bello Judaic. non nisi sex videtur tribuere, tres quos rex, et tres quos regnavit tetrarcha; sic enim cap. 19 : Βεβασιλευκὼς μὲν ἔτη τρία, πρότερον δὲ τῶν τετραρχιῶν τρισὶν ἑτέροις ἔτεσιν ἀφηγησάμενος. *Quatuor namque sub Cæsare Caio regnavit annis, cum Philippi quidem tetrarchia tribus; quartum vero Herodis, tres autem reliquos sub Claudii complevit imperio.* Euseb., lib. I Hist. cap. 10, non plures annos tribuit quam septem ipsi Agrippæ : in hoc tamen a se ipso differt, quod ibi velit eum regnasse quadriennio sub Caio, et triennio sub Claudio.

(575, III.) *Persius Flaccus*, etc. Constanter libri in annum 21 Tiberii conferunt, ut Fux., Pi., Vi., O., Lo., Fa., Peta. et cusi, quibus assentitur Cassiodorus.

(Ibid.) *Agrippa filius Aristobuli filii Herodis regis accusator*, etc. Variant aliquantulum codices. Nam Fux., O., Pi., Vi. ad an. 21 Tiberii; Lo., Fa. Peta., Idac., Mar., Contract., una cum editis ad an. 22. Si favisset aliquis codex, reposuissem ad an. 23; tradit enim Joseph., li. II de Bell. cap. 8, Agrippam sex mensium spatio in carcere fuisse detentum, cum Tiberius excessit e vita. Porro locus hic feliciter restitutus est ope Bedæ, Freculphi, Vincent. tom. I l. II c. 11, Contracti, et Adonis, cum antea fœde legeretur *Agrippa Herodis filius accusator*, etc.; quin et inserta erat vox *regis* in mss. A., V., L., P., Peta., Vi., Pi., O., Mar. et 3 mss. Fab., hoc pacto, etc., *Agrippa filius Herodis regis accusator*, etc., ita ut in illis deessent illa duo intermedia *Aristobuli filii*, quæ quam necessaria sint docet Joseph., l. XVIII Antiq. c. 9, ubi ait Agrippam hunc fuisse filium Aristobuli, et nepotem Herodis Magni, Ἀριστοβούλου μὲν υἱὸς ὢν; etc. 7 : Ἡρώδης τε καὶ Ἀριστόβουλος καὶ Βερνίκη καὶ οἵδε παῖδες Ἡρώδου τοῦ υἱέος τοῦ μεγάλου. Idem lib. II de Bello Judaico cap. 15.

(Ibid.) *Romam profectus.* Purius ex L., A., V., P., Pi., Peta. et trib. mss. Fab., Mar., Contr., Adone et Beda, pro *Romæ profectus.*

(Ibid.) *Eo quod . . . . . videret.* Ista non exstant in L., An., M., septem Vatic., Lo., Pi., Vi., O., Fa., Peta., Fux., Vat., P.: sed cum sint apud Josephum lib. XVIII Antiquit. cap. 13, et lib. II de Bello cap. 8 (ex quo Eusebius depromit res Judæorum), possunt tolerari.

(Ibid.) *Pilato de Christianorum dogmate*, etc. Ægre dignosci potest cui anno hæc adscribenda sint, cum in varia distrahantur libri. Nam Pi., Vi., O., Vincent., collocant circa an. 21 Tiberii; Fux., Lo., Peta., Mar., circa an. 22, Fa. et excusi circa 23. Rem eamdem narrat auctor ex Tertulliano lib. II Hist. cap. 2: post eos Orosius, lib. VII cap. 4, Gregor. Turonensis lib. I cap. 24, et alii plures.

(Ibid.) *Reciperetur.* Sic aptius ex A., L., Pi., Vi., O., Lo., Lod., Antonin., ex Eusebio, pro *reciperentur*, ut in aliis codicibus.

(Ibid.) *Ex consulto Patrum.* Receptior lectio, quam olim *ex consultu Patrum*. juxta codd. V., L., Lo, Vi., Pi., O.; vel *ex consilio Patrum*, ut apud Mar.

(Ibid.) *Accusatoribus Christianorum comitatus.* In L., Pi., deest vox *Christianorum*. Sed est in aliis et Mar., nec videtur superflua.

(Ibid.) *Scribit Tertullianus in Apologetico.* Hæc verba in tribus Vaticanis junguntur cum illo proximo versiculo : *Multi senatorum*, etc. hoc pacto : *scribit Tertullianus in Apolog. multos senatorum et equitum Romanorum a Tiberio interfectos.* Sed quod pertineant potius ad priorem sententiam, quæ incipit, *Pilato Christianorum*, etc., et debeant terminare illius ultima verba, satis convincitur ex ipso Apologetico Tertulliani, ubi de hac ultima sententia altum est silentium, sed non ita de altera.

(575, III.) *Petrus apostolus Antiochenam Ecclesiam fundavit, ibique cathedram adeptus, sedit an.* 25. Desunt in L., Pi., A., M., septem Vatican., V., Pi., Fa., Peta., Fux. et tribus mss. Fab., Lo., Lod., Beda., Mar., Fre., et sunt valde suspecta. Prima quidem pars, quod Petrus sederit Antiochiæ, antequam Romam proficisceretur, confirmatur ex sequentibus ad annum Christi 44, et ex Patrum veterum assertione, Chrysost. Homil. de Translation. S. Ignatii, Hieron. de Script. Eccles. in Petro et in cap. II ad Galat., Leon. sermo. 1 in Natal. Apost., Greg. lib. VI Epist. 37, Bedæ de sep. ætat., et Ado. in Chron., quibus conveniunt Martyrologia, et dies festus, *die 22 Februar.*, dicatus ob cathedram. seu sedem Petri apud Antiochiam. Sed quod anno ultimo Tiberii hoc acciderit, valde disceptatur, et quod sederit Antiochiæ annis 25, a nullo veterum umquam dictum est : immo et omnino contrarium et historiæ veritati, et subsequentibus, cum sub anno 44 dicitur, consentientibus omnibus exemplaribus, Petrum sedisse 25 annis Romæ, et cum etiam Evodius dicatur tunc constitutus Antiochiæ episcopus primus, scilicet post Apostolos Petrum et Paulum : et esset absurdum dicere Petrum sedisse una cum Evodio. Itaque necesse est fateri integram sententiam nullo modo esse Eusebii : unde illustr. Baronius lumen temporum existimat ultimam particulam *sedit an.* 25 rejiciendam : sed probat multis argumentis cætera esse retinenda; tamen ob fidem editorum maneant immota.

(Ibid.) *Multi senatorum*, etc. Si vis hæc ad an. 21 Tiberii evocanda, habes auctores O., Vi.; si ad an. 22, sequere ducem Pi.: si ad an. 23, Fux., Lo., Fa., Peta., et impressos imitare, quibus conveniunt Suetonius et Tacitus lib. VI.

(Ibid.) *In Lucullana villa.* Deest in A., Peta., L., Lo., Vi., O., Pi., M., V., Va., Vat., P., Fa., Fux., Mar., Fre. Verum cum sit in aliquot exemplar., et sit conforme veritati historiæ, nefas fuit istud obliterare. Nam sic testantur eum decessisse *in villa, cui Lucullus quondam dominus*, Tacit. lib. V Annal., et Sueton. qui eam vocat *Lucullianam*, cujus meminit Plutarchus in Mario.

(Ibid.) *Roman. IV. Caius Caligula.* Pro *Caius* M., L., Lo., Pi., Peta., Fux., nobis *Gaius* exhibuerunt tam hic, quam aliis in locis, ad imitationem Græcorum, qui *G pro C* usurpant; unde quem Latini *Caium* dicunt, ii *Gaium reddunt*, sicut vides in Pandectis Florentinis, et alias sæpe, verum licet non dubitem Eusebium *Gaium* dixisse. Sic namque Clemens et alii, qui Græce scripserunt; familiare enim Græcis hujusmodi nomina propria, quæ apud Latinos per *C* inchoantur, per *G* reddere. His adde, quod Plutarch., in quæstionibus Roman. quæst. 54, observat elementa illa *c* et *g* esse admodum cognata; quin et Romanos littera *g* sero uti cœpisse, eamque a Sp. Carbilio reliquis adjectam; Hieronymum, saltem cum Latine scripserit, probabilius est Latinorum morem potius quam Græcorum imitatum, uti factitarunt posteriores interpretes in reddendis Latine auctoribus Græcis. Ad extremum, absit ut a firmo illo codicum consensu abeamus, reponendaque ista ad alium annum, quam ad Caii primum asseramus, cum ita habeant omnes libri.

(Ibid.) *Roman. IV, Caius Caligula regnavit an.* 3, *mens.* 10. In Peta., pro *an.* 3, *mens.* 10, habes *an.* 4, *mens.* 10; in Vi., O. et Vinc., *an.* 4, sublatis mensibus ; Contract. *an.* 3, *mens.* 10, *die.* 8, licet in serie annos 5 contexat. Reliqui libri et Ado vulgatam lectionem proponunt. Marianus, *Regnavit*, inquit, *an.* 4, *mens.* 10, *diebus* 8, *teste Eusebio et Beda.* Eusebius, lib. II Hist. cap. 8, minus distincte : *Cum principatu*, inquit, *nondum toto quadriennio potitus esset*, Γαΐον οὐδ᾽ ὅλοις τέτταρσιν ἔτεσι τὴν ἀρχὴν κατασχόντα. Nec obest superior varietas, quo minus firmiter adhærescamus lectioni vulgatæ, cum omnes alii libri communi consensu quatuor tantum annos numerent in columna et serie annorum.

(Ibid.) *Caius semetipsum inter deos refert. In deos* Pi., Vi., L., A., Lo., O., Mar., Contract., Beda. Jam vero nefas a consentientibus inter se exemplaribus tam manu quam typis exaratis dissentire; conveniunt enim omnes, ut a Caio susceptum velint an. 1 imperii sui. Philo in Flaccum videtur hoc tribuere an. 2 Caii. Dio lib. LIX ejusdem quidem rei meminit circa an. 3 Caii, sed cum his verbis, *Jam ante humano fastigio altior haberi volebat*, *Jovem se fingebat*, etc. Suetonius cap. 22 idem quoque testatur, sed tempus et annum reticet.

(Ibid.) *Avilius. Alibius* Lo. Prior lectio germanior; sic enim Philo in Flac., membranacei et editi : porro retine hæc ad an. 1 Caii, cum habeas consensum omnium codicum.

(Ibid.) *Adversus eos.* Sic reposuimus ex V., P., Lo., Vi., O., pro *adversus eum.* Sed in A., L. et Pi., utrumque deest, et *eum* et *eos.*

(Ibid.) *Ad Caium. Ad Caium Cæsarem* in P., A., L., Lo., V., Pi., Vi, O., sed hoc satis intelligitur.

(577, III.) *Passienus*, etc., *fraude hæredis suæ.* Emendavimus hunc locum pro *ob fraudem hæreditatis suæ*, secuti L., A., M., P., Lo., Pi., Vi., O., tres mss. Fab., et unum ex Vaticanis, ac judicium accuratissimi Lipsii in Curis secundis ad lib. XII Annal. Taciti. Nam ut ipse probat ex verbis scholiastæ veteris in Juvenal. satir. 4 : *Passienus periit per fraudem Agrippinæ uxoris, quam hæredem reliquerat.* Putat autem hæc trajectitia esse in an. 2 Caligulæ, cum Suetonius in Nerone cap. 6 affirmet hunc Passienum obiisse sub initium Claudii. Nicol. Faber vir eruditissimus, in Senecam pag. 14, idem indicat ex scriptorum vitio non esse suo loco posita, *ut*, inquit, *plurima alia.* Sed cum 7 Vatic. et alia omnia exemplaria illi anno adscribant, non video cur Suetonii fides singularis sit præferenda Hieronymo, vel Eusebio.

(Ibid.) *Matthæus in Judæa Evangelium primus scribit.* Desunt in A., Fa., L., M., septem Vaticanis, Vi., O., Pi., Peta., Fux., P., Lo., et tribus mss. Fab., Mar., Fre., nec ex alio loco, vel scriptore vetere constat quo anno Matthæus scripserit, nisi quod ipse Eusebius, lib. V Histor. cap. 8, refert verba Irenæi scribentis Matthæum historiam Evangelii composuisse tunc, cum Petrus et Paulus Romæ evangelizarent, quod non contigit ante an. 44 Christi : Sic enim ipse ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν, καὶ γραφὴν ἐξένεγκεν εὐαγγελίου τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν ἐκκλησίαν. Et juxta hanc sententiam facile crederem ista hic fuisse adjecta.

(Ibid.) *Caius cognomento Caligula, Memmii*, etc. Hæc sunt varia in mss. *Gaius Memmii*, etc., Peta., Fux.; *Caligula Memmii* A., M., V.; *Gaius Caligula Memmii* Vi., O., C.; *Memmii* Fa.; *Gaius Memmi* Lo.; *C. Caligula Memmii* Pi. Hanc historiam vide apud Sueton. : horum autem situs uno consensu codicum est ad an. 3 Caii.

(Ibid.) *Pontius Pilatus in multas incidens calamitates propria se manu interfecit*, etc. Annumerantur ista in Vi., O., Pi., Fux., Peta., Lo., Fa., Mar. et excusis, an. 3 Caii, seu 3 olymp. 204. Idem cum illis sentit Cassiodorus, dum ista verba auctoris mutuatus obitum Pilati confert in annum consulum *Publicolæ et Nervæ*, quos Fasti Onuphriani collocant ex adverso 4 olym. 204, quique numerando per consules concurrunt cum an. 3 Caii : et auctor lib. II hist. cap. 7, ubi iisdem ferme verbis utitur, conjicit in eumdem annum. Quam historiam Zonaras ait Eusebium ex olympiadum scriptoribus referre. Contract. rejecit in an. 4.

(Ibid.) *Caius Petronio*, etc. In his assignandis suo loco dissentiunt Vi. et O. a cæteris. Hi enim adscribunt an. 2 Caii, cum cæteri, Fux., Fa., Peta., Pi., Lo. et vulgares, an. 3.

(Ibid.) *Statuam suam.* Deest *suam* in L. et Pi.; nihilominus retinendum. Nam constat ex Suetonio.

Dione, Philone, et Eusebio lib. II Hist. Eccles. cap. 5, Caligulam non solum sibi arrogasse divinam majestatem, sed etiam imposuisse simulacris numinum capitis sui formam, aliorum capitibus demptis; quin etiam animo agitasse templum Hierosolymitanum in suum proprium templum demutare, cum titulo *novi Jovis illustris Caii*, ut ait Philo lib. de Legatione ad Caium.

(Ibid.) *Jovis Optimi Maximi*. Cum vox *Optimi* antea deesset, eam restituimus, secuti A., Lo., Lod., Vi., O., Pi., L., M., Al., V., P., Peta. Caligula enim se asserebat Jovem, teste Aurelio, sicque vocari se *atque Optimum Maximum* curabat, auctoribus Suetonio et Philone.

(Ibid). *Quod Judæi maxima negaverunt obstinatione*. Desunt hæc in A., Lo., Fa, Peta., L., M., V., Va., Vat., Pi., Vi., O., P., Fux. et trib. mss. Fab. veritas tamen historiæ non repugnat, ut licet videre apud Josephum lib. XVIII Antiquit. cap. 11.

(Ibid.) *Josephus in synagogis*. Antea legebatur *Josephus præter quam in synagogis*, sed emendavimus nixi auctoritate codicum A., L., M., V., Va., P., Lo., Lod., Pi., Fa., item Adonis sectatoris Eusebii, et præcipue ipsorum Josephi lib. XVIII Antiquit. cap. 15 et lib. II de Bello Judai. cap. 9, et Philonis, quos citat Eusebius. Sic enim Philo lib. de Legatio. ad Caium: *Caius proseuchas* (id est loca orationis) *præsertim Judæorum, quos sibi exosos habebat, exorsus ab Alexandria, sibi usurpavit, et replevit statuis effigiem suam referentibus, nemine non cedente ipsius auctoritati, atque violentiæ*. Hinc non dubitem vocem *præter quam* additam a quodam sciolo, qui cum legisset Judæos caruisse prorsus imaginibus, tam in templo quam extra, animadvertit istud hic recitari ad exprimendam extremam persecutionem Caii in Judæos, ac hujusmodi particulæ additionem omnem sensum pervertere, nec solum inanem, sed contrarium reddere; cum alioquin mens Eusebii et aliorum sit loqui de solis Judæis, et de statuis Caii positis in civitate et in templo. Hic demum observandum quod differunt Vi., O., a cæteris, cum aggregent ista anno 2 Caii; cæteri Fux., Pi. Lo., Fa., Peta et impressi, an. 3.

(Ibid.) *Caius sorores suas*, etc. Lo. et Fa. et impressi opposuere ista an. 3 Caii. At Pi., Fux., Peta., Vi., O., Mar., an. 4.

(Ibid.) *Caius omnes exsules*, etc. Non est quod hæc a veteri sede dimoveamus, cum eam illi assignent omnes tam membranacei quam editi, Pi., Fux., Lo., Fa., Peta., Vi., O., Mar., ad an. 4 Caii.

(Ibid.) *Caius a protectoribus suis*, etc. Retentus est pristinus situs. Ubi enim constantes sint libri, cur variemus? Collocant enim hæc ad an. 4 Caii.

(Ibid.) *Anno ætatis suæ* 29. Non dubitavimus restituendum 29, cum habeamus duces libros A., Au., V. Peta., Lo., Vi., O., Idac., primas editiones Ven., Lut., Sueton., et Jornan., pro 25, ut olim; sive, 28, ut in L., Fa. (licet in hoc sit supra scriptum *vel* 38); sive 34, ut in Fux.; sive 24, ut apud Cassiodorum; sive 39, ut apud Eutrop. et Mar. Confirmat nostram lectionem Dio, dum tradit lib. LIX Caium natum annos 25, ubi imperator factus est, et imperasse tribus annis, mensibus novem, diebus viginti octo. Hoc ipsum facit Suetonius, dum scribit Caium natum *patre suo Germanico et Fonteio coss.*, a quibus usque ad hunc annum numerantur 29 consulatus. Hinc emendabis alios scriptores.

(Ibid.) *Regnavit an.* 13, *mens.* 8. Vulgati legebant *mens.* 9, L., Vi., O., Pi., Peta., Mar., Contract., *mens.* 7. Nobis visum est A., P., imitari, in quibus *mens.* 8; sic enim Cassiodor. in Chronic., Suetonius, Tacitus lib. VI, et Joseph. lib. II de Bello Judaic. cap. 18. Γαΐου δὲ ἡγεμονεύσαντος ἔτη τρία καὶ μῆνας ὀκτώ. Sic etiam Fasti Sigonii, Zonaras, et ipse Euseb. lib. II Histor. cap. 19, Clemens lib. I Stromat.: ἔτη ιγ΄, μῆνας η΄, ἡμέρας η΄. Totidem etiam menses assignant Jornandes et Tertull. adversus Judæ.,

A licet hic in annis, uterque in diebus dissentiant ab auctore. Suetonius habet *mens.* 10; Ado, *an.* 14.

(Ibid.) *Diebus* 28. *Diebus* 29 A.; *diebus* 24 V., Fa. Tamen Cassiodorus, Mar., Contract., et alii libri, lectioni nostræ adhærent. Suetonius et Clemens Alexan. lib. I Strom. scribunt *dieb.* 8.

(Ibid.) *Apud Moguncíacum. Apud Magontiacum* Pi.; *apud Maguciacum* Vi., O.; *apud Moguncíam* Au. Sic Eutropius antiquus; nam Vineti editio habet *apud Maguntiam*, et postrema Sylburgii *apud Mogontiacum*; idem in libro Notitiæ imperii apud Cassiodorum et alios plures. Prima scriptura retinenda cum Tacito lib. XX, Ptolemæo, Mar. et aliis; licet etiam Ammian. Marcell. lib. XV et XVII, Antoni. in Itinera., et Victor. Schotti., Jornandes lib. rer. Geticar., Hieronym. epist. 11 de monogamia, habeant *Moguntiacum* per *u* et *t*, loco *o* et *c*, Vopiscus *Maguntiacum*. Sed hoc non est tanti.

(Ibid.) *Iste est Claudius patruus Drusi, qui*, etc. Iste locus est plane depravatus. Nam licet omnes li-
B bri, Mar. quoque et Idac. habeant hanc vulgatam lectionem; nihilominus non est dubium quin sit legendum: *Iste est Claudius patruus Caii, filius Drusi, qui*, etc., sicuti habent Idacius et Pæanius Metaphrastes. Græcus Eutropii: μετὰ τοῦτον βασιλεύει Κλαύδιος, ὃς ἦν μὲν θεῖος τοῦ Καλιγούλου, Δρούσου δὲ παῖς οὗ μνημεῖον ἔστιν ἐν Μογόντιακῷ. Ex quo emendabis Eutropium lib. VII, apud quem: *post hunc Claudius fuit, patruus Caligulæ, Drusi, qui apud Moguntiam cum filio monumentum habet, cujus et Caligula nepos erat, frater*; nam pro *frater* legendum *filius*. Certum est enim ex Floro, Dione, Tacito, Valerio, Suetonio, et aliis, Claudium fuisse fratrem Germanici Patris Caii et filium Drusi, qui in Germania defunctus primus sibi peperit Germanici cognomen decreto senatus, quique fuit frater Tiberii imperatoris, et filius Tiberii Claudii ex Julia seu Livia Drusilla, quæ eum peperit tertio mense in domo Augusti, qui, ut loquitur Tacitus, lib. V, *eam abstulit marito cupidine for-*
C *mæ*. Ipse etiam obiit in consulatu anno Urbis 745, circa olymp. 192, et ejus monumentum constructum fuit apud Moguntiam, non quod ibi essent ejus ossa (Romam enim fuerunt delata, ut ait Dio, et habuit sepulcrum Ravennæ, ut testatur antiquus lapis apud Gruterum in Inscript.), sed *honorarium* κενοτάφιον, ut loquuntur Suetonius et Dio lib. LV. Adhuc hodie visitur apud Moguntiacum moles illa Drusi.

(Ibid.) *Alibi legi, avunculus, quia frater matris Caii fuit*. Absunt ab L., A., Au., M., V., Lo., Pi., Fa., Vi., Peta., O., Fux., Idac. Propterea licet sint in nonnullis, non dubium quin sint longe hinc amandanda. Nam Claudius omnium consensu non fuit frater Agrippinæ matris Caii Caligulæ, sed Germanici Cæsaris ipsius mariti et patris Caii: et licet fuisset frater matris Caii, non propterea avunculus istius Drusi. Sed Sciolus, qui hoc finxit glossema, confundit Drusum patrem Claudii, cujus uxor Antonia junior, seu minor, et de quo superiori nota, cum Druso filio Germanici, et Agrippinæ, cujus uxor Æmilia
D Lepida, teste Tacito, et qui propterea erat nepos Tiberii ex fratre.

(Ibid.) *Petrus Apostolus*, etc. Ita exordiuntur hoc loco omnes libri, sumpto initio non a sede, sed a nomine pontificis. In cæteris tamen Romanis pontificibus non idem observatum, ut suo loco annotabimus. Præterea hoc pontificatus initium annumerant iidem libri ad an 2 Claudii, quod tanto certius videri debet, quo graviores auctores idem sentiunt, ut Cassiodorus, Contractus in Chronico, Hieronym. de scriptor. Ecclesiast. cæterique omnes qui de ea re tractant.

(Ibid.) *Natione Galilæus Christianorum pontifex primus*. Hæc non leguntur in L., Au., M., septem Vatica., Lo., P. Pi., Vi., O., Fa., Peta., Fux., et ita illustrissi. Baronius, Ecclesiasticæ historiæ lumen, dum hanc sententiam refert, prætermittit illa verba usus haud dubie aliquo ms.

(577, III.) *Cum primum. Cum primus.* Lo., Pi., Vi., O., Mar. : *cum prius* Ado.

(Ibid.) *Proficiscitur. Mittitur* in L., A., Peta., Fa., Au., Lo., Vi., O., M., septem Vatica., Fux., et trib. mss. Fab., Pi., Cassiod., Idac., Mar. At alii codices habent nostram lectionem, quam confirmat Anastasius Biblioth. in sua Chronolog. mss. dum ait : *Petrus princeps apostolorum, Antiochena fundata primo Ecclesia, Romam pergit Evangelium prædicaturus*; quæ vox si minus grata videatur, quasi inferat aliquam subjectionem et obedientiam, non est novum verbum *mitti* dici non solum de pari in parem, sed etiam de inferiori ad superiorem, pro suadere, et approbare, ut videre licet Jos. XXII, dum populus mittit summum sacerdotem Phinees, etc. Hinc Leo, dum de eadem re loquitur, sermo. de natali Apostol. : *cum duodecim*, inquit, *Apostoli accepta per Spiritum sanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Evangelio mundum, distributis sibi partibus terrarum suscepissent, beatissimus Petrus princeps apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur imperii*; scilicet communi consilio et consensu apostolorum.

579, III. *Marcus evangelista*, etc. Posset dubitari utri hæc assignanda sint ad 2 an. Claudii, sic enim Lo., Fa., Peta.; an vero anno 3, ut Pi., Vi., O., Fux., Mar., Contract., et impressi. Sed cur istos non sequamur, nihil obstat.

(Ibid.) *Christum annuntiat.* Post illa verba inseruntur ista in codd. L., Pi. : *Martialis apostolus apud Gallos prædicat*; sed perspicuum est adjecta fuisse ab aliquo Lemovicensi, cum in aliis exempl. desint.

(Ibid.) *Primus*, etc., *Erodius. Euvodius*, L., A., Pi. Sed, præter alia exempl. nobiscum sentiunt Contractus, Vincen., Mar. et alii : sed et ipse Euseb. lib. III Histor. cap. 22: *Inter eos, qui Antiochiæ Ecclesiam gubernarunt, primus Evodius*, ἐπ' Ἀντιοχείας Εὐωδίου πρώτου κατασταντος, scilicet *post apostolum* seu Petrum, ut explicat Ignatius epist. 12, et Chrysost. homil. de translatione S. Ignatii. Horum autem sedes est ad an. 4 Claudii in Peta., Vi., O., Fux., Pi.; in Fa., Lo. et editis est ad 3. Forsan verius, si sequamur omnes Latinos scriptores, qui tradunt Petrum sedisse Antiochiæ septem annis, licet forsan non integris.

(Ibid.) *Agrippa rex Judæorum*, etc. Mortem Agrippæ opponunt Pi., Fux., Peta., O., Vi., Mar. et vulgati., an. 4 Claudii., Lo., Fa. Contract.; an. 3; quod videbatur magis probandum, quoniam auctore Josepho lib. XVIII Antiquit. cap. 13, Caius statim ut imperium adeptus est, Agrippam creavit regem, et ita septimus annus Agrippæ in 3 Claudii incidet. Sed nil mutandum, quod ex eodem Josepho constet ipsum Agrippam non rediisse in Judæam, nec suscepisse regnum, nisi secundo anno Caii; quin etiam ipse lib. XX Antiq. cap. 3 scribit Agrippam hunc obiisse an. 8 Claudii. Adde quod si mutares situm anni primi Agrippæ, esset etiam mutandus annus primus Agrippæ filii, immo et omnium annorum in serie Judæorum.

(Ibid.) *Post quem filius ejus. Post quem filius suus* Pi., Lo., Peta., Fux., Mar. et tres mss. Fab. Sed sensus recidit eodem, licet prior lectio purior haberi debeat.

(Ibid.) *Agrippa a Claudio substituitur.* Ista corrupta antea proponebantur, cum ita haberentur : *Agrippa avunculus Herodis a Claudio substituitur.* Verum cum eæ voces, *avunculus Herodis*, desiderentur in omnibus mss. necnon veritati historiæ repugnent, contra propositum nostrum hinc a nobis amota sunt, ne tam turpi macula auctor fœdaretur; post hunc enim Agrippam nullus, qui ætate junior fuerit, Herodes appellatus est.

(Ibid.) *Prophetia Agabi*, etc., *famem in toto*, etc. Revocantur hæc ad an. 3 Claudii in Fa., sed constantior reliquorum consensus, ut ad an. 4 reponantur, ut Pi., Fux., Lo, Peta., Vi., O., L., quos sequimur : eam enim fuisse mentem Eusebii, agnosces ex Mariano, Orosio, Beda, Contracto, Adone et aliis Eusebii verba referentibus ad eumdem annum; immo etiam ex ipso Josepho (quem auctor sæpe in multis æmulatur) qui, lib. XX Antiq. cap. 2, meminit circa hunc an. 4 Claudii diræ famis, quæ grassabatur Hierosolymis et in Syria, licet Dio, lib. LX, velit tamen viguisse Romæ an. 2 Claudii, nec cujuspiam alterius sub imperio Claudii meminerit, describatque accidisse coss. *Claudio et Largo* : Fasti tamen Goltzii comparant horum consulatum cum an. 1 Claudii. Pete quæ de hac re observat columen historiæ illustrissimus Baronius in accuratissimis Annalibus tom. I, pag. 333, edit. 2.

(Ibid.) *Quæ in Actibus. Qua in actis* Peta., Fux.; *qua in actibus* Fa., Mar., *quæ in actis* Pi.

(Ibid.) *Claudius de Britannis*, etc. Hunc triumphum alii anno 4 Claudii, ut Fux., Peta., Lo., Fa., excusi, Ado et Orosius, lib. VII cap. 6; alii anno 5, ut O., Pi., Vi.; at Cassiodorus sub coss. *Crispino et Tauro*, qui in Fastis Sigonii et Onuphrii obtinent an. 4 olymp. 205, qui concurrit cum illo 4 Claudii.

(Ibid.) *Orchadas insulas Romano adjecit imperio.* Arguit hunc locum erroris pius et doctissimus Lipsius in secundis Curis in Tacitum, eo quod Cornelius Tacitus asserat multo post, hoc est centum annis elapsis, aut circiter, ab Agricola Orchadas exploratas, et in ditionem Romanam redactas, cum antea fuissent ignotæ : verum judicet peritus lector majorne fides Tacito, quam Eusebio, aut Hieronymo adhibenda sit, præsertim cum habeamus inter se consentientes libros, et auctores suffragantes Cassiodorum, Eutropium lib. VIII, Orosium lib. VII cap. 6, Bedam, Marianum, Freculphum, Jornandem, Adonem, et alios plures. Miror quomodo vir summe doctus sibi potuit persuadere has insulas *Orchadas* esse easdem, quæ apud Suetonium vocantur *Stoecades*: nam istas ipsemet Suetonius collocat prope Liguriam regionem Italiæ. Porro in voce *Orchadas* Vi., O., Lo., rejiciunt spiritum, sicut etiam Cassiodorus, Orosius, Ado, Solinus, Plinius, Eutropius, Ptolemæus, sed retinuimus ob odium novitatis in re levi, cum sit in aliis libris, Tacito, Mela, Freculpho, Jornande et aliis; licet altera videatur purior, quia aspiratio non solet ut plurimum adhiberi, nisi vocibus e Græcia deductis.

(Ibid.) *In cujus gloriæ memoriam filium suum Britannicum appellavit.* Non leguntur in A., Au., L., M., Fa., Fux. et trib. mss. Fab., septem Vatica., P., Lo., Peta., sed tota sententia reperitur apud Eutropium lib. VII, et constat ex veteribus scriptoribus, filium Claudii vocatum Britannicum, ut apud Dio. lib. LX Histor. Rom., et alios plerosque.

(Ibid.) *Domitius Afer Nemausensis. Nemaurensis* in Fa., pro *Nemausensis*, sed perperam. Præterea transferunt aliqui ad an. 4 Claudii, ut Fux., Lo., Fa., Peta., in quo habent sectatores vulgatos; aliqui ad an. 5, ut Pi., Vi., O., Mar.

(Ibid.) *Quirinalis rhetor.* Desunt in L., Pi.; exstant tamen apud alios et Vincen. tom. I Specul., licet certent inter se libri, cum alii ad an. 4 Claudii velint referenda esse. Cujusmodi sunt Fux., Lo., Fa., Peta. et editiones; alii ad an. 5, ut Pi., Vi., O., seu ad an. 1 olymp. 206, cum quibus concurrit Cassiodorus, dum hoc refert ad consulatum Vinicii et Cornelii, quorum annus collocatur ab Onuphrio ex adverso an. 1 olymp. 206.

(Ibid.) *Inter Theram et Therasiam exorta est insula*, etc. Hanc insulam discimus vocatam *Thiam* ex Plinio lib. II cap. 87, et lib. IV cap. 12, et Seneca lib. VI Quæst. natur., quæst. 21. Plinius quidem, lib. II cap. 87, vult enatam *Marco Junio Syllano et Lucio Balbo coss. ad Octavum Idus Julias*, et anno 3 olymp. 195, quia ait contigisse post an. 110 ab *Hiera* enata, cui erat proxima. Sed si pro 110 legas 130, conveniet cum nostro auctore; quare non videtur in hoc tantummodo locus hic Plinii corruptus, sed etiam in consulibus, cum illius consulatus apud ullos scripto-

res nulla exstet memoria. Hoc autem accidisse volunt Lo., Fa. et impressi, an. 4 Claudii, seu 4 olymp. 205; O., Vi., an. 6; Pi., Fux., Peta., Orosius lib. VII cap. 6, et Ado an. 5, cum quibus convenit Cassiodorus, dum idem ascribit anno quinto Claudii, et consulatui *Vinicii et Cornelii*, seu ut habent Onuphriani Fasti, *Vinicii et Corvini*, qui illum consulatum comparant cum anno 1 olymp. 206.

(581, II.) *Superioris Agrippæ filius.* Desunt in An. et L.; habentur tamen in aliis et etiam in contextu: sicut quoque apud Josephum lib. II de Bell. Judaico cap. 19.

(581, III.) *Descriptione ... 69 centena.* Va., Vat., Lo., Fa., Pi., Mar., legunt LXVII *centena*, sed cum aliis libris concurrunt Mar., Ida., Contract. et Cassiodor. vetus (nam in novo mendose habetur *centena millia et* XLIII), Tacitus lib. XI, ubi tamen oculatissimus Lipsius notat in ms. Vaticano Taciti legi *quinquaginta octo centena et octoginta quatuor millia*; et in veteri lapide, quem tamen parum fidum autumat SEPTIES DECIES CENTENA MILLIA LXXXVII. De hoc censu fuse Suetonius. Ne autem existimes, ut faciunt nonnulli, hunc censum seu lustrum (neque enim fiebat lustrum nisi censu facto) fuisse omnium ultimum. Nam, ut notat Censorinus lib. de Die natal. cap 56, 57, ultimum et septuagesimum quintum (si numeri non sunt corrupti) fuit factum *Vespasiano* V *et Cæsare* III coss., id est anno Urbis 826 et 2 olymp. 213, et *postea*, inquit, *plane desierunt*. Postea teste eodem anni numerari sunt cœpti per Agones Capitolinos sub consulatu 12 Domitiani, seu anno 2 olymp. 216, qui etiam lustrum dicuntur in antiquis inscriptionibus, et initium sumebant a kalend. Januarii, cum ante agones olympici inciperent a fine Junii, ac desierunt celebrari circa olymp. 277, et Christi 330, ut scribit Onuphrius pag. 147.

(Ibid.) *Descriptione*, etc. *et 44 millia.* Minus apposite antehac habebant editiones CXLIV *millia*, cum C (nota centenarii) scriberentur pro *et*, quod facile dignosci potest ex fide codicum A., An., L., M., V., Vi. Va., Fa., Vat., P., Lo., Lod., O., Vincen., Mar., Contract., Fre. et Cassiodori. Apud Idac. corrupte *et* LXIX *millia*. Hic autem paragraphus habetur in Lo., Peta., Fux., Fa. et cusis. ad an. 5 Claudii; in Pi., Vi., Mar., Contract et O., ad an. 6; sed in illis omnibus ad an. 1 olymp. 206. Nam ita aliquando variant inter se. Ad extremum Cassiodorus iisdem verbis tribuit an. 6 Claudii, et consulatui *Asiatici et Cornelii*, seu ut in Fastis *et Messalæ*, cui appingitur apud Onuphrium an. 2 olymp. 206. Tacitus lib. XI tribuit an. 8 Claudii, et coss. *Vitellio et Vipsanio*, quos Fasti Onuphrii collocant ad an. Urb. 800 et 4 olymp. 206.

(Ibid.) *Claudius ... objectis.* Desunt in L., A., M., septem Vatica., P., Lo., Fa., Peta., Fux., Pi., Mar., Fre. et trib. mss. Fab. De his tamen, et de lacu Fucino exsiccato, et de portu Ostiensi fuse Tacitus lib. XII, Plinius lib. XXXVI cap. 15, et Suetonius in Claudio, et plura Dio lib. LX de magnificentia Claudii in exstruendo portu Ostiensi: sed existimat contigisse eodem anno quo fames; immo illius occasione initum consilium de exstruendo illo portu, unde non absurde hic annumeratur anno qui consecutus famem. De illo lacu vide Strabon. lib. V.

(Ibid.) *Thracia... in Romanorum provinciam*, etc. Desideratur *Romanorum* in L., A., P., M., Lo., Fa., Peta., P. et quinque Vatic.; et merito, cum vox in *provinciam* hoc satis significet. Porro conveniunt aliquot membranæ cum impressis, ut hæc ad annum 6 Claudii exponant; sic enim Fux., Lo., Fa., Peta., cum ad 7 Vi., O. et Pi. reposuerint. Cassiodorus docet redactam in provinciam anno 6 Claudii, coss. *Asiatico* et *Cornelio*, qui cum magistratum gesserint apud Onuphrium an. 2 olympiad. 206, eodem anno Thraciam factam fuisse provinciam asserendum est.

(Ibid.) *Maria virgo ... scribunt.* Non exstant in A., L., M., septem Vatica., P., Vi., O., Lo., Fa., Fux.,
A Mar., et trib. mss. Fab., Pi., Peta.; et merito delenda, si vera est Epiphanii et Cedreni opinio D. Mariam obiisse anno ætatis suæ 72, vel, secundum alios, an. 62, vel 63, vel 57, vel 58, vel 59. Nam ita variant scriptores. Verum nil immutandum duximus, quod nil certi constet ex priscis auctoribus de tempore et modo obitus ipsius.

(Ibid.) *Sub procuratore Judææ Cumano*, etc. Dissentiendi occasio prærepta est, cum tam belle conveniant libri sive chirographi, sive cusi; omnes enim ad an. 7 Claudii constituunt. His adjunge Mar., Adonem, Contract., et Oros. l. VII c. 6, licet Joseph., l. XX Anti. c. 5 et 6, velit et procurationem seu præfecturam Cumani, et hanc seditionem accidisse an. 8 Claudii.

(583, III.) *M. Antonius*, etc. Aggregarunt hæc ad ea quæ an. 8 Claudii respondent, Fux., Lo., Fa., Peta. et sic vulgati; at Pi., O. Mar., et Vi., an. 9.

(Ibid.) *Fame facta.* Purius hoc ex consilio L., O., A., P., Lo., Vi., Pi., Peta., Mar., pro *fames facta*,
B ut olim: verum in horum situ conveniunt libri ad an. 9 Claudii, præter Mar. qui ad an. 10.

(Ibid.) *Tres simul soles apparuerunt*, etc. usque *coierunt*. Ista non habentur in A., L., M., septem Vatica., P., Lo., Peta., Fux., Vi., O., Pi., Mar.; sed videntur exscripta ex Plin. l. II hist. c. 31. qui etiam scribit idem sæpius contigisse, sicuti Dolobella consule; de qua re noster Eusebius supra ad olym. 184. Idem Plinius hæc refert ad consulatum Claudii et Orfiti, qui apud nonnullos chronographos concurrit cum an. 10 Claudii, ut in vulgatis, apud alios cum an. 11.

(Ibid.) *Magna fames*, etc. Soli O., Vi., an. 9 Claudii opponunt, cum Fux., Pi., Lo., Fa., Peta., Contract. et impressi, an. 10, sicut etiam Beda, Ado, Oros. l. VII c. 6. De eadem Suetonius, et forsan etiam Act. XI.

(Ibid.) *Dionysius Areopagita*, etc., usque *claret*. Absunt ab L., M., A., V., Va., P., Lo., Pi., Fa.,
C Fux., V., O., Mar. Sed sunt apud Othon. l. III c. 25, sed præcipue Act. XVII, et apud auctorem l. III Hist. c. 4, l. IV c. 23. Nec desunt plura testimonia, ex quibus constat hunc Dionysium esse auctorem librorum qui ejus nomine circumferuntur. Qua de re vide Sixtum in Biblioth. p. 79, et eruditorum omnium Coryphæos Baronium tom I p. 408, et Bellarm. tom. I, p. 1166.

(Ibid.) *Claudius. Felicem*, etc. Cum hæc prætermittantur in Pi., L., in aliis plusculum est difficultatis in situ. Nam Fux., Peta., Vi., O., an. 10 Claudii ascribunt, Lo., Fa., Contract., ann. 11, quos editi consectantur; Mar. an. 12. Auctor videtur hæc deprompsisse ex Josepho, l. XX Antiq. c. 5, qui tamen res omnes a Cumano gestas in unum congerit, et Felicem post eum in Judæam missum: sed Tacitus l. XI tradit ambos simul in Judæam missos, ita ut hic Galilæam administraret, ille reliquam provinciæ partem, et Cumanum mulctatum exsilio *coss. Sylla et Othone*, qui ex Fastis Onuphrii concurrunt
D cum ann. 4 olympiad. 207, qui est auctori an. 12 Claudii.

(Ibid.) *Philippus Apostolus Christi apud Hieropolim Asiæ civitatem, dum Evangelium populo nuntiaret, cruci affixus, lapidibus opprimitur.* Desunt in L., A., M., septem Vatic., Vi, P., Peta., Fux., Lo., Pi., Fa., Mar.; unde valde est probabile fuisse adjecta, cum apud Hippolytum, de 70 discip. dicatur passus sub Domitiano, et apud Simeonem Metaphrastem die 5 Sept., anno ætatis suæ 87. Retinuimus tamen, quia consentiunt omnes eum martyrio functum Hieropoli. Euseb. l. V Hist. c. 24: Φίλιππον τῶν (sic enim legendum, non Φίλιππον τὸν) δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει; Hieron. de script. Ecclesiast., Sophronius, Chrysostom. homil. in 12 Apost., Nicephor. lib. II cap. 39, Metaphrastes, et alii.

(Ibid.) *Apud Hieropolim Asiæ.* Emendavimus hunc locum ex A., H., pro *Hierosopolim*: scripsissem

*Hierapolim* per *a*, ut cum Strabone l. XIII, Vitruvio l. VIII, Evagrio l. I c. 19, Xiphilino in Trajano, Plin. l. V c. 25, Ulpiano l. I de Aqua quotidian., Hieronymo passim, Eusebio, Cedreno, Photio et aliis convenirem, quasi Ἱερὰ πόλις, id est sacra urbs, nisi observassem nostrum Eusebium seu Hieronymum in hoc Chronico sub olympiad. 210, 220, 237, semper scribere, consentientibus omnibus libris, *Hieropolis*, et non *Hierapolis*, *Hieropolitanus*, et non *Hierapolitanus*. Sic de *Hieropolitanis* Macrob. lib. I Saturn. cap. 17, Stephanus, Plutarchus in Crasso, Otho. lib. III Chronic. cap. 25, Freculphus l. I c. 17, tom. II. Addidit autem *Asiæ*, quod altera sit *Hieropolis* in Creta.

(583, III.) *Sub Felice procuratore*, etc. Triplex velut acies codicum videtur instrui posse, cum alii ad an. 11 Claudii ista referant, ut Pi., Fa., Vi.; alii ad an. 12, ut Peta.; alii ad an 13, ut Fux, Lo., Mar., Contract. et impressi. Quis annus sit certior, vix potest colligi ex scriptoribus, nisi quod ex Josepho videntur accidisse ultimis annis magistratus Felicis, quibus videtur favere Tacitus l. XII, dum anno superiore ante obitum Claudii, meminit seditionis, seu belli, in Judæa sub Felice.

(Ibid.) *Qui populum sua persuasione deciperent*. Commendatior lectio, quam quod legebatur, *qui populum suasione deciperent*. Sic enim constanter A., Al., M., Vi., V., Va., Vat., Pi., Lo., Lod., P., Peta., Fux.; *suis persuasionibus deciperent* Mar.

(Ibid.) *In quibus*. Sic scribi malim, et melius est juxta M., P., Peta., Al., Vi., quam ut in editis, *in qua*, vel *in quis*, ut in Pi. et trib. mss. Fab.; vel *in queis*, ut in L. et Fux. Licet hæ duæ posteriores confirment vulgatam.

(Ibid.) *A tribuno*. Deest in L., V., sed in aliis exemplaribus et in Actis c. XXI.

(Ibid.) *Nero*, etc., *regnavit an*, 13. Unione signandum; sic ex fide L., A., Lo., Fa., Peta., et trib. mss. Fab., Pi., Au., Fux., P., Jornan., Mar., Ado., Contract., Vincen. tom. I et IV, quibus accedunt Eusebius ipse l. III Hist. c. 5 : μετὰ Νέρωνα δέκα πρὸς τρισὶν ἔτεσι τὴν ἀρχὴν ἐπικρατήσαντα; Zonaras Theoph. Antio. l. III 3, Cassiodor. In Chronic., Cedrenus, Nicephorus Constantinopol. in Chronol., Suetonius. Cæterum Tacitus ait. l. XVII *Romanos assuefactos* 13 *annis Neronis*. Hinc Clem. l. I Strom. ait *regnasse* 14 *annis*, sed ex aliorum sententia *annis* 13, *mens.* 8, *dieb.* 28, sicut Xiphilin. ex Dio. *an* 13, *mens.* 8; Nicephor. Callist. l. II c. 37, ait *regnasse* 14 *an.*, *præter paucos admodum menses*, quod convenit cum illis 14 *an.*, *mens.* 7, *dieb.* 28, nostri auctoris : licet vetus lectio habeat, *Nero*, etc., *regnavit an.* 14, quam sequuntur alia exemplaria, et Beda. Verum mendum esse hoc loco jam observarat Joachimus Camerarius in Nicephor. Constantinop.; et quamvis auctor in serie annorum Neronis regnum præmonstrantium 14 annos depingat, quod omnium codicum consensu comprobatur, hoc tamen susceptum ab eo debemus agnoscere, non tam propter menses illos, qui reliqui sunt in imperio Neronis, 13 annis, quam propter spatium, quod fuit occupatum a Galba et aliis duobus, inter regnum Neronis et Vespasiani. Nam in Hist. eccl. tribuit Neroni 13 annos, Galbæ et Othoni annum integrum, et sex menses : quæ confirmantur ab Hieronymo in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, ubi an. 14 Neronis componit cum 37 a passione Christi.

(Ibid.) *Felice regente Judæam*. Sic legendum docuerunt P., L., A., Au., M., V., Va., Vi., O., Vat., Pi., Peta. et tres mss. Fab., pro *recedente a Judæa*, ut in editis, vel *regnante in Judæa*. Nam ut apud Mar. illa seditio non contigit occasione recessus Felicis, nec in illo instanti, sed primo anno Neronis, ut constat ex Josepho l. II de Bello Judaic. c. 23, et l. XX Antiq. c. 13, quem locum citat Euseb. l. II Hist. c. 20 : κατὰ δὲ Νέρωνα Φήλικος τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος αὐτοῖς ῥήμασι αὖθις ὁ Ἰώσηπος τὴν εἰς ἀλλήλους στάσιν τῶν Ἱερέων ὧδέ πως ἐν εἰκοστῷ τῆς ἀρχαιολογίας γράφει. Nec ille Felix discessit nisi secundo peracto, teste Luca cum Act. XXIV ait : *biennio* (ab imperio Neronis) *expleto accepit successorem Felix Portium Festum*, et ante Neronem administraverat per an. IV. Unde Paulus eum alloquens : *ex multis annis te esse judicem genti huic scio*. In Lo., Fa. et Mar., *regnante in Judæam*. sed vitiose. Apud Idac. *regnante in Judæa ;* in Va. *Felice regnante seditio*, etc.; in Fux., *Felice præside seditio*. Cæterum soli O. et Vi. apponunt ista circa an. 2 Neronis, cum reliqui, Fa., Fux., Peta., Pi., Lo. et impressi, circa an. 1.

(Ibid.) *Festus in gubernatione*. Deficit hoc *in gubernatione* in L., A., Au., O., Vi., M., V., Va., Vat., Peta., Al., trib. mss. Fab., P., Lo., Fa., Pi., Mar., Fux., Contract., Adone. Porro unanimis est codicum consensus, ut hanc periodum ad an. 2 Neronis reponant; ut etiam firmatur auctoritate Hieronymi in catalogo Vir. Eccles., ubi agit de Paulo. Cassiodorus aggregat anno 2 Neronis et consulatui *Marcellini* (seu, ut est in Fastis, *Marcelli*) et *Aviolæ*, quibus in Onuphrii Fastis respondet an. 2 olymp. 208, qui Eusebio est an. 14 Claudii. Auctor idem fuse explicat l. II Hist. c. 3.

(Ibid.) *Berythius*. *Berutius* Lo., Fa.; *Beritius* O., Vi., tres mss. Fab.; *Berytius* Peta., Pi., Fux., ut etiam Sueton. lib. de clar. Orat., in fine, apud quem dicitur *Marcus Valerius Probus Berytius*, etc.; et recte cum sit sic dictus ab urbe Phœniciæ quæ Græce Βήρυτος. Cæterum hæc aggregant omnes libri ad ea quæ an. 2 Neronis opponuntur a Cassiodoro, iisdem consulibus quibus superiora assignantur. Gellius, l. XVII c. 9, facit mentionem commentarii hujus Probi grammatici de occulta litterarum significatione in Epistolis a Caio Cæsare scriptis, qui liber est impressus.

(585, III.) *Statius Surculus*, etc. In duas discinduntur partes nostri libri; cum alii, ut Peta., Fux., annumerent anno 2 Neronis; Lo., Fa., Vi., O., Pi. et septem Vaticani an. 3, quod et præstitere editiones. Cassiodorus connotat eidem consulatui *Marcellini et Aviolæ*, ut ea quæ jam præcesserunt; Contract. an. 4 Neronis.

*Statius Surculus Tholosanus*. *Ursulus Tholosensis* L., A., P., M., Al., Lo., Fux., Mar., quos sequitur Cassiodorus restitutus ; nam antiquus habet *Colossensis ; Sursulus Tholosensis* Vi., O., Peta. et So.; *Spatius Ursulus Tolosensis* tres mss. Fab.; *Ursolus Tolosensis* Pi.; et ea vox *Tholosensis* usurpatur etiam a Justino l. XXXII, forsan pro eo qui licet natus sit Tholosæ, aliunde tamen est oriundus, ut apud Vopiscum *Bonosus homo Hispaniensis*, qui fuit origine Britannus, et natus in Hispania ; Tholosanus autem, cujus majores non dicantur aliunde orti. Porro exstant opera Papinii Surculi Statii poetæ, edita Basileæ an. 1541, et Parisiis an. 1600, quem Gesnerus facit *Neapolitanum*, alii *Epirotam*. Danthes Hetruscorum poeta vernaculus et alii faciunt eum *Tholosanum*, decepti patria hujus nostri rhetoris, de quo Juvenalis et Sidonius : et qui sæpe citatur a Macrobio, Servio, Prisciano, et aliis veteribus.

(Ibid.) *Terræ motus et solis defectio*. Ascribuntur anno 3 Neronis in Peta., Vi., O., Fux., Pi.; at in Lo., Fa. et vulgaribus an. 4. in Mar. an. 5. Tacitus l. XIV, Plinius l. II c. 70, volunt hunc Solis defectum accidisse pridie kalend. Maias, *Vipsanio et Fonteio coss.*, qui in Fastis Onuphrii respondent an. 3 olymp. 209, cui opponitur annus 5 Neronis, ut apud Tacitum : illi tamen concurreret quartus Neronis, si 18 Tiberii, seu 33 Christi essent in Onuphrio positi ad an. 3 olymp. 202, ut accidit apud auctorem ; quod quidem observandum in illis omnibus locis in quibus illi Fasti distant anno uno. Quod autem spectat ad terræmotum, Suetonius quidem illius meminit, nulla tamen anni observatione facta.

(Ibid.) *Nero Agrippinam*, etc. In varia abiere codices, cum alii anno 3 Neronis annumerent, ut Vi.,

O., Pi.; alii an. 4, ut Peta., Fux.; alii an. 5, ut Lo., Fa., Contract. et editi, qui videntur firmari quoad matrem, auctoritate Taciti l. XIV.

(Ibid.) *Nero tantæ luxuriæ*, etc. In tres veluti factiones dividuntur libri: nam quidam comparant cum an. 4, ut Pi., Vi., O.; alii cum an. 5, ut Peta., Fux.; alii cum anno 6, una cum editionibus, Contract. et Mar.

(Ibid.) *Ut frigidis et calidis. Et calidis* exsulant a Fa.

(Ibid.) *Nero Romæ*, etc. Ni dissentiret Pi., qui ista aggregavit ad an. 5 Neronis, aliorum partes sequendas præscriberem, qui omnes ad an. 6, ut Vi., O., Fux., Fa., Peta., Lo. et editi.

(Ibid.) *In magistratu Judææ. Magistratui Judææ* A., l., M., V., P., Lo., Fa., Pi., Vi., Peta., O.

(Ibid.) *Festo... succedit. Cedit* V., sed mendose, ut colligitur ex simili loquendi formula l. II Histor. c. 22: *Felici huic Festus a Nerone successor mittitur*, Τούτου δὲ Φῆστος ὑπὸ Νέρωνος διάδοχος πέμπεται. Idem colligitur ex l. II de Bell. Judaic. c. 12: Διαδεξάμενος δὲ παρὰ τούτου τὴν ἐπιτροπὴν Φῆστος. Ad hæc pergit hæc eadem ad an. 5 Neronis apponere Pi., cum reliqui ad an. 6, ut Lo., Fa., Peta., Vi., O., Fux. et editi.

(Ibid.) *Jacobus frater Domini*, etc. Contigere hæc, ut Vi., O., Pi., Mar., volunt an. 6 Neronis; at, ut Lo., Fa., Fux., Peta., Contract., Ado et vulgares, anno 7, et optime, ex sententia Hieronymi, de qua supra, cui accedit Josephus l. XX Antiq. c. 8, dum ait hunc Jacobum occisum tunc, cum venit Albinus in Judæam, ejusque adventum constituit, l. VII de Bel. Judaic. c. 12, ante annos septem et menses quinque ab obsidione Hierosolymæ. Epiphan., hæres. 78, ab hac sententia longe abest, scribens Jacobum vixisse post Salvatoris assumptionem annis plus minus 24, et obiisse anno ætatis 96.

(Ibid.) *Assumitur*. Sic restituo, non sine ope codicum A., L., Peta., Lo., Lod., Al., Au, M., V., P., O., Vi., Mar., pro *summititur*, ut in vulgatis, vel *sumitur*, ut in Fa.

(Ibid.) *Ante mensam Neronis fulmen cecidit*. Decidisse fulmen indicant Pi., O., Vi., an. 7 Neronis; Mar. an. 9; reliqui an. 8, tam scripti, ut Fa., Lo., Peta., Fux., quam cusi. Tacit. l. XIV Annal. refert in annum 7 Neronis, *coss. Nerone* IV *et Cosso*, an. Urb. 813.

(Ibid.) *Post Marcum*, etc., *episcopus Anianus*, etc. De horum situ dissentiunt libri, cum Peta., Vi., Fux., O., Pi., tres mss. Fab., Contract., an. 8 Neronis ascribant; Lo., Fa. et editi, anno ejusdem 9; Mar. an. 7. Sed potior est lectio priorum, cum ita habeat auctor l. 2 Hist. c. 23: Νέρωνος δὲ Ὄγδοον ἄγοντος τῆς βασιλείας ἔτος, πρῶτος μετὰ Μάρκον τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας Ἀνιανὸς τὴν λειτουργίαν διαδέχεται. Quæ male vertit Musculus: *Cum autem Nero jam octo annos imperasset, primus post Marcum apostolum et evangelistam, Anianus Alexandrinæ parœchiæ administrationem suscepit*. Nam ita videtur potius annus 9 Neronis, quam 8. Fidelius reddidisset, si, *cum Nero octavum ageret annum*, dixisset. Quod confirmat Hieronymus lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis, dum ait Marcum obiisse octavo Neronis, anno, a quo, si supputes usque ad an. 4 Domitiani, reperies an. 22, ita ut summa illa 22 annorum, quibus sedit hic Anianus, inchoetur in an. 8 Neronis et pertingat usque ad quartum Domitiani, quo ei successit *Abilius*.

(Ibid.) *Anianus*. Rectius quam, ut antea, *Annianus*, ut docent Vi., Pi., O., Fux., et ipse auctor in Historia. Hinc castigabis Mar., ubi *Amanus*, pro *Anianus*, supposito *m* pro *ni*.

(Ibid.) *Præfuit an. 22. Præfuit an. 24*, L., Pi., sed perperam; 23 *an.* Contract.

(Ibid.) *Persius Volaterranus*, etc. Hæc ita præcedentem paragraphum consequuntur sub eodem anno, ut qui illum paragraphum an. 8 Neronis ascripserint, et hæc etiam ad an. 8 revocent, ut Peta., Vi., O., Fux., Pi.; qui autem anno 9, et hæc ad an. 9 constituant, ut Lo., Fa., una cum editis et Contract.

(Ibid.) *Volaterranus satiricus poeta*. Desunt in A., L., M., V., P., Lo., Pi., O., Fa., Vi., Peta., Fux. et trib. mss. Fab., et videntur addititia, cum jam idem dictum sit ab auctore circa olymp. 203.

(Ibid.) *Ætatis suæ* 29. Pro 29 legitur in P. et tribus mss. Fab. 28, in aliis, ut vulgo.

(Ibid.) *Thermæ a Nerone ædificatæ, quas Neronianas appellavit*. Hæc fere sequuntur conditionem superiorum: qui enim ea anno octavo adjunxerunt, et hæc item, ut Vi., O., Fux., Pi., si exceperis Peta., qui una cum Lo., Fa., Contracto et editis, an. 9, seu 3 olymp. 210 opposuit. A Cassiodoro componuntur cum an. 10 et consulatu *Crossi et Bassi*, qui in Fastis Onuphrianis respondet an. 4 olymp. 210. Cæterum non est temere usus auctor voce *appellavit*. Nam, teste Cassiodoro, et aliis, odio Neronis, mutato vocabulo, postea dictæ sunt *Alexandrinæ*.

(Ibid.) *Anneus Lucanus*, etc. Continent ista Peta., Fux., Vi., O., Pi., circa an. 9 Neronis; at Lo., Fa., Mar. et vulgati, circa an. 10; Contract. circa an. 11. Cæterum scribendum *Annæus* cum *diphthongo*, suadebant Peta., Vi., O., cum quibus sunt Tacitus, Terentius:

Annæus Seneca, et Pomponius ante secundus.

et Martialis,

Annæi facerent manus Sereni.

Sic habent etiam epigrammata Urbis apud Mazochium, et Inscriptiones librorum utriusque Senecæ in editionibus recentioribus; nam antiquæ carent diphthongo. Verum prohibuerunt non solum alii libri, tam hic quam ubique, sed etiam graves scriptores, ut Symmachus l. II, epist. 285, Pandectæ Florentinæ l. 1 ad S. C. Treb., Lactantius sæpe, August. l. VI de Civit. c. 10, et passim, ipse Hieronymus lib. de Script. Eccles., quod Sophronius ejus interpres confirmat, in quo Ἄννεως, licet ultimæ editiones Hieronymi habeant *Annæus*. Corruptio quoque, quæ cernitur apud Xiphilinum in Caio, ubi Ἄννιος Σενέκας, et interpres *Annius Seneca*, firmat potius vocalem *e* quam diphthongum. Suetonius ejus meminit in Nerone, sed ejus veteres editiones habent *e*, posteriores *æ*. Veteres sæpe et in inscriptionibus, teste Grutero in lib. Inscript., et etiam in carminibus componendis (testes sunt poetæ) ita confuderunt *æ* cum *e*, et e converso, ut unum pro altero scriberent sine delectu.

(Ibid.) *Nero ut similitudinem... partem Rom. urbis incendit*. Oblectatum Neronem docent hoc spectaculo an. 9 imperii sui P., Vi., O., Fux., Peta.; at dissentiunt Lo., Mar. Contractus et editi, qui an. 10, sicut Tacitus l. XV Annal., *coss. Lecanio et Licinio*. Cassiodorus etiam scribit illud evenisse decimo consulatu regno Neronis, sed sub aliis *coss.*, scilicet *Silvano et Paulino*. De eodem incendio mentionem faciunt Tertullianus in Apologet., Orosius l. VII c. 7, et Suetonius in Nerone, et quomodo duravit non solum per sex dies et septem noctes, ut volunt Tacitus, Suetonius, et Orosius, sed etiam per novem, ut fert vetus inscriptio. Consule oraculum Annalium Eccles. magnum Baronium tom. I, p. 640.

(Ibid.) *In Asia tres urbes*. Concurrunt codices ut in an. 10 Neronis evenisse testentur, Lo., Fa., Fux., Peta., Pi., V., O., Mar.

(Ibid.) *Laodicia. Laudocia* Lo.; *Laodicea* Mar.; sed prius receptius, ut jam diximus.

(Ibid.) *Hieropolis. Iherapolis* Vi., O.; *Jerapolis* Peta.; *Hierapolis* Lo., Fa., Pi., sicut Marianus et Otho l. III c. 17, qui duo utuntur iisdem fere verbis atque Eusebius. Prior lectio germanior est, et legitur apud Clementem, Antonin. in Itinerar., et alios: qua de re plura paulo ante. Hæc vocatur a Luciano *Hiera*. Quidam putant eamdem esse cum ea quæ

vocatur *Edessa* in Syria, et quam describit Lucianus in libro de *Syria dea*.

(Ibid.) *Colosse. Colasse* Fa., Lo., Mar.; *Colossæ* apud Oros. l. VII, c. 7, ut etiam apud Plin. l. VI c. 32, et Strabonem l. XII, Κολοσσαί, et apud Paulum, τοῖς ἐν Κολοσσαῖς. Unde dicendum *Colossæ*, non *Colosse*, minus *Colasse*, licet legamus apud Suidam Κολασσαεύς... Κολασσαεῖς οἱ Ῥόδιοι, qui tamen longe aberrat, dum existimat Colossenses, eosdem esse ac Rhodios, licet plures habeat tam inter Græcos quam Latinos, hujus opinionis sectatores, qui decepti videntur nominis affinitate cum colosso illo celebri Rhodiensi, de quo auctor circa olymp. 139. Belle autem conjungitur cum Hieropoli et Laodicia, cum sint urbes ejusdem provinciæ scilicet majoris Phrygiæ. Colossem autem fuisse vicinam hujus Laodiciæ (nam variæ sunt urbes ejusdem nominis tam in Mesopotamia quam alibi) testatur etiam Chrysost. in 1 cap. Epist. Paul. ad Colossen.

(Ibid.) *Albino procuratori Judææ Cestius Florus succedit.* Desiderantur *procuratori Judææ Cestius* in A., L., M., V., P., Fa., Lo., Pi., Peta., Fux., Vi., O., Mar. et Beda., nec immerito, cum Florus non *Cestius*, sed *Gessius* appellaretur, ut videre est apud Josephum lib. ultimo Antiquit. cap. 9: Γέσσιος δὲ Φλῶρος ὁ πεμφθεὶς Ἀλβίνου διαδόχος ὑπὸ Νέρωνος. Unde versionem Gallicam Josephi castigabis, in qua *Gessius* pro *Gessius*, et lib. II de Bell. Judaic. cap. 13 et 16; quia tamen constat ex eodem, et Tacito lib. V, Cestium Gallum fuisse legatum Syriæ, et ducem illius belli, hinc factum ut Hieronymus, aut quisquis alius est harum additionum auctor, delusus harum vocum *Gessii* affinitate, et munerum seu officiorum cognatione, seu conjunctione, confunderet procuratoris nomen cum legati nomine, unde ultro reposuissem *Gessius*, si vel minimum favissent libri. De sede minor difficultas; his enim constans circa annum 10 Neronis, tam in libris scriptis Vi., O., Pi., Fux., Peta., Fa., Lo., quam in editis et Mar.; nec aliunde oppositum probari potest.

(Ibid.) *Junius Anneus Gallio. Anneus* non habetur in A., L., M., P., V., Lo., Peta., Pi., Fux., Vi., O., Mar., nec apud Vincen. tom I. Verum retinuimus, cum sit ejus nomen gentilium. Nam L. Annæus Seneca, qui et rhetor, et cujus sunt (contra vulgi opinionem) libri controversiarum et suasoriarum, tres habuit filios ex Elbia, L. Anneum Senecam philosophum, consulem, et præceptorem Neronis, atque cujus sunt epistolæ et cætera opera philosophica, quæ exstant nomine L. Senecæ; alter fuit Anneus Novatus vocatus Junius Gallio, postquam a Junio Gallione rhetore adoptatus fuit; tertius Anneus Mella, qui honores contempsit, et fuit pater Lucani poetæ: horum trium, non autem patris meminit auctor, sicut etiam facit Tacitus lib. XVI. De his vide eruditiss. Lipsium lib. I Electo. cap. 1. Credo ergo hunc Gallionem esse eumdem de quo fit mentio Actor. XVIII. Constanter autem indicant omnes libri reponendam hanc periodum ad an. 10 Neronis.

(Ibid.) *Olympias 211 non est acta, Nerone in suam præsentiam differente.* Mendum erat fœdum, sed castigavimus auxilio codicum L., Fux., A., V., M., Lo., et trium mss. Fab. Idem est in Peta., sed ad oram, cum antea post verbum *interfecit* legeretur *mortem ejus* (Gallionis), *Nerone in suam præsentiam differente*, etc., quasi illa dicerentur de Gallione, cum referri debeant ad olympiacum agonem. Locus hic est mutilus in Fa. Nam post verbum *interficit* (sic enim habet, ut Vi., O., Fux., Lo., Peta.) sequitur *in sua præsentia deferente*; sed super ea verba scriptum est *in alio codice hic deficit textum*; quam inepte! in Vi., et O., post illa, *et cytharistas coronatur*, ita habetur: *Quidam codices habent, ducentesima undecima olympias non est acta, Nerone in suam præsentiam differente.*

(Ibid.) *Duæ tantum provinciæ*, etc. In varias rursus abeunt libri partes; nam Lo., Pi., O., anno 10

A Neronis indicant evenisse; at Fux., Peta., Fa., Mar., una cum vulgarib. anno 11, quibus convenit Cassiodorus, dum hæc componit cum consulatu 11, a morte Claudii, *Telesini et Apuleii*, quem refert Onuphrius in Fastis an. 2 olymp. 211, licet *Telesinum* cum *Paulino* copulet, non cum *Apuleio*.

(Ibid.) *Pontus Polemoniacus. Pontus Poleminacus* Peta. Vi., O.; *Paolemoniacus* Fux.; *Pelamoniacus* Fa.; *Pelomoniacus* Lo.; *Ptolemaicus* Mar.; sed sine dubio vulgata cæteris præferenda, ex Aurelio Victore lib. de Cæsarib., et in Epitome, Suetonio, Vopisco, Eutropio, qui hoc ipsum narrant, adduntque Pontum dictum sic a Polèmone Regulo; cujus etiam meminit Ammianus et plerique alii. Notitia imperii constituit unam provinciam inter decem Ponticas.

(Ibid.) *Multi nobilium*, etc. Tribuunt ista anno 10 Neronis Vi., Pi., O.; et anno 11, præter vulgares, Lo., Fa., Peta., Fux., Mar.; an. 12 tres mss. Fab.

(Ibid.) *Cerycas. Cericas* in Pi., Vi., O. et tribus Vatic.; in reliquis quatuor *Ceriacas*; apud Mar. *Ce-*
B *ritas*. At in margine B., H., Pet., Ba., et So., annotatum est *Pyrrhicas fortasse legendum ex Suetonio*; sed consensus mss. repugnat, et ratio ipsa demonstrat, cum, teste Spartiano in Adriano et aliis, vox *Pyrrhica* significet actionem saltationis militaris, seu armatæ, non tripudiatorem. Cerycas autem a voce κήρυξ significat præcones, inter quos certum est Neronem de præmio contendisse, ut docet Suetonius in Nerone cap. 24. *Præconio*, inquit, *is ubique contendit*; erant enim præconum agones, teste Pausania in Eliacis lib. I: Σαλπιγγι τοῖς δὲ ἐφεστηκόσιν καὶ τοῖς κήρυξι, ἀγωνίζεσθαι καθέστηκε. Oros., lib. VII cap. 7, legit *Ceritas* et in margine Orosii emendati a Fabricio legitur *Scenicos*, ut etiam Marianus; sed est mendum librariorum, ut *Ceriacas* in Fa. Porro tamquam ad ludorum celebritatem convenere omnes libri tam mss., Vi. Pi., Lo., Fa., Peta., Fux., O., quam excusi, ut ad annum 11 Neronis reponerent.

(Ibid.) *Lucius Anneus Seneca.* Assignantur anno
C 11 Neronis, seu 1 olymp. 211, in Lo., Fa., Pi. et vulgatis; at an. 12 in Fux., Peta., Vi., O.; an. 13 in 3 mss. Fab. Sed rectius vulgati; docet enim Tacitus lib. XV, cædem hujus Senecæ evenisse eodem anno 11 Neronis, *Silio Nerva et Attico Vestino* cons., quorum consulatus in Fastis Onuphrii respondet eidem anno 1 olympiad. 211.

(Ibid.) *Rursum Nero*, etc., *Pythia. Phitia* Lo.; *Pitia* Mar.; sed utrumque fœde: notiora enim hæc duo pro agone musico, quam ut pluribus opus sit. Adde quod vindicat sibi hanc periodum annus 12 Neronis, in Pi., Lo., Fa., Peta., Fux. et excusis; an. 13 in trib. mss. Fab. Hæc accidisse hoc anno 12 Neronis videtur confirmari auctoritate Philostrati in fine, et Luciani in Nerone, et Suetonii de eodem.

(Ibid.) *Neroni in expensas*, etc., Sic ista correximus ex A., Au., M., Lo., Peta., Fux., Mar. et Orosio, pro *Neroni expensas*, etc. Observandum autem quod assignarunt an. 12 Neronis Lo., Fa., Vi., O., Pi., quod et præstant excusi. At Peta., Fux., Mar., an. 13.
D (Ibid.) *Annua*. Hanc emendationem pro *annuo* auctoritas codicum A., L., Au., Fa., M., V., P., Lo. Peta. et Mar., confirmavit.

(Ibid.) *Nero cum cæteris.* Comparantur ista cum anno 12 Neronis, in Vi., Pi., O.; at cum anno 13 in Lo., Fa., Peta., Fux., Mar., tribus mss. Fab. et excusis.

(Ibid.) *Philosophi insignes. Philosophus insignis* in L. Sed non dubium, quin prior sit retinenda, cum uterque fuerit philosophus, et de Musonio constat apud Tacitum lib. XIX, et infra circa olymp. 215. Præterea non est omittendum hæc opponi an. 14 Neronis in Lo., Fa., Peta., Fux. et excusis; sed circa annum 12 ea retinent Vi., Pi., O.; circa an. 13 Mar. et tres mss. Fab.

(Ibid.) *Anneus Mella*, etc. Circa annum 12 Neronis reponuntur in Vi., Pi., O.; circa an. 14 in Lo., Fa., Peta., Fux.

(Ibid.) *Mella. Melas* Vi., Pi., Mar.; *Mela* Lo.; *Mellas* Peta.; *Molas* Fux.; apud Tacitum et Senecam, *Mella*; tamen utrumque legitur apud veteres et *Mella* et *Mela*. Itaque nil moveo.

(Ibid.) *Bona Lucani poetæ filii sui a Nerone promeretur*. Lumen bonarum litterarum Lipsius, in curis secundis ad lib. XVI Taciti pag. 89, hæc *ridicule* et *παραλόγως scripta* autumat: itaque hunc locum ita corrigit, *ob bona Lucani filii sui a Nerone perimitur*, quia Tacitus lib. XVIII Annal. scribit ipsum Mellam *accusatorem conscivisse, dum rem familiarem Lucani filii acriter requirit*. Sed quid impedit quin Tacitus possit cum auctore conciliari, si dicamus Mellam primum obtinuisse a Nerone bona filii sui Lucani (nam cur in eum invidia ex eo quod Lucano *interfecto rem familiarem ejus acriter requirit?* et quomodo potuisset requirere, nisi jam ejus bona promeruisset a Nerone?); postea autem Neronem, cum inhiasset opibus Mellæ auctis ex bonis Lucani, illis eum spoliasse. Nam verba Taciti significant Neronem inhiasse opibus Mellæ, nil de bonis Lucani. Adde quod lectionem vulgatam habent omnes libri, et ipse Vincen.; haud dubium quin ex Eusebio, *cujus* (Lucani) *bona pater ejus Mela Senecæ frater a Nerone obtinuit*.

(Ibid.) *Promeretur*. Consequenter adjungitur in L., V.: *Prima persecutio a Nerone*; in Pi. item, sed ad oram et cum minio, ac videtur esse additum a librario.

(Ibid.) *Primus Nero*, etc., *etiam persecutionem*. Persecutionem hanc a Nerone excitatam volunt Vi., Pi., O., anno 13 sui imperii; at Lo., Fa., Peta., Fux., Mar. et impressi, anno 14, sicut habet Cassiodorus, scilicet *Silvano et Othone coss.*, hoc est, ut vult Onuphrius in Fastis, an. 4 olymp. 211, qui incurrit in illum an. 15 Neronis. Duo autem sunt animadversione digna: primum, quod auctor hanc persecutionem in Christianos nominet *primam*, vel dicat Neronem *primum* illam excitasse. Nam intelligit non solum de prima universali seu gentium (quæ enim narratur Act. XVIII, fuit particularis in Judæa et Samaria, et a Judæis), sed etiam de prima cruenta. Unde eleganter Tertullianus in Scorpiaco cap. 15: *Orientem fidem Nero primus Romæ cruentavit*; siquidem non solum auctore Suetonio, sed etiam ipso Luca Act. XV et XVIII, Claudius Christianos antea cum Judæis urbe expulerat. Alterum, eum forsan loqui de persecutione hoc anno facta, non tam ut ejus initium seu motum prodat et indicet, quam ut ejus occasione exprimat martyrium Petri et Pauli. Nam certum est ex Tacito lib. XV, persecutionem Neronis cœptam anno 10 imperii ejus, occasione incendii urbis Romæ, et ut tormentis et suppliciis Christianorum aboleret rumorem illius incendii, et exstingueret odium quod propterea omnes in eum conceperant.

(Ibid.) *Contra Judæos*, etc. Pi., Vi., O., collocant circa annum 13 Neronis; Contract. circa an. 12; verum superant reliqui numero, qui circa an. 14, ut Fa., Lo., Fux., Peta., Mar. et editi.

(Ibid.) *Vespasianus plurimas urbes Judææ capit*. Pi., Vi., O., ad an. 13 Neronis ista conferunt; at Fa., Lo., Fux., Peta., ad an. 14, quibus sese præbent comites vulgares.

(Ibid.) *Flavius Josephus*, etc. Persistunt in dissidio Pi., Vi., O., nam ista iterum assignant anno 13 Neronis; Fa., Lo., Fux., Peta. Mar., Alber., anno 14, cum vulgatis.

(Ibid.) *Cujus rei causa vitam dono accepit*. Ista non reperiuntur in Peta., Vi., Fux., L., O., Lo., M., seorsum Vatic., Fa., P., Mar., Vincen. Verum sunt consentanea historiæ veritati, ut constat ex Alberto, Zonara tom. II, et Josepho lib. III de Bell. Judaic. cap. 27.

(Ibid.) *Post Petrum primus*, etc. Hoc verborum ordine et connexione recensentur ista in omnibus codicibus tam scriptis quam cusis, ita ut vocabulum *Linus* non det initium periodo, sicut tamen fecerat antea nomen *Petrus*, cum egit de initio suæ cathedræ seu pontificatus Rom. Sed quid intersit, et utrum præstet, pluribus paulo post. Porro hæc Pi., O. et Vi., anno 13 Neronis adscribunt; at Fa., Lo., Fux., Peta., Albertus, an. 14, quod et vulgares præstitere.

(Ibid.) *Linus an. 11*. Videbatur reponendum an. 12, quia sic suadebant O., Vi. et Contract.; quin etiam ipse Eusebius, lib. III Hist. cap. 13 (juxta versio. Musculi et Rufini), ait Linum præfuisse an. 12, immo et antiqua series computando pro Galba, etc., annum unum, idem postulat. Nam ea ratione a Lino seu ab illo an. 1 Galbæ usque ad Anacletum, seu ad an. 2 vertentem Titi, reperiebantur an. 12 integri; nihilominus nefas duximus discedere a communi consensu librorum, præcipue cum expungamus e serie illum annum fictitium Galbæ, etc., et certum sit ex ipsomet auctore, ut dicemus suo loco, Linum obiisse an. 2 Titi, ac licet ille annus 2 sit duodecimus currens ab anno 1 Vespasiani.

(591, III.) *Consumata est. Consumta est* A., L., M., Vi., P., Pi., Lo., Idac., Fux., Peta., O., Mar., Ado, et ipse Eutropius lib. VII, qui eadem refert. Hic tandem coeunt libri; omnes enim ad unum anno 14 Neronis hæc opponunt.

(Ibid.) *Romanorum Galba, Otho et Vitellius regnaverunt an. 1, mensib. 9*. Hæc prius habebantur in editis et aliquot mss. inter illa verba, *familia consummata est*, et ista, *Post Neronem*, etc.; vel inter illa, *in Tiberim projicitur*, et ista, *Romanorum VII, Vespasianus*, ut in V., apposita nota numerali 1, in serie annorum per imperatores; sed exsulant longe ab L., A., Peta., Fux., P., Lo., M., O., Pi., Vi.; unde et expungenda contra morem nostrum censuimus, coacti etiam ipsa ratione nec levi. Nam ipse situs olympiadis 212, qui in vulgatis est ad an. 1 Vespasiani, et recte hoc manifesto convincit: alioquin enim olympias præcedens 211, cujus annus primus est ad an. 11 Neronis, haberet, ut ferunt vulgati, annos quinque, quod est nimis absurdum. Præterea cum ex ordine olympiadum pendeat præcipua ratio temporum, si concedatur hæc additio, illæ plane confundentur. Cum enim communi omnium (præter Fa., ubi 1 olymp. 212 habetur ad an. 1 Galbæ, etc.) probatorum codicum calculo (nam quod in Vi., Pi., O., e regione anni 2 Vespasiani collocetur, est manifesta labes orta ex anno illo 10 Ptolemæi, qui et Alexander, de quo tam sæpe) primus annus olympiadis 212 incidat in annum primum Vespasiani, fiet cum illa additione unius anni, ut ejus olympiadis annus secundus concurrat cum illo anno primo Vespasiani. Eadem ratione, primus annus Domitiani, qui est primus olympiadis 215, erit secundus ejusdem olympiadis, et sic de cæteris, cum magna perturbatione annorum, quibus singula quæque contigerunt, ut de sacris Eleusinæ per Hadrianum, et aliis, suo loco videbimus. Idem dices de annis Christi, cujus 72 debet concurrere, juxta auctorem, cum secundo anno Vespasiani. Nam si auctoris testimonio paulo post a 15 anno Tiberii absoluto ad 2 Vespasiani, numerantur anni 42 (sic enim legendum), sequitur annum 2 Vespasiani, esse 72 Christi; quod nequit stare, si annus ille supposititius Galbæ et aliorum inter cæteros locum habeat; alioquin erit 73, ut in editis habebatur: sed quam germana sit lectio, constat ex Antonino, qui observat Eusebii Chronicon comparare 72 Christi cum an. 2 Vespasiani, ut præmonuimus circa an. 1 Christi, quæ consule. Similiter confunderentur anni ab Abraham. Nam cum consensu omnium exemplarium annus 2090 incidat in an. 6 Vespasiani, si insereretur ille annus Galbæ, etc., incederet an. 5 ejusdem Vespas., et ita de cæteris. Denique cum, approbantibus omnibus exemplaribus, Nero dicatur VI imperator, Vespasianus vero VII, Titus VIII, et ita alii per ordinem, certissimum est argumentum illum annum Galbæ, et aliorum duorum impp. non fuisse numeratum ab auctore. Quod etiam manifeste docet Marianus exscriptor Eusebii; ubi enim retulit illa omnia: *Galba septimo mense imperii sui*, etc., usque *in Tiberim projicitur*, hæc subjungit: *hoc*

*autem tempus inter Neronem et Vespasianum neque Eusebius, neque etiam Beda supputat*; et paulo infra: *Segregatis a numero principum* (sic enim legendum, non *principem*) *Galba, Othone et Vitellio*. Idem colligitur ex Vincentio, apud quem *hic tribus* (imperatoribus Galbæ, Othoni, Vitellio) *nullus in Chronicis annotatur annus*. Adverto præterea loco eorum, *mensibus* 9, in V. et Fa. legi *mensibus* 6, quibus conveniunt, quæ alibi habentur apud eumdem Eusebium, lib. III Histor. cap. 5, dum de regno Galbæ et Othonis mentionem facit, *τῶν ἀμφὶ Γάλβαν καὶ Ὄθωνα ἐνιαυτὸν ἐπὶ μησὶν ἕξ*. Idem Evagrius lib. III, cap. 41: *Γάλβας τὰ παραπλήσια πέπονθεν Ὄθωντε καὶ Βιτέλλιος οἱ τρεῖς βασιλεύσαντες* (sic legendum ex mss., et non *βασιλεύσαντας*) *μόνους ἑκκαίδεκα μῆνας*. Ab his, quæ hoc loco scribit auctor de regno illorum trium imperatorum, non longe abest Hieronymus cap. 9 Daniel., ubi ait Galbam regnasse *mensibus* 7, *diebus* 28, Othonem *mensibus* 3, *diebus* 5, Vitellium *mensibus* 8, *diebus* 28, ex quibus fit annus unus, menses octo et dies unus. Josephus vero lib. IV de Bello Judaic. cap. 33: *Otho*, inquit, *principatum tenuit dies duos et menses tres*, *καὶ πολλοῦ φόνου γενομένου διεχρήσατο μὲν Ὄθων ἑαυτὸν ἐν Βριξέλλῳ τὴν ἧτταν πυθόμενος* [*F. leg.* *παθόμενος*] *ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς μῆνας κρατήσας τῶν πραγμάτων*. Tacitus illis tribus tribuit unum annum, sed quidquid ferat aliorum sententia (nam historia horum trium imperatorum est plena tenebrarum), non est quod discedamus a mente auctoris, qui septem tantum menses tribuit Galbæ. De mensibus Vitellii est contentio inter libros, et hæc sola ratio diversitatis magno est argumento, prætereunda esse quæ delevimus. Adde quod Vitellius cœpit imperare vivente adhuc Galba, et Vespasianus eodem anno quo Otho, qui ipso die cædis Galbæ imperium sumpsit. Annus quoque 14 computatur inter annos regni Neronis, licet tantum 13 annos imperarit, et octo fere menses; quia ultimus annus continet interstitium mensium quibus regnarunt Galba, Otho et Vitellius. Si objicias videri necessarium hunc annum, ut sic tandem fiat summa illa annorum 329 a Christo, ad quam terminatur Eusebii Chronicon, scias nos aliunde huic malo mederi, addito uno anno imperatori Caracallæ, quem libri editi omisere, ut suo loco observavimus.

(Ibid.) *Post Neronem Galba*, etc. Hæc in scriptis libris ad an. 14 Neronis annumerantur, præter Fa., ubi pariter ac in editis illi tribuuntur, appicto anno uno Galbæ, etc.

(Ibid.) *In Hiberia.* Sic habent codices A., Lo., Vi., O., L., Au., Peta., M., P., Al., Idac., Sueton. in Galba, Onuphr. in Fastis, melius quam *in Hybernia*, ut in vulgatis, et *in Hyberia*, ut in Fux. Verum quod per Hiberiam intelligat Hispaniam, nemo ignorat, unde ejus vice in trib. mss. Fab. legitur *in Hispania*: qua de re, et cur aspirationem retinuerimus, superius attigimus pluribus.

(Ibid.) *Galba 7 mense*, etc. Eamdem rationem ineunt libri in designando horum situ, quam in superioribus collocandis observavimus; editi enim revocant hæc ad an. 1 Galbæ, cum econtra membranæ ad an. 14 Neronis, Fux., Lo., Fa., Peta., Pi., Vi., O.

(Ibid.) *Vespasianus duobus prœliis*, etc. Idem observandum, quod superius attigimus, ista in editis ita se habere, ut an. 1 Galbæ, etc., respondeant; at in chartis pergamenis, præter Fa., an. 14 Neronis.

(Ibid.) *Otho tertio regni sui*, etc. Dissidium illud librorum cusorum et scriptorum de anno Galbæ, etc., peperit illam diversitatem; ut libri excusi hæc cum anno Galbæ, etc., comparent: at chirographi Pi., Vi., Lo., Fux., O., Peta., Fa., cum anno 14 Neronis.

(Ibid.) *Bebriacum. Merbriacum* Vi., Pi., O.; *Vitriacum* Idac.; *Vetriacum* L., A., Au., Peta., Fux., M., V., Lo., Fa., P.; *Vetria*, Ado.; *Βητριάκον*, Plutar. in Othone. Vulgata lectio exstat apud Suetonium, licet eruditissimus Turnebus, lib. XXIV Adversar. cap. 36, testetur in Suetonii ms. legi *Betriacum*, eamque lectionem fideliorem autumet, sicut doctissimus Casaubonus allegat duos Suetonii codices mss., in quibus *Bretiacum*: vulgatam item orthographiam sequuntur Eutropius (sed idem Casaubonus asserit reperiri in quibusdam ejus veteribus schedis *Betriacum*, sicut sunt et aliæ nonnullæ in quibus *Betricum*), Vopiscus, Juvenalis, Victor in Epitome. Nam libro de Cæsaribus habet *Betriacum*, sicut etiam Marianus citans Eusebium, licet paulo post hunc eumdem locum referens, *Veteracum* scribat. Josephus lib. V de Bello Judaico cap. 8, *Φρηδίακον*, quod Ruffinus reddit *Bebriacum*. Vetus Taciti editio, lib. II, habet *Bebriacum*: doctissimus tamen Lipsius *Bedriacum* reposuit; ex quibus liquido constat, merito dictum ab accuratissimo Casaubono, *nusquam minus et auctores veteres et libros, quam in loci hujus scriptione consentire, ferre tamen Latinis scriptoribus aut Bebriacum dici, aut Bedriacum*.

(593.) *Olympias* 212. Excluso eo anno a serie qui olim dabatur regno Galbæ, Othonis et Vitellii, hæc olympias optime congruit cum anno 1 Vespasiani, sicuti habent mss., præter Pi., O., Pi., L., qui constituunt cum vulgatis hanc olympiadem ad an. secundum Vespasiani, propter omissionem anni 10 Ptolemæi, qui et Alexander., de qua circa olymp. 173 et 183.

(Ibid.) *Antiochiæ secundus*, etc., *Ignatius*. Annumerantur rursus ista in vulgaribus quidem ad an. 1 Galbæ; at apud Contr. ad an. 13 Neronis; in Fux., Peta., Fa., Pi., Vi., Lo., O., ad an. 4; et hi viciniores sunt Nicephoro Constantinop., qui assignat Evodio superiori episcopo an. 23. Albertus objicit anno Christi 71, qui respondet 1 Vespasiani, quamvis is imperii Vespasiani initium 72 an. tribuat.

(Ibid.) *Octavo imperii sui mense*. Tollenda volunt libri A., L., Au., M., V., P., Pi., Lo., Fa., Peta. Nam etiam legimus obiisse nono mense, id est post octo menses et quinque dies imperii, ut scribit Josephus lib. V de Bell. Jud. cap. 13, aut, si Eutropio lib. VII credimus, 18 mense et die uno. Nihilominus in Fux. habetur, *octavo mense imperii sui et die uno*; et Anastasius Biblioth. in sua Chronol. ms. ait imperasse mensibus 8. Marianus, dum refert ad verbum omnia ista ex Eusebio: *Vitellius*, inquit, *8 mense imperii sui a Vespasiani ducibus occisus*; idem Ado et Vincen.; itaque nil muto. Ad extremum observes velim istum paragraphum esse positum in Fa. ad an. 1 Galbæ, etc., quoniam hoc peculiare est illi codici Fa., ut in serie annum unum Galbæ, Othoni et Vitellio adscribat, quem editi imitantur; in cæteris est ad an. 14 Neronis.

(Ibid.) *Vespasianus apud Judæam*, etc. Vindicat hæc sibi annus 1 Vespasiani in omnibus codicibus; at apud Contractum ad an. 1 Galbæ.

(Ibid.) *Capitolium Romæ incensum*. Idem de hoc paragrapho dicendum, et recte, ut videre licet apud Tacitum lib. XIX, et Xiphil. in Vitellio.

(Ibid.) *Regnum Judæorum defecit*. Hæc adjecta sunt ex L., A., Peta., Au., Pi., Vi., O., Fux., nisi quod in his duobus exstat *deficit* pro *defecit*.

(Ibid.) *Titus Judæa capta*. Contigerunt hæc an. 2 Vespasiani consensu omnium codicum, quibus astipulantur Josephus lib. VII Antiq. cap. 18, ipse Auctor lib. III Hist. Eccles. cap. 7, Isidorus in Chron., Albertus et Cassiodorus, quorum fides nemini potest esse suspecta, cum collectio annorum, quam subjungit Auctor usque ad an. 2 Vespasiani, seu Hierosolymorum eversionem, abunde prodat illius mentem. Nec te moveat graves auctores hæc conjicere in an. 1 Vespasiani. Nam annus qui illis est primus, est auctori secundus, quia illum annum, quem ipsi tribuunt Galbæ, Othoni et Vitellio, Auctor annumerat inter annos Vespasiani.

(Ibid.) *Causam Azymorum fuisse refert*, *ob quæ*. Ita habent libri A., L., Au., Lo., Vi., O., M., Pi., atque ita sine dubio legendum pro, *Cau-*

*tam Azymorum fuisse refert ob quam*, ut in vulgatis.

(Ibid.) *Crucifixerant. Colligitur omne*, etc. In L., Pi., inseritur inter *Crucifixerant* et *Colligitur*, istud : *Martialis apostolus, conversa Gallia, cum ecclesias per totam Aquitaniam fundasset, obdormivit in pace per Christum.* Sed licet acta Martialis referant ejus obitum in hunc annum, tamen cum hæc desint in cæteris exemplaribus, non dubito a quodam Lemovicensi adjecta fuisse, ut similia alia quæ diximus.

(Ibid.) *Colligitur omne tempus in secundum annum Vespasiani.* Magis placuit nobis hæc lectio *in secundum annum*, quam illa antiqua (quæ etiam est apud Idac.), *in secundo anno*, secutis P., Fa., L., Vi., O., A., Pi., M., Peta., Mar., tres Vatican., et tres mss. Fab., et propter illa verba sequentia, *et novissimam eversionem*, etc.; sed præcipue quia Auctor non complectitur in illa summa annorum 42 ipsum extremum an. 2 Vespasiani, ut mox dicemus.

(595.) *Ab exordio evangelicæ prædicationis.* Sic habet L., Au., A., M., V., Va., Pi., Al., Vi., P., O., Vat., Lo., Lod., Mar. et tres mss. Fab.; et omnino melius quam vulgati, in quibus, *ab exordio prædicationis*.

(Ibid.) *Prædicationis* 42. Olim pro 42 legebatur 43. Sed malui imitari consensum librorum L., Fux., M., Au., P., Pi., Peta.. O., Lo., Vi., Lod., trium mss. Fab., Fre., Idac., Mar. Quid ferant Vaticani et alii, nil habeo. Sed conjicere licet illum annum 43 positum in vulgatis, pro quadragesimo secundo, manasse ex accessione anni Galbæ, etc., positi in serie annorum : quem si subtrahas, hæc nostra castigatio confirmatur, ut ipsa illius anni adjectionem arguit. Adde quod inter an. 29 Christi, et annum 2 Vespasiani reperies tantum totidem ann. 42. Nec dubium est quin ille annus currens Vespasiani debeat excludi ab illa summa 42, ut annus trigesimus Christi includi; hoc enim exigunt illa verba *in 2 annum Vespasiani* et *a 15 Tiberii Cæsaris anno, et ab exordio evangelicæ prædicationis.* Hieronymus in ps. CVIII, et sæpe alias, Hegesippus quoque lib. V, atque alii plerique, volunt Hierosolymam captam anno 42 post passionem Christi. Origenes in Matth. tract. 29, ex Chronicis Phlegontis, tradit excidium Hierosolymorum accidisse circa an. 40, a 15 Tiberii Cæsaris; ita variant auctores.

(Ibid.) *Anni* 238. Rectius quam, ut olim, 239 vel 229, ut in V., Pi., L., vel *an.* 237, ut in M., Lo., manuducentibus Au., Peta., Fux., P., Idac., Fre. et Mar.; et quia si an. ab Abraham 1847, qui præcedit initium illius captivitatis, addas 238, efficies 2085, qui cum an. 1 Vespasiani concurrit.

(Ibid.) *Anni* 590. Accommodatius quam, ut olim, 591 vel 592, ut in 3 mss. Fab.: vel 661, ut in Idac.; vel 701, ut in V. : hanc enim emendationem requirunt codices P., L., Peta., Vi., O., Fux., Pi., A., M., Mar., Fre., et Antoninus, ex Eusebii Chronico, quibus favet ipsum mendum quod habetur in Au., M., ubi 690. Ratio quoque idem postulat : totidem enim reperiuntur ab an. 2 Darii usque ad an. 2 Vespasiani, ipso tamen incluso. Adde enim 590 ad an. ab Abraham 1496, qui anteit an. 2 Darii, conficies 2086, quem vides concurrere cum an. 2 Vespasiani. At si retineres num. 591, incideres in an. 3 Vespasiani, quod est penitus contra auctoris mentem.

(Ibid.) *Facta est, anni* 1102. In Fa. et 3 Vatic. 1103, in A. 302; sed nil immutandum, cum scriptio vulgata sit aliorum exemplarium, *Orosii, Idacii, Mariani, Antonini : et quia inter annum ab Abraham 983, qui præcedit initium ædificationis templi sub anno 4 Salomonis, et annum 2 Vespasiani, reperiuntur totidem an. 1102, juxta calculum auctoris.

(Ibid.) *Vespasianus Capitolium ædificare orsus.* Iis in Au. sequentia adjunguntur : *Germanos rebellantes superat.* Non est prætereundum, quod ad varios annos dirigantur hæc in variis codicibus, ut in A Vi., O., ad an. 3 Vespasiani, seu an. 3 olymp. 212 : in Lo., Fux., ad an. 4 ejusdem Vespasiani; in Pi., Peta., Fa. et excusis, ad an. 5; apud Mar., ad an. 6. Vulgati confirmantur a Cassiodoro, a quo non dissentit Tacitus lib. XX Annal., seu lib. IV Hist.

(Ibid.) *In Alexandria facta seditio.* Seditionis hujus tempus designant Vi., O., quidem, et Lo., annum 4 Vespasiani; Pi. vero, Peta., Fux., Fa. et impressi, an. 5. De otio et maledictis Alexandrinorum contra Vespasianum scribit Xiphilinus e Dione, sed non indicat annum.

(Ibid.) *Serapion agnoscitur.* Desiderantur in L., A., M., V., Fux., Va., Vat., P., Vi., O., P., Fa., Peta. et tribus mss. Fab.

(Ibid.) *Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Thracia, Cilicia, Comagene.* Locus corruptissimus, ubi pro *Cilicia* irrepserat *Sicilia*, quod sæpe contigit ob affinitatem vocum ; emendatus ergo a nobis suasu omnium membranarum. Ad hæc sunt B qui putent pro *Thracia* legendum *Thrachia*, seu *Thrachea.* Sic enim primus omnium notavit Turnebus lib. XXIV Advers. cap. 36, dum similem locum apud Suetonium lib. VIII recenset. Ita enim Suetonius : *Thraciam Ciliciam*, etc., *in provinciarum formam redegit* (Vespasianus). Idem Alciatus lib. I Prætermissor., et Hudgerus in Cuspinianum, quorum nec improbandæ rationes; sub Claudio enim legimus antea Thraciam redactam sub ditionem populi Romani, licet Ammianus Marcellinus lib. II dicat hoc contigisse sub Lucullo. Præterea Strabo et Stephanus dividunt Ciliciam in *Tracheam*, id est asperam seu montanam, et πεδιάδα, id est planam aut campestrem, quarum una versus occidentem, altera versus septentrionem vergat. Sic enim Stephanus in voce Τραχεῖα : Κιλικίας δὲ τῆς ἔξω Ταύρου ἡ μὲν λέγεται Τραχεῖα, ἡ δὲ Πεδιάς, quo fit ut, sublata virgula ad eorum imitationem, libenter legissem *Trachea Cilicia*, præsertim cum ad eos accedat auctoritas Aurelii Victoris in Epitome : *Cilicia*, inquit, C *Trachea et Commagene*, etc., *provinciis accessere* ; verum deest conjunctio *et* in Aurelio restituto. Illud tamen obstitit præter odium novitatis seu mutationis non necessariæ, quod advertam quævis exemplaria, veluti peculiari quodam studio ac communi voto scribere *Thracia* et duo hæc *Thracia* et *Cilicia* interpunctione distinguere : cum tamen in aliis urbibus aut provinciis, quæ non minus commate seu puncto separari debuerant, illud sæpe neglexerint; sed et doctissimos viros Torrentium, Casaubonum, Vinetum, Sylburgium et alios hanc eamdem virgulam inter hæc duo apud Suetonium et Eutropium retinuisse, judicio Turnebi posthabito. Accedit quod Pæanius Eutropii metaphrastes apertissime disjungat Θρᾶκάς τε ἐπὶ τούτοις καὶ Σίλικας, etc., εἰς ἐπαρχειῶν σχῆμα μετίστησε. Addo in omnibus codicibus, præter Lo., in quo *Trachia*, sicut et apud Eutropium, Aurelium et Suetonium, reperiri *Thracia*, sine *h* in secunda syllaba, nisi quod Eutropius habet D *Vespasianum redegisse in provinciarum formam Thraciam, Ciliciam, Tracheam et Comagenem*, ubi aut delendum vocabulum *Tracheam*, aut interpunctio post vocem *Ciliciam*. Inter chirographos nonnulli ex divisis vocibus *Samus et Thracia* unicam conflarunt *Samothracia* ; sic L., Pi., Ereculphus lib. II cap. 1, et Otho lib. III cap. 19 ; sed reclamant Eutropius, Pæanius, Suetonius, et alii. Quod si roget quis, quomodo Eusebius sibi constare dicendus sit, cum antea *Thraciam* provinciam factam retulerit, et qua ratione Cilicia in provinciam nunc redacta dicatur, cum multo ante id contigerit, ut etiam de Achaia, erudito lectori excutiendum relinquo. Si quid enim probabiliter afferri potest, idem dicendum videtur quod in aliis non semel notavimus, Eusebium seu potius Hieronymum non tam his locum proprio judicio, quam ex aliorum sententia assignasse, et pro dissentientium inter se auctorum sententia idem in diversis locis disposuisse. Jam

vero totus hic paragraphus petitus videtur vel ex Suetonio, vel ex Eutropio, in quibus eadem fere habentur. Sed cum codices abeant in duas partes, alii enim an. 5 Vespasiani assignant, seu 1 olymp. 213, ut Pi., Vi., O., Lo.; alii an. 6, ut Fux., Peta., Fa. et impressi, Cornelius Tacitus lib. XVIII Annal., seu, ut volunt recentiores, lib. II Hist. paulo altius repetit, dum hæc tribuit consulatui *Galbæ et Vinii* vel *Junii*, quem Fasti Onuphrii referunt ad an. 1 olymp. 212.

( Ibid. ) *Commagene. Comagena* in L., A., Al., M., V., Pi., P., Va., Vat., et Orosio lib. VII cap. 9, Ammian. lib. XIV; *Commagena* in Vi., ut Antonin. in Itinerar., et Strabo, seu ejus interpres lib. XII et XVI, cum ipse utatur voce Κομμαγήνη, et Solin. in Polyhistor.; *Comagenі*, Mela lib. I cap. 2, Plin. lib. V cap. 12, Eutrop. et Suetonius: *Comagene*, cum unico *m* et *e*, Dio lib. LIX, Procop. lib. I de Bel. Persic., Otho loco superiori. Nec mireris *Commagenen* dici redactam per Vespasianum in provinciam, cum apud Tacitum lib. II legamus eam a Tiberio prius subactam, eique *Serveum præpositum*. Nam Caligula ejus successor, teste Dione lib. LIX, reddidit Antiocho filio Antiochi, *Comagenem* paternum regnum; et ita secundo per Vespasianum provincia facta.

( Ibid. ) *Colossus erectus*, etc. Colossum hunc erectum volunt Pi. quidem anno 5 Vespasiani; Vi., O., an. 6; at Lo., Fux., Peta., Fa., una cum excusis, Mar. et Contract., anno 7, sive 3 olymp. 213; quem situm confirmant Cassiodorus et Xiphilinus: ille dum refert ad an. 7 Vespasiani, hic ad consulatum *Vespasiani* VI *et Titi* IV, quem Fasti Onuphrii revocant ad eumdem annum 3 olymp. 213, Albertus an. Christi 78, qui incurrit in an. 9. De ista Colossi erectione Vespasiani, seu potius refectione, vide Suetonium cap. 18.

( Ibid. ) *Erectus habens. Erectus est*, *habens* Vi., O., Pi., Contract., Albertus.

( Ibid. ) *Altitudinis. Altitudinem* L., Pi., Au., M.

( Ibid. ) *Pedes* 107. His subjunguntur ista in Au.: *Quem in nomine et laude victoriæ suæ, quam in Germania fecerat, erexit.* Xiphilinus centum tantum numerat pedes; notitia imperii *centum duos semis*.

( Ibid. ) *Quirinus Asconius*. Deest *Quirinus* in L., Pi.: at in M., quinque Vatic., Lo., habetur tantum simplex *Q*; in A., simplex *C*; in P., *Squirinus*; in Vi. O., Peta., Fux., *Quintus*, sicut est in margine H., Pet, Ba., B. et So. Gesnerus in Biblioth. utrumque legit et *Quintus* et *Quirinus;* sed primum sibi magis placere docet. Cæterum pro *Asconius* in Fa., V., *Ascodius:* in P. et tribus mss. Fab., *Squasconius*; in A., *Pasconius*. Referunt hæc circa 6 Vespasiani Pi., Vi., O.; at circa an. 7 Lo., Fux., Peta, Fa. et impressi.

( Ibid. ) *Gabinianus*. Ita legendum juxta codices A., M., Lo., Fux., Al., a quibus non longe absunt sex Vatic., P., Peta. et tres mss. Fab., ubi *Gabianus* pro *Gabinius*, ut in vulgatis, Mar. et aliis. De Gabiniano, Cornel. Tacitus, seu, ut aliis placet, Quintil. lib. de Orator., et Hieron. in Isai. præfat. 8. Hanc lectionem retinendam jam observarat doctissimus Nicol. Faber in Senec. lib. III Controvers. pag. 14. Verum variæ sunt sedibus assignandæ progressiones. Nam Vi., O., ad an. 6 Vespasiani exponit; Pi. ad an. 7; Lo., Fux., Peta., Fa., Mar., et editi, ad an. 8.

( Ibid. ) *Tres civitates*, etc. Hic terræmotus non est ita constans circumstantia temporis: Pi. enim, O. et Vi., annum 7 Vespasiani designant; Lo., Fux., Fa., an. 8, ut et impressi: at demum Peta., Fre., Mar. et Contract., an. 9, quibus assentitur Orosius lib. VII cap. 9.

( 397. ) *Lues ingens*, etc. Quam ingens lues, cui defuerit, qui eam certo notaret. Neque enim conveniunt codices, cum alii eam sub anno 8 Vespasiani referant, ut Pi., O., Vi., Fa.; alii sub an. 9, ut Lo., Fux., Peta., Contract. et excusi. Forsan eadem est quam Suetonius refert sub Tito fuisse maximam, *quanta non temere alias*.

( Ibid. ) *Ita ut per multos dies*. In Peta. abest vox *ita*, ut etiam in L., Pi., Lo., sed in his tribus inseritur particula negationis, *ut per non multos dies*. Verum utrumvis probaveris, sensus utrobique constabit, diverse tamen: vel quod decem millia obierint intra paucos dies, vel quod decem millia unoquoque die absumpta fuerint. Sed prius est verisimilius, licet alterum non sit improbandum, cum, Scriptura teste, triduo *mortui sint ex populo a Dan usque Bersabee, septuaginta millia virorum*. II Reg. XXIV.

( Ibid.) *Vespasianus Colonias*, etc. Certus Vespasiani occasus: dubium tamen mihi reddunt codices annum, dum Pi. et Vi. ad an. 9 Vespasiani referunt. At Lo., Fux., Fa., Peta., Mar., Contract., ad an. 10, una cum excusis.

(Ibid.) *Vespasianus*. etc., *anno ætatis* 69. *Anno ætatis* 64, Lo., Fa., Peta. Xiphilinus firmat vulgares, *an. ætat.* 69, *mens.* 8. Suetonius quoque: *annum agens ætatis sexagesimum, ac nonum, superque mensem ac diem septimum.* Vincen.: *anno vitæ suæ* 70.

( Ibid.) *Titus regnavit annis* 2, *mensibus* 8. *Annis* 3, *mens.* 2, L., Pi., in textu, et deducunt seriem per 3 annos; *annis* 2, *mens.* 2, A., Au., Lo., Fux., Peta., Fa., M., P., quinque Vatic., Contract. Idem Vi., O., licet hi duo in serie tres annos assignent. Sic etiam Jornand., Freculphus, Clemens lib. I Strom., Cassiodorus, Nicephorus, Beda, Ado et ipse Euseb. lib. III Hist. cap. 13; at Dio apud Xiphilinum, Suetonius et Fasti *annos* 2, *mens.* 2, *dieb.* 20. Epiphan. constituit *an.* 2, *mens.* 2, *dies* 2. Theophilus *an.* 2, *dieb.* 22; Zonaras *an.* 2, *sex diebus minus*; Cedrenus *an.* 3; Orosius *biennio post*; Eutropius *an.* 2, *mens.* 8, *diebus* 20. Idem Marianus. Alii libri et Albertus habent vulgatam. Optarem equidem, ut æquo jure et cum membranaceorum bona venia, licuisset tres annos Tito assignare, eosque in serie appingere, ut sic consuleretur incommodo illi quod peperit expulsio anni Galbæ, etc., cujus resarciendi gratia cogimur tandem dare septem annos Caracallæ. At extremum cum concurrant omnes libri in his ad annum 1 Titi reponendis; et nos assentiamur.

(Ibid.) *Dixit: amici*. Castigatius quam olim, *dixerit amice*, ex fide Lo., Vi., O., Pi., Fux., Peta., Fa., M., Fre., Idac., Mariano, et ex ipsa ratione sententiæ. Adde auctoritatem Victoris in Epitome, Ausonii in Panegyrico, et Suetonii cap. 8.

( Ibid. ) *Romanæ Ecclesiæ II constituitur episcopus Cletus an.* 12. Antiqua lectio: *Anacletus III Romanæ Ecclesiæ constituitur episcopus annis* 12; in quatuor Vaticanis: *Romanæ Ecclesiæ II constituitur episcopus Anacletus an.* 12. Melior nostra, nam substituimus primo *Cletus* pro *Anacletus*, juxta codices A., M., P., L., Pi., Peta., Lod., tres Vaticanos, Idac., Mar., et quia convenit cum Tertulliano lib. III Carmin., Irenæo lib. III cap. 3, Epiphanio hæresi 27, Hieronym. de Scriptorib. Eccles., atque cum communi opinione veterum Patrum, Cletum (seu mendose Anacletum) successisse Lino. Adde testimonium Mariani nobilis historici: *Anacletum*, inquit, *omnino Eusebius prætermisit*; cui accedit Vincentius: *de Anacleto tacet Eusebius in Chronicis, et dicit quod Anacletus ipse est Cletus.* Idem et eisdem verbis Antoninus, Martinus Polonus, et Registrum Chronicorum. Certissimum argumentum Chronica Eusebii illorum tempore convenire cum nostra lectione. Quod si plerumque videas, maxime apud Græcos et ipsum Eusebium, lib. III Hist. cap. 13, *Anacletum* poni pro *Cleto*, et ista duo nomina inter se confundi, licet c. 22, Ἀνέγκλητος pro Ἀνάκλητος, existimarim hoc contingere errore librariorum, seu amanuensium, qui decepti affinitate litterarum, putaverunt unum eumdemque esse, sicut videbimus factum de *Marcellino* et *Marcello* Rom. pontificibus. Unde fit ut in uno codicum Vaticanorum legatur utrumque *Cletus Anacletus*; sed duos fecerunt Epiphanius, Ita-

masus et sacra antiquitas, quæ utrumque observat ac colit peculiari festo die. Anacletus enim successit Cleto. Secundo loco adjecimus II pro III, tum ex fide omnium mss. et Idac., tam horum qui *Cletum* quam illorum qui *Anacletum* nominant; tum quia Linus istius prædecessor dictus fuit *primus*, scilicet post Petrum, et Clemens successor Cleti dicatur III, sicut scribit Euseb. lib. III Hist. c. 22. Tertio cum prius ista tota sententia ad annum primum Titi collata esset, rejecimus in secundum annum, secuti omnia mss. (præter Pi. et L., quæ constituunt ad an. 3), Albertum et ipsum Euseb. lib. III Hist. cap. 13. *Sub Titi*, inquit, *altero anno imperii, Linus Ecclesiæ ministerium Anacleto tradit.* Αὐτοκράτωρ Τίτος ὁ παῖς διαδέχεται, οὗ κατὰ δεύτερον ἔτος τῆς βασιλείας, Λῖνος ἐπίσκοπος τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας δυοκαίδεκα, etc. Marianus quoque scribit ex methodo Cletum cœpisse secundo anno Titi. Adde quod ab an. 14 Neronis, quo cœpit Linus, usque ad an. 2 Titi, in quo ipse obiit, reperies an. 12. Nec dissimulandum est in omnibus mss. et duabus primis editionibus Ven., Lut., tam hic quam deinceps, nomen pontificis Romani apponi in fine clausulæ hoc pacto: *Romanæ Ecclesiæ II constituitur episcopus Cletus*, et non: *Cletus II Rom. Eccles. constituitur episcopus*, sicuti videmus observatum in episcopis aliarum sedium, ut, verbi gratia, cum ad olymp. 219 legimus: *Alexandrinæ Ecclesiæ III episcopus præfuit Cerdo*, et non: *Cerdo præfuit episcopus Alexand. Ecclesiæ*; et ita de cæteris. Sed ob reverentiam sanctæ sedis Romanæ, et fortasse quia illa successio semper vim magnam habuit contra hæreticorum novitatem, factum est a typographis, scilicet a prima editione Basiliensi an. 29, ut nomen pontificis Rom. primo loco ascriberetur: quod haud dubio magis probandum. Quod tamen si minus exacte a nobis in singulis observatum fuit, illud condonabis correctori vel typographo: observata etiam in Al., P. et quatuor Vatic., *Anaclitus* pro *Anacletus*, quia familiare est ut i pro *e*, et contra, sumatur; sic *Paraclitus* et *Paracletus*; in Fa. *Anicletus*.

(Ibid.) *Mons Vesuvius*, etc. Ut in varias serpsit incendium regiones, sic et varia in libris occupavit spatia. Lo., Fux., Fa., Peta., Mar., anno 1 Titi opponunt, ut excusi. At Pi., Vi., O., anno 2. Xiphilinus e Dione videtur hæc copulare cum anno 1 Titi; ubi enim de conflagratione Vesuvii egit, subjungit statim Titum *anno 2 profectum ad visendam calamitatem Campaniæ*, quod confirmatur auctoritate Zonaræ tom. II Annal. Unde error Cedreni convincitur, qui hoc contigisse scribit anno 3 Titi.

(Ibid.) *Mons Vesuvius.* Mons hic non minores fere excitavit controversias inter scribas et librarios, quam olim incendia et scintillas; nam vix reperies vocabulum quod magis varie pingatur. Hinc in Au. et Idac., *Bibius*; in A., Vi., O., Vincen., et apud Anastasium Biblioth., *Bebius*; in trib. ms. Fab., *Baebius*; Sueton. in Vespasiano, *Vesevus*, sicut etiam Virgilius; in M., *Besbius*, sicut Dio, Plutarchus, Galenus, Cedrenus, Xiphilinus, et alii Græci, βέσβιος, sive Οὐεσσούσιον, ut apud Diodorum, interpretes, *Vesevius*, seu *Vesuvius*, seu *Vesubius*. Ut vero sic efferremus, auctores nobis fuerunt, præter vulgatos et aliquot ms. libros, ut septem Vaticanos, Jornandes, Orosius lib. VII c. 9. Plin. lib. XIV cap. 2, Zonar. tom. II, Mela lib. II cap. 4, Florus, Victor, aliique multi. De flammarum vero montis illius eruptione plura Dio, Suetonius, Silius Italicus, Martialis, Aurelius Victor, Vitruvius, Strabo et alii. Post *Vesuvius*, seu *Bibius*, adjectum est in Au., *in Asia*; sed corrupte, cum sit, *in Campania*, teste Solino et aliis, distans a Neapoli ad quartum fere lapidem, et, ut loquitur Procop. lib. II de Bell. Goth., *stadiis septuaginta*, hodie *Sumanus*; et Dionis Epitome in Tito hanc conflagrationem describens, τὸ γὰρ ὄρος τὸ Βέσβιόν ἐστι μὲν πρὸς τῇ ταλάττῃ κατὰ τὴν Νεάπολιν, *mons Vesuvius, qui juxta Neapolim ad mare vergit*, etc. Sic Mela ibid. Hinc castigandus Mar., apud quem *mons Cypri*, etc., pro *mons*.

(Ibid.) *Titus Musonium*, etc. Factum hoc a Tito anno 1 imperii, indicant Fux. et Peta. Verum communius anno 2 volunt obtigisse libri, ut Pi., Vi., O., Fa., Lo. et impressi; incertum quibus potius credas, cum nullus sit veterum, qui litem dirimat. Suidas in voce *Cornutus* et *Musonius*, dissentit ab auctore, dum asserit eum cum Cornuto interfectum a Nerone, ob *studium arguendi* et *immodicam libertatem*. Sed convincitur a Philostrato, qui lib. VII scribit illum relegatum a Nerone in insulam *Gyaram*, *unde exiit postea*.

(Ibid.) *Musonium Rufum. Musonium* Mar.; præterea pro *Rufum* in V., Va., Lo., Fa., legis *Ruffinum*. Verumtamen Tacitus lib. Annal. XV et XIX, et Histor. lib. III, Plinius lib. III Epistolar., et Mar., habent nostram lectionem, ex quibus colligitur illi nomina fuisse *C. Musonius Rufus*, patria *Tyrrhenus*.

(Ibid.) *Philosophum.* Deest in L., Lo., Pi., sed est in aliis, et apud Vincent. et Mar.; præterea est consonum veritati, ut dixit Auctor paulo antea, et ex prædictis scriptoribus patet, et etiam ex Xiphilino, qui ait Vespasianum *philosophos præter Musonium Roma expulisse.* De hoc paulo ante.

(Ibid.) *Titus amphitheatrum*, etc. Obtigisse monent libri aliquot dedicationem hujus amphitheatri anno 1 Titi, ut Peta., cum quo convenit Cassiodorus, item et Albertus; sed reliqui anno 2, ut Pi., Vi., O., Lo., Fux., Fa., Mar. Ejus amphitheatri meminit Suetonius in Tito; Xiphilinus e Dione videtur annuere amphitheatri hujus fundamenta jacta anno 5 Titi, sequenti vero anno fuisse peractum, et dedicatum summa cum celebritate.

(399.) *Romæ plurimæ ædes incendio concremantur.* Quoniam inter libros dissensio nata est de annis Titi, cum aliqui tres annos illi concedant, alii duos; ii quidem qui tres, tertio anno collocant, ut Pi., Vi., O.; at reliqui anno tantum 2, ut Lo., Fa., Fux., Peta, quibus Xiphilinus et Zonaras suffragantur, nec illis adversatur Suetonius.

(Ibid.) *Titus morbo periit.* Si Titi imperium ad tres annos prorogaveris, anno 3 evolasse a nobis dicendus, et ut habent Pi., Vi.; sin annos duos concesseris, anno 2, ut in Lo., Fa., Fux., Peta. et vulgatis.

(Ibid.) *In ea villa qua pater.* Commodior visa est hæc lectio juxta L., A., P., Vi., O., Pi., septem Vatic., quam antiqua, *in ea villa*, *in qua pater*, ne repetitio præpositionis fastidium pareret, quamvis utraque ferri possit.

(Ibid.) *Pridie idus Septembris.* Deest in L., A., Peta., Fux., sex Vatic., Vi., O., P., Lo., Fa. et tribus mss. Fab. Suetonius scribit obiisse idib. Septembris, ex quo hic versiculus videtur sumptus ad verbum.

(Ibid.) *Domitianus regnavit annos 15, mens. 5.* Observandum est non omnino in his sibi constare libros. Cum enim Fux. *an. 12, mens. 5*, regnum Domitiani definiret, nihilominus *annos 14* in serie apposuit; Pi. præterea, licet propius ad rei veritatem, ad annos 14, mens. 5, producit, sed plures exhibet in serie, nimirum an. 15. Vi. vero et O., cum a vulgaribus non dissentiant in iis quæ in textu, in serie tamen non nisi annos 15 explicant. Verum in his omnibus aperta labes, cum auctor annos 16 concedat, isque numerus adeo sit necessarius, ut si vel unum sustuleris, corruat totius Chronici moles. Numquam enim alioquin attinges annorum summam 329 a Christo, quæ suum auctor opus definivit, ut suo loco videbitur.

(Ibid.) *Decreto senatus*, etc. Titum in deos relatum referunt Lo., Fux., Fa., Peta., Contract., an. 2 Domitiani; Pi., Vi., O. et cusi, anno 1, quos ducimus sequendos.

(Ibid.) *Domitiani uxor*, etc. Habent hæc Pi., Vi., O., Fux., Peta., Mar. et editi, circa an. 1 Domitiani; Lo., Fa., circa 2, qui imitandi videbantur, cum Suetonius aperte tradat Domitianum *consalutasse*

*Domitianam ut Augustam altero anno sui imperii.* Verum mutatio non est visa adeo necessaria.

(Ibid.) *Domitianus quotidie*, etc., *secretam quietem consuevit sumere; in qua nihil aliud curabat, nisi muscas stilo præacuto configere.* Desiderantur in A., L., Au., M., Fux., Fa., septem Vaticanis, P., Pi., O., Lo., Vi., et trib. mss. Fab.; sed videntur fere ad verbum deprompta ex Suetonio : idem reperies apud Aurelium Victorem lib. de Cæsar., et in Epitom., et apud Xiphilinum in Vespasiano.

(Ibid.) *Domitianus eunuchos*, etc. Adjungunt anno 2 Domitiani, seu 3 olymp. 215, Pi,, Vi. O., Fux., Peta.; reliqui vero an. 3 Domiti., ut Lo., Fa., Mar. et impressi, una cum Contracto. Cassiodorus ascribit an. 1 Domitian., sed consulatui *Domitiani* IV *et Ruffi* III, quem Onuphrius opponit illi an. 3 olymp. 215. De eadem prohibitione eunuchorum vide Philostrat. in Vita Apollonii, et Sueton. in Domit., et Ammianum. Unde Martialis laudans Domitianum lib. IX Epigr. :

Non puer avari sectus arte mangonis,
Virilitatis damna mœret ereptæ.

(Ibid.) *Tres virgines*, etc. Asciscuntur ad an. 2 Domitiani, in Pi., Vi., O., Fux.; at in Lo., Fa., Peta., Mar., Contracto et cusis, ad an. 3 hujus stupri exstant nonnulla apud Suetonium; et Plutarch. in Problem. qu. 85, narrat qua occasione id factum sit, sed nullus indicat quo anno Domitiani.

(Ibid.) *Plurimos senatorum*, etc. Vertuntur hæc varie. Nam Pi., O., Vi., ad an. 2 Domitiani evocant: Fux., Fa., Peta., ad an. 3, una cum impressis; Lo., ad an. 4.

(Ibid.) *Secundus Alexandrinæ*, etc. *Alexandrinæ* Ecclesiæ præpositum Abilium an. 2 Domitiani indicant Vi., O.; at an. 3 Pi., Fux.; an. 5 Mar.; an. 4 Lo., Fa., Peta. et excusi, satis apposite. Nam si superior Anianus cœpit sedere post annum octavum Neronis, et præfuit annis 22, non potuit Abilius sedem occupare ante annum 4 Domitiani. Adde quod Eusebius lib. III cap. 12, juxta versionem Christoph., ait Anianum vita functum anno 4 Domitiani, eique suffectum Abilium, et cap. 16 ait Abilium obiisse anno primo Trajani, et an. 13 præfuisse, qui reperiantur integri inter 4 Domitian. et 1 Trajani.

(Ibid.) *Abilius*. Sic pro *Albilius*, ut in vulgatis, Mar. et aliis, suadentibus A., L., Vi., O., Fa., Fux., M., Al., septem Vatic., P., Pi., Lo., Contracto, trib. mss. Fab., Zonar. tom. II, Euseb. lib. III Histor. cap. 12, ubi Ἀβίλιος, et Martyrologio Rom. 22 Junii. Idem apud Nicephor. Constantinop. in Chronol., et Callixtum lib. III, cap. 2. Utrum vero iste sit secundus episcopus, an vero *Anianus*, consule illust. Baronium in Martyrol. et Annal.

(Ibid.) *Domitianus templum*, etc. Aggregant hæc ad an. 3 Domitiani, Pi., O., Vi.; ad an. 4 Fux.; ad an. 5 Lo., Fa., Peta. et editiones; ad an. 6 Mar.

(Ibid.) *Primus Domitianus dominum se et deum appellari jussit.* Pi., Vi., O., opponunt anno 3 Domitiani; Fux. an. 5; Lo., Fa., Peta., Mar., Contract., an. 6; quibus adjungendi impressi, et consentit Cassiodorus, iique non multum absunt a Xiphilino e Dione, qui sub *Trajani et Glabrionis* consulatu, quem Fasti Onuphriani copulant cum anno 3 olymp. 217, qui est undecimus Domitiani, notat Juventium Celsum adorasse Domitianum, *eumque crebro compellasse dominum et deum, quibus nominibus antea compellebatur.* Ado. : *Ut deum*, inquit, *sese ac dominum vocari, scribi, colique jusserit.* De hac re Eutropius, Orosius, Sueton. in Domit., et ejus assentator Martial., lib. VIII Epigram., fin. :

Edictum domini deique nostri,
Quo subsellia certiora fiunt;

Et postea :

Posse Deum rebus pariter, Musisque vacare
Scimus.

Et Statius Sylvar. lib. XIV :

. . . . En tibi est
Deus, hunc jubet beatis
Pro se Jupiter imperare terris.

Propterea miror quomodo solus Aurelius Victor scribat, *Caligulam primum omnium dominum se palam dici passum, postea Domitianum, et tandem Diocletianum*, quod omnes in illis damnarunt, quia *domini* vox apud Romanos proprie non nisi in servos fuerit, ut indicat Martialis :

E servo scit te genitum, blandeque fateris,
Cum dominum appellas Sosibiane patrem.

*Augustus edicto vetuit se dominum appellari, ne a liberis ac nepotibus suis, vel serio vel joco dici passus est* (Suetonius in Octavio cap. 53). Tiberius quoque renuit *domini* appellationem, *acerbeque increpuit eos qui ipsum dominum dixerant* (Tacitus, lib. II, in fine, et Suetonius in Tiberio). Alexander Severus vetuit quoque se *dominum* appellari, teste Lampridio. Video tamen Senecam scribere, *quomodo obvios, si nomen non succurrit, dominos salutamus,* quibus indicat olim obvios quosque vocatos *dominos*.

(Ibid.) *Duo menses*, etc. Quando hæc appellationis mutatio facta sit, non ita clare docent codices, cum alii anno 4 Domitiani obtigisse indicent, ut Pi., O.. Vi.; alii an. 6, ut Fux.; alii an. 7, ut Lo., Fa., Peta., Mar. et impressi. Suetonius indicat illam factam, eo quod altero mense Septembri Domitianus ad imperium evectus, altero natus esset; vultque accidisse post duos triumphos, quos actos Xiphilinus docet circa consulatum *Trajani et Glabrionis*, quem Fasti Onuphriani, ut dixi, comparant cum anno 3 olympiadis 217. qui est undecimus Domitiani. Fasti tamen Goltzii diversis annis opponunt hos triumphos, ut dicturi sumus postea, scilicet primum anno 4, alterum anno 11, quod ita esse satis e re ipsa colligitur, quod Domitianus non aliunde dictus sit *Germanicus*, quam a victis Dacis Germaniæ populis. Hujus autem mutationis meminit etiam Macrob. lib. I Saturn. cap. 12, qui et hæc subjungit : *Sed ubi infaustum vocabulum Domitiani ex omni ære vel saxo placuit eradi, menses quoque usurpatione tyrannicæ appellationis exuti sunt.* Hoc ipsum subindicat Censorinus lib. de die Natal.; nam postquam locutus est de mensis Augusti nomine : *Postea*, inquit, *multi principes nomina quædam mensium mutavere suis nuncupando nominibus, quod aut ipsi post modum mutarerint, aut post obitum eorum illa nomina pristina suis reddita mensibus.*

(Ibid.) *Quintilianus ex Hispania*, etc. Demus eum aliquot annorum spatio claruisse; neque enim fama illius eodem anno, quo nata, exstincta est. Nam et varie codices, cum alii quidem celebrem fuisse dicant, anno 5 Domitiani, ut Pi., Vi., O.; alii an. 7, Fux., Fa., et cusi; alii anno 8, ut Lo., Peta., Mar., Contract., et tres mss. Fab., quos Cassiodorus sequitur.

(Ibid.) *Calaguritanus, qui primus Romæ publicam scholam et salarium e fisco accepit, claruit. Calaguritanus primus Romæ publicam scholam et salarium e fisco accepit et claruit.* Hæc lectio est quinque Vatican., L., A., P., M., Peta., Lo, Vi., O., Pi., Mar., Cassiodori; sed parum interest, cum sensus idem maneat; *Calagoritanus*, Fa.; *Calagorritanus*, Lo.

(601.) *Domitianus plurimos nobilium in exsil. mittit et occidit.* Cœpisse Domitianum ita sævire, Pi. quidem indicat an. 5 imperii sui; O., Vi., an. 6; Lo., Fux., Fa., Peta., tres mss. Fab. et editi, an. 8; Mar., 9; Contract., an. 11. Philostrat. in Vita Apol., lib. VII, VIII, rei quidem meminit, sed annum reticet.

(Ibid.) *Domitianus mathematicos et philosophos Rom. urbe pellit.* Quidni in philosophos sæviat, qui in senatores? non ita tamen certum quo anno imperii sui; nam Pi. an. 5 Domitiani; O., Vi., an. 6;

Lo., Fux., Peta., tres mss. Fab. an. 8; Fa., Mar. et excusi, anno 9. Licet plerique veterum scriptorum rem ipsam testentur, immo notent non solum Urbe, sed tota Italia ejectos, ex nullo tamen videtur constare annus certus : tales sunt Suetonius, Lucianus in Peregrino, Dio Chrysostom. orat. 45, Philostrat. lib. VII, Gellius lib. XV, cap. 11, ubi narrat quoties philosophi Urbe sint ejecti.

(601.) *Pellit. Pepulit* Lo., Fux., Peta., Fa., Vi., O.

(Ibid.) *Multa opera*, etc. Opposuere hæc variis annis codices, ut Pi. an. 6 Domitiani; Vi., O., an. 7; Lo., Fux., Peta., tres mss. Fab., an. 9; Fa., Mar., et impressi, an. 10, quibus favet Cassiodorus in eo quod pertinet ad hæc *Forum Trajani*, etc.; nam præcedentia constituit ad an. 9.

(Ibid.) *In quis Capitolium. In quibus Capitolium* Vi., O., Lo., Fa., Mar. Usitata tamen scriptio potest defendi, licet usitatior sit *in queis*, ut apud Suetonium cap. 5, ex quo ista videntur sumpta. Nam licet Vespasianus illud restituerit, ut vidimus supra, sed ejus morte iterum exarsit, ut ait Suetonius.

(Ibid.) *Divorum porticus*. Vox *divorum* non exstat in Fa., sed in Mar. conjungitur mendose cum *arca divorum*.

(Ibid.) *Isium*. Melior hæc lectio quam vetus *Hisuium*, juxta codices Al., M., Peta., Fux., et tres mss. Fab., P., Lo., Sa., Mar., aut *Ysium*, juxta Vi., O., et quia idem significat ac in honorem Isidis, cui, ut etiam Serapi, plures ædes erant dicatæ Romæ. In L., A., V., Lod., *Isacium;* in Vat. *Hisium;* apud Notitiam imperii, Cassiodor. et Eutrop. *Iseum;* at apud Lampridium congrue nostræ lectioni *Isius*, seu ut olim *Isium;* nam ex Ἴσειον, ει modo per *i*, modo per *e* redditur.

(Ibid.) *Serapium. Sapium* Va.; *Serapicum* junctum cum voce subsequenti *stadium*, sine copula interposita Vi., O.; *vel Serapis stadium* Mar.; *Serapium* P., Lo. et tres mss. Fab. Lampridius habet *Serapium*, et Tertull. lib. de Spectac. cap. 8, et adversus Gent. cap. 18, *Serapeum*, ut Eutropius lib. VIII, et Notitia imperii. Nam penultima scribitur apud Græcos per ει, quæ a Latinis vertitur in *i* aut *e* longum. Nostra lectio videtur retinenda. Erat autem locus consecratus in honorem Serapis, de quo Ammian. lib. XXII. Verum non est dissimulandum ista nomina propria ædificiorum urbis Romæ hic apposita, reperiri apud veteres scriptores adeo corrupta, ut vix certi quidquam possis statuere.

(Ibid.) *Horrea Piperataria, Vespasiani templum, Minervæ Chalcidicæ*. Restituimus vocem *Piperataria*, pro *Piperatoria*, juxta Vi., O., L., A., M., V., Fa., Peta., Lo., Pi., Lod., Sa., et Cassiodorum. Verum hæc sententia varie distinguitur et legitur. Nam ita antea : *horrea Piperatoria, Vespasiani templum Minervæ Chalcidicæ;* at in V., Vat., *horrea Piperatoria Vespasiani, templum Minervæ*, etc. In Peta. et Fux. : *horrea Piperatoria Vespasiani templum Minerva Chalcidica;* in A., L., P., Pi., Lo., Vi., O., Fa., Sa., *horrea Piperataria, Vespasiani templum Minerva Chalcidica*. Idem habetur apud Cassiodorum et Marianum, nisi quod in hoc perperam *Piperasa* pro *Piperataria*. De templo Vespasiani in regione octava Urbis, meminit Notitia imperii. De eodem Josephus lib. VII, cap. 19 : μετὰ τὴν βεβαιοτάτην τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὁ Οὐεσπασιανὸς ἔγνω τέμενος εἰρήνης κατασκευάσαι. *Post Romani imperii firmissimum statum Vespasianus paci templum ædificari decrevit*. Unde Suetonius : *Vespasianus fecit nova opera, templum pacis foro proximum;* Xiphilinus quoque : *Templum pacis dedicatum est Vespasiano* VI *et Tito* IV *coss.*; et paulo ante : *Vespasianus templum in Capitolio ædificare cœpit primus, inde terram extulit*, etc. Ex quibus jure reprehenditur vir doctus post Fre. et alios, dum existimat hoc templum a Claudio inchoatum, et a Vespasiano perfectum : illud erat, scribente Herodiano, μέγιστον καὶ κάλλιστον γενόμενον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων, πλουσιώτατον δὲ ἦν πάντων ἱερῶν δι' ἀσφάλειαν,

A ἀναθήμασι κεκοσμημένον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου. *Opus cunctorum tota urbe maximum fuit, atque pulcherrimum idem templorum omnium opulentissimum, egregieque munitum, multoque ornatum auro et argento*. Hieronymus tradit Vespasianum in illud *vasa et ornamenta templi Hierosolymitani a Tito advecta reposuisse*. De templo autem Minervæ, quod Romæ *Chalcidicum* nuncupabatur, loquitur Dio lib. LI, et exstant antiquæ inscriptiones apud Gruterum pag. 232. Pausanias lib. X meminit alterius sacri Minervæ, quod Χαλκίοικον dicebatur apud Lacedæmonas, quia ex ære solido confectum, vel laminis æneis contectum. Minerva quæ Chalcidica, seu Χαλκίοικος cognominatur, in auctorum ore frequens, ut Thucydidis, Diodori, Plutarchi; sed et de ejus templo idem Plutarchus, Livius lib. XLV, Ælianus lib. IX de varia Historia, Pausanias lib. X, Suidas, qui appellationis illius causam reddit : Χαλκίοικος ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ ἢ ὅτι Χαλκοῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τοὺς Χαλκιδεῖς τοὺς ἐξ Εὐβοίας
B φυγάδας αὐτὸν κτίσαι. *Chalciacus Minerva apud Spartam vel quod domum æream habebat, vel quod Chalcidenses, qui erant ex Eubœa profugi, id templum condiderant*. Ex quibus constat quantum errent ii qui etymologiam petunt ex eo quod lacunari æreo tectum esset. Nam si ita esset, dicendum erat Καλκικόν. Cæterum scies male hoc loco appositam virgulam post vocem *Vespasiani*, cum debuisset præire post vocem *piperataria*.

(Ibid.) *Odium*. Non existimavi odiosum lectori, si *Odium* retinerem. Licet enim communiorem hujus vocis orthographiam esse agnoscam apud Suetonium in Domitiano, Ciceron. lib. IV, epist. 86, ad Att., Tertull. lib. de Resurrect. carn., Vitruvium lib. V cap. 9, et alios Latinos auctores, *Odeum* per *e*, et non *Odium* per *i*, et ita habere emendatiores codices Chronici nostri, scribat Pamelius in Tertul., seu etiam, ut apud Blanchum interpretem Xiphilini in Adriano, *Odoeum*, sive, ut apud Ammianum lib. XVI et Eutropium Vineti (nam abest penitus ab editione
C Sylburgii), *Odæum*, ubi eadem plane refert quæ hic Eusebius; verum cum nullus eorum codicum, quos videre licuit, aliter habeat quam nos, præter Fux. in quo *Odeion*, nefas mihi fuit a tot exemplarium tam manu quam typis exaratorum consensu recedere, præsertim cum hic non tam investigandum quæ mens aliorum, quam quæ Eusebii, seu Hieronymi, nec eo certius aliunde quam ex fide omnium codicum potest elici. Et licet fatear me nusquam apud ullum auctorem veterem (nam Rhodiginus et alii scribunt *Odium*), præter Cassiodorum antiquum, legisse *Odium* per *i*, sed semper *Odeum*, aut *Odæum;* nihilominus si a μετῴδειον dicimus *metodium*, quasi dicas, ut volunt nonnulli, *post*, seu *trans Odium*, quare non *Odium?* Adde quod hæ litteræ *i* et *e* ita habent familiam communem, ut modo in hanc, modo in illam transeant. Præterea, cum vox Græca sit Ὠδεῖον, quid mirum si Hieronymus retinuit nativam Græcorum pronuntiationem, præsertim cum
D sæpe ει Græcorum reddatur apud Latinos per *i*, non solum per *e* longum? Similia sunt *Isium* et *Serapium*, pro quibus licet apud Græcos scribantur Ἴσιον et Σεραπεῖον, et apud Suetonium et Latinos efferantur, ut plurimum, *Iseum* et *Serapeum*. Hieronymus tamen reddit *Isium* et *Serapium*. Hinc Romulus, Amasæus, Pausaniæ interpres, ita reddit vocem Ὠδεῖον, *quod Odeum vocant, quasi Cantilenarium* dicas. Guarinus, Strabonis interpres, lib. IX, *cantorum receptaculum;* Lapus interpres Plutarchi, *orchestram*, rectius si more aliorum interpretum retinuissent nomen proprium, maxime cum *orchestra* sit pars theatri, et, ut loquitur Festus Pompeius, locus in scena, immo etiam sedes senatorum Romæ, unde per orchestram Juvenalis intelligit primores, et *Odium* sit, teste Pausania, non pars, sed genus absoluti et integri theatri, τοῦ θεάτρου, ὃ καλοῦσιν ᾠδεῖον πρὸ τῆς ἐφόδου, etc. Apud antiquiores Græcos dicebatur Λεώχη locus choris et cantilenis destinatus, in quo poemata,

antequam auctores in theatrum prodirent; recitabantur; vel, ut tradit Hesychius, locus in quo fiebant commissiones rhapsodorum et citharœdorum, priusquam theatrorum usus invectus esset. Dictum ait Eustathius ab ᾠδῇ, id est *cantu*. Legimus a Pericle Athenis ædificatum, quod describitur a Vitruvio lib. v cap. 9, et de quo Appianus lib. de Bell. Mithrid., Plutarchus in Pericle, et Suidas : Ὠδεῖον Ἀθήνησι ὥσπερ θέατρον ὃ πεποίηκεν, ὥς φασι, Περικλῆς, εἰς τὸ ἐπιδείκνυσθαι τοὺς μουσικούς. Non satis feliciter auctor marginum in vulgatis B., H., Pet., So., pro *Odium*, vel *Odeum*, substituit *Methodium*, nescio an ad imitationem Suetonii, apud quem, juxta veterem editionem, legimus *Methodium*, pro quo recentiores restituerunt *Odeum*, quibus libenter assentior. Nam illa syllaba *met* videtur mendose sumpta et repetita ex litteris præcedentium vocum *stadium et*. Nam hoc modo plura menda sæpe apud nostrum auctorem et alios irrepsisse sæpe observavimus, et facile agnoscunt, qui in lectione codicum mss. sunt utcumque versati. Potuit etiam ille decipi auctoritate Domitii, qui commentario tertio in Sylvas Papinii putat legendum apud Eusebium *Methodium*, et non *Odium*. Verum debuerat ille auctor observasse ipsum et Merulam apud Dionem in Adriano reprehendi eo nomine a Cælio Rhodigino lib. xxviii cap. 12, et merito. Nam si *Methodium* nihil est aliud quam *transitorium* (sic dictum quod per illud ad forum Romanum et Augusti esset transitus), et istius facta sit mentio superioribus verbis, quæ ratio ut pro *Odium* substituatur *Methodium?* Cassiodorus Cochlei et Cuspiniani habet *Odion*, sed recens *Odæum*. Sunt viri eruditi qui dicant idem forum vocari *transitorium Methodium* et *Odium;* sed multa obsunt, quæ dicere supersedemus.

(601.) *Forum Trajani, thermæ Trajanæ, et Titianæ, senatus ludus matutinus, mica aurea, meta sudans et Pantheon.* Misere corruptus erat hic locus, quippe cum legeretur in editis, *Forum Trajani, thermæ Trajanæ, et Titianæ et Pantheon ;* in Fa. *Tatiane*, sed mendose, quia Thermæ dictæ sunt *Titianæ*, quod a Tito constructæ ; in Pi., Vi., O., Peta., Fux., *Pantheum*. Nos ope exemplar. L., A., P., Al., Lo., M., Peta., Fux., et trium mss. Fab., quatuor Vatic., Pi., Vi., O., Sa., Mar. et Cassiodori, quæ deerant supplevimus. Quomodo autem sit intelligendum, quod dicitur de foro et thermis Trajani, cum ipse non adhuc imperaret, relinquo judicio peritorum antiquitatis : hoc unum sentio, utrumque sic vocari ab auctore, quia postea illud nomen obtinuerunt, ubi ea Trajanus exornavit ; eadem ratione, qua, verbi gratia, transitorium Domitiani dictum est Nervæ, quia ab eo ornatum et absolutum, testibus Suetonio et Lampridio, quod in multis aliis ædificiis publicis observatum est. Cæterum cum hæc Romæ facta dicuntur a Domitiano, ita intellige, ut major pars instaurata proprie fuerit, cum prius sub Nerone et Tito conflagrassent.

(Ibid.) *Domitianus de Dacis et Germanis triumphat.* Egit hunc triumphum, si credimus Vi., O., anno 8 ; si Pi., an. 9 ; si Fux., Peta., an. 10 ; si Lo., Fa. et Contracto, an. 11, ut et impressis. Goltzius duos refert triumphos Domitiani de Dacis et Germanis. Primum scribit anno 4 Domitiani, Urb. vero 837, qui juxta supputationem Varronis incurrit in an. 2109 ab Abraham, quemque auctor significare videtur, ubi anno 6 Domitiani ait Dacos victos : alterum comparat cum anno 11 Domitiani, Urb. vero 844, qui respondet, juxta eamdem supputationem, anno ab Abraham 2116, qui incurrit in an. 11 Domitiani.

(Ibid.) *Domitianus tantæ superbiæ*, etc. Ascribuntur anno 9 Domitiani in Vi., O. ; an. 10 in Pi., Fux. ; an. 11 in Lo., Fa., Mar., Peta. et editionibus.

(Ibid.) *Hæcque et cætera omnia suo tantum titulo sine ulla prisci auctoris memoria signaret.* Desiderantur in Vi., L., Fux., A., M., Au., septem Vatic., P., Pi., O., Lo., Lod., Fa., Peta., Mar., Fre.; nec dubito quin sint subdititia et penitus etadenda, aut saltem loco movenda, et trajicienda in finem præcedentis paragraphi : *Multa opera Romæ*, etc., et post vocem ultimam *Pantheon*. Nam hoc ipsum docet Suetonius cap. 5 : *Plurima amplissima opera incendio absumpta restituit, in queis et Capitolium, quod rursus arserat ; sed omnia sub titulo tantum suo ac sine ulla pristini auctoris memoria.*

(Ibid.) *Maxima virginum*, etc., usque *defossa est.* Non reperiuntur in Fa. ; in aliis minus certam habent sedem. Nam in Fux. evocantur ad an. 10 Domitiani ; in Vi., Pi., O., Lo., Peta. et vulgatis, ad an. 11 ; solus Suetonius cap. 8 hoc ipsum attingit, sed non exprimit annum.

(Ibid.) *Rom. Ecclesiæ*, etc., *Clemens an.* 9. Hæc transposuimus in an. 12 Domitiani, juxta L., Peta., Fa., Lo., A., V., P., Va., Vi., O., Pi., Vat., et ipsam rationem supputationis a Cleto, qui sedit an. 12, cum antea essent sita sub an. 11. Nam Eusebius ipse, lib. iii Histor. cap. 12, primordia illius constituit an. 12 Domitiani. Cæterum in Lo. exstat an. 8 pro *an.* 9, cui adversatur Euseb. lib. iii Histor. cap. 28, novem enim annos illi tribuit.

(Ibid.) *Domitianus prohibuit vites in urbibus seri.* Assignantur in Fux., Peta., Pi., circa annum 11 Domitiani ; apud Mar. an. 10 ; in Vi., O., Lo., Fa. et cusis, circa annum 12. Vide Suetonium cap. 7 et 14, qui rationem reddit hujus edicti per Italiam et provincias, *eo quod nimio vinearum studio negligi arva existimaret.* Unde conjicio pro *in urbibus* legendum forsan *in orbe*, nisi intelligas dictum pro *arvis vicinis urbibus*. Vineta enim non nisi urbibus locis habitatis plerumque adjacent. Philostratus in Vita Apollonii reddit aliam rationem, quod rixæ, pugnæ, cædes ex ebrietate orirentur.

(Ibid.) *Vigesimum librum. Viginti libros.* Al., Fre., sed utrumque potest defendi.

(Ibid.) *His temporibus scribit.* Quamvis vulgati et omnes mss., item Fre., Mar., et alii, habeant *hujus temporis*, præter Fa., in quo *his temporibus*, maluimus hunc unicum sequi, quia norunt omnes qui versati sunt in lectione librorum Josephi, ipsum nil perstringere de temporibus Domitiani, immo, lib. xx cap. ultimo, profitetur se deduxisse libros suos, tantum usque ad an. 19 imperii Neronis. Vetus hic error Freculphum et alios in eum casum impulit, ut assereret Josephum scripsisse viginti libros Antiquitatum, a mundi exordio usque ad an. 12 Domitiani. Porro hic concurrunt libri unanimiter, ut indicent hæc ad annum 12 Domitiani disponenda. Sic enim Peta., Pi., Vi., O., Lo., Fux., Fa., Mar. et editiones, quibus favet Fre., quamvis ex iis quæ habet Josephus ad calcem dicti libri xx, videantur potius revocanda ad an. 13. Sic enim is : *Et si Divinitas concesserit, per discursum quidem commemorabo rursus et causas belli, et eorum quæ ad præsentem pertinent* diem, *quæ est tertii decimi quidem anni Domitiani Cæsaris principatus.*

(Ibid.) *Domitianus multos nobilium*, etc. Retinent ista nonnulli codices adhuc sub an. 12 Domitiani, ut Pi.; alii tamen circa an. 9, ut Mar.; alii transmisere ad an. 13, ut Vi., O., Lo., Fux., Fa., Peta., Contract. et excusi : Eutrop. idipsum subindicat cum ait : Domitianus *consobrinos suos interfecit.*

(Ibid.) *Secundus post Neronem*, etc. Hanc persecutionem Pi. assignat anno 12 Domitiani ; Vi., O., Lo., Mar., an. 13 ; Fux., Fa., Peta. et cusi, an. 14, a quibus non est recedendum, quia firmantur auctoritate Hieronymi lib. de Scriptor. Eccles. : *Quarto decimo anno secundam post Neronem, persecutionem movente Domitiano, Joannes in Pathmos insulam relegatus scripsit Apocalypsim.*

(Ibid.) *Quam Irenæus interpretatur.* His inseruntur in L., A., P., Vi., sequentia : *Secunda persecutio a Domitiano.*

(Ibid.) *Domitianus rursum philosophos.* Rursus ejectos philosophos Pi., Vi., O., et Vincen. tom. IV,

demonstrant an. 15 Domitiani; Fux. et Mar. 14; Lo., Fa., Peta., cum impressis, an. 15.

(601.) *Per edictum*. Deest in L., Pi.

(Ibid.) *Apollonius Tyaneus*. Pro *Tyaneus* habes in Vi., O., Pi., Lo., Fux., Fa., *Tianæus*; in Peta., Mar., *Thyanæus*, sicut etiam apud Vopiscum in Aurelian., Suidam, et Hieron. epist. 31, et in psalm. LXXXII; *Thyaneus* apud Cassiodorum, sine diphthongo. Nostra scriptura est auctoris adversus Hieroclem passim, Xiphilini, in quibus Τυανεὺς. Nicephori Callisti, et aliorum mss et auctorum. Constat autem sortitum eam appellationem a sua civitate Tyana (ut scribunt Plinius, Strabo, Ammianus et alii), seu *Thyana* (ut scribit Vopiscus et alii) in Cappadocia, de qua Plinius, Strabo, vetus Itinerarium a Burdigala usque Jerusalem, Arrianus et alii. Hoc autem nomine ab aliis distinguitur, quia eo tempore plures erant Apollonii. Gentiles vero *hunc pro numine frequentabant*, ut loquitur Vopiscus, ejusque præstigias opponebant veris Christi miraculis; ipsius vitam describit Philostratus. Cæterum Apollonium celebrem fuisse indicant an. 14 Domitiani Pi., Vi., O., Fux.; an. 15 Lo., Fa. et excusi; anno 16 Peta., et tres mss. Fab., ut etiam Cassiodorus.

(603). *Domitianus*, etc., *Judæorum regni reliquus foret*. Gratior lectio quam impressa, *Judæorum regno reliquus*, idque ex fide A., Fux., Au., M., V., Lo., O., Vi, Pi., Va., P., Vat., Fa., Mar. Observandum præterea aggregari ista ad an. 14 Domitiani in Pi., Vi., O., Fux.; at apud Mar. ad an. 15; in Lo., Fa., Peta. et impressis, ad an. 16. Istis magis favet auctor lib. III Histor. cap. 15, dum ex Hegesippo indicat hæc contigisse ultimis annis Domitiani, et *postquam paululum repressa est, seu destitit persecutio contra Christianos*, atque occasione famæ antiquæ ex genere David nasciturum regem, qui cunctis gentibus imperaret.

(Ibid.) *Scribit Brutius plurimos*, etc. In hac periodo libros habemus dissentientes in anno, licet conveniant in re; cum alii anno 14 Domitiani annumerent, ut Pi., O., Vi., Fux.; alii an. 15, ut Mar.; alii an. 16, ut Lo., Fa., Peta. et impressi. Eusebius, lib. V Histor. cap. 14, hoc exsilium Domitillæ refert in an. 15 Domitiani.

(Ibid.) *Brutius*. Laudo magnopere summum judicium pii et magni illius Baronii, ut legendum sit *Eratius*, quem laudat Plin. lib. I, epist. 16, lib. II, epist. 9; vel *Brutianus*, cujus meminit idem Plinius lib. II, epist. 22. Nam, ut optime ille, de *Brutio* nulla est mentio apud antiquos. Nihilominus quia conveniunt omnes libri, Mar. et Fre., cum vulgata lectione, nil muto.

(Ibid.) *Flaviam Domitillam Flavii Clementis consulis*, etc. Restituo *Domitillam* pro *Domicillam*, ex Lo., Lod., Vi., O., Pi., Fa., Fre., et ex Martyrologio tam Romano die 7 Maii, quam Bedæ et aliorum; et ex ipso Eusebio lib. III Histor. cap. 14, vel (secundum varias editiones) cap. 19, ubi in versione Musculi legitur solum *Flavia*. At in Græco codice, καὶ Φλαβίαν Δομετίλλαν ἱστορήσαντες, et sic reddit Christophorson., *Flaviam Domitillam*; cui consonant Suetonius et Xiphilinus in Domitia. Anastasius Bibliothec. scribit *Domicilla*, Albertus et etiam Trebellius Pollio. Similis error irrepserat in Victoris Epitomen in matre Titi, cujus nomen *Domitilla*, et quæ erat ejusdem familiæ.

(Ibid.) *In insulam Pontiam*. Olim, ut etiam in Fre., Adone, Mar. et Alberto, legebatur, *in insulam Pontianam*; sed secuti sumus L., M., quatuor Vatic., Lo., Vi., Pi., O., Fa., et ipsum Euseb. lib. III Historiæ cap. 14, seu (secundum varias versiones) 19; sic enim ipse: εἰς νῆσον Ποντίαν κατὰ τιμωρίαν δεδόσθαι; et Adonem in Chronic., Martyrologium Roman. ad diem 7 Maii, et Hieronym. epist. 27: *Delata* (de Paula loquens) *ad insulam Pontiam, quam clarissimæ quondam feminæ sub Domitiano principe pro confessione nominis Christiani*, etc., *Flaviæ Domitillæ nobi*-

A *litavit exsilium*. Dio, seu Xiphilinus, ait fuisse relegatam in *Pandatariam*. Ἡ δὲ, inquit, Δομιτίλλα ὑπερωρίσθη μόνον εἰς Πανδατέριαν; in quam pariter ipse Dio scribit Juliam ab Augusto patre fuisse amandatam, sicut Suetonius in Tiberio narrat Agrippinam, et in Caligula ait ejusdem cineres inde elatos, ut e Pontia insula ossa fratris. Ex quibus constat illas duas insulas exsulibus recipiendis destinatas fuisse. Sed hanc contrarietatem facile conciliabis, si dixeris duas fuisse Domitillas, quarum altera *in Pontiam*, altera *in Pandatariam* fuerit relegata, sicut erudite accuratissimus Baronius in Martyrologium, vel si mavis jure vicinitatis unam pro altera accipi *Pandatariam* pro *Pontia*, vel econtra. Strabo enim, lib. II, inter insulas Tyrrheni maris utramque nominat; a quo non multum differt Plinius lib. VI cap. 5, et Varro lib. III de Re rustica: *hoc ita fieri apparet in insulis propinquis Pontiæ, Palmariæ. Pandeteriæ*. Cum autem fuerint iisdem temporibus plures hujus

B nominis, *Clemens*, is videtur esse qui fuit collega Domitiani in consulatu IX, circa an. 10 ejus imperii.

(Ibid.) *Testata est*. *Testata sit* Al., Lo., Vi., Pi., Fa., Fux., Peta., sed non est tanti momenti.

(Ibid.) *Multa signa*, etc. Evocantur ista in Pi. et Fux. ad an. 14 Domitiani; in Vi., O., Mar., ad an. 15; in Lo., Fa., Peta. et editionibus, ad an. 16.

(Ibid.) *Domitianus occisus*, etc. Licet varient codices: alii enim mortem Domitiani ad 14 annum imperii illius conferunt, ut Pi., Fux.; alii ad an. 15, ut Mar.; alii ad an. 16, ut Lo., Fa., Peta., Contractus et impressi. Necessarium tamen est hos duces sequi, cum ad annum 16 illius producatur imperium.

(Ibid.) *Per Vespillones ignobiliter*. *Per Vispillonem sic nobiliter* Lo.; *per Vespertiliones ignobiliter* Vi., O.; *per Vispiliones ignobiliter* Fa., Mar.; *per Vispillones ignobiliter* Peta.; *per Vespeliones ignobiliter* Vincent. tom. I; *Vespiliones* Ado; sed ubique mendum in voce *Vespillones*, ut in Lo. in his *sic nobiliter*, sicut videre licet ex Eutropio libro VII, a quo hæc mutua-

C tus auctor videtur.

(Ibid.) *Exportatus*. Hæc scriptio potius recipienda quam antiqua *asportatus*, juxta codices Lo., L., A., M., P., Pi., O., Vi., Peta., et tres Vatic.; sic etiam habet Eutropius lib. VII, et Ado.

(Ibid.) *Anno ætatis* 35. Prius in editis, et Idac., erat *anno ætatis* 36; in Fux. *anno ætatis* 45; sed maluimus sequi Al., Au., O., Vi., Pi., Peta., M., P., septem Vatican., Lo., Contract., Mar., quibus est conformis Cassiodorus: Dio tamen apud Xiphilinum scribit Domitianum vixisse an. 44, mens. 10, dieb. 26, cui assentiuntur Eutropius, Sueton. et Aurelius Victor; aiuntque interfectum *an. ætatis suæ* 45.

(Ibid.) *Clypeique et imagines ejus*, etc., usque *conculcatæ*. Hæc omnia desiderantur in L., A., Au., M., Vi., O., Lo., Lod., Fux., P., Pi., Sa., Fa., Peta., sex Vatic. et trib. mss. Fab., Mar.: tamen reliquimus, non quod credamus esse auctoris, sed quia eadem Sueton. in Domitiano, *Senatus adeo lætatus*

D *est, ut*, etc., *scalas etiam inferri, clypeosque et imagines ejus coram detrahi, et ibidem solo affigi juberet, novissime eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam decerneret*. Sed et Euseb. lib. III Hist. cap. 21. *Cum autem*, inquit, *post Domitianum, qui annis quindecim imperavit, Nerva in imperio successisset, honores Domitiano exhibitos dejici, et ad propria reverti*, etc. Quibus respondent ad verbum Græca, μετὰ δὲ τὸν Δομετιανὸν πεντεκαίδεκα ἔτεσιν ἐπικρατήσαντα Νερούα τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένου καθαιρεθῆναι μὲν τὰς Δομετιανοῦ τιμὰς, etc. Idem fere testatur et Macrobius lib. I cap. 12. Porro quod vox *clypeus* scribenda sit per *y*, et quam vana sit veterum grammaticorum contentio, dum per vocem *clipeus* significari volunt *scutum*, per *clypeum* vero, vel *clupeum* imaginem appictam scuto, consule Plinium lib. XXXV cap. 3.

(Ibid.) *Cerdo*. *Cerdon* Peta., Fux. Omnes autem codices, ut etiam Mar., enumerant hunc paragra-

phum ad an. 1 Nervæ, nec immerito, ut ex annis 13 antecessoris Abilii constat, qui incipiunt a 4 Domitiani finiente, et desinunt in an. 1 vertentem Nervæ. Eusebius tamen lib. III Historiæ cap. 21 (juxta version. Musculi) quam scripsit post Chronicon, mutavit sententiam, dum vult Evaristum sedisse an. 13, et initium episcopatus Cerdonis opponi anno 1 Trajani, quod ad ejus imitationem facit Contractus.

(603.) *Senatus decrevit*, etc. Coeunt omnes libri, ut ad annum 1 Nervæ hæc notentur, ut O., Vi., Lo., Fux., Fa., Peta., Mar. et impressi, præter Pi., ubi fuit omissa nota numeralis.

(Ibid.) *Itaque multi*. *Atque ita multi* L., Au., Pi.

(Ibid.) *Secessisse, in qua urbe.* Sic melius legitur quam olim, *secessisse qua urbe*, monitu codicum A., L., Au., V., P., Pi., Vi., Lo., Mar., Peta.

(Ibid.) *Justus a Tiberiade*, etc. Assignantur ista anno 16 Domitiani, in Pi., et anno 2 Nervæ, in Vi., O., Mar. At demum anno 1 in Lo., Fux., Fa., Peta. et impressis.

(Ibid.) *Nerva morbo*, etc. Qui Nervam imperasse volunt annis duobus, anno 2 Nervæ opponunt, ut Vi., O., Mar., qui unum tantum, ut Lo., Fux., Fa., Peta., Contract., anno 1. In Pi. cum notam prætermittat, an. 16 Domitiani dicenda sunt respondere.

(Ibid.) *Trajanus Agrippinæ*, etc. Pi. annotat hæc circa 1 Trajani; Vi., O., Mar., circa 2; reliqui, ut Peta., Fux., Lo., Fa., et cusi, circa 1 Nervæ. Porro pro *Agrippina, apud Agrippam* legit Vincen. tom. IV.

(Ibid.) *Mensibus* 6. *Mensibus* 7, L., O., Vi., Pi. Clemens lib. I Stromat., Cassiodor., Albertus, Ado, et Contractus, et, quod præcipuum est, auctor, lib. IV Hist. c. 3, legunt *mens*. 6, *dies* 15.

(Ibid.) *Inter deos*. *In deos* L., A., Au., Lo., Lod., Mar., O., Vi., Pi., sicut etiam dicetur postea de Trajano. Sed utrumque dicitur et ab auctore, et ab aliis scriptoribus, ut Vincen. tom. IV. Item librorum decreto redactum est hoc senatus decretum ad. an. 1 Trajani, ut Peta., Fux., Lo., Fa., Mar. et impressorum: ab his dissident O., Vi., Pi., qui an. 2 opposuere.

(Ibid.) *Joannem Apostolum*, etc. Ad quem annum Trajani venerit, non ita clare exemplaria, cum alia ad an. 2 Trajani, ut Fux., Fa., Contract. et editiones; alia ad an. 3, ut Peta., O., Vi., Lo., alia ad an. 4, ut Pi., L.; Albertus ad an. 1. Nil vetuit ab editis discedere; immo firmantur auctoritate Hieronymi lib. de Scriptor. Eccles., dum tradit Joannem defunctum Ephesi an. 68 a passione Christi, quem vides in hunc 2 ann. Trajani incidere.

(605.) *Papias Hieropolitanus*. *Jeropolitanus* Peta.; *Hieropolitanus* Vincen.; *Jerosolymitanus* O., Vi.; ac Albertus, *apud Hierusalem*. Sed male, ut licet colligere ex aliis Eusebii locis, ut lib. II Hist. c. 15, seu, ut in exemplari Græco c. 14: Συνεπιμαρτυρεῖ δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος ὀνόματι Παπίας l. III c. 35: Παπίας τῆς ἐν Ἱεροπόλει παροικίας καὶ αὐτὸς ἐπίσκοπος; ubi castigabis mendum interpretis, qui vertit *Hierosolymitanæ parœciæ episcopus*. An autem scribendum *Hieropolis*, vel *Hierapolis*, pete ea, quæ supra diximus.

(Ibid.) *Evaristus*, etc. Hæc cum antea sita essent circa ann. 2 Trajani, sicuti habent Peta., O., Vi., Fux., Lo., Fa., Mar., vel circa 4, ut est apud Contract. et Albertum, in hunc locum a nobis sunt transposita, hoc est, in annum 3 Trajani, ducibus L., Pi., et Eusebio ipso l. III Hist. c. 28, ubi: *Cum jam Trajanus imperator triennio imperasset*, *Clemens Evaristo ministerium tradidit*: cui succenturiantur Hieronymus lib. de Scriptor. Eccles. et Nicephorus, l. II c. 18, et Liber Pontificalis Damaso adscriptus; quæ demum unica hac ratione concluduntur, quia hoc pacto omnia belle inter se conveniunt, ubi novem anni, qui Clementi antecessori assignantur, suum spatium retinent, et in ann. 3 Trajani desinunt. Situs tamen antiquus potest defendi, si dicas hæc et similia, quæ pertinent ad initium sedis pontificum, collocari non in anno, quo sedere cœperunt, sed in anno superiore, sicut supra notavimus.

(Ibid.) *Trajanus de Dacis et Scythis triumphat*. Referunt hunc triumphum ad an. 7 Trajani Vi., Pi., O.; alii ad an. 4, ut Peta., Fux., Lo., Fa., Mar., Contract. et vulgares, quos tuentur Fasti Goltzii, Cassiodorus et antiqua inscriptio, quam profert Onuphrius in Comment. in Fastos, et post eum Gruterus in Inscriptionibus p. 246: *Imp. Cæsar. D. Nerva*, *F. Nerva Trajanus*, *Augustus*, *Germanicus*, *Pontifex maximus*, *trib. pot.* IV, *cos.* IV, *victo Decebalo: item Dacicus*. Juvant etiam Xiphilinus, et Plinius in Panegyrico, ex quibus constat Trajanum sese Romam contulisse an. 2 sui imperii, quarto vero anno expeditionem suscepisse in Decebalum regem Dacorum.

(Ibid.) *Trajanus victo rege Decebalo Daciam fecit provinciam*. Ista, quasi diversis annis gesta sint, collocant libri. Nam Lo. ad ann. 4 Trajani reponit; Peta., Fux., Fa., Mar., ad ann. 5, quibus adjungendi sunt editi, et Cassiodorus. At Vi., O., Pi., ad an. 7. Cujus quidem rei meminit Eutropius, Suetonius, et Dio Nicæus, quamvis annum non observent, nisi quod Dio videatur in sequentes annos rejicere.

(Ibid.) *Rege Decebalo*. Rectius videbatur *Decibalo*, juxta Peta., Fux., Fa., Pi., Vi., O., Lo., sicut etiam habent Sextus Ruffus, Aurelius Victor. lib. de Cæsarib., Plin. l. X Epist., Eutropius l. VIII, et ejus metaphrastes Pæanius: immo hic cum duplici *l*. Tamen quia apud Xiphilinum scribitur *Decebalus*, et ita alii libri et antiquæ inscriptiones, ut constat apud Gruterum p. 73 et 103, ideo nihil mutavimus. Nam permutatio *e* in *i* est frequens apud veteres.

(Ibid.) *Sauromatas*. *Sarmatas* Fux., Vi., O., Mar.; *Sauramutas* Fa. Hæc nomina *Sarmata* et *Sauromata* sæpe communia sunt, tam Europæis, quam Asiaticis, et contra: immo, ut observat Plin., l. IV c. 12, illud tantum est discriminis, quod a Latinis *Sarmata*, a Græcis *Sauromata* appellentur. Nec dubito eosdem esse, quos superius appellavit *Sarmatas*, dum Tiberium Sarmatas imperio Romano adjecisse refert: numquid enim potuerunt postea rebellare Sarmatæ; ut sæpissime deinceps?

(Ibid.) *Osroenos*. Sic legendum esse, non ut antea *Asroenos*, ut in B., A., vel *Asraenos*, ut in Ba., docuerunt Pi., Lo., P., Fux. et tres mss. Fab., et ipse Euseb. l. II Hist. c. 1: πρὸς τὸν Ὀσροηνῶν βασιλέα; idem Cassiodorus, qui refert totam sententiam Eusebii: quibus valde consonant codices L., Vi., O., Va., ubi *Osroanos*; et A., Sa., ubi *Osroenos*; verumtamen in V. *Astronos*; in Peta. *Ostroenos*; apud Mar. *Croenos*; apud Cassiodorum *Hosdroenos*; apud Jornand. Lampridium, Eutropium, et Capitolinum *Osdroenos*, insita littera *d*; de qua vide doctum Casaubonum in Spartia, p. 59. Nec video cur Glareanus velit legendum *Heniochos* apud Eutropium. De *Osroenis* autem mentionem fecerunt Dio l. XL, Xiphilinus e Dione in Antonino, et Herodianus sæpe, sed potissimum l. III et VI de Osroenis, Notitia imperii, et auctor notarum marginalium in B., H., So. Sichardus autem, aut quisquis alius sit, existimavit legendum *Agarenos*; sed quo judicio non video. Nam quod hoc refert ex Dione, puto eum hallucinatum, cum nil tale apud illum reperiatur, immo *Adiabenos*; contra Loaisa in Chron. Isidori censet legendum *Adiabenos*, quia Dio apud Xiphilinum ait Trajanum subegisse totam *Adiabenem*, regionem; sed cum auctoritas et consensus tot exemplarium id non patiatur, nil temere est immutandum.

(Ibid.) *Occupavit*, *et tenuit*, *in mari Rubro classem instituit*, *ut per eam Indiæ fines vastaret*. Sic restituimus ex sex Vatic., Pi., P., O., Vi., Fa., L., Lo., A., Peta., Mar., et ex Martino Polono, Sexto Ruffo, Cassiodoro, et Eutropio l. VIII. Nam in his duobus eadem verba leguntur, et in primo sunt non multum

diversa, pro, ut olim, *occupavit, et tenuit in mari Rubro classem*, *etiam instituit*, *ut per eam Indiæ fines vastarentur;* vel, ut in V., *occupavit et tenuit in mari Rubro classem etiam instituit.* Dio in Trajano hæc pluribus describit.

(605.) *Romæ aurea domus.* Domui huic sedem assignant editi quidem ad ann. 6 Trajani; at Peta., Fux., Lo., Fa., et tres mss. Fab., ad ann. 7; Contract. ad an. 8; Vi., O., Pi., ad an. 9.

(Ibid.) *Terræmotu quatuor urbes*, etc. Hunc terræmotum vulgares cum an. 7 Trajani componunt; Peta., Fux., Lo., Fa., Contra., et tres mss. Fab., cum an. 6; Vi., O., Pi., cum an. 9. Nil certi ex aliis scriptoribus potest colligi, cum nullus horum meminerit.

(Ibid.) *Mirrhina. Myrina* Pi., Peta.; *Mirena* Lo., Fa.; *Smirna* Vi., O.; *Eleamyrina* Mar. Sed de hoc supra ad olymp. 199. Nec mireris quod eadem urbs dicatur bis concussa terræmotu intra centum fere annos. Nam hoc alias non semel contigisse legimus. Ne quid tamen absurdum suspiceris, observandum duas hujus nominis urbes reperiri, alteram in Asia, alteram in Europa circa Atticam regionem, sic dictam, teste Rhodigino, l. XII c. 19, a *Myrthorum*, *quas Myrrhinas dicunt frequentia;* et hæc quidem, quæ hic habetur, Asiæ, quæ alibi vero Europæ est tribuenda.

(Ibid.) *Pytana. Pitana* Lo.; *Pitama* Vi., O.; *Pythana* Fux.; *Pitana* Mar.; *Pitane* Pi., Fa., Al., quibus annumerantur Ptolemæus, Vitruv. l. II c. 3; Strabo, l. XIII, Πιτανήν, licet interpres reddat *Pitana;* Ovid. l. VII Metamorph.:

Æoliam Pitanen a læva parte reliquit.

(Ibid.) *Cyma. Cyme* Pi., Fa., Al.; *Cuna* Mar.; *Ecyma* Lo.; de hoc supra. *E* illud mutuatitium est, sumptumque ex *a* præcedentis vocabuli, facta diphthongi divisione, ut sæpius alias, in duas litteras, ita ut pro *Pytanæ Cyma* factum fuerit *Pitana Ecyma.*

(Ibid.) *Opuntiorum.* In Vi., O., *Opontiorum;* in Fux. *Opymiorum;* in Lo. *Opyntiorum;* in Peta. *Opynthiorum;* deest apud Mar. Communis scriptura est retinenda, cum aliæ voces nulli populo possint accommodari cujus sit memoria apud veteres. *Opuntii* autem sunt populi qui inter tria genera Locrorum numerantur apud Stephanum, Ptolomæum, Strabonem, l. IX, et alios. Alii occidui Ozelæ, alii in duas partes dividuntur, quorum alii Opuntii, alii Epicnemidii.

(Ibid.) *Oritorum.* Præ se ferebat nescio quid concinnius Fa., in cum *Oricorum;* unde et in illius partes propendebam, quo *Oricum* urbs sit Epiri. Nihilominus tamen potior visa est vulgatorum lectio, quia Oriti, seu Oritani sunt populi Græciæ circa Opuntios apud Livium l. XXVIII, quos Polyb., l. XI, vocat Ὀρουντάς. Adde quod alii libri, et Fre., ac Mar., eam tuentur, nisi quod in Peta. et Fux. legatur *Oritorium;* sed mendum seipsum satis prodit.

(607.) *Alexandrinæ ecclesiæ*, etc., *nomine Primus.* Hunc *Primum* ecclesiæ Alexandrinæ curam suscepisse libri omnes indicant ad an. 9 Trajani; Mar. ad an. 8; Contractus ad an. 13. Verum cogimur ab illis facere discessionem, et collocare ad an. 11, eo quod auctor ipse, l. IV Histor. cap. 1, scribat Cerdonem vita functum non duodecimo, sed circiter annum duodecimum Trajani, ἀμφὶ τὸ δωδέκατον τῆς Τραϊανοῦ βασιλείας ἔτος, etc., eique tunc subrogatum istum *Primum.* Porro in A., L., Pi., Fux., est ad latus horum interjectum, *Tertia persecutio ab Hadriano.*

(Ibid.) *Trajano adversus Christianos persecutionem*, etc. Computantur hæc ad an. 10 Trajani, in omnibus libris, præter Mar., ubi ad an. 9, et Albert., apud quem ad an. 11. Nec video cur illis non sit inhærendum, cum firmentur his quæ tradit auctor l. III Hist. c. 26, ex Hegesippo de hac persecutione Trajani, et martyrio hujus Simonis in illa, circa suæ ætatis ann. 320, et ante an. 12 Trajani. Plin. junior

A l. x, epist. 97, quam scribit eodem anno quo suscepit administrationem Bithyniæ, qui subsecutus est ejus consulatum, quem iniit an. 4 Trajani, dum loquitur de ipsa persecutione, eam indicat antiquiorem quam ferat calculus Eusebii.

(Ibid.) *Simon. Symon* O., Vi., Fux., Fa., Lo., sicuti apud Eusebium l. III Hist. c. 16, 26 et 29; Συμέων et Niceph. l. III c. 9, atque Menologium Græc.; *Simeon* Vincen. Verum cum hic sit ille, qui dicitur Matth. XIII et Marc. VI *frater Domini*, et ibidem vocetur Συμέων, *Simon*, nihil est quare mutemus orthographiam, maxime cum auctor, circa olymp. 210, testetur eumdem utroque nomine nuncupari et *Simeon* et *Simon.*

(Ibid.) *Ignatius quoque*, etc. Evocant hæc ad ann. 10 Trajani Peta., Vi., O., Fa., Pi.; ad an. 11 Fux., Lo., Contract. et impressi.

(Ibid.) *Eron. Heros* L. et Albertus; in margine So. *Aeron;* in M. *Orou;* P., Mar., et Contract. *Iheron;*
B Vi., O., *Hero;* Lo., Fa. *Heron;* Peta., Fux., Nicephorus Constantinopol. *Heron;* Eusebius, l. III c. 36, et Nicephorus, l. III cap. 2, *Heros.*

(Ibid.) *Plinius Secundus cum quamdam*, etc. Hoc item O. Vi., P., ad an. 10 Trajani retinent; Peta., Fux., Lo., Fa., Mar., Contract. et excusi, ad an. 11, quem situm confirmat Eusebius, l. III Hist. c. 27, dum refert epistolam Plinii ipsius paulo ante an. 12 Trajani, quamvis ipsi adversetur ipsa epist. 97, l. x, dum scripta indicatur eodem anno, quo ipse Plinius suscepit administrandam provinciam Bithyniæ, qui accidit an. 5 Trajani, seu anno insequente consulatum ipsius Plinii, ut significat ejus epist. 28 l. x.

(Ibid.) *In magistratu suo.* Deest *suo* in L., A., Pi.

(Ibid.) *Christo ut Deo.* Sic, pro *Christo Deo*, ex Pi., L., A., P., V., Peta., Mar., et trib. mss. Fab. Nam et apud ipsum Plin., l. x epist. 97, ex quo loco ista sunt deprompta, et apud Tertullianum, quem citat Eusebius hoc loco, ista legimus: *carmenque Christo quasi Deo, dicere Christianos secum invicem.*
C Eusebius, l. III Hist. c. 33, καὶ τὸν Χριστὸν Θεοῦ δίκην ὑμνεῖν, et Nicephorus, l. III cap. 17, dum referunt eadem ex ipso Tertulliano, habent θεοῦδίκην, quod Musculus et Langius transtulerunt, *tanquam Deum*, seu, *ut Deo*, sive *in morem Dei*, ita ut mirer Pamelium legisse, *et Deo*, cum illa non ignoraret.

(Ibid.) *Ad confœderandam disciplinam.* Vera lectio monitu codicum L., O., Vi., Lo., Lod., A., Pi., M., Sa., et trium mss. Fab., V., P., Al.; non, ut impres., *ad conferendam disciplinam;* vel apud Mar., *ad considerandam disciplinam:* et confirmatur verbis tum Plin., qui dicto l. x, epist. 97, addit, *seque sacramento non in scelus aliquod obstringere*, *sed ne furta*, etc., tum ipsius Tertulliani Apol. c. 2, juxta correctionem Pamelii, ex mss. codicibus, tam Tertulliani, quam etiam Chronici Eusebii.

(Ibid.) *Hoc genus inquirendum non esse.* Accommodatius ex Lo., Fa., Mar., quam olim, *Hoc genus inquirendos non esse;* sic enim habetur apud eumdem
D Tertullianum, ex quo hæc depromit auctor, ut testatur et hic et in Historia. Non tamen inficior veterem lectionem posse tolerari. Idem quoque apud Eusebium, l. III Hist. c. 33, ex versione Christophor. habetur.

(Ibid.) *Alexander*, etc. Connumerantur cum iis quæ ad an. 11 Trajani spectant in vulgatis, Peta., Fux., Lo., Fa.: cum iis vero quæ ad an. 12, apud Contract.; at cum iis quæ ad an. 13 in Vi., O., Pi. Sed rectius Contract. Nam Eusebius, l. IV c. 1, et Niceph., l. III c. 25, aiunt hunc Alexandrum episcopatum suscepisse illo an. 12 Trajani; unde suspicor, quod semel dictum sit, vulgatos et nonnullos mss. dum hæc constituunt ad an. 11, non tam habere rationem illius anni quam subsequentis: ita ut hic paragraphus et alii, in quibus fit mentio initii pontificum, tam Romanorum quam aliorum, non semper pertineant ad eum annum quo collocantur, sed ad insequentem, sicut observatur in imperato-

ribus; v. gr., istud, *Rom. II Trajanus regnavit*, etc., est situm ad an. 1 Nervæ; sed si quis diceret illum an. 1 Nervæ computari pro an. 1 Trajani, statim argueretur ex ipsa serie annorum imperii Trajani.

(607.) *Plinius Secundus Novocomensis*, etc. Parum refert quo anno hæc assignentur, utrum anno 14 Trajani, ut in Vi., Pi., O.; vel an. 11, ut in Mar. et Contract.; vel an. 12, ut in Peta., Fux., Lo., Fa. et impressis: agitur enim de tempore et non de anno.

(Ibid.) *Periit, dum invisit Vesuvium*. Desiderantur in A., M., P., Fa., Peta., Fux., quinque Vatic. et trib. mss. Fab., Cassiodoro, Beda, Fre. et Mar., qui cætera ad verbum referunt. Nec dubium quia sit densissimus error vel librarii, cum forsan olim legeretur, *nepos illius qui periit, dum inv. Vesu.*, vel alicujus scioli, qui confundens nepotem cum avunculo (sicut etiam facit Vincen. tom. IV) retulit ad hunc C. Plinium secundum juniorem et Novocomensem id quod est proprium Plinii secundi senioris et Veronensis; qui scripsit 23 libros naturalis Historiæ, quique obiit an. 1 Titi in monte Vesuvio, sicut hic ipse junior (qui est alterius nepos ex sorore, et qui vixit usque ad tempora Antonini Pii) de quo hic fit mentio, testatur ut oculatus testis, l. 6 epist. 16, dum scribit avunculum cum *incendii Vesuvii causas propius investigaret, crassiore caligine spiritu obstructo clausoque stomacho, statim concidisse*. Unde hæc penitus exploderam; sed nescio quo fato in eumdem veteris errorem editionis hæc nostra recens impegerit, reclamante me.

(Ibid.) *Vesuvium*. *Vesonium* V., Lo.; *Desvium* vocat Vincen., sed de hoc supra.

(Ibid.) *Tres Galatiæ civitates*, etc. Terræmotum imitantur librorum agitationes. Fa. et impressi indicant hoc evenisse an. 12 Trajani; Peta., Fux., Lo., an. 13; Vi., Pi., O., an. 14. Nullus veterum horum meminit.

(609.) *Pantheon Romæ*, etc. Composuere hæc ad an. 13 Trajani Peta., Fux., Lo., Fa. et vulgati; ad an. 15 Pi., Vi., O.; ad an. 12 Mar. Ex aliis scriptoribus lis non potest dirimi, cum horum sit altum silentium apud omnes.

(Ibid.) *Post Justum Ecclesiæ*, etc. Coegit in sinum illum, qui an. 13 Trajani opponitur, codex Lo.; at in eum qui an. 14 Peta., Fux., Fa., adjunctis sibi excusis: et in eum demum qui an. 15 Vi., Pi., O.

(Ibid.) *Trajanus Armeniam*, etc. Lo., Fa., et editiones, an. 15, seu 1 olymp. 223, opposuere ista: sed dissentiunt Peta., V., O., Fux., Pi. et Contractus, qui an. 16. Cassiodorus refert ad eumdem, *coss. Nigro et Aproniano*, licet Onuphrius hos conferat in an. 1 olymp. 224. De his provinciis subactis vide Xiphilinum, Rufum, Eutrop., Orosium.

(Ibid.) *Terræmotus Antiochiam*, etc. In L., A., V., P., Vi., O., Vincen. *terræmotus in Antiochia*. Verum prior lectio reperitur apud Orosium, l. VII c. 12, Contractum et alios codices mss. Ad extremum omnes libri hæc ad 16 annum Trajani docent reponenda; Vincent. et Contract. ad an. 17, sed varii sunt in olymp. Nam Pi., O., Vi., ad an. 4 olymp. 222; Peta., Lo., Fux., ad an. 1 olymp. 223; Fa. et vulgares ad an. 2 olymp. 223. Suetonius et Xiphilinus testantur consulem Pedonem obrutum illo terræmotu; cujus consulatum licet Fasti Onuphriani copulent cum an. 18 Trajani, et 3 olymp. 223, ac Urb. 867, nihilominus non ita certa est, et constans olymp. collatio in Fastis cum annis imperatorum, ut ad mutationem faciendam adducamur: præsertim cum unius tantum anni olympiaci sit discrimen; et Cassiodorus constituat consulatum ipsius Pedonis an. 14 Trajani; atque ille annus Urb. 867 concurrat cum dicto an. 2 olymp. 223, si numeremus, juxta Varronem. ab an. 3 olymp. 6.

(Ibid.) *Judæi qui in Libya*, etc. Notantur hæc ad an. 16 Trajani in Vi., O., Pi.; ad an. 17 in Peta., Fux., Lo., Fa., Vincen. et impressis. Euseb. l. IV Hist. c. 1, et Nicephorus, l. III c. 22, docent hæc

A contigisse an. 18 Trajani, quos Contractus imitatur.

(Ibid.) *Apud Cyrenem*. Magis placuit hæc lectio monitu codicum Al., Vi., Pi., O., Lo., cui accedit *apud Sirenem* Peta., *Cyrenem* Mar. et Vinc., quam illa vulgata, *apud Syrenem* per *S*. Nostra confirmatur ex Xiphilino, Orosio, l. VII c. 12, Nicephor., l. III c. 22, Cedreno, Zonara, et ipso auctore l. IV Hist. c. 2.

(Ibid.) *Judæis Mesopotamiæ rebellantibus*, etc. *Mesopotamiam revelantibus* Fa. Ad hæc vix dici possit, quis situs hic debeatur, isne qui 17 anno Trajani notatur in Vi., O., Pi., an. 15; qui an. 18, ut in Peta., Fux., Fa. et excusis; an ille qui an. 19, ut in Vi., O. Ipse auctor tollit dissidium, dum, l. IV Hist. c. 2, tradit hoc ipsum contigisse an. 19 Trajani, et ipsum testatur Niceph. l. III c. 22.

(Ibid.) *Lysiæ Quieto*. Fœdatam orthographiam docet vir doctissimus Casaubonus in Spartianum pag. 27, et legendum *Lusio* pro *Lysiæ*: imprimis quod ita nominetur a Spartiano et Ammiano l. XXII,
B dum loquuntur de *Lusio* strenuissimo inter Trajani duces; præterea quod Georgius Monachus auctor Græcus, qui exstat in Bibliotheca regia, et codex clarissimi Petavii eamdem scripturam adhibeant; et licet Eusebius, l. IV Hist. c. 2, dum idem commemorat, habeat Λουκίῳ κοΐντῳ προσέταξεν (quæ non satis bene vertit Christophorsonus, *Q. Lucio in mandatis dedit*, neque Musculus, *Lucio Quincio præcepit*; at apud Nicephorum, l. III c. 22, *Lucio Quinto*); et licet etiam Xiphilinus, dum hoc ipsum recitat, habeat pariter Λούκιος, et idem apud librum ms. Mauritii imperatoris (ipso Casaubono teste) lib. IX de Circuitionibus nocturnis, tamen idem reponendum ubique monet Λούσιος, et præterea apud Eusebium Κυέτῳ (ut est apud Georgium illum) vice κοΐντῳ. Cæterum, ut commendamus mirifice ejus summum judicium, ita eum agnoscimus deceptum ab eo qui ei fidem fecerat ita haberi in codice Petavii. Nam is idem est codex quem beneficio ejusdem viri doctissimi et integerrimi penes nos habemus, quemque
C significamus hac nota *Peta.*, et apud quem certo comperies *Lysiæ Quieto*, sicuti etiam habent ipsi sequaces Eusebii, Marianus, Vincentius, Antoninus, Nicephorus, et alii ac omnes libri, præter unicum Al., in quo *Lusio*, cujus fidem faciunt variæ lectiones doctissimi And. Schotti; propterea nil in auctore mutavimus. Adde quod Act. XXIII, et alibi sæpe, lego nomen Lysiæ Græcum origine cum Claudio Romano.

(Ibid.) *Salaminam urbem*. Eversionem hanc observant contigisse libri, sed varie; cum Vi., O., Pi., circa 18 an. Trajani reposuerint; Mar. circa 17; Peta., Fux., Lo., Fa. et vulgares, circa 19.

(Ibid.) *Trajanus morbo*, etc. Quia hæc est ultima vitæ periodus Trajani, eosdem habet fines imperium, quos vita: hinc ergo quia 19 annus est ultimus, ideo ad eum conveniunt omnes ut mortem Trajani reponant, ut Peta., Vi., O., Fux., Pi., Lo., Fa., Mar., Contract.

D (Ibid.) *In Selinunte*. Receptius quam quod habent cum aliquot mss. vulgati *in Selenunti*; vel quod Vi., O., *in Seleunti*; vel quod Pi. *in Selenunte*. Sequor L. Zonaram tom. II ac Xiphilinum, quibus proxime Lo. accedit, ubi *Salinunte*. Meminerunt *Selinuntis*, Ciliciæ civitatis, quæ alio nomine dicta est Trajanopolis, Ptolemæus, Xiphilinus in Trajano, et alii. Hinc forsan dictus Apollo *Selinuntius*. Apud Strabonem lib. 10: ἐς Σελινοῦντα τῆς Κιλικίας ἐλθὼν ἣν δὴ καὶ Τραιανούπολιν καλοῦμεν ἐξαίφνης ἀπέψυξε. Hinc recensebis locum Mariani, qui habet apud *Seleuciam Bisauriæ*, mutatione facta pro *Selinunte*, et *Bisauriæ*, pro *Isauriæ*.

(611.) *Collata*. In L., Pi., P., Lo., *conlata*; in Vi., O., Vinc., *collecta*; in Mar. *collocata*; apud Cassiodor., *conlocata*. Eutrop., lib. VIII, retinet vulgatam, ubi eadem sententia iisdem verbis reperitur.

(Ibid.) *Solusque omnium intra urbem*. *Solusque omnium imperatorum intra urbem* Vi., O., Vincen.

Nec enim dubium est quin solos imperatores exclu-dat. Nam licet constet ex Cicer. pro Roscio, Servio in Virgil., et aliis, singulos in suis prædiis sepeliri solitos, postquam cautum fuit, teste eodem Cicerone, lib. II de Legibus, lege Pontificia, ut etiam lege 12 tabul., *in Urbe ne sepelito, neve urito* (unde portas Urbis non fuisse sacras, quod per illas cadavera exportarentur, auctor est Plutarchus problemat. 26, quo etiam spectat illud Ovid. lib. VIII Metamorph. :

Neque enim capiebant funera portæ,

et illud Ciceronis in V Tuscul. : *Est ad portas Agragianas magna frequentia sepulcrorum;* quibus accedunt *l. Mortuorum ff. de Relig. et sumpt. funer.*, *l. Prætor* § *D. Hadrianus*, ff. *de Sepulcr. violat.*, quæ quidem jura Leo imperator Novell. constitut. 53 funditus abrogavit); tamen certum est, quod ante illas leges quisque in ædibus suis sepeliebatur, teste Isidoro lib. XV Orig. cap. 8. Testatur etiam Cicero lib. II de Legib., illis legibus exemptos fuisse nonnumquam claros viros, quibus eorumque posteris jus datum est sepulcri intra Urbem, ut de Publicola videre licet apud Dionys. Halicarn. lib. V, et de Vestalibus apud Servium in lib. II Æneid. Porro non sunt audiendi qui damnant auctorem quasi sibi contrarium, cum paulo ante dixerit Augustum fuisse sepultum Romæ in campo Martio, quod etiam confirmat Suetonius cap. 111, et aliunde certum sit ex Plutarcho in Vita Pompeii, Dione lib. XXXIX, Juliam uxorem Pompeii et filiam Cæsaris sepultam fuisse in eodem campo Martio, sicut etiam Sylla, teste Appiano, lib. I, et aliis ; ipse quoque Julius Cæsar, ut aiunt Suetonius cap. 84, Dio lib. XLVII, Lactantius lib. I Institut. cap. 15. Nam quod campus Martius fuerit illo sæculo extra Urbem, satis constat ex Strabone lib. V, ubi facit ejus descriptionem, et ex eo quod, teste Cicerone et aliis, comitia sæpe fierent in campo Martio, comitia autem in Urbe habere non liceret. An vero esset locus communis extra Urbem ad sepulturam omnium destinatus, ut sunt nostra cœmeteria, non ita est certum. Hoc tamen discimus ex auctoritate Festi, Varronis, Horatii, et Acronis, fuisse Romæ extra portam Exquilinam locum publicum, in quem corpora vilium et damnatorum hominum projiciebantur, quem *Puticulos* vocabant, vel quod in morem puteorum excavatus esset, sicut solitum fuisse apud veteres notat Festus, vel quod inibi cadavera computrescerent. Fuisse etiam alia loca in suburbiis publice inopum funeribus destinata, quæ *culinæ* dicebantur, testatur Aggenus Urbicus in commentario in Julium Frontinum. Frequentius etiam in Flaminia, aut Latina via et anfractibus ipsarum viarum, fuisse gentilitia sepulcra Romanorum, docent Strabo lib. V, Martial. lib. VI, epigra. 28. et lib. XI, epigra. 14, Juven. satir. 1 et 5, Suet. in Domitiano.

(611.) *Intra urbem sepultus est.* Expunxi *et in foro*, quæ corrupte his inserta erant, cum antea legeretur, *intra Urbem et in foro sepultus est*, ut honorem debitum deferrem membranis illis Peta., L., M., A., P., Lod., Vi., O., Pi., Eutropio, Vincen. Antonin., quamvis in Lo. et V. desit tantum conjunctio *et*. Quis enim non videat ex superiori linea huc illa tria vocabula irrepsisse vitio exscriptoris?

(Ibid.) *Hadrianus.* Hanc rationem scribendi iniere priores editiones Ven. et Lut., immo et chirographi Fux., Peta., Pi., Lo. et tres mss. Fab., quæ magis probatur, quam ea quæ habetur in Basiliensibus, aut Sonniana, quæ non secus ac Vi., O., Fa., Mar., Contract., Albertus, Beda, Anton. et Vincen. aspirationem negligunt. Non inficiabor Aurelium Victorem et alios plerosque bonos auctores Latinos, præcipue vero Græcos, ut Zonaram, Cedrenum, Clementem, Socratem, Eusebium ipsum rejicere quoque aspirationis notam : unde in re minus alioquin gravi mutatio numquam a me suscepta fuisset, nisi ad priores illas editiones accederet auctoritas Ammiani, Cassiodori, Sexti Rufi, Fastorum, Hieronymi ubique, Orosii, Adonis, et inter Græcos etiam Nicephori, et, quod non levioris ponderis, judicium eruditissimi Casauboni ex fide lapidum et nummorum, ut videre licet apud Gruterum.

(Ibid.) *Hadrianus Italicæ in Hispania natus.* Quod vox *natus* desideretur in A., nescio quam belle, cum alioquin desit sensus integritas, et cum fuisse genere Hispanum, et in Hispania natum referant Dio, Spartianus, et alii : unde non levis macula irrepsit apud Mar. qui *natione Italum* vocat. Porro hæc sibi annus primus Hadriani vendicat in omnibus libris : Cassiodorus designat hæc sub coss. *Vero* et *Augure*, quos Onuphrius in Fastis copulat cum anno 1 olymp. 225.

(Ibid.) *Adrianus Alexandriam a Romanis subversam publicis instauravit expensis.* Vir eruditissimus conjicit hoc loco legendum *a Judæis*, pro *a Romanis*, quia nil hujusmodi reperitur apud alium auctorem : sed cum reclament omnes libri tam scripti quam editi, ut Lo., O., Fa., Fux., Vi., Pi., Peta., Vincen. et Mar., quis hanc inversionem susciplat? Ac ne instaurata frustra instauremus, omnes libri uno concursu anno 1 Hadriani hæc credidere, sicut etiam faciunt Cassiodorus et Contractus, qui eadem plane habent.

(Ibid.) *Hadrianus Trajani*, etc., *revocavit exercitus. Revocavit exercitum* Lo. et Fa. Vulgata lectio est Vincen., et Eutropii lib. VIII, ubi addit : *ac finem imperii esse voluit Euphratem;* quibus accedit Spartianus : *omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit exemplo* (*ut dicebat*) *Catonis*, *qui Macedonas liberos pronuntiavit*, *quia teneri non poterant ;* quibus etiam astipulatur August. lib. IV de Civit. cap. 29, additque Hadrianum *illas provincias concessisse imperio Persarum, sed non multo post fuisse receptas.* Nam etiam, teste Eutropio et aliis, Assyria est recuperata per Antoninum Pium, Mesopotamia per Galienum, Armenia per Diocletianum. Cæterum, ne quid sibi invicem invideant codices, reliquere omnes circa an. 1 Hadriani.

(Ibid.) *Contra Romanos rebellantes. Contra Romanos bellantes* Peta., Pi., L. Compositos hos motus Judæorum nescio utrum probaveris ad an. 1 Hadriani, ut demonstrant Peta. et Fux.; an vero ad annum 2, ut Vi., O., Lo., Fa., Pi., Mar., Contract. et impressi.

(Ibid.) *Senatus Trajanum in deos refert.* Unus est omnium codicum consensus annumeranda hæc esse anno 2 Hadriani : hos sequitur Contract.

(Ibid.) *Hadrianus eruditissimus*, etc. Ad annum 2 Hadriani contulerunt hæc omnes Peta., Vi., O., Fux., Lo., Fa., Pi. et excusi.

(Ibid.) *In puerorum amore. In puerorum amores.* L. A. M. Pi. V. Va. Vincen. tom. I; *in puerorum amorem* Vi., O., Vincen., tom. IV; ibidem tamen, lib. X cap. 90, idem nobiscum habet. Nam video hos tres passim valde sibi conformes.

(Ibid.) *Hadrianus reliqua*, etc. Complectuntur hæc codices una cum superioribus, et cum iis quæ ad an. 2 Hadriani, seu 2 olymp. 224 videntur referenda : sic Pi., Vi., O., Fux., Lo., Peta., Fa. et vulgati, quibus consentit Cassiod., et Xiphilinus e Dione id factum tradit, *ut primum Hadrianus Romam venit;* at vero Mar. ad an. 4.

(Ibid.) *Hadrianus reliqua tributorum urbibus relaxavit.* Accommodatius quam olim, *urbis relaxavit*, suadentibus L. et tribus mss. Fab., A., Pi., O., Vi., M., Peta., 3 Vatic., P., Fux., Mar., Vincen. et Cassiodoro, confirmante Spartiano ad colligendam gratiam nihil prætermittente : *Infinitam*, inquit, *pecuniam, quæ fisco debebatur, privatis debitoribus in Urbe et Italia, in provinciis etiam, ex reliquis ingentes summas remisit, syngraphis in foro D. Trajani, quo magis securitas omnibus roboretur, incensis;* similiter Cedreno : Οὗτος Ἀδριανὸς χρέων ὀφειλὰς τῶν ὑπ' αὐτῶν πόλεων καὶ πολιτῶν τῷ δημοσίῳ λόγῳ ἀνηκούσας ἀπέκοψε καύσας τὰς χάρτας, *Idem Hadrianus cum audivisset*

*rationes, quantum et urbes et cives ærario deberent, omnia ista debita jussis cremari chartis condonavit;* Dio apud Xiphilinum : *Quidquid fisco ærarioque debebatur remisit definito tempore annorum sedecim, ex quo id beneficium collatum esse voluit, urbes subditas blande tractavit, populum vero Romanum aspere magis.*

(613.) *Roma Eccles.*, etc., *Sixtus*. Desiderantur in L. et Pi.; in aliis vox *Sixtus* varie exhibetur. Editiones enim omnes habent *Syxtus*; Fux. *Sextus*; Vi. O. *Xistus*; Fa., Peta. et Beda *Xystus*; cui patrocinatur auctor lib. IV Hist. cap. 4, Ξυστός; sic etiam Hieronym. in Ezech. cap. XVIII, et lib. de Scriptor. ecclesiast. Tamen quia idem lib. adversus Pelagianos ad Ctesiphontem scribit *Sixtus*, eamque videtur assignare differentiam inter hunc pontificem et philosophum, de quo paulo ante circa olymp. 194, ut hic *Xistus*, pontifex *Sixtus* pingatur (sic enim is agens de Rufino : *Librum*, inquit, *Xisti Pythagorei hominis absque Christo et ethnici immutato nomine Sixti martyris et Romanæ Ecclesiæ episcopi prænotavit*; Epiphanius quoque hæres. 26, Augustinus epist. 16, et Albertus scribunt *Sixtus*); hos in tanta varietate maluimus imitari cum omnibus editionibus tam apud Eusebium duobus locis quam apud Prosperum, ut cum M., quatuor Vatic. et Mar., tum quia ratio hæc pingendi est receptior, tum quia video eam magis probari omnium eruditorum coryphæo Baronio. Onuphrius tamen et alii docti habent modo *Syxtus*, modo *Xystus*. Hic autem paragraphus deest in Pi.; et licet editi habeant ad an. 2 Hadriani, tamen L., Lo., Fux., O., Peta., Albertus, M., A., V. et 3 mss. Fab. collocant ad an. 3: quod confirmant Nicephor. lib. III cap. 25, et Euseb. lib. IV Hist. cap. 4, dum scribunt Sixtum successisse Alexandro an. 3 Hadriani. Propterea non dubitavimus istos vulgatis præferre.

(Ibid.) *Cheronæus. Cyreneus* Pi., L., Vi., O.; *Ceroneus* Lo.; *Cheroneus* Peta., Fux., Fa.; interpres Plutarchi *Chæronensis*, ut apud Spartianum; at Græce Χαιρώνως : quæ orthographia magis probatur Suidæ, Straboni et aliis, quam nostra vetus *Cheronæus* cum diphthongo in ultima.

(Ibid.) *Sextus et Agathobolus. Sextus Agathobolus* Pi., L., prætermissa copula, sicut etiam in Vi., O., in quibus *Syxtus Agatobolus*. Sed rectius vulgati, cum *Sextus* sit alter ab Agathobolo, scilicet nepos Plutarchi, et præceptor Antonini Veri, ut tradit Capitolinus : nec idem est cum eo cujus meminit Eusebius lib. V Hist. cap. 7, et qui erat Christianus, et florebat tempore Severi.

(Ibid.) *Oenomanus. Hinomaus* L.; *Hynomaus* Pi.

(Ibid.) *Alexandrina Ecclesia*, etc. Hic Justus juste disponitur ad an. 3 Hadriani, consentientibus omnibus libris, et hoc idem testante auctore lib. IV Hist. cap. 4, et Niceph. lib. III cap. 25.

(Ibid.) *Bellum contra Sauromatas*, etc. Commotum hoc fuisse bellum notant circa annum 3 Hadriani, O., Vi., Lo., Fa., Pi. et cusi; et circa 4, Peta., Fux., Mar., Contract.

(Ibid.) *Terræmotu facto Nicomedia*, etc. Rei credo celebritas celebriorem et certiorem annum reddit; nam omnes an. 4 Hadriani hæc tribuunt Pi., Vi., O., Lo., Fux., Fa., Peta., Mar., Contract. et vulgati, qui firmantur suffragio Cassiodori.

(Ibid.) *Nicenæ urbis plurima eversa sunt. Nicenæ urbes plurimæ eversæ sunt* in L., Mar., sed mendose.

(Ibid.) *Euphrates Stoicus philos. moritur*. Pro *moritur*, in Fux. *cognoscebatur*. Extremum hunc annum varie designant libri; alii enim dicunt incurrisse in annum 4 Hadriani, ut O., Vi., Fa., Pi. et impressi; alii in annum 5, ut Peta., Fux., Lo., Mar.; Xiphilinus ejus mortis meminit circa hos annos.

(Ibid.) *Hadrianus in Libyam*, etc. Ubi consulo libros, quo certi aliquid scisciter de situ restituendo, alii monent incidere in annum 4 Hadriani, ut Vi., O., Pi.; alii in an. 5, ut Lo., Fa., Mar., Contract. et impressi; alii in an. 6, ut Peta., Fux.

(Ibid.) *Hadrianus Atheniensibus*, etc. Hoc, inquiunt Vi., Pi., O., an. 5 Hadriani, seu 2 olymp. 225, factum est, quibus adjungendi vulgares; at Peta., Fux., Lo., Fa., Mar., Contract. an. 6, ut etiam Cassiodorus, dum tribuit sexto consulatui ab imperio Hadriani, et dum sub *Vero et Ambiguo*, quos Fasti Onuphriani describunt circa an. 2 olymp. 226. Vide Xiphilinum, Spartianum, et Nicephor. lib. III cap. 24.

(615.) *Cephisus fluvius*, etc. Pi. opponit an. 5 Hadriani; O., Vi., an. 6; Peta., Fux., Lo., Fa. et impressi, an. 7, sicut etiam Cassiodorus.

(Ibid.) *Ponte conjungens*. Ita corrigendum fuit juxta O., Vi., Pi., M., P., Al., L., Peta., A. et tres mss. Fab., cujus loco exstabat olim intolerabilis error, *sponte conjungens*; et utrumque deest in Fa. Ad nostram lectionem vergit Cassiodor. in Chronic. : *Juxta*, inquit, *Eleusinam civitatem in Cephiso fluvio Hadrianus pontem construit coss. Gallicano et Tatiano.*

(Ibid.) *Hyemem exegit*. Accommodatius ad uniuscujusque captum, quam, ut olim, *hyemen exigit*, ex Lo., Peta., O., Vi., Fux., Fa., Pi.

(Ibid.) *Hierosolymis X, post*, etc. Vendicat hæc sibi annus 7 Hadriani, in omnibus libris meis tam membranaceis quam excusis, quin et apud Contract., apud Mar. tamen an. 8.

(Ibid.) *Joses. Jeses* A.; *Loses* V; *Joerser.* P.; *Jesses* Contract.; *Josis* apud Epiphan. hæresi 66; Ἰωσήφ Euseb. lib. IV Histor. cap. 5, Niceph. lib. III cap. 25, et Zonaras ex Eusebio. Vocabulum hoc variam obtinuit terminationem non solum in Historia Ecclesiastica, sed etiam in divinis litteris. Nam Act. IV, ubi vulgata *Joseph autem*, Græce est Ἰωσῆς δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Βαρνάβας; et Matth. XXVII : καὶ Ἰωσῆ μήτηρ. In quibusdam Latinis exemplaribus *Joses* legitur. Quin etiam apud Hieronymum interpretatio etiam nominis diversa. Nam *Joses* redditur *parcens* vel *elevatus*; *Joseph* autem *augmentum* vel *profectus*. Hieronym. adversus Helvidium, appellat matrem Jacobi et *Josetis* Mariam.

(Ibid.) *Hadrianus sacris Eleusina initiatus*, etc. Hæc assignantur an. 7 Hadriani, et 3 olymp. 225, in Vi., O.; an. 8, et 1 olymp. 226, in Fa., Fux., et impressis; at an. 9, et 1 olymp. 226, in Peta., Pi., Lo. et 3 mss. Fab. Hos autem maluimus imitari, quia sublato anno Galbæ, etc., de quo supra an. 1 olymp. 226, incidit in annum 9 Hadriani; et quia propius acceditur ad judicium ocelli litteratorum Josephi Scaligeri, qui, lib. V de Emendatione temp. pag. 450, existimat errore librarii hæc collocata ad an. illum 1 olymp. 226, et transferenda in annum 2.

(Ibid.) *Dona largitus*. Licet antiqua lectio *bona largitus* possit defendi, tamen nostra videtur germanior, juxta L., M., P., V., O., Vi., Lo., Pi., Peta., Fux. Utrique convenit Xiphilinus, dum scribit *Hadrianum dedisse Atheniensibus magnam pecuniam et frumentum annuum, omnemque Cephaleniam*; et Spartianus : *Multa in Athenienses contulit* et *Athenarum partem*, quam construxit, *Adrianopolim appellavit.* Ratio sumitur ex eo quod Athenienses computabant magno beneficio, quando viris de se bene meritis deferebant jus participandi sacris Eleusinis, sicut legimus apud Spartianum de Hercule et Philippo, apud Soranum de Hippocrate, apud Ciceronem de Pomponio Attico, apud Suetonium de Augusto, apud Capitolium de Marco Antonino.

(Ibid.) *Quadratus discipulus*, etc. Evocantur in Pi. ad annum 8 Hadriani; in reliquis cum an. 9 potius componuntur, ut in Peta., O., Vi., Fux., Lo., Fa., Mar., Contract. et impressis.

(Ibid.) *Ad imperatorem mittit, iniquum*. Pro *mittit* habetur *misit* in L., M., A., V., P., Lo., Lod., Pi., O., Vi., Peta., Fa., Mar. et Euseb. lib. IV Hist. cap. 8; et ex iisdem pro *iniquissimum*, ut olim, substituimus *iniquum*.

(Ibid.) *Imperator Hadrianus*, etc., *pater patriæ appel. et uxor ejus Augusta*. Commendanda volunt anno 11 Hadriani Fa., Lo., Mar. et impressi : anno vero

12 Peta., Vi., O., Fux., Pi., quos imitatur Cassiodorus. Vide Spartianum de hoc titulo.

(617.) *Telesphorus.* Sic ex omnibus mss. Alberto et So., pro *Teleophorus*, ut in Ven., Lut., H., B., P.; vel *Thelesphorus*, ut in Vincen., Mar. Porro hunc Ecclesiæ regendæ curam suscepisse volunt, alii an. 12 Hadriani, ut Peta., Fux., Lo., Fa., Mar., Albertus et impressi; anno vero 13 O., Vi., Pi. Eusebius, lib. IV cap. 5, Nicephor., lib. III cap. 25, confirmant vulgatum situm, dum tradunt Telesphorum successisse Sixto an. 12 Hadriani.

(Ibid.) *Antiochiæ constituitur IV episcopus Cornelius.* Quo anno Cornelius Antiochenæ Ecclesiæ præfectus fuerit, varia libri. Nam Peta., Lo., Fux., Fa., Mar. et cusi, an. 12 Hadriani; Pi. et Contr. an. 13; Vi., O., an. 14. Sed nihil obstat cur sedem editorum tueamur; immo videtur firmari auctoritate Nicephori Constantinopolitani, dum tribuit Eroni prædecessori annos 20; totidem enim interjiciuntur inter 11 Trajani, quo sedit Eron, usque in 12 Hadriani, quo obiit.

(Ibid.) *Nicopolis et Cæsarea*, etc. Harum urbium casum connumerant Peta., Fux., Lo., Fa. et excusi, an. 12 Hadriani; O., Vi., Pi. anno 14. Contractus an. 13.

(Ibid.) *Antinous puer*, etc. Mortem Antinoi incurrisse volunt in annum 13 Hadriani Peta., Fux., Lo., Fa. et vulgati; reliqui in annum 14, ut Vi., O., Pi.; et licet Spartianus, et Xiphilinus, seu Dio hujus rei meminerint, minus tamen certa anni circumstantia ex illis colligitur.

(Ibid.) *Puer egregius.* Non omnino improbabam id, quod habent Vi., O., Pi., Lo., Fa., Mar., Fux., Vincen., *puer regius*, id est, Cinædus, seu Amasius regis (imperatores enim Romani ab Eusebio et Hieronymo sæpius reges appellantur), præsertim quod cum *puer egregius* eamdem habeant significationem ac sequentia *eximiæ pulchritudinis;* solita nihilominus religio immota esse voluit vulgata, cum propter reliquorum codicum auctoritatem, quæ numero longe superant, tum quia cum non tantum corporis, sed et animi pulchritudinem suspiciamus, egregius dicitur non solum, qui corporis forma elegans, sed qui ingenii, animique dotibus præstat. His adjunge quod vix uspiam reperies, ut epithetum hoc *regius* charum regi significet. Ascanius quidem vocatur Virgilio lib. VI Æneid. regius puer, sed quia destinatus successor regni patris Æneæ.

(Ibid.) *Diligenter sepeliens. Vehementer deperiens*, Peta., Fux. et tres mss. Fab., Lo., A., M., V., P., Al., Fa.: de quo plura apud Pausan. lib. VIII, Dionem, Spartia., Tertul. lib. de Corona, Epiphan. in Epito. fidei cathol., et Justin. oratio. ad Antonin. Idem habet quod nos Vincen. tom. I et IV, et alii cod. Fortasse legendum *vehementer deflens*, ex Spartiano.

(Ibid.) *Alexandrinæ Ecclesiæ VI episcopus præf. Eumenes*, etc. Antea legebatur in editis, *VII episcopus*, pro *VI episcopus;* nos ope exemplarium A., L., M., V., P., Va., Peta., Lo., Fux., Vat., Al., Vi., O., Mar., Contract., locum correximus, et ratio præcedentium et subsequentium episcoporum Alexa. idem docet: non propterea tamen suspecta esse debent mendi, si quis dicat Eumenem esse septimum episcopum Alexandrinum: revera enim septimus est instituta enumeratione a Marco: siquidem mens auctoris est in enumerandis episcopis tam hujus sedis, quam cæterarum non ab apostolis, sed ab iis, qui immediate apostolis successerunt, progredi, ut sæpius docet in Hist. Porro hæc commiscere cum anno 14 Hadriani, Peta., Fux., Lo., Fa., una cum vulgaribus; alii cum anno 15, ut Vi., Pi., O. Verum priores satis confirmantur, facta supputatione undecim annorum Justi antecessoris: præterea auctoritate Nicephori lib. III, cap. 25: *Circiter*, inquit, *duodecimum ejusdem Hadriani imperii annum*, *anno præterea uno et mensibus aliquot intercedentibus*, *Ecclesiæ ejus administrationem Eumenes sortitus;* immo et ipsius auctoris lib. IV cap. 5 Historiæ Ecclesiasticæ; ex quo verba Nicephori sumpta videntur. Contractus paulo ab his abest, qui reponit circa an. 17.

(Ibid.) *Eumenes. Heumenes*, Lo.; *Himeneus*, Peta.; *Hymeneus*, O., Vi., Fux.; sed vulgata est Eusebii et Nicephori.

(Ibid.) *Templum Veneris ab Hadriano Romæ factum.* Lectionem constantem ne putes; varia enim est, ut *Templum Veneris sub Adriano in urbe factum*, V., Va., P., Lo.; *Templum Veneris ab Adriano in urbe factum*, A., M., S., Vat.; *Templum Romæ et Veneris ab Adriano in urbe factum*, Pi., L.; *et templum Romæ et Veneris sub Adriano in urbe factum*, Vi., O., Peta. et tres mss. Fab., una cum Mar.; *Templum Romæ et Veneris Romæ factum* apud Contract.; *Templum Romæ et Veneris sub Adriano in urbe factum* in Fa. Vide Xiphilinum hac de re, et quod etiam aliud templum Veneris construxerit Hierosolymis in loco ubi erat præsæpe Christi, ad abolendam ejus memoriam et venerationem: vide Paulinum ad Sever. epist. 11. Hæc autem occupant situm anno 14 Hadriani adversum in Lo., Fa. et impressis, quibus favet Cassiodorus: in cæteris anno 15, ut in Peta., Fux., O., Pi.

(Ibid.) *Salvius Julianus*, etc. Connumerantur anno 15 Hadriani in Peta., Fux., Lo., Fa. et impressis; at in Vi., O., Pi., an. 16.

(Ibid.) *Hadrianus Athenis*, etc. Hæc una cum superioribus annotantur ad annum 15 Hadriani in Peta., Fux., Lo., Fa. et in impressis: ad annum vero 16 in Vi., O., Pi.

(Ibid.) *Invisit. Invasit.* Al., sed corrupte.

(Ibid.) *Hadrianus cum insignes*, etc., *agonem edidit*, etc. Hæc conferunt aliquot libri in annum 15 imperii illius, seu 3 olymp. 227, ut Fa., Peta., Fux., Lo., Mar., Contract. et vulgares, quibus consentit Cassiodorus: reliqui in an. 16, ut Vi., O., Pi. et tres mss. Fab., videbantur referenda in an. 1 olymp. 228; si verum est hunc agonem Hadriani vocatum olympicum, quod concurreret cum olympico agone: qua de re vide eruditissimum Scaligerum libro V de Emendat. temp. pag. 450.

(Ibid.) *Edidit, Bibliothecamque miri operis.* Omittuntur in Lo., Pi., sed leguntur in septem Vaticanis et aliis mss. et apud Albertum, Vincen. tom. I, Adonem et Mar., et, quod præcipuum est, apud Cassiodorum æmulum Eusebii, et etiam apud Spartianum.

(619.) *Judæi in arma*, etc. Constituere his sedem ad laterculum anno 16 Hadriani oppositum, Peta., Fux., Lo., Fa., Pi., Mar., Contract., nec dissentiunt vulgati; at Vi. et O. ad annum 17 reponunt.

(Ibid.) *Tenente provinciam.* Sic melius legitur monitu codicum L., A., M., Vi., O., V., Va., Vat., Lo., Pi., Mar., quam olim *tenente provincia.*

(Ibid.) *Tynio. Tenio*, L., Pi.; *Teonio*, Va.; *Tino*, P.; *Themo*, Vi., O.; *Tinio*, Lo., Fa., Mar. Nostra est retinenda; sic Mar. et alia exempl.

(Ibid.) *Phavorinus et Polemon*, etc. Notantur item ad annum 16 Hadriani in Peta., Fux., Lo., Fa. et excusis, ad annum autem 17 in Vi., O. et Pi.

(Ibid.) *Polemon.* Sic restituimus ex L., A., M., P., Pi., Lo., tribus Vatic. pro *Palæmon*, ut in editis; vel *Palemon* ut in V.; licet Anastasius Biblioth. et recentiores, ut plurimum legant posteriori modo, et Vincen. *Palmenon.* Peta., Fux., Fa., tres Vatic., tres mss. Fab. et Lo., *Polemo.* Eusebius lib. X de Præpar. cap. 3 citat Polemonem lib. I Græcarum historiarum, forsan eumdem cum nostro: Palæmonis autem rhetoris meminit auctor circa olympiadem 206; de quo etiam Suetonius.

(Ibid.) *Basilides hæresiarches*, etc. Certant, sed numero pari membranæ. Nam Peta., Fux., Lo., trahunt hæc ad annum 16 Hadriani; Vi., O., Fa., Pi. ad annum 17, incerta victoria, nisi accedant vul-

gati, qui horum partes sequuntur. Hujus meminit Contractus, sed circa an. 11.

(619.) *In Alexandria commoratur.* Sic correximus ex L., A., M., V., Va., Vat., O., Vi., Lo., Pi., Vincen., pro *in Alexandria commemoratur.*

(Ibid.) *Dux factionis Judæorum. Dux Judææ*, L.; *dux Judaicæ factionis*, P., Lo.

(Ibid.) *Barchochebas dux factionis.* Insignis ille prædo minus dubium reddidit annum : omnes enim codices reposuere ad an. 17 Hadriani, Pi., O., Vi., Fux., Fa., Lo., Peta. et impressi.

(Ibid.) *Barcochebas.* Ita placuit legendum, cum eo modo habeant quatuor Vatic. Fa. et ipse Eusebius lib. IV Hist. cap. 8 : Βαρχωχέβας ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης. In Vat. utrumque reperies *Chochebas et Barcochebas.* Nicephor. lib. III cap. 24 et Hieron. Apol. adver. Ruff. sequuntur nostram lectionem, nisi quod hic corrupte habet *Barthochubas.* Orosius veteris editionis legit *Cocheba*, et recentior *Cotheba.* In Pi. et trib. Vatican., *Cochebas*; in Peta. et apud Vincen., *Cothebas*, tom. I, at IV *Cochebas*; apud Mar., *Chochelas*; in Fre. et Adone, *Cochebas*; in 1 Vat., *Barchochabas*; Helinandus apud Antoninum, *Barchosbas*; apud Vincen., *Barcocabas.* Porro videtur vox composita ex *Bar* quod Chaldæis idem est ac filius, et *Cochebas* pagus; quasi dicas oriundus ex pago *Cochebas*, vel *Cochabas* : de quo Eusebius ex Africano lib. I Hist. cap. 7.

(Ibid.) *Quadragesimale jejunium a Telesphoro per hoc tempus institutum, ac præceptum, quidam scribunt.* Non reperiuntur ista in L., A., M., Fa., Peta., Pi., Vi., O., Au., P., Lo., Lod., Mar., Fux., nec in tribus mss. Fab., et ipsa verba, *quidam scribunt*, cum sint insolita nostro Eusebio, satis arguunt additionem, maxime cum nihil ejusmodi, nec quod accedat, reperiatur in historia Eusebii, nec apud Hieronymum, Orosium, aut alios illius temporis, aut superioris. Quinimmo constat quadragesimale jejunium esse ex institutione apostolorum, ut testantur Can. 69 apost., Clem. lib. V Consti., Ignatius epist. 8, Hieronymus epist. 54, Leo serm. 46 et 9 de quadrages., Theophil. epist. Paschali 1, Socrates lib. V cap. 22, dum agit de ritibus ecclesiasticis : *Romani*, inquit, *et Occidentales suarum Ecclesiarum consuetudinem ab apostolis Petro et Paulo datam asserunt.* Et paucis interjectis, ubi ad particularia descendit, *Romani tres ante Pascha septimanas præter sabbatum, et Dominicam continuas jejunant* : et ubi recensuit varios jejunii ritus variarum gentium, *omnes tamen*, ait, *jejunium illud Pascha vocare τεσσαρακοστὴν*, id est, quadragesimam.

(Ibid.) *Bellum Judaicum*, etc. Cœptum notat Peta. an. 17 Hadriani; Vi., Pi., O., Fux., Lo., Fa., Mar. an. 18; quibus conformes sunt editiones, et ipse Auctor. lib. IV Histor. cap. 6, Albertus an. 19.

(Ibid.) *Hierosolymis primus*, etc. Uno consensu omnes libri hæc evocant ad annum 19 Hadriani; Albertus et Contract. ad an. 20.

(Ibid.) *Ælia ab Ælio.* Sequor hic posteriores editiones, Albertum, Adonem, Mar. et nonnullos mss. Nam priores Ven. et Lut. ac Fux. et Lo. Contractus *Helia ab Helio*, quod etiam habent Fre., Vincen., Cassiodorus et alii, confusis duabus familiis Romanis Ælia et Helia; quia tamen vulgatam video commendari magis Hieronymo, Mar., Bed., Nicephoro, et Auctori in Hist. lib. IV cap. 6, quinetiam haberi in Peta., L. et Pi., nil mutandum duxi; sed aliquantulum ab his variant alii libri. Nam Vi., O., *Elia ab Elio*; Fa. et Vincen., *Helyja ab Elyo.* Porro mutationem nominis factam volunt una cum instauratione ab Hadriano an. 19 imperii illius, Fux., Lo.; anno vero 20, seu 1 olymp. 229, Peta., O., Vi., Fa., Pi., Mar. et vulgati; quibus suffragatur Cassiodorus, dum hoc ipsum ascribit consulatui 20 post initium imperii Hadriani, scilicet *Hadriani et Vibulli*, quos Fasti Onuphrii objiciunt eidem anno olymp. 229.

(621.) *Sus sculptus. Sus scalptus*, Fux., Pi., Lo., Peta., Cassiod.; *sus sculpta*, Vi., O.; *sus sulcatus*, Fa. Hinc expurgabis Marianum, ubi mendose *subsculptus.*

(Ibid.) *Nonnulli a Tito Ælio. A Tito Helio*, Lo.; *Nonnulli Judæorum a Quinto Helyo*, Fa. Hæc opinio de T. Ælio constat ex veteribus nummis Vesp. et Titi, ubi *sus insculptus* cernitur.

(Ibid.) *Major sexagenario.* Vox *sexagenario* deest in V., P., Mar., sed mendose, cum sit in aliis exempl. et apud Fre., Contract. et Eutrop. lib. VIII. Ad hæc mortem hanc attribuit Fux. anno 20 Hadriani; verum cum ab auctore 21 annos imperasse dicatur, ad an. 21 terminari debet; et sic indicant Peta., Vi., O., Lo., Fa., Pi. et impressi.

(Ibid.) *Antoninus. Antonius* L., A., V., Va., Au., Vi., O., Lo., Pi. et Cassiodor. Alii scriptores varie usurpant modo hoc, modo illud : sed communius est *Antoninus*, quo nomine constanter Eusebius appellat lib. IV Hist. cap. 10 : sic enim Græce, Ἀντωνῖνος εὐσεβὴς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διαδέχεται. Idem habet cap. 12 et 13 sequentibus.

(Ibid.) *Antoninus*, etc., *regnavit an. 22, mens.* 3. Sic pro *regnavit an.* 23, *mens.* 3, ut in vulgatis, Fa., Anton. et Albert., secuti L., A., M., Au., P., Peta., Fux., Pi., O., Lod., Bedam, Vincen., Contract. et tres mss. Fab., Clementem, Isidorum et ipsum Eusebium lib. IV Histor. cap. 14 : Ἀντωνῖνον μὲν δὴ τὸν εὐσεβῆ κληθέντα εἰκοστὸν καὶ δεύτερον ἔτος τῆς ἀρχῆς διανύσαντα. De hoc Orosius, *Viginti*, inquit, *et non plenis trib. annis Rempubl. gubernavit* : quem sequuntur Ado, Fre., Mar. Theophilus vero, qui tunc degebat *an.* 22, *mens.* 7, *dieb.* 6; Fasti *an.* 22, *mens.* 7, *dies* 26. Nicephor. lib. III cap. 31 tribuit illi annos 23; sed nescio quam vere Eutropius, Zonar. tom. II, Cedrenus, Xiphilinus e Dione, *annos* 24. Error autem 23 pro 22 inde profectus est hoc loco, quod omnes codices præter L., A., Pi., Vi., O. et Mar. concedant annos 23 ipsi Antonino in serie annorum; sed non mirum si tres menses locum anni integri subeant, quo temporum ratio concilietur, ubi necessario comparandi sunt anni imperatorum et aliorum cum anno Romano, qui sumit initium a calendis Januarii. Nam non semel hoc contigit in hoc libro, et apud alios chronographos. Porro relictæ sunt tot notæ numerales 23 Antonini in serie eorumdem; tum quia ita placitum majori parti codicum, ut jam præmonuimus; tum quia plura alioquin timenda erant incommoda, ut confusio situs olympiadum, item annorum a Christo, et ab Abraham; et quia alioquin numquam nasceretur summa illa annorum 381 quam Hieronymus usque ad an. 14 Valentiniani ait effici : porro 140 annus Christi incurrit in ann. 1 Antonini in Vi., O., Vincen. et Anton. quibus conformes sunt vulgares. Quod non contigisset, si relictus esset antiquus ille superstitius annus Galbæ.

(Ibid.) *Antoninus pater patriæ appellatur.* Antoninum nobilitatum hoc celebri titulo volunt omnes membranæ an. 2 imperii sui, Peta., Vi., O., Fux., Lo., Fa., Pi., Contract., Mar. : anno autem primo tres mss. Fab. et excusi. Sed cæteris favet Capitolinus docens hæc accidisse anno 2 imperii Antonini.

(Ibid.) *Galenus medicus his temporibus claruit.* Desunt in L., A., M., V., Pi., sex Vatic., Fa., Peta., Fux., P., Vi., O., Lo. et 3 mss. Fab., sed congruunt veritati historiæ. Mar., Ado., Vincent. et Anton. ea referunt ex Eusebio in Chronicis.

(Ibid.) *Rom. ecclesiæ*, etc., *Hyginus.* Successisse pontificatui anno 2 Antonini, Lo., Albertus et impressi indicant : reliqui anno 1, Vi., O., Pi., Fux., Peta., Fa., Contract., cum quibus conveniunt Eusebius lib. IV Histor. cap. 10 et Nicephor. lib. III, c. 25.

(Ibid.) *Sub Hygino Romæ urbis*, etc. Advenisse observant Vi., O., Lo., Fa., Pi. et cusi, an. 2 Antonini; at Peta., Fux. et Mar., an. 3.

(Ibid.) *Justinus philosophus*, etc. Plures membranæ hæc notant circa annum 4 Antonini, ut Peta., Vi.,

O., Fux., Pi., Contract., Mar.; sed circa an. 3 Fa., Lo. et impressi.

(621.) *Heros V Antiochiæ*, etc. Adjungunt hæc anno 5 Antonini Peta., Fux., Lo., Fa., Mar., Contract.; an. 6, Vi., O., Pi.; an. 7, tres mss. Fab.; at demum an. 4 excusi: qui situs bellissime respondet annis 13 quos Cornelio assignat Nicephorus Constantinopolitanus in Chronol.

(Ibid.) *Marcus VII Alexandrinæ*, etc. Inauguratum episcopum tradunt Vi., Pi., O. an. 7 Antonini; Peta., Fux., Lo., Fa., Mar., tres mss. Fab., an. 6; Contract., an. 9; impressi an. 5; probabilius quam cæteri, cum decimus tertius annus Eumenis sui prædecessoris cum quinto Antonini concurrat, incipiendo a 14 Hadriani, a quo is regendi episcopatus curam suscepit. Quin ipse Auctor lib. IV Hist. cap. 11, vult illum creatum episcopum post 4 annum Antonini, et eodem anno, quo Pius Rom. pontifex.

(Ibid.) *Romæ IX episcopus ordinatur Pius an.* 15. Cum hæc penitus deessent in vulgatis et nonnullis mss. huic pontifici Pio pie reddita est sua sedes hoc loco auctoritate L., A., Peta., Fux., P., O., Vi., Pi., Al., Lo., Fa., Mar., Vinc., Anton., Contract., Alberti, 3 mss. Fab., nisi quod Fa., Mar. ponunt anno 4. Hujus præteritionis jam nos admonuerat ora editionis Sonnii, sed restituitur non solum ex libris, verum etiam ex his, quæ sunt apud Eusebium lib. IV cap. 11 Ecclesiast. Hist.. Πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐνιαυτῷ Πίου μεταλλάξαντος, etc. Nam certe constat ex ipsomet Eusebio tam hic quam in Historia loco citato, Pium successisse Hygino, ita non dubitem eum ex sola seu typographorum, seu librariorum incuria in vulgatis et aliis desiderari. Eum præterea nonum inter pontifices numeramus. Nam cum Hyginus ejus prædecessor octavus recenseatur in omnibus impressis, et Anicetus ejus successor decimus, necesse est ut is qui medius intercedit, nonus appelletur. Tertio sedisse eumdem ad quindecim annos diximus, quia ita nobis præscribunt Peta., Al., O., Vi., A., P., Lo., M., Fux., Mar., Albertus, tres mss. Fab., et alii, tum quia ita Eusebius loco superiori, Πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐνιαυτῷ Πίου μεταλλάξαντος, qui numerus annorum stabiliri potest vel ex mendo ipso, quo fœdantur membranacei L., Fa. et Pi., ubi legimus an. 25, pro 15. Sed potior ratio peti debet ex serie temporum, et ex natura Chronici. Nam si Hyginus sedit tantum an. 4, necesse est ut aliquis interponatur pontifex inter ipsum et Anicetum. Situs autem est in Fa. ad an. 4 Antonini; in Vi., O., Lo., Fux., Peta., Pi., L., A., ad an. 5, qui videntur magis sequendi. Nam licet Hyginus sederit tantum quadriennio, et cœperit anno 1 Antonini, ut tradit Auctor hic et in Historia, non est absurdum ejus quadriennium incidere in annum 5 Antonini.

(Ibid.) *Valentinus hæreticus*, etc. In varios digessere annos Chirographi isthæc. Nam Peta., Lo., Fa., tres mss. Fab., ad annum 6 Antonini, quibus conformant se editi; Fux., Mar., ad an. 7; Vi., O., Pi. ad an. 8.

(623.) *Sancitum est a Pio, ut resurrectio Dominica, die Dominica celebretur*, etc. Non leguntur ista in L., A., M., Vi., O., Pi., Peta., Fux., P., Mar., Lo., Fa., nec in sex Vaticanis; nec dubito penitus delenda, cum satis constet diem Dominicam ab apostolis institutam, ut colligitur ex Apocal. I, idque in memoriam resurrectionis Dominicæ, juxta Ignatium epist. 6 ad Magnes., August. sermone 251 de Tempore, et epist. 119 cap. 15, et alios veteres Patres. Quod si per resurrectionem Dominicam nil aliud intelligas, quam festum Paschatis, ut intellexerunt plerique, non minus constat tale decretum de celebrando Paschate, die Dominica ab apostolis sancitum fuisse, ut docent Socrates lib. V cap. 21, Euseb. lib. V. Histor. cap. 23; sic enim: ὡς ἂν μηδ' ἄλλῃ ποτὲ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἀποτέλοιτο τοῦ κυρίου μυστήριον. Apud Bedam lib. de Rati. m. tempor. seu de natura rerum, Adonem, et Marianum, licet totum fere Chronicon Eusebii transcripserint, nil tale reperitur; sed hoc loco adjectum est, *Hermes scripsit librum, qui dicitur Pastoris, in quo præceptum Angeli continet, ut Pascha die Dominico celebretur;* unde licet colligere superiora non esse Eusebii.

(Ibid.) *Citharædorum. Citharicorum*, Al., Lo. et tres mss. Fab.; *Citharidorum*, Pi. Porro annumerarunt ista ad annum 7 Antonini Peta., Lo., Fa. et impressi; ad annum 8, Fux.; ad an. 9, Vi., Pi.

(Ibid.) *Berythius. Bericius*, L.; *Berycius*, Pi.; *Birecius*, Vincent.; *Byretius*, Vi., O.; *Veritus*, Fa.; *Bericitus*, Mar.; *Beritius*, tres mss. Fab.: quæ scribendi ratio sine aspiratione, si frequentiores affuissent codices, probanda præ cæteris videbatur, si *y* adjunxeris: nam apud Suidam lego Βηρύτιος ὁ ἀπὸ πόλεως Βηρυτοῦ, ab urbe Beryto *Berytius*; et apud Suetonium inter Rhetores M. Valerius Probus dicitur *Berytius*. Adhæc sunt qui ipsum claruisse indicent anno 7 Antonini, ut Lo.; anno 8, Peta., Fa. et impressi; an. 9, Fux.; an. 10, Vi., Pi., O.

(*Ibid.*) *Arrianus philosophus*, etc. Malui cum gemino *r Arrianus*, quam ut olim *Arianus*, quia sic suadent Peta., Pi., Fa., Lo., et ipsa menda quæ cernitur in Fux., ubi *Arrius*, et in Vi., O., *Adrianus*, *d* pro *r*. Video etiam nomina propria geminare eam consonantem, ut apud auctorem qui scripsit, περὶ τῆς Ἀναβάσεως τοῦ Ἀλεξάνδρου, qui dicitur Ἀρριανός. Cæterum quot codices, tot ferme sedes his assignatæ. Nam Lo. collocat ad an. 8, Fa. et impressi ad an. 9, Pi. ad an. 10; O., Vi., Mar. ad an. 11; Peta., Fux., ad an. 12.

(Ibid.) *Apollonius Stoicus*, etc. Si dubites, cui sinui ista commiseris, Lo. disponit in laterculo opposito anno 9 Antonini; Fa. et excusi anno 10; Pi. anno 11; Vi., O., Mar., an. 12; Peta., Fux., Contract. an. 13.

(Ibid.) *Chalcidicus*. Varia scriptio. Nam in P., *Chalchidicus;* in Fux., Fa. et Lo., *Calcidicus;* in Vi., O. et Vinc., *Calcedonicus;* in Peta. et Anton. *Calchidious;* apud Cassiodorum, *Chalcidius;* apud Eutropium et Mar., *Chalcedonius;* sicut etiam apud Georgium monachum, Χαλκηδόνιος, referente Casaubono in Capitolinum p. 117. Nostra cæteris præferenda, cum de *Chalcide* urbe Syriæ (nam Stephanus octo numerat in diversis regionibus) sit mentio apud Stephanum, Strabonem, Plinium et alios; et Capitolinus in Vita Anton. Pii refert, *Antoninum accivisse Apollonium Chalcide;* et in Vita Marci vocat eum *Chalcedonium Stoicum philosophum*. Calcis autem est urbs Campaniæ in Italia, auctore Strabone. Cæteros ergo corrige ex Eusebio.

(Ibid.) *Scypolitanus*. Sic legendum docent, P. L., Fa., tres mss. Fab., Al., Mar., Cassiod., cui affinis *Scytopolitanus*, ut in Fux.; *Scitopolitanus*, ut in V., O. et Vinc. et apud Anastas. Bibliothec.; et *Schithopolitanus*, ut in Lo.; vel *Scithopolitanus*, ut in Peta., pro *Syropolitanus*, ut in impressis, Cassiodoro, Antonino, et aliis; neque enim *urbis Syropolis*, sed potius *Scythopolis* urbis Palestinæ, seu *Schyhtopolis* (nam utrumque legitur), seu etiam de Scythopolitis mentionem faciunt auctores, ut II Matth. XII, ubi Græce Σκυθοπολῖται, Antoninus in Itiner., Ptolem., Solinus c. 45, Plin. l. V c. 18, Hegesippus l. III, c. 19, Josephus passim, Socrates, Sozomenus, Subscriptiones Conciliorum, et alii. Acutissimus Casaubonus in suis notis ad Capitolinum p. 117 ex vetustissimo libro regiæ Bibliothecæ refert, Georgium monachum scribere, Βασιλείδης Σκυθοπολίτης.

(Ibid.) *Veri. Verissimi* tres mss. Fab., sed perperam. Desideratur apud Mar.

(Ibid.) *Celadion. Calendion* Al. et Fux., sed in hoc est suprascriptum, *vel Celadion*. Peta. et tres mss. Fab. *Celaudion*, sed vitiose. Nam prius exstat in aliis codd. Mar., Contract., et apud Euseb. l. IV Hist. c. 11, Κελαδίων τῆς Ἀλεξάνδρέων ἐκκλησίας τὴν λειτουργίαν παραλαμβάνει. Cæterum comparantur cum an. 12 Anton. Pii, in Fa., Lo. et impressi; cum an. 14 in O., Pi., Vi., et trib. mss. Fab.; cum an. 16 in Peta., Fux. Selegimus hos nobis imitandos, cum

vulgatorum sedes aperte mendosa sit. Neque enim in illis interponuntur decem anni inter hunc et Marcum antecessorem, ut voluerat Auctor. Sed, loco hoc ita restituto, relinquuntur decem anni illius Marci, integri et perfecti, non secus ac quatuordecim hujus Celadionis, usque ad subsequentem Agrippinum: hisque ita positis abunde satis fiet illustriss. et eruditissimo Baronio, dum conjicit latere mendum in illis decem annis ipsius Marci, quia antea in editionibus septem tantum interjiciebantur, seu computabantur anni inter illum et Celadionem : neque fiet vis Nicephoro Constantinopol. qui totidem annos decem assignat ipsi Marco, licet eum *Marcianum* vocet : sed et quod caput est, neque ipsi auctori nostro l. IV Hist. c. 11, qui cum illo convenit, ut cum auctore Nicephorus l. III, c. 25. Si autem cernas veterem sedem servatam ad an. 12 Veri, in hac nostra editione, id non e mente nostra factum putes velim, sed correctoris nostri nescio quo consilio.

(623.) *Quia se gulosum.* Sic ex L., A., M., Pi., O., Vi., Peta., V., Va., Vat., Lo., Al., pro *qui se gulosum :* nam sensus ita est clarior. Præterea composuerunt hoc cum anno 13 Antonini, Fa., Lo., quos sequuntur impressi; cum an. 15, Vi., O., Pi., tres mss.; cum an. 17, Peta., Fux., Contract.

(Ibid.) *Coarguebat.* A., L., M., V., Pi., Vi., O., Al., Lo., ita legendum docuerunt, et non ut antea arguebat.

(Ibid.) *Cassianus* 17, etc. Variæ sunt membranarum partes. Nam Vi., O., Fa. et cusi ad an. 18 Antonini collocarunt. Lo., Pi., ad an. 19; Peta., Fux., ad an. 23; Contract. ad an. 21.

(625.) *Romanæ Ecclesiæ episcopatum X tenet Anicetus ann.* 11. Hic duo sunt consideranda : anni quibus sedit, et annus quo cœpit. Quod ad primum attinet, olim legebatur *tenet an.* 10, sicuti habent nonnulli mss., sed placuit potius lectio *tenet an.* 11, cum sit librorum Peta., Fux., Lo., A., M., ipsius Euseb. l. IV Hist. c. 19, et Nicephor. l. III c. 25. Quibus enim magis credendum, quam ipsi Auctori, præcipue cum accedat fides aliquot exemplarium : quoad secundum, sedes illi erat posita in editis, Fa., Lo. et aliis, ad an. 16 Anton. Pii; vel ad an. 17, ut in Vi., O.; vel ad an. 18, ut in Pi. et Mar. Nos reposuimus ad an. 20, manuducentibus Peta., Fux., trib. mss. Fab. et Contracto. Adde quod Nicephorus ibid. diserte testatur Anicetum sedisse an. 20 Pii : quod etiam colligitur ex auctore in Historia, dum Hygino et Pio ejus successoribus tribuit an. 19, qui incidunt in illum ann. 20 Pii.

(Ibid.) *Antoninus Pius suo patrimonio.... paruerint.* Desiderantur ista in A., Lo., L., M., Vi., O., Pi., Fa., Peta., Fux., et trib. mss. Fab., P., Vatic. septem: sed tamen iisdem fere verbis reperiuntur apud Eutropium lib. VIII.

(Ibid.) *Antoninus Pius apud Lorium,* etc. Sic emendavimus pro *apud Lorum*, ut olim in Basiliensibus edition. et Sonniana juxta codd. A., M., P., V., Va., Vat., Lo., Fa., Al., tres mss. Fab., Mar., primas editiones Venetianam et Lutet., Contractum et Anton. in Itiner. : licet aliqui apud eumdem *Loriam* legendum putent. Nostram lectionem reperio apud Spartianum, et Cassiodorum qui hanc totam sententiam refert iisdem verbis. At *apud Lorios*, apud Vopiscum et Aurelium, ut etiam apud Eutropium, licet liber antiquus, testante Vineto in eumdem, habeat *apud Lorium*, sicut editio Sylburgii Wecheliana, ut etiam Pæanius ejus Metaphrastes, ἐν Ἄγρῳ Λωρίον τὴν ὄνομα αὐτῷ. In Vi., O. est *apud Lyrium;* in Pi. et L., *Apollorio in villa sua;* licet vitiose, tamen designant legendum potius *Lorium*, quam *Lorum;* apud Capitolinum Casauboni habes *Lauri*. Nam vetus *Lori*. Ex quo disces, quare auctor addidit *villam suam*. Ait enim Antoninum Pium *natum in villa Lanuvina*, seu Lavinia, *educatum Lauri in Aurelia, ubi postea palatium exstruxit, cujus hodieque reliquia manent.*

(Ibid.) *Vitæ suæ* 77. Hæc est vera ac genuina lectio (et non *vitæ suæ* 72) quam nos restituimus, suadentibus A., Lo., Pi., O., Vi., Fux., Peta., L., M., Lod., Al., Idac., Cassiodor. et Contract.; at apud Eutropium Vineti l. VIII, *an vitæ suæ* 78. Nam Eutropius Sylburgii habet *vitæ suæ* 75; Pæan. ejus Metaphrastes, Ἑβδομηκονταετὴς γενόμενος; apud Capitolinum *an.* 70; apud Victorem Schotti an. 75; apud Mar. *vitæ suæ* 67. Verum non dubito quin 6 pro 7 corrupte repositi sunt, cum alii omnes illos 7 retineant. Nihilominus Onuph. in l. II Fastor. vult probare vixisse tantum 74 *an.* et *mens.* 6. Cæterum Lo. assignat hæc numero 20 anni Anton.; Vi., O., Fa. Pi., an. 22; Peta., Fux., Contract., an. 23; quod imitantur editiones : vita enim et imperium eumdem exitum habuere.

(Ibid.) *Antoninus.* In B. *Antonius.*

(Ibid.) *Qui et Verus.* Abest ab L., sed habent alii libri et auctores. Hic imperator posterioribus sæculis dictus est per epitheton *Philosophus ;* sed quam imperite, et contra morem veterum, consule eruditissimum Casaubonum in Capitolinum p. 123.

(Ibid.) *Imperium administraverunt.* Sic lego cum L., A., M., P., Lo., Vi., Pi., O., tribus mss. Fab., Mar., Contract. et Vinc. tom. I et IV, et Alberto, cum antea esset, *imperium ministraverunt.*

(Ibid.) *Lucio Cæsari*, etc. Vagantem ignem hunc coercent omnes libri et Mar. ad ann. 2 Marci Antonini, sicut etiam facit Cassiodorus.

(Ibid.) *Ab Oriente in Occidentem. Ab Occidente in Orientem* in L., Fux., A., M., P., Pi., O., Vi., Mar., Cassiodoro, saltem in ultimis editionibus. Nam primæ habent *ab Oriente in Occidentem*, sicut est nostra lectio, quæ est aliorum mss. et Idacii, atque Contracti. Nec est facile discernere ex aliis scriptoribus, utrum potius sit sequendum.

(Ibid.) *Vologesus rex Parthorum*, etc. Volebat hæc assignari an. 2 Marci codex Pi.; sed obsistunt reliqui Peta., Lo., O., Vi., Fa., Fux., Mar., Contract. et excusi, qui ann. 3 opponunt.

(Ibid.) *Vologesus. Volocaesus* in trib. mss. Fab. et A., *Vologæsus* in M., Pi., et sic Xiphil. In Antonino Βολογαισός. Interpres scribit *Vologesus*, licet in editione Wecheliana sit *Vologæsus;* in P., *Vologesus;* in Peta., *Vologuesus*. Nostra lectio est mss. reliquorum, Mar. et præterea Cassiodori in Chronic., Oros. l. VII c. 15, Aurelii Victoris de Cæsaribus, Julii Capitolini, Zonar. tom. II, Plin. l. VI cap. 26, Suetonii in Vespasiano. *Vologeses* apud Vopiscum, Victorem in Epitome, et Tacitum l. XV. Idem Græcis *Vologesus*, qui Latinis *Vologeses*.

(Ibid.) *Fronto orator*, etc. *Fronte*, Vinc. Huic sedem delegerunt ad ann. 3 Marci, Pi., Lo., Fa., una cum impressis : ad an. vero 4, Peta., O., Vi., Fux., Mar., Contract., sed annus hoc loco non tanti est momenti.

(Ibid.) *Seleucia Syriæ.* Libri L., Pi., A., Lo., O., Vi., M., Mar. Oros. l. VII cap. 15, et Eutrop. l. VIII, ejusque Metaphrastes Græcus Pæanius suadebant legendum *Assyriæ :* ab his non longe absunt V., Va., Fa., in quibus *Seleucia Asiæ* corrupte, ut verisimile est pro *Assyriæ*. In Vat. utrumque habetur *Seleucia Assyriæ Asiæ;* at in Fux., *Seleucia Isauriæ*. Verumtamen de *Seleucia Syriæ*, seu in Syria frequens mentio apud Appianum, Pausaniam, et alios plerosque. Ptolemæus eam collocat in Syria cava ad oram maris Mediterranei. Plin. l. V c. 25 dicitur *Seleucia Parthorum, et quæ vocatur ad Tigrim*, quia, ut ait Strabo l. XV, est sita supra Tigrim fluvium. Orosius vult hanc sitam supra Hydaspen fluvium. Non contendo quin alterum tolerari possit, quod hic ita legendum judicat doctissimus Casaubonus in Capitolinum p. 185, ubi fit mentio ejusdem expugnationis. Strabo etiam lib. XVI vocat Seleuciam Assyriæ : Παλαὶ μὲν οὖν ἡ Βαβυλὼν ἦν μητρόπολις τῆς Ἀσσυρίας, νῦν δὲ Σελεύκεια ἡ ἐπὶ τῷ Τίγρει λεγομένη. Ammianus quoque l. II, loquens de hac ipsa expugnatione Seleuciæ, eam inter urbes Assyriæ numerat : quod nullus aut exiguus habetur ab auctoribus delectus inter illa nomina *Syriæ* et *Assyriæ*. Nam ut belle Herodotus l. VII, Οἱ ὑπὸ Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι,

ὑπὸ τῶν βαρβάρων Ἀσσύριοι ἐκλήθησαν, quem locum citans Eustathius in Dionysium, ὅτι δὲ ἄλλοι παρὰ τοὺς Συρίους οἱ Ἀσσύριοι δηλοῖ καὶ Ξενοφῶν ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς, Ἡρόδοτος δὲ δοκεῖ ἄγειν αὐτοὺς εἰς ταυτὸν ἐν οἷς φησι ὅτι Ἀσσύριοι, etc.; et post eum Justinus l. I, *qui a Barbaris Assyrii, a Græcis Syrii;* et ut scribunt Acron et Porphyrio super Ode 12 Horatii, et Ammian. Marcell. l. XXIII, *quæ nunc Syria, olim Assyria vocabatur:* quia tamen Xiphilinus hanc eamdem rem tractans *Seleuciam Syriæ* expressit, et ejusdem urbis et appellationis fit mentio consensu omnium codicum circa olymp. 281, sicut etiam apud Plin. l. VI c. 26, et Tacitum l. XX seu Hist. IV, nihil obstat, quin veterem lectionem retineamus, ne videamur novitatis amatores. Discimus autem ex Appiano lib. quem *de Syria* seu *Syrium* inscripsit, Seleucum Nicanorem novem urbes, nomine suo illis imposito, condidisse: unde merito auctor exprimit, de qua loquitur. Dio l. XL ait *Seleuciam esse urbem Mesopotamiæ.* At Mesopotamiam comprehendi sub nomine Syriæ nemo nescit, cum Syria in undecim regiones sit divisa, quarum una est Mesopotamia, teste Plin. lib. V cap. 12, et Mela lib. I cap. 11. Arrianus tamen scribit Assyriam esse proprie Mesopotamiam. Plinius lib. VI cap. 26, ait Seleuciam vocari Babyloniam, et Babyloniam esse partem Mesopotamiæ et Assyriæ. Ad extremum committit hæc anno 3 Marci, Pi.; reliqui anno 4, ut Peta., O., Lo., Vi., Fa., Fux., simul cum vulgatis et Contracto.

(627.) *Apud Pisas Peregrinus*, etc. *Apud Pissas*, Lo.; sed minus apposite, cum hic sermo sit non de urbe Italiæ, quæ apud Antoninum in Itinerario, et Ptolemæum scribitur cum duplici *ss*, sed Pisa urbe Elidis in Peloponneso, teste Strabone l. VIII, Stephano, Virgilio l. X Æneid., et aliis, quæ dicta est Olympia, et ubi ludi olympici exhibebantur. Præterea huic paragrapho tribuunt laterculum oppositum anno 5 Marci Antonini, seu 1 anno olymp. 236, Lo., Fa., Fux., Mar. et vulgares: at anno 4, Peta., O., Pi., Vi.; sed vulgares haud dubio imitandi nobis sunt, licet nescio quis infestus Apollo collocaverit anno 5, cum constet ex Luciano, ut oculato teste in epistola de morte Peregrini, istud evenisse *finito certamine Olympico post mediam noctem.* De hoc philosopho, ut magni nominis viro, Gellius l. XII cap. 11, diem et annum tamen obitus ejusdem reticuit: verisimileque est auctorem hoc loco ista expressisse, quod rei novitas, et Peregrini fama, magnam admirationem, mortisque contemptum apud multos præsertim imperitiores excitasset.

(Ibid.) *L. Cæsar de Parthis cum fratre triumphavit. Cum patre triumphavit.* Fa., sed mendose, ut constat ex Orosio, Eutropio, Vincen. et Capitolino, qui idem narrant. Adhæc actum triumphum monent anno 4 Veri, seu 3 olymp. 236, O., Vi.; anno 5, Peta., Pi., Contractus et Cassiodorus: anno 6, Fux., Lo., Fa. et vulgares. Cassiodorus annumerat hæc consulatui *Pudentis et Orfiti*, qui in Fastis Onuphrii objicitur anno 1 olymp. 236.

(Ibid.) *Agrippinus IX Alexandriæ*, etc. Hunc creatum Alexandrinum episcopum, si libris O., Vi., credideris, dices anno 5 Antonini Veri; si Contracto, an. 10; at, si reliquis membranis, ut Peta., Pi., Fux., Lo., Fa., Mar. an. 6: quibus adjungendi vulgati: et hi posteriores propius accedunt ad ea quæ scribit Niceph. l. III cap. 25, et ipse Auctor l. IV Hist. c. 19: *Octavo* (Antonini) *anno*, etc., *in Alexandrina Parœcia Celadione, cum illi quatuordecim annos præsedisset, mortuo, successit Agrippas.* Item eum nominat, qui hoc loco ut apud Nicephorum *Agrippinus.* Quem situm anni octavi et nos comprobassemus (sic enim conveniret optime cum Celadione antecessore ad an. 16 Pii, et cum Juliano successore ad an. 1 Commodi), si adfuisset auctoritas alicujus codicis. Cæterum Nicephorus in Chron. tribuit huic Agrippino an. 14, nisi forsan sit mendum pro 12. Nam iste numerus firmatur ab Eusebio in Historia et Nicephoro.

A (Ibid.) *Persecutione orta in Asia*, etc. Commendanda monent an. 6 Veri, Pi., Vi., O., Fux., Mar., Contract. At. an. 7, Peta., Lo., Fa. et vulgati. Orosius l. VII, cap. 15, de hoc in *diebus Parthici belli persecutiones Christianorum.* Cæterum ad latus horum immediate inseritur in A., L., M., *Quarta persecutio sub Antonino;* in Pi., *Quarta persecutio sub Antonino*, et in O., Vi., *Persecutio orta in Asia.*

(Ibid.) *Pionius. Peonius* L., Pi., Lo.; *Pæonius* Lod. Vulgatam lectionem confirmat ipse Euseb. l. IV Hist. c. 15, Πιόνιος. Item Ado, Vincent., Mar. et Contract.

(Ibid.) *Plurimi in Gallia*, etc. *In Galilea.* A., sed fœde nimis, ut dignoscitur ex aliis libris, Mar., Orosio lib. VII cap. 5, et ipso Auctore libro V Histor. cap. 1. Passos hos martyrium Pi., Vi., O. anno 6 Marci notarunt: anno vero 7, præter impressos, Peta., Lo., Fa., Fux.

(Ibid.) *Lues multas provincias*, etc. Hanc luem
B grassatam observant an. 7 Antonini, Veri, Pi., Vi., O., Contract. Verum anno 8 potius Peta., Fa., Fux., Lo. et impressi. Pestilentiæ demum hujus meminere Orosius l. VII c. 15, Eutropius et Victor, nec non Capitolinus, qui significat eam durasse usque ad obitum M. Antonini, eumque e Babylonia eam secundum devexisse Romam usque, infecisseque ea omnes provincias, per quas iter fecit, ubi per quadriennium in Syria mansisset: quibus stabiliri videtur situs antiquus, cum auctor indicet eum profectum in Syriam anno 4 sui imperii.

(Ibid.) *Romani contra Germanos*, etc. Annumerant iis, quæ ad ann. 7 Veri referuntur, Pi., O., Vi., Mar. At cum iis quæ ad ann. 8, Peta., Fa., Fux. et impressi.

(Ibid.) *Rom. Ecclesiæ..... Soter. an.* 8. Sic correximus loco *an.* 14, ut in cusis; vel. *an.* 9, ut in Mar. et Alberto, ex fide L., A., Peta., Vi., Pi., Lo., M., P., Al., O., Contract., et Euseb. l. V Hist. Eccl. in prooemio: Σωτὴρ ἐπὶ ὄγδοον ἔτος ἡγησάμενος, Nice-
C phori l. III c. 25. Idem docent sequentia, ubi post annos octo Eleutherum ponit. Adhæc evectum vult Pi. ad episcopatum anno 7 Marci; Peta., Lo., Vi., Fa., O., Fux., Mar., Contract. an. 8, quod imitantur vulgati; et ille situs firmatur ex superiore et subsequente pontificibus de quibus singulis suo loco.

(Ibid.) *Theophilus Antiochiæ VI.* Sic correximus secuti A., L., M., V., Vi., Pi., O., Lo., Al., Mar., Contract., P., pro *Antiochiæ* 16, cum etiam Heros ejus prædecessor dicatur V episcopus, et Maximinus successor VII episcopus. Idem confirmant Eusebius et Nicephorus in Historia. Præterea hunc referunt Antiochenæ Ecclesiæ præfectum fuisse Pi., Lo., Vi., O., Fa., Mar. et excusi an. 8 Marci; at Peta., Fux., an. 9; sed priores firmantur auctoritate Euseb. l. IV Hist. c. 20.

(629.) *Lucius imperator anno regni sui nono*, etc. Idem habet Capitolinus quod auctor; dissentit Eutropius l. VIII, qui annum 11 annotat. Cæterum com-
D mittunt hæc Pi. et Mar. anno 8. Verum cum asserat Auctor hæc contigisse anno 9, quid causæ est cur non ad eumdem notentur, præsertim cum ita præscribant Peta., O., Lo., Vi., Fa., Fux. et impressi? si enim dubitationi sit locus, ad an. 11 referri potius debuerant, quam ad an. 8, quia ita ex aliquorum sententia refert, inter quos videmus esse Cassiodorum, vel ad an. 10 ad quem Contract. rejicit.

(Ibid.) *Putant XI. Putant X* A., L.; prius legitur apud Mar. et apud Cassiodor. in Chron., Eutrop. l. VIII, Aurelium Victor. et in aliis mss.

(Ibid.) *Altinum. Altimum.* Lo. Duo Vaticana et Mar. exemplaria nostram sequuntur, ut etiam Victor, Orosius, Cassiodorus (qui eadem refert), Eutropius, Capitolinus. Est autem civitas Venetiæ testibus iisdem, atque Herodiano, Tacito, Pomponio, Ptolemæo et aliis, seu urbs in Mœsia, auctoribus libro Notitia Provin. et Anton. in Itinera. At de *Altimo* nusquam legi.

(629.) *Antonino imperatori Melito Asianus.* Fœdissime corruptus erat hic locus. Nam legebatur in omnibus editis *Antonino imperatori inclyto Asianus*; sed adjuti sumus ope codd. L., Lo., Lod., Vi., Pi., A., O., M., V., Va., Peta. et trium mss. Fab., P., Al., Fux., Vincent., Bedæ, Mar., Contract., Adonis, et ipsius Euseb. l. IV Hist. c. 14 et 21, et l. V c. 24: Hieronymo duobus in locis, lib. de Scriptor. Ecclesiast. et epist. 84, et Adone in Chron., eadem fere verba referentibus, quibus Eusebius utitur. Ita quoque profert hunc locum illustriss. Baronius tom. IV, p. 185, non dubito quin ex ms. aliquo. Melito autem dicitur *Asianus* ab auctore, ut significet urbem *Sardis* (cujus ille erat episcopus, et de qua Apocalyp. I) fuisse in Asia; sed ad cujus alterius *Sardis* differentiam penitus ignoro: nec potest esse Sardicæ urbis Thraciæ in Europa, cum vox *Sardensis* multum differat a voce *Sardicensis*: licet non ignorem esse plerosque, qui existiment conc. *Sardicense* idem esse ac concilium *Sardense*, quasi celebratum in Asia in urbe *Sardis*, cum historiæ veritas doceat actum in Thracia regione Europæ, et eos in hac re non parum hallucinari.

(Ibid.) *Sardensis.* Sic ex A., L., P., O., Lo., Peta., Fa., Fux., Pi., Al., Vi., et Othon. l. III c. 25, pro *Sardiensis* vel *Sardicensis*. Nostram lectionem amplectuntur Hieron. de Script. Ecclesiast. et illust. Baronius in Annal. Verum Ado eadem referens, legit *Sardisensis*: Eutropius sæpe *Surdiensis*. Ad extremum O., Pi., Vi., factum indicant an. 9 Marci, dissentiunt reliqui, qui, præter impressos, anno 10 opponunt, ut Peta., Lo., Fa., Fux.; at an. 13 Contractus.

(Ibid.) *Apollinaris Asianus*, etc. Attribuuntur ista in aliis quidem anno 9 Veri, ut in Pi., O., Vi., Mar.; anno 10 in Peta., Fux.; anno 11 in Lo., Fa. et impressis; an. 13 apud Contractum; an. 16 apud Albertum. Porro hinc expurgabis Adonem, ubi *Apollinaris Apianus*, pro *Asianus*.

(Ibid.) *Dionysius episcopus*, etc. Assignant hæc anno 10 Marci, Pi., O., Mar.; anno vero 11 Peta., Lo., Fa., Fux. et impressi.

(Ibid.) *Pynitus.* Germanius quam olim *Pynetus*: in qua castigatione secuti sumus L., A., Pi., M., V., Lo., tres mss. Fab., Anton., quibus accedit Hieron. lib. de Scriptor. Eccles. et ipse Euseb. lib. IV Hist. cap. 23, ubi Πίνυτος. In O., Vi., *Phythinus*; in Fa., Fre., Adone et Vincent., *Pinitus*; in Peta., *Pynnitus*; in Fux., *Pynitus*; in Mar., corrupte, *Primitus*.

(Ibid.) *Pseudoprophetia. Hæresis*. Vi., O.

(Ibid.) *Quæ Cataphrygas. Cathaphrigas* Fa., *Cataphrigas* Peta., quæ *Catebretas* Au.; sed ubique mendum est manifestum ex Augustino, Epiphanio, Eusebio lib. V. Histor. cap. 16, et veteribus scriptoribus: illustriss. Baronius referens hunc locum tom. II, pag. 188, ita habet: *quæ juxta Phrygas nominatur*. Nam κατὰ et *juxta* idem sunt.

(Ibid.) *Pseudoprophetia.... Priscilla.* Deest in A., sed est in aliis, et Vincen. ac Mar., et retinendum sine dubio, ut constat ex Eusebio lib. V Hist. cap. 14, Epiphan. hæres. 48, Cedreno, Hieronymo lib. de Scriptor. Ecclesiast., ubi eadem refert, et ex Augustino lib. de Hæresib. qui tamen pro *Priscilla* eam *Priscam* nominat, sicut habent Lo., Fre. (licet hic paulo post vocet *Priscillam*), et sicut Erasmus testatur legi apud Hierony. lib. de Scriptor. Eccles. in emendatioribus codd., ut etiam in vulgatis legitur, et lib. adversus Pelagian. Hic demum observandum quod hæresim hanc natam referunt anno 10 Marci, Pi., O., Vi.; at anno 11 Peta., Lo., Fa., Fux. et impressi. Epiphanius, hæresi 48, tradit exortam circa an. 19 Antonini Pii; itaque citius quam auctor annis 14.

(Ibid.) *Tatianus hæreticus agnoscitur*, etc. Minus tamen certa notio anni ignotum eum reddet. Pi. enim, O., Vi. et Mar., discessione a cæteris facta, anno 11 Antonini Veri tribuunt. At Peta., Lo., Fa., Fux., cum impressis an. 12.

A (Ibid.) *Tatianus. Titianus* Lod., Lo., Fa.; *Tacianus* Vincent. tom. I, sed corrupte, cum idem sit cum eo de quo egimus in Præfatione Eusebii, et de quo verba facit Euseb. lib. VI cap. 13, agens de Clemente, μνημονεύει τέ τοῦ πρὸς Ἕλληνας Τατιανοῦ. Exstat ejus oratio contra Gentes.

(Ibid.) *Bardesanes alterius hæreseos*, etc. Pergunt discrepare Pi., O. et Vi. a cæteris: hæc enim annumerant anno 11 Antonini Veri, quæ Peta., Fux., Lo., Fa., Mar. et impressi anno 12.

(Ibid.) *Appianus Cilix poeta*, etc. Commendantur in O., Pi. et Vi. laterculo illi qui anno 11 Veri jacet oppositus, cum in cæteris et Mar. alteri illi qui anno 12.

(Ibid.) *Cilix.* Purius ex fide L., Pi. et auctoritate Hierony. in Ezech. XLVII, ubi idem refert; hinc Lucanus lib. III:

Itque Cilix juxta jam non pirata carina;

B tamen vulgati, Mar. et alii codd. habent minus pure *Cilex* vel *Cylex*, id est ex Cilicia, ut antea vidimus de *Pylade*.

(Ibid.) *Halieutica.* Sic restituimus pro *Halieuticam*, ut in impressis; aut *Alieuticam*, ut in Pi.; aut *Aleutica*, ut apud Mar.; aut *Aliaeutica*, ut in Fa., Peta.; aut *Eutica*, ut in Lo.; aut *Eleutica*, ut in P.; aut *Eleuticam*, ut in Vi., O. Sic varie lusit negligentia librariorum in depravando hoc nomine. Nos vero sumus secuti A., M., tres mss. Fab., et Sozomenum lib. I in præfat., qui ejus libri seu poematis subjectam materiam describens sic ait: Ὀππιανὸν τὸν ἐν τοῖς μέτροις τῶν ἰχθύων τὰ γένη καὶ τὴν φύσιν καὶ τὴν θήραν ἀφηγησάμενον, *Oppianus piscium genera, naturam, et capturam carmine complexus est*. Cedrenus habet, Ὀππιανὸς τὴν ἁλιευτικὴν συνεγράψατο. In Va., Ἀλιευτικὰ, ut etiam apud Hierony. lib. de Scriptor. Eccles., et apud Vopiscum. Exstat ille insignis liber impressus Græce Florentiæ, Latine Venetiis, et Parisiis utraque lingua.

C (Ibid.) *Tanta per totum orbem pestilentia*, etc. Hanc luem generalis codicum consensus constituit ad annum 12 Antonini Veri. Nescio an alius scriptor ejus meminerit.

(Ibid.) *In quibus. In quis* L., M., A., Pi., P., tres mss. Fab., ut etiam supra circa olympiade 217.

(Ibid.) *Antoninus.... semel pertinaci exercitui, et qui.* Hæc emendatio debetur Lo., Peta., Fux., Fa., Mar. Nam vulgati habent *semel pertinaciter exercitui qui*, etc. Idac., *semel pertinaciter exercitu*; Vi., O., *semel pertinaci exercitu qui*, etc., *semel pertinaci exercitu et qui*, etc.: quæ duæ postremæ lectiones videntur penitus non improbandæ; sed prior magis placet. Apud Baronium dum hunc locum recitat tom. II, pag. 220, forsan ex alique ms. habes, *semel pertiniciter exercitui qui.*

(Ibid.) *Siti oppresso. Siti oppressis*, A., L., Peta., Fux., M., P., Lo., Mar., Pi. Prius nobiscum habent alii libri et Vincen. tom. I. Plura de hac pluvia divinitus missa orationibus Christianorum apud Orosium

D lib. VII cap. 15, Euseb. lib. V cap. 5, qui illa transcripsit pene ad verbum ex Tertulliano in Apolog. cap. 5 et ad Scapulam, Nicephorum lib. IV cap. 12, Justinum in Apolog., Diaconum lib. X, Dion. qui artibus magicis tribuit hanc pluviam, Capitolinum qui precibus Antonini erga Deum exortam ait. Xiphilinus tradit *legionem* (Christianorum) *ideo vocatam fuisse* κεραυνοβόλον, *fulminatricem*. Quo autem anno contigerit hæc insignis victoria, non ita facile est judicare ex libris: nam cum singulæ historiæ referantur fere semper ad annum cujus nota apponitur initio periodi, Pi. et Lo. videntur constituere illa prima verba hujus periodi, *Imperator Antoninus multis*, etc., ad annum 12 Antonini. Nihilominus e regione horum verborum, *in Quadorum regione pugnabat*, apponitur nota 14 anni ipsius. In aliis libris illa prima verba periodi apponuntur e regione an. 13 ejusdem; sed illi cum cæteris conveniunt in hoc, ut

ex adverso eorumdem verborum, *in Quadorum regione pugnabat*, apponatur nota 14 anni. Itaque si habeatur ratio non numeri oppositi primis verbis illius periodi, sed numeri qui est ex adverso verborum, quæ illam pugnam exprimunt, dicendum est omnes libros convenire in hoc, ut illa contigerit an. 14 Antonini: sicuti revera accidit, ut colligitur tum ex litteris ipsius imperatoris ad senatum de tanta victoria precibus Christianorum obtenta, quæ ex bibliotheca Vaticana reperiuntur apud Onuphrium in Fastis pag. 350, in quibus inscribitur Antoninum fuisse *Tribunitiæ potestatis* 28, tum ex nummis et veteribus inscriptionibus, ex quibus dignoscitur fuisse 15 tribunitiam potestatem eo anno, quo ipse Antoninus suscepit imperium.

(631.) *Atticus Platonicæ sectæ*, etc. *Acticus* Vincen. Hunc aggregant O., Vi., anno 15 Marci; sed reliqui anno 16, ut Peta., Pi., Fux., Lo., Fa., et editi.

(Ibid.) *Romanæ Ecclesiæ XII episcopatum suscipit Eleutherus an.* 15. Emendatius quam ut olim *Eleutherius*, sicut præscribunt Pi., Peta., Vi., Fux., O., Lo. (quid alii, non memini), et ipse Auctor lib. v cap. 1 Histor. Item Hieronym. lib. de Script. Eccles. et Nicephor. lib. III cap. 25, licet ratio altera scribendi apud bonos auctores recipiatur, ut apud Iræneum lib. III advers. Hæres. Reposuimus autem ad an. 17 Marci Antonini, dictantibus Peta., Lo., Fux. et ipso Auctore et Nicephor. ibidem, licet cusi cum O., Fa., Vi., Pi., haberent ad an. 16. Cæterum pro *annis* 15 legitur in L., Pi. *an.* 25, sed mendose. Apud Auctorem lib. v cap. 22, et Nicephor. lib. IV cap. 19, tribuuntur tantum *anni* 13, et Victor. dicitur successisse Eleuthero *an.* 10 Commodi. Sed quod non eadem mens illi fuerit, quando prius edidit hoc Chronicon, satis convincitur ex situ subsequentium pontificum.

(Ibid.) *Antiochiæ VII episcopus constituitur Maximinus.* Addidimus *episcopus* ex L. Al., O., Pi., Lo., Vi., Contract. Porro hunc *Maximinum* factum præsulem Antiochenum an. 16 Antonini Veri, indices sunt editi: qua in re destituuntur a chirographis, qui omnes cum anno 17 comparant: sed omnes videntur mendosi, quia certum est Theophilum antecessorem vixisse usque ad Commodum. Ipse enim refert lib. III ad Autolycum, quot annos regnarit Antoninus Verus, cui Commodus successit: unde non absurde Nicephorus Constant. in Chronol. tribuit ipsi Theophilo annos 13, qui juxta auctorem coincidunt in an. 2 Commodi.

(Ibid.) *Maximinus. Maximus* A., Al., Peta., O., Vi., Lo., Mar., prius legitur tum in cæteris mss., tum in Eusebio lib. IV Histor. cap. 24, Zonar. tom. II, et Nicephoro lib. IV cap. 25. At *Maximianus* apud Nicephorum Constantinop.

(Ibid.) *Antoninus Commodum fil. suum consortem regni facit.* Cui alteri anno tribueremus quam 17 Veri, seu 2 olymp. 239, cum ita dictent omnes codices et Cassiodorus, licet Mar., et Contract. an. 16?

(Ibid.) *Antoninus cum filio*, etc. Hæc ad annum imperii Antonini 18, seu 2 olymp. 239, constituunt O., Vi., Pi., et excusi; sed ad an. 17 Contract., et ad an. 19 Peta., Lo., Fa., Fux. Lampridius in Commodo notat hæc accidisse in consulatu *Pollionis et Apri*, hoc est, ut designant Fasti Onuphrii, anno 4 olymp. 338. Cassiodorus vero, *coss. Orfiti et Rufi*, id est, anno 2 olymp. 239, ut in iisdem Fastis appingitur; sed tamen anno 18 Veri, juxta ipsum Cassiodorum, qui profert pene ipsissima verba Eusebii.

(Ibid.) *Apud Carnuntum.* Sic pro *apud Cornutum*, ut in impressis; secuti sumus A., L., M., Pi., Sa., Fux., tres mss. Fab., P., Vi., Lo., O., Spartianum et Ammianum lib. XXX, et quia omnia exemplaria conveniunt in hoc vocabulo, dum ejus fit mentio circa olympiad. 272: unde Andreas Althamer in descriptione Danubii scribit veteres dixisse *Carnuntum*; sicut etiam legitur apud Eutrop. lib. VIII, qui ista eadem refert; in Peta., *apud Carnunthum;* in V., Va. Vat., Fa., *apud Carnutum*, sicut apud Aurelium Victorem et Zosimum; in Al., *Corminium;* seu apud Orosium lib. VII cap. 15, *apud Carnotum.* Ita omnes fere conveniunt in prima syllaba *Car.* Plinius lib. IV cap. 12, et lib. XLVII cap. 3, et Anton. in Itiner. meminerunt *Carnunti* urbis in Pannonia, quam Zosimus lib. II, loquens de Herculio ad Diocletianum, profecto misere confundit cum Carnuto oppido Celtico, quod proprie Carnutum, vulgo *Chartres:* alterum Carnuntum appellatur. Sunt viri docti qui putant idem esse quod hodie *Petronella* dicitur in Austria, ubi visuntur moles et situs castrorum.

(Ibid.) *Antoninus post victoriam..... exhibuerit.* Absunt hæc ab L.: nil tamen cogit nos cur ea tollamus, cum exstent in aliis codicibus, et apud Capitolinum atque Eutropium, ex quibus sumpta videntur. Munificentiam autem hanc exhibitam ab Antonino aliqui libri tradunt anno ejus 18, ut Pi., Vi., O., Mar.; aliqui anno 19, ut Peta., Lo., tres mss. Fab., Fa., Fux. et cusi, quibus favet Cassiodorus. Eutropius hæc eadem refert, omisso tamen consule, seu anno.

(Ibid.) *Commodus a senatu Augustus appellatur.* Reduxere ista Pi., O., Vi., Mar. ad an. 18 Veri; Lo., Fa., Fux., tres mss. Fab. et vulgares ad an. 19 et ultimum, quem amplectitur Cassiodorus: et ratio idem exigit.

(Ibid.) *Smyrna urbs Asiæ terræmotu ruit*, etc. Non una est assertio omnium codicum, quo anno id evenerit, cum Pi., Vi., O., Mar. redigant ad annum 18 Veri., Peta., Lo., Fa., tres mss. Fab., Fux. et vulgares ad annum 19.

(Ibid.) *Julianus X Alexandrinæ Ecclesiæ*, etc. Juliani episcopatum referri volunt libri ad annum 18 Veri, ut Mar.; alii vero ad an. 19. Sic Fux., Fa., Lo., Peta., Pi., tres mss. Fab. et impressi. Soli O. et Vi. una cum Contracto dissentiunt, qui ad annum 1 Commodi; et hi videntur imitandi, quia Auctor lib. v Hist. cap. 9, ascribit initium episcopatus hujus Juliani anno primo Commodi, atque etiam quia annis 12 Agrippini antecessoris pertingunt usque ad illum annum.

(Ibid.) *Commodus de Germanis triumphavit.* Triumphum decretum Commodo anno 1 imperii sui docent omnes libri, et Mar.

(Ibid.) *Templum Sarapidis Alexandriæ incensum.* Libri omnes et Contractus indices nobis sunt hæc evenisse anno 2 Commodi: excludito Mar. qui circa. an. 1 enumerat: quodnam sit verius aliunde non potest dici, cum nullus veterum ejusdem rei meminerit.

(Ibid.) *Serapidis. Serapidis* Peta. et 3 mss. Fab., *Sarapis* Fa., *Serapis* Mar. De hujus orthographia supra.

(Ibid.) *Irenæus. Hyreneus* Peta., Vi., Fa., O., Vincen.; *Hireneus* Fux., Lo., Pi., et 3 mss. Fab. Porro Pi., O., Mar. et Vi. ad an. 2 Commodi referunt; Contract. ad an. 8; Peta., Lo., Fa., Fux. ad an. 3: quorum partes imitantur impressi; nec video cur ab illis discedendum sit.

(633.) *Thermæ Commodianæ Romæ factæ.* Dissensio est inter chirographos quo anno imperii Commodus has thermas ædificavit. Nam Pi., Vi., Mar., O., an. 3 et 3 olymp. 240; Peta., Lo., Fa., Fux. et impressi an. 4 ascribunt: Cassiodorus vero et Contractus anno 5.

(Ibid.) *Commodus Septembrem mensem*, etc. Pro *septimum mensem* ex fide A., L., M., V., Va., Sa., Peta., Vat., Fa., Vi., Pi., P., O., Al., Lo., Lod., trium mss. Fab., Mar. et Entrop. lib. VIII. Adhæc institutum est hoc a Commodo anno 3 imperii ipsius, si Pi., O., Vi. credideris; si Fa., Mar. et impressis, an. 4; si Peta., Lo., Fux., an. 5.

(Ibid.) *Hierosolymis XXVI ordinatur episcopus Maximus*, etc. Evectum Maximum ad cathedram

episcopalem Hierosolymitanam anno 4 Commodi monstrant Pi., O., Vi. : anno vero 5, Fa., Mar. et cusi; anno demum 6, Peta., Lo., Fux. et tres mss. Fab.

(Ibid.) *Dulichianus*. Olim *Dulychianus* cum *y*, sed maluimus imitari Pi., O., Vi., quam etiam *Dulcianus* in Peta., Lo., Mar., Contract.; *Dulcionus* in Fa. et quatuor. Vatic.; *Dulcianus* in tribus aliis Vatic.: quia legimus apud Eusebium lib. v Histor. cap. 12, Δολιχιανός. Interpres Epiphanii hæres. 66 vocat *Diocletianum*, sed error est librarii; nam etiam apud eumdem Δολιχιαρός, sicut habes Nicephor. lib. IV cap. 19, *Dolichianus*. Idem apud Nicephor. Constantin. *Dius*. Hanc lectionem tuentur L., M., Vi., O., Pi., sex Vatic., P., Peta., Al., Lo., Fa., Lod., Mar., Zonar. tom. II, Epiphan. hæres. 66, Nicephor. Constantinop. et Niceph. Calis. lib. v cap. 10. Nam vulgati habent *Ælius*, ut *Idius* in A., *Helvius* apud Cassiodor. in Chronic., *Dydus* in uno Vatic.

(Ibid.) *Minime inveniantur*. *Minime servarentur*, in A., L., M., V., P., Pi., O., Vi., Lo. et trib. mss. Fab.; in Peta., *minime salvarentur;* in Mar., *minime reperiuntur*. Sed nil mutavimus, quia sensus eodem recidit.

(Ibid.) *Apollonius.... truncatus est*. Desiderantur ista in A., L., M., Pi., Peta., Fux., trib. mss. Fab., O., Vi., septem Vaticanis, Fa., P., Lo., Mar., Contract. : tamen habentur apud Euseb. lib. v Histor. cap. 21. Ideo hic quoque maneant.

(Ibid.) *In Capitolium*. *In Capitolio* Peta., Fux., Fa., Lo., Pi.; verum hujus rei gestæ varii anni indicantur pro varietate codicum, ut apud Mar. annus 5 Commodi; in Vi., O., annus 6; in Pi. an. 7; in Lo., Fa. et cusis annus 8; in Peta., Fux., annus 9.

(Ibid.) *Alexandriæ XI.... Demetrius*, etc. Primus annus hujus Demetrii episcopi comparatur in Pi., Vi., O., cum anno 8 Commodi; in Lo., Fa., Fux., Mar. et impressis cum anno 9; in Peta., 3 mss. Fab. et Contract. cum anno 10. Cuinam potius hærendum, cum Eusebius lib. VI Histor. cap. 2, et Nicephor. lib. v cap. 3, assignent primordia episcopatus Demetrii anno 10 Severi ?

(Ibid.) *Annis* 43. Restituimus 43 pro 34, prælucentibus A., L., Vi., O., Pi., M., Lo., Contract., Mar., præcipue ipso Auctore lib. VI Hist. cap. 26, Nicephor. lib. v cap. 18, licet *annis* 47 in Pi., *an*. 40 in Peta., *an*. 17 in uno ex tribus mss. Fab., in altero *an*. 43. Nicephorus Constantinopolit. tribuit illi tantum *an*. 10.

(Ibid.) *Commodus imperator Colossi*, etc. Cœpit edere argumenta hæc superbiæ suæ Commodus anno 9 imperii sui, ut docent Pi., Vi., O., Fa., Mar. et editiones; sive anno 10, ut Peta., Lo., Fux., Albertus, Contract. et tres mss. Fab.; quibus convenit Cassiodorus, qui hæc ipsissima verba profert. Lampridius vult caput illud sublatum, fuisse Solis effigiem. Nam primum quidem habuit ille Colossus *vultum Neronis*, ut loquitur Spartianus, sed postea fuit *Soli consecratum*, non ab Hadriano, ut ipse vult, sed a Vespasiano.

(Ibid.) *Serapion VIII*. Legeras hucusque in ultimis editionibus Basiliensibus et Sonniana *VII* pro *VIII*, sed erratum agnosces, cum Maximinus ejus prædecessor numeretur *VII*. Adde quod Eusebius in Historia, Nicephorus et Zonaras vocant eum *VIII*, et ita habent primæ editiones Ven. et Lut. Mar. autem vocat mendose *Seraphionem*, et nonum recenset. Porro ad insulas Episcopatus Antiocheni vocatum Serapionem anno 10 Commodi, docent Pi., Lo., Vi., Fa., O., Mar., tres mss. Fab. et impressi; anno vero 11 Peta., Fux.; an. 12. Contract. Editorum situs stabilitur auctoritate Nicephori Constantinopolitani, dum Maximo superiori episcopo Antiocheno tribuit annos 13, qui desinunt in annum 10 Commodi; licet ab eo dissentiat Nicephorus Calistus, dum annos 11 tantum illi ascribit. Eusebius A quoque lib. v Hist. cap. 22 videtur tribuere initium Serapionis eidem anno 10 Commodi. Idem quoque Nicephorus lib. IV, cap. 19.

(Ibid.) *Commodus multos nobilium*, etc. Ut plerumque in cæteris, sic hoc loco uno aut altero anno dissentiunt codices. Nam Pi. anno 10 Commodi notat; Peta., O., Lo., Vi., Fa., Fux. et impressi anno 11; Contract. anno 12. Lampridius meminit quidem cædis horum, sed annum prætermittit.

(Ibid.) *Incendio Romæ*, etc. Observarunt evenisse anno 12 Commodi Peta., Pi., Lo., Vi., O., Fux., Fa. et excusi: Mar. an. 11. Hoc incendium eleganter describunt Herodianus et Orosius.

(Ibid.) *In domo Vestilianis*. *Vestalis* Idac., Vincen., Martinus Polonus, Au.; *Vespasiani* Mar., sed vitiose : nam lectio nostra habetur in editis, 7 Vaticanis, et aliis mss., et apud Jornan., Antoni., Contract. et Cassiodorum. Addo etiam cum bona venia Casauboni, apud Orosium lib. VII cap. 16, et codicem clarissimi Petavii. B Onuphrius autem lib. de Rom. princip. ait Commodum strangulatum fuisse *in hortis Vectilianis*, forte ex Capitolino, dum hic Commodum occisum fuisse refert *in Vectilianis* scilicet ædibus, et dum in Marco Antonino ait, ipsum *natum Romæ in monte Cœlio in hortis :* Nam, ut ait Lampridius, *de Palatio ipse ad Cœlium montem in Vectilianas ædes migravit*, *negans se in palatio posse dormire :* unde Fasti Græci, referente Casaubono in doctissimis suis Notis in Lampridium pag. 221, ἐν οἰκίᾳ Βεστιανοῦ συγγενοῦς αὐτοῦ; et Gotfridus Viterbien. (qui scripsit an. 1180), *in domo Vestiliæ dicitur fuisse strangulatus*. Idem Otho Fris. lib. III, cap. 17, nec dubium quin uterque ab Eusebio sit mutuatus.

(Ibid.) *Ælius*. *Helvius* Peta., Fa., Lo., Pi., tres mss. Fab., Victor. lib. de Cæsaribus et in Epitome; *Elius*, Vi., O.; *Helius*, Fux. et Albert. In solo Fux. tribuitur Pertinaci unus annus in columna numerorum, seu in serie annorum. At in Pi., Peta., ascribi- C tur quidem nota numeralis e regione horum *Ælius Pertinax*, etc.; sed ita ut vicem teneat anni primi Severi, adeo ut nota anni 2 ipsius sit postea posita e regione illius paragraphi *Clemens Alexandrinæ*, etc. Itaque observandum est istum versiculum et subsequentes usque ad *Severus*, etc., vel revocari ad an. 1 Pertinacis, ut in illis in quibus illi datur unus annus, sicuti in Fux., 3 mss. Fab., Mar., vel ad an. 1 Severi, ut in illis duobus in quibus ille annus Severi præit, vel ad an. 13 et ultimum Commodi, ut in cæteris, in quibus nulla est nota inter annum 13 Commodi, et an. 1 Severi.

(Ibid.) *Pertinax septuagenario*. Pro *sextuagenario* ex L., A., M., Vi., Pi., V., P., So., O., Lo., Anton., Cassiodoro et Eutropio lib. VIII, qui eadem refert, et ejus metaphraste Pæanio; *sexagenario* Mar. Dio tamen, Vopiscus et Herodianus aiunt, eum natum fuisse 67 annos, cum factus est imperator.

(Ibid.) *Romæ episcopatum suscipit XIII Victor. an*. 10. D Duo hic notatione digna : primum, quod dicatur episcopus *XIII*, cum vulgati habeant *XIV*, sed priorem numerum docent omnes libri, et ipsa ratio præcedentis et subsequentis episcopi, quod accipiendum scilicet a Petro, ut explicat Eusebius lib. v Histor. cap. 28, quo etiam sensu paulo ante dixit, *Linum primum Romanæ Ecclesiæ episcopum*, videlicet post Petrum. Ab hoc Cletus dicitur secundus, et ita consequenter alterum quod ratio situs est diversa. Nam in vulgatis, Fa., Lo., Vi., O., habentur ad an. 13 Commodi; in aliis vel ad an. unicum Pertinacis, vel ad an. 1 Severi, prout varii sunt libri, de quibus supra.

(635.) *Testatus est*. Rectius si deleatur vox *est*, ut in Al. et omnibus aliis mss.

(Ibid.) *Apud Milvium*. *Apud Mulvium*, Pi., Lo., L., P., M. et Orosius; *apud Milvum*. O., V., Vi.; *apud Molinum*, Fux., ubi *in* pro *vi*. Verum rectius *Milvium ;* cum idem reperiatur in sex Vaticanis et

aliis mss. Anton., Mar., Idac., Nicephor., Vincen., Beda, Adone et Othone. In Lod. legitur *Bulbium;* in Fre., *Malvium;* sed vitiose utrobique, de hoc plura postea.

(Ibid.) *Severus regnavit an.* 18. Pro 18 prostat 19 in O., Vi., tam in textu, quam in serie annorum. Sic apud Vincentium, qui eodem vel simili codice videtur usus. Fa. et Lo. exhibent quidem 19 in textu, sed in serie tantum 18. Optassem jure posse hoc illi concedi : teneret enim decimus nonus ille annus locum illius, quem veluti superfluum agnoscimus in annis Galerii, ut dicemus. Verum cum adversos habeamus cæteros codices, absit ut eo audaciæ prorumpamus, maxime cum videam apud Xiphilinum, Contr. et Fastos 17 annorum spatio *mens.* 8, *die.* 3, imperium Severi definiri; Cedreno sunt totidem, nisi quod dies prætermittat; Zonaræ *an.* 16, *mens.* 8, *die.* 5; Eutropio *ann.* 16, *mens.* 4. Ado et Freculphus numerat quidem *an.* 17, sed menses et dies reticent; at Eusebius, cujus auctoritate flectuntur, lib. vi Hist. cap. 8 vulgatam lectionem tuetur, cui adhærent Orosius, Beda, Antoni., Hugo Floriacens. (qui est ms. apud clarissimum et eruditissimum Petavium) et Marianus, nisi quod hic *menses* 3 annumerat.

(Ibid.) *Severus provincia*, etc. Descriptio est generis Severi, quæ quia primo loco solet præmitti in aliis, et anno illius primo respondeat necesse est, ex præscripto Pi., Lo., Vi., O., Fa., Fux. et impressorum. Solus Peta. an. 2 opponit.

(Ibid.) *Lepti. Lepci* Pi., L., A., M., P.; *Lecti* tres Vatic. Primum tamen cæteris præferendum : nam sic reliqui codices, et Mar. Præterea ista ad verbum refert Cassiodorus, et ita scribunt Victor. Capitolinus, Vopiscus, Spartianus, Oros. lib. vii cap. 17, et Aurel. Victor. lib. de Cæsarib., præcipue vero Eutropius lib. viii, ex quo ista videntur descripta ad verbum. Certum est autem duas esse urbes hujus nominis in Africa, ut testantur Plinius, Mela, et Antonini Itinerarium, atque alii plerique.

(Ibid.) *Clemens Alexandrinæ*, etc. Concertationes has ad an. 1 Severi, Mar., at ad an. 2 ejusdem notant Peta., Pi., Lo., Vi., Fa., O., Fux., 3 mss. Fab. et impressi.

(Ibid.) *Narcissus Hierosolymitarum*, etc. *Hierosolymorum*, suadentibus Peta., Fux., A., M., Va. Lo., P., L., Mar., Al., Beda, Adone, Orosio et aliis. Nihilominus cum vetus scriptio habeat suam rationem de incolis Hierosolymæ urbis, maneat immota. Porro ista ad an. 4 Severi produnt Vi. et O. Sed reliqui ad an. 3, ut Peta., Pi., Fux., Fa., Lo., Contract., Mar., tres mss. Fab. et impressi.

(Ibid.) *Polycrates quoque*. Exstabat ante in vulgatis et majori parte chirographorum, quin etiam apud Bedam, Contract. et Marianum, *Polycarpus quoque :* prius tamen magis probatur, non tantum quia ita castigatum est ad oram editionum Basiliensium et Sonnianæ; sed quia ita habent Vi., O., Fux. Præcipue vero quod Auctor iterum loquens, quatuor lineis interjectis, de Narcisso, Theophilo, et Bacchyllo, de quibus hoc loco, cum illis copulat coætaneum *Polycratem* et non *Polycarpum*. Idem lib. v Hist. cap. 22. Præcipua vero ratio est quia Polycarpus Smyrnæ episcopus (nuspiam enim alterius episcopi ejus nominis illis primis temporibus fit mentio) privatus est vita ex sententia Eusebii supra et lib. iv Histor. cap. 14, *initio imperii Antonini*, hoc est, circa ejus annum 6 et Christi 169. Nec te sollicitum habeat, quod asserit Socrates lib. v, cap. 22, cum martyrio vitam finiisse sub Gordiano, hoc est an. Christi 241. Nam cum nullam veritatis speciem id præ se ferat, sua sponte ruit.

(Ibid.) *Polycrates quoque et Irenæus et Bacchyllus. Polycrates Ephesiorum, et Hirenæus Lugdunensis, et Bachylus Corinthiorum*, in Fux.

(Ibid.) *Bacchyllus. Bachinus*, O., Vi.; *Bacchilos*, Pi.; *Baccilus*, Lo.; *Bacillus* et paulo post *Bracillus*,

A Fa.; *Bachylus*, Contract., Beda; *Bachilus*, Mar.; *Bacchilus*, Peta. et tres mss. Fab.; quod idem paulo post observatur. Nos alterum *l* addidimus, juxta Euseb. lib. v Hist. cap. 23, ubi Βακχύλλος : at apud Nicephor. lib. iv capit. 19, *Bacchylus* cum unico *l*.

(Ibid.) *Candidus... efficitur*. Desiderantur in L., A., M., septem Vat., P., Vi., O., Pi. Lo., Pet. et tribus mss. Fab. et Mar.; sed ejus facit mentionem Euseb. lib. v Hist. cap. 26, sub Severo, ut etiam Niceph. lib. iv cap. 35. Consensus tamen tot exemplarium persuadet esse glossema.

(Ibid.) *Quæstione orta*. Satisfactum quæstioni a pontificibus illis an. 4 Severi, docent Peta., Lo., Fa., Fux., Mar., quibus adde editiones; at Pi., Vi., O., an. 5.

(Ibid.) *Hierosolymarum*. Ne sis dubius de hac scriptura. Nam editi et manuscripti non semel illam habent, licet frequentius *Hierosolymorum;* usitatius enim est apud veteres neutrum plurale quam femineum : sed de hoc supra quasi ab initio.

B (Ibid.) *Judaicum et Samariticum. Sarmaticum* M., V., Fa., Va., P.; utrumque in Vat.; *Samaritanum* in O., Vi., Mar.; sed germanior communis lectio, et eam sequuntur præter alia exemplaria Contractus, Vincentius, Antoninus : quod enim Severus bellum Sarmatis indixerit, nullus, quod sciam, scripsit. Eruditissimus vir ait se numquam invenisse bellum Judaicum a Severo gestum. At poterat illud hic advertere. Ad extremum, bellum hoc renovatum docent an. 4 Severi; Fux., Peta., Mar., Contract. et cusi, et an. 5; Lo., Fa., an. 7; Vi. O., an. 8.

(Ibid.) *Severus Parthos*, etc. Committuntur hæc laterculo opposito án. 5 Severi in Lo., Fux., Peta.; an. 6 in Fa., Mar., Contract., Alberto, impressis et Cassiod.; an. 7 in Vi., O.; an. 9 in Pi. De his vide Herodianum, Spartianum et Eutropium, licet non indicent annum.

(Ibid.) *Bellum ortum, vel resumptum. Bellum motum* L., A., M., V., P., Fux., Lo., Fa., Pi., O., Vi.,

C tres mss. Fab., Mar., ut etiam Contractus : illud autem *vel resumptum* non apparet in Peta.

(Ibid.) *Adiabenos*. Receptum jam videbatur in editis ut *Adyabenos* per *y* prostaret, sicut habet Plinius lib. vi, cap. 9. Verum vicit chirographorum consensus, M., A., Lo., Fa., Peta., Fux., trium mss. Fab. et Mar., præsertim cum præponderet auctoritas Eutropii, Jornandis, Cassiodori, Dionis, Orosii, Ammiani, Rufi, Spartiani, Victoris, Strabonis, Herodoti, et Auctoris ipsius in Historia, apud quos leges Ἀδιαβηνοί et *Adiabenoi*, sicut etiam habent veteres lapides et inscriptiones. Ad hæc observabis non levem maculam in Vi., O., Pi., L., Lo., in quibus *Azabanus;* in Fux. et Mar., *Adiabennes*.

(Ibid.) *Arabesque. Arabasque* Lo., Pi., tres mss. Fab., Contr., Eutrop. lib. viii et Cassiodor.; *Arabes quoque* Peta.

(Ibid.) *Faceret. Fecerit* A., L., M., P., Lo., Pi., Mar. Prius est apud Eutropium et in aliis mss.

D (Ibid.) *Adiabenicus*. Iisdem rationibus moti, quibus antea, ita scribendum diximus, et non *Adyabenicus*, ut olim; licet desit in Vi., O., et in Fa. *Adiabenus* pingatur.

(Ibid.) *Severo imperante Thermæ*, etc. Diversis annis annumerantur hæc pro varietate codicum, ut in Fa. et impressis an. 7; in Lo., Fux., Peta., Contract., an. 8; in Pi., Vi., O., ann. 10; a Cassiodoro comparantur cum an. 8.

(Ibid.) *Et Romæ*. Sic habent L., A., Au., M., P., O., Pi., Vi., Lo., et non ut olim, *et Romam*.

(Ibid.) *Septizonium*. Olim legebatur *Septizodium:* nos ope exemplaris Al. et Fux. et unius ex tribus mss. Fab. locum correximus : et nostram lectionem confirmant Suetonius in Tito, Notitia Rom. imperii, Antiqua Descriptio Urbis, Cassiod. in posteriori editione (nam in veteri *Septizodium*). Idem Spartianus et Ammian. lib. xv. Favent etiam codices V., Lo., Fa., ubi legitur *Septidonium*, *d* pro *z :* video vocari

a Capitolino *Septodium*, quasi concursus septem viarum : ab aliis *Septisolium*, quasi divisum in septem solaria; sed de *Septizodio* nusquam alias : Pomponius Lætus, et alii viri docti putant dictum *Septizonium*, quod septem cingulis seu zonis (sic enim vocant ordines columnarum) fuerit constructum et constrictum, sed meo judicio non satis probabiliter.

(637.) *Zephyrinus. Zefyrinus*, Lo.; *Zephirrinus*, Vi., Peta., O., Fa., Fux.; *Zesrinus*, Pi. Sed vulgata est aliorum et ipsius Hieronymi lib. de Script. eccles. et Auctoris, utriusque Nicephori, Zonaræ et aliorum.

(Ibid.) *Zephirinus XIV... suscepit annis* 18. Restituimus *an.* 18, pro *an.* 17, ut olim; vel, ut in Peta., *an.* 20. Nam sic suadent Pi., O., Vi., L., M., Contract., Albertus et Euseb. lib. vi Hist. cap. 18, et lib. v cap. ult., Niceph. quoque Callist., licet alter Constantin. habeat *an.* 19. Reposuimus autem ad an. 9 Severi juxta Lo., Peta., Fa., Contract. et Nicepho. lib. iv cap. 19, qui vult eum præfuisse an. 9 Severi : quibus favet ipse Euseb. lib vi Hist. cap. 21, dum tradit Zephyrinum obiisse an. 1 Aurelii Antonini, seu Heliogabali, et sedisse an. 18, quod aliter constare non posset. Quamvis in Vi., O. et Pi. sit ad an. 11, et in editis et Mar. ad an. 8, et hoc modo decimus Victoris et primus Callisti optime respondebunt cum Zephirino.

(Ibid.) *Persecutione in Christianos*, etc. Ad latus horum inseritur *Persecutio in Christianos* in A., M., V.; at in Fux., *Quinta persecutio*. Porro persecutionem hanc connotant Lo., Fux., Peta., Fa., Albert. an. 10 Severi; cum impressi et Mar. an. 9; Pi. demum, Vi. et O. an. 12. Eusebius lib. v cap. 1, et Niceph. lib. v cap. 5, confirmant editos, dum tradunt Leonidem capite truncatum postquam *decennium egerat in imperio Severus*.

(Ibid.) *Alexander ob confessionem*, etc. Connumerant vincula et carceres istius Alexandri, Mar. an. 10 Severi; Fa. an 11, ut etiam impressi; reliqui an. 12, ut Lo., Fux., Peta., Vi., Pi., O. Hic autem videtur idem esse, qui post annos 8 fit episcopus Hierosolymorum ex episcopo Cappadociæ, ut colligitur ex Niceph. lib. v cap. 9, Zonara et Euseb. lib. vi Hist. cap. 8.

(Ibid.) *Clemens multa et varia*. Desiderantur hæc duo *et varia* in L., P., Vi., O., Pi., Lod. Aggregatur autem hic paragraphus in Fa., Mar. et impressis an. 11 Severi. At in Lo., Fux., Pi., Peta., O., Vi., tribus mss. Fab. an. 12. Auctor autem vult significare Clementem Alexandrinum qui scripsit Stromata et alia plura.

(Ibid.) *Musanus. Musonius* M., sed prius in sex Vatic. et aliis codicibus Mar. et Vincent. tom. I et IV, Euseb. lib. iv Hist. cap. 21 et 27, et Hieronymo lib. de Scriptor. Eccles. *Musianus* apud Anastasium Bibliothecarium ms. ex Georgio.

(Ibid.) *Nostræ philosophiæ*. Olim improprie legebatur *noster philosophiæ* : genuina est lectio codicum L., A., Fa., Lo., M., Pi., sex Vat., Vi., O., Al., et notæ marginalis in B., H., P. et So. Ad ultimum annumerarunt hæc an. 13 Severi Lo., Fux., Peta., Mar. et impressi. At anno 13 Pi., Vi., O.

(Ibid.) *Clodio Albino*, etc. Hunc paragraphum referunt circa an. 13 Severi Lo., Fux., Peta., Fa., una cum vulgaribus et Mar. Dissentiunt ab his Pi., Vi., O., qui circa an. 14, a quibus stat Cassiodorus. De eadem historia vide Spartianum, Herodianum, Eutropium, et Orosium.

(Ibid.) *In hoc anno jubilæum*, etc. Non est omittendum in A., V., P., Lo., Vi., O., Peta., Fux., et tribus mss. Fab. hoc loco ante illa *Clodio Albino*, etc., inseri ista e regione anni 2220 ab Abraham, et an. 12 Severi in nonnullis in contextu, in aliis ad oram : *In hoc anno jubilæum a majoribus invenimus observatum, id est 12 an. Severi et* 205 *Antiochenæ urbis*, nisi quod in Vi., O., pro 205 legitur 220; in V., Peta., Lo., 251; in Fux., 250. Sed hi tres numeri non carent mendo, si an. 19 Diocletiani est an. 351 Antiocheni, ut videbitur inferius; immo legendum esset 249. Neque video quomodo tota sententia constare possit : nam si verum est, ut ante notavimus, an. 30 Christi incidisse in principium 81 jubilæi; nam ab illo an. usque ad an. 12 Severi sunt tantum an. 176. Si esset secundus jubilæus post alterum, copulandi essent an. 151, aut si esset tertius, copulandi an. 201. Nam jubilæi solemnitas celebrabatur initio numeri quinquagesimi, ut ludi Olympici initio olympiadis, seu numeri quinque annorum. Si autem velis Eusebium computare jubilæos ab anno mundi, seu ex hinc multiplicare numerum quinquagesimum, nulla habita ratione illius jubilæi 81, initium jubilæi incidet potius in an. 8 Severi, quia ipse est annus mundi 5401; si initium 41 jubilæi et an. mundi 3235 cœpit an. 51 Abraham, ut dixi superius. Sed quid opus est in re tam incerta ariolari?

(Ibid.) *Per cxxxii millia. Per cxxxiv millia* L., Pi. Deest *millia* in Fa., sed in Fux., *cxxii millia*. Verum primum exstat in editis et aliis mss., et apud Cassiodorum novum (nam antiquus habet *cxxx millia*), Bedam Spartianum, Victorem et Contractum. In O., Vi., *per centum viginti duorum passuum millia*. Eutropius habet in editione Henrici Stephani *per xxxv millia passuum*; at in Wecheliana *per cxxxii passuum millia*. Pæanius, Χάρακα περιέβαλεν ἐπὶ δύο καὶ τριάκοντα πρὸς τοῖς ἑκατὸν σημείοις ἐκτείνας αὐτὸν πρὸς θάλασσαν. Sylburgius notat in vulgata editione omissam notam centenarii fuisse restitutam ex Fuldensi codice, forsan ex nostri Vineti annotationibus, qui ita habere veterem librum testatur.

(Ibid.) *Duxit. Deduxit* L., A., P., Pi. Sic etiam Eutropius lib. viii. In Vi., O., *perduxit*. Favet nobis Cassiodorus et alii libri. Cæterum e regione hujus paragraphi in Fux. ad oram reperies, *Pictorum cecidit ingens multitudo*.

(Ibid.) *Tertullianus Afer, Centurionis proconsularis filius, omnium Ecclesiarum sermone celebratur*. Deerant hæ voces *filius, omnium Ecclesiarum sermone celebratur*, sed sunt repositæ ex Au., M., V., Fa., Fux., Va., O., Vi., Pi., quinque Vaticanis, Lo., Al., L., Peta., tribus mss. Fab., Mar., Beda, Adone, Vincen. tom. I et IV, qui ipsissima verba referunt. tamen antiqua lectio posset tolerari; tum quia nomen, *filius*, apud veteres, maxime apud Græcos sæpius omittitur, et ab homine idiomatis Græci perito facile suppletur, tum quod fieri potest ut illa verba *omnium Ecclesiarum*, etc., non sint germana Eusebii propter Tertulliani lapsum in hæresim; nisi dixeris jam ante ejus nomen cœpisse reddi celebre in Ecclesia : porro in uno Vatic. habes *proconsulis* vice *proconsularis*. Ad extremum quod nobis exhibet Florentem Tertullianum, variant codices. Nam Lo., Fa., Pi., cusi et Mar. circa annum 15; Fux., Peta., 3 mss. Fab., Contract. et Cassiod. circa an. 16; Vi., O., circa an. 18.

(Ibid.) *Origenes Alexandriæ studiis eruditur*. Hæc tribuunt an. 15 Severi Pi.; an. 16 Peta., Lo. et tres mss. Fab.; an. 17 Fux., Fa., Mar.; an. 19 Vi. et O. Nulla horum sedes convenit cum his, quæ habet auctor lib. iii Hist. cap. 3, et Zonaras, videlicet Origenem an. 18 ætatis cœpisse profiteri publice Alexandriæ sacras litteras, et anno quo ejus pater obiit, natum annos 17.

(Ibid.) *Severus moritur*. Licet ista varie disponantur ut in Pi. ad an. 15 Severi; in Lo., Peta., Mar., Contract. et 3 mss. Fab. ad an. 17; in Fux., Fa. et impressis ad an. 18; in Vi. et O. ad an. 19 : quia tamen ejus imperium non excessit fines vitæ, necessario reducenda videtur ad an. 18, tot enim regnasse dicitur.

(Ibid.) *Cognomento Caracalla*. Adjiciuntur consequenter ista in L., M., Peta., Fux., V., O., P., Lo., Pi., Mar., Vi., *Severi filius*. Idem in Chron. Isidori. Cæterum quæ hic traduntur ab Auctore de ratione cognominis Caracallæ, eadem reperies apud Eutro-

pium, Dionem et alios. Scias autem post hunc paragraphum legi in Fux., *Geta Severi filius cum Bassiano fratre successor relictus, et post hostis publicus judicatus confestim periit*. Quæ quamvis non dissideant a veritate historiæ, testibus Herodiano et Spartiano, non tamen crediderim esse auctoris, cum ab aliis libris absint.

(Ibid.) *Regnavit an.* 7. Hic emendavimus pro *regnavit an.* 6, ut in vulgatis, Lo., Pi., Fa., O., Vi., Vincen. et Alberto; sed maluimus imitari A., M., tres mss. Fab., Peta., Fux., P. et Euseb. lib vi Hist. cap. 19, ubi *ann.* 7 *et mens.* 6, Epiphanium, Cassiodorum, Jornandem, Isidorum, Nicephorum lib. v cap. 25, Bedam, Marianum, Contractum, Marti. Polonum, qui nostrum numerum sequuntur, et a quibus non longe absunt Orosius, Ado, Freculphus his verbis, *annis non plenis septem*, Cedrenus an. 6, *mens.* 2. Zonaras addit *diebus aliquot*, Dio *an.* 6, *mens.* 2, *diebus* 5. Accedit ad auctoritatem superiorem, quia hoc modo facile consulitur anno illi : qui si desit, summa illa annorum Christi 381, qua Hieronymus ait duo hæc Chronica concludi, numquam conficietur : dum enim censemus tollendum annum illum, quem vulgares Galbæ et cæteris apponebant, alter in ejus locum fuit propterea subrogandus : et ita videtur legisse Antoninus, dum annum primum Maximini confert cum anno Christi 238.

(Ibid.) *Antiochiæ IX episcopus constituitur Asclepiades.* O., Vi. sedem huic Asclepiadi assignant ad an. 2 Caracallæ; Lo., Fux., Peta., Fa., Pi., Mar., Contract. et impressi retinent ad an. 1, quem videtur confirmare Euseb. lib. vi cap. 8.

(639.) *Alexander XXXV Hierosolymorum episcopus.* Hæc collocantur in Pi. et Fa. circa an. 1 Caracallæ; in Peta., Vi., O., Lo., Fux. circa an. 2. Euseb. lib. vi Hist. cap. 8. confirmat vulgatos.

(Ibid.) *Hierosolymorum. Hierosolymæ* L., Pi., Vincen. tom. I, Severus Sulpitius lib. i et ii; *Hierosolymarum*, A., M., Lo.; sed de hoc supra. Porro Alexandrum coepiscopum Narcisso factum, Fa. et impressi tradunt an. 1 Caracallæ : Lo., Fux., Peta., Vi., O., Pi., an. 2.

(Ibid.) *Adhuc vivente Narcisso.* Desiderantur in L., Pi.; sed præter alia exemplaria, et verba consequentia, eorumdem fidem facit Eusebius lib. vi, cap. 8, in fine.

(Ibid.) *Antoninus Caracalla*, etc. Reservant hæc an. 2 Caracallæ Fa., Mar. et excusi : anno vero 3 Lo., Fux., Peta., Vi., O., Pi., Cassiodorus et Contractus.

(Ibid.) *Antoninus Romæ Thermas*, etc. Destinarunt hæc an. 4 Caracallæ Fa., Vi., O. et impressi, cum Cassiodoro et Contracto, an. 5; Lo., Fux., Peta., an. 6. Vide Spartianum et Eutropium.

(Ibid.) *Thermas sui nominis.* Sic restituimus pro *Thermas suo nomine* ex A., L., Pi., Vi., O., Peta., Fux., Au., Mar., tribus Vatic., Lo., Lod., Fa., tribus mss. Fab., Vincen. tom. I, et Contracto.

(Ibid.) *Antoninus tam impatiens libid. fuit ut novercam*, etc. Attribuuntur ista diversis annis pro varietate exemplarium : in Vi., O., an. 4; in Fa., Mar. et vulgatis an. 5; in Lo., Fux., Peta., Pi., Contract. an. 6. Quodnam sit certius, aliunde sciri non potest; licet Spartianus idem narret.

(Ibid.) *Antoninus interficitur*, etc. Certant inter se codices, cui anno assignanda sint, utrum anno 6, ut Lo., Vi., O., Fa., Pi. et impressi; vel an. 7, ut Fux., Peta., Mar.; sed mors litem dirimit. Si enim septem annos ab Eusebio regnasse dicitur, necessario anno 7 sunt ascribenda.

(Ibid.) *Antoninus*, etc., *inter Edessam et Carras anno ætatis* 43. Ita codices Pi., Fa., Peta., Vi., Lo., L., O., A., V. et duo ex tribus mss. Fab. Sic etiam Eutropius, Spartianus, Cassiodorus, Marianus et Contract. cum olim legeretur *anno ætatis* 44, et in P. *an. æta.* 17. Hanc emendationem animadvertit eruditissimus Casaubonus in Spartian. ex codice clarissimi Petavii, quo utimur, firmissimisque rationibus lectionem nostram tuetur adversus eos, qui tantum Dioni deferunt assignanti *Caracallæ* 29 *annos*, ut auctorem nostrum mendi turpissimi damnare audeant. Verum post vocabulum *Carras* additum est in Fux., *Syriæ Mesopotamiæ civitates*.

(Ibid.) *Præfecturam prætorii*. In Lo., Peta., Fux., pro *prætorii*, lego *prætorio*, de hoc supra. Cæterum hæc annumeranda sunt anno 1 Macrini : ita enim præscribunt omnes libri, et Mar.

(Ibid.) *Antiochiæ X episcopus*, etc. Hoc quoque assignabis anno 1 Macrini; sic enim omnes codices : nihilque contrarium suadet, nisi forsan id quod Niceph. in Chron. ait Asclepiadem ejus antecessorem sedisse an. 9, qui inciderent in annum 1 vel 2 Macrini; sed ipse multum dissidet ab auctore in annis subsequentium et aliorum.

(Ibid.) *Philetus*. Sic restituimus secuti L., A., M., O., Lo., P., Vi., Pi., Fa., 5 Vatic., Mar., Bedam, tres mss. Fab., Peta et Contract., nisi quod in Peta. *Filetus* per *F*, cum antea corrupte legeretur in impressis *Philerus*. Nam etiam scriptura nostra confirmatur ab utroque Nicephoro, Euseb. lib. vi Hist. cap. 21, Zonara tom. II, apud quos Φιλητός legitur. Phileti martyris fit mentio in Menologio Græc. sed antiquioris, utpote qui obiit suo Hadriano.

(Ibid.) *Circensibus Vulcanaliorum.* Ita legitur cum vulgatis, Peta., Vi., Pi., O., Mar.; *Vulcanariorum*, Fa.; *Vulgunariorum*, Fux.; *Bulcanaliorum*, Lo. Occurrit enim frequenter illa cacographia, ut *B* pro *V* usurpetur. Circenses hos ludos nobilitavit alio titulo Lampridius in Alexandro Severo, ut *Persicos*. Verum aggregato hæc ad ea quæ anno 1 Macrini respondent; quoniam ita placitum est membranis Lo., Pi., Fa., Peta., Fux., Vi., O., Mar. et editionibus.

(Ibid.) *Romæ*. Deest in L., Pi., sed constat ex aliis mss. et Lampridio.

(Ibid.) *Aggarus. Aggarius*, L., Pi.; *Abgarus*, Peta., Fux., tres mss. Fab., O., Vi., A., M., P., Alber. et Beda; *Abacarus*, Fa.; *Abagarus*, Mar., Vincen.; *Acharus*, Vi.; *Abcarus*, duo Vat. Alii mss. ut vulgo. Varii fuerunt reges hoc nomine clari variis temporibus. Nam non minus familiare regibus Arabum, quam *Ptolæmeus* apud Ægyptios; de quibus Herodianus lib. iii. Xiphilinus habet *Augarus*, Αὔγαρος; Appianus Ἄχβαρος; *Agabarus*, Al., Tacitus lib. xii, Evagrius lib. iv cap. 27, et Spartianus in Severo. *Agharus* Euseb. lib. i Hist. cap. 14, et lib. ii cap. 1. Nicephorus lib. ii cap. 7 et Cedrenus *Agharus* apud Zonaram. Cæterum quidni hæc an. 1 Macrini ascribantur, cum sic dicent omnes libri scripti et excusi?

(Ibid.) *Regnavit an.* 4. *Regnavit an.* 3, A. : cui conformis Cassiodorus. Prius habent præter exemplaria, Vincen., Contract., Albertus, Mar. et ipse Auctor, lib. vi Hist. cap. 21.

(Ibid.) *Marcus Aurelius Antoninus Antonini Caracallæ*. Addidimus vocem *Antoninus* ex fide L., A., P., V., Va., Pi., M., Mar., Alberti et Eutropii pro *Marcus Aurelius Antonini Caracallæ*. In O., Vi., *Hic Antonini Caracallæ*. Jornan. habet ut vulgo. Mar. pro *Antoninus* legit *Heliogabalus* : sed quod ipse *Antonini* nomen sibi asciverit post imperium adeptum, docent Capitolinus, Lampridius, et ipse auctor versiculo superiore. Ad extremum habeat ista primus annus Marci Aurelii, quoniam ita placet omnibus libris.

(Ibid.) *Caracallæ ut putabatur, filius*. Nam, ut tradunt Capitolinus et Lampridius, hic Aurelius erat filius *mulieris Mœsæ nomine Semiamiræ* seu *Semiasyræ*, *quæ stupro fuit cognita a Caracalla*, *ut hinc vulgo conceptus putaretur*.

Hoc loco, inter paragraphum illum *Marcus Aurelius*, etc., et hunc *Callistus XV*, insitus est in Fux. iste versiculus, *Divioni construitur Sanctus Benignus martyrio coronatus*.

(639.) *Callistus*. *Calixtus* Lo., Vi., O., Mar., Albert., Vincen. tom. I; *Callixtus* Al., sed lectionem nostram commendant Contractus et Eusebius lib. VI Hist. cap. 21, κάλλιστος. Porro vindicat hæc sibi annus 2 hujus Aurelii consensu librorum. Auctor tamen lib. VI Histor. cap. 21 videtur collocare ad annum 1 cum dicat Zephyrinum prædecessorem anno 1 Antonini decessisse. Idem significat Albertus.

(641.) *Heliogabalum templum*. Deest *Heliogabalum* in L., Al.; verum exstat in aliis membranis, et apud Contract. et Cassiodorum, alioquin mutilus esset sensus. Adde quod ex Lampridio, Dione et aliis constat hunc M. Aurelium imperatorem ædificasse Romæ templum deo Heliogabalo, in eo loco, ait Lampridius, *in quo prius ædes Horci fuit*, vel ubi erat *templum Faustinæ*, ut videtur significare Capitolin. in Anton. Vero Philos. et exprimit Spartianus in Caracalla. Ille enim deus, seu potius idolum, erat magnæ venerationi apud Syros, quodque Aurelius *secum advexit ex Syria*, ait Capitolinus. et quia ipse erat genere Syrus, et sacerdos illius idoli Syriaci : ab illius idoli nomine, seu a *sacerdotio Dei Heliogabali*, ut loquitur Lampridius, *voluit dici Heliogabalus*. Dubitant Spartianus et Lampridius an illud templum esset in honorem ipsius Aurelii, an Jovis, an Solis; sed Vopiscus in Aureliano, Servius in lib. VII Æneid. et antiquæ inscriptiones, atque nummi, immo et vox Ἥλιος, quæ idem est ac *Sol*, docent esse *Solis* : Dio etiam significat non esse Jovis. Adde quod Capitolinus et Herodianus (qui illud fuse describit) existimant *Solem* lingua Phœnicum vocari *Heliogabalum*. Mirum autem quam varie non solum apud veteres auctores, sed apud nostros libros hoc nomen scribatur. Nam in Peta., O., Vi., Pi. uno loco sine *H*, et altero cum *H*; in Fa. uno loco per *y*, altero sine *y*. Apud Xiphilinum seu Dionem Ἐλιογάβαλος; at in nummis antiquis *Alagabulus*, vel *Elagabalus*. De ejus nominis significatione consule doctum Casaubonum in Lamprid. pag. 316. Porro vide utri ascripseris hæc, utrum anno 2 Aurelii, dictantibus Fux., Peta., Pi., Contract. et Vulgatis, an vero an. 3, ut præ se ferunt Lo., Vi., O. : tamen vulgatam sedem confirmat Cassiodorus, et nil est causæ quod mutemus.

(Ibid.) *In Palestinæ Nicopolis*, etc. *Nicapolis* Mar. Præterea opponunt Fa., Mar. et impressi anno 4 Aurelii, seu 2 olymp. 250; reliqui an. 3 ipsius Aurelii, ut Fux., Peta., O., Pi., Vi., Contract., quibus adjungendus est Cassiodorus. Si tamen habenda esset ratio non annorum imperii hujus Heliogabali, sed consulatus *Alexandri et Augusti*, cui ipse hæc tribuit, non esset recedendum a vulgatis. quia ille consulatus, ut observare licet in Fastis Onuphrii, concurrit cum eodem an. 2 olymp. 250. Quando autem, et quare oppidum seu castellum Emmaus dictum sit Nicopolis, vide Sozomenum lib. V cap. 20 et Hieronymum de locis Hebraicis.

(Ibid.) *Semiasyra*. Hanc vocem restituimus pro *Seniasyra*, secuti codices quinque Vatic. et marginem B., So., Pet. et H., a quibus non longe absunt *Sinnasera* in M., A.; *Seniasera* in Pi., L., Lo., P.; *Symiasera* in Vi., O., tribus mss. Fab., Fux.; *Symiaseria* in Peta. Lampridius vero in Heliogabalo bis aut ter *Semiamira*. Idem Capitolinus in Macrino. Apud Eutropium lib. VIII, *Semiasyra;* Vinetus tamen testatur in veteri libro legi *Simia Serena*, in quibusdam aliis *Semia Syra;* ut et Sylburgius in eumdem, ait codicem Fuldensem habere *Symiasira*, et sic habet editio Wecheliana : Pæanius habet Σιμία ξενηρά. Itaque ubique constat de *m*, pro *n;* Onuphrius de Rom. Princ. vocat *Lemiadem*, ut in Fastis *Soemiadem :* Herodian. lib. V, Σοαίμις, et interpres *Soœnis*. Nam eadem utroque vocabulo nuncupatur et *Soemis* et *Semia mira*, in nummis *Soaemias*, Epitome Victoris *Semea*, Mar. *Simiasica*, Fa. *Simiafera*.

(Ibid.) *Alexander Xerxem regem*, etc. Loaisa in Chronicon Isidori vult legendum hic *Artaxersem* pro *Xersem ex Lampridio*, inquit, *Herodiano*, *Osorio et Cassiodoro*. Verum cum contra sese res habeat in his duobus posterioribus, qui idem nobiscum scribunt, quid obstat quominus ad horum duorum posteriorum normam potius quam ad duorum priorum Eusebium recenseamus, maxime cum faveant membranæ, et Idac. præter libros editos, et ipse Eutropius lib. VIII. Adde quod dum ipse Herodianus cum nominat *Artaxerxem*, ait contra cæteros Alexandrum potius ab eo victum, quam fuisse victorem, sicuti vult auctor : cui videtur assentiri Zonaras, licet hic nominet Artaxerxem, non autem Xerxem. Hæc autem an. 1 Alexandri respondent in omnibus libris, qui situs habet patronum Cassiodorum. Inustam hic etiam Eusebio maculam conqueritur doctissimus Casaubonus, quod hæc expeditio anno 12 vel 13 Alexandri sit ascribenda, quæ hic an. 1 : cui ultro assentirer, nisi retineret me consensus editorum et chirographorum, qui omnes eidem anno 1 tribuunt.

(Ibid.) *Vicit*. Sic Al., Lo., Lod., O., Vi., Fux., Peta., Fa., Pi., Contract., pro *vincit*. Nam sequens verbum *fuit*, illud etiam docet.

(Ibid.) *Exauctoraverit*. Sensus planior, quam ut olim *exautoravit;* qua in re suppetias tulerunt codd. L., M., V., Va., Vat., Pi., Peta., P., Vi., O., Lo. et Eutropius.

(Ibid.) *Urbanus XVI*, etc. Urbanus assecutus est Romanam cathedram in Pi. anno 4 Alexandri; in reliquis Lo., Fux., Peta., Vi., O., Fa. et impressis, an. 3; apud Contract. et Albertum an. 2. Si sequendus Eusebius in Hist. lib. VI cap. 22, collocandus est ad an. 2 vel 1, cum velit Zephyrinum mortuum anno 1 Antonini et Callixtum ejus successorem quinque tantum annos sedisse : sed ipse non semel variat ab historia in hoc Chronico descripta.

(Ibid.) *Episcopus annis* 9. Conveniunt omnes libri in hoc numero. Verum Eusebius lib. VI cap. 21 et Nicephor. lib. V cap. 26 tribuunt Urbano annos tantum octo : sed in locum anni 9 tribuunt Pontiano successori annos 6 pro 5, ut auctor hic. Tamen Annalium et Ecclesiæ Decus tom. II, mavult eum vixisse *anno 6*, *mens.* 7. Video et Nicephorum Constant. illi assignare, *annos* 7.

(Ibid.) *Ulpianus*. Germanior scriptura ex Lo., Pi., O., Vi., Al., So., Contract., quam ut olim *Vulpianus*. Spartianus et libri Digestorum confirmant nostram orthographiam. Verum L., Pi. hæc collocant circa ann. 5 Alexandri; reliqui ad an. 4, ut Lo., Fux., Peta., Fa., Vi., O., excusi.

(Ibid.) *Insignis*. *Insignissimus* Lo. et tres mss. Fab.

*Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ.* Leges hæc in omnibus libris, et apud Contract. opposita anno 5 Alexandri, præter Pi., in quo an. 6, sed Cassiodorus confirmat priores : de his Thermis vide Lampridium. Nec est dissimulandum in Fux. post vocem *ædificatæ*, esse additum, *quæ ante Neronianæ*, quod licet non dissentiat a rei veritate, ut ex Lampridio et Descriptione Urbis constat, tamen existimo esse glossema, quod absit a cæteris.

(Ibid.) *Geminus*. Sic pro *Gemianus* ut olim, vel *Germinus* ut in Vi., O., adducti auctoritate L., A., M., Lo., Lod., Mar., Contract., trium mss. Fab., P., Pi., Fux. et Hierony. lib. de Scriptor. eccles., atque adeo sic habet Chronicon Eusebii ms., quo videtur usus columen Ecclesiæ illustriss. Baronius, dum hunc locum refert tom. II Annal. pag. 775.

(Ibid.) *Beryllus*. *Bebyllus*, L.; *Veryllus*, Lo.; *Verilus*, Fa.; *Berillus*, Peta., O., Vi., unus ex tribus mss. Fab., Fre., Mar. et Vincen. tom. I; *Bebylus*, Pi. Sed prima retinenda est : sic enim alia exempl. Contract. et Euseb. lib. VI Histor. cap. 21 et 33, τούτων Βήρυλλος σὺν ἐπιστολαῖς, Nicephor. lib. V cap. 15 et 22, Hierony. de Scriptor. eccles. et Vincent.

(Ibid.) *Arabiæ Bostrenus*. *Arabius et Bostrenus*, Lo., Lod., Pi.; *Arabiæ et Hostremus*, Vi., O. Verum utrobique castigatio necessaria, ut patet ex Hierony.

lib. de Scriptor. ecclesiast. *Beryllus*, inquit, *Arabiæ Bostrenus episcopus*; et ex ipso Euseb. lib. VI Histor. cap. 2. *Beryllus*, ait, *episcopus Bostræ in Arabia*, et lib. VI cap. 21, ubi loquitur de Beryllo, *erat autem ille Arabum Bostrensium episcopus*; Ἐπίσκοπος δὲ οὗτος ἦν τῶν κατὰ Βοσράν; et cap. 26, *Bostrorum Arabiæ episcopus*; et ibidem cap. 23, *Beryllus Bostrensis in Arabia Episcopus*, quæ Græce sic effert, Βήρυλλος ὁ μικρῷ πρόσθεν δεδηλωμένος Βόστρων τῆς Ἀραβίας ἐπίσκοπος. Observandum demum viros hos ad an. 7 Alexandri collocare, Pi.; reliquos vero retinere ad ann. 6, scilicet Lo., Fux., Peta., Vi., O., Fa. et impressi.

(Ibid.) *Antiochiæ XI*, etc. Habet ista in Vi., O., annus 8 Alexandri; in Lo., Fux., Peta., Fa., Pi. et excusis an. 7.

(Ibid.) *Zebennus. Zenus*, Lo., Fa.; *Zebennius*, Mar. Prior convenit cum Hieronymo lib. de Scriptor. eccles. et aliis exemplarib. Ζεβῖνος apud Euseb. lib. VI Histor. cap. 22; *Zebenus* apud Nicephor. lib. V cap. 26, et lib. XII cap. 48; *Zebinus* apud Nicephor. in Chro. et Zonaram.

(643.) *Origenes Alexandriæ clarus habetur*. Nil mirum si differant inter se codices: alii enim ad an. 9 referunt, ut Vi., O.; alii ad an. 8, ut Lo., Fux., Peta., Fa., Pi. et excusi; pro quibus facit Cassiodorus. Neque enim unius anni spatio floruit, sed plurium.

(Ibid.) *Alexandrinæ Ecclesiæ XII*, etc. Hæc sibi ascivit annus 9 Alexandri in Lo., Fux., Peta., Fa., Pi. et vulgatis; at annus 10 in Vi., O. rectius, cum Auctor lib. VI Histor. cap. 26 tradat Demetrium obiisse, et Heraclam illi successisse paulo post adventum Origenis in Cæsaream: qui, ut vult, accidit illo anno 10 Alexandri; et lib. VI cap. 35 vult hunc Heraclam vita functum anno 3 Philippi imperatoris, ad quem numerantur anni 16, quibus sedit Heraclas, computando ab an. 10 Alexandri imperatoris, et si includas utrumque terminum.

(Ibid.) *Ordinatur episcopus Heraclas*. Ex L., A., M., V., Va., Pi., Vi., O., P., Lo., Mar. adjecimus *episcopus*, cum olim legeretur *ordinatur Heracleas*.

(Ibid.) *Heraclas*. Hæc scriptura purior videri debet quam prisca *Heracleas*. Juvatur enim fide Al., Vi., O., Pi., Peta., Contract., quibus accedit Lo., ubi *Heracles e* pro *a*, et auctoritate Hieronymi epist. 85, Zonaræ, Gennadii in Dionysio, Nicephor. lib. V cap. 18, et ipsius Eusebii lib. V Histor. cap. 15, 20 et 26, apud quem Ἡρακλᾶς, licet legatur apud Nicephorum Constant. in Chron. *Heracleas*.

(Ibid.) *Et ob id*. Deest in L., P.

(Ibid.) *Origenes de Alexandria*, etc. Peculiares sunt Vi. et O., ut hæc opponi velint anno 12 Alexandri. Nam Mar. an. 10, reliqui anno 11, ut Pi., Peta., Fux., Fa. et impressi. Sed nulli horum adhibendam fidem putarim, quin potius ista deponenda circa an. 20, cum Auctor lib. VI Histor. eccles. cap. 26 scribat migrationem hanc Origenis in Cæsaream contigisse anno 10 Alexandri imperatoris. Hic tamen cum mihi deficiant codices, lectorem saltem memorem esse velim.

(Ibid.) *Ad Cæsaream Palæstinæ transit*. Antiqua lectio *ad Cæsarem Palestinæ* satis inepte: nos correximus ex Lo., Pi., Al., Vi., O., Peta., Fux., Alberto, Mar. et sequentibus ad an. Christi 254.

(Ibid.) *Pontianus XVII, Romanæ*, etc. Compararunt annum 1 pontificatus Pontiani cum anno 13 Alexandri Vi., O.; sed reliqui cum anno 12, ut Lo., Fa., Fux., Pi., Peta. et impressi: cum an. 10 Contract. Zonaras autem refert ad tempora Maximini.

(Ibid.) *Regnavit annis* 3. In Fux. additur, *et diebus paucis*.

(Ibid.) *Maximinus primus*, etc. Quia electio hæc facta ab exercitu jus dedit ad imperium; ideo merito anno 1 Maximini tribuitur in omnibus libris, et apud Contract.

(Ibid.) *Imperator electus est*. Post ista verba, in- A sertum est in L., A., M., V., P., Pi., Fux., *Sexta persecutio*; et in Pi. additur *per Maximianum*.

(Ibid.) *Maximinus adversum*, etc. Adoritur Christianos anno 2 imperii sui ex Fux., Lo., Fa., Peta., Vi., O. et vulgaribus, ac Mar.: excipio Pi., ubi anno 3. Priores confirmantur ab Eusebio.

(Ibid.) *Maximinus Aquileiæ*, etc. Congerunt ista libri omnes ad an. 3 Maximini, seu 2 olymp. 254, ut Lo., Fux., Peta., Vi., Fa., Pi., O., Albertus et editi. Dissentit ab his Mar. qui ad an. 4 Maximini, nec est omittendum Censorinum lib. de Die natal. cap. 65 constituere hunc an. 2 olymp. 254, ut judicem et metam computationis diversorum annorum, temporum et ætatum: quæ omnia ut ab ipso referuntur cum ratione annorum digesta ab Eusebio, ita video quadrare, ut hoc loco vix sit differentia unius anni, maxime si habeatur ratio mensium, seu dierum cujusque epochæ, ut cum facit illum annum 2 Maximini a morte Alexandri 562 et a IV consulatu Julii B Cæsaris an. 283, et Urbis 991, numerando juxta Varronem ab an. 3 olympiad. 6.

(645.) *Antherus XVIII Romæ*, etc. Sunt qui retineant circa an. 3 Maximini, ut Vi., O. Alii assignant ad an. 1 Gordiani, ut Lo., Fux., Peta., Pi., Fa. et impressi, una cum Contracto.

(Ibid.) *Gordiano Romam ingresso*, etc. Interemptos Pupienum et Albinum referunt aliqui libri anno 1 Gordiani, ut Vi., O., Mar.; sed reliqui anno 2 ascribunt, et 4 olymp. 254, ut Lo., Fux., Peta., Fa., Pi. et impressi, qui situs probatur Cassiodoro, qui et tribuit ista non solum anno 2 Gordiani, sed etiam *Sabino et Venusto coss.* hoc est ex Fastis Onuphrianis, anno 4 olymp. 254. Verum si juxta Capitolinum in Maximo et Balbino, Maximus Pupienus et Clodius Balbinus cæsi sunt, dum agerentur ludi scenici, seu Capitolini; et illi, teste Censorino lib. de Die natali, celebrati sunt, *Ulpio et Pontiano coss.*, et anno 2 olymp. 254, dicendum est ista esse referenda ad an. 3 Maximini, cum quo ex auctore concurrit ille an- C nus 2.

(Ibid.) *Pupienus. Pupineus*, V.; *Pupionus*, Pi., Vi., O.; *Popienus*, tres mss. Fab.; *Cupienus*, Contractus. Primum tamen communius, et ita habetur apud Mar., Antoni., Vincen. tom. I, Oros. lib. VII cap. 19, Cassiodorum, Aurelium, Victorem, Capitolinum, Adonem, Pomponium Lætum, et recentiores chronographos.

(Ibid.) *Albinus*. Sic restituimus secuti L., A., M., tres mss. Fab., Vi., O., Pi., Lo., quinque Vatic., Fa., Peta., Fux., Mar., Contract., Zonaram, Vincen. tom. I, quibus suffragantur Orosius lib. VII cap. 19, et Fasti Græci. At Fre., Cassiodorus, et Aurel., Victor, Herodianus, Capitolinus, Xiphilinus, *Balbinus*: sic etiam Eutropius, Pæanius, Jornandes, Zosimus lib. I, Lætus, Egnatius, Antoninus, Onuphrius de Rom. Princ., et nummi antiqui: nec longe ab hac lectione abest vox illa *Galbinus*, quæ in vulgatis exstat forsan pro *Balbinus*. Cum enim *G*, et *B*, conso- D nantes admodum vicinæ sint, sæpe inter se commutantur, ut videre licet in veteribus inscriptionibus apud Gruterum et alibi. Facit tamen exemplarium enumeratorum auctoritas, ut priorem amplecteremur, et quia deesset codex, qui oppositum testificaretur. Adde quod, teste Zonara, post Maximum et Albinum cæsos, Pompeianus eis succedit menses duos, et huic P. Balbinus menses 3. At de Claudio seu Clodio Albino, quo auctore interemptus est Pertinax imperator, et qui mox fuit imperator in Gallia, scribit idem Capitolinus. Itaque affinitas nominum et vicinitas temporum peperit hanc confusionem.

(Ibid.) *Gordianus admodum*, etc. Opponuntur hæc in Vi. et O. anno 2 Gordiani; in Lo., Fux., Peta., Fa., Pi. et excusis an. 3. Apud Mar. an. 5. Nullus tamen est, qui non videat anno ejus 6 et ultimo esse tribuenda, sicuti facit Cassiodorus, quem sequitur Contract.

(Ibid.) *Cum victor reverteretur*. Addidimus *victor*,

secuti L., A., Al., Fa., O., Vi., Lo., Vincen., Pi., Mar.

(645.) *Qui Euphrati imminet, ossibus*, etc. *Qui Euphrata imminet, ossibus*, etc., Peta.; *qui supra Euphratem, ossibus*, etc., L., Pi., M. Sic Oros. *suorum fraude haud longe a Cirseeo super Eufratem interfectus est*. In V., Va., Lo., Fa., *qui Euphrate imminet, ossibus*, etc.; Vincen., *qui Euphratem imminet, ossibus*, etc.; apud Cassiodorum *tumulum ædificant supra Euphratem ossibus*, etc.; Mar., *qui Euphrate fluvio imminet ossibus*, etc. Verum prior lectio est aliorum exemplarium, et Eutropii l. VIII eadem recensentis: Pæanius Ἡρῷον παρὰ τὸν Εὐφράτην ποταμόν. De ipsa re vide Capitolinum et Orosium.

(Ibid.) *Gordiano milites*, etc. Idem dicendum de hoc paragrapho quod de superiori. Nam etiam omnes libri conveniunt in eodem an. 6.

(Ibid.) *Philippus regnavit an.* 7. Auctor notarum in margine impressarum *Sichardus*, aut quisquis sit, putat legendum *an.* 5 pro *an.* 7. Verum omnia exemplaria nostram retinent lectionem; immo Antoninus etiam ea refert ex Eusebio in Chron. et Vincen. tom. I, eamque sequuntur Mar., Jornan., Niceph. l. V c. 25, Contract., Albertus, Orosius, l. VII c. 19, et Cassiodorus; quin Eusebius ipse l. VI Hist. c. 39: Φίλιππον ἔτεσιν ἑπτὰ βασιλεύσαντα διαδέχεται Δέκιος; nec potest videri tribuisse illi minus quam septem, cum olymp. 256 annus primus sit primus imperii illius, et olymp. 257 quartus primus imperii Decii. Adde quod in serie annorum ponuntur 7. Altera lectio placet Eutropio et Aurelio.

(Ibid.) *Philippus Philippum*, etc. Imperii participem facit filium Philippus an. 11 imperii sui, ut testantur omnes libri, Contract. et Mar. quibuscum omnes scriptores consentiunt.

(Ibid.) *Regnantibus Philippis millesimus annus*, etc. Omnia exemplaria collocant hæc ad an. 2 Philippi, præter Mar. qui ad an. 5, et Pi., L. qui ad an. 3. Nec est omittendum has solas numerales notas 2 et 3 subsequenter reperiri ad latus illius periodi, quæ incipit, *Regnantibus*, etc., et desinit in illa verba, *Agon mille annor. actus* in Peta., Lo., Fox., Fa.; at in Vi. et O includi etiam notam 4, in Pi. vero notam quoque 5. Cassiodorus ista eadem suggerit ad an. 3 Philippi imperatoris, et ad consulatum II Philippi patris, et 1 Philippi f. cum illo convenit Censorinus c. 65, dum annum Urb. 991 constituit (juxta Varronem auspicando ab an. 3 olymp. 6) ad an. 2 olymp. 254. Orosius l. VII, c. 20, refert millesimum Urb. ad an. 4 Philippi, *Post*, inquit, *an. 3 imperii Philippi, millesimus a conditione Romæ annus completus est: ita ludis magnificis augustissimus omnium præteritorum hic natalis annus a Christiano imperatore celebratus est*: quod ipsum habet Contractus: Isidorus vero in Chron. ad an. 1 ejusdem Philippi, *primo*, inquit, *anno millesimus annus urbis Romanæ fuisse docetur expletus*. Capitolinus quidem tradit Philippum celebrasse millesimum annum ab Urbe *in consulatu suo et filii sui*. Sed ex eo non potest dignosci, an secundo vel tertio imperii anno, quia utroque iidem fuerunt consules. Antiqui nummi Philipporum tam patris quam filii, de quibus Onuphrius in Fastis, et alii, præ se ferunt ut plurimum, hos ludos sæculares actos, *coss. Philippo* III *et Philippo f.* II, qui incidit in an. 4 imperii Philippi. Dixi *ut plurimum*. Nam reperiuntur alii nummi notati *coss. Philippo* II *et Philippo f.* I. Nec propterea dicendum est illos esse sibi contrarios. Nam cum annus ab Urbe condita (seu ut satisfaciam nonnullis criticis secundum Plinium, et Censorinum) a condito Urbis incipiat ab XI calend. Maii, seu a die 21 April. anni consularis, seu Juliani, et in similem diem desinat anni insequentis, quilibet annus Urb. complectitur duos consulatus: et ita millesimus Urb. inchoatus est Philippo II cos., et absolutus est Philippo III cos., vel etiam ipsi sæculares ludi celebrati fuerunt anno ipso millesimo, et in die natali imperii Philippi, videlicet in mense Martio, paucis diebus

A ante finitum ipsum annum millesimum, ut vult Onuphrius, vel post annum millesimum completum, et ineunte anno insequente, ut volunt alii. Proinde incertum est, an quod auctor scribit hoc loco de anno millesimo et de ludis, sit ad eumdem annum Romanum et Julianum referendum. Porro, ut obiter dicam, nullus alius sæcularis seu centenarius natalis Urb. legitur deinceps celebratus. Major difficultas est quoad olympiades. Nam Vi. et O. comparant cum anno 3 olymp. 255, alii omnes libri cum anno 2 olymp. 256, præter Pi., qui ad an. 3 olymp. 256; si affuisset auxilium librorum, videbatur magis sequendus Marianus. Nam ad an. Abraham 1264, qui antecedit annum 1 Romuli seu Urb. et 1 olymp. 7, adde illos annos mille, habebis 2264, qui concurrit cum an. 5 Philippi, et 1 olymp. 257. Si autem secundum supputationem Varronis, et usum communem veterum, deducas annos Urb. ad an. 3 olymp. 6, millesimus incidit in an. 3 olymp. 256 et in an. 3 Philippi. Præterea si annus 1 Christi

B concurrat, ut colligitur ex auctore, cum an. 751 et 3 olymp. 194, necesse est ut millesimus Urb. incidat in annum Christi 250.

(Ibid.) *In Circo magno*. Putarunt aliqui, ut constat ex margine editionum Basiliensium et Sonnianæ, esse restituendum *in Circo maximo*. Sic enim eum vocatum constat ex Notitia imperii Romani, et aliis infinitis locis. Verum prius habetur in omnibus libris et apud Cassiodorum, Marianum et Vincen. tom. I, nisi quod deest vox *magno* in Fa. Nec est dubium quin ex triplici Circo, qui erat Romæ, nempe Maximo, Flaminii, et Neronis, *magnus* idem sit cum *maximo*; tum quia nuspiam legitur contrarium, tum quia hic de summis et præcipuis ludis sæcularibus agitur, qui celebrabantur in *Circo maximo*.

(Ibid.) *Theatrum Pompeii incensum et Ecatonstylon. Quadragesimus missus natali Romanæ urbis cucurrit, et agon*, etc. Locus iste valde corruptus, et involutus antea fuerat; nam impressa exemplaria cum

C nonnullis mss. ita habebant: *Theatrum Pompei incensum et Echatrostylon* 40 *missus Athlas mons natali Romanæ urbis concurrit et Agon*, etc.: quorum nonnulla in quibusdam mss. deerant: hujus generis sunt hæc duo 40 *missus*, ut in A., L., M., O., Vi., Pi., duobus Vatic. et tribus mss. Fab. In duobus aliis Vatic. ita legitur *Thea. Pomp. inc. et*; deinde relinquitur aliquod spatium vacuum, et in fine lineæ additur *natali Rom. ur. concurrerunt*. Ista duo *Athlas mons* desunt etiam in Lo., Fa., Lod., Peta., Fox., tribus Vatic. et prima editione Ven., quorum vice in P., Al., Pa. et uno ex trib. mss. Fab. substitutum est *Athalamos*, sed diverse. Nam in Al. legitur *Athalamos xl missos natali*, etc., in P., *xl missus Athalamos natali*, etc.; in Lo., Peta., tribus Vatic. pro *cucurrit* habes *cucurrerunt*: in aliis duobus Vatic., *concurrerunt*; in L., Pi., pro *Romanæ urbis* legis *urbis Romæ*; in Vi., O., scribitur *Athalasmos* per *h*; in Pi., *Atlans mons*, adeo hic varie peccatum est in

D scribendo. Rursus verba hæc quidam codices impressi ut Ven. ita distinguunt, *Theatrum Pompei incensum et Echatrostylon* 40 *missus natali Romanæ urbis cucurrit*, etc.; alii, ut Lut. editiones Basilienses et Sonniana, *Theatrum Pompei incensum, et Echastrostylon* 40 *missus Athlas mons natali Romanæ urbis concurrit*, etc.; et hoc posteriori modo videtur legisse historiæ ecclesiasticæ lumen Annal. tom. II, p. 437, dum explicat *Atlantem montem* eo die, quo ludi illi sæculares sunt exhibiti, *loco motum fuisse*, ex sententia Eusebii in Chronico: et quidem cum ex priori illa periodo nullus certus eliciatur sensus, posteriora vero adeo sint incredibilia, magnus ille vir jure optimo vult illius rei fidem esse penes auctorem. Ne ergo Eusebium tam ridiculæ fabulæ auctorem fecisse videremur, ita hæc correximus, sicut nunc legimus in contextu, adeo ut Ecatonstylon ad superiora referatur, *Atlas mons* expunganur: cætera vero reponantur ita, *Quadragesimus missus natali Ro-*

*manæ urbis concurrit*, vel *cucurrerunt*, seu si exemplaria permitterent *concurrerunt*, si *quadraginta missus* in plurali legeris, ita ut *missus* naturam substantivi hoc loco induat, quasi missio seu emissio centum equorum, aut potius curruum seu emissio centum equorum, aut potius curruum seu quadrigarum. Nam, ut ait Servius in III Georgic., centum currus emittebantur, unde Virg. III Georgic.:

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Adducimur etiam testimonio Cassiodori, qui cum sit ferme in omnibus Eusebii imitator, dum de hoc agone agit, ita scribit, *quadraginta etiam missos natali Romanæ urbis cucurrerunt*; vel, ut habet editio Onuphrii, *quadraginta etiam missus natali Romanæ urbis concurrerunt*, eo sensu usurparunt vocem hanc, *missus*, Suet. in Domit. *Circensium*, inquit, *die quo facilius centum missus peragerentur, singulos a septenis spatiis ad quinta corripuit*. Et Cassiodor., l. III Variat., epist. 51: *Viginti quatuor*, inquit, *missibus conditio hujus spectaculi expeditur*. Idem Suet. in Claudio Cæsare: *Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit nonnumquam interjecta per quinos missus venatione*. Vocabatur autem *missus* ludorum (nam alius est ferculorum et eduliorum, teste Lampridio) cursus ille solemnis septem curriculorum: agitatores enim quatuor factionum curribus insidentes solebant metas septies circuire, Horat. l. I Satir. 2:

Ut cum carceribus missos rapit ungula cursus.

Mos antiquitus erat unoquoque Circensium die viginti quinque missus: postea viginti quatuor dare, ut horæ diei ac noctis tali numero clauderentur, singulare, ut sub Domitiano centum missus uno die dati sint, sed qui quinis spatiis perficiebantur, cum antea per septem spatia peragerentur. Forsan missus idem erant ac nostra ætate bravia et præmia, ob quæ toties currebatur. Quo jure vero verba illa *Atlas mons* deleverimus, innotescet cuivis, si et ratio sententiæ auctoris habeatur, quæ haud dubio remanentibus illis nulla esset. Nam quid *Thalamos*, vel *Athalamos*, si alterum eorum vice præstet reponere, significent, vix possum assequi: tamen si conjecturæ locus est, videtur vitio scribarum et descriptorum inscitia factum. Cum enim verba hæc *quadraginta missos*, vel *quadragesimus missus*, aut *quadraginta missus* abbreviatione usitata in numeris exprimendis scripsissent, primi quidem, ut sæpe fit, minus distincte et graphice *xl môs*, vel *xlus môs*, vel *xlta môs*; alii deinde cum id non satis legerent, aut intelligerent, vel etiam adverterent (quod fere fit) descripserunt *Atlas mons*, quasi *xl. ns* idem esset ac *Atlas* et *môs* idem atque *mons*, quod et lineamentorum similitudo magna et vocum istarum convenientia suadebat. *Xls* enim per majusculum X et *l* et *s* scriptum, videbatur *Atlas*, quæ vox profecto vix poterat concipi aliud esse quam mons, ut dictio sequens per abbreviationem expressa suggerebat: favet conjecturæ, quod locus est maxime varius, ut supra diximus, ac præsertim quod in optimis mss. in quibus exstat *Atlas mons*, aut quid simile, desideratur illud (*quadraginta missus*), ut in duobus Vaticanis, ubi *The. Po. inc. et ecaton ytilon 40 missus natali Ro. ur. cucurrerunt*. Ac vicissim ubi legitur, *quadraginta missus*, deest *Atlas mons*, ut prænotavimus. Adde quod in Al. vox illa corrupta *Athalamos*, egitur ante *quadraginta missus*, cum in aliis post: nimirum quod alii perite legerint supradictam abbreviationem, et scripserint *quadraginta missus*: alii imperite *Atlas mons*: ex qua diversitate demum alii religiosiores, nec minus imperiti utrumque conjunxerunt, ordine diverso quidem, sed inverso aut perverso, vel nullo potius aut absurdo sensu. Quod si quis adduci non possit, ut verba illa *Atlas mons*, offendi non putet, patiemur ultro, modo ita intelligat, non quod ille *Atlas mons*, qui in extremis oris Africæ terræmotu, aut alio casu a situ nativo in alium abierit: sed cum in hujusmodi amphitheatris pegmata et automata, seu machinæ subliciæ nonnumquam erigerentur singulari artificio, quæ in omnem situm moverentur, *quarum flammis tota scena interdum conflagrarent* (ut refert Vopiscus in Carino) *quæ ex se surgerent, quæ in sublime crescerent, et aliæ ex inopinato varietates, dehiscentibus quæ cohærebant aut quæ distabant sua sponte cohærentibus*, ut ait Seneca epist. 91. Demum quæ in admirationem spectatores raperent, ut testatur Augustinus lib. XXIV de Civit. cap. 24: *Ad quam stupenda opera, industria humana pervenit, quæ in theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia facienda, et exhibenda molita est*. Cæterum quemadmodum varia artificia, ita etiam variæ eorumdem formæ: sed nonnumquam efformabantur in modum montis, ut colligere licet ex Apuleio lib. X: *Jamque tota*, inquit, *suavefragante cavea montem illum ligneum terræ vorago decerpit*; et Strabo de quodam latrone Siculo: *In sublimi enim tabulato velut in Æthna positus, eoque compagibus solutis subito concidente, ipse quoque cecidit in caveas ferarum, quæ facile exsolverentur*, etc., vel cum loco horum *Atlas mons*, legamus *Athalamos*; si quis locus conjecturæ sit *ad lichnulos*, putem posse non incommode castigari, cum ea voce utatur Suetonius, ubi agit de hujusmodi ludis noctu exhibitis. Cæterum de ludis sæcularibus plura Censorinus de die natali, Onuphrius tractatu quem de ea re scripsit, et Tertullian. lib. de Spectac. et alii plures. Quod ad sedem spectat diximus in superiori Nota.

(Ibid.) *Ecatonstylon*. Sic restituimus pro *Echatrostylon*, ut in impressis, ex fide Fux., Peta., quibus accedunt proxime A., L., M, P., Pi. et tres mss. Fab., ubi divisim legitur *Ecaton stylon*; duo Vatic., Vi., O., ubi *Ecaton stilon* per *i*; tres Vatic., ubi *Ecatonytilon*; Lo., Fa., ubi *Echatonytylon*; Sa., ubi *Ecatonsylon*. Verum non dubium, quin istud fuerit opus centum columnarum in campo Martio, propinquum theatro Pompeii: quin etiam sit legendum unico vocabulo *Ecatonstylon*. Nam ἑκατὸν idem quod centum; στύλος, seu στῆλον, *columna*, sive per *y*, sive per *i* scripseris, utrumvis admitti potest, prout illius originem ad alterutrum illorum duorum reduxeris. Neque enim novum aut inusitatum videri debet, ut η Græcum per *i* Latinum reddatur ob soni similitudinem, ut videre est in vocibus hujusmodi, Θεοδώρητος, παράκλητος. Nam Latine *Theodoritus*, *paraclitus*: tametsi apud veteres Latinos vix ferri posset ista orthographia. Sed quia Græcorum mentio facta, aliud meditor reponendum fuisse, hoc est *Hecaton* per *H*, quo propius ad originem accederemus; Græce enim Ἑκατὸν notatur spiritu denso, quæ res forsan amanuenses in eum errorem impulit, ut illam aspirationem, quæ præmitti debuerat, post *c* posuerint et hoc loco *Hecaton* dixerint *Echaton*. Sed cum res sit cuivis perspicua, satis sit indicasse, ne a tot codicibus recedamus. Et licet nonnullis metus hic nimis religiosus videri possit, tamen cum non sit insolitum, quod in plerisque vocabulis etiam proprii nominis Latini prætermittant Græcorum spiritum, potuit ab Hieronymo idem hoc loco observari.

(Ibid.) *Philippus urbem*, etc. Varias hæc sedes obtinent: etenim in Lo., Fux., Peta., Fa. et impressis revocantur ad annum quartum Philippi, ut etiam apud Cassiodorum; in Vi., O., ad annum quintum; in Pi. ad annum sextum.

(Ibid.) *Philippus urbem nominis sui in Thracia construit*. Sunt qui existiment mendum esse *Thracia* pro *Arabia*, ut Cuspinianus in Cassiod. et Wolphangus Hangerus in annotationibus in historiam Cæsarum Cuspiniani: rationem reddunt quod Philippopolis Thraciæ (teste Plinio lib. IV, cap. 11) multo ante fuerit condita, scilicet a Philippo Macedonum rege. Adde quod hic Philippus imperator Ro-

manus *in natali agro urbem sui nominis condi jussit Philippopolim*, ut loquitur Pomponius Lætus; at eum fuisse Arabem nemo ignorat. Aurelius Victor lib. de Cæsaribus vult etiam hanc Philippopolim *apud Arabiam conditam*. Verum nil immutandum duximus propter uniformem consensum omnium exemplarium quibus succenturiatur Cassiodorus, et quia, ut sæpius diximus, non tam est advertendum quid alii, quam quid Eusebius senserit : quod non aliunde potest dignosci, quam ex ipsis libris. Adde quod potuit esse in Thracia alia Philippopolis, vel instaurari vetus a Macedone condita, cujus situm describunt Appian. lib. IV et Dio lib. XLVII. Nam etiam Jornandes, dum de hoc Philippo loquitur, *Urbem*, inquit, *nominis sui in Thracia, quæ dicebatur Pulpudena, Philippopolim reconstruens nominavit*. Neque enim novum aut infrequens, ut qui urbem aliquam instaurarint, aut exornarint, condidisse dicantur.

(647.) *Alexandrinam Ecclesiam*, etc. Membranæ ad varios hæc redigunt annos. Nam Lo., Fux., Peta., Fa. et impressi ad an. 5 Philippi : Vi., O. ad an. 6; Pi. ad an. 7, si favisset aliquod exemplar, videbatur reponendum ad an. 3, quia, teste Auctore lib. III cap. 35, hic Dionysius successit Heraclæ eodem anno 3. Sed suspicor potius esse mendum in historia 3 pro 5. Nam si hic Dionysius obiit anno 12 Gallieni, nec sedit ultra annos 17, ut idem testatur in historia, necessario concludit ejus initium non fuisse ante an. 5 Philippi.

(Ibid.) XXV. *Decius*. Antea perperam XV, sed antecedentes et subsequentes numeri in aliis imperator. mendum arguunt una cum mss.

(Ibid.) *Budaliæ natus*. Vulgati codices pro *Budaliæ* legendum proponebant *Eudaliæ*; V., *Ludaliæ*; Va., *Bubdaliæ*. Nos assentimur potius Al., Peta., Fux., M., quinque Vatic., P., Fa., Vincen. et uni ex trib. mss. Fab. atque Antonino in Itinerar., in quibus *Budaliæ*. Neque enim ullum testimonium *Eudaliæ* apud veteres auctores : quidam reponendum putant *Bubaliæ*, sic in margine B., H., Pet. et So., ut etiam Victor, Vopiscus, et Jornand. legunt : Cuspinianus, alterum ex trib. mss. Fab. et Pomponius Lætus legunt *Bubali*, Ptolæmeus *Bubalin*, Onuphrius et Sigonius in Fastis post Paulum Diaconum lib. x, et Eutropium lib. IX *Bubaliæ*, a quo hæc de Decio videntur sumpta ad verbum. Vinetus tamen fidem facit veterem librum habere *Budaliæ*, et sic restitutum est in editione Wecheliana Eutropii juxta codicem Fuldensem, Pæanius ἀπὸ Βουδαλίας τῆς πόλεως.

(Ibid.) *Decius e Pannonia inferiore Budaliæ natus fuit*. Non exstant in L., O., Pi. At in Vi. et Sa. habetur. *Hic e Pannonia inferioribus Dalmatiis natus fuit*; in Lo., *Decius e Pannonia inferiore alienatus fuit*. Ubi mendum est manifestum in vocabulo *alienatus*, in quo ille quatuor litteræ (*alie*) sunt truncatæ a librario ex voce *Budaliæ*, ut sit legendum *Budaliæ natus fuit*. Jam vero hic nos restituimus annum unum in serie annorum ad regnum Decii indicandum, qui misere antea in omnibus editionibus fuerat prætermissus in columna annorum imperatorum : ac proinde etiam annus Christi 254, qui illi respondere debuerat. Adducti sumus partim omnium codicum auctoritate : partim ratione, quæ ex ipso textu nascitur.

(Ibid.) *Decius cum Philippos*, etc. Ante illa verba hæc inseruntur in L., P., Fux., V., *Septima persecutio*.

(Ibid.) *Qua diaconus Laurentius Romæ martyrium duxit*. Ista desiderantur in L., Pi., Peta., A., M., P., O., Vi., Al., trib. mss. Fab., 7 Vatic. Nec immerito videntur non ab Eusebio, sed ab alio super addita, cum certum sit Laurentium obiisse sub Gallieno et Valeriano tertia die post Sixtum, si Prudentio hymn. 2. de S. Stephano, et Ambrosio lib. II Officior. cap. 18 credimus; vel si Alberto, anno Christi 256, qui an. 2 Galli et Volusiani opponitur. Verum retinuimus ob fidem aliorum exemplarium, et contracti, et quia Valeriani persecutio cœpit per Decium, sine temporis intermissione, ea sæpe nuncupatur *persecutio Decii*; adeo ut multa alia similia occurrant in Martyrologiis, et ipse Hieronymus de Scriptorib. Eccl. in Paulo et Methodio unicam persecutionem sub Decio Valeriano nominet, quod similiter facit Optatus lib. III. Ne autem dicas cum Vincentio tom. I, l. XXXII, c. 62, *Gallienum vocatum etiam Decium*. Nam nil tale legimus apud bonos auctores.

(Ibid.) *Antonius monachus in Ægypto nascitur*. Natum magnum illum anachoretarum principem volunt omnes editiones et schedæ una cum Marian. et uno ex tribus mss. Fab. ac Contracto anno primo Decii : quibus optime convenit ejus obitus ad ann. 19 Constantii, de quo postea.

(Ibid.) *Romæ Amphiteatrum*, etc. Incendium hoc conferunt ad annum primum Decii libri singuli, seu manu, seu typis exarati : nec video cur ab illis sit discedendum.

(Ibid.) *Alexandro Hierosolymitano*, etc. Horum situs est constans in omnibus libris ad annum primum Decii : nec contrarium potest aliunde probari; immo hoc ipsum confirmatur auctoritate Euseb. l. VI Hist. c. 39.

(Ibid.) *Mazabbanes*. *Mazabanus* P., A., O., Vi., Peta., P., L., M., quatuor Vatic., unus trium mss. Fab. et Mar.; *Athabanes*, V.; *Mazabanes*, Lo., 2 Vatic.; *Arabanes*, Lod.; *Azabanus*, alter trium mss. Fab. Verum communem lectionem retinuimus, tum propter alia exemplaria, tum quod conveniat cum Zonara tom. II, et cum ipso Euseb. l. VI Hist. cap. 39, et l. VII c. 4. Verum per unicum *b.*, ubi corriges interpretem, qui cum prius vertisset *Mazabanem*, ut in Græco, posteriori loco dixit *Mazabantem*.

(Ibid.) *Fabius*. *Favianus*, Lo.

(Ibid.) *In Abritto occiditur*. Probabis, ni fallor, quod ita castigarim pro *in Aprutio*. Nam ita præscribunt membranacei A., M., Va., Vat., Al., Lo., P., a quibus non longe absunt Paulus Diaconus lib. XVIII, *apud Abritum*; et codices Fa., et quatuor Vatican., *in Abrutio*; O., Vi. et Vincent., *a Bruto*; Fux. *in Abryto*; in uno trium mss. Fab., *in Abrito* : Peta., *in Bryto*; L., Pi., *in Abyto*, ubi *y* pro *ri*; Lod., *in Habito*; in altero trium mss. Fab., *in Abyrto*; Cassiodorus novus, *in Abricio*; et antiquus, *in Aprutio*; Marianus et Jornandes *in abruptio*, sed in illis omnibus, licet sit aliqua labes, agnoscis tamen ubique *b*, loco *p*. Cæterum urbs est Mœsiæ, seu Thraciæ, teste Cassiodoro et Mariano, in qua legimus erectam aram Decio in monumentum mortis illius. Est et *Aprutium* urbs Italiæ inter Apuliam et Picenum, cujus meminit Ptolemæus in tabulis, ut *Aprustani populi Brutiorum* apud Plin. l. III, c. II. Putarunt aliqui hic fuisse restituendum *in Barbarico*. Sic enim in ora editorum Basileæ, et apud Sonnium : quod potest confirmari auctoritate Eutropii l. IX, *in Barbarico*, et Pæanii ejus Metaphrastæ, ἐν μέσοις τοῖς Βαρβάροις; sed malo alteram lectionem, et existimo *barbarico* esse vocabulum corruptum ab *Abritto*. Plin. l. V, c. 30, *Abrettinorum* meminit in Mysia, seu Mœsia.

(Ibid.) *Romanæ Ecclesiæ*, etc. Cornelium Romæ sedisse anno primo Galli, testantur omnes libri una cum Marian., at Contract. an. I Decii.

(649.) 8. *Epistolæ*. Sic reposuimus ex L., Pi., Vi., Lo., A., M., V., Va., Fux., O., Vat., P., pro 7 *Epistolæ*. Nam etiam novem in codice Pameliano inveniuntur.

(Ibid.) *Pestilens morbus*, etc. Luem illam grassatam demonstrant anno primo Galli omnes codices, et Contractus : confirmat quoque hanc sedem Pomponius Lætus, ubi hæc tribuit *infelicibus imperii Galli auspiciis*. A quibus non dissident Orosius et Eutropius.

(Ibid.) *Novatus presbyter*, etc. Hanc Novati ab Ecclesia decessionem habent omnes libri ad annum primum Galli imperatoris, seu Cornelii papæ : et illos imitantur Cassiodorus, Contractus, et Mar. Sed

castigabis apud hunc *Nonutius* pro *Novatus*. Ille situs firmatur auctoritate Cypriani epist. 49, 52, 76, et passim dum testatur Novatianum seductum a Novato, postquam cœpit invidere pontificatum Cornelii, quod confirmatur ab Euseb. l. VI c. 43, Socrate l. IV, c. 28, et a Paciano Epist. ad Symphr. Nec te moveat quod epistola quæ tom. II Concil. tribuitur Fabiano, ortum schismatis Novati referat in tempora ipsius Fabiani. Nam quæ ibi dicuntur de Novato, et Novatiano, videntur fuisse ab aliquo sciolo superaddita, et contra omnem rationem.

(Ibid.) *Demetrianus. Demetianus*, V.; *Demetrius*, M., Al., Mar., Contract., quam lectionem sequitur cum aliis ex recentioribus Auctor marginis codicis 80. Verum communem retinuimus ob exemplarium multitudinem, et auctoritatem Zonaræ tom. II, Niceph. Constantinop. in Chronologia, et Nicephori Callisti l. VI c. 30, et aliorum.

(Ibid.) *Lucius tenet mens*. 8..... Pro *mens*. 8, in Fa. *mens*. 7, in Fux. *Lucius an. trib. mens*. 3, *die*. 3; apud Mar. *an*. 3, *mens*. 5. Porro pontificatum Lucii hoc anno definiunt, hoc est 2 Galli omnes codices: at an. I, Mar.; anno demum I Valeriani Contract.

(Ibid.) *Stephanus an*. 3. *An*. 2, Fa., Lo., Contract.; *an*. 4, Fux.

(Ibid.) *Cypriani epistolæ*. Post hæc et ad annum secundum Galli immediate ponuntur sequentia in A., *jubilæum juxta majores nostros*; in V., Lo., P. et tribus mss. Fab., *Jubileus*, etc. Sed in P., Fux. et Lo. ad oram, scilicet in P. ad latus an. 2271, ab Abraham, et primum Valeriani, et in Lo. et Fux. ad latus anni præcedentis, qui est annus secundus Galli. Sed quia visa sunt valde suspecta, noluimus contextui inserere, tum propter rationes ante dictas circa olymp. 245, tum quod illa locutio *juxta majores nostros* minus videtur auctori congrua : vix enim ullus Christianorum appellavit Hebræos *suos majores*.

(Ibid.) *In Mœsia. In Mesia*. Lo., *in Mysia*. Al.; sed hoc postremum est usitatum apud Græcos, ut *Mœsia* apud Latinos.

(Ibid.) *Æmilianus tertio*, etc. Quia hic tyrannus habitus est, ideo peculiarem seriem, seu notam obtenti imperii non meruit : aggregant tamen omnes codices et Mar. ad annum secundum Galli.

(Ibid.) *Valerianus et Gallienus..... annis* 15. Aliqui reponi voluerunt *an*. 9 pro *an*. 15, ut constat ex margine B., Pet., So., Ba. et H. Verum quo jure? Nam prius legitur in omnibus exemplar. tam mss. quam aliis, quibus conformes Mar., Contractus, Jornandes, Cassiodorus, Albertus, Orosius l. VII c. 22, et Fasti; et constanter idem asserit Euseb. l. VII Hist. c. 28, Γαληνοῦ δὲ ἐφ' ὅλοις ἐνιαυτοῖς πεντεκαίδεκα τὴν ἀρχὴν κεκρατηκότος Κλαύδιος κατέστη διάδοχος. Sed et ratione stabiliuntur; si enim pro 15 assignes 9, omnis series et ordo temporum tam in imperatoribus, quam in olymp. invertetur et confundetur. Sed quod præcipuum est, non reperietur numerus annorum 381, quem Hieronym. tam sæpe affirmat metiri ac definire suum et Eusebianum Chronicon. Ad hæc quia hic prima imperii jaciuntur fundamenta, ideo circa an. 1 illius ista designantur in omnibus libris, et Mar.

(Ibid.) *Gallienus*. Cum hoc nomen sæpius in auctore occurrat, editi pingunt modo cum duplici *l*, modo et sæpius cum unico, ubique tamen omnes libri scripti geminant, præter O., Vi. Non minus varie veteres scriptores. Nam apud ipsum Auctorem in historia tam Græca, quam in omnibus ejusdem versionibus, Zonaram, Pomponium Lætum, Adonem, Rufum, Nicephorum Constantinopolitanum, scriptum legimus cum unico *l*; apud Cedrenum autem, Nicephorum Callistum, Trebellium, Pæanium, Victorem, Zosimum, Orosium, Vopiscum, Contractum, et in libris Fastorum, cum duplici, ut etiam nonnumquam apud Eutropium Vineti. Nam in antiquo et novo Sylburgii scribitur cum duplici *l*; licet hæc varietas daret jus utendi utraque scriptura pro libito : nihilominus placuit potius cum duplici *l*, tum propter

A fidem mss., tum quia est magis recepta, et est necesse auctorem sibi semper constare in eadem ratione scribendi. Si tamen noster corrector usus est semper unico *l*, ejus id culpæ est.

(Ibid.) *An*. 15. Ora editorum Basiliensium et Sonnianæ indicat pro *an*. 15 substituendum *an*. 9. Sed quo judicio non video; vulgata enim scriptura est aliorum librorum, præter Fux. in quo *an*. 12, et de hoc Trebellius; de Gallieno Salonino *Constat*, inquit, *Gallienum et Valerianum* 15 *annos imperasse, id est, Gallienum usque ad* 15 *pervenisse, Valerianus vero sexto sit captus*, etc.

(Ibid.) *Gallienus Romæ*. Opponuntur hæc anno secundo Valeriani et Gallieni in Lo. et in impressis; cæteri tamen anno primo attribuunt, ut Fux., Peta., Pi., Vi., Fa., O., Mar.

(Ibid.) *Sixtus XXIV Romanæ Ecclesiæ episcopatum tenet an*. 8. Desiderantur in L., A., P., M., Pi., O., Vi., Peta., idque mendose, ut ex annis Stephani præce-

B dentis pontificis, et situ Dionysii subsequentis licet conjicere. Etenim in aliis libris reperiuntur, et Chronologiæ ratio id postulat. At in Fux. pro *an*. 8 habetur *an. duobus, menses undecim, diebus sex*; apud Mar., *anno* 1, *mens*. 11. Cæterum horum omnium loco est insertum in L., Vi., O., Pi., *Romæ constituitur episcopus Dionysius an*. 9. Postremo in Lo., Fux., Peta. pro *Sixtus* legitur *Xystus* sicut apud utrumque Nicephorum et Eusebium lib. VII Hist. cap. 14, Ξύστος. Sed de hoc vide supra. Ad extremum summum Ecclesiæ Christianæ imperium suscepisse Sixtum anno secundo Valeriani volunt Lo., Fux., Fa. et cusi; Pi. ad an. 3, ad an. 4. Contract.; at Vi. et O. ad an. 10. In Peta. abest.

(Ibid.) *Annis* 8. *Annis* 2, *mens*. II, *dies sex*. Fux., sed mendose, et error manavit ex eo quod idem codex concessit superius Lucio *annos* 3, *mens*. 3, *dies* 3. et Stephano *an*. 4.

(Ibid.) *Cyprianus*, etc. Cypriani martyrium designant ad an. secundum Valeriani Pi., O., Vi., reli-

C qui ad annum 3, seu 1 olym. 259. Sic Lo., Fux., Peta., Fa., Mar., Contractus una cum impressis, quos sequitur Cassiodorus. Hieronymus lib. de Viris illustrib. notat quidem ejus martyrium sub. Valeriano et Gallieno; at non exprimit annum; sed Acta passionis Cypriani per Pontium conscripta, ut habentur inter ejus opera, consulatum *Tusci* (seu potius *Fusci et Bassi*), quem Fasti Onuphrii suggerunt ad annum 2 olym. 259, qui est auctori annus 4 Gallieni.

(Ibid.) *Valerianus in Christianos*, etc. Cœpit in Christianos sævire Valerianus anno 4 imperii sui : sic enim excusi omnes, ad quos accedunt membranacei Pi., O., Vi., Fux., Fa., Peta., Lo., Mar., Contract. et ipse Cassiodorus, nec illis adversatur ullus veterum scriptorum, nisi forsan Dionysius Alexandrinus; sed de hoc paulo post. Porro in L., A., Pi., insertum est ad oram hujus paragraphi, *Octava Persecutio Valeriani*, siculi eam numerant Augustin. lib. XVIII de Civit. cap. 52, Oros. lib. VII cap. 22, Hie-

D ronym. de Script. Eccles., Severus lib. II.

(Ibid.) *Sapor rex Persarum*, etc. Hæc contigisse docent alii anno 4 Valeriani, ut Pi., O., Vi., Mar.; alii anno 5, Lo., Fux., Peta., Fa. et impressi.

(Ibid) *Syriam Ciliciam*. Reposuimus *Ciliciam* pro *Siciliam*, ut olim, moti nota marginali in B., So., Pet., Ba., et H., sed præcipue lectione P., septem Vatic., Au., Lo., L., Fux., trium mss. Fab., A., Peta., Al., Vi., O., Pi. et Fa., licet in hoc corrupte *Cyliciam*, et quia nusquam legitur Saporem regem pervenisse ad oras Italiæ; similis menda sæpe reperitur in auctoribus antiquis, ut *Sicilia* ponatur pro *Cilicia*, et contra : sicut etiam antea vidimus sub an. Christi 76.

(Ibid.) *Valeriano in Persas ducto*, etc. De anno hujus expeditionis et cladis Valeriani non idem omnes libri. Nam O., Vi., Contract., Pi., anno 4 imperii illius assignant; Lo., Peta., Fa., Mar. et editiones an. 6; Fux. demum an. 7. Euseb. lib. VII Histor.

cap. 10 profert epistolam Dionysii Alexandrini (ad Hermam, seu Hermamonem, ut refert altera versio cum textu Græco) qui florebat eo tempore, in quo Valerianus dicitur cœpisse persecutionem contra Christianos mensibus 42 (nisi sit error) antequam incideret in manus Persarum : et sic persecutio cœpit anno ejus 4, et ipse captus est anno 8. Sed repugnant præcedentia verba Auctoris, *persecutione commota statim capitur :* quibus verbis utitur etiam Cassiodorus ; quin idem Eusebius lib. vii Hist. cap. 13 scribit Valerianum captum post commotam persecutionem οὐκ εἰς μακρὸν : Trebellius autem solvit omne dissidium, dum loco citato asserit Valerianum captum anno sexto imperii sui. Quod vero ipse in duobus Gallienis videtur hoc ipsum tribuere *coss. Gallieno et Volusiano*, verisimile est scriptum *Volusiano* pro *Valeriano*, quia iisdem Consulibus contigit ille casus, ut testantur Fasti Onuphrii, nec ullus veterum facit *Volusianum* collegam Gallieni. Præterea quomodo sit intelligendum quod Auctor dicit *Valerianum ductum in Persas*, non aliunde melius disces, quam ex Trebellio in Valeriano : *Victus est*, inquit, *Valerianus a Sapore rege Persarum, dum ductu cujusdam sui ducis, cui summam omnium bellicarum rerum agendarum curam commiserat, seu fraude, seu adversa fortuna in ea esset loca deductus, ubi nec vigor, nec disciplina militaris, quin caperetur, quicquam valere potuit.*

(649.) *Antiochiæ XV.... Samosatenus.* Ad Antiochenam cathedram evectum Paulum Samosatenum indicant Pi., O., Vi. anno 5, Lo., Fux., Peta., Fa., Mar. anno 7; excusi et Contract. revocant ad an. 6; nec constat ex alio auctore cui potius sit assentiendum. Quod enim Epiphan. hæres. 65 scribit hunc Paulum Samosatenum, *in Antiochia constitutum episcopum in diebus Aureliani et Probi regum*, minus veritati conforme est : si certum est quod testantur Athanas. lib. de Synod. et Euseb. lib. vii Histor. cap. 24, eum damnatum hæreseos a Dionysio Alexandrino episcopo, et Dionysio papa; quorum neuter ad tempora illorum imperatorum potuit pertingere.

(Ibid.) *Gallieno in omnem lasc. dis. Germani Ravennam usque ven.* Germanorum adventum in Italiam alii referunt circa 6 annum Gallieni, ut Pi., O., Vi.; alii circa 7, ut Lo., Fa. et impressi; alii circa 8, ut Peta., Fux., Mar. Nil impedit quin retineatur vulgata sedes, immo ipse Orosius lib. vii. cap. 22 videtur ei favere; dum ait *solvuntur repente* (post captum Valerianum) *circumpositæ relictæque gentes*, etc. *Germani Alpibus, Rhetia, totaque Italia.*

(Ibid.) *Alemanni vastatis Galliis*, etc. Multiplex est codicum progressio in his suo anno assignandis, Nam Pi. disponit an. 6 Valeriani; O., Vi., ad an. 7; Lo., Fa., Contract. et cusi ad an. 8; Fux., Peta. ad an. 9. Præterea occurrit vox ista quatuor in locis, cujus constantem servant orthographiam L., Pi., Lo., Peta., Fa., Fux., ubique enim exhibent *Alamanni*, quod et imitantur Notitia imperii, Orosius, Eutropius, Pæanius, Zosimus, Suidas, Idacius, Hieronymus in vita Hilarionis et alias. Altera tamen habetur apud Vopiscum, Spartianum, Victorem, Nicephorum, Contractum et alios auctores probatos, quod hic semel monuisse sufficiat.

(Ibid) *Græcia, Macedonia*, etc. Congerunt ista ad varios annos libri, ut Pi. ad annum 6 Gallien., O., Vi., ad annum 7; Lo. ad an. 8; Fux., Peta., Fa., Mar., Contract, una cum excusis ad annum 9; Orosius, Eutropius, et Pollio descripsere ista pluribus, sine anno tamen et consule : Cassiodorus autem favet vulgatis.

(651.) *Quadi et Sarmatæ*, etc. Quados et Sarmatas in Pannonios irruisse, Vi., O., Pi., referunt an. 7 Gallieni; Lo., Fux., Peta. anno 9; Fa, et impressi an. 10.

(Ibid.) *Germanis Hispanias*, etc. Aggregantur hæc ad an. 8 Gallieni; in Vi., O., Pi. ad an. 9; in Lo., Fux., Peta., Fa., et excusis ad an. 10.

(Ibid.) *Parthi Mesopotamiam*, etc. Parthorum excursionem hanc assignarunt Pi., O., Vi. an. 9 Gallieni; Lo., Fux., Peta., Fa., Mar. et vulgares an. 10.

(Ibid.) *Syriam incursaverunt. Invaserunt*, Peta.; *incursarunt* Fux.

(Ibid.) *Alexandrinæ Ecclesiæ*, etc. Curam regendæ Ecclesiæ Alexandrinæ suscepit Maximus, ut indicant O., Vi., anno 9 Gallieni : Pi., Fa., et impressi anno 10; Lo., Fux., Peta. Contract., Mar. et Fragmentum Petavii an. 11; in quorum partes abeundum nobis fuit, cum alioquin anni 17 Dionysii superioris episcopi non reperirentur a quinto Philippi usque ad 10 Gallieni : et sic anni 18 istius Maximi numerentur integri usque ad an. 6 Probi, in quo cœpit Theonas ejus successor. Adde quod propius accedit ad ea quæ habet auctor lib. vii Histor. cap. 28, hunc Maximum successisse Dionysio anno 12 Gallieni, cui convenit Nicephorus lib. vi cap. 28, qui eum vocat Maximinum. Unde reposuissemus ad eumdem an. 10, si licuisset per exemplaria.

(Ibid.) *Maximus an.* 18. In P. *an.* 13, in H. *an.* 19; sed nota numeralis 18 est cæterorum librorum et ipsius Eusebii lib. vii cap. 32, et Nicephor. Callisti lib. vi cap. 34, licet Nicephorus Constantinop. habeat tantum annos 8.

(Ibid.) *Dionysius XXIV Romanæ*, etc. In L., Pi., *Romæ XXIV constituitur episcopus Sensutus an.* 11. Sed mendum est clarius, quam ut demonstratione egeat; neque enim ulla memoria apud scriptores de Sensuto; sed existimo sic scriptum pro *Sistus*. Nam lego in Vi., O., *Sixtus XXIV Romanæ*, etc. Præterea Dionysium electum Romanum pontificem docent, Vi. quidem O., Fa. et impressi anno 10 Gallieni; Pi. an. 11 ; Lo., Fux., Peta et Fragmentum Petavii an. 12; Contractus an. 14.

(Ibid.) *Dionysius... constituitur annis* 12. Substituimus 12, pro 9, ut olim; quia sic jubet Lo. et, quod caput est, ipsa ratio, cum alioquin hic pontifex pervenire non posset usque ad Felicem, sed sedes vacaret tribus annis; cujus rei nulla est memoria apud veteres. Adde quod magni illi historicorum principes Baronius et Onuphrius proxime accedunt. Nam ille dat Dionysio an. 11, mens. 3, dies 14 : hic an. 10, mens. 5, dies 5. Menda est in Fux ubi *an.* 2, *mens.* 3, *dies* 7.

(Ibid.) *Odenatus. Ordinatus*, O., Vi., A., P., Lo., Fa., Mar., unus ex trib. mss. Fab., tam hic quam infra. At *Odynatus* in L., Pi. Lectio vulgaris recipienda tum ob fidem exemplarium, tum quod eam sequantur Vopiscus, Plutarchus, Eutropius, Jornandes, Orosius lib. vii cap. 22, Evagrius lib. v cap. 24, Trebellius et multi. Illud discriminis agnosces, quod aliqui per diphthongum et *th* scribunt, ut Evagrius lib. v Hist. cap. 24, ἕως Ὀδαινάθου τὸν ἐκ Παλμύρας; Zosimus lib. i, Ὀδαίναθος; Pæanius, Ὀδαίναθος. Idem apud Agathiam lib. iv, Ὀδονάθης; Procopius lib. ii Persi, Ὠδέναθος Zonaras.

(Ibid.) *Decurio Palmyrenus.* Rectius quam ut olim *Palmirenus*, juxta Peta., Pi., Fragm. Petavii, Fux., Evagrium, Zosimum, Trebellium, Rufum, Vopiscum, Zonaram, et alios, ex quibus constat etiam hunc Odenatum non solum natum Palmyræ, sed etiam fuisse principem Palmyrenorum. De Palmyra cum y illorum metropoli in Syria inter Damascum et Seleuciam, vide Plinium lib. v cap. 25 et 26, et lib. vi cap. 28, Hieronym. lib. xiv in Ezech. cap. xlvii, post Joseph. lib. vii Antiq. cap. 6, apud quem tamen Παλμιρὰν per *i*.

(Ibid.) *Odenatus.... Persas cæcidit.* Pro *Persas cecidit* ex L., Pi. Observandum demum, quod opponi volunt an. 11 Gallieni Vi., O., Fa, et vulgati : at an. 12, Lo., Fux., Peta., Pi., Mar., Fragm. Peta., qui propius accedunt ad Trebellii testimonium, dum in Gallieno scribit Odenatum invasisse totius Orientis imperium coss. *Gallieno et Saturnino*, quos Fasti Onuphriani consignant ad an. 4 olympiadis 261, quique apud auctorem cum 14 Gallieni componuntur.

(Ibid.) *Hierosolymarum episcopatum tenet Hyme-*

*næus*. Quo anno sederit, varia libri. Nam Fa., O., A Vi., Pi. et vulgares conferunt ad an. 12 Gallieni: Lo., Fux., Peta., Fragm. Peta., ad an. 13. De ejus Hymenæi initi anno, nulla memoria apud antiquos, quod sciam.

(Ibid.) *Paulus Samosatenus*, etc. Descivisse illum ab Ecclesia docuerunt libri; sed non ita certo tradiderunt annum, quin superesit dubitandi locus. Nam Pi., Fa. circa an. 12 Gallieni disponunt; Lo., O., Vi., Peta. et excusi circa an. 13; Fux. circa an. 14; Contract. circa an. 1 Claudii: quæ sedes cæteris præstet, non ita facile dici potest, cum nil apud veteres occurrat: nisi quod multum ab illis distat, quod habet Auctor lib. VII Hist. Eccl. cap. 23 et 24, hunc *Domnum* electum episcopum Antiochenum a concilio Antiocheno, post ejectum Samosatenum sub Aureliano imperatore.

(Ibid.) *Desciscens*. Hanc genuinam esse lectionem potius quam *desistens* indicarunt A., L., M., V., Va., Fux., Fa., Peta., Fragm. Peta., Vat., Lo., Al., P., O., Vi., B Pi., tres mss. Fab., quod et infra pariter reperitur.

(Ibid.) *Galliæ per Posthumum*, etc. Minus constans annus, cum Fa. reponat ad 13 annum Gallieni; Pi. ad an. 15; Lo., Fux., Peta., Fragm. Peta., O., Vi., eumdem sequuntur, quem excusi, scilicet an. 14. Trebellius Pollio, qui in Vita Gallieni hæc describit sub coss. *Gallieno et Faustino*, hoc est ex observatione Onuphrii in Fastis, an. 2 olymp. 260.

(Ibid.) *In Alexandria*, etc. Non est quod dubitemus, quin ista an. 1 Claudii respondeant, cum ita velint codices omnes et Mar.

(Ibid.) *Bruchium*. Cujus loco *Brachium* in Mar., *Abrutium* in Lo.: in hoc postremo agnoscis frequentem librariorum lapsum, qui ex postrema vocali *a* vocis præcedentis *Alexandria*, et prima sequentis *Brutium*, aut *Bruchium*, *Abrutium* confecere. Quam vero germana sit nostra scriptio vel ex eo constat, quod concurrunt septem Vatican. et alia exemplaria atque Fre., quibus favet Martyrologium Græcum in Hilarione, εἴς τι χωρίον πλησίον Ἀλεξανδρείας μεταφοιτᾷ, C Βρούχιον ὄνομα αὐτῷ, *transit* (Hilarion) *in locum vicinum Alexandriæ, cui nomen Bruchium*. Illis proxime accedit Epiphanius lib. de Mensur. et ponder., ubi vocat eum locum *Brachium*: Φιλάδελφος, ὡς προείρηται, φιλόκαλός τις ἀνὴρ καὶ φιλολόγος γεγένηται ὅστις βιβλιοθήκην κατασκευάσας ἐπὶ τῆς αὐτῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως ἐν τῷ Βραχίῳ καλουμένῳ, κλίμα καὶ ἐπὶ τοῦτο τῆς αὐτῆς πόλεως ἔρημον τὰ νῦν ὑπάρχον. *Philadelphus bibliothecam in urbe Alexandria construxit in regione Brachia appellata, et est hæc pars ejusdem urbis nunc deserta.* At vero *Abrutii* saltem circa Alexandriam (nam de altera, quæ forsan est in Mœsia, vide supra, dum de *Abritto* egimus) nullus meminit. Potest tamen legi *Brutium*, quia sic habet Hieronymus in vita ejusdem Hilarionis, *Divertit* (Hilarion) *ad quosdam fratres sibi notos in Brutio non procul ab Alexandria*. Euseb. lib. VII Hist. cap. 26, loquens de obsidione ejusdem loci nominat Πυρουχεῖον. Sed crediderim scriptum Πυρου pro Βρου. Nam *Pyruchii* nulla memoria apud priscos; D quam vocem Christoforsonus non satis fideliter vertit, *cum ibi magna frumenti esset inopia*. Rectius Musculus, *in obsidione Pyruchii*. Neque enim alia potest esse interpretatio, si diligenter Auctoris verba excutiantur, μυρίας μὲν οὖν τοῦδε καὶ ἄλλας ἀριστείας ἐν τῇ κατ' Ἀλεξάνδρειαν τοῦ Πυρουχείου πολιορκίᾳ μνημονεύουσιν, cum πολιορκίᾳ construi debeat, non cum κατ' Ἀλεξάνδρειαν. Nullus enim esset sensus *in obsidione prope Alexandriam*; sed Græce fuit τοῦ Πυρουχείου, *in obsidione Pyruchii prope Alexandrium*, apud Nicephorum lib. VI, cap. 36, conjectura nostra confirmatur, ubi ad marginem e Græco ms. annotatur, ἐν τῇ τοῦ Βρουχίου πολιορκίᾳ. Cæterum in Fux. ita habes, *in Alexandria una pars quæ vocatur Bruchium, quæ per multos annos fuerat obsessa, quia rebellabant, tandem destruitur*.

(Ibid.) *Capitur*. *Destruitur* L., A., M., P., Pi., Lo., Mar. et tres mss. Fab.

(Ibid.) *Claudius Gothos*, etc. Victoriam hanc vindicat sibi annus primus imperii Claudii in Peta., Vi., O., Pi., Mar., Contract. et vulgaribus, et etiam apud Cassiodorum. At an. 2 in Lo., Fux., Fa.

(Ibid.) *Claudius Sirmii moritur*. Unanimes sunt codices, ut referant ista respondere an. 2 Claudii, ut Lo., Fux., Peta., O., Pi., Vi., Mar., Contract.; dissentiunt Fa. et impressi, in quibus an. 1, sed inepte.

(Ibid.) *Sirmii*. Sic emendandum duximus ex A., Au., M., P., Lod., Idac., Jornan., Mar., Orosio, Zonara, et Cassiodoro, pro *Firmii*, ut in impress.; vel *Firmi*, ut in V., Fa.; vel *Smirnæ*, ut in O., Vi., Sa.; vel *Sirmi*, ut in Pi.; vel *Sirmio*, ut apud Contract.; vel *Syrmi*, ut in Lo., Peta., Fux. et Fragmentis Petavii. Apud Eutropium editionis Wechelianæ legimus *Sirmii*, sicut etiam apud Pæanium ejus Metaphrastem Σιρμίου; sed in aliis editionibus *Firmii*. Est autem urbs Pannoniæ celebris ortu Probi imperatoris, de qua Plinius lib. III cap. 25, Ptolemæus in tabul., Strabo lib. VII, Stephanus et alii geographi ac historici, et Antonin. in Itinerar. *Firmium* vero est urbs Italiæ. Scripsimus autem *Sirmii* sine *y*, quia præter exemplaria, videmus illam scriptionem placere illis auctoribus, atque Vopisco, Straboni, Nicephoro, Menologio Græcorum, Herodiano, Zosimo, Socrati, Ammiano, Notitiæ imperii, et aliis plerisque; licet Cassiodorus pingat per *y*.

(653.) *Quintilius Claudii frater*, etc. Fa. revocat ad an. 1 Claudii, una cum Mar. Cæteri assignant an. 2.

(Ibid.) *Antiochenæ Timæus*. Placuit potius hæc scriptura quam prisca *Tymæus*; vel *Tymeus*, ut in Peta.; vel *Timeus*, ut in Fa.; vel *Timotheus*, ut in O., Vi., quia sic docuerunt Pi., L., Mar., Contract., Fragm. Peta., et ipse auctor lib. VII Hist. cap. 32, et Nicephorus Constant. in Chron., et Callistus lib. VI, cap. 34. Adde quod idem nomen indutum Philosopho insigni (de quo Plato in Dialogo) et aliis veteribus: eodem modo pingitur apud ipsum Platonem, Ciceronem, Clementem, Dionysium, Plutarchum, Strabonem, Laertium, Censorinum, et alios plures. Porro ex consensu codicum hæc sunt retinenda circa an. 1 Aureliani.

(Ibid.) *Catalaunos*. Emendatior lectio juxta Lo., A., L., M., V., Al., Fragm. Peta., Pi., Lod., Mar., quam olim *Catalaunios*, eamque sequitur Eutropius lib. VIII. In O., Vi., Fa., *Cathalaunos*. Ad extremum componunt ista eum an. 1 Aureliani Lo., Fux., Peta., Fa., Pi. et impressi; cum anno vero 2 Vi., O.

(Ibid.) *Zenobia*, etc. Devictam Zenobiam referunt libri, et Mar. ac Contract. uno ore an. 1 Aurelii: excipe Pi., qui ad an. 4 evocat.

(Ibid.) *Apud Immas*. Vetus lectio *Timmas*; in O., Vi., *Tinas*; *Thimas*, Fa.; in V., *Istimas*; in Au., *Emnas*; apud Jornandem *Hymmas*; apud Mar., *Thumas*. Sed secuti sumus A., L., M., P., Al., Lo., Lod., Pi., Fragm. Peta., tres mss. Fab., Peta., Hieronymum in vita Malchi, et Ptolemæum lib. V Geograph. cap. 15, qui ponunt *Immas* prope Antiochiam Syriæ, juxta quam Zenobia vincitur. *Timma*, seu *Tima* apud optimos veterum nullum vestigium, nisi apud recentiores, qui vulgati nostri Chronici lectionem amplexi in errorem ejusdem prolapsi sunt. Hic tamen miror Ortelium, qui in suo Thesauro Geographico scribit legi in Chronico Eusebii *Timnas*; codices enim mei nil nisi *Timmas*, vel *Timas* personant.

(Ibid.) *Adversum eam dimicavit Pompeianus*, etc. Quam opportune codices Al., Vi., O., Peta., Fragm. Peta., Fa., Fux., Mar. et Idac.; cæcutiebamus, nisi opem præsto tulissent. Cum enim *dimicavit*, et interpunctione et laterculo distingueretur a *Pompeianus*, in impressis, hærendum erat in salebra, et cogitandum, quis ille, qui adversus Zenobiam dimicasset; sed et difficultas magis augebatur, quod cum Typographi codicum H., Pet., So., ex his tricis non pos-

sent se expedire, putarunt reponendum *adversum eum*, pro *adversus eam*, quæ communis est lectio omnium aliorum exemplarium tam mss. quam Ven. et Lut., quasi Zenobia contra maritum, quem vita functum dixerat Eusebius, bellum movisset. Verum facile ex his difficultatibus emersimus, ubi sublato puncto apposito post *dimicavit*, retinuimus veterem lectionem *adversum eam*, ita ut nominativus verbi *dimicavit*, immediate consequatur *Pompeianus*, et sit sensus Pompeianum adversus Zenobiam dimicasse; sic enim reliqui historici.

(653.) *Familia hodie, quæ apud*. Sic pro *familia hodie apud* ut olim, ex L., A., Au., Fragm., Peta., Lo., P., Pi.; tamen in O., Vi., Mar. pro *hodie quæ* scriptum est *hodieque*.

(Ibid.) *Evagrius presbyter charissimus*. Reposuimus *presbyter* ex L., A., Mar., R., Lo., Al., Fux., Pi., Vi., Peta., O. et 6 Vatic.

(Ibid.) *Eusebius Laodicenus*, etc. Ista in Lo. consistunt ad an. 2 Aureliani. At in Fux., Fa., Pi., Peta., Vi., O., Mar. et impressis ad an. 3.

(Ibid.) *Aurelianum Romæ*, etc. Assignantur an. 3 Aureliani in omnibus libris, quibus consentit Cassiodorus.

(Ibid.) *Currum præcesserunt*. Deest *currum* in L., A., M., Fa., Peta., Fux., O., Vi., Pi., Lo., P., V., Va., Vat., Mar., Contracto, Cassiodoro, et satis subintelligitur ex verbo *triumphantem*. Verumtamen est apud Eutropium lib. VIII, et in aliis codd.

(Ibid.) *E quibus Tetricus*. Concinnius posuimus *e quibus*, pro *ex quibus*, juxta codices L., M., A., P., V., Va., Vat., Lo., Vi., O., Pi., Fragm. Peta.; vel *equitibus*, Mar.

(Ibid.) *Fuit, et Zenobia*. Sic correximus pro *fuit Zenobia*, adjecta copula *et*, ex M., P., V., Va., Vat., A., Lo., L., Pi., O., Vi., Peta.

(Ibid.) *A qua hodie, quæ*. Mendose etiam hic legebatur *hodie quoque*, sed juvere exempl. L., A., M., V., Va., Vat., P., Lo., Ri. In Vi., Fre., Mar., *hodieque*. Idac. secutus est vulgatam lectionem, quæ totam sententiam ita religiose transcripsit, ut illa vox *hodie* videatur pertinere ad sua tempora, licet re vera sit intelligenda de temporibus Eusebii, seu Hieronymi: quod iterum dictum sit (nam de Freculpho supra) tam de illo auctore quam de simillimis, ut quotiescumque lector inciderit in hujusmodi scripta, observet diligenter, an ipsi auctores utantur suis verbis, an ab aliis desumptis.

(Ibid.) *Aurelianus templum soli ædificat*, etc. Consignantur hæc anno 4 Aureliani in omnibus libris, Contract., Cassiodor. et Mar., nec video cur sint loco dimovenda. Porro de eadem re vide Vopiscum in Aurelian., Eutropium et Victorem.

(Ibid.) *Agon Solis ab Aureliano*. Sic restituimus ope codicum A., M., V., P., Vi., O., Lo., Fre., Reta., Fux. et 3 mss. Fab., pro *Solis Aureliano*, ut antea.

(Ibid.) *Aurelianus cum adversum*, etc. Omnes libri collocant ista ad an. 5 et ultimum Aureliani, nec immerito; cum mens auctoris sit tantum notare tempus mortis Aureliani, nec faciat mentionem persecutionis nisi obiter, ut significet causam ultionis divinæ. Neque enim eo tempore, quo decrevit persecutionem, cæsus est, sicut male existimavit Orosius l. VII cap. 23; immo multo ante, sicut constat ex magno illo numero martyrum, qui inveniuntur passi in illa persecutione. Non tamen celabo ad latus hujus versiculi legi in A. et Fux., *Nona persecutio*; sicut etiam vocatur a nonnullis apud August. lib. XVIII de Civit. cap. 32, et alios, licet a Leone papa serm. 2 de Pentecoste et aliis dicatur *Octava*.

(Ibid.) *Et Heracleam*. Nec mireris mutationem factam pro *Heracliam*, ut in vulgatis, Lo., M. et Peta.; vel *Hæracliam*, Pi.; vel *Heradiam*, Fux. Satius enim visum est imitari Fa. et Contract. ne ab ipso Auctore dissentiremus, qui ita legendum in superioribus proposuit: accedunt O., Vi., in quibus *Eracleam* sine aspiratione.

(Ibid.) *In Cenophrurio*. In Lo., Lod., Mar., Pi., *in Cœnofrurio*; apud Victorem Schotti *apud Cœnofrurium*; apud Vopiscum, *apud Cœnophrurium*; in Peta., *in Cœnofrorio*; in Fux., *in Cenoforio*; in Fa., *in Canaflocio*; in uno trium mss. Fab., *Cenoflonriæ*; Antoninus in Itiner., *Cœnofrurium*; Vincen., *in Canofloreo*; O., Vi., Sa., *in Canoflorio*; Cedrenus, ἐν τῷ καλουμένῳ Καίνῳ φρουρίῳ, ubi interpres Xylander, *in loco qui novum castrum ipsorum lingua Kenoflorium*. Sed ejus explicatio ostendit vitio librarii scriptum esse *phlo* pro *phru*. Antonin. part. I Hist., ex Euseb. in Chroni, *in Cenophurio*. Nostra lectio est aliorum codicum Jornandis et Eutropii: in Eutropio Schoonhovii legitur *Zenophrurium*: Pæanius ὄνομα δὲ ἐστὶ τῷ τόπῳ Καινὸν φρούριον, quod vertit Sylburgius *Castrum novum*.

(Ibid.) *Apud Pontum*. Sic fuit reponendum pro *apud Pontem* ex præscripto L., A., M., Fux., Vi., O., V., P., Pi., Al., Sa., Peta., trium mss. Fab., Contract., Vincen. tom. I, Mar. et Oros. lib. VII, cap. 24, *occisus*, inquit, *in Ponto*. Idem habent Cassiodorus et Beda; in Lo. vero legitur *apud Propontum*.

(Ibid.) *Menses 6. Mes. 5.*, Fux.

(Ibid.) *Imperium diebus* 80. *Imperium diebus* 88, L., Peta., Pi., Lo., A., P., Au., Contr., Beda; *imperium diebus* 89, M., V., Vi., O., Vincent., tom. I. At codex Fux. *dieb.* 84, sicut etiam habet Cassiodorus novus; nam in antiquo inest *dieb.* 89. Vopiscus, *vix duobus mensibus*. Eutropius convenit cum nostra lectione, *duobus*, inquit, *mensibus et diebus* 20. Pæanius omisit *duobus mensibus*. Sic enim habet, εἴκοσι βασιλεύσας ἡμέρας. Mar., *tertio demum mense*.

(Ibid.) *Apud Tarsum*. Licet habeamus editos et aliquot chirographos adversos, ut Vi, O., Pi., Lo., Fa., Fux., Pi., Mar. et Contract., qui adhibent aspirationem *Tharsum*; tamen Peta. nobis erit instar omnium, præsertim cum suffragentur auctores, et ipse Eusebius in historia, Strabo, Appianus, Stephanus, Plinius, Laertius, Hirtius, Ammianus, Zosimus, Eutropius, Isidorus Solinus, et alii veteres, et quod magis est, Scriptura II Mach. IV, Acto. IX. Favet ratio ab etymologia, et de qua pluribus Stephanus in voce Τάρσος; dicta enim, inquit, vel quasi Τέρσος παρὰ τὸ τερσανθῆναι, quod est exsiccare, eo quod cum aqua omnis in unum locum deflueret, omnium primus Taurus mons apparuit; vel quod post diluvium hæc loca Ciliciæ primum apparuissent; vel, ut vult Dionysius, *Thrax*, a Ταρσῷ; infima pedis parte, ob casum Bellerophontis eo loci; vel quod Pegasus ibi pedem fregisset: et licet Josephus lib. I Antiq. cap. 11, dum vocis hujus originem ab Hebræis repetit, scilicet a Tharse filio Japhetis derivans, scribendum cum *Th* indicet; nihilominus ostendit Græcos scribere solitos absque aspiratione, *Tharsis vero Tharsos; sic enim antiquitus Cilicia vocabatur. Tarsos enim apud eos maxima civitatum metropolis appellatur, T littera pro Θ mutata*: unde Hieronym. epist. 133 (ubi eumdem Josephum citat) reprehendit Rhæticium episcopum Augustodunensem, quod *Tharsis urbem putasset Tarsum in qua Paulus natus sit*. Augustinus tamen in Psal. XLVII utramque et *Tarsis* urbem Indiæ, et *Tharsum* metropolim Ciliciæ cum aspiratione scribit.

(Ibid.) *Probus... regnavit an.* 6, *mens.* 4. Pro *mens.* 4, in Lo. et Cassiodoro, *mens.* 3.

(Ibid.) *XXV*, etc. Occupat sedem Romanam communi codicum suffragio Felix an. 1 Probi: excipe Fa., qui an. 2 opposuit. Sed alii rectius: Contractus an. 1 Taciti.

(Ibid.) *Probus Gallias*, etc., *restituit*. Ad varios divertunt annos codices. Nam Peta., Pi., O., Vi., Contract., Cassiodor. et cusi anno 1 Probi objiciunt; Fux., Lo., an. 2; Fa. an. 3. De hoc bello Gallico consule Vopiscum.

(Ibid.) *A Barbaris iterum occupatas*. Monebant tollendum esse *iterum* varia exemplaria, ut P., Lo., A.,

Au., Vi., M., V., O., Va., Vat., Fa., Peta., Fux., A
Pi., Contract. et ipse Eutropius, ex quo tota sententia sumpta videtur: tamen Beda et Albertus habent *jam dudum occupatas*, unde nil incommodi visum si remaneret, cum hic Probus legatur liberasse bis Gallias, primum a Germanis, deinde a tyrannis Bonoso et Proculo, ut testantur Vopiscus et Oros. lib. VII, cap. 24.

(Ibid.) *Anatolius Laodicenus*, etc. Hæc alii libri an. 2, ut Fux., Peta., Pi., Contractus et impressi; alii an. 3, ut Lo.; sed in Fa. desideratur.

(655.) *Secundo anno Probi Ascalonitas* 380. Hanc periodum depravatam jure optimo existimavit magnus ille Baronius tom. II, pag. 707. Primum enim desiderantur hæc omnia in L., M., Pi.: pars vero eorumdem verborum, scilicet *vel* 303 *secundum quosdam* non exstat in A., Fa., Peta., Fux., V., Va., O., P., Lo., Vi., Adone, Beda, Mariano, et aliis, qui eadem referunt ex Eusebio: doctissimus Scaliger lib. V de Emendat. temp. pag. 463, dum hunc locum B
refert, legit *vel* 302 *secundum quosdam*, putatque hæc vitio librarii posita ad an. 2 Probi, pro ad an. 3: ideoque integram illam periodum a regione tertii anni Probi collocandam censet. Verum cum quatuor Vatic. et omnia alia exemplaria reclament, assignatam illi sedem conservavimus.

(Ibid.) *Juxta Antiochenos* 325 *annus*. Pro. 325, in Lo. 425, in Mar. 400, in 1 Vatican. 335; sed manifesto mendo, ut constat ex aliis libris et ex præcedentibus circa olymp. 183, et quia infra ad olymp. 270 anni Antiochenorum numerantur 351.

(Ibid.) *Juxta Tyrios* 402. In duobus Vatic. 302.

(Ibid.) *Juxta Laodicenos* 324. Pro 324 in Lo., O., Vi. et in margine Bedæ 424. Hinc autem corrige Adonem, ubi *Lacedæmonios* legis pro *Laodicenos*.

(Ibid.) *Edessenos* 589. Olim prostabat tam in vulgatis quam in mss. de quibus hic nulla mentio 388. Verum ita repositum est, tum ad imitationem duorum Vatic. et Mariani hæc ipsa eodem modo referentis, tum quia ille calculus 549, qui exstat in uno C
Vatic., licet prodat manifeste suam maculam in nota illa media 4 pro 8, exprimit tamen fideliter extremos num. 5 et 9. Adde quod summa illa 588, quæ reperitur in A., P., Fa., V., Lo., duobus Vat., Vi., O., Beda, et Adone, nostrum calculum confirmat in duobus primis numeris, eaque a me reposita fuisset, nisi advertissem nostrum calculum verius respondere cum primo anno Seleuci, a quo auctor dixit superius Edessenos suos annales numerare. Quod ita facile demonstrabitur: cum enim an. 1705 ab Abraham et primus Seleuci ex adverso sese contueantur, si illi adjunxeris 589, efficies an. 2294. At hic annus secundus Probi est, juxta Eusebium, annus ab Abraham 2294. Legis in Fux. 638; sed quam corrupte, ex his collige.

(Ibid.) *Juxta Ascalonitas* 380. In Lo. 480, sed perperam, ut arguit consensus aliorum librorum, et Mar.

(Ibid.) *Initium Jubilei* 86 *secundum Hebræos*. Ut D
istum Jubilæum huic loco insereremus, movit nos fides codicum M., Lo., Fux. et auctoritas Adonis, Mariani, Bedæ, et aliorum hoc ipsum referentium ex Eusebio in Chronic. Jure autem deberi illi hanc sedem, ratio convincit. Nam si 31 an. Christi initium fuit 81 jubilæi, haud dubio annus 281 (qui concurrit cum an. 2 Probi) initio 86 jubilæi respondebit. Corrige in Adone 87, et in Fux. 83, pro 86, in quo situs est ad an. 1 Probi.

(Ibid.) *Insana Manichæorum hæresis*, etc., *exorta*. Ortum impuræ illius hæreseos alii circa an. 2 Probi, ut Fux., Pi., Vi., O., et editi; alii circa an. 3, ut Peta., Fa., tres mss. Fab., Contract. et Cassiod.; alii circa an. 4, ut Lo.; Epiph. hæresi 66 numerat *ab assumptione* (ἀπὸ ἀναλήψεως) *Christi usque ad Manem* (qui vulgo Manichæus) *et Aurelianum ac Probum reges annos* 276 *secundum nonnullos chronographos, juxta alios* 246. Sed locus videtur non carere mendis, sive in illis verbis *ab assumptione* pro *ab Incarnatione*, sive in numeris, qui longe absunt a fine Aureliani, et initio Probi imperatorum. Forsan enim hos imperatores copulat duos (nam ipso teste, Aurelianus fuit ante Probum) ut significet hæresim Manichæorum exortam quidem in ultimis annis Aureliani, sed innotuisse circa initia Probi: sicut Leo Papa sermone 2 de Pentecoste scribit, *Manichæum innotuisse* 260 *anno impleto post resurrectionem Christi, Probo imperatore et Paulino consule*. Qui locus non minus videtur mendosus in illo numero 260, quia nullo modo potest respondere cum imperio Probi, cujus initium est ad ann. 280 Christi. Dum autem conjungit consulatum Paulini cum Probo imperatore, videtur referre ortum illius hæresis ad an. 1 Probi, si est credendum Fastis Siculis et Onuphrii, in quibus ille consulatus annum primum Probi occupat. Nam si fides est potius adhibenda Cassiodoro, *consulatus Probi et Paulini* concurrit cum anno 5 Aureliani imper., et illa hæresis exorta est *Probo* V *et Victorino coss.*, qui illi est annus 3 Probi imperatoris. In re ergo tam ancipiti nil est, cur a vulgatis discedendum videatur.

(Ibid.) *Probus Gallos*, etc. Refert hoc circa an. 2 Probi, Mar.; circa an. 3, Peta., Pi., Vi., O., Fa. et impressi; sed ad an. 4 Fux., Lo.

(Ibid.) *Almumque*. Multa persuadebant ut *Almamque* legendum exhiberemus; nam membranacei Lo., Pi., A., M., Peta., Fux., tres mss. Fab., tres Vati., Mar. et Fre. (in quo corrige *Juneas abire* pro *vineas habere*) sic habent. Item Dio lib. LV, Vopiscus, Cuspinianus, Antonin. in Itinerar., Aur. Victor. in Epitome, et alii, qui ejusdem privilegii meminerunt: et proxime attingere videntur quatuor illi V., Vi., Fa., O., in quibus *Almeamque;* tamen in priori sententia multa nos retinuerunt, et editi, et membranei cæteri, et ipse Antoninus in Itinerar. alio in loco, ac Eutropius, qui eadem iisdem verbis scribit cum Eusebio nostro, quamvis Vinetus in Eutropium in vetustioribus Eutropii codicibus *Almam* exstare profiteatur, sicut etiam Sylburgius fidem facit de codice Fuldensi; Pæanius tamen Græcus ejus metaphrastes habet Ἄλμον. Facile vero dirimi posse hanc litem crediderim, si utrumque esse in usu asseramus. Porro si cui mirum videatur, cur Probus lege permiserit conseri vites, meminerit ex Suetonio et auctore id prius Domitianum vetuisse, ut dictum est superius.

(Ibid.) *Antiochiæ... episcopus Cyrillus*. Pro *Cyrillus* in Lo. *Quirillus*; in Pi. *Cybillus*. Suffragatores habemus alios codices, Mar. et Vincen., sed auctorem præcipuum ipsum Eusebium, lib. VII Histor. cap. 32, ubi Antiochenos præsules recensens enumerat *Cyrillum* post Timæum: omnes autem libri conveniunt in situ horum ad an. 4 Probi.

(Ibid.) *Saturninus magister*, etc. Omnes pariter libri hæc constituunt ad an. 4 Probi, neque ullus auctor hujus rei meminit, quod sciam.

(Ibid.) *Apamiæ occiditur*. Antea *Apameæ*, ut *a Pamiæ* in Vi., O.; *Appamiæ* in Lo.; *a Panuæ* in Fa. Nos imitamur Peta., Fux., Mar., maxime cum superius a nobis observatum sit circa olymp. 118 ejusmodi scripturam confirmari consensu omnium exemplarium, et auctoritate Ciceron. et aliorum veterum.

(Ibid.) *Eutychianus*, etc. Comparat Eutychianum cum anno 4 Probi Lo.; reliqui cum 5, ut Fux., Peta., O., Pi., Fa., Vi., Contract., et rectius, alioquin non reperirentur anni 5 præcedentis Papæ.

(Ibid.) *Post quem XXVII Gaius*. Pro *Gaius*, in L., Pi., V., Fa., *Gaianus;* in Al., Peta., *Gallus*, sed mendose; apud Albertum *Caius*.

(Ibid.) *Probus tumultu militari*, etc. Terminant hujus mortem ad an. 6 imperii, impressi, Mar., Contract., Fux., Peta., Pi., Vi., O., Fa.; ad an. 4. Lo.

(Ibid.) *Apud Sirmium*. Olim *apud Syrmium*, ut etiam apud Eutropium Vineti (nam ille Sylburgii cum *y*); magis tamen probatur altera scriptio, quæ est codicum Pi., Fa., Idac., maxime cum illis accedant

varii auctores, de quibus supra. Mendose apud Martinum Polonum *apud Sutrinum*.

(655.) *In turri. In turre* A., Au., M., Lo.; Oros. lib. VII. Jornan., Fre., Cassiodorus in posteriori editione. Nam vetus nostram lectionem tuetur, sicut etiam facit Victor; sed utrumque dicitur : *Id enim consuetum veteribus fuit, ut litteris i et e plerumque in fine indifferenter uterentur, sicut proclive, proclivi*, etc., ait Macrob. lib. I Satur. cap. 4.

(Ibid.) *Ferrata. Ferrea*, Vi., O.

(Ibid.) *Alexandrinæ Ecclesiæ*, etc. Pertinent hæc ad an. 4 Probi in Lo.; apud Mar. an. 5; in reliquis et apud Contract. ad an. 6.

(Ibid.) *Theonas. Theonus*, Peta.

(657.) *Cochem*. Cum antea legeretur *Cochlem*, maluimus sequi septem Vaticanos, M., Lo., O., Lod., Vi., Peta., quibus astipulatur Orosius lib. VII, cap. 24, licet *Cochen* scribat per *n*, loco *m*, vel in alia editione *Cothem*. Aliqui putant ejus loco reponendum *Seleuciam*, ut est in margine B., Pet., So. et H., forsan quia legerant antea *Trajanum Seleuciam et Ctesiphontem occupasse*, et apud Zonaram tom. II, *Carum Ctesiphontem et Seleuciam occupasse*. Tamen potuerant legisse apud Ammianum Marcell. lib. XXIV, *Cochem eamdem quam Seleuciam nominant*; et apud Zosimum lib. III. *πρότερον μὲν Ζωχάσης, νῦν δὲ Σελευκίας ὀνομαζομένης*; quibus suffragantur geographi. Nostram lectionem valde confirmat Eutropius Sylburgii, *Cochen et Ctesiphontem urbes nobilissimas cepit*, cum sint ipsissima verba, quibus utitur hoc loco Eusebius, immo etiam quæ hic subsequuntur, videntur sumpta ad verbum ex Eutropio lib. IX : unde Glareanus valde hallucinatur, cum in annotat. ad Eutropium suspicatur legendum *Seleuciam Carræ : cum*, inquit, *non invenias Corchen apud auctores*, et quia testatur in altero Eutropii codice ms. legi *Seleuciam*. Nam poterat facile conjicere in Eutropio, *r* mendose adjectum, et sic restitutum est in postrema editione Sylburgii, unde Pæanius κόγχαμαμ. Adjuvatur aliquantulum nostra lectio codice A., ubi legitur *Cohen*, ut etiam ex L. et Pl., ubi *Cholchem* est scriptum. Apud Marian. *Choen*; apud Othonem lib. IV, cap. 44, *Cholen*; apud Jornand., *Chochem*, qui videtur sumpsisse ex Eusebio totam sententiam. Cuspinianus putat legendum *Soænum*; sicut legimus apud Rufum et antiquiorem Eutropium : cui tamen non assentior, cum de Soæne urbe nuspiam alias fiat mentio, quod sciam.

(Ibid.) *Numerianus cum ob oculorum*, etc. Sunt qui velint hæc ad annum 1 Cari reponenda, ut Fux.; alii qui ad ann. 2, ut Peta., Pl., Lo., Fa., O., Vi., Mar., Contract. et excusi.

(Ibid.) *Vehicula veheretur, insidiis. Vehicula veheretur in Thracia, insidiis* Fux.

(Ibid.) *Apud Margum.* Sic legendum docuerunt codices Pl., Lo., Fa., Peta., Fux., sex Vaticani, O., Vi., L., Au., M., cum quibus conveniunt Cassiodor., Jornan., Contract., Antoninus in Itinerario, et Eutropius non quidem vulgatus, in quo *Margum*, sed duo ejus manuscripti : unius Ortelius facit fidem in suo Thesauro : alterius (scilicet Fuldensis) Sylburgius in editione Wecheliana Eutropii : Pæanius scribit Μάργον τὴν πόλιν, sed ita legendum docet ipse contextus Eutropii, dum refert Carinum victum apud *Margum*, ubi desertus est a suo exercitu inter Viminacium et Aureum montem. *Margum* enim non longe abesse a Viminacio in Mœsia docent historici et geographi : juvatur ipsa deformitate, quæ in aliis codd. reperitur. Nam in V. legis *Magrium* : in A. et trib. mss. Fab. *Argum*. Vides enim primam vocalem in priori syllaba. Antiqua lectio excusorum, et Idac. erat *Murgum* : ut etiam est apud Victorem libro de Cæsarib. Antonin. in Itinerar.; meminit quidem *Murgi*, sed quæ in Hispania, ut Ptolem. lib. VI, cap. 10, *Margi* fluvii Asiæ; at hic agitur de urbe, quæ est in Pannonia. Al. habet *Morgua*; Vopiscus, *apud Murtium*; Mar., *apud Moguntiam*; sed mendose.

(Ibid.) *Jurans sine suo scelere Numerianum interfectum*. Præcidimus particulam *non*, quæ in excusis reperiebatur, *jurans non sine suo scelere*, ne tot chirographis adversaremur, L. scilicet, A., Vi., P., Lo., M., O., V., Al., Fa., Peta., Fux., Jornan., Vincen., quibus annumerandi Eutropius, lib. IX, Pæanius ejus metaphrastes, Zonaras tom. II, Vopiscus in Numeriano, Orosius lib. VII cap. 25; et quamvis alioquin illa negativa particula *non*, remanente, sensus Auctoris servari posse videatur, ut ad Aprum referatur : verum præterquam quod absurdum est, ut Diocletianus quæ ab aliis patrata erant, juramento adhibito removeret, planior haud dubio sic fit sententia, quasi velit Diocletianum jurejurando asseverasse se non fuisse conscium cædis Numeriani. Eruditissimus Josephus Scaliger refert hunc locum juxta nostram lectionem lib. V, emend., forsan ex mss. Hinc corrige Marianum, apud quem, *jurans etiam ejus scelere Numerianum interfectum*. Porro pertinent ista ad an. primum Diocletiani, consentientibus omnibus codicibus, Eutropio, Orosio, Vopisco, Victore et aliis historicis.

(Ibid.) *Diocletianus in consortium*, etc. Licet hæc a majori codicum parte ad an. 2 Diocletiani disponantur; sic enim Fux., Peta., Pi., Fa., Vi., O. et impressi : tamen Lo. ad an. 3. Verum Cassiodorus, Marianus, Contractus firmant vulgatum situm, a quibus non dissident Zonaras tom. II, dum ait Herculium *ascitum collegam Diocletiani, sive 4 ejus imperii anno, sive 2, ut alii docent*, inter quos videtur esse auctor noster. Nicepho. lib. VII, cap. 17, tribuit an. 4 Diocletiani.

(Ibid.) *Quæ factioni suæ*. Legendum esse *quæ*. et non *qui* ut olim, docuerunt L., A., V., Lo., Vi., O., Pi., Peta., Al. et contextus ipse.

(Ibid.) *Bacaudarum*. Sic restituimus pro *Baccharidarum*, ut in impress. et Idacio; vel *Bagaudarum*, ut in O., Fux., Vi. : nam *g* et *c*, ut sæpius dixi, facile permutantur : vel *Bugaridarum*, ut in tribus Vatic. et Fa.; vel *Vacbachaudarum*, ut in M.; vel *Bugaridarum*, ut in uno Vatic. ex codd. P., L., A., Au., Lod., Peta., trib. mss. Fab., Pi., Al. et 3 Vatic., et etiam ex Eutropio Vineti lib. IX, ex quo ista mutuatus videtur Hieronymus; cui consentit Pæanius ejus metaphrastes : sic enim is, *καὶ Βακαύδας καλοῦντες τοὺς συγκροτηθέντας*. Glareanus in Eutropium scribit in altero ms. codice Chronicorum Eusebii legi *Progandarum*. At Vinetus noster in eumdem Eutropium animadvertit in nonnullis libris legi *Bagaudarum* (sicut habet editio Sylburgii), in aliis *sævæ clarum*, in antiquo libro *Caudatum*. De Baccaudis, qui occurrerunt Saro in Italiam contendenti ad Alpes, Zosimus lib. VI, sicut etiam Salvianus lib. VI de *Bagaudicis factionariis*. Sigebertus in anno Christi 437 et 442 meminit *Bagaudarum* in plurali, et *Bagauda* in singulari, pro tumultu et commotione apud Gallos; quæ verba videntur sumpta ex Prospero Pithœi, ubi eadem leguntur, sed multo correctius. Nam cum Prosper eamdem vocem repetat tribus diversis locis, duo priora a Sigeberto, tertium ab Aventino refertur. Hos factionarios eleganter exprimit Mamertinus in Panegyrico Maximiani : *Cum militares*, inquit, *habitus ignari Agricolæ appetiverunt, cum arator peditem, cum pastor equitem, cum hostem barbarum suorum cultorum rusticus vastator imitatus est*, etc. Posset dici vocem *Bagaudæ* esse origine Hebraicam, cum בגד *Bagad* nihil aliud sit, quam extra vagari et incurrere in aliquem; et בגדים *Bogedim*, idem sit ac irruptores seu excursores : de hac nostra factione loquens Aurel. Victor. lib. de Cæsarib. ita scribit : *ubi comperit* (Diocletianus) *Carini discessu Helianum Amandumque per Galliam excita manu agrestium, ac latronum, quos Bagaudas incolæ vocant, populatis late agris, plerasque urbium tentare*, etc. Freculphus lib. III, cap. 14, t. II, habet *Vacandas*. Orosius vulgatus lib. VII, cap. 25, *Vacaudas*. Nam eruditissimus Lipsius ad III lib. Annal. Taciti scribit in suo manu-

scripto codice Orosii legi *Baticadæ*. Apud Adon. in Chron. leges *Baccadas*; apud Jornandem *Bagaudas*. Eosdem Gallos rebelles video ter vocari *Bogandas* a Salviano lib. v. Castrum Fossatense leuca distans a Lutetia Parisiorum, olim dicebatur *Castrum Bagaudarum*, ut docet pius et eruditissimus Faber in præfatio. ad fragmenta Hilarii. Glareanus in Eutropium scribit in antiquo Chronici Eusebiani codice haberi *Progaridarum*, propius accedendo ad veterem linguam Gallicam *Purengar*. Antiquis enim Gallis *gar* idem erat ac collectio, et *puren* rusticorum. Illius vocabuli *Bagaudæ* usitati apud priscos Gallos, exstant non obscura vestigia in voce *Bagan*, quæ etiam hodie usurpatur apud nostros Vascones pro rustico, qui caulas populatur.

(Ibid.) *Pacem Galliis*. *Pacem Gallis* Lo., Peta.

(Ibid.) *Carausius*. *Carusius*, M.; *Carisius*, Al.; *Causalius*, unus ex Vatica.; *Curus*, Mar., Contract. Retinuimus communem scriptionem ob sex Vatic. et cætera exemplaria et fidem Fre., Idac., Jornan. et Oros. lib. VII cap. 25, Bedæ lib. I Histor. gentis Angl. cap. 6, Adon. in Chron. Eutropii lib. IX, et Victoris in Epitome *Carausius*: licet lib. de Cæsar., *Corausius*. Postremo hæc omnia *Carausius sumpta... repudiare compulsi*, ut unicum paragraphum et unius anni historiam ad an. 4 Diocletiani reduximus, cum Fux., Peta., Lo. et tres mss. Fab. hoc jubeant, unde notæ illæ numerales 5, 6, 7, quæ e regione verborum illius sententiæ distribuuntur, ut olim, nullam diversitatem historiæ præ se ferunt, quasi horum nonnulla diversis illis annis contigerint, neque enim pertinent ad illum paragraphum, sed solum apponuntur, ut nulli historiæ respondentes, ne aliter nimium spatii occuparent, si quælibet nota proprium laterculum haberet, quod sæpe observatur in aliis historiis. Ad superiores codices proxime accedunt alii, ut Pi., L., qui hæc in duas sententias dispertiuntur, unam a *Carausius* usque ad *infestaverant* ad annum 3 Diocletiani, alteram ab *Ægyptum Achilleus* usque ad *compulsi*, ad annum 4 ejusdem. At in Fa. *Carausius* usque ad *intulit* sunt ad an. 3 ejusdem; *Quinquegentiani* usque ad *contigerit* unico contextu ad an. 4; *Constantius privignam*, usque ad *compulsi*, divisim ab aliis ad an. 6. In Vi. et O. illa periodus *Carausius* usque ad *intulit* opponitur anno 3; altera *Quinquegentiani Africam infestaverunt* an. 4; tertia *Ægyptum* usque ad *compulsi* an. 5. Verum cum hæ partitiones manifeste minus sint appositæ, satis priorum compositionem confirmant: accedit auctoritas Nicephori lib. VII cap. 17, dum ait, *Diocletianum ascivisse Herculium Maximianum cum æqua potestate quarto imperii sui anno*: potest etiam colligi ex Eutropio hæc omnia contigisse circa eumdem an. 4 Diocletiani.

(659.) *Quinquegentiani*. Rectius erit, si ita conjunctim quam si divisim legeris, *Quinque Gentiani*, ut in Lut., Ven. et aliis: sicut etiam apud Zonaram, prius enim suo exemplo commendant omnes Chirographi tam nostri, quam ille, de quo fidem facit Sylburgius, et inter excusos Ba., H., B., Pet. et So., et præterea auctores non ignobiles, Orosius, Contract., Jornandes, Eutropius, licet ejus metaphrastes Pæanius divellat in duo vocabula. Ado *nationes Quinquegentanas* vocat; *Quinquegentiani* et *Quingentiani* Aurel. Victor. *Quinquegentiani* Fre. Nescio unde Pomponius Lætus excerpserit Gentianos ob id dictos *Quinquegentianos*, quod milites essent ætate *quinquagenarii*. Ad extremum in Pi., Lo., hæc jacent ex adverso anni 3 Diocletiani. At in Fux., O., Peta., Fa., Vi. et impressis, an. 4.

(Ibid.) *Galerius Maximianus*. *Galerius Maximus*, Vi., O., et sic ubique, dum agitur de Galerio.

(Ibid.) *Haud longe a Serdica*. Corrupte nimium olim *non longe a Geroica*; proinde ita castigandum monuerunt membranacei L., V., M., Va., Vi., Pi., Sa., Peta., O. et tres mss. Fab., Lo., Jornandes, qui ipsissimis verbis Eusebii utitur, ut fere semper: succenturiantur his quamproxime alii libri, ut Al., ubi *non longe Aserdica*; *a* enim assumptum est a præpositione *a*, quæ præcedere debuit, et unum *s* manet inane. In Fa. et quatuor Vatica., *non longe a Seroica*; apud Maria., *Sardice*; in duobus Vatica. et Fux., *non longe a Sardica*; apud Eutropium lib. IX, *non longe a Sardica*: ubi quæ hic ab Eusebio recitantur per octo aut novem lineas, reperiuntur conceptis verbis; Pæanius ejus metaphrastes περὶ Σαρδάκην. In quibus vocibus occurrunt communia illa elementa *s* et *d*, ex quibus licet et veritatem et affinitatem agnoscere cum nostro *Serdica*. Advertit hanc emendationem Ortelius, qui in suo Thesauro Geographico pro *Geroica* restituendum monet *Serdica*, cujus codicis præscripto id præstet, silet; probabile tamen illius Chronici ms. ope adjutum, cujus sæpe alias meminit. Præterea docet et *Serdicam* et *Sardicam* duas urbes esse, sed illam in Thracia, hanc in Dacia, ut hic notat auctor. Nihilominus crediderim vel utrumque vocabulum esse commune ambabus, vel, quod magis placet, unicam et eamdem esse, quæ ob confinium et vicinitatem regionum (quod in aliis multis contigit) modo in Thracia collocatur, ut apud Ptolemæum; modo in Macedonia, ut apud Ammianum lib. XXXI; modo inter duas Mœsias, ut apud Sidonium lib. V de Imper. Occid. pag. 111; modo in Illyrio et Dacia, ut apud Suidam et vulgus veterum. Unde Theodoretus lib. II Histor., cap. 4, facit eam *metropolim Daciæ*, Σαρδικὴ Ἰλλυρικὴ δὲ αὕτη πόλις τοῦ Δακῶν ἔθνους μητρόπολις. Et hæc est communior scriptura per *a*, in prima syllaba; nonnumquam tamen eadem urbs scribitur per *e*, ut apud Suidam, Antonin. in Itiner. Ammian. libro XXXI, Goltzium, Gruterum in Veter. Inscriptio. et l. I de Accusatio. et lib. I ad leg. Jul. de vi public. et priv. in Cod. Theodos.: unde cum liberum esset pingere alterum, satius fuit minus recedere a majori numero librorum et præcipue a vulgatis, in quibus *c*. Erat autem urbs sita inter Orientale et Occidentale imperium, et ex ditione Constantis imperatoris, secundum divisionem factam a Constantino inter filios; de qua Victor in Constantino, et Zosimus lib. II. Ideo fuit celebratione variorum concillorum nobilitata, et præcipue illius quod μεγάλην σύνοδον κατὰ Σαρδικὴν γενομένην vocat sæpe Athanasius, celebratum a 300 fere episcopis, ut ipse ait, contra Arianos, anno 11 Constantii et Constantis: cujus est tam frequens memoria apud omnes Patres, et historicos illius sæculi. Hallucinantur enim qui illud concilium putant celebratum apud Sardes in Asia minori, de qua supra circa olympiad. 57 et 111, licet utraque dicatur πόλις τῶν Σαρδῶν. Cæterum post hunc paragraphum statim additur in Fux. *Tenebræ fuerunt interdiu*.

(Ibid.) *Valeriam*. *Galeriam*, Al.; *Valeriani*, Mar.; sed ubique mendum manifestum.

(Ibid.) *Busiris et Coptus*. *Bostris*, V. Vitiose, nam *Busiris* in aliis; suntque Ægypti duæ urbes celebres ad Nili fluvium. In Fux. est additum *Ægypti civitates*: valde etiam fallitur Cuspinianus in Cassiodorum, dum existimat hic perperam legi *Coptus*, et restituendum *Capos*. Nam de hac nullus veterum meminit, quod sciam: de illa ut Metropoli Ægypti Strabo, Ptolemæus, Plutarchus, Stephanus, Athanasius, Cedrenus, Zonaras et alii plerique. Porro his selegere diversos annos codices, ut Vi., O., annum 6 Diocletiani; Pi., Fa. et impressi an. 7; Fux., Peta., Lo., Mar. et 3 mss. Fab. an. 8. Magis tamen probarim lectionem vulgatorum, quæ et a Cedreno commendatur, dum disertis verbis hæc ait contigisse an. 7 Diocletiani.

(Ibid.) *Rebellantes*. Genuina lectio ex L., O., A., Vi., Sa., 3 mss. Fab., M., V., Vat., Va., Al., Lo., Peta., Mar., Pi., potius quam ut olim *belligerantes*. Nam certum est ex omnibus historicis eas urbes tunc rebellasse contra imperium Romanum.

(Ibid.) *Carporum*. *Caprorum*, Vi., O., Fa., satis inepte. Porro hæc translatio externarum gentium, annorum sedem transtulit. Nam in Vi., O. ad an. 7;

Pi. et impressi ad an. 8: Lo., Fa. ad an. 9; Fux. ad an. 10; Peta et 3 mss. Fab. ad an. 11.

(659.) *Basternarum. Basternorum*, L., A., Peta., Idac., Au., sicut etiam habet Tacitus in sua Germania. Prius tamen potius recipiendum. Sic enim alii mss. et Eutropius, Zosimus l. II, Oros. l. VII c. 25, quibus proxime accedunt V., O.; in quibus *Bastenarum*. At vero *Bastarnas* dicunt Plutarch. in Æmilio Paulo, Strabo l. VII, et passim Dio l. LI, Xiphilinus; *Basternas* Appianus in Mithrid., Plin. l. IV c. 12, et hoc usitatius.

(Ibid.) *Primus Diocletianus adorari se ut Deum jussit... cum ante eum omnes imperatores in modum judicum salutarentur*, etc. Idem scribit Eutropius de adoratione: tamen constat ex Spartiano Heliogabalum idem antea præstitisse: et auctor scripsit Caligulam semetipsum inter deos retulisse, et Domitianum *Dominum se et Deum appellari præcepisse:* unde Victor, *Diocletianus primus omnium Caligulam post, Domitianumque Dominum palam se dici passum et adorari se appellarique ut Deum*, etc. Quomodo autem intelligendus sit auctor in cæteris, consule Lampridium in Severo: *Dominum se appellari jussit, gemmas de calciamentis et vestibus tulit, quibus fuerat usus Heliogabalus, veste alba usus est, nec aurata penulis togisque communibus: salutabatur vero quasi unus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis*, etc.; et paulo post: *Salutabatur autem nomine, hoc est, Ave Alexander; si quis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, uti adulator, vel abjiciebatur, vel ridebatur ingenti cachinno.* Cæterum eo insolentiæ venisse refertur Diocletianus anno imperii sui, ab aliis quidem 8, ut a Fa., O., Vi.; ab aliis an. 9, ut a Pi., Lo., et impressis; ab aliis an. 10, ut a Mar.; et ab aliis an. 11, ut a Fux., tribus mss. Fab., Contract. et Peta., qui firmantur auctoritate Cassiodori.

(Ibid.) *Chlamydem tantum purpuream.* Venustior hæc lectio ex fide L., A., O., Au., M., quatuor Vatic., Pi., Vi., Peta., trium mss. Fab., Lo., Vat., Mar., Idac. et Vincen., Cassiod. in Chronic., ubi hæc ipsa referuntur iisdem verbis, quam ut olim *Chlamyde tantum purpurea*, nisi quod Vi., Pi., Sa., O., L., Mar., non agnoscunt vocem *tantum*.

(Ibid.) *Alexandria cum omni*, etc. Obsessam Alexandriam, ac demum captam monstrant Vi., O., Fa. et excusi ann. 10, Pi. anno 11; Fux., Peta., Lo., Mar. an. 12; sed retineatur recepta sedes, quæ auctoritate Cedreni stabilitur, qui similiter hæc refert ad an. 10 Diocletiani.

(Ibid.) *Desciscens.* Sic ex L., A., M., V., Lo., Pi., Va., Vat., Al., Fa., Fux., Peta. et trib. mss. Fab., pro *desistens:* Similem correctionem supra invenies.

(Ibid.) *Per Achilleum. Per Acillem* Vi., O.; *per Achillæum*, Pi.; sed vulgata est præferenda, quam habes supra, et apud Zosimum, Victorem et alios auctores.

(Ibid.) *Interfectis his, qui auctores perduellionis exstiterant.* Sic legendum monuerunt L., A., Fa., Peta., Fux., M., V., Va., Vat., Lo., Vi., O., Pi., tres mss. Fab., Mar., non, ut antea, *interfectis, qui perduellionis causa fuerunt*, vel, ut in Sa., *interfecti hi, qui auctores perduellionis exstiterant.*

(Ibid.) *Marcellinus. Marcellianus* L., A., M., Pi., Lo., Peta.; *Marcellus*, Vincen.; sed nostra est magis recepta. Mirum autem est Eusebium præterire *Marcellum*, cum de unico *Marcellino* loquatur, sed forsan deceptus fuit similitudine nominis, dum hos duos confundit, sicut fecit de Cleto et Anacleto: cum tamen ex August. epist. 165, Optato l. II, Martyrologiis, et omnibus historicis, constet duos et diversos fuisse *Marcellinum* et *Marcellum*. Non tamen celabo in Lo. ita haberi ad an. 12 Diocletiani, *Romanæ Ecclesiæ XXVIII episcopatum suscepit Marcellianus annis* 7, *Marcellus annis* 3, cum in aliis sit tantum expressum nomen *Marcellinus*, seu *Marcellianus*, et illi tribuantur anni 9. Hunc Marcellinum ad insulas Ecclesiastici imperii vocatum si velis an. 9 Diocletiani, allegare poteris O., Vi., Mar.; sin anno 10, Fa. et impressos; sin anno 11, Pi.; sin demum ann. 12, Fux., Peta., Lo.: quibus adhæreo. Sic enim facilius comperientur anni 15 Gaii superioris pontificis, et anni 9, qui inter hunc et Eusebium ejus successorem interponendi sunt. Adde quod minus recedes a summis viris Baronio et Onuphrio, qui sedis illius initium a decimo tertio Diocletiani numerant.

(Ibid.) *Suscepit annis* 9. *Annis* 7. Lo. et Vincent. testatur Eusebium ita scripsisse; *an.* 8, Mar. Utrumque deest in trib. mss. Fab.

(Ibid.) *Zabdas.* Pro *Labdas* sic ex L., A., M., Al., Pi., Peta., Fux., Lo., O., Mar., Vi., trib. mss. Fab., et fragmento Petavii, quibus accedunt Zonaras, Nicephor. in Chron. et Callist. lib. VI c. 34, et lectio *Zambdas* apud Euseb. l. VII cap. fin., μετὰ τὸν Ὑμέναιον Ζαμβδᾶς τὴν λειτουργίαν παραλαμβάνει. Epiph. hæres. 66, Βάζας. Porro notantur ista in Vi. quidem et O. ad an. 11 Diocletiani; in Pi., Fa. et impressis ad an. 12; in Lo. ad an. 14; in Fux., Peta., Mar. Contract. et fragm. Petavii ad an. 15. Quodnam ex illis certius habendum sit, aliunde constare nequit.

(Ibid.) *Post decem annos per Asclepiodorum*, etc. *Asclepidorum*, Lo.; *Asclipiodotum*, Pi., L.; *Asclepiodum*, Fa.; sed ubique mendum manifestum, ut constat ex Eutropio, Adone, et aliis. Adhæc terminatur decennium illud ad an. 12 Diocletiani, in Vi., O.; ad an. 13, in Fa., Pi., et impressis; ad an. 15, in Fux., Lo., Peta. Verum quis neget, quin vulgaris situs cæteris sit præponendus, cum hoc præ se ferant verba ipsa *post decem annos* numerando eos ab an. 3 Diocletiani, in quo Carausius occupat Britannias.

(661.) *Præfectum prætorii. Præfectum prætorio* in Pi., Lo., Mar., Eutropio, et infra ad olymp., 279. Utrumque est in usu, et in hoc Chronico, et apud bonos auctores, de quo inferius.

(Ibid.) *A Constantio Cæsare.* Sic emendavimus juxta præscriptum A., L., Au., Lo., M., Al., O., Vi., Pi., Mar.; et idem habet Idac., Jornan., Contract., Oros. l. VII c. 25; Eutrop. l. IX, et Pæanius pro a *Constantino Cæsare.* Nam iste nondum erat Cæsar, nec imperator, sed Constantius ejus pater.

(Ibid.) 60 *millia.* 70 *millia*, Au.; 4000 *Alemannorum*, Mar.; 40 *millia* Ado; sed omnia alia exempl., Oros., Eutropius, Idac. et Jornan. retinent priorem lectionem.

(Ibid.) *Juxta Lingonas... Alemannorum. Alamannorum*, L., Pi., Lo., Peta., Fa. et fragmentum Petavii, Idac., Ado tam hic quam alibi; sed de hujus vocis orthographia vide supra circa olymp. 260. Refertur tota ista periodus ab aliis ad an. 12 Diocletiani, ut V., O.; ab aliis ad an. 13, ut Pi., Fa. et impressis. At demum ad an. 15, Fux., Peta., Lo., Contract. et Fragmen. Petavii; a quibus stat Cassiodorus, dum hæc ascribit anno 15 Diocletiani.

(Ibid.) *Galerius Maximianus victus a Narseo*, etc. Retinentur ista circa an. 13 Diocletiani, in O., Pi., Fa., Vi. et impressis; at in Fux., Peta., Mar., Lo., fragmento Petavii et tribus mss. Fab. Contract. ad an. 16: quod illorum sit verius vix aliunde sciri potest. Hunc autem Narsem seu Narseum, vel etiam Narsæum fuisse regem Persarum nemo nescit. Illius meminit Vopiscus in Probo.

(Ibid.) *Purpuratus cucurrit. Purpuratus occurrit*, Al.; sed vulgatam lectionem confirmant tum alia exemplaria, tum Mar., Oros. l. VII c. 25, et Ado. Post illa verba in A., Peta. et Fux., ad oram appictum est *Decima persecutio.*

(Ibid.) *Veturius. Venturius*, Lo. Advertendum vero concessum his locum ad an. 14 Diocletiani in Pi., Fa., Vi., O. et impressis; in Fux., tribus mss. Fab. et Peta. ad an. 16; in Lo. ad an. 17; et quia nullus scriptorum hujus rei meminit, eligat lector, quod illi magis probabitur.

(Ibid.) *Milites.* Deest in L., V., Pi., Fa.

(Ibid.) *Thermæ Diocletianæ.* Si qua fides adhibeatur libris Fa. et editis, hi duo Augusti cœperunt ædi-

ficare has thermas, an. 15 imperii; at si O., Pi., Vi., an. 16: si Fux., Peta., tribus mss. Fab. et fragmento Petavii, an. 17; si Lo., an. 18. Quid horum seligendum sit, minus certum est judicium ex aliis scriptoribus. Hoc autem discimus ex veteri inscriptione apud Onuphrium in Fastis, et apud Gruterum lib. de Inscript. Constantium et Galerium Maximianum eas thermas dedicasse et perfecisse post annos penes septem. Et credimus Auctorem horum ædificiorum libentius meminisse, quod præcipue Christiani etiam milites ad illud opus fuerint adacti, ut ex variis locis licet colligere.

(Ibid.) *Carthagini*. Sic melius legitur quam *Carthagine* monitu codicum L., O., M., V., Lo., Pi., Vi., Fux. et fragmenti Petavii.

(Ibid.) *Hermon*. Rectius quoque quam olim in editis et apud Mar. *Thermon*, secuti A., M., Al., Lo., Peta., fragmentum Petavii, Fux., tres mss. Fab. et Euseb. lib. VII Hist. c. 26 (vel 32 juxta Musculum), Ἕρμων. Idem habent Zonaras, uterque Nicephorus, et Epiphan. hæres. 66. Error vulgaris irrepsit ob divulsam litteram *t* ex fine vocabuli præcedentis *præfuit;* neque enim ullus veterum aliter scribit quam *Hermon*. Porro observandum annumerari in vulgatis anno 15 Diocletiani; in Pi., Fa., Vi., O., Mar. an. 16; in Fux., Peta., Lo. et tribus mss. Fab. an. 18. Quis sit eligendus, non potest discerni ex aliis scriptoribus, cum nuspiam fiat mentio anni, quo Hermon cœpit sedere.

(Ibid.) *An.* 39. *An.* 38, in L., V., Pi., Fa.; sed uterque numerus desideratur in A., M., Lo., Peta., Fux. Niceph. autem in Chron. dat illi tantum *ann.* 9. Quin ubique sit error, non potest dubitari, cum Macarius ejus successor collocetur ad an. 7 Diocletiani.

(Ibid.) *Tyrannus*. Verior scriptura cum unico *r*, ex L., O., A., Pi., Vi., H., Pet., Lo., V., fragmento Petavii, ex Niceph. utroque et Euseb. l. VII Hist. cap. 26 aut c. 32, μετὰ δὲ Κύριλλον Τύραννος τῆς Ἀντιοχέων παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξατο, Theodor. l. I Hist. Eccles. c. 3, et Zonar. tom. II, quam olim in B. *Tyrrannus*, in H. *Tirannus*, in So. *Thyrannus*, apud Mar. *Tyrannius*, *Thyramnus* in Al., *Thiramnus* in Lo., apud Contract. *Tiramnus:* ut legendum putat auctor marginis codicis So. In Fa. *Tyraminis*. Ad extremum aggerunt hæc Vi., O., Fa., Mar., et vulgati ad an. 16 Diocletiani; Pi. ad an. 17; Lo., tres mss. Fab. et Peta. ad an. 18; Fux. ad an. 19.

(Ibid.) *Alexandrinæ Ecclesiæ XVI..... Petrus*. Ad latus horum verborum interseritur in A., Fux., M., V., Peta., *jubilæum secundum majores*, sed sine dubio non minus sunt adulterina, quam quæ diximus posita in iisdem codicibus circa olymp. 246 et 258. Nam si numeres a 31 Christi, in quem incurrit jubilæus 81, id est initium numeri 50, numerus ille 52 nullo modo potest incidere in hunc ann. Christi 304. Nec prætereundum Pi., O., Fa., Vi., inita societate cum impressis elegisse his sedem ad an. 37 Diocletiani; Lo. ad an. 18; Fux., Peta., Petavii fragmentum et tres mss. ad an. 19.

(Ibid.) *Diocletianus et Maximianus*, etc. Triumphum hunc describunt circa an. 18 Diocletiani Pi., Lo., Fa., Vi., O., Contract. et impressi; circa an. 19, Fux., Peta., 3 mss. Fab. et fragm. Petavii, et Mar. Cedrenus designat hæc per ann. 17 Diocletiani, Cassiodorus per an. 19: sed rectius vulgati.

(Ibid.) *Qua Parthos spoliaverant*. Castigatius quam olim *quæ Parthos spoliaverat*, idque juxta codd. L., O., Vi., Lo., Fa., Pi., Lod., fragmentum Petavii, et quinque Vatican., Mar., Jornan. et Cassiodorum in Chronicis eadem verba referentem, sicut etiam legit illust. Baronius. Non enim significat prædam ipsam in triumphum traductam, quam Narseus rex Persarum a Parthis reportaverat, nam ipsis imperabat; sed quam ipsi Augusto a Narseo et suis. Observat etiam Baronius apud quædam mss. Chronica Eusebii legi *qua Persas*, pro *qua Parthos*, et hoc modo Eutropius l. X, ait Galerium Maximiano *Gazam Persicam copiosissimam cepisse*. et Sigonius l. I de Occident. imperio observat Diocletianum egisse triumphum de Persis, atque in Fastis notat ipsum ideo dictum Persicum. Nam Parthi pro Persis, aut vice versa, a veteribus scriptoribus tam Latinis quam Græcis sæpe sine delectu accipiuntur: *Persarum regna quæ nunc Parthorum, intelligimus*, inquit Plin. l. VI, c. 13, tum propter vicinitatem, tum quia utrique eidem regi sæpius subdebantur, maxime ab eo tempore, a quo Parthi cœperunt habere regem Arsacem circa olymp. 133, qui postea cum rege Artabano ab Artaxerxe Persarum rege sunt devicti sub Alexandro Severo imperatore, et tunc omnis potentia Parthorum ad reges Persarum fuit translata, de qua re Herodian. l. III et VI. Eamdem nominum confusionem observare licet apud Tertullian. l. II de Pallio, et lib. adversus Judæos; Eutropium l. VI, dum de Licinio Crasso loquitur et l. VII, loquens de Augusto, eosdem nunc *Parthos* vocat, nunc *Persas*, et l. IX, cum narrasset Gordianum Parthis bellum intulisse, mox addit, *prœliisque ingentibus Persas afflixit*. His addit Numerianum gessisse res nobiles *contra Persas, et cepisse Cochem, et Ctesiphontem urbes nobilissimas*. Idem Sozom. l. II, c. 8, loquens de imperio Constantii, vocat *Ctesiphontem regalem civitatem Persarum*. Sed nullus est, qui nesciat illas urbes esse Parthorum. Nam Herodot. l. III et Herodia. l. III, *Ctesiphontem* aiunt *esse regiam Parthorum ;* et Victor l. de Cæsar. *urbem Parthiæ;* immo et noster Auctor agens de eodem Numeriano, quod Eutropius *Persis*, ipse *Parthis* tribuit: ubi vero de Odenato, indicat Ctesiphontem inter *Persarum* urbes numerari. Hinc fit ut cum noster Auctor et plerique alii scribant Julianum obiisse in bello contra Persas, Jornandes et alii in bello contra Parthos: sic quem Auctor cum Capitolino, Zosimo et aliis vocat Saporem *Persarum regem*, Jornandes et alii *Parthorum;* quemadmodum noster Auctor vocat Vologesum *regem Parthorum*, Aurelius Victor lib. de Cæsaribus *regem Persarum:* sunt et alia multa similia exempla apud Capitolinum et alios, quæ sunt accurate observanda.

(663.) *Terræmotu horribili*, etc. Hunc terræmotum contigisse referunt Vi., O., Lo., Pi. ad an. 18 Diocletiani; Fux., Peta., Fa. et impressi ad an. 19. Neminem scio qui illius motus terræ meminerit.

(Ibid.) *Sidonem*. Vulgatus error effecit, ut pridem *Sydonem* per *y* legeremus; verum satius visum est sequi partes Peta., Pi., fragmenti Petavii et Orosii. Nam sic pariter scribunt Tacitus, Zosimus et alii plures, præter eos, de quibus in simili castigatione circa olymp. 108.

(Ibid.) *Decimo nono anno Diocletiani*. Pro *an.* 19, A. *an.* 18, et Ado videtur usus simili exemplari; at in aliis quod et in ipso Eusebio l. VIII Hist. c. 2, sicut in textu. Ad hæc tanto nobis debet esse notior hic annus decimus nonus Diocletiani, quanto ejus observatio magis est necessaria præcipue in historia persecutionis, atque etiam quanto majoris fuit momenti apud posteros; adeo ut multi existiment (licet perperam) Alexandrinos inde auspicatos suos annos, seu suam Æram martyrum. Itaque omnes editi et cum illis Fux., Lo., Fa., Peta., ita se habent, ut e regione anni 4 olymp. 270, reponant hunc annum decimum nonum. O., Pi. et Vi., ad an. 3 ejusdem olymp. Vir eruditissimus conqueritur errorem esse in Chronico Eusebii, dum hunc annum 19 Diocletiani, seu primum annum persecutionis ait collocari circa annum primum olympiad. 271, cum, inquit, 4 anno olymp. 270 deberet assignari: cujus fidei tantum defero, ut nil tale putem ab illo prolatum sine certo codicis alicujus testimonio; tamen quia nullus eorum, quos viderim, id habet, nil mutavi. Quod addit annum illum decimum nonum esse Eusebio annum Christi 305, hoc habet commune non solum cum Beda l. I Hist. Angl. c. 6; sed etiam cum Vi., O., qui seriem annorum Christi digesserunt, sed qua in re isti duo libri falluntur, alias dictum. Ille annus est

Onuphrio Christi 302, Alberto 308. Demum nulli dubium quin hæc opponi debeant an. 19 Diocletiani: sic enim fert vis verborum, et ita habent Fux., Fa., Peta., Pi., Lo., Vi., O., fragm. Petavii et impressi. Dissident tamen in anno olymp. Nam Vi., O., anno 2 olymp. 270; Pi. anno 3 ejusdem olymp.; Fux., Lo., Fa., Peta. an. 4: unde hæc discrepantia, attigimus supra suo quoque loco.

(Ibid.) *Ecclesiæ subversæ sunt.* Post hæc verba consequenter leges in M., Lo., Peta., Mar. et fragmento Petavii, *quarto autem persecutionis anno Constantinus regnare orsus:* cæteræ membranæ rejecerunt infra, ut paulo post videbis.

(Ibid.) *Persecutio Christiana.* In A., *decima persecutio Christiana:* sicuti habita est ab Orosio et a plerisque, teste Augustino l. XVIII de Civit. c. 52, licet Severus eam numeret nonam. In Fux. autem ad an. Diocletiani 16 habetur quasi ad oram, *X persecutio*, sed ad an. ejus 19 litteris miniatis et velut vice tituli *persecutionis annis* (pro *anni*) *X*, et postea *persecutionis an.* 1: et ita deinceps ad latus sinistrum paginæ ponitur num. annorum persecutionis ordine 1, 2, 3, usque ad 10, etc., ex opposito annorum imperatorum usque ad 7 Constantini absolutum. Idem in Peta. et in Lo., nisi quod in his deest *persecutionis an.* 10; in Pi. ad eumdem an. 19, *nona persecutio sub Diocletiano*, cum signo crucis miniato. Porro in O., Vi. et Fa., nil est horum, nisi quod ponunt similiter numeros annorum persecutionis ex adverso annorum imperatorum. Ita ut in illis omnibus libris, an. 1 Constantini opponatur an. 4 persecutionis.

(Ibid.) *Jubilæum secundum majores.* Ista leguntur in Fux. et Peta. ad oram et e regione an. 19 Diocletiani. Sed quam sint digna fide, colliges ex iis, quæ superius de hujusmodi jubilæis.

(Ibid.) *Secundum Antiochenos an.* 351. Hæc desiderantur in L., O., Vi., Pi., Lo., V., Fa.; sed in A. et P. minusculis litteris scribuntur, ut adjecta videantur a scriba, sicut etiam in Peta. et Fux. ad oram, licet in his duobus pro *an.* 351, legas *an.* 300. Verum germanior habenda prior lectio; cum enim a 2 anno Probi absoluto intercesserint usque ad 20 Diocletiani vertentem an. 26, hos si ad 325 addideris, qui juxta Antiochenos concurrunt cum anno 2 Probi. efficies 351 annos.

(Ibid.) *Secundo anno persecutionis*, etc. Nulla difficultas remoratur nos, quominus hæc an. 20 Diocletiani assignemus, cum ita monstrent Fux., Peta., Lo., fragmentum Petavii, Fa., Vi., O., impressi, Orosius, Ado et alii, et ipsa vis verborum, licet Pi. ad an. 19 rejiciat, sed perperam.

(Ibid.) *Purpuram deposuerunt.* In Fux. subsequenter adjecta sunt hæc, *volente Diocletiano, et Valerio et Constantino ex Cæs. Augustis factis*, quæ licet non sint contraria veritati historiæ, tamen haud dubie sunt glossema.

(Ibid.) *Galerius solus biennio Augustus imperium tenuit.* Huc ego advoco prudentis et eruditi lectoris judicium; si quis enim est locus in Chronico Eusebii, qui diligenter excuti debeat, hic certe est propter eas, quibus involvitur, difficultates, cum agatur de uno versiculo, et de uno vel altero anno, ex serie temporum tollendo seu retinendo. Sed quo res liberius ab unoquoque examinetur, ego utrinque rationes producam, ubi prius subjecero, qui sese in codicibus habeant. Antea legebatur *Galerius solus biennio Augustus imperium tenuit, mox cum alio ann.* 16, et cum duobus annis appictis in serie inter an. 20 Diocletiani et primum Constantini, non ita in omnibus. Nam tota illa periodus *Galerius solus* usque *annis*, exsulat omnino a Peta., A., Fux., M., P., Lo. et 3 mss. Fab., fragmento Petavii (nisi quod in Fux. eorum vice post vocem *deposuerunt*, legitur *volente Diocletiano, Galerio et Constantino ex Cæs. Augustis factis*) et unicus annus ponitur in serie annor. ad latus horum *Maximinus et Severus*, etc.: exstant vero in Pi., L., Lod. et Fa., eadem *Galerius*, etc., usque ad *an.* 16, sed cum hoc discrimine, ut unica sit nota numeralis in serie in Pi. et L.; at in Fa. duæ, ut in impressis, sed pro *mox cum alio an.* 16, habet *mox cum an.* 16, satis inepte. In sex Vaticanis eadem exstant quæ in impressis, nisi quod in duobus habetur *annis sex:* in alio septimo (pro *Constantius*) prostant ista *post hos Constantinus, biennio Augustus imperium tenuit, et Galerius, qui postea cum alio regnat, annis sex:* præterea in Lod. nulla est nota in serie, quia nusquam in illo fit deductio annorum, sed pro *an.* 16, subrogatum est *an.* 6, quod ego magis probaverim, cum Galerius notetur ab auctore obiisse sexto anno post, seu anno 4 Constantini 5, unde fit verosimile librarium pinxisse XVI, quia deceptus est littera finali vocis *annis*, sumpto *s* pro *x*, ut ubi tantum erat *vi* scripserit *xvi*. Immo forsan pro *an.* 8, legendum esset *an.* 5, cum Victor lib. de Cæsaribus scribat *huic Galerio imperium fuisse quinquennii, Constantio vero annuum.* Ex quibus verbis potest etiam colligi inter Diocletianum et Constantinum non duos, sed unicum annum elapsum et disponendum in serie. Verum in Vi., O., prostant hæc tantum *Galerius solus biennio imperium tenuit*, reliquis prætermissis, et in serie dantur duo anni. Istis ego libenter adhæsi, cum illa *mox cum alio an.* 16, seu si mavis *an.* 6, nullo modo retinenda viderentur, cum sex annis tantum ad summum post Diocletianum regnarit iste Galerius: et licet possint numerari anni 16 ab an. 5 Diocletiani, quo Galerius Cæsar efficitur, usque ad. an. 20 ejusdem, computando utrumque terminum, quasi dicantur imperasse ut Cæsar, annis 16, sicut video Cuspinianum intellexisse: tamen quomodo illa vox *mox* poterit umquam referri ad tempus præteritum, non video. Cum autem præter O., Fa. et Vi., nullus codex hic tribuat duos annos in serie, multa persuadebant omnino expungenda ista duo vocabula *solus biennio*, unicamque notam anni unius, sicuti habent alii libri, appingendam in serie. In primis enim, qui fieri potuit, ut Galerius *biennio solus* imperii habenas rexerit, cum superstes esset Constantius, pater Constantini Magni, quem simul cum ipso Galerio Augustum appellatum tradunt Eutropius, Victor, et alii omnes historici, ut in Occidente imperaret vice Herculii Maximiani, sicut Galerius in Oriente vice Diocletiani; vel etiam cum Constantinus successerit Constantio patri statim post ejus mortem? Quod si dixeris cum Cassiodoro, Galerium et Constantium creatos quidem Augustos anno ipso 29 Diocletiani, sed *Constantium contentum Augusti dignitate, et cum esset otiosus annos ipsius ascribi Constantino:* cum quo videtur idem sentire Socrates lib. I cap. 2, et Cassiodor. in Histor. tripart. lib. I cap. 4, dum scribunt *deposito imperio per Diocletianum et Maximianum, et Maximino et Severo factis Cæsaribus a Galerio, Constantinum Augustum fuisse creatum loco Constantii patris anno 1 olymp.* 271. Nam ille annus olympiadis concurrit in nostro auctore cum eodem anno 2 Diocletiani. At quamvis ea fuisset mens auctoris, necdum tamen inde dici posset quod Galerius solus biennio imperavit. Semper enim revera ipse habuit aliquem collegam, vel Constantium, vel Constantinum. Præterea cum persecutio cœperit an. 19 Diocletiani, et pax reddita Ecclesiæ intra decennium, quod incurrit in an. 7 Constantini: si non unicum, sed duos annos Galerii annumeres, reddita erit pax Ecclesiæ anno 6 Constantini. At observatio illa annorum persecutionis per 10 annos, adeo visa est necessaria Eusebio, ut Lo., Peta., Fux., Pi., adjunxerint ex adverso notarum annorum imperatorum indices, seu notas numerales annorum hujus persecutionis, ita ut annus primus persecutionis comparetur cum an. 19 Diocletiani, secundus cum an. 20, tertius cum an. 1 Galerii seu Maximini. quartus (omisso anno 2 Galerii) cum an. 1 Constantini, quintus cum an. 2, et ita de cæteris usque ad an. 10, adeo ut ipse concurrat cum an. 7 Constantini. Adde quod si duo illi anni Galerio dentur, non solum sunt as-

gendi anni persecutionis, sed neque umquam concurret annus 1 Constantini cum anno 4 persecutionis, immo cum an. 5. Auctor tamen, ut summe necessarium, perscribit illum an. 4 debere esse initium imperii Constantini. Porro varietas librorum tam in verbis, quam in annis, seu notis in serie, varios quoque inter se reddidit sectatores Eusebii etiam antiquiores. Nam Marianus assignat unicum annum imperio Galerii, Isidorus duos, sicuti etiam faciunt Vincentius et Antoninus, qui recitant ex Eusebio *Galerium solum tenuisse biennio imperium*. Fasti etiam imperio Constantii et Galerii dant an. 1, mens. 10, dies 8. Nicephorus vero Callistus, Cassiodorus et alii ita conjungunt imperium Galerii et Constantini, quasi uno et eodem anno initium sumpserit. Denique videbatur delenda tota periodus, et duo penitus anni ex serie, eo quod tam apud auctorem nostrum, quam apud Cassiodorum, Orosium, Grego. Turonensem, et alios ejus æmulos, Diocletianus numeretur 33 inter imperatores, Constantinus vero 34. At si unus aut duo anni tribuerentur Galerio, deberetur ipse dici Augustus 34 et Constantinus 35, cum inter utrumque interjiciatur solus in serie et contextu historiæ. Accedit quod si tollantur e serie duo illi anni, situs Petri episcopi Alexandrini optime concurret cum situ Achillæ sui successoris, quia sic annus 7 Constantini et primus Achillæ erit annus ille 9 persecutionis, in quo passum Petrum scribit Auctor. Quæ omnia visa sunt tanti ponderis, ut pene adducerer ad explodendam vel totam sententiam, *Galerius.... tenuit*, vel saltem illa verba *solus biennio*, et ad retinendam in serie unicam notam numeralem ex duobus. Alia tamen me ad eadem retinenda impulerunt. Primo quidem editorum et quarumdam membranarum fides, quæ ista sic referant. Secundo quia Cedrenus et alii scribunt Constantium et Galerium biennio imperasse ut Augustos. Cujus rei fidem certissimam facit duplex ille consulatus, qui annotatur in Fastis inter an. 20 Diocletiani, et 1 Constantini; alter est *Constantio* v *et Galerio* v *coss.*, alter vero *Constantino* vi *et Galerio* vi *coss.* Cum enim Fasti necnon historici testantur Diocletianum purpuram exuisse xi kalend. Maii, anno ante consulatum Constantii v, eumdem autem Constantium vita functum in vi suo consulatu viii kalend. Augusti, fit ut duo anni integri et duo menses fluxerint ante initium imperii Constantini. Qua in re non levis difficultas superest, an Auctor initium numerandi et contexendi annos Constantini, sumpserit a prima die consulatus Constantii vi, sicut est verosimile, et autumant omnes pene chronologi. Ut enim in anno 20 Diocletiani coercet integrum annum consulatus Diocletiani ix et Maximiani viii, licet quatuor menses tantum pertineant ad ejus annum 20, quia cessit xi kalend. Maii in ipsis Palilibus: sic potuit integrum annum consulatus Constantii computare pro an. 1 Constantini; licet tres aut quatuor menses illius sibi jure vindicare possit, cum is obierit die 22 Maii illius consulatus: hoc pacto superesset unicus annus numerandus in serie pro imperio Galerii. Tertio quod præcipuum est, ne Chronicon hoc Eusebii et Hieronymi mancum et mutilum redderem. Si enim duos illos annos vel alterum Galerio in serie denegemus, numquam annus 50 Constantini erit an. 329 Christi, nec prodibunt anni 381 a Christo usque ad an. 14 Valentis, neque umquam terminaretur Chronicon ad annum vertentem ab Abraham 2395, qui termini ita ab auctore nostro non semel sunt definiti, sicut diceimus, ut necessario sint assequendi, quod cum librarii et exscriptores non observarunt, factum est, ut libri illi in quibus unicus annus Galerio appingitur, mire fluctuent in situ olympiadum et annorum ab Abraham, ut suo loco videbitur. Ut autem consulerem illis annis Christi 329 et 381, et Abraham 2395, attente perspexi, num scripti tribuissent alicui imperatori plures annos, quam vulgares, ut alterius anni accessione facta supplerem annum hunc, quem

A præscindens dum in serie Galerii judicarem: reperi quidem aliquo adjicere contra morem editorum annum unum Tito, nonnullos item alium Severo: sed cum hi libri sint numero pauciores, et præterea additio hæc majorem ordinis olympiadum et temporum confusionem esset paritura: satius visum est, quæ in vulgaribus habentur sequi, et exspectare quid melius afferrent doctiores, quos quantum licuit consului, tam eos qui Romæ quam qui Parisiis degunt, in quibus litteratorum est prima sedes, non solum ad eruendum hunc scrupulum, sed et alios plerosque. Si tamen ab illis assequi non potui, quo tibi satisfacerem, id rei difficultati tribuito.

(Ibid.) *Eusebius.... Miltiades*. Probatior scriptura juxta P., L., Pi., Peta., Fragmentum Petavii, V., Va., Mar., Contract., utrumque Nicephorum et Constantinop., et Callistum, Zonaram, Menologium Græc., Damasum de Pontific. et ipsum Eusebium lib. v Histor. cap. 27, Μιλτιάδος, quam antiqua *Mel-*
B *ciades;* vel, ut in A., *Miltides;* vel, ut in O., Vi. et Alberto, *Melchiades:* quæ tamen posset defendi, si ejus origo sumatur a vocabulo Hebræo מלכ *Melchi:* quod tamen non placet. Vide quæ circa olymp. 72, de hoc vocabulo diximus.

(Ibid.) *Miltiades annis* 6. *Annis* 4, L., A., M., Peta., Pi., Contract., fragmentum Petavii, Mar.; *annis* 7, V., Lo.; *annis* 3, Vi., O, et Albertus. Sed nata est labes ex notis numeralib. annorum persecutionis, quæ confuse, ut præmonuimus, sunt appositæ pro annis Galerii: dignoscitur autem corruptio ex collocatione Silvestri papæ, quem omnes illi codices anno 5 Constantini assignant, vel ad 4. Nostram lectionem confirmant alia exemplaria, et Antoninus ex Eusebio in Chronic. Porro in Pi., Fa., Vi., O. et impressis, propter rationes jam dictas, anno primo Galerii respondent. At in Fux., Pet., Lo. an. 20 Diocletiani; sed impressi videntur potius sequendi, quod ita convenientius reperiantur anni 9 prædecessoris papæ.

C (665.) *Maximinus et Severus*. Legebatur *Maximianus* in editis et Cedreno. Nos ope L., M., P., Pi., Peta., fragmenti Petavii, Contracti, Alberti, Adonis, Mar., Vincen., restituimus *Maximianus*, quod est veritati consentaneum, ut etiam indicavit auctor marginis codicum So., Ba., Pet., H., et constat ex aliis historicis, et ipso Eusebio lib. ix Histor. cap. 9; alioquin quis hic sensus erit, si dicatur Maximianus a Maximiano Cæsar factus? In A. est *Maximus*, sicut pingitur in Fastis et alibi. Verum ita sunt separanda, ut unus quidem dicatur *Galerius Maximianus*, dictus *Armentarius*, isque Augustus: alter autem *Galerius Maximinus*, qui dictus est *Jovius*, isque Cæsar, et qui ad imperium a priori ascitus fuit, sicut ille ab Herculio Maximiano et Diocletiano Augg. Sic enim Fasti et meliores historici et auctores, apud quos, tam Latinos quam Græcos, ut etiam, quod mirum est, in ipsis antiquis inscriptionibus, observabis non semel confundi illos duos Augustos nominis *Maximiani* in-
D ter se, et cum *Maximino* Cæsare: adeo ut non mirum si recentiores sæpe in eumdem errorem incidant. Immo ipse Auctor vel potius librarius nonnumquam in Historia, et Eutropius in editione postrema hunc vocat *Maximianum* pro *Maximinum;* ut etiam facit Pæanius; at in aliis editionibus habes modo *Maximum*, modo *Maximinum*. Ad extremum, quam varii codices, tam varius ferme his situs tribuitur; in Fux., O., tribus mss. Fab., Pi., Vi. ad an. 1 Galerii collocantur; in impressis ad an. 2; in Peta., Fa., Lo. ad an. 20 Diocletiani. Rectius vulgati, ut colligitur ex Zosimo et aliis.

(Ibid.) *Constantinus* 16 *imperii*, etc. Accensent ista anno 20 Diocletiani Peta., Lo., Fux., Fa. et fragm. Petavii; anno 1 Maximini O., Vi., 3 mss. Fab. At excusi an. 2 Galerii, Mar. an. 1.

(Ibid.) *Regnum invadit: quarto autem persecutionis anno Constantinus regnare orsus*. Antea legebatur *regnum invadit quarto persecutionis anno;* pro quo in

Peta., fragm. Petavii, et Fux. post illa verba *mensibus* 10 versiculi subsequentis, legitur *Persecutionis annus quartus*. Idem in Lo., nisi quod pro *quartus*, consequenter scripto post interjectum spatium, est e regione apposita nota 4 in serie annorum persecutionis : in uno ex 7 Vatic. *Persecutionis anni quatuor*. Desunt in illis alia verba, ut omnia hæc, *quarto autem persecutionis anno Constantinus regnare orsus*, desunt quoque in quatuor Vatic. Nos, licet Lo. videretur magis sequendus, tamen maluimus imitari majorem consensum aliorum librorum, ut duorum Vatic., L., A., Pi., Lod., Fa. et 3 mss. Fab., ubi notandum hic, et quotiescumque agitur de persecutionibus hujusmodi, in ora codicis Pi. depingi solere signum crucis, circa quod scribuntur hæc et similia, *Sexta persecutio per Maximianum*, quæ utrum ortum habeant ex primo Eusebii instituto, vel Hieronymi, an ab arbitrio librarii pendeant, pio et erudito lectori discutiendum relinquo, qui novit quam diverse veteres numerent persecutiones.

(Ibid.) *Roman. XXXIV Constantinus*. Sic pro *Constantinus* 30, ut olim, suadentibus A., Lo., Vi., O., Peta. et fragm. Petavii, et Alberto, et quia antea Diocletianus dictus est *XXXIII*, et filii Constantini mox dicentur *XXX*. In Pi., L., deest numerus, sed tantum legitur *Constantius ann.* 30, *mensibus* 10.

(Ibid.) *Mensibus* 10. *Mensibus* 6, Vi., O. Sed rectius vulgati juxta alios mss. et auctores. Nam a die 25 Julii, quo, ut vult Onuphrius, Constantinus successit Constantio patri, usque ad diem 22 Maii, quo ipse obiit, numerantur fere 10 menses, minus diebus 5.

(Ibid.) *Maxentius Herculii Maximiani filius*. Sic reposuimus *Maximiani* pro *Maximi*, ex fide L., A., Fa., Peta., M., fragm. Petavii, V., P., Al., Lo., Lod., Pi., O., Vi., Mar. et Albert. Nam certum est Maxentium fuisse filium Herculii Maximiani imperatoris. Qua de re vide Eutropium, Zosimum, Victorem, Fastos et Socrat. lib. I cap. 1. Nec reperio Herculium dictum usquam *Maximum*, sicut lego de Maximo. Cæterum si exceperis Vi., 3 mss. Fab. et O., qui hunc paragraphum anno 2 Constantini assignant, reliqui omnes anno 1 tribuunt, ut Peta., Fux., Fa., Lo., Pi. et impressi. Quomodo autem insidiis Maxentii perierit, vide Zosimum lib. II.

(667.) *Secundo imperii sui anno*. Absunt a Fux., Peta., Lo. et 3 mss. Fab.

(Ibid.) *Licinius a Galerio Car. imper. factus*, etc. Licet Fux. ista indicet revocanda ad an. 1 Constantini, cæteri tamen commisere anno 2, ut Peta., fragmentum Petavii, Pi., O., Vi., Lo., Fa. et editi. Confirmantur hæc ab Orosio lib. VII cap. 28, quæ Cedrenus minus apposite refert non ad Galerium, sed ad Constantinum et ad an. 12 imperii illius. Nicephorus lib. VII cap. 20 ait eum Cæsarem factum a Maxentio et Constantino. Mar. vult evenisse an. 1 Galerii; Contract. an. 3 Constantini; Eutropius lib. X significat Galerium creasse Licinium Cæsarem paulo ante mortem; sed ex aliis certum est illum creatum statim necato Severo.

(Ibid.) *Carnunti*. *Carnuti*, Fa.; *Carunti*, Lo.; *Carnuti*, Ado. Sed prima retinenda, quæ est Bedæ, legiturque etiam in fragmento Peta. At in Fux. additur *in Pannoniis*, ut fert veritas geographiæ, quamvis Zosimus lib. II, dum loquitur de Maximiano conveniente, *Diocletianum degentem Carnuti* velit esse *oppidum Celticum*, et pingat *Carnuti*, ἐν Καρνουτῷ: sed ejus error tanto crassior dignoscitur, quod Diocletianus nusquam legatur exiisse e Dalmatia, postquam deposuit imperium. Doctiores putant eamdem esse, quæ in inferiori Austria vocatur hodie *Petronella*. De Carnunto vide superiora ad olymp. 239.

(Ibid.) *Herculius Maximianus a filia..... Massilia fugiens occiditur*. De loco cædis conveniunt Victor et Eutropius cum Auctore, a quibus dissentiunt Socrates lib. I cap. 2, et Zosimus libro II, cum volunt eum *vitam finiisse, seu morbo exstinctum apud Tarsum*. Quod nascitur ex confusione illorum nominum *Maximiani* et *Maximini*, de qua supra. Nam licet Zosimus editus habeat Μαξιμιανὸς, tamen non desunt mss. in quibus Μαξιμῖνος : unde postquam ipse locutus est de morte Herculii Maximiani apud Tarsum, non multo post loquens de hujus Maximini fuga, per Licinium ἐν Ταρσῷ τελευτᾷ, inquit, idem confirmet insidias Maximiani detectas a Fausta filia contra Constantinum maritum, ut etiam faciunt Panegyricus 4 Constantini; Nazarius in Panegyr. Constantini, Orosius lib. VII cap. 28. Porro mortem illam Herculii varii anni ad se pelliciunt, ut in Mar. an. 1 Galerii; in Vi., O., an. 3 Constantini; in Fux., Peta., Pi., fragm. Petavii, Lo., Fa. et impressis an. 1; et rectius ut colligitur ex Eutropio, Victore et aliis.

(Ibid.) *Quirinus episcopus Siscianus*. Sic pro *Scesianus*, ut in editis et quatuor Vaticanis; vel *Scessianus*, ut in duobus Vatic.; vel *Sescianus*, ut in Vi., O.; vel *Scissianus*, ut in septimo Vaticano. Secuti sumus Lo., Lod., Fux., A., L., Pi., Peta., fragmentum Petavii, M., P., Al., Mar. et sic refert accuratissimus Baronius tom. II Annalium pag. 28. Ortelius putat restituendum *Syscianus*, per *y*, sicut Strabo lib. VII scribit Σύσκια. Nihilominus Ptolemæus, Zosimus lib. II Antoni. in Itin., Plinius lib. III cap. 25, Dio. lib. XLIX (licet idem per ὑψιλόν, lib. LV), Paterculus lib. II, Notitia imperii, et alii scribunt per *i*, et aiunt Housciam esse urbem secundæ Pannoniæ. Cæterum de hoc Quirino Fortunatus lib. VII :

Africa Cyprianum, dat Siscia clara Quirinum.

Et Prudentius peristeph. hym. 7 :

Insignem meritis virum,
Quirinum placitum Deo,
Urbis mœnia Sisciæ.

Hic corrige Gregorium Turonensem lib. I cap. 35, apud quem *Sistiensis*.

(Ibid.) *Quirinus... et cum spectantibus*. Melior quam vetus *cum exspectantibus*, ex fide Peta. et trium mss. Fab., quibus accedunt Lo. *et cum inspectantibus*; et Vi., O., Mar., *et conspectantibus*. Ad extremum martyrium Quirini alii comparant cum anno 2 Constantini, ut Fux., Peta., fragmentum Petavii, tres mss. Fab. et Mar. At Pi., Lo., Fa., O., Vi. et impressi cum an. 3, quos satius est imitari, cum nil doceat contrarium.

(Ibid.) *Galerius Maximianus moritur 20 imperii sui anno, quod partim Cæsar, partim Augustus exercuit*. Ista omnia 20 *imperii sui anno*, etc., non leguntur in A., M., P., Lo., Peta., 4 Vatic., Fux. et fragmento Petavii; sed in 5 Vatic., Vi., O., Mar. habentur hæc, 20 *imperii sui anno*, et desunt illa, *quod part. Cæs. part. Aug. exercuit*. In Pi. idem quod in vulgatis, nisi quod pro 20 habes 21, et vox *moritur* deest, sed mutile : tamen cum non repugnent veritati, nil muto : sicuti neque in numero 20 pro quo legimus 21, in O., Vi., Pi., L., licet ita rectius videretur, quia a 5 anno Diocletiani usque ad 4 Constantini, extremos illos annos 5 et 4 includendo, fiunt an. 21. Tamen quia certum est potestatem tribuniciam ei collatam fuisse simul ex quo Cæsar creatus est, et eodem anno, quo obiit, numerari vigesimam ejus tribuniciam potestatem, sicut cernere est apud Eusebium lib. VIII cap. 18, et in Fastis atque veterib. inscriptionibus, necesse est eum obiisse anno 20 imperii, licet Onuphrius ei tribuat an. 22. Unde ferme omnes libri tam scripti quam editi hæc constituunt ad an. 4 Constantini, præter Peta., fragm. Petavii, 3 mss. Fab., Contract. et Fux., in quibus est ad an. 3. Sed rectius priores.

(Ibid.) *Silvester*. Ne, ut nova orthographia hæc tibi suspecta sit, cum in editis et Mar. in usu esset altera *Sylvester*, scito ita habere membranas omnes; præterea Theodoretum, Sozomenum, Cedrenum, Nicephor. Constantinopol. et alios veteres, apud quos Σιλβέστερ. Rufinus tamen adhibet *y* lib. I cap. 2

(Ibid.) *Silvester.... ordinatur episcopus an.* 22. Sic ex L., A., Lo., Vi., P., M., quatuor Vatic., Al., Pi., O., Peta., Fux., fragm. Petavii, Contracto, Alberto, pro, ut olim, *ordinatur episcopus an.* 2, sicut habent editiones Basilienses et Sonniana, vel, ut in Mar., *an.* 23. At vero in tribus Vatic., Fa. ac duabus primis editionibus Ven. et Lut. legitur *ordinatur episcopus an.* 21. Qui annus videtur firmari ex situ sedis Marci successoris Silvestri ad an. 25 Constantini. Nam si etiam numeres utrumque extremum, non plures reperiuntur anni quam 21. Nihilominus malui in re dubia imitari majorem consensum exemplarium, præsertim cum videam magnum Baronium accurate probare tom. III Annal. p. 381, Silvestrum sedisse annos 21, menses 10 et diem 1, licet Onuphrius tribuat an. 21, dies 4, Nicephorus Constantinopolit. an. 28, alii an. 24, menses et dies aliquot. Adde quod sedes Marci ad illud an. 25 Constantini, non ita est constans in libris, ut neque etiam hæc ipsa Silvestri. Nam in Fux. pertinet ad an. 5 Constantini; in Peta., Pi., Lo., tribus mss. Fab., fragmento Petavii, et Mar. ad an. 4; in Fa., Vi., O. et excusis ad an. 5; apud Albertum ad an. 314 Christi, qui in hoc libro huic an. 5 objicitur. illust. Baronius collocat ad eumdem an. Christi 314 et Constantini 9.

(Ibid.) *Maximinus persecutione*, etc. Sic emendavimus ex A., M., P., Peta., Mar., fragmento Petavii, quinque Vaticanis, et ipso Eusebio lib. IX Hist. cap. 9. Nam in vulgatis et aliis mss. hic erat scriptum *Maximianus* eodem errore, quem supra castigavimus, et quia, ut dixi antea, hæc duo nomina reperiuntur sæpe confusa propter affinitatem earumdem pene litterarum. Non mirum, si quod antiqua scriptura perperam præ se ferebat de *Maximiano* mortuo apud Tarsum, idem error legatur de ipso Herculio Maximiano apud Zosimum et Socratem in locis citatis, et multos recentiores eorum sequaces : licet iidem hujus Maximini obitum etiam in Tarso constituant : Suidas hunc recte nominat *Maximinum*, sed anachronismo nimis crasso illum confundit cum Maximino Augusto, qui successit Alexandro circa an. Christi 238. Porro habes hæc opposita in Pi., Fa., Vi., O., 7 Vatic. et impressis, an. 6 Constantini; in Fux., Peta., 3 mss. Fab., Lo., et fragm. Petavii, an. 5; in uno ex Vaticanis, an. 8 : qui annus videtur aliquantulum firmari auctoritate Zosimi, Eutropii, Victoris, et omnium pene historicorum, dum referunt mortem Maximini post cædem Maxentii, quam Auctor ponit ad an. 7 Constantini : unde peritiores existimant Maximinum defunctum an. 9 Constantini, in quibus est pater historiæ Baronius.

(Ibid.) *Moritur, anno imperii sui* 6. Illud *anno imperii sui* 6, cum sit in Pi., abest ab L., O., Vi., Fa., Peta., Fux., fragmento Petavii, et 6 Vatic. : tolerari tamen potest, posito hoc, quod ante præmisit auctor, Maximinum fuisse creatum Cæsarem an. 2 Galerii; et posito quod sit certa sedes obitus istius Maximini ad an. 6 Constantini : de quo superiori Nota.

(Ibid.) *Alexandrinæ Ecclesiæ*, etc. Comparantur in Mar., Peta. et fragm. Petavii, una cum 3 mss. Fab., cum anno 5 Constantini; in Pi., Fa. et excusis cum an. 7; in Fux., O., Lo., Vi. cum an. 6 : quorum potior est, cum hic an. 6 sit 9 persecutionis, quo obiit Petrus Achillæ hujus antecessor, ut dixit Auctor.

(Ibid.) *Maxentius juxta pontem..... occiditur*. Celebris pons, qui ansam præbuerit tantæ victoriæ. Minus tamen constant inter se codices, quo anno Constantini sit reportata. Nam Fux., 3 mss. Fab., Peta., Contract., frag. Petavii, an. 6 Constantini tribuunt; Pi., Lo., Fa., Vi., O., Cedrenus, cum editionibus, an. 7. Qui annus firmatur non solum consensu recentiorum chronologorum primæ notæ; sed præsertim auctoritate Panegyrici 2 Constantini, ubi loquens A de Maxentio : *Consumpto* (Maxentio) *per desidiam senio, ipsum diem natalis ultima sua cæde signavit, ne septenarium numerum sacrum et religiosum inchoando, violaret* : cui conforme est, quod Victor lib. de Cæsaribus scribit Maxentium occubuisse an. 6 *suæ tyrannidis*. At si annus 1 Maxentii concurrit cum an. 1 Constantini, ut vidimus, cur non ejus an. 7 cum an. 7 ejusdem? maxime quia ut Constantinus cœpit imperare, vel 25 Julii, ut volunt Baronius et Onuphrius, vel 25 Septembris, ut vult Scaliger, Maxentius quoque cœpit mense Augusti ejusdem anni, ut notant Fasti Onuphrii : et obiit eodem mense, ultimo die anni 6 sui imperii, ut exprimit ille Panegyricus 2, cui potius credendum est quam Onuphrio, qui in lib. II Fast., pag. 389, tribuit ejus obitum VIII kalend. Octobris, maxime cum nil tale reperiatur in illis auctoribus, quos citat, nec uspiam, quod sciam.

(Ibid.) *Milvium*. Libenter reposuissemus *Milvium*, B freti codicibus P., L., A., M., Lo., Peta., fragmento Petavii, Fre., et testimonio Victoris Giselini, qui, referente Ortelio, fidem facit, se consuluisse multos libros manuscriptos, in quibus omnibus semper est *Molvius* vel *Mulvius*. Nam *u* et *o* ob affinitatem facile commutantur : in nullo *Milvius* : hinc lego apud Anastasium Bibliothecarium manuscriptum *Molbius*. Verumtamen cum non desint nobis mss. nec Mar. qui habent, tam hoc quam superiori loco, *Milvius*, nil mutandum duximus, præsertim cum illa scriptio apud graves auctores reperiatur; ut in Panegyri. 2 Constantini, apud Plinium de Vir. illustr., Ciceronem Orat. 2 in Catil., et ad Atticum lib. III ep. 33, Sallust. in Conjura. Catil. et de Bel. Jugurth. Item apud Tacitum, Livium, Florum, Orosium, Eutropium Vineti (nam qui est editionis Wechelianæ habet *Mulvius*), Victorem, Prudentium, et alios plerosque. Est autem pons supra Tiberim, qui ab Urbe distat duobus fere millibus, vulgo *Ponte mole*. Hinc purgabis locum illum Musculi interpretis Socratis C lib. I Hist. Eccl. cap. 2, ubi *Pontem Fulvium* vertit pro *Pontem Milvium*. Græcus enim textus Βουλβίαν; non minus varie legitur apud Græcos, quam apud Latinos; siquidem alii Μουλαίαν, ut acta Nicænæ primæ synodi; alii Μιλβίαν, ut Zonar. tom. III; alii Μούλβιος et Μουλβία.

(Ibid.) *Occiditur anno imperii sui* 6. Desiderantur in A., Fa., B., quinque Vat., O., P., Lo., Vi., Peta., fragmento Petavii, Fux., trib. mss. Fab. Verum constat ex Panegyrico 2 Constantini de quo superius, Maxentium occubuisse die ultima anni sexti sui imperii, nec ingressum septennium. Subit hic animum admiratio, cur eruditissimus vir asserat Eusebium comparare annum obitus Maxentii cum an. 2 olymp. 272, et cum an. Christi 314, cum nullibi quid simile reperiatur; omnes enim libri tam editi quam scripti conferunt cum an. 2 olym. 273, qui hic incurrit in annum Christi 316; unde subodoror alterum horum duorum evenisse, ut ille aut pro olymp. 272 reposuerit D 273, aut usus sit, quod est verosimilius, membrana aliqua, quæ ita haberet; quod non hic tantum, sed et alibi observandum in illo auctore : ubi similia refert ex Eusebii Chronico, diversa ab his quæ habentur non tantum in editis, sed etiam in membranaceis nostris.

(Ibid.) *Pax nostris a Constantino redditur*. Hæc collocavimus juxta L., Pi., Lo., A., tres mss. Fab., Cedrenum et Mar. sub annum septimum Constantini, quo devictus est Maxentius, et ante eam sententiam *Bellum Cibalense*, etc., licet Pi. et Lo. habeant post illam et ante *Hierosolymarum*. Nam pax est reddita Ecclesiæ statim post victoriam ex Maxentio, ut scribit Euseb. lib. I de Vita Constant. cap. 34, Zonar. tom. III, licet Greg. Turonen. lib. I cap. 36, velit hoc contigisse *an.* 11 *Constantini post excessum Diocletiani*. Verum suspicor eum in hunc errorem impegisse, quod in quibusdam exemplaribus Chronici observasset hæc reponi ad an. 11 Con-

stantini mendose : ut ad annum 10, in Vi., O., Fa., septem Vaticanis et excusis; seu ad an. 15, ut in Peta. et Fux. Nam in hac sola fere sententia deficit consensus exemplarium in ordine sententiarum seu periodorum, aut paragraphorum. Sed licet pax reddita esset per mortem Diocletiani (quod tamen est absurdum, cum multo ante privatam vitam degeret), eum certe constat obiisse anno 7 Constantini statim post Maxentium, teste nostro Eusebio et aliis. Unde etiam Beda, Ado, Freculphus, Marianus et alii Eusebii æmuli disertis verbis scribunt persecutionem durasse usque ad an. 7 Constantini. Patet enim ex Euseb. lib. VIII cap. 16, persecutionem paulo remissam post an. 8 ab ejus initio, decimo vero prorsus cessasse. Omnes etiam antiqui scriptores persecutionem tantum per decennium durasse testantur, sicut et plerique codices, ut dixi, totidem annos appingunt ex adverso annorum Diocletiani, Galerii et Constantini, sumpto initio persecutionis ab an. 19 Diocletiani, et ultimo anno apposito e regione an. 7 Constantini. Agnosco ejus proprium situm assignari debere ad an. 6 ejusdem, verum est transactum biennium inter an. 20 seu ultimum Diocletiani, et an. 1 Constantini. Sed quia biennii illius interjectio pridem mihi suspecta, sicut supra demonstravimus, maluimus in hac re sequi veritatem historiæ quam seriem annorum.

(Ibid.) *Redditur. Reddita.* L., A., P., Fux., Mar.

(Ibid.) *Bellum Cibalense. Civalense*, M., L., Pi.; *Cinalense*, V., O., Vi., Va., Vat., Lo.; *Cynalense*, Fa., ubi *n* pro *v*, corrupte, et *y* pro *i*, sicut apud bonos auctores scribitur aliquando. Sed nostra lectio retinenda. Hæc enim vox semper cum simili scriptura reperitur in hoc libro. Præterea dictum est *Cibalense* bellum, quod gestum sit *apud Cibalas*, sicut etiam habet Eutropius Sylburgii. Nam in antiquo et Vineti legitur *apud Gybalas* : Pæanius ἐν Κιβάλλει πόλει Παιονικῇ, quibus verbis videtur arguere ipsum Eutropium, dum constituit, duo diversa bella, primum in Pannonia, secundum apud Cibalas : quem errorem imitatus est Oros. lib. VII c. 28. Nam certum est Zosimi, Victoris, et omnium veterum testimonio unicum et idem fuisse bellum; et Cibalem esse urbem Pannoniæ testantur Vopiscus, Zosimus lib. II et III, Ptolemæus et alii. Siquidem nonnisi ter victus legitur Licinius a Constantino, primo in Pannonia, secundo in Thracia, idque eodem anno post paucos menses, tertio apud Nicomediam in Bithynia, ubi penitus profligatus fuit, paucis diebus ante ejus necem. Ad extremum belli hujus tam fuit felix exitus Constantino, ut quodammodo certi anni memoriam libris præripuerit. Nam Fux., Peta., Fa., O., Vi., fragm. Petavii, 3 mss. Fab. et impressi opponunt an. 7; Pi., Lo. an. 8. Verum si constituamus pro certo, ut dixi, utque placet viris doctis, Licinium prius superatum Cibalæ, quam in Thracia, et tamen eodem ipso anno, si in Thracia, die 11 Julii et anno ante *consulatum Licinii et Crispi*, ut indicat lib. I de Veteran. Cod. Theodos., quem Fasti Onuphrii suggerunt ad an. 13 Constantini, sequeretur Cibalense bellum accidisse anno 12 Constantini.

(Ibid.) *Hierosolymarum XXXIX.* Fa., Vi., O., Contract. et impressi indicant annum 7 Constantini, quo hujus Macarii initium contigisse volunt; Fux., Peta., fragm. Petavii, Pi. an. 8; Lo. an. 10. Aliunde nihil potest definiri.

(Ibid.) *Macarius.* Antea *Macharius;* sed sine aspiratione in Fa. et Pi., quos maluimus sequi, quia sic habent Rufinus, Socrates, Sozomenus, Paulus Diaconus, Nicephorus Constantinopol., Theodoretus, Athanasius, Suidas, Martyrolog. Roman. et Menolog. Græc.

(Ibid.) *Diocletianus haud procul a Salonis*, etc. Obitum Diocletiani notant ad annum septimum Vi., O., Fa. et impressi; Fux., Peta., fragmentum Petavii, Pi., Mar., Contract. ad annum 9; Lo. et tres mss. Fab. ad an. 10. Victor favet vulgatis, dum scribit Diocletianum postquam egit *novem annos*, *communi habitu morte consumptum*. Nam adde 7 anno Constantii biennium Galerii, conficies novem annos; idem quoque significat eum defunctum non multo post victum Maxentium : Zosimus lib. II ait ipsum mortuum annis tribus post consulatum Constantini et Licinii, τελευτᾷ τρισὶν ἐνιαυτοῖς ὕστερον, et an. 12 postquam Diocletianus imperium deposuit, ergo anno 10 Constantini : idem habet Cedrenus.

(Ibid.) *In villa sua Spalato.* Olim in impressis et aliquot chirographis exstabat, *in villæ suæ Palatio;* apud Mar. *in villa sua Palatio* : nunc ita nobis repositum accommodatius ad mentem Eusebii, quod nos acceptum ferimus codicibus Al., Lo., Pi., et ad id ferme cæteri omnes codices aliquid contulere. Nam in L., M., Lod., Pi., *Aspalato*, pro *Spalato*, inepte ab amanuensi extremo illo elemento *a* vocis præcedentis *sua*, huic tributo, ut sæpe : *in villas suas Palatio* in tribus mss. Fab. ascito priori *s* a *sua*, et posteriori a *Spalato;* in A. et P., *in villa sua Spalatio*, adjecto *i* superfluo in ultima. Miror Hermolaum et Aventinum scribere ipsam urbem Salonem, seu Salonas vulgo nominari *Spalatum*, cum ex nostro Auctore constet esse locum vicinum Salonis, unde Eutropius, *Diocletianus*, inquit, *privatus in villa, quæ non longe a Salonis est, præclaro otio consenuit.* Notitia imperii Romani meminit, *Procuratoris Synegii Ionensis Dalmatiæ a Spalato.* Nec te remoretur, quod apud Euseb. in Orat. Constantini ad sanctorum cœtum, ubi describitur mors Diocletiani, meminit *Palatii, quod fulmine tactum est.* Neque enim agitur ibi de palatio Spalatano, seu Salonensi, sed de Nicomediensi, ubi reliquit fasces. Præterea cum constet Diocletianum privatum vixisse, ut loquitur Victor in Epitome, *in propriis agris, et olera sui horti propriis manibus coluisse*, nescio an sit verisimile ipsum palatia, seu imperatorias domos habitasse, maxime cum Constantinus in eadem oratione cap. 25 proferat, *Diocletianum unius abjectæ et humilis mansionis munitioni se concredidisse* post abdicatum imperium. Facit præterea quod in Martyrologio Rom. lego die decima octava Maii Felicem martyrem passum esse sub Maximiano *Spalati.* Sic enim habet varia lectio ad oram, licet in contextu legatur *Spoleti* : sed ora videtur anteponenda, cum firmetur simili lectione apud Usuardum in Martyrolog. et Petrum de natalibus in catalogo lib. V cap. 13.

(Ibid.) *Crispus et Constantinus filii Constantini.* Huic lectioni, *filii Constantini*, duodecim aut tredecim codices assentiuntur L., A., Au., M., V., fragm. Petavii, P., Vi., Pi., Peta., Fux., Lo., Contract. pro *filius Constantini*. Nam nemo ambigit quin ambo filii Constantini Magni fuerint, ut etiam Auctor mox subjungit. Quod attinet ad situm, Fa., Vi., O. et vulgati reponunt circa annum 8 Constantini; Pi. circa 10; Lo. circa 12; Fux., Peta., tres mss. Fab., Contract., fragm. Petavii ad an. 11. Abeundum tandem nobis fuit in sententiam Pi., ne Auctorem sibi contrarium redderemus, quia lib. IV de Vita Constantini cap. 40, ait Constantinum factum Cæsarem anno decimo imperii patris, fuisseque morem Constantino, ut singulis votis decennalibus, vicennalibus, et tricennalibus aliquem ex filiis crearet Cæsarem, et sic primo Constantinum, secundo Constantium, et tertio Constantem, ut habet ibidem Auctor, cujus verba mox referemus. Nam etiam ab aliis imperatoribus Cæsares solitos dici in quinquennalibus, et aliis hujusmodi solemniis, constat ex variis scriptoribus. Nazarius enim in orat. panegyrica, quam in quinquennalibus horum Cæsarum Crispi et Constantini habuit, nostrum hunc situm confirmat, dum ait, Constantinum patrem agere annum 15 imperii cum iidem annum 5 ingrederentur. His adde judicium eruditissimi Annalium Ecclesiasticorum parentis, qui sedem hanc hoc pacto restituendam docet.

(Ibid.) *Latinis litteris erudivit.* Deest in L., Pi., *Latinis litteris;* et in Fa., *litteris*.

(Ibid.) *Erudivit*. Pro *erudit* ex fide L., A., M., quinque Vaticanis, P., Al., Lo., Pi., Vi., O., Peta. et fragmento Petavii.

(Ibid.) *Nedum deliciis*. Desiderantur in L., A., O., M., P., Lo., Vi., Peta., fragmento Petavii, Fux., tribus mss. Fab. Cæterum vix conjici possit ex codicibus, quo anno principibus istis honores illi delati; cum Fa., O., Vi. et impressi opponant an. 8 Constantini; Pi. an. 10; Fux., Peta. et tres mss. Fab. anno 11; Lo. et Contractus anno 12.

(Ibid.) *Licinius Christianos*, etc. Quid tu certi elicias in hac varietate? Nam Fa. et impressi collocant ad an. 11 Constantini; Pi. ad 13; Fux., Peta., Mar., Contract. ad 14; Lo., O., Vi. et tres mss. Fab. ad 15. Ad utrumque hunc annum reposuit Cedrenus.

(671.) *Basileus Amasiæ*. Olim *Basilius*, sed plus potuerunt apud nos L., O., Pi., Vi., Lo., fragmentum Petavii, in quibus *Basileus*, quibus accedunt Fa., Peta., Mar., ubi *Basilæus*, cum diphthongo : sic enim facilius separabitur a Basilio episcopo Ancyrano hæretico, et Basilio illo Magno Cæsareæ, seu Cappadociæ episcopo, et aliis ejusdem appellationis. Adde quod ita reperies scriptum per *e*, non autem per *i*, in Menolog. Græc. die 26 Aprilis, et apud Surium in ejus Vita 26 Aprilis, conscripta primum per Joannem presbyterum, et a metaphraste emissa. Interpres Nicephori lib. 4. cap. 14 pingit ad eumdem modum, nescio tamen an Græcus codex habeat Βασίλαιος, an Βασίλειος, quod posterius exstat apud Athanasium orat. 1 contra Arianos, ubi inter episcopos orthodoxos et fama celebres enumerat hunc *Basileum*, quamvis interpres reddat *Basilius*, quem non dubitamus eumdem esse cum eo, quem hic affert Auctor, quique tom. I Concil. subscripsit conciliis Ancyrano, et Neocæsariensi ; et quamvis apud Græcos eodem modo pingatur nomen trium illorum episcoporum, usu tamen receptum est, ut hic *Amaseus*, seu *Amasenus*, dicatur potius *Basileus*, quam *Basilius*. Nihilominus si quis contendat posteriorem retinendam, non repugnabo. Est autem Amasea metropolis provinciæ Ponti. Ad extremum martyrium hujus Basilei Vi., O., Fa. et impressi reduxere ad an. 12 Constantini; Fux., Peta., Pi., Mar. ad an. 14; tres mss. Fab. ad an. 15; Lo. ad an. 16. Verum cum difficile sit aliquid certi asserere, primum est probabilius, cum interea quæ Constantinum ad bellum contra Licinium suscipiendum impulerint, referatur Martyrium *Basilei* hujus; quo fit ut castigandus sit Nicephor. lib. IV cap. 14, dum Basileum hunc dicit subscripsisse concilio Nicæno, cum pridem obiisset, quod potius accipiendum est de Eutychiano ejus successore, ut habent acta concilii Nicæni.

(Ibid.) *Alexandrinæ Ecclesiæ XVIII.... et fuit synodus prima*. Hæc ascribuntur annis Constantini, in Vi., O., Fa. et impressis an. 13; in Pi., an. 14; in Fux., Peta., Mar., an. 15; in Lo. et tribus mss. Fab. an. 16. Itaque non est ita facile certam huic Alexandro episcopo sedem designare, cum auctor prætermiserit tam hic quam in historia (quod etiam excidit Nicephoro Callisto) annos Achillæ antecessoris : qui si unum tantum annum sederit, ut vult Nicephor. Constantinopolit., collocanda erit Alexandro sedes ad an. 8 Constantini. Sed quia magna est discrepantia librorum, de qua postea, præstat nil movere. Viderit tamen vir doctissimus, quo jure reponi possit initium sedis hujus Alexandri ad an. 5 Constantini, si Petrus Achillæ prædecessor obiit, ut vult auctor an. 9 persecutionis, qui respondet an. 6 Constantini, licet Achillas præfuerit mensib. 3, ut vult Epiph. hær. 69, vel an. 1, ut tradit Nicephorus in Chron.

(Ibid.) *Arius presbyter*. Constans est omnium librorum et Mar. pingendi ratio *Arius* cum unico *r*. Idem passim Auctor et Hieronymus in aliis libris, et etiam juratus ille Arianorum hostis Athanasius, Menologium Græcorum et alii : aliter tamen cum gemino *r* Augustinus, acta concilii Nicæni, Isidorus, Sulpitius, et fere vulgus recentiorum, qui scribunt *Arrius et Arriani*.

(Ibid.) *Ad quorum perfidiam*. Hæc lectio est codicum Lo., L., Pi., Vi., A., M., O., V., P., Fux., Al., Fa., Peta., fragmenti Petavii, sanior quam vulgata, *ad quam perfidiam*.

(Ibid.) *In Nicæa urbe*. Concinnius, quam ut olim *in Nicæam urbem*. Secuti sumus L., Pi., Mar., Contract. Accedit Fa., ubi *in Nicæna urbe*.

(Ibid.) *Homusii oppositione dejecit*, *Omousii oppositione delerit* in L., A., M., P., sex Vatic., Lo., Peta.; Fux., trib. mss. Fab.; *omousii*, Fa., Pi.; *homousii*, Vi., O., Al.; *homousion*, Lod. Verum constat sæpius apud Hieronym. ut lib. contra Luciferia. et passim et apud alios Latinos usurpari vocem tam *homusii*, quam *omousii* seu *homousii*, sine delectu, cum utrumque promanet ex uno et eodem vocabulo Græco ὁμοούσιος vel ὁμοούσιον, vel etiam omissa aspiratione, licet inepte.

B (Ibid.) *Fuit synodus prima*. Desunt in L., Pi. Vi., Fa., Peta., Lo., Fux., O., trib. mss. Fab., 6 Vatic. nec abs re : cum enim Eusebius non viderit secundam œcumenicam synodum (nemo enim ignorat nullam hic fieri comparationem cum synodis provincialibus aut diœcesanis, quarum jam plurimæ habitæ erant) qui potuit hanc vocare primam. Nihilominus quia leguntur in aliis chirographis, nec veritati adversantur, quid causæ cur rejici debeant? maxime cum hæc additio potuerit fieri ab Hieronymo, qui post secundam synodum Constantinopolitanam vixit ferme 40 annis.

(Ibid.) *Coarguendam synodus* CCCXVII *episcoporum*, etc. Fusius ista in Alcobacensi codice *coarguendam synodus* X *kal. Julias consulatu Paulini et Juliani VV. CC.*, CCCXVIII *episcoporum*. Sed hæc non tam videntur propria Auctoris, quam desumpta a quodam studioso, vel ex concilio Chalcedonensi act. 2, vel ex inscriptione ipsorum canonum Nicænorum, vel etiam ex Socrate lib. I cap. 9, in quibus notatur

C idem consulatus, nisi quod pro *decimo kalend. Julias*, in duobus primis legitur πρὸ δέκα τριῶν καλανδῶν Ἰουλίων, XIII *kalend. Julii*, apud Socratem τῇ εἰκάδι τοῦ Μαίου μηνός. Porro hic ego satis mirari nequeo, quam diversus sit animi sensus in hunc locum duobus viris eruditissimis, et hujus sæculi luminibus : alter enim scribit *primum annum consessus Nicæni incidere in an. 4 olymp. 275, ut recte*, inquit, *notatum est in Chronico Eusebiano anno Constantini 18 ineunte*. Nam omnes libri ad an. 4 olymp. 274 et an. 13 Constantini (de quo mox) referunt ordinationem Alexandri, et quæ hic sunt de consessu Nicæno. Alter vero : *Corrigendum in primis est*, inquit, *quod in fine mendose habet Eusebii Chronicon 15 imperii Constantini, et Domini 324, celebratum concilium Nicænum, cum ex emendatioribus Fastis necesse sit sub consulib. Paulino et Juliano numerare Constantini an. 20, Christi 325*. Etenim pace tanti viri dixerim, si diligenter consideretur totus hic paragraphus, *Alexandrinæ Ecclesiæ*, etc., usque *homousii oppositione dejecit*, vel (juxta diversitatem librorum) usque *et fuit synodus prima*, non solum videbitur esse unica sen-

D tentia, sed etiam instituta, ut notet initium sedis Alexandri Alexandrinæ Ecclesiæ episcopi : nec in ea ullo alio nomine fieri mentionem et Arii, et Nicænæ synodi, nisi occasione ejusdem Alexandri, et ut indicet auctor ipsum Alexandrum fuisse primum, qui Arium damnavit (sicut etiam testatur Epiph. hæres. 68, 69) et cujus tempore contra Arium synodus Nicæna coacta fuerit. Neque enim novum hoc videri debet in Auctore, ut dum de rege aliquo vel episcopo dicere aggreditur, nonnunquam inserat alia, quæ non sunt ad eum annum referenda, sed quæ personam illius spectant, vel quæ ut insigniora sub eo gesta sunt. Neque vero est quod te remorentur notæ illæ numerorum 13, 14 et 15, quæ totidem annos Constantini per seriem deducunt, et quæ ex adverso illius paragraphi cernuntur in aliis editionibus, præ-

cipue vero illa nota 15, e regione cujus ista verba habentur *ad quam perfidiam coarguendam synodus*, etc.; licet enim sæpius occurrat apud Auctorem, ut uni et eidem paragrapho diversæ notæ appingantur: ita tamen accipiendum est, ut prima numeralis nota, cui respondent prima verba paragraphi, præcipuam illius paragraphi sententiam, ejusque tempus et annum sibi vendicet, reliquæ notæ seu numeri annorum non illum respiciunt, sed adjectæ sunt tantum a librariis ad seriem annorum conservandam, et ne spatia aliqua relinquant vacua, quando nulla habetur historia, quæ notis seu annis illis sit adscribenda, ut videre licet in an. 2, 3, 4 Vespasiani. Itaque cum prima illa verba hujus paragraphi *Alexandrinæ Ecclesiæ*, etc., habeant oppositam primam notam numeralem 13, Auctor nihil aliud per illum indicat, nisi Alexandrum hunc fuisse ordinatum episcopum anno illo 13 Constantini. His adde quod si quæ hic dicuntur vel de expulsione Arii ab Ecclesia, vel de synodo Nicæna, indicarent aut inferrent tempus et annum certum, dicendum proculdubio esset expulsionem et Arii et celebrationem synodi contigisse secundum Auctorem ipso anno 1 illius Alexandri, seu anno 13 Constantini, quo nihil absurdius; præcipue vero cum Auctor lib. III de Vita Constantini cap. 14, lib. IV cap. 40 et 47, asserat synodum illam congregatam circa ann. 20 Constantini : et proinde circa ann. 8 hujus Alexandri. Præterea si situs ita esset dispositus, ut totus iste paragraphus (neque enim in partes et diversos annos dividi aut secari ullo modo potest, cum unicam sententiam complectatur) esset oppositus anno 20 Constantini, et ad illum pertineret : cæteræ periodi consequentes essent ad eumdem annum 20 reponendæ, cum omnium codicum consensu, omnes superiori succedant eodem modo, et ordine, quo prostant in excusis. Denique si spectetur varietas librorum, et quam diversæ notæ numerales huic paragrapho opponantur, profecto minus poterit dici Eusebium constituere consessum Nicænum ad an. 15 Constantini. Nam in Peta. et Fux., e regione horum verborum *Alexandrinæ Ecclesiæ*, etc., apponitur nota 15; et illorum 318 *episcoporum*, etc., nota 16; et istorum *Constantius filius*, etc., nota 17. In Lo. ex opposito illius vocis *Alexandrinæ*, etc., nota 16; et istius *suæ impietati sociat*, etc., nota 17; et hujus *Constantius filius*, etc., nota 18. In Pi. ad illa *Alexandrinæ*, etc., nota 14; ad hæc 318 *episcoporum*, etc., nota 15; ad ista *oppositione dejecit* nota 16: *Constantius* nota 17. In Fa. ad illa *Alexandrinæ*, etc., est nota 13; ad *ejectus* nota 17; *multos*, etc., 14; ad *Nicæna urbe*, etc., 15. Ex opposito numeri 16 notæ 16 et 17 sunt ad latus paragraphi *Helena*, et post illa verba *altissimum crucis*, etc., nil est oppositum, sed laterculus est vacuus. Nota autem 17 est ex regione *Constantius filius*, etc. In Vi., O., ad *Alexandrinæ*, etc., nota 13; ad *Synodus*, etc., nota 14; ad hæc *omnes hæreticorum*, etc., nota 15; ad *Constantius*, etc., nota 16. In O. pingitur tantum nota 13 ad latus initii illius paragraphi, *Alexandrinæ*, etc. : reliquis vero duobus 14, 15, nil ascribitur; sed nota 16 est e regione *Constantius*, etc. In vulgatis nota 13 est ex adverso *Alexandrinæ*, etc.; illa 14, e regione *a quo Arius;* ista 15, ad latus *suæ impietati*, etc.

(Ibid.) *Helena Constantini mater divinis monita visionibus beatissimum crucis signum, in quo mundi salus pependit, apud Hierosolymam reperit.* Desiderantur in L., A., M., 7 Vatic., P., Lod., O., Lo., Fa., Peta., 3 mss. Fab., Vi., Pi., Fux. Verum leguntur in Au. et aliis mss. atque in omnibus editionibus, quarum priores sine dubio ex mss. sunt exscriptæ, immo iisdem fere verbis referuntur apud Vincen. tom. I et IV, Sulpitium Severum lib. II, Idacium, Adonem, Albertum, Contractum, deinde apud Rufinum lib. I cap. 8, in quo ista omnia pene ad verbum reperiuntur. Præterea apud Ambros. de obitu Theodos. Paulinum epist. 11, Cyrillum Hierosoly. epist. ad Constantium, Sozom. lib. I cap. 1, Socratem lib. I cap. 13, et Theodor. I cap. 18, Cassiodorum in Histor. tripartita lib. II cap. 18, Andream Cretensem in Exaltatione S. Crucis, Zonaram tom. III, Nicephor. lib. VIII cap. 29, Cedrenum, Glycam in Annal., Menologium Græcorum die 14 Septemb., Alexandrum monachum lib. de Inventione S. Crucis, Justinianum Novel. 28, Leo. imper. epist. ad Vinarum tom. III Biblioth. Patrum, Hormisdam episto. ad Euphemiam Augustam, Gregorium Turonen. lib. I cap. 36, Acta Luciani Martyris apud metaphrastem in Surio tom. I, die 7 Januarii, Isidorum in Chron., Frecul. lib. III cap. 18 tom. II, Bedam lib. de Ratione temp., ubi loquitur de ligno Crucis, et lib. de Loc. Sanctor. cap. 2, et in Martyrol. 1 Maii, Anastasium de Vitis pontificum : unde licet Eusebius hanc crucis inventionem hoc loco penitus subticuisset, maneret tamen satis testata aliorum veterum testimonio : ipse vero illam videtur indicare, dum lib. III de Vita Constantini cap. 29 : *Tanta est*, inquit, *Dei nostri benignitas, ut nulla verborum officia præsenti miraculo digna esse queant : nam ut insigne illud sanctissimæ illius passionis monumentum, quod terræ visceribus abditum, tot tamque multis annorum conversionibus jam delituisset, tum illucesceret servis Dei, cum illi hoste devicto in libertatem essent vindicati, omnem profecto hominum admirationem longe superat.* Quod pertinet ad annum, Sozomenus lib. II cap. 1 putat hanc crucis inventionem statim post exitum concilii Nicæni contigisse, et hoc firmat nostrum antiquum situm ad eumdem annum ipsius concilii.

(Ibid.) *Constantius filius.* Sic emendate et vere legimus pro *Constantinus filius*, ut in vulgatis, Fre., Mar., Contract. et aliis, secuti L., A., M., Lo., Lod., Pi., Al.; quibus congruunt ea, quæ ipse Eusebius lib. IV de Vita Constant., cap. 40, tradit de diversis annis, quibus Constantinus creavit Cæsares tres suos filios Constantinum, Constantium et Constantem, scilicet Constantinum *an.* 10, Constantium *an. fere* 20, Constantem 30 *an. imperii sui*; sic enim ipse : Ὁ μὲν ὁμώνυμος τῷ πατρὶ Κωνσταντῖνος πρῶτος μετασχὼν τῆς τιμῆς ἀμφὶ τὴν τοῦ πατρὸς δεκαετηρίδα· ὁ δὲ δεύτερος τῇ τοῦ πάππου κοσμούμενος ὁμωνυμίᾳ Κωνστάντιος, ἀμφὶ τὴν εἰκοσαετηρικὴν πανήγυριν ἀνηγορευμένος. ὁ δὲ Κώνστας (malim enim ita legere, ut ms. Itacum et Suidas, quam Κώνσταν, ut editio Stephani, vel Κώνστανς, cum Græci abhorreant a repetitione duarum consonantium; unde Κλήμης et non Κλήμηνς) τὸν ἐκστῶτα καὶ συνεστῶτα τῷ τῆς ἐπωνυμίας προσρήματι σημαίνων ἀμφὶ τὴν τρίτην δεκάδα προηγμένος : *Primus qui patris erat cognominis decimo paterni imperii anno honorem hunc adeptus est. Secundus avi nomine appellatus Constantius, vicesimo fere imperii paterni anno, quando publicus solemnisque omnium hominum conventus agebatur renuntiatus est. Tertius Constans fuit, qui ipse nomine et appellatione, præsens, constansque tempus perspicue præ se ferens, tricesimo paterni regni anno ad honorem evectus est.* Itaque quamvis varia his ut superioribus assignata sit sedes; nam Fux., Peta., Pi., Fab., tres mss. Fab., componunt hæc cum anno 17 Constantini, quibus annumerandi item editi; Vi., O., cum an. 16; Lo. cum an. 18 : tamen nihil horum probamus, licet contra morem nostrum et religionem illam, qua erga fidem exemplarium afficimur, cum nullus nobis hoc loco lucem præferat : certissimum enim est Cæsares fuisse creatos in quinquennalibus, decennalibus, vicennalibus et similibus, quod Hieronymum ignorasse non est verisimile.

(Ibid.) *Licinius Thessalonicæ*, etc. Omnes libri vel reducunt hæc ad annum 17 Constantini, ut Fux., Peta., Vi., O.; vel ad aunum 18, ut Pi., Lo., Fa., Mar., tres mss. Fab., Contract. et editi. Sed licet agnoscam cum viris doctis notas annorum in hoc Chronico et præcipue in Historia Constantini, valde esse perturbatas, tamen hoc iterum affirmare possum, ordinem singularum sententiarum, seu para-

graphorum ferme esse unum, et eumdem in omnibus A libris, præcipue ab initio consulum, seu ab olymp. 67, et ex quo tota historia in unam et eamdem columnam conferta fuit in omnibus libris, sicut est in Vi. et O. ab initio libri. Ideo cum in omnibus libris, tam hic quam cæteri paragraphi succedant consequenter eodem ordine, superiori versiculo, *Constantius filius*, etc., si Auctor huic opposuit annum 20 Constantini, ut docuimus, et ad eumdem annum 20 suum Chronicon terminat, oportuit tam hunc quam subsequentes paragraphos, eumdem annum obtinere : et profecto quod circa illum annum, vel paucos menses ante Licinius occubuerit, id ex mente Auctoris satis liquet ex ultimis verbis librorum historiæ, qui desinunt in ejus cæde, *Licinius quidem ad hunc modum prostratus, sublatusque ex hominibus omnis eorum metus, a quibus antea pressi fuerant, illustriaque et panegyrica festa celebrarunt.* Nam illis verbis videtur significare festa ludicra, seu Vicennalia. Cæterum dum Aurelius Victor in Epitome refert Li- B cinii necem *post quintum decimum fere sui imperii annum*, videtur illam collocare ad an. 17 Constantini : si credidit cum Auctore ejus imperii initium fuisse an. 2 Constantini, quod videtur confirmare, dum ait lib. de Cæsaribus, *ipsum pulsum e Chalcedonia, ibique penitus oppressum sexennio post Crispum Cæsarem factum :* tamen idem eodem libro et Cedrenus anno 19 Constantini. Unde merito lumen temporum Baronius existimat tom. V, pag. 154 : *Nullibi certam esse mentionem nisi apud Eusebii Chronicon, quoto anno imperii Licinius obierit, præterquam quod a Victore et Socrate lib.* I *cap.* 2 *traditur eum fuisse necatum haud multo tempore post prælium apud Cibalas.* Quod quidem prælium ipse rejicit in an. 13 Constantini, sed videtur referre ejus necem ad annum 20 Constantini, dum ait hunc *obiisse an.* 32 *imperii, et tenuisse totum orbem an.* 13. Nam secundum illam rationem annus 20 sui imperii erit annus 13 ante ejus mortem. At non potuit dici cœpisse imperare solus, nisi Licinio exstincto, qui fuit ultimus ex ty- C rannis. Diaconus lib. XI Histor. Miscell. ait eum occisum *fere post an.* 12 *imperii.*

(Ibid.) *Olymp.* 276. Hæc olympias pro varietate librorum varios obtinuit situs. Objicitur enim in Vi., O., Lo. anno 20 Constantini; in Fux., Peta. et tribus mss. Fab. an. 19; in Fa., Pi. et vulgatis an. 18, quem nos germanum Auctoris esse agnoscimus, duplici potissimum nomine : primo quia si fiat supputatio per enumerationem annorum imperatorum ab anno 1 Christi, seu ab an. 3 olympiad. 194, in hunc tandem annum 18 incurret an. 1 olymp. 276; secundo, quia cum ab Hieronymo definitus sit et præscriptus annus Iphiti 1155, seu 3 olympiad. 289, ut concurrat cum anno 14 Valentis, ille numerus nullo modo posset aliter consistere; si etiam annus 18 Constantini est an. 327 Christi, ergo idem erit annus primus olympiad. 276. Adde quod in supplemento Hieronymi ad latus anni 21 Constantini in singulis illis libris apponitur vel annus secundus olymp. 276, D ut in Lo.; vel an. 3, ut in Fux., Peta.; vel an. 4, ut in Fa., Pi. et editis. Nam in Vi., O., deinceps nulla appingitur olympias, sed tantum anni Christi, imperatorum, et Abraham. Nec te moveat, quod annus 20 Constantini comparetur in Fastis Onuphrii, et apud alios cum consulatu Juliani et Paulini, et ex opposito anni 4 olymp. 275. Nam ratio illa copulandi consulatus et olympiades, instituta ab Onuphrio, non ita est certa, ut inde damnari debeat Eusebii series, si ab illo dissentiat, ut antea a nobis sæpius demonstratum, et præsertim ubi allatum exemplum sumptum ex Cicerone. Adde quod Marianus non contemnendus Auctor eorumdem consulatum opponit anno 17 Constantini. Sed quanta sit confusio in consulibus et annis imperatorum in ipsis Fastis Onuphrii, potius difficultate rei, quam culpa tanti viri norunt docti.

(673.) *Nazarius rhetor insignis habetur.* Iste est Nazarius, cujus exstat panegyricus dictus Constantino : volebat autem Fa. una cum editis, tribus mss. Fab. et Mar. hæc assignanda an. 19 Constantini. Obsistunt reliqui comparantes cum anno 18, ut Fux., Peta., Pi., Lo., Vi., O.

(Ibid.) *Crispus filius.* Opposuere anno 19 Constantini Fux., Peta., Vi., Mar., O.; at impressi, cum Pi., Lo., Fa., et 3 mss. Fab., an. 20. In priorum partes videbatur potius abeundum, qui circa annum 19 reponunt, propter illa ultima verba *anno imperii sui nono*, et quia annus 9, quo Crispus et Licinius creati sunt Cæsares, concurrit cum an. 19 Constantini. Nihilominus plus valuit apud nos auctoritas aliorum exemplarium, et ipsa ratio, quæ superiori nota est allata; quia hic paragraphus consequitur per ordinem, illum *Constantius filius*, etc. : cui jam appositus fuit *an.* 20 *Constantini;* et facilius perturbari potuit ordo notarum numeralium quam versiculorum. Accedit his auctoritas Sozomeni lib. I cap. 5, ubi ait Crispum non solum pervenisse ad an. 20 Constantini exclusive, ut vult vir eruditissimus, sed ipso anno 20 obiisse, τῷ εἰκοστῷ ἔτει ἐτελεύτησε τῆς τοῦ πατρὸς ἡγεμονίας. Idem sentit Gregorius Turonensis lib. I cap. 36, dum scribit, *Crispum et Faustum a Constantino interfectos anno* 20 *sui imperii.* Adde satis videri probabile ipsum Licinium filium, de quo hic agitur, quique a Zosimo, Victore et aliis vocatur *Licinianus*, fuisse interemptum, non solum post patrem, sed etiam non multo post; vel quia conscius paterni criminis, ut sentire videtur Gregorius Turonensis : erat enim annorum ferme undecim, ut colligitur ex Zosimo, Victore et aliis; vel etiam in odium patris, quo adeo æstuabat Constantius, ut ejus leges et decreta penitus abrogarit, testante lib. I De infirmandis iis quæ sub tyrannis, Cod. Theodosian.; exemplo enim multorum sæculorum comprobatum fuit eos, qui in parentes sævierunt, neque filiis, neque familiaribus, neque domesticis solitos parcere, si in eos vel minima suspicio cadere potuit.

( Ibid. ) *Superioris.* Deest in Vi., O., Lo., Peta., Fux. et 3 mss. Fab.; sed nulla alia ratio officit, quin illa vox retineatur, cum antecedentia eam ferant.

(Ibid.) *Anno imperii sui nono.* Absunt a Peta., Fux., Lo. et sunt valde suspecta.

(Ibid.) *Anni Domini* 329. Hic annus, qui est ultimus Chronici Eusebii, notatur in Vi., O. et Vincent. 328. Sed alter numerus 329, licet desit in cæteris, tamen adeo certus est ex mente Auctoris, ut a nemine in dubium jure revocari debeat, sive procedas per additionem annorum imperatorum qui sunt in serie, sive accuratius attendas quæ ab Hieronymo in præfatione dicuntur, *a Tiberii quinto decimo usque ad* 14 *Valentis numerari annos* 351, et proinde a Christo annos 381. Nam si ab illis sejunxeris 52 annos, quos Hieronymi supplementum continet, supererunt anni 329 absoluti : deinde si Christus natus est an. 3 olymp. 194, et si annus 20 Constantini concurrit, ut vidimus, cum an. 3 vertente olympiad. 276, subduci per annos olympiadum, et invenies a Christo fluxisse totidem annos 329. Præterea si Chronica Eusebii et Hieronymi complectuntur (ut fert postrema collectio ad calcem supplementi Hieronymi) ab Abraham 2395, cum Chronicon Hieronymi an. tantum 52 coerceat, necesse est an. 20 Constantini, qui est ultimus Eusebii, respondere anno ab Abraham 2343, quod aut dubie numquam stabit, si annus a Christo 329, non cum eodem conferatur, proinde ac cum an. 3 olymp. 276, de quo supra. Adde quod ille num. 329 confirmatur a Cassiodoro in Chronico. Nam cum ille sit, ut sæpe diximus, æmulator ipsius Eusebii pene ad verbum, apud eum an. 20 Constantini concurrit cum 330 consulatu ab ortu Christi. Nec te moveat unius anni discrepantia. Nam illa oritur ex eo, quod auctor velit Christum natum an. 42 Augusti, ille contra an. 41. Itaque illorum duorum consensu ab an. 42 Augusti usque

ad an. 20 Constantini inclusive sunt an. 329: unde perspicis quantum fuerit necesse retinere in serie duos annos Galerii, de quibus dixi superius, et quam sit alienum a mente Auctoris id, quod duo viri doctissimi conantur probare, an. 20 Constantini in Eusebii Chronico comparandum esse ex unius sententia cum anno Christi 325; ex alterius, cum an. 327. Etenim si olymp. enumerandas susceperis ab an. 1 Christi, seu ab an. 3 olympiades 194 (idem enim sunt), reperies 82 olympiades et annum unum, ex quibus exsurgunt 329: unde necesse, ut an. 20 Constantini et 329 Christi invicem comparentur. Quo autem anno Christi inciderit annus 20 Constantini, non ita conveniunt omnes scriptores. Nam Albertus vult esse *an.* 330; Marianus, Onuphrius, Mercator et Baronius *an.* 325; Scaliger an. 327.

(673.) *Anni ab Abraham* 2343. Notæ hæ numerales sine controversia respondere judicabuntur an. 20 Constantini, ei qui observaverit annum Christi esse 2015 ab Abraham et Eusebii Chronicon continere annos a Christo 329, sicut diximus, nec dum tamen unanimis est librorum consensus. Nam Fux., Peta., Pi. opponunt annum 2340 anno 18 Constantini; Vi., O., anno 19; Lo. an. 20: in quibus omnibus non levis latet error. Verum nos duces sequimur tres illos mss. Fab. et rationem ipsam supputationis per olympiades, et per annos Christi et imperatorum. Quid autem alii libri subjungerent, memoria, una cum meis prioribus curis, excidit. Deus condonet iis qui eas retinent.

(675.) *Vicennalia*, etc. In vulgatis licet hæc vindicet sibi annus 20 Constantini, a quo appellationem ista spectacula sumpsere: quibus respondent Fux., Peta., O., Vi., Pi., Fa.: tamen Lo. opponit una cum Contracto, anno 21 Constantini.

(Ibid.) *Roma edita*. Subjunguntur his in Fux., *anno pacis* 13, sed non minus carent suspicione.

(Ibid.) *Eusebii Cæsariensis Chronicon finit*. Ita prius vulgati; ac licet hac in re ab omnibus chirographis illi dissentiant, dum nil interponunt inter finem Chronici Eusebii, et initium supplementi Hieronymi, nisi quod in Fux. habeatur ad oram: *Eusebius finit*, *Hieronymus incipit*: nihilominus tamen visa sunt nobis addenda, quo commodius duo hi libri inter se distinguantur; et quia simili loquendi formula, etiam teste Hieronymo, libri jam olim solerent concludi, ut a nobis sub finem præfationis ejusdem demonstratum est.

# CASTIGATIONES ET NOTÆ IN S. HIERONYMI CHRONICON.

(675.) *Divi Hieronymi presbyteri Chronicon*. Hoc titulo placuit Hieronymi Chronicon insignire, quo commodius ab Eusebiano discerneretur, licet ea in re chirographos aut vulgatorum primos, Ven. et Lut., non imitemur, in quibus nullus præmittitur titulus; distinguuntur vero tantum verbis illis, *Hucusque*, etc., usque *subjecimus*, majusculis litteris, et miniatis descriptis. At in B., H., Pet., titulus præmissus erat, *Divi Hieronymi presbyteri ad Chronicon Eusebii adjectio*; in Fa., *Hactenus Eusebius, deinceps Hieronymus hucusque historiam*, etc.; in Peta., *Hucusque historiam scripsit Eusebius Pamphili martyris contubernalis, cui nos ista subjecimus. Hinc Hieronymus*. Idem in Fux., nisi quod post verbum *subjecimus*, sequitur quasi ad latus, *Hieronymus presbyter*.

(Ibid.) *In civitate Siccæ*. *In civitate* deest in Lo., Fre., Peta., Al., ut etiam apud Hieronymum lib. de Scriptor. Eccles.; At in Vi., O. pro *Siccæ* legitur *Siceæ*; in Fa., *Syceæ*: meminit *Siccæ* Sallustius de Bell. Jugurt.; estque civitas Africæ Ptolemæo, et Procopio, unde *Siccenses* populi Africæ apud Trebellium.

(Ibid.) *Ad credulitatem*. *Ad crudelitatem*, L., V. Sed prius magis convenit huic loco.

(Ibid.) *Somniis compelleretur*. *Somniis impelleretur* Vi., O., Sa.

(Ibid.) *Ab episcopo*. Limatius juxta L., A., Lo., M., P., Pi., Fre., Mar., quam ut olim *ab episcopis*: intelligit enim episcopum civitatis Siccæ. Porro quæ hic dicuntur, alii cum an. 20 Constantini componunt, ut O., V., Pi., Fa. et editi; alii cum an. 21, ut Lo., Peta., Fux.

(Ibid.) *Drepanam*.... *Luciani*, etc. *Lucani*, Fa.; *Liciani*, Vi., Pi., O., Mar. Sed scriptura nostra est aliorum mss., Nicephori, et aliorum. At iste Lucianus passus est martyrium vel sub Diocletiano et Maximiano (ut ait Athanasius in Decret. contra Arianos); vel, quod magis credo, sub Maximino (ut scribunt Hieronymus lib. de Scriptor. Eccles., Eusebius lib. IX cap. 6); vel, sub Maximiano, scilicet Galerio, ut Suidas et Menolog. Græc.

(Ibid.) *Ibi conditi*. Sic restituendum censuimus ex A., Fa., L., M., Peta., Fux., Lo., Lod, Vi., O., septem Vatican., P., Al., tribus mss. Fab. et Beda; cum in reliquis *ibi conditam* legatur manifesta depravatione, ut in Mar. *ibi condidit*. Vicus enim, cui nomen *Drepanum*, seu *Drepana*, non erat antea civitas; sed eum Constantinus hoc ipso anno 21 sui imperii cinxit muris. Primum, in gratiam matris suæ Helenæ, a qua et denominavit *Helenopolim*, teste etiam Socrate lib. I cap. 17, Sozomen. lib. II cap. 2, sicut et ab ejusdem nomine *Pontum Polemoniacum* (de quo supra circa an. Christi 67) nuncupavit *Helenopontum*, teste Justiniano constitut. 28. Deinde, quia Helena rediens a sacra peregrinatione Hierosolymitana, ibidem construxerat basilicam magnificam ac superbam in memoriam hujus Luciani martyris, summæ apud loci illius incolas venerationis, ob stupendum illud miraculum, quo corpus illius, alligato lapide, in mare demersum cum esset, delphini dorso ad illius vici littus delatum fuerat: ut constat ex ejusdem actis apud Metaphrastem in Lipomano et Surio tom. I, die 7 Januarii, et ita apud Menolog. Græc., die 15 Septembris. Hæc demum instituuntur in membranis, ut in Peta., Pi., Vi., O., Fux., Fa., Mar., an. 21 Constantini objiciantur, quibus sunt impressi adjungendi, ut Lo., an. 22; nec ex alio auctore potest colligi, cui potius sit assentiendum.

(Ibid.) *Appellavit*. *Nuncupavit*, L., A., M., P., Lo., Peta., O., Fux., Mar., Vi., Lod., Beda.

(677.) *Olymp.* 277. In codicibus Vi., O., desideratur, ut dixi, enumeratio olympiadum; sed in cæteris exstat. Observandum enim est ludos Olympicos, ut colligitur ex Zosimo, prohibitos celebrari a Constantino anno Christi 313, quo anno, seu an. 7 Constantini, a die XI kalend. Octobris, quo Maxentius occubuit, cœpit (ut docet Onuphrius accuratissime) in eorum locum succedere ratio numerandi per Indictiones, vel etiam anno Christi 307, a die VIII kalend. Octobris, quo cœpit imperium Constantini, sicut contendit ocellus temporum Scaliger lib. V de Emendat. tempor. pag. 471. Itaque Hieronymum numerare olympiades non ratione ludorum, sed tantum quinquennii annorum, quia illa ratio numerandi per intervallum quadriennii certissima est, vel etiam ratione lustrorum, quæ Romæ fiebant quolibet quinquennio.

(Ibid.) *In Antiochia Dominicum*, etc. Occupant ista strigam anno 21 Constantini oppositam in Peta., Fux.; in Lo., Vi., O., Pi. et Fa. 22: quod idem ha-

bent impressi. Cedrenus videtur referre ad an. 23. Describit quidem Eusebius orat. de Laudib. Constantini, et lib. III de Vita ejusdem cap. 29, structuram et ornatum hujus octangulæ, et præcipuæ basilicæ urbis Antiochiæ auctore Constantino, quod tandem an. 5 Constantii videbimus absolutum et dedicatum. Sed non ipse exprimit tempus nec annum incœpti operis. Dictum est autem *Dominicum*, seu κυριακον, quia veteres Christiani sic vocabant *templum*, seu potius (ut loquamur Christiana lingua ex præscripto Augustini et aliorum) *Ecclesiam*. At *aureum* propter sui excellentiam, et pleraque sacra vasa ex auro confecta.

(Ibid.) *Constantinus uxorem suam Faustam interficit*. Exsulant ab L. et Pi., quibus assentiuntur Sozomen. lib. I cap. 5, et Evagrius lib. III cap. 40, dum acerrime contendunt rem esse ab ethnicis, in odium religionis effictam. Nihilominus absit ut hinc amandemus, cum cæteri libri idem habeant, et confirmetur, non solum testimonio Zosimi, Victoris, et Eutropii historicorum Ethnicorum; sed etiam Zonaræ, Suidæ, Pauli Diaconi lib. XI Hist. Miscell., Gregorii Turonensis lib. I cap. 35, Sidonii lib. V epist. 8, atque patrocinio Artemii præfecti Augustalis, et martyris. Nam cum ipse ageret apud Julianum apostatam causam religionis Christianæ, et Julianus illi exprobraret iniquum Constantini judicium contra filium et uxorem, probavit æquissimam a Constantino in eos latam sententiam fuisse; sicut videre licet apud Metaphrastem in Surio tom. V, die 20 Octobris. Libri tamen qui hæc habent, alii anno 21 Constantini credunt, ut Peta., Fux.; alii 22, ut Lo., O., Vi., Fa., editiones, et Marian., apud quem castigabis *Pausiam*, pro *Faustam*; alii an. 24, ut Contractus, quem eadem labe infectum purgabis.

(Ibid.) *Donatus agnoscitur*, etc. Oberrant libri: nam Peta., Vi., O., Fux., Fa., Mar. assignant an. 22 Constantini, quibus conformes editi; alii 23, ut Lo. et Contractus; sed auctor non tam habet rationem anni quam temporis.

(Ibid.) *Post Tyrannum*. Sic ex L., A., M., V., Vi., O., P., Pi., quinque Vatic. et trib. mss. Fab., Mar. et præcedentibus, ubi ejus fit mentio pro *Tiramnum*, ut in impressis: vel *Tyramnum*, ut in Lo., Fa., Peta., Lod.; de quo vide quæ supra.

(Ibid.) *Philogonius*. Sic pro *Philogonus*, ut in Ven., Lut., B., Pet.; vel *Phylogonius* cum *y*, ut in Fux.; vel *Pythagonus*, ut in H., Ba., So., secuti 7 Vatic., L., A., M., P., Lo., Pi., Lod., Mar., Peta., Contractum et Chrysost. orat. de B. Philogonio, Theodoret. l. I cap. 3 Histor. Eccles., et alios.

(Ibid.) *Cui succedit*. In L., A., M., V., Va., P., Lo., Mar., *cui successit*.

(Ibid.) *Occupaverunt*. *Obtinuerunt* A., L., M., P., Lo., Peta., Mar.

(Ibid.) *Eustathius*. *Eustachius* Vi., O., Fa.; sed vulgata caret omni dubio, cum sit omnium veterum præter alia mss.

(Ibid.) *Eulalius*. Sic reponendum monent A., L., Peta., M., quatuor Vatic., P., Lo., Mar., O., Vi., Pi. et tres mss. Fab. Theodor. l. I c. 21, Nicephor. in Chron., Niceph. l. XI c. 2, et alii quamplurimi, pro *Eulabius* ut olim; vel ut in Al. et tribus Vatic. *Culabius*.

(Ibid.) *Placillus*. *Lucillus*, Vi., O. Apud Socratem l. II cap. 9, Sozom. l. III cap. 6, *Placitus*; Nicephor. Constantinopol., *Phacellius*; apud Nicephorum Callist. l. XI c. 2, *Phlacitus*.

(Ibid.) *Meletius*. Hoc nomen cum sæpius repetatur in hoc supplemento Hieronymi, libri dissident in scriptura a seipsis, et inter se. Nam in Pi., L., P., modo *Militius*, ut in A., B.; modo *Melitus*, ut etiam in Peta., Fux., Mar.; at vero in Al., *Melitus*; in V., O., *Miletius*. Sed nemo dubitare potest quin vulgata sit anteponenda, cum ita habeant Athanasius, Basilius, Hieronymus, Theodoretus, Socrates, et alii, quoties fit mentio episcopi Antiocheni. Hæc enim potest notari differentia inter eum et episcopum Ægypti in Lyco seu Thebaide, a quo Meletianorum hæresis, seu potius secta, ut iste dicatur semper Μελίτιος, seu Μελήτιος, ut apud Epiph. hæres. 68. Alter, Μελέτιος ut plurimum (nam etiam aliquando Μελίτιος ut apud Socratem l. III c. 25), quod licet observare apud Epiph. hæres. 73, ubi de Meletio et hæres. 78, ubi de Melitio; et apud Athanasium disput. I contra Arianos, ubi de Meletio, et apolog. 2, ubi de Melitio, et alios plures.

(Ibid.) *Euzoius*. Sic pro *Euzoicus*, ut in editis ex Lo., Vi., O., L., Peta., Fux., A., Pi. et Socrat. l. I c. 9, Sozom. l. VI c. 5, uterque Nicephorus, et ipse Hieronym. adversus Luciferia. Nam ille adeo omnibus cognitus est, ut signifer Arianæ hæreseos dictus sit: *Euzovius* 4 Vatic.; *Euzoieus* 3 reliqui Vatican.; *Euzotus* Mar.

(Ibid.) *Digessi, quod eos hostes*. Pro, ut antiquitus, *digessi, eo quod hostes*, ex L., A., M., Va., P., Lo., Vi., O., Pi. Annectuntur demum ista omnia vel anno 22 Constantini, ut in Vi., Peta., O., P., Fa., Fux., Mar., quibus insistunt cusi; vel an. 23, ut Lo.

(Ibid.) *Juvencus presbyter*, etc. Habet ista 24 annos Constantini in Lo. et Mar.; sed in cæteris, 23. Nam præter excusos, sic Peta., Vi., O., Fux., Fa.

(Ibid.) *Porphyrius, misso ad Constantinum insigni volumine exsilio liberatus*. Cujus argumenti fuerit liber, non constat aliunde: tamen cum Auctor testetur pro mercede illorum librorum meruisse ab exsilio revocari, verisimile est, ut summo judicio colligit pater historiæ Baronius, nil aliud complexum illo libro, nisi confutationem eorum, quæ scripserat contra religionem Christianam, et ipsum Constantinum. Is enim, exemplo Arii, quem recantata palinodia receptum audierat, pertæsus exsilii, et cum attigisset extremam senectam, hunc librum scripsit. Quod etiam videtur significare Eunapius in Vitis philosophorum, dum de eo loquens, *multas*, inquit, *reliquit observationes libris a se editis repugnantes*. Verum, ut vir Gentilis, frigide attingit quæ res Christianorum spectant. Codices autem omnes docent revocatum ab exsilio Porphyrium an. 23 Constantini, ut Peta., Pi., Vi., O., Fux., Fa., quin et impressi. Soli Lo. et Mar. dissentiunt, qui an. 24, et Contract., qui an. 25.

(Ibid.) *Alexandrinæ Ecclesiæ XIX ordinatur episcopus Athanasius*, etc. Sic tam ex L., Al., A., M., V., O., Va., Vat., P., Lo., Vi., Pi., Fa., Peta., Mar., Contract. et trib. mss. Fab., quam ex ratione episcopi præcedentis, qui dicitur *XVIII*, et subsequentis, qui dicitur *XX*, pro *Eccles. XXXVI ordinatur* ut olim. Nec remorari nos debet dissidium illud codicum, dum Lo., Mar., Contractus opponunt an. 25 Constantini, et cæteri an. 24, ut Peta., Pi., Vi., O., Fux., Fa., una cum editis, quorum haud dubio lectio receptior: sic enim propius accedunt ad ordinationem Petri, successoris Athanasii, circa an. 10 Valentis, si verum est Athanasium ann. 47 integris sedisse, ut testantur Cyrillus epist. I, et Socrat. l. IV c. 20, Sozomen. l. VI c. 19, Rufin. l. II c. 3. Dixi propius, quia non omnino constant anni illi 46 ab an. 24 Constantini usque ad 10 Valentis. Verum si adjumento fuisset aliquod exemplar, reposuissem ad an. 21 aut 22: suspicor enim libros omnes fœdatos hoc loco, cum minus probabile sit, Hieronymum ignorasse Athanasium successisse Alexandro, et hunc vita functum, quinque mensibus nondum exactis, post conc. Nicænum, ut scribunt Athanasius Apologia I, Theodoretus l. I Hist. c. 26; a quibus non longe abest Epiphanius hæresi 59, cum docet Alexandrum decessisse eodem anno, quo Arius damnatus est in concil. Nicæno. Verum si conc. Nicænum celebratum est, *coss. Paulino et Juliano*, ut diximus, et illi concurrant cum anno vigesimo Constantini, necesse est Athanasium auctoritate jam dictorum ordinatum anno 21. Adde quod hoc modo mors Athanasii optime collocatur ad an. 9 Valentis: qua de re suo loco.

(677.) *Qui ab Arianis persecutus ad Constantinum refugit.* Ista omnino delenda erant juxta Fa., Fux., Peta., L., A., M., V., Va., Vat., Lo., Vi., O., P., Pi. et tres mss. Fab., quia locutio illa, *persecutus ab Arianis*, minus pura est, nisi codices impressi, et nonnulli mss. atque veritas historiæ, ut testatur Athanasius Apolog. 2, aliter sentire coegissent.

(Ibid.) *Constantinopolis dedicatur*, etc. Dedicationem hanc alii observant factam an. 20 Constantini, ut Cedrenus; alii an. 24, ut Peta. et Fux.; reliqui an. 23, ut Pi., Fa., O., Vi., Lo.: quibus adjunge editiones: nihilominus Cassiodorus sequitur priores, dum eamdem rem ascribit 24 consulatui post initium imperii Constantini, et consulatui 4 post ejus Vicennalia. Nec facile est judicare ex aliis scriptoribus, cui potius assentiaris. Licet enim Marcellinus Comes *indictione* 5, *Mavortio solo consule*, computet a conditu urbis Constantinopolis, usque ad illum consulem, quo cœpit imperare Justinianus, annos 197: tamen non ita constat etiam inter doctiores chronologos, quo anno Christi, inciderit annus 24 vel 25 Constantini, nec etiam quo ejusdem anno inciderit primus annus Justiniani. Variant enim in utroque, modo duobus annis, modo tribus, modo quatuor, modo quinque; verbi gr., peritiores constituunt an. 1 Justiniani ad an. 527 Christi; at ipse Marcellinus eumdem facit an. 530, ut ex his colligitur, quæ dicit indict. 3 de annis a sede Petri. Suidas numerat a monarchia Augusti ἀπὸ τῆς Αὐγούστου Καίσαρος μοναρχίας (id est a pugna Actiaca). modo ut in verbo *Constantinopolis*, τξ' Χρόνους, annos 360, modo, ut in verbo *Constantinus*, an. 362, Δύο δέ καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων. Sed quanta sit diversitas in constituendo anno pugnæ Atticæ, tam ratione annorum imperii Augusti, quam annorum ante Christum, non est quod repetamus. Cum autem ipse Suidas numerat a natali urbis Constantinopolis usque ad imperium Constantini et Basilii Porphyre-genitorum ann. 508, error in numeris est manifestus, cum illi regnare cœperint anno Christi 998. Zonaras contribuit hunc annum natalem anno ab orbe Πεντακισχιλιοστοῦ ὀκτακοσιοστοῦ τριακοστοῦ ὀγδόου, id est *an.* 5838, sicut etiam facit Cedrenus, apud quem ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ϛωλη' *an.* 5838. Sed quia jure potest dubitari quotus annus ab orbe sit Zonaræ annus Christi, propter varias supputationes, quas quisque fere veterum sequitur, nil certi potest definiri, quis illi animi sensus. Si autem velis, ut existimat vir eruditissimus, Zonaram secutum communem supputationem Græcorum, prout cernitur in VI synodo, in Menologio Græc. et in Cyclo Paschali, juxta quam annus primus Christi est ab orbe 5508, non computato ultimo extremo, qui includitur in annis Christi, fit ut secundum Zonaram annus primus urbis Constantinopolis sit annus Christi 331. Zonaras tamen non videtur (pace tanti viri dixerim) numerasse annos urbis secundum illam vulgarem supputationem, immo potius secundum illam eamdem, qua utitur ipse Cedrenus, videlicet, ut non nisi 5505 antecesserint annum 1 Christi, secundum quam illis adde annos 333 Christi, qui secundum calculum Hieronymi concurrunt cum an. 24 Constantini, perficies supradictam summam 5538. Nicephorus autem l. VIII c. 26, Cedrenus, Gregorius presbyter in orat. de Nicæn. conc., referunt perfectionem et dedicationem hujus urbis ad an. 20 Constantini; sed merito reprehenduntur a viris valde doctis. Ex hac diversitate fit, ut annus Christi 1558, qui est Onuphrio annus urbis Constantinopolitanæ 1228, sit accuratissimo Scaligero 1229. Cum ergo videam tantos viros differre uno anno, et simile esse dissidium inter libros hoc loco, satius est, ut maneat vulgatus situs ad an. 23 Constantini, maxime quia ita placet magno Baronio.

(Ibid.) *Metrodorus. Medrodorus*, A.; *Melodorus*, Vi., O.; *Metrorus*, Mar.; sed inepte, ut constat ex aliis exempl. Socrat. l. I c. 19, Zonar. tom. III. Observandum porro ad 25 Constantini scriptum ad oram codicis Peta., *Apud Gallias Aureliani ordinatur episcopus Evurtius.* Certum autem Metrodorum floruisse aliquot annis: ut minus mirum propterea videri debeat, si ad varios hæc disponant annos libri, ut Peta., Fux. ad 24 Constantini; Pi., Lo., O., Vi., Mar. et impressi ad an. 25.

(Ibid.) *Marcus XXXII Romæ*, etc. Hunc Peta., Pi., Fux., Fa., Contract., cum vulgatis collocant ad an. 25; Lo., Vi., O. ad an. 26; quorum nobis partes sequendæ: hic enim annus est 22 Silvestri, sumpto initio numerandi ab anno 5 currente Constantini. Adhæc situs hic propius accedit ad Marianum, qui determinat hæc ad consulatum Nepotiani, et Secundi (qui tamen in Fastis *Facundus* appellatur); hunc autem comparat cum 28 Constantini, cui favent Fasti Goltzii, cum illos reponunt ad 1087: hi enim additi ad 1264 ab Abraham, qui conditam Urbem præcedit, conficiunt 2351, cum quo concurrit apud Auctorem ille an. 28 Constantini. Stabilivit Onuphrius hunc situm, dum eos consules opposuit an. 3 olymp. 278. Hic enim pariter annus apud Auctorem respondet anno 28 Constantini, licet apud Onuphrium an. 31 ejusdem.

(Ibid.) *Edicto Constantini gentilium templa subversa sunt.* Hæc sunt cum judicio accipienda, non quod Hieronymus intelligat ubique fana gentilium et idolorum fuisse edicto Constantini subversa. Nam repugnat universæ historiæ illius sæculi, quæ testatur complurima templa variis in locis tunc intacta, postea a successoribus imperatoribus prostrata fuisse; sed quod tunc plura cœperint everti Constantini edicto, ut de templis Veneris et Æsculapii constat apud Euseb. l. III de Vit. Const. cap. 53. Illa demum desunt in Pi. Reliqui ita se habent, ut Peta., Fux., ad an. 25 Constantini referant; Fa., Vi., O., Mar. et cusi ad an. 26; Lo. ad ann. 27.

(Ibid.) *Romani Gothos in Sarmatarum regione. Et Sarmatarum regionem* A. et tres mss. Fab., quibus favet Victor lib. de Cæsar. et loco quem mox citabimus, sed omnia alia exemplaria conveniunt cum editis; itemque Oros. l. VII c. 28, Zonar. tom. III, Diacon. l. XI Hist. miscel. Porro victoriam hanc quo certiorem habeas, non est prætereunda temporis circumstantia, quæ est anima historiæ; nam licet Lo., Fa. et impressi an. Constantini 27 assignent, reliqui tamen coeunt, ut 26 tribuant Vi., Lo., O., Peta., Fux., Pi., 3. mss. Fab.

(Ibid.) *Constans filius Constantini.* Sic *Constans* ex A., Au., M., uno Vatic., P., Lo., Fux., Mar. et 3 mss. Fab., pro *Constantinus*, ut in impressis, Vi., O., L., Lo. et uno Vatic.; sive *Constantius*, ut in quinque Vatic., Pi., Al., Lod. Nemo, credo, revocabit in dubium, quin nostra scriptio sit purior, qui meminerit ipsum Eusebium jam ante retulisse creationem Constantii et Constantini filiorum in Cæsares ad an. 10 et 20 Constantini. Ex membranis nostris non ita certus peti potest annus, cum alii anno 26 aggregent, ut Fux.; alii an. 27, ut Peta., Pi., Vi., O., Fa., Mar., 3 mss. Fab., Contract. et impressi; alii an. 28, ut Lo. Favet Victor. lib. de Cæsaribus, dum scribit: *Gotthorum Sarmatarumque stratæ gentes: filiusque cunctorum minor Constans nomine Cæsar fit*, etc., *abhinc consumpto fere biennio fratris filium, cui ex parte Dalmatio nomen fuit, Cæsarem jussit;* itaque an. 28 et non an. 30 Constantini, ut vult Eusebius in Historia, sicut supra diximus. Siquidem Dalmatius fit Cæsar an. 30, ut ait Hieronymus. Si autem Eusebius esset auctor horum, non dubitassem rejicere ad ipsum an. 30 eadem ratione, qua creationem Constantini filii majoris reposuimus circa an. 20 Constantini. Sed quia ipse Hieronymus potuit potius Victorem imitari, ut in multis ipsissima illius verba refert, maluimus religiosiores in retinendo, quam temerarii in mutando videri.

(Ibid.) *Pestilentia et fame*, etc. Dira hæc divinæ iræ supplicia sævisse docent Fa., Peta., Pi., Fux.,

Vi., O., una cum excusis an. 27 Constantini: at Lo. an. 28. Cui potius hæreas, non liquet aliunde.

(Ibid.) *Sarmatæ Limigantes, dominos suos*, etc., *expulerunt*. Sic reposuimus pro *Sarmatæ Litigantes*, ut in editis et nonnullis mss.; sed quam accommodate ad rei veritatem? Loci enim difficultas tanta est, ut cum animum nostrum diutius torsisset, majores tamen procellas et æstus excitatura foret, nisi subvenissent mss. codices L., Pi., Peta., tres mss. Fab., M., P., Fux., quamvis in hoc Fux., *Sarmatæ et Limigantes*. Nostra lectio confirmatur ex affinitate dictionis, quæ in aliis exempl. reperitur, licet mendose. Nam in A. legitur *Limicantes*, ubi diversum a primo *c* pro *g*, quarum lubrica est inter se mutatio. In Lo., Al., *eliminantes*; in Vi., O., legitur *dimicantes*, quæ lectio a nostra differt in litteris *D* et *c*, pro *L* et *g*, et est sex Vatic. Nam in septimo idem reperies quod in excusis, nisi quod pro *dominos suos*, legendum exhibeat corrupte *divinos suos*. Sed quod nos magis movet, est auctoritas Ammiani, qui l. XVII et XIX, loquens de Constantii imperio, sæpe facit mentionem Sarmatarum, quos vocat *Limigantes*, eosque facit incolas *in ea parte Sarmatiæ quæ Secundam prospectat Pannoniam*; neque non semel attingit hanc ipsam conjurationem servorum contra dominos, de qua hoc loco Hieronymus.

(Ibid.) *Arcaragantes. Ardaragantes*, P., A.; *Argantes*, A.; *Argaragantes*, M.; *Ardaracantes*, L. Præter hæc motum hunc Sarmatarum describunt libri circa an. 28 Constantini, ut Peta., Pi., Vi., Fux., O., Fa. et cusi; dissidet Lo. qui circa an. 29.

(Ibid.) *Calocerus*. Melius cum unico *l*, quam ut olim *Callocerus*, idque ex præscripto Peta., Lo., Vi., O., Fa., sex Vatic., Fux., Mar. et 3 mss. Fab., et quia ita habent Victor lib. de Cæsaribus. Orosius l. VII c. 28, quibus accedit *Caloceros* in Pi. Minus conveniunt libri, cui anno hæc sint assignanda. Nam Peta., Fux., anno 28 Constantini opponunt; Fa., Vi., O., Pi., Mar., an. 29, ut et cusi; Lo. an. 30.

(Ibid.) *Molitus opprimitur*. Pro *molitur et opprimitur*, ex L., A., M., V., P., O., Vi., Pi., Fa. et trib. mss. Fab., quibus accedit *moliens opprimitur* in Lo. et Mar.

(Ibid.) *Monachum*. Deest in A., Au., M., V., Va., Vat., Fa., Peta., Fux., P., Lo., Vi., Fre., Mar., O.: tamen retinuimus ob auctoritatem vulgatorum, et quia nemo dubitare potest fieri mentionem Antonii monachi, cum idem de eo testatur Athanasius in ejus vita; et quoniam non parum facit ad illustrationem rei temporis circumstantia, scito Peta., Fux., aggregasse ad an. 29 Constantini; cæteros Pi., Lo., O., Vi., Fa. et editos, ad an. 30.

(679.) *Tricennalibus Consta. Dalmatius Cæsar appellatur. Dalmaticus* tres mss. Fab., sed male. Ex superioribus autem liquido constat annumeranda hæc an. 30 Constantini, quod et faciunt Lo., Pi., Vi., O., Fux., Fa., Contractus et impressi; quamvis Peta. an. 29 ascribat, quod et facit Cedrenus. Sed istis adversatur vox *Tricennalibus*.

(Ibid.) *Pater*. Olim *Pather*, sed scripsimus sine *h*, juxta Lo., Pi., Vi., O., Fa., Peta. et tres mss. Fab., et quia sic etiam pingitur apud Ausonium de profes. Burdeg. quibus proxime accedit Hieron. ad Hedibiam, dum eum vocat *Paterium*. Unus est hic codicum consensus, ut indicent ista ann. 30 Constantini evenisse.

(Ibid.) *Eunomia virgo Christiana*. Desiderantur in A., V., P., Lo., Vi., O., Fre., Peta., Fux. et trib. mss. Fab. At in sex Vat. ita leges, *Nazari filia Christiana virgo in eloquentia patri coæquatur, cui nomen Eunomia fuit*, nisi quod in duobus, post *Nazarii* additur *Rhetoris*; in tertio deest vox *virgo*, non secus ac in Mar.; in septimo leges ut in editis. Licet autem a veritate non abhorreant, adjectitia tamen suspicor. Totam sententiam collocant ad annum 30 Constantini, præter impressos, Fa., Lo., Pi., Peta., Fux., Vi., O., Mar.

A (Ibid.) *Vir disertus præfectus prætorii*. Pro *vir disertus prætor*, ut olim, restitui *præfectus prætorii*, secutus L., A., M., V., P., Pi., Vi., O., Al., Lo., Fre., Fa., Fux. et tres mss. Fab., nisi quod L., Pi., M., Lo., Mar. habent *prætorio*, pro *prætorii*, sed de hac scriptura vide paulo post. Quod attinet ad circumstantiam temporis, non est quod diu laboremus, cum omnes membranæ, editiones, et Mar. ad an. 30 Constantini congerant.

(Ibid.) *Eustathius .... Hieros. Martyrium constructum est. Eustachius* Pi., Vi., L., O., Fa. Apud alios auctores illius est altum silentium. Quare autem hoc templum in honorem gloriosissimi sepulcri Salvatoris constructum, ex quinque, quæ ipse Constantinus ædificari jussit Hierosolymis, nuncupatum fuerit *Martyrium*, explicat Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 14, quasi *testimonium et monimentum resurrectionis Christi*. Hoc ipsum vocatur *basilica Constantiniana* Actio. 4 conc. Nicæn. 2, ubi describitur cohonestata multis ornamentis, et præcipue sacris imaginibus Deiparæ Virginis et sanctorum, B sicut etiam testatur Damascenus l. III de Imaginibus. Eusebius autem l. III de Vita Constantini c. 24 et seqq., et l. IV cap. 40 et seqq., pluribus describit illius templi ædificium et splendorem; cujus erectionem seu dedicationem libri aliquot anno 30 Constantini objiciunt, ut Fux., Fa., Vi., O., Pi., quos editi imitandos sibi proposuerunt: alii anno 31, ut Lo., Peta. Sed rectius priores teste Eusebio, qui l. IV de Vit. Constant. cap. 4, hoc idem tribuit anno trigesimo Constantini, et quo ipse dedit Tricennalia.

(Ibid.) *Constantinus extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptizatus in Arianum dogma declinat, a quo usque in præsens tempus Ecclesiarum rapinæ, et totius orbis est secuta discordia*. Habent hoc idem Idac., Mar., septem Vaticani, et omnes libri una cum Contracto; excipio Al., ubi pro *Constantinus*, legitur *Constantius*; et unum ex Vaticanis, ubi *baptisatus martyrium* (pro *in Arianum*) C *dogma declinat*; et Mar., ubi *Constantius filius Constantini Magni extremo*, etc. Excipio etiam Lo., ubi ex una sententia fiunt duæ, spatiis, et velut laterculis distinctæ: prior, *Extremo vitæ tempore ab Eusebio Nicomediensi episcopo baptisatus*; posterior et valde diversa ab aliis libris, *Eusebius in Arianum dogma declinat, a quo usque in præsens tempus Ecclesiarum rapinæ, et totius orbis est secuta discordia*. In quibus, dum librarius studet liberare Constantinum a macula hæreseos, incidit in maximam absurditatem, tribuens Eusebio episcopo Nicomediensi, quod imperatori soli convenire arguunt illa verba, *Ecclesiarum rapinæ et totius orbis*, etc. Cæterum tota sententia, sicut ferunt vulgati, habetur fere iisdem verbis apud Isidorum in Chronico, eumque solum, ni fallor: prima vero pars confirmatur aliquo modo testimonio Socratis lib. I cap. 39, Sozomeni lib. II cap. 34, Theodoreti lib. I cap. 31, Freculphi lib. III cap. 20, Mariani, et Eusebii lib. IV de Vita D Constant. cap. 24, 61 et 62, et post eum Ambrosii in orat. de Obitu Theodos., dum tradunt Constantinum circa finem vitæ baptismate ablutum. Invaluerat enim tunc pravus usus, ut plerique baptismum usque ad extremum vitæ differrent, quo certiores essent de peccatorum omnium expiatione, et salute animæ: ut videre licet apud Augustinum, Chrysostomum et alios illius sæculi, qui in morem illum acerrime invehuntur. Nihilominus non videtur valde probabile Constantinum catechumenum, seu adhuc a Sathana possessum (nam ille, ut loquitur Cyrillus catech. mystago. 1, *in aqua salutis suffocatur*), potuisse interesse tum conciliis ecclesiasticis, tum divinis mysteriis, quæ quotidie per episcopos et sacerdotes in comitatu peragebantur, sicut eum fecisse non solum in Festis Paschæ, sed sæpe alias testatur Eusebius lib. IV de Vita Constantini cap. 46 et alibi. Nam certum est ex innumeris testimoniis non licuisse illis sacris interesse, nisi baptizatis, et nota est hi-

storia Numeriani imperatoris infidelis expulsi ab ecclesia per Babylam episcopum apud Nicephorum lib. VI cap. 36, et lib. X cap. 28, et Constantii celebrantis concilia non in ecclesia, sed in palatio, ut narrat Severus lib. II, quia adhuc ut catechumenus non poterat interesse illis, quæ fiebant in ecclesia, et inter sacra. Quod tamen non ita assero, ut nesciam illud non habuisse locum in Theodosio Magno, quem constat interfuisse conciliis et mysteriis privilegio episcoporum, et tamen eumdem sub finem vitæ fuisse baptizatum testatur Ambrosius. Itaque ejus rei fidem relinquo apud suos auctores, sicut facit Sigonius lib. IV de Occidentali Imperio: supradicti autem scriptores non attingunt, per quem Constantinus baptisma sit consecutus, an per Catholicum episcopum, an per Arianum. Quod per Arianum, hoc tanquam figmentum Arianorum refellunt Nicephorus lib. VII cap. 45, Cedrenus, Anastasius Bibliothec. ms. ex Theophane Græco historico, Antoninus Florentinus, Martinus Polonus, et alii plerique, qui *consentientes Ecclesiæ universali* (ut loquitur Nicephorus lib. VIII cap. 54) multis confirmant Constantinum a solo Silvestro salutari lavacro expiatum. Quod pertinet ad alteram partem, videlicet Constantinum incidisse in Arianismum, solus Lucifer ex veteribus lib. I de Regibus apostaticis, idem sentire videtur; hinc forsan suspicionis ansam captans, quod episcopos catholicos ut Athanasium, et alios in exsilium amandarit circa ultimos ejus annos. Sed hoc factum non provenit ex fide corrupta, sed quia ipse artibus et fallaciis Eusebianorum deceptus (qui licet simularent se Catholicos, Arianis tamen occulte favebant) existimabat ex eo effecturum, ut hoc pacto Athanasius *liber esset ab eorum crudelitate, qui illi per insidias imminebant*, sicut loquitur Athanasius epist. ad solitariam vitam agentes, ubi non solum de sue exsilio illum excusat, sed etiam tuetur ab hac labe hæreseos, quando post obitum Constantini exprobrat Constantio, quod exemplum patris non consectetur, sed sinat se ab hæreticis seduci, ac vocat Constantinum *felicis memoriæ et religiosissimum*. Idem facit Epiph. hæres. 69, dum comparans Constantium cum Constantino patre, illum incusat, *quod non secundum fidem patris processit, sed deviavit*. Hilarius quoque lib. I ad Constantium, ubi vocat Constantium *pietatis paternæ hæredem rebellem*, et Theodor. lib. II Hist. cap. 5, dum introducit Athanasium excitantem Constantem filium Constantini ad patris imitationem, et dum profert litteras ipsius Constantis hortantis Constantium fratrem, *ut hæreditatem pietatis paternæ integram inviolatamque servaret*. His adde, quod sacra antiquitas venerata est Constantinum, ut orthodoxum, et religiosissimum Dei cultorem, et Ecclesia Græca eum semper coluit ut sanctum, ac memoriam recolit die 21 Maii. Jam vero lectio codicis Al., quæ refert integram sententiam ad *Constantium*, videtur posse confirmari auctoritate Damasi, ubi ait (in Actis Felicis papæ tomo primo Conciliorum pag. 440) *Felicem papam declarasse Constantium* (filium Constantini) *hæreticum, et secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi prope Nicomediam in Aquilone* (lege in *Acyrone*) *villa*, et propter hoc ab ipso Constantio martyrio coronatum: a quibus non longe abest Athanasius de Synod., dum ait *Constantium* morientem non a piis viris, sed ab Euzoio Ariano episcopo Antiocheno, sæpius ob Arianam hæresim deposito baptizatum: cui accedit Severus lib. II, dum testatur ipsum Constantium fuisse catechumenum tempore concilii Mediolanensis paulo ante ejus obitum celebrati: et licet possit quis conjicere Constantinum, vel etiam Constantium fuisse forsan primo a Catholicis baptizatum, sed postea in ultimis diebus rebaptizatum ab Arianis, quia mos Arianorum erat rebaptizare eos, qui a Catholicis fuerant baptizati, ut ait August. lib. de Hæres. et constat ex multis aliis scriptoribus; non video tamen, quomodo possit dici Hieronymum hæc intellexisse de Constantio, cum

A omnes libri fidem faciant totum istum paragraphum collocatum ad an. 31 Constantini, nullo autem modo ad tempora Constantii: nisi dicas Arianos jam ab ipso initio Chronici in lucem editi, hæc quæ dicebantur de Constantio, transposuisse in ultimum annum Constantini, atque pro *Constantius* posuisse *Constantinus*. Ex quibus omnibus satis colligitur, quam acri et maturo judicio lumen Historiæ ecclesiasticæ tom. III Annal. pag. 210, excludat hunc paragraphum tanquam adulterinum, et *ab alio appositum, atque totius Ecclesiæ catholicæ consensione, et usu continuato improbatum et rejectum*. Unde cum diu deliberassem num hæc abscinderem, vicit solita religio, ne quid mutarem sine libris. Neque tamen prætereundum omnes codices tam scriptos quam cusos hæc comparare cum an. 31 Constantini, præter Fux. et Fa., qui cum an. 30.

(679.) *In Ancyrone. In Acironiæ*, Lod.; *in Acyronæ*, Lo.; *in Acyrone*, Pi., Peta., L. et Cassiodor.; *in Acinore*, Vi., O.; *in Apcyrone*, in trib. mss. Fab., B *in Achyrone*, Mar.; sed rectior vulgata. Eadem apud Ammianum Marcell. lib. XXII vocatur *Ancyra apud Nicomediam*. Apud Victorem libro de Cæsar., *Achyrona* cum spiritu; apud Idacium corrupte *in Aquiloni*, ut etiam apud Damasum, ut dictum supra.

(Ibid.) *Anno ætatis suæ* 66. In Fux. 63. Sed forsan illa nota 6 est corrupta pro 5, quod fuit facile propter similitudinem. Nam licet alii libri habeant 66: tamen Rufinus lib. I. cap. 11, Sozomen. lib. II cap. ult., et Socrat. lib. I cap. 40, volunt Constantinum defunctum anno ætatis 65, et imperasse ann. 31. Verum Eutropius et Cassiodorus nostram lectionem amplectuntur: ipse auctor lib. I de Vita Constantini cap. 1, scribit eum adeptum imperium an. ætatis 30: Χρόνῳ μὲν βασιλείας τρισὶ δεκάδων περιόδοις τελείαις καὶ προσέτι λῷον τιμήσας, τούτων δὲ διπλήσιον τοῦ παντὸς βίου τὴν ἐν ἀνθρώποις περιορίσας ζωήν, *Deus Constantini regni tempus ad amplius triginta annorum curricula plene expleta confectaque, cum summo honore illi* C *propagavit. Quo annorum spatio duplicato, totius vitæ orbem, quem inter homines peragrabat, quasi termino quodam circumscripsit*. Ex quibus videtur tribuere Constantino annos vitæ tantum 60. Victor libro de Cæsaribus addit duos annos supra sexaginta.

(Ibid.) *Villa publica. Via publica* Lod., sed corrupte, ut constat ex aliis exemplar. et Eutropio. Cæterum non est prætereundum libros extremum hunc actum Constantini non eodem pacto numerare, cum alii 30 ejus annum connotent, ut Peta., Fux.; alii 31, ut Lo., Pi., Vi., O., Fa., quibus et impressos adde, et hi carent dubio.

(Ibid.) *Diebus* 12. *Diebus* 13, Au., P., M., A., Peta.; *diebus* 23, Lo. et Cassiodor.

(Ibid.) *Ablavius*. Sic pro *Abladius* ex fide P., Pi., Vi., O., quinque Vat., trium mss. Fab., et auctoritate Trebellii in Claudio, Zosimi lib. II, Eunapii in Ædesio et lib. I de Episc. et Cler., in Cod. Theodosiano. Cui lectioni accedit *Ablabius* in L., Peta., Fux., A., Lo., M., Al., Mar., sicut Cassiodorus noD vus (nam antiquus *Ablavius*) et Fasti tam Goltzii quam aliorum, dum collocant illum consulem (nam credo esse unum et eumdem) ad an. 23 Constantini: item Ammian. lib. XX, ubi forsan legendum *Ablavius* per *v* sicut legitur apud eumdem lib. XVII. Cum autem apud Græcos scribatur Ἀβλάβιος (quasi dicas *Innocentius*), ut apud Zosimum lib. II, Socrat. lib. VII cap. 12, et littera β reddatur modo per *b*, modo per *v*, utrumque ferri potest. Observabis autem respondere ista in omnibus sive membranis, sive editis, an. 1 Constantii, qui firmatur auctoritate Zosimi lib. II.

(Ibid.) *Præfectus prætorii. Præfectus prætorio*, Vi., O., Pi., Al., V., Va., L., A., M., P., Lo., Mar., et hoc frequentius est apud jurisconsultos. Tamen cum hoc nomen officii sæpius repetatur in hoc Chronico, et jam receptum sit ut in vulgatis ubique, et in iisdem mss. aliquando legatur *prætorio*, sitque frequens

apud Ammianum Marcellinum, Hieronymum, Trebellium, Spartianum, et historicos, nil muto.

(679.) *Sapor rex Persarum*, etc. Designant hæc circa annum primum Constantii Fux., Pi., Vi., O., Fa. et impressi; at Lo. et Peta. ad annum 2. Firmantur vulgati auctoritate Theodoreti, dum in Philotheo in Jacobo Nisibita tradit Saporem statim post obitum Constantini Nisibin obsedisse, quod etiam ipse pluribus narrat lib. II Histor. cap. 30.

(Ibid.) *Dalmatius Cæsar*, etc. Observa Dalmatii mortem opponi anno primo Constantii in omnibus libris, ut Peta., Pi., Vi., O., Fux. et impressis: ni obstaret Lo., qui circa annum secundum refert, sicut etiam vult Cedrenus, et post eum Contractus; sed illa verba Auctoris, *an. imperii sui* 3, firmant vulgatum situm, quibus conveniunt illa Victoris lib. de Cæsaribus, *confestim post mortem Constantini Dalmatius interficitur*. Cæterum illustr. Baronius tom. III conjicit pro *Cæsar* reponendum *Censor*, quod confirmat ex rescripto Constantini ad Dalmatium ex Zosimo lib. II, unde efficit Dalmatium titulo tenus, Cæsaris dignitatem fuisse consecutum: verum cum viderem lectionem receptam in editionibus, stabiliri auctoritate Eutropii, Victoris, et consensu exemplarium, illæsa et immota permansit.

(Ibid.) *Anno imperii sui tertio*. Desunt in A., M., P., Lo., Peta., Fux., Mar., sed ferri possunt, cum non sint contraria veritati historiæ.

(Ibid.) *Jacobus Nisibenus*. *Nisibinus* Fux., ut et apud Zosimum et Contract.; *Nisibicus*, Lo., L., Pi., Lod.; *Nizibinus*, Ado; *Nisibus*, Rhegino; sed primum caret dubio, præcipue quia ita habent alia exemplar., et constat ex Gennadio in catalog. Script., Adone, Theodoreto, Nicephoro, Gregorio Turonensi, et aliis, hunc Jacobum fuisse *Nesibenæ*, vel *Nesibe*, seu *Nisibe*, seu etiam *Nisibis* (nam ita varie scribitur apud bonos auctores) urbis in Mesopotamia episcopum, ideo dictum *Nisibenum*, seu *Nesibenum*; sic eum vocat Gregor. Turonens. Eusebii sectator lib. I cap. 37, et alii appellant *Nisibitum*: hinc castigabis Freculphum, in quo *Jusibenus*. Quomodo autem *Nisibis* urbs sæpius liberata sit precibus sancti hujus episcopi etiam mortui, plura Theodoretus lib. I cap. 7, et lib. II cap. 30, Nicephorus lib. VIII cap. 14, lib. XV cap. 22, Gennadius in catalogo Scriptorum Ecclesiast. Cæterum illum solus Lo. opponit an. 2 Constantii, quem imitatur Contract.; cæteri vero an. 1, ut Fux., Fa., Peta., Pi., Vi., O. et impressi.

(681) *Ex hoc loco .... Constantii regis*. *Constantii imperatoris* Fa., quinque Vatic., L., Lod., Pi.; verum prius in aliis mss. et Mar., ut infra paulo post circa an. Christi 364. Insuper assignant hæc an. 2 Constantii Peta., Pi., Vi., O., Fux., Fa. et impressi; anno 3, Lo.

(Ibid.) *Omnes non suæ partis*. *Omnes suæ partis*, sine *non*, Al. Sed utrumque potest admitti salva rei veritate, sed diverso respectu. Nam si vox *suæ* referatur ad Constantium, retinendum illud *non*, si ad Athanasium, delendum.

(Ibid.) *Constantinus bellum fratri inferens jux. Aqu. Al. occiditur*. *Bellum fratiis*, Lod., L., Pi., sed valde corrupte, ut ex Eutropio lib. X et aliis constat. Nam sine dubio per *fratrem* intelligit Constantem, cui Constantinus bellum intulit. Collocatur autem hæc cædes in Lo. ad an. 4 Constantii: Anastasius vero Bibliothecarius ms. scribit ex Theophane contigisse anno ejus tertio, cui conformes sunt membranæ reliquæ, ut Fux., Vi., O., Pi., Fa., Peta., editiones et etiam Contr. atque Marianus et alii: a quibus stat Victor lib. de Cæsaribus, dum ait *triennio post mortem Constantini cæsum* hunc imperatorem Constantinum filium: tamen situs codicis Lo. firmatur auctoritate Zosimi his verbis, *Constans incautum fratrem opprimere volens inimicitias toto triennio dissimulat*: cui convenit Socrat. lib. II cap. 5, dum ista suggerit, *coss. Acyndino et Proclo*, qui erat an. 4 Constantii, sicut notant Fasti Onuphrii Panvini, et ipsius Cas-

A siod. lib. IV Hist. Tripar. cap. 9. Licet in Chronico constituat illum consulatum ad annum primum Constantii. Sed quanta sit apud eum perturbatio consulum in annis Constantini et filiorum, et quomodo prætererit duos consulatus, sciunt qui vel minimum sunt versati in Fastis consularibus. Nec est omittendum Socrat. lib. II cap. 4, Sozom. lib. III cap. 2, Cassiod. lib. IV Hist. Tripar. cap. 3 et 4, ad eumdem annum et consulem constituere hujus Constantini mortem et Eusebii Cæsariensis Auctoris nostri.

(Ibid.) *Juxta Aquileiani Alsæ*. Sic correximus ex L., Au., M., V., Lo., Lod., Peta., O., Pi., Vi., Fux., Va., Vat., P. et tribus mss. Fab., pro *juxta Aquileiæ Alsam*, ut in vulgatis et apud Albertum; vel *juxta Aquileiam Alse*, ut in Fa. et septem Vatic. Nam etiam constat ex Aurelio in Epitome; *Constantium fuisse projectum in fluvium, cui nomen Alsa, non longe ab Aquileia*. Convenientius Rufinus lib. I cap. 15: *Constantino non longe ab Aquileia apud Alsam fluvium a*

B *militibus interfecto*, etc.; et eo sensu Eusebius vocat *Aquileiam Alsæ*, hoc est, quæ adjacet *Alsæ* fluvio, ut etiam testatur Plinius lib. III cap. 18. Præterea insolens est, ut flumina ab urbibus denominationem sumant, sicut proprium est urbibus.

(Ibid.) *Vario eventu*. Opponunt ista ex adverso an. 4 Constantii Lo., M.; at Contractus an. 5. Cæteri an. 3, ut Peta., Pi., Fux., Vi., O., Fa., Mar., cum quibus concurrunt vulgares; a prioribus stamus propter notam numeralem, quæ apposita est e regione superioris paragraphi.

(Ibid.) *Multæ Orientis urbes terræmotu*, etc. Unanimes editiones an. 4 Constantii ista credidere, ut Lo., Peta., Pi., Vi., O., Fux., Fa., nec dissentiunt Contractus et impressi: Socrates tamen lib. II cap. 10 sub finem, loquens de hoc terræmotu, comparat illum cum an. 5 Constantii imperatoris, et *Consulatu Marcelli*, seu *Marcellini et Probini*: plures alii meminerunt ejusdem terræmotus, ut Oros. lib. VII cap. 29, Greg. Nazianz. orat. de Rebus suis, Ephrem lib. II

C de Vitis Patrum apud Surium tom. II. Verum circumstantiam temporis non observant.

(Ibid.) *Audæus*. *Andæus* in Lod., Mar., Vinc.; *Audeus*, Vi., O., Pi., Lo., Contract.; *Audens*, Fa. Apud Epiphan. hæres. 70, Αὔδιος; Theodor. lib. IV Eccles. Hist. cap. 10, Αὐδαῖος. Unde non levis firmitudo vulgatæ lectioni accedit, quam alii mss. et Mar. habent,

(Ibid.) *In Syriacœle*. In L., Pi., *in Syria*, absque *cœle*; apud Mar. *in Cœlesyria*; sed prima tutior est. Exstat enim in septem Vaticanis, et aliis mss. Est autem eadem regio, quam Scriptura sacra I Machab. X, et II Machab. III et IV, Ptolemæus et alii *Cœlesyriam* vocant; de qua Strabo lib. XVI: *Tota regio ultra Seleucidem et Arabiam recedens Cœlesyria appellatur*; *sita*, ait Apuleius, *supra Euphratem in Libya*, ita dicta a profunditate. Nam κοῖλος cavum significat. Hinc Mela lib. I inter sex partes Syriæ nominat eam, quæ dicitur *Cæle*, seu *Cœle*, sicut Curt. lib. IV; et Plinius, dividens Syriam in undecim par-

D tes, unam facit hujus nominis *Cœlen*, cujus urbs præcipua erat Antiochia. De voce autem *Syriacœle*, pro *Cœlesyria*, Philo lib. de Legatio., Hieron. in Ezechiel. lib. XIV cap. 17, et Daniel. XI, et lib. Quæst. in Gen., Joseph. lib. I de Bell. Judaic. cap. 3, Plin. lib. VI cap. ultimo: usitatius tamen dicitur *Cœlesyria*, *seu Celesyria*.

(Ibid.) *Audæus.... Andæana*. *Audiana*, Vi., Lo., Lod., O., Peta., Pi., Fa.; apud Epiphanium hæres. 70, Αὐδιανοὶ εἴτ' οὖν Ὠδιανοί. Ad extremum dicerem istam periodum objici in omnibus libris an. 4 Constantii, cum ita habeatur in impressis, et prætereа in Peta., Pi., Vi., L., O., Fux., Fa., Mar.; sed impedit Lo., qui opponit anno 5: nil interest quod elegeris.

(Ibid.) *Franci a Constante perdomiti*, etc. Ascribenda docuere anno 4 Constantii Vi., O., Pi., Fa. et impressi. At an. 5, Lo., Peta., Fux., M., Mar., Contract.; quibus adhæremus: nam propius accedunt

ad testimonium Socratis, qui lib. II, cap. 9 et 13, recitat hæc contigisse an. 6 Constantii, seu iisdem consulibus, sub quibus cædes Hermogenis patrata, de qua proxime Cassiodorus hæc ipsa verba refert circa quintum consulatum post mortem Constantini, cum tamen nominat *consules Leontium et Salustium*, qui, ut videre est in Fastis, et colligitur ex Socrate et aliis, est octavus consulatus: hac postrema ratione istud esset referendum ad an. 8 Constantii.

(681.) *Hermogenes..... Constantinopoli, tractus a populo*, etc. Sic pro *Constantinopolim*, ex Al., V., P., Vi., O., Lo., Pi., Fa., Mar., Contract.: quorum verborum is sensus est: non quod Constantinopolim perductus sit, sed quod cum in eum ibi populus insiluisset, captum et interfectum fune traxerit; sic enim Socrates lib. II cap. 13, *fune per urbem tractus est:* quod idem habent Sozom. lib. III cap. 7, et Nicephor. lib. IX cap. 7. Præterea consignari ista variis annis observandum est. Nam Vi., O., Pi., Fa. an. 4 Constantii, sicut impressi. At Lo., Peta., Fux., Mar., an. 5: quibus adhæsimus; siquidem viciniores sunt iis, quæ scribit Socrates lib. II cap. 13, nimirum evenisse sub *consulatu Constantii* III *et Constantis* II. Hunc enim Marianus et Onuphrius in Fastis ascribunt an. 6 Constantii: sicut etiam infertur ex loco cit. lib. IV Hist. Trip. cap. 9, ubi superiores consules ponuntur an. 5 Constantii.

(Ibid.) *Antiochiæ Dominicum aureum dedicatur.* Respondent hæc an. 5 Constantii in Peta., Pi., O., Vi., Fux., Fa., Mar. et impressis. At in Lo. an. 6. Sed rectius priores, teste Athanasio lib. de Synod. *Fuerunt numero, qui Antiochiam tempore Encæniorum* (hujus templi) *convenerant, nonaginta* (Sozomen. lib. III cap. 5, Hilar. lib. de Synod., numerant *nonaginta septem, coss. Marcellino et Probino, indict.* 14, *præsente ibidem Constantio impiissimo imperatore*), dabat enim tunc imperator sua Quinquennalia: cum quo convenit Socrates lib. II, cap. 8. Nam agens de consessu illius concilii Antiocheni, nominat eosdem consules, et observat agi tunc annum 5 a morte Constantini patris, nisi quod pro *Marcellino* legit *Marcello;* vide quæ dicta sunt superius de inchoatione illius templi circa an. Christi 331.

(Ibid.) *Macedonius.... ab Arianis episcopus.* Sic pro *ab Arianis episcopis* ex L., Lo., P., A., Peta., M., V., P., Lod., Fux., Fa., Mar. Nam Macedonius *in sede episcopali* (Constantinopolitana) *magis a populo Ariano et secundum præsidis, quam ecclesiasticum canonem, collocatur*, ut testantur Socrat. lib. II cap. 16, Sozom. lib. III cap. 9, idque anno 5 Constantii, si Peta., Pi., Vi., O., Fux., Fa. et impressis credimus. At si Lo. et Mar. an. 6, sicut etiam infertur ex supradicto loco Socratis lib. II cap. 13, cum hoc etiam constituat sub iisdem consulibus, ut videtur accidisse initio anni. Licet autem Macedonius sæpius fuerit ejectus et restitutus sedi Constantinopolitanæ; tamen Hieronymus hic videtur loqui de eo tempore, quo primum Ariani, Eusebio Nicomediense defuncto, introducunt Macedonium, et catholici Paulum: quod accidit eodem anno, quo cæsus est Hermogenes, de quibus consule eruditissimos Annales summi Baronii. Illa enim historia apud scriptores est tot ambagibus involuta: ut vix possis te sine hujus Thesei filo ab illis expedire.

(Ibid.) *Paulus crudelitate præfecti Philippi* (*nam fautor Macedonii partium erat*) *et Arianorum insidiis strangulatur.* Hæc voluere Pi., Vi., O., Fux., Peta., Fa., excusi, anno 5 Constantii; Lo. an. 6. Sozom. lib. III cap. 8, Socrates lib. II cap. 12, dum hæc consequenter referant post dedicationem hujus Ecclesiæ Antiochenæ, videntur significare contigisse eodem anno cædem Pauli. Verum quod neutro anno illa acciderit, sed multo posterius, evidenter constat ex eo, quod cum quater amandatus esset in exsilium (teste Athanasio epist. ad solitar. et aliis), restituitur post Sardicense concilium litteris Constantis imperatoris, teste Socrate lib. II cap. 18, quod concilium ce-

A lebratum est anno 11 Constantii. Tandem ait Athanas.: *A Philippo præside in exsilium missus est circa deserta Tauri, quo in loco per Eusebianos laqueo strangulatus vitam finiit.* Idem etiam describit in Apologia de sua fuga, illius Pauli necem per Philippum præsidem procuratam, quæ videtur contigisse anno 15 Constantii, ut colligitur ex eodem Athanasio et ex Socrat. lib. III cap. 30 et Sozom. lib. IV cap. 2. Philippus hic videtur idem cum eo, cujus mentionem facit Zosimus lib. II, qui a Constantino ad Maxentium legatus missus est.

(Ibid.) *Maximinus. Maximianus*, Fa., V.; *Maximus*, Vi., O., Vincent., sed prior scriptura retinenda sine dubio ex aliis mss. et Athanasio, Adone, Mariano, et Contracto.

(Ibid.) *Trevirorum. Triverorum*, M.; *Treberum*, P., Peta.; *Trevorum*, L., Pi.; *Treverorum*, Lo., Vincen., Ado, cum aliis exemplar. quæ habent nostram lectionem. Consentiunt Marianus, Contractus, Dio lib. XL, B Vopiscus, Ptolemæus, Trebellius, Prosper infra ad an. 388, sed etiam ipse Hierony. epist. 6, licet lib. de Script. Eccles., utatur etiam voce *Treveris* In Epitome Livii utrumque habetur, et *Treveris* et *Treviris*. Notitia imperii scribit *Triberis;* Ptolemæus Τρίβοροι; Tacitus, Salvianus, Ado, *Treveris*, et hoc usitatius videtur.

(Ibid.) *Athanasius Alexandriæ episcopus cum a Constantino quæreretur ad pœnam, honorifice susceptus est.* Hæsi aliquandiu sequendine libri Lo., Vi., O., Peta., Vincen., Mar., cum suaderent legendum *a Constantio*, sicut vult Lupus in Vita Maximini, et certum est ex Socrate lib. IV cap. 18, et aliis, Constantium, licet fuisset tunc temporis valde adversus Athanasio, eum tamen honorifice suscepisse, post acceptas litteras commendatitias Constantis fratris. Nihilominus retinenda est antiqua lectio, cum auctor hic agat de profectione Athanasii Treverim sumpta occasione ex iis, quæ de Maximino dicenda erant, remque explicet non ut præsentem, sed jam ante præteritam: constat etiam semel tantum Athana-
C sium Treveros in exsilium amandatum a Constantino patre, ut ipsemet testatur: non fuit temere a veteri lectione recedendum. Sic enim is Apologia 2, loquens de Constantino: *Emicuit ira Cæsaris adeo, ut post tot atroces minas nos in Gallias relegarit;* et epist. ad solitariam vitam, etc.: *Pater Constantinus calumnia Eusebianorum Athanasium in Gallias ad tempus amandarit.* Hoc idem testatur Constantinus filius in suis ad Alexandrinos litteris quæ in eadem Apologia referuntur: *Athanasius ut sub me ageret jussus, atque ita in hac urbe* (Treveri) *commoratus est, ut omnibus rebus necessariis abundaret.* Hinc etiam Theodoretus lib. I cap. 30: *Subjeceruntque imperatori* (Constantino patri) *minatum esse Athanasium frumenti se curationem impediturum esse, quibus fide habita, imperator in urbem eum Galliarum relegavit, nomine Treverim, eratque annus ille imperii tricesimus.* Adde quod Constans nondum litteris suis Athanasium Constantio commendarat, ut planum fiet ex iis, quæ subjungit
D Auctor; sed hæc quo demum notiora essent, notantur ad an. 6 Constantii in Vi., O., Peta., Pi., Fux., Fa. et impressis; in Lo. ad annum 7.

(Ibid.) *Sapor Persarum*, etc. Persecutionem a Sapore in Christianos commotam Pi. refert ad an. 6 Constantii; Peta., Vi., O., Fux., Fa., Mar. ad an. 7: quibus conformes sunt editiones; at demum Lo. ad an. 8. Theodor. lib. I Hist. cap. 24, Cedren. in Vita Constant., Sozomenus lib. II cap. 8, videntur referre hanc persecutionem ad an. 21 Constantini, nisi dicas duas fuisse diversis temporibus, licet per eumdem. Verumtamen nullus reperitur, qui scripserit sub Constantino, apud quem fiat vel minima mentio alicujus persecutionis commotæ per hunc Saporem regem Persarum, vivo Constantino; immo ipse videtur hac in re reveritus majestatem et pietatem Constantini; adeo ut ad eumdem legatur misisse legatos et dona ampla *tamquam fœderis et amicitiæ signa*, Eusebius lib. IV de Vita Constantini cap. 8.

(Ibid.) *Neocæsarea .... ac episcopo. Ac episcopis*, Vi., O., Fa. Volebat vir doctus legendum *episcopio*, quo intelligitur domus episcopalis; sed obstant libri mss. et Mar. et illa verba, *cæterisque qui*, etc.: quibus Auctor intellexit diversos, qui erant in Ecclesia, alios ab episcopo fuisse servatos. Magna fuit illius Ecclesiæ prærogativa, ut quamvis illa civitas non his temporibus solum, sed sæpe alias fuerit prostrata terræmotu, ipsa tamen semper manserit incolumis; quinetiam cum edicto Diocletiani omnes ecclesiæ sunt dirutæ, illa tamen intacta permansit propter merita, ut creditum est, sui episcopi S. Gregorii, qui propter multitudinem miraculorum cognominatus est θαυματουργός, id est, *patrator miraculorum*, quique illam ecclesiam construxerat, sicut testantur Theodorus in Collect. lib. II, Gregor. Nissenus in Vita illius Gregorii. Ipsa etiam cathedra episcopalis habuit semper viros in fide catholica celebres (quod rarum in aliis) a tempore illius Gregorii usque ad sanctum Basilium, ipso teste epist. 66. Porro subversionem hanc Peta., Pi., Vi., O., Fux., Fa., Mar., rejiciunt ad an. 7 Constantii; a quibus non absunt impressi; Lo. ad an. 8; nec quæras apud alium auctorem, quod sit certius, cum nullus, quod sciam, meminerit.

(Ibid.) *Titianus... præfecturam prætorii. Præfecturam prætorio* Fux., Lo., L., M., A., Pi. Verum in Vi., O., Fa., *præfecturam prætoriam*. Incertiora sunt, quæ de temporis circumstantia dici debent. Nam in Fa., Fux. et excusis conferuntur cum an. 7; in Peta., Pi., Vi., O., cum an. 8; in Lo. cum an. 9, quem maluimus sequi propter succedentem notam, quæ an. 10 debet opponi.

(Ibid.) *Athanasius ad Constantis litteras. Ad Constantii litteras* Lo.; *ad Constanti litteras*, Pi.; *a Constantis litteras*, Fa.; sed in istis duobus advertis mendum manifestum. Nam lectio Lo. potest utcumque defendi, quia certum est ex Athanasio Apolog. ad Constanti., epistol. ad solit. vit. agentes, et Nicephoro lib. IX cap. 21, Athanasium evocatum per litteras Constantii: tamen quia, testibus Socrate lib. II cap. 18, et ipso Athanasio ibidem et Apolog. ad Constantium, Constans egit per litteras apud Constantium fratrem, ut eum restitueret; alioquin ei indixit bellum; lectio vulgata videtur potius retinenda. Porro M. una cum Contracto hæc appingit anno 9 Constantii; Lo. anno 10; cæteri an. 8, ut Pi., Vi., O., Fa., Fux., Peta., Mar. Verum magis in partes Lo. propendeo: propius enim historiæ veritatem attingit, qua constat Athanasium litteris Constantis reversum Alexandriam non multo post concilium Sardicense, sicut testantur Socrates lib. II cap. 18, et Athanas. Apolog. ad Constantium: Jam vero concilium illud celebratum fuisse *coss. Rufino et Eusebio*, et an. 11 Constantini, tradunt Sozom. lib. III cap. 12, Socrates lib. II cap. 20.

(685.) *Dyrrachium corruit*, etc. Corruisse narrant Vi., O., Pi., Fa. et editi an. 8 Constantii; Peta., Fux., Mar. an. 9; Lo. et Contract. an. 10: quem sequimur propter notam præcedentem, quam collocavimus ad an. 10, et quia omnium librorum unanimis est consensus, singulos paragraphos sese consequi hoc loco, et fere semper eodem ordine, licet non sub iisdem notis.

(Ibid.) *Magnis reip. expensis in Sol. Syr. portus*, etc. Ut minus dubites, observato annum, non quem indicant præter editos, Pi., Vi., O., Fux., Fa., Peta., M., hoc est anno 9 Constantii; sed quem Lo. an. 11, quem sequimur propter rationem jam dictam in præcedentibus notis. Si sequendus est ordo Cassiodori, prout habent ejus libri, in quibus hoc ipsum iisdem verbis profertur, circa consulatum Rufini et Eusebii, qui est in illis nonus annus, post mortem Constantini, dicendum est eum favere prioribus; sed si spectemus veram rationem consulum, juxta quam illi consules concurrunt cum anno 11 Constantini, rectius liber Lo.

(Ibid.) *Portus. Porticus* A.; sed corrupte. Diximus autem antea circa an. Christi 167, ex Plinio, Seleuciam esse sitam ad flumen Tigrim. Hinc intellige cur ibi portus fuerit necessarius.

(Ibid.) *Rursum Sapor*, etc. Nisibis obsidionem opponunt Lo. anno 11 Constantii; Fa. an. 10; in quo habet imitatores excusos. At Peta., Pi., Vi., O., M., Fux., anno 9. Sed sequendus Lo. propter superiora, aut nulla librorum ratio habenda in ordine versiculorum.

(Ibid.) *Eusebius Emisenus*. Additum est *episcopus* in L., A., V., Vi., Pi., Lo., Sa., pro *Eusebius Emisenus*, vel *Eusebius Emesenus*, ut in Fa. Varietas vero hæc librorum varietate situs augetur. Nam Peta., M., Pi., Vi., O., Fux., Fa., Mar. an. 10 consignant, quod et faciunt editi; at Lo. an. 12.

(Ibid.) *Solis facta defectio*. Defectio hæc non levem anni peperit obscuritatem, cum in aliis an. 10 Constantii respondeat, ut in Peta., Pi., Fux., Fa. et cusis, qui firmantur Cedreni assensu. Cassiodori quoque si habeatur ratio, quod ipse hoc idem refert circa consulatum 10 post mortem Constantini, sed ad annum 12, si illi consules, *Philippus et Sallia* seu *Sallea*, quos nominat illo anno, fuerunt anno 12, ut habent Fasti, et colligitur ex locis citatis Socratis et Sozomeni: et sic etiam notat Lo. ad eumdem an. 12; contra Vi., O., Mar. ad an. 11, quos sequimur, quia Socrates lib. II, cap. 20, comparat hanc defectionem cum *Coss. Rufino et Eusebio*, qui concurrunt cum an. 11 Constantii, ut diximus ex iisdem Socrate et Sozomeno, et observat Onuphrius in Fastis, et in Chronico Ecclesiastico. Ammianus initio lib. XX facit mentionem alterius eclipsis, tempore Constantii, sed annis 13 serius, cum eam referat *ad Consulatum Constantii* X *et Juliani* III. Vide accuratissimam observationem doctissimi Josephi Scaligeri lib. V de Emendat. tempor. pag. 479.

(Ibid.) *Bellum Persicum.... apud Singaram*. Sic pro *Singarum* ut in vulgatis, et apud Eutropium Vineti. At in editione Wecheliana, *Singaram*. Pæanius, ἐν Σιγγάροις. Secuti sumus L., A., M., V., Lo., Vi., O., Fa., Peta., Va., Vat., P., Pi.: de qua urbe Plin. lib. V cap. 24, Stephanus de Urbibus, Σίγγαρα πόλις Ἀραβίας; Ammian. lib. XVIII, Sozom. lib. VII cap. 18. Ptolemæo mons est Mesopotamiæ. De *Singaro* urbe vix uspiam leges. Obscurior est temporis rei gestæ circumstantia, cum Vi., O., Fux. commendent an. 11 Constantii, ut et impressi. At vero Peta., Pi., anno 10; Lo. an. 12. Socrates lib. II, cap. 26, refert hoc bellum sub *consulatu Sergii et Nigriani*, et anno 4 post synodum Sardicensem, quam diximus celebratam an. 11 Constantii ex eodem Socrate lib. II cap. 20; itaque an. 15 Constantii. Nihilominus ille consulatus constituitur a Cassiodoro anno 12 Constantii, et forsan Hieronymus in hoc secutus est eumdem auctorem, quem Cassiodorus.

(Ibid.) *Bizabdæ. Bizabde*, Pi., A., Lo.; *Byzabdæ*, O., Vi.; *Bizabde*, Fux.; *Bizalde*, Peta.; *Abizabde*, P., et sæpe assumpta *a* præpositione præcedenti *Bezabda*. Ammiano lib. VIII et XX, *Bizabda*; Pomp. Læto, et Cuspiniano.

(Ibid.) *Amida. Amidæ*, P.; *Amide*, Vi., O.; *Amicle*, Fa.

(Ibid.) *Hierosolymorum. Hierosolymarum*, L., A., Lo., Pi.

(Ibid.) *Maximus quadragesimus... moritur*. Horum situm castigandum pronuntiat Annalium Ecclesiast. parens tom. III Annal. pag. 356. Nam contendit obitum Maximi evenisse anno 15 Constantii, et non 11, ut olim; eo quod idem Maximus habuerit concilium Hierosolymis, una cum Anastasio, anno 14 Constantii. Itaque cum aliquot libri, ut Peta., Pi., Vi., O., Fux., Fa., præter editos, hæc ascribant eidem anno 11 Constantii, et Lo. anno 12, huic nos adjunximus, quo propius ad tanti viri, quem omnes pii et probi jure colunt et observant, sententiam accederemus, quantum licuit per exemplaria.

(683.) *Moritur: post quem.* Sic ex A., L., Lo., Vi., Pi., Peta., M., Va., O., septem Vat., P., Fa., pro *moritur primus post quem:* nam dictio illa *primus*, erat inversa, ac e suo loco mutata, ut cernis ex sequenti nota.

(Ibid.) *Invadunt, id est Cyrillus.* Interjecimus *id est*, ex L., A., Vi., Pi., M., V., O., Va., Vat., Lo., P., Peta., Fux., pro *invadunt Cyrillus.* Ad hæc vox *primus*, quam superiori nota expunximus, huic loco reservanda videbatur vice *id est*, ne penitus inutilis esset; sic enim illustrissimus Baronius referens hunc locum tom. III, pag. 536, pro *id est* habet *primum;* nec dubito quin ex aliquo chirographo: id tamen a nobis recipiendum fuit, de quo certius constabat per libros.

(Ibid.) *Cyrillus Irenæus.* Pro *Irenæus* in Fa. *Humeus;* in Vi., O. et Lo., *Hyreneus;* in Peta. et Fux., *Hirenius;* in Pi., *Hiereneus.*

(Ibid.) *Post mortem ejus ita ei ab Acacio.* Sic reponendum docuerunt L., M., P., Lo., A., Vi., O., Pi., Fux., sex Vatic., pro *post mortem ei ab Acacio*, ut in impres. et aliis mss.

(Ibid.) *Ab Acacio. Ab Agapio*, Lo.; *ab Achatio*, Vi., O.; *ab Acatio*, L., Pi., Fux., Fa.; *Accacio*, Peta. Nostræ orthographiæ auctores habemus Hieronymum lib. de Script. Eccles., Socratem lib. II cap. 4 et 40. Sozom. libro III cap. 14, Ἀκάκιος: nec obstat quod apud Eusebium lib. VII Histor. cap. ult. fiat mentio Agapii episcopi Cæsareæ. Nam hic multis annis ante illum decesserat.

(Ibid.) *Arianis episcopis. Arianis* deest in P., Vi., O., L., Pi., et vox *episcopis* in A., M., P., Lo., Fux., Peta.: tamen neutrum repugnat veritati historiæ.

(Ibid.) *Ministravit. Administravit* L., A., V.: sed prius præstat; proprium enim diaconi *ministrare*, cum τὸ διακονεῖν nil aliud significet.

(Ibid.) *Pensatus Heraclium, quem.* Suadentibus L., A., M., V., Va., Pi., Vi., O., Vat., P., Lo., Peta., Fa., Fux., abdicavimus vocem *in*, cum vulgati sic haberent, *pensatus in Heraclium quem.*

(Ibid.) *Regradavit. Degradavit* Lo.

(Ibid.) *Liberius XXXIV Rom.* etc. In Liberii sede præfigenda liberiores sunt codices. Nam Peta. revocat ad an. 11 Constantii; Fux., V., O., Pi., Fa., septem Vatic. et impressi ad an. 12; Lo. ad an. 13; Mar. ad an. 14. Præferendi cæteris ensi: sic enim stabilito hoc situ, anni 17 Marci et Julii antecessorum complentur, et propius acceditur ad mentem Onuphrii, qui vult hunc Liberium sedisse an. 13, mens. 4, dieb. 17; sed Baron. an. 15, mens. 4, die 1, et Mar. an. 15, mens. 7, dieb. 3, licet Anastasius Biblio. velit tantum an. 10, mens. 7, dies 3.

(Ibid.) *Quo in exsilium ob fidem truso... quasi victor intraverat.* Vulgati habent, *quo in exsilio*, sed sic restituendum docuerunt L., A., Al., M., P., Vi., O., Peta., Pi., Lo., Lod., Fux., sex Vatic., Sa., Albertus, et sic refert illust. Baronius tom. III, pag. 536. Ne autem mireris, si sex istas lineas collocaverimus sub Liberio post illa verba, *ordinatus episcopus*, cum olim ita fœdissime essent transposita, ut sequerentur proxime illa antecedentia, *in presbyterum regradavit*, quasi dicta essent de Hilario Hierosolymitano episcopo, cum de Liberio sint accipienda. Nihilominus hac in re secuti sumus veritatem historiæ, et fidem supradictorum exemplarium, septem Vatic., trium mss. Fab. et Contracti, quibus consonant, quæ leguntur apud Socrat. lib. II cap. 36, et Theodoret. lib. II cap. 17, Sozom. lib. IV cap. 15, qui omnes testantur Liberium ab exsilio revocatum post annum, vel post biennium (ut ait Athanas. in epist. ad solitar.), *expulso Felice a populo Romano tumultuante.* Illustr. Baronius summo judicio subodorabatur latere hic mendum: nam dum hæc, ut erant olim, refert tom. III, pag. 536, subdit, *sed, ut puto, multa mendose leguntur.*

(685.) *Pejeraverunt. Perjuraverunt*, L., A., P., Pi., Lod.; *curaverunt*, unum ex Vaticanis.

(Ibid.) *In hæreticam pravitatem. In hæretica pravitate*, A., L., V., P., Vi., O., Pi., Lo., Fa., Peta., septem Vaticani, Mar.: sed utrumque recidit in eumdem sensum. Quod autem Liberius dicitur hoc loco subscripsisse hæreticæ pravitati, hoc ipsum confirmat Hiero. lib. de Script. Eccles., in Fortunatiano, quem vocat *detestabilem*, *quod Liberium ad exsilium per gentem primus sollicitavit et fregit, et ad suscriptionem hæreseos compulit.* Cui quodammodo suffragantur Athanas. epist. ad solit. vit. ag., dum ait, *Liberium minis mortis ad subscriptionem adductum fuisse*, et Hilar. ad Constantium, ubi damnat ipsum Constantium, *quod majore impietate remiserit Liberium, quam relegaverit.* Nihilominus certum est formulam fidei, cui subscripsit Liberius, quæ fuit una ex tribus, quæ fuerunt editæ in Sirmiensi concilio, seu potius conventiculo, non damnasse in Filio nomen consubstantialitatis cum Patre, sed tantum illud silentio præteriisse: siquidem asseverabat Filium esse ejusdem cum Patre substantiæ, quod idem est ac dicere esse Filium Patri consubstantialem. Tamen quia hæretici in alium sensum vocem *substantiæ* inflectebant, ideo a patribus judicatum est majoris ponderis esse dicere *Filium consubstantialem* quam *ejusdem substantiæ;* licet autem illa professio videri posset catholica, tamen quia carebat voce illa *consubstantialitatis*, quam majores adversus Arianos magna semper constantia defenderant, quo Liberius erat illustrior persona, rumor magis increbuit contra eum. Nam qui in Oriente degebant, crediderunt Liberium non tantum verbum consubstantialitatis rejecisse, sed etiam asseverasse Filium Patri omnino dissimilem, ut ait Sozom. lib. IV cap. 14; qui vero in Occidente, ipsum Constantio adhæsisse, et hæreticum evasisse, tum quod visus est prodere fidem Nicænam, omittendo vocem consubstantialitatis, tum etiam quia subscripsisset in causa contra Athanasium, et communicasset cum Arianis, quorum communionem antea abhorrebat: nullo tamen modo videtur revera habendus hæreticus, quia semper perseveravit in fide catholica, sicuti pluribus confirmat magnus Baronius tom. III Annal., apud quem reperies, præter alia testimonia, litteras Liberii, ex quibus superiora confirmantur. Propterea non desunt inter veteres, qui eum ab omni suspicione hæreseos penitus liberent, asserantque eum Constantio imperatori Ariano semper constanter restitisse, et præcipue tempore conc. Ariminensis: sic Socrates l. II c. 17, l. IV c. 29; Sozom. l. IV c. 11, l. VI c. 23; Theodor. l. II c. 15, 16, 17; Rufin. l. I c. 22 et 27, l. II cap. 10; Niceph. l. IX cap. 33, 35, 36 et 37, ubi inter cætera docet falsum rumorem hæreseos, contra Liberium ab Eudoxio Ariano sparsum fuisse. Hinc Ambros. l. III de Virgi. vocat Liberium *virum sanctæ memoriæ*; Basil. epist. 74, *virum beatissimum*; Epiph. hær. 75, *beatum;* et in Martyrologio Bedæ VIII kal. Octob. recensetur inter sanctos.

(Ibid.) *Magnentio. Magnetio* sex Vatic., P., Fa. et primæ editiones, tam hic quam aliis in locis. Auctor marginis impressorum Basileæ et Parisiis, notaverat legendum *Maxentio*. Verum perperam: primum enim comprobatur ab aliis mss., Contract. et Mar., tam hic quam in sequentibus, a Vopisco, Zonara tom. III, Eutrop. l. X, Rufino l. I c. 19, Athanas. Apol. ad Constantium, Zosimo l. II, Socrate passim, et Fastis. Præterea superius jam nobis occurrit obitus Maxentii, ita ut de eo nullo modo possint hæc dici.

(Ibid.) *Magnentio apud Augustodunum arripiente imperium, Constans.... interficitur.* Apud *Augustronum* Fa.; *apud Augustidunum*. Vi., Fux., O.; *apud Augustudunum*, Pi. Denique, licet Peta. et Mar. aggregent ista ad an. 12 Constantii, Lo. ad 15, frequentiores tamen sunt, qui ad ann. 13, ut editi, ad quos accedunt Fux., Vi., M., O., Pi., Fa.; Socrates autem l. II c. 26, et Cassiod. in Chron. accensent ista

consulatui *Sergii et Nigriani*, quem Socrates, ut colligitur ex l. II c. 20, et Sozom. l. III c. 12, componunt cum anno 14 Constantii, sicut faciunt Fasti, Onuphrius, et Baronius, sed ipse Cassiodorus cum an. 12: tamen si illi restituantur duo anni, quos ipse præteriit, hoc pacto conveniet cum cæteris. Quibus adhæsissemus, si affulsisset aliquis liber, et nisi obstassent illa Auctoris verba (si tamen sunt illius), *imperii sui anno* 13, et nisi Constans ipse cœpisset imperare una cum Constantio fratre; hæc enim si mutationem recipere debeant, ordo subsequentium valde perturbabitur. Nam licet hujus Constantis cædes inciderit in mense Febr. illius consulatus, qui est 14 post mortem Constantini patris, et jam imperasset a die XI kal. Jun. consulatus *Titiani et Feliciani*, qui erat 15 consulatus retrogradiendo annos 13, mens. 7, et aliquot dies; tamen quia cœpit regnare cum Constantio eadem die et eodem anno; quæ ratio ut idem annus qui habetur 13 imperii Constantii non dicatur etiam an. 13 Constantis? vel quæ causa ut ille annus, qui esset an. 14 imperii Constantis, non sit etiam an. 14 Constantii? Adde quod auctor forsan aliter sensit de die ortus et occasus imperii Constantis, quam ferant Fasti et vulgus historicorum.

(Ibid.) *Cui Helena. Cui Helene*, Vi., O., Pi., Lo.; *cui Helena*, Lod., sicut habent Victor., Oros. l. VII c. 29, Zonar. tom. III, Zosim. l. II., Ἑλένη. Porro nostra lectio est Eutrop. l. X, Cassiod., Mar., et aliorum librorum.

(Ibid.) *Imperii vero sui an.* 13. Desunt in A., Au., Peta., M., P., Fux., Mar.; sed non dissident a Victore in Epito. et aliis, licet apud Eutropium (ex quo hæc sumpta videntur fere ad verbum) et apud Zonar. et Cedrenum dicatur mortuus anno 17 imperii; sed dicendum est hos tres comprehendere annos, ex quo, ut Cæsar, regnavit cum patre. Nam, ut ait Victor in Epito., *Cæsar triennio fuerat.*

(Ibid.) *Vetranio. Veteranio*, L., Lo., Lod., Pi., P.: sic etiam Ammian. initio l. XV et XXV, Eutrop. l. X, nisi quod in codice Fuldensi, teste Sylburgio, legitur *Vetranio*. At Pæanius, Zonaras tom. III, et Zosim. l. II, Som. l. IV c. 4, Βρεταρίων; Cassiod. l. V Hist. Tripar. c. 4, *Betranio*; sed Latinis scriptoribus de Latinorum nominum orthographia, potius credendum, quam Græcis aut Græcorum interpretibus: ideo prima lectio est receptior ex mss., tam hic quam in sequentibus, et ex Freculpho, Orosio l. VII c. 29, Aurel. Victore lib. de Cæsaribus et in Epitome, *Britanio* Nicephoro l. IX, c. 28. At in Fa., uno loco *Veturianus*, in altero *Vetranio*.

(Ibid.) *Victorinus*, etc., usque *docet*. Desiderantur in L., Peta., A., M., P., septem Vatic., Lo., Pi., Vi., O., Fa., Mar., Fux. et trib. mss. Fab.; nec injuria, nam paulo post reperiuntur sub an. 20. Tamen noluimus delere, propter fidem codicum impressorum et aliquot mss., satisque fuit notasse diversis typis, ut suspecta.

(Ibid.) *Romæ populus*, etc. Hæc in editis et in Lo. jacent ex adverso an. 15 Constantii; in Fa. an. 14; in Peta., Pi., V., O., Fux. an. 13: quos sequimur, quia certum est præcessisse cladem Magnentii, quæ sequenti anno contigit. De hoc ipso vide Zosim. l. II.

(Ibid.) *Magnentianos*. Suadebant exemplaria L., A., Lo., Peta., P., M., V., Vi., O., Pi., ut apponeremus *Magnentiacos*, seu *Magnetiacos* ut in Fa. Verum cum prius legatur apud Eutrop. l. X, et alios, quis mutationi locus?

(Ibid.) *Heraclida. Heracliada* Fa., Lo.; *Eraclida* Vi., O.; *Heraclio* Al. Athanasius epist. ad solitar. et alii meminerunt quidem *Heraclii comitis*, missi Alexandriam contra Athanasium a Constantio, sed qui diversus videtur ab hoc.

(Ibid.) *Nepotiani caput*, etc. Codices circumtulere caput hoc per varias sedes. Nam Peta., Pi., Fux. ad an. 13 Constantii; Vi., O., ad an. 14; tres mss. Fab. ad an. 15; Lo. Fa. et impressi ad an. 16. Maluimus priores sequi, quia contigit ipso anno primo Magnentii, ut testantur Socrates l. II c. 25, Zosimus, Victor, Eutropius l. X, Diaconus, et alii, et ut aiunt Eutropius, Diaconus et Victor in Epitom., *Nepotianum* 28 *die Magnentius oppressit.*

(Ibid.) *Caput pilo. Caput pila* Al., sed mendose: sciunt omnes quanta sit utriusque differentia.

(Ibid.) *Vetranioni apud Naisum*. Olim et in nonnullis mss. et Mar. depravate *apud Narsum*. Sed nostram emendationem præferendam docuerunt L., A., V., P., Lo., Peta., Lod., Pi., O., Vi., *apud Naysum*, ut in Fa. Naisi urbis Pannoniæ meminit Zosimus l. I et III. Item Athanasius Apol. ad Constantium. Eadem videtur quæ apud Ammian. Marcellin. l. XXI *Næssum* dicitur. Adde quod *Narsi* urbis nulla exstant vestigia apud ullum bonum auctorem. Neque prætereundum difficile posse codices conciliari in assignanda his sede, cum aliqui circa an. 13 Constantii reponant, ut Peta., Fux., Mar.; alii circa an. 14, ut Pi., Vi., O.; alii circa an. 15, ut tres mss. Fab.; alii circa an. 16, ut Lo.; alii circa an. 17, ut Fa. et impressi. In hac varietate nos quasi mediam viam sequentes hæc reposuimus ad an. 14 Constantii. Nam licet viderentur collocanda ad an. 13, quia certum est Vetranionem eodem anno creatum Augustum, quo Constans cæsus est, et Victor scribat eum *non multos post dies a Constantio fuisse regno exutum*: tamen quia ex Zosimo l. II et aliis colligitur, ut observat Baronius, Vetranionem non ita subito exstinctum, sed multo post, propterea placuit magis illa sedes ad an. 14.

(Ibid.) *Magnentius Mursæ. Nursæ* Al., *Murse* Vi., *Mursiæ* O. In Fastis Onuphrii et apud Victorem in Epit., *apud Mursiam*. Apud Cassiod. l. V Hist. Tripart. c. 10, *in Mirsam*, seu, ut in posteriore editione, *in Mursam*, seu, ut habet ms., *in Missam*. Severus l. II habet uno loco *apud Morsam*, et altero *Mursiæ*. Orosii vetus editio *apud Myrsam*, recentior *apud Mursam*. Pæanius vitiose ἐν Μούργῃ littera γ pro σ. Verum vulgatæ favent alia exemplaria tam hic, quam paulo post cum Freculpho, Mariano, Socrate l. II c. 32, Eutropio l. X, Zosimo l. II, qui etiam compellat hanc Μοῦρσαν, *Mursam* (nam quin sit quædam urbs in Pannonia ejus nominis, nemo contendit), ubi devictus est Magnentius, esse urbem in Pannonia, quem sequitur Sigonius l. V de Occid. imper. At Socrates et Cassiod. in Hist. Tripart. *munitionem in Gallia a Lugduno iter tridui distantem*: sicut etiam sensisse videtur Ortelius; utrinque rationes afferri possunt, quas Notarum brevitas non patitur. Ad extremum hæc habentur circa an. 17 Constantii in Fa. et vulgatis: licet Vi., O., Mar. circa an. 15; Fux., Pi., Peta. circa an. 14; tres mss. Fab. circa an. 15; Lo. circa an. 16. Nos selegimus annum 14, quia, teste Eutropio, ut diximus, Gallus Cæsar creatus est (de quo agetur in sequenti versiculo et anno) post victoriam de Magnentio.

(Ibid.) *Gallus Constantii patruelis, Cæsar factus.* Iste Gallus vocatur in antiquo Cassiodoro *Constantius junior*; in recentiori, *Constans Cæsar*; in codice Theodosiano sæpe *Constans*, aliquando tantum *Cæsar*; in Fastis *Constantius Gallus*. Dicitur autem ab auctore et Victore *patruelis Constantii*, quia erat filius una cum Juliano Apostata, Constantii fratris Constantini Magni, a patre Constantio Chloro, ut habet Hist. Trip. l. V c. 5 et 12, et constat ex Zosimo, Victore et aliis. Ideo vocatur a Socrate l. II c. 28, Constantii Ἀνεψιός. Erudite et summo cum judicio illust. Baronius tom. III Annal. ad an. Christi 450 et 451 judicarat Gallum creatum Cæsarem an. 15 Constantii, et *interversum in hoc esse Hieronymi Chronicon, nullum posse dubitare, quo Galli Cæsaris creatio recensetur anno* 17 *Constantii*. Siquidem in M. Pi., Vi., O., L. et trib. mss. Fab. an. 15 Constantii notatus est ad latus hujus paragraphi *Gallus Constantii*, etc., licet apud Mar. an. 13, in Lo., an. 16, in Fa. et editis an. 17, in Vi., Fux., O., Contract. ann. 14.

Sed placuit priores sequi. Inter varias enim et dissentientes opiniones de anno quo hic Gallus creatus est Cæsar, duæ inter cæteras eminent, quæ veritati magis videntur suffragari: prior quæ hoc tribuit an. 14 Constantii, altera quæ an. 15. Prior videtur firmari auctoritate Diaconi et aliorum, qui volunt Constantium Gallum factum Cæsarem mox post cæsum Constantem propter occupatum imperium a Magnentio, Vetranione et aliis, quorum occasione totum imperium videbatur periclitari, et ille an. 14 est Hieronymo 13, propter jam dictam rationem. Posterior stabilitur auctoritate Victoris, Eutropii, Zosimi, qui conveniunt in hoc ut scribant Gallum Cæsarem factum fuisse post exspoliatum Vetranionem: immo etiam Eutropius vult post Magnentium victum. Nam ipse, eodem ordine, quo auctor, et iisdem fere verbis, refert hunc et omnes superiores versiculos. Adde quod non nisi in Quinquennalibus, Decennalibus et similibus spectaculis Cæsares solerent dici, ut ante præmonuimus.

(685.) *Gallus Judæos*, etc., *multis hominum millibus. Multis Romanorum militibus* L., P., Pi., O., sed mendose: præterea non ita certo convenit inter codices, cum Fux. et Peta. anno 14 Constantii opponant; Vi., Pi., O., tres mss. Fab., Contract. et Mar. an. 15, Lo. 16, Fa. et impressi an. 17.

(Ibid.) *Nonnulli nobilium Antio. a Gallo interfecti.* Ante hæc præmittuntur immediate in A., M., P., Fux., Peta.: *Jubilæus secundum Hebræos*; sed videat lector quomodo constare possit: cum enim jubilæus spatium 50 annor. coerceat, initium nonnisi in quinquagesimum primum, vel 101 annum cadere potest. At an. 19 Constantii concurrit (ut vides hoc loco) cum an. 2370 ab Abraham, et an. 51 ab Abraham incipiebat initium 41 jubilæi, teste Eusebio supra; hinc si subducas a 2370 singulos jubilæos, seu 50 annos, supererunt an. 19. Nisi dicas Hebræos, de quibus loquitur, aliam et diversam rationem numerandi vel deducendi annos inire solitos ab ea quam Auctor persequitur: unde nec mirum si quinquagenarius Hebræorum non concurrat cum quinquagenario Eusebii: quia tamen illorum supputatio omnino est ignota, utpote a nullo veterum explicata, liberum de ea re cuivis judicium permittimus. Non est prætereundum cædem hanc nobilium referri ad varios Constantii annos, ut in Vi., O., Pi., Peta., Fux., tres mss. Fab., ad an. 15; in Lo. ad an. 16; in Fa. et impressis ad an. 17. Sed priores sequimur non solum propter majorem numerum librorum, sed etiam propter notas subsequentes.

(Ibid.) *Syriæ populis .... apparuit.* Desiderantur in A., L., M., Peta., Lo., septem Vatic., P., Pi., Vi., Fa., O., Fux. Sed Cedrenus consignat ad an. 19 Constantii, quod tamen non videtur verisimile; nam hoc accidisse circa victoriam contra Magnentium et Galli adventum (de quo auctor hic) in Antiochiam, et post cladem Magnentii, de qua supra, sed mensibus tribus et aliquot diebus ante ejus obitum, qui, teste Diacono l. xi, contigit 18 kal. Septembr., colligitur ex Actis S. Arthemii (seu Artemii) Martyris sub Juliano apud Surium tom. V, die 19 Octob. ex Metaphraste: *Cum*, inquit, *expugnatus esset Magnentius, signum crucis maximum mirifice apparuit, adeo ut admirabili splendore superaret lucem diei; visum est Hierosolymis circa horam diei tertiam, cum esset dies festus qui dicitur Pentecoste, pertingens a loco qui dicitur Calvaria usque ad montem Oliveti.* Idem clarius significant Socrates l. ii c. 28, Sozom. l. iv c. v, Hist. Tripar. l. v c. 5, Diaconus, lib. xi: *Gallo ad Antiochiam*, inquit Diaconus, *veniente, circa Orientem signum apparuit in cœlo die Pentecostes: columna namque sub specie crucis in cœlo visa est speciem luminis habens extensam a Golgotha usque ad montem Olivarum*, etc. Jam vero rem totam pluribus describunt præter citatos, Cedrenus, Nicephorus, Glyca iv par. Annalium, Gelasius, Cyzicenus l. i de Actis synod. Nicæn. c. 6, Alexander Monachus Hist. de inventio. crucis, sed præcipue ipse Cyrillus episcopus Hierosolymitanus, ut testis oculatus, epist. ad Constantium Imperat. in fine Cath. Mystago., cujus verba digna sunt quæ legas, cum ratio notarum ea transcribere hoc loco non patiatur. Ejus signi crucis magnitudinem refert etiam Nicephorus l. ix, c. 32: *Occupaverat*, inquit, *cœlo incumbens circiter quindecim stadia: longitudo ejus, quantum colligere licuit, a Calvariæ monte ad eum, qui dicitur Oliveti, pertingebat; latitudo autem quæ longitudini ei proportione conveniret.* Quæ res ita fuit notissima omnibus, ut multis infidelibus occasionem dederit religionem Christianam profitendi, sicut testantur ipsi scriptores: atque ut Christiani deinceps in Ecclesia Orientali, hoc insigne miraculum anniversaria celebritate recolerent die 7 mensis Maii, ut videre licet in eorum Menologio seu Rituali, εἰς τὰς ζ ἡ ἀνάμνησις τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ φανέντος σημείου σταυροῦ ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλὴμ, περὶ ὥραν τρίτην τῆς ἡμέρας, ἐπὶ Κωνσταντίου βασιλέως, ἀπὸ τοῦ ἁγίου Κρανίου ἐκτεταμένου, δι' ἀστέρων, ἕως τοῦ ἁγίου ὄρους τῶν ἐλαιῶν, *die septimo mensis Maii commemoratio ejus, quod in cœlo apparuit, signi crucis in civitate Hierosolymitana, circa horam tertiam diei, sub Imperatore Constantio, extensi a sacro monte Calvariæ per stellas, usque ad sanctum montem Olivarum.* Ad ultimum ne quis existimet diversum esse signum ab eo quod Auctor refert apparuisse Syriæ populis, nemo nescit Judæam nomine Syriæ contineri: numerant enim Plin. l. v c. 21, et Mela l. i c. 11, et alii, inter duodecim regiones Syriæ, quæ sunt Palæstina, Judæa, Cœle, Phœnice, Damascena, Babylonia, Mesopotamia, Sophene, Comagene, Adiabene, et Antiochia.

(Ibid.) *Magnentius Lugduni*, etc. Aggregantur hæc ad an. 16 Constantii in Lo., M., Peta., Pi., Vi., tribus mss. Fab., O., Fux., et apud Mar. ac Contract.; at in Fa. et impressis ad an. 18, ex quibus quia alterutrum fuit seligendum, potior visus est priorum situs, quia præter fidem, quæ majori numero debetur, urget auctoritas Victoris in Epitome et Diaco. l. xi, dum tradunt Magnentium *regnasse mensibus* 42; vel, ut loquitur Zosim. l. ii, *tribus annis et sex mensibus*; vel, ut ait Eutrop. l. x, *an.* 3, *mens.* 7. Si tamen sperassem auxilium alicujus libri, libenter reposuissem ad an. 17. Primo, quia, ut diximus, Magnentius suscepit purpuram consulatu 14 post mortem Constantini, et proinde illi tres anni et semis convenientius coincidunt in illum an. 17 Constantii: facit etiam auctoritas Socratis l. ii cap. 32, et Diaconi l. xi, dum scribunt Magnentium occubuisse in *consulatu Constantii* vi *et Galli Constantii* ii, xviii kal. *Septemb.* Unde ex primo emendabis alterum, apud quem pro *expiravit Magnentium, anno imperii Constantii sexto et Galli Constantii Consulatus anno secundo*, legendum est, *expir. Magn. anno imperii Constantii* xvi, *consulatu Constantii* vi *et Galli Constantii* ii. Adde quod ille consulatus est in Fastis Onuphrii, et in ejusdem Chronico Eccles. ut etiam apud illust. Baronium annus 17 imperii Constantii: et licet sit Cassiodoro consulatus 15 post Constantinum, tamen erit 17, si illi restituas duos consulatus, qui ab ipso seu a librariis fuerunt prætermissi. Præterea ex l. v de infirmandis iis quæ sub tyran., l. 15 Cod. Theod., ubi infirmantur ea quæ tyrannus, scilicet Magnentius statuerat *data* iii *non. Novemb. Mediolani, Constantio* vi *et Constantio* ii coss.: sic enim legendum, et non *Constantio* v, *Constante coss.*, et hæc emendatio *Constantio* pro *Constante*, est sæpe necessaria in illo codice. Item ex l. v de Paganis et sacrificiis. l. 16 cod. Theod., quæ *data est* ix *kal. Decemb., Constantio* vi *et Cæs.* ii *coss.*, qua *abolentur sacrificia nocturna Magnentio auctore permissa*. Ex illis, inquam, duabus legibus discimus, illo anno seu consulatu Magnentium penitus exstinctum, cum antea Constantio non pateret aditus Mediolani, quia Magnentius ibi dominabatur, ut in toto Occidente, teste Socrate et aliis.

(Ibid.) *Cæsarem miserat*. Nemo non videt ita purius legi quam *Cæsar miserat*, ut in editis, idque ex fide P., L., Vi., Lo., M., Fa., Peta., O., Fux., Ven., Mar., Lut. et auctoritate Zosimi l. II : Μαγνέντιος Δεκέντιον γένει συναπτόμενον ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐθνῶν ἀναδείκνυσι Καίσαρα.

(Ibid.) *Gennadius Forensis*. *Foro Juliens* pro *Forensis* in Al. et Fux.; in Peta., *Forensis*. Assignatur autem hic versiculus in Peta., Pi., Vi., O., Fux., Mar. et tribus mss. Fab. an. 16 Constantii; in Lo., an. 17; in Fa. et impressis an. 18. Secundos sequimur, quia notæ præcedentis et subsequentis sententiæ hoc arguunt, præsertim si annus 18 vindicet sibi, ut decet, periodum illam *Gallus Cæsar*, etc.

(687.) *Minervius Burdegalensis*. In Pi., Lo., pro *Minervius* legitur *Minervivius*; in Vi., O., *Minervus*, sed corrupte. At pro *Burdegalensis*, in P. *Burdegalinsis*; in A., Lo., *Burdigalensis*, quæ scriptura per i in secunda syllaba non videtur improbanda. Nam *Burdigalam* sæpius appellat Ausonius, ut dum loquitur de hoc, quem vocat Tiberium Victorem Minervium in opusc. de professo :

Primus Burdigalæ columen dixere Minervi.

Et docet fuisse suum præceptorem Suidas, similiter Ptolemæus in Geograph. et Strabo. l. IV : *Biturigum gens*, ἔχει δὲ ἐμπορεῖον Βουρδίγαλα; apud Martial. l. IX, epigram. 33, *Burdigalus* pro *Burdigalensis*; Pæanius Eutropii metaphrastes Græcus Βουρίδγαλοι, pro *Burdegalenses*. Certum est tamen Eutropium, Prosperum, vetus Itinerarium, Ammianum, Gregorium Turonensem, Severum Sulpitium, Pontium Paulinum tam in epistolis quam in Eucharistico, Isidorum, Fortunatum, Sidonium, Sigebertum, Eginardum, et auctores posteriores dixisse potius *Burdegalam*, quam *Burdigalam*, adeo ut istud videatur magis proprium Græcorum, licet Silburgius notet codicem Eutropii Fuldensem habere *Burdigalam* per *i*; unde etiam vernacula pronuntiatio *Bourdeaux*, ad priorem magis accedit: *Bourdegalim*, seu, ut habent antiquæ lectiones et mss., *Burdegalum*, inquit Isidorus l. xv Orig. c. 1, *appellatam ferunt, quod Burgos* (posterior editio perperam *Murgos*) *Gallos primum colonos habuerit, quibus ante cultoribus adimpleta est;* ubi forsan pro *Burgos* legendum *Buturigos*, seu *Bituriges*. Constat enim ex Plinio l. IV c. 19, et Strabone l. IV, *Burdegalenses* vocatos *Bituriges* cognomine *Ubiscos*, seu Ἰοσκοὺς, seu, ut apud Ausonium et in antiquis inscriptionibus, *Vibiscos* et *Viviscos;* seu etiam Οὐϊϐισκοὺς, ut apud Ptolemæum ab illis populis Galliæ qui *Bituriges Libri* seu *Cubi* a Plinio dicuntur, et qui illam regionem habitarunt; at si retinere placet vocem *Burgos*, non est absurdum dicere temporibus Isidori *Biturigos* vocatos fuisse *Burgos*, per contractionem, seu syncopen, sicut hodie vulgo vocari videmus *Borges*. Ridicula prorsus et sibilo digna est etymologia Domitii in Martialem, dum sine ratione et teste vult *Burdigales* dici quasi *Bardigalos*, *id est stultos Gallos*.

(Ibid.) *Florentissime*. *Insignissime* Vi., O., L., Pi., Sa. Præterea hunc paragraphum codices varie disponunt. Nam Vi., O., Pi., Peta., Fux., L., tres mss. Fab. reponunt ad annum 16 Constantii; Lo. ad annum 18; Fa. et excusi ad an. 19. Nos Lo. imitamur, quia sequens sententia debet reponi ad annum 18, et parum interest de anno, cum sententia agat de tempore.

(Ibid.) *Gallus Cæsar occiditur*. Hæc ad varios annos distrahuntur; nam Pi. ad an. 16 Constantii; Vi., M., O., Peta., Fux., Mar., tres mss. Fab., Contract. ad an. 17; Fa. et editi ad an. 19; Lo. ad an. 18. Nos hunc sequimur, quia *Consulatus Constantii* VII *et Galli* III, sub quo Gallus hic interimitur, ut aiunt Sozomenus lib. IV cap. 7, et Socrates lib. II cap. 34, sine dubio annumeratur anno 18 Constantii, ut constat ex Fastis Onuphrii, et Chronico ejusdem Ecclesiastico, et ex Annalibus illustr. et piissimi Baronii, et ex menda quæ reperitur apud Cassiodorum, ubi ille consulatus

A est 16 propter omissos duos consulatus, de quibus sæpe dictum est. Adde quod quadriennium, quo Ammianus lib. XIV, ait eum imperasse, incidit in an. 18.

(Ibid.) *Sollicitatus*. *Sollicitus* L., Au., Pi.; sed corrupte : significat autem Constantium variis artibus Gallum ad se pellexisse, ac demum interfici curasse, ut testantur Ammianus, Zosimus, Victor, Socrates et alii.

(Ibid.) *In Istria*. Restituendum monebat *Histriæ*, et cum aspiratione, numerus exemplar. L., A., M., Pi., Vi., O., P., trium Vatic., Peta. et trium mss. Fab., Mar., Antonin. ex Eusebio, et ipsa menda, quæ habetur in Lo. et Vincen., ubi *historiæ*, et in Fa. in quo *historie* sine diphthongo. Nihilominus propter cæterorum codicum auctoritatem, et quia Ammianus lib. XIV, et Plinius lib. III cap. 5, et alii, sine spiritu pingunt, nil mutavimus. Nam etiam ratio utrumque ferre potest, cum regio dicta sit *Istria* ab *Istro* amne,
B qui modo cum spiritu, ut apud Procopium, Notitiam imper. Rom. et alios; modo sine spiritu, ut in ipsa Notitia, apud Strabonem, Plinium, Ptolemæum, Zonaram, Mar. et alios, et hoc est communius.

(Ibid.) *Occiditur*. In L., Pi., subjungitur *anno imperii sui* 3. Verum desunt in aliis, et sane Eutropius lib. x ait *anno imperii sui 3*, *mense septimo*. Ammianus lib. XIV ait Gallum mortuum, *cum quadriennio imperasset*.

(Ibid.) *Silvanus in Gallia*. Cum antea vulgati scriberent *Sylvanus* per *y*, visum est illud tollendum, quia sic volunt omnes libri et auctores, ut Victor in Epito. Σιλϐανός, apud Socratem lib. II cap. 32, et Sozom. lib. IV cap. 7. Adde quod cum idem nomen sit commune apud veteres scriptores, nonnullis consulibus et episcopis, et aliis, semper pingitur cum *i*. At pro *in Galliæ*, legitur *in Gallias* in Lo., Vi., O., Fa.; sensus utrumque potest ferre, sed prius magis placet : incerta vero est anni observatio : nam Vi., O., Peta., Fux. et tres mss. Fab. notant ad an. 17 Con-
C stantii; Fa., cui se vulgati conformant, ad an. 19; Lod. ad an. 18 : quem cæteris præferimus, cum omnes scriptores testentur Silvanum hunc interemptum post Gallum.

(Ibid.) 29 *die exstinctus est*. Pro 29 in L., A., Au., Peta., P., Lo., Vi., Pi., O. legitur 28. Eutropius, *ante diem* 30.

(Ibid.) *Victorinus... in foro Trajani*. *In foro Trajano* Peta., Mar.; *in foro Trojano*, Lo.; *in foro Romano*, Fa.; sed *forum Trajani* erat diversum a Romano, et *Trojanum forum* est figmentum. Porro viros hos insignes claruisse observant Vi., O., Pi., Peta., Fux., tres mss. Fab., Mar. an. 17; Lo. an. 19; Fa. una cum impressis anno 20, quibus consentit Albertus, qui hæc componit cum anno Christi 360, qui est e regione illius anni 20. Cassiodorus hæc ipsa et iisdem verbis refert sub *consulatu Arbeti et Loliani*, quem facit 17 post mortem Constantini; sed Fasti et Onuphrius in Chronico et Baronius faciunt eum annum
D 19 : nihilominus conveniunt, si restituantur in Cassiodoro duo anni prætermissi, ut dixi in aliis; cum tamen omnes libri conveniant, ut hæc, et quæ succedunt, sese proxime consequantur. Duce ergo Lo. anno 19 consignavimus.

(Ibid.) *Paulinus et Rhodanius*, etc. Emendavimus ex fide L., M., V., Lo., septem Vatican., Sa., Fa., So., Lod., Pi. et trium mss. Fab. et Rufini lib. I cap. 20, pro *Rhadianus*, ut in editis; vel, ut in A., Vi., Peta., O., *Rodanius*, sublata aspiratione; vel, ut in Fux., *Rhodianus;* vel, ut in P., *Throdianus;* sed crediderim illud *T* sumptum et temere repetitum ex præcedenti conjunctione *et*, ut sæpe observavimus in similibus; vel, ut in Pi., *Rodanus*, vel etiam *Rhodanus*. Apud Mar. *Rhodianus;* Sozomen. lib. IV cap. 9, Ῥοδανιός. Idem et etiam *Rhodianus* apud Severum Sulpit. lib. II. Hic erat episcopus (teste eodem Severo) *Tholosanus*. Sic enim apud eum legendum pro *et Dosanus :* in Menologio Græc. die 20 Martii fit mentio

martyris Rodiani, sed dubito an sit idem. Porro hæc, ut olim exsules, ad varias sedes propelluntur. Nam in Peta., Fux., uno Vatic., Mar., tribus mss. Fab. ad an. 17 Constantii; in Vi. ad an. 18; in Lo. ad an. 19; in Fa., sex Vatican. et excusis ad an. 20. Nos imitamur secundos ad an. 18, propter annum necis Galli jam observatum; et quia in omnibus libris hi paragraphi, qui sequuntur usque ad calcem, ordine sibi succedunt. Severus lib. II videtur exsilium hoc rejicere in annum quo devictus est Magnentius, et quo hi Paulinus et Rhodanius damnati sunt exsilio in conciliis Arelatensi et Biterrensi; vel saltem in eum annum quo Constantius imperator Mediolani agebat: ubi etiam celebratur concilium in quo Rufinus lib. I cap. 20, et Socrates lib. II cap. 30, volunt hos duos episcopos in exsilium trusos cum Eusebio Lucifero, Dionysio et Hilario. Qui annus concurrit cum consulatu *Constantii Augusti* VI *et Constantii Galli* II, ut constat ex subscriptione legum diversarum, quæ sunt in codice Theodosiano, quemque consulatum Fasti Onuphrii opponunt anno 17 imperii Constantii. Quia tamen Severus multa simul congerit, quæ diversis annis contigerunt, vix quidquam ex eo certi de anno haberi potest.

(689.) *Alcimus. Alchimus* Lo., Peta. et tres mss. Fab., Mar., Vi., O.; *Alcinus* Fa. Nostra lectio est etiam Ausonii lib. de profess. Burdig. et Sidonii lib. VIII epist. 11. Pete quæ supra diximus de eodem nomine, dum ageremus de *Alcimo* pseudopontifice Judæorum. Observato editos a cæteris ferme membranis dissidere. Nam major pars opponit an. 18 Constantii; Peta., Pi., Vi., O., Fux., Lo., Mar., tres mss. Fab. anno 19; vulgati et Fa. an. 20. Nos primis adhæremus.

(Ibid.) *Petrus Cæsaraugustæ orator insignis docet.* Desunt in A., Lo., M., quatuor Vaticanis, P., Fa., Peta., Fux. et tribus mss. Fab., Marian. At Vi., O., Pi., V., consignant anno 18; editi anno 20; duo Vaticani 22. Sequimur priores.

(Ibid.) *Donatus, a quo*, etc. Varii anni his appinguntur. Nam in Vi., Pi., O., Peta., Fux., Mar., tres mss. Fab. an. 18; in Lo. 19; in Fa. et excusis anno 20. Satius est primos imitari propter numeros tam præcedentes quam subsequentes, qui habentur in serie. Neque enim aliunde sciri potest, cui anno ex illis potius ascribenda sint. Si autem credimus concilio primo Carthaginensi in initio, et Optato lib. II et III, ista videntur potius referenda ad annum 12 vel 13 Constantii, dum testantur Constantis (sic enim legendum apud Optatum pro *Constantini* ex concilio Carthaginen.) et imperatoris jussu Ecclesiam Africanam paci et unitati redditam fuisse, Donatistis in exsilium missis; et quia nusquam legimus illos restitutos, nisi per Julianum Apostatam.

(Ibid.) *In Africa.* Non habentur in L., O., Vi.; sed consentiunt cum aliis mss., Mar., et cum antecedentibus. sicut apparet ex variis locis Optati, Augustini, et Scriptorum Ecclesiasticorum: de qua re, utpote cuivis notissima, plura dicere supersedeo.

(Ibid.) *Eusebius Vercellensis*, etc. Editi una cum Fa. opposuere ista anno 20 Constantii, sed cæteri ut Lo. anno 19; Vi., Peta., O., Fux., Pi., Mar., tres mss. Fab. an. 18. Secundi magis probantur, cum Severus lib. II episcopos hos velit in exsilium pulsos, *coss. Arbitione et Lolliano*, quibus in Fastis Onuphrii respondet annus 19 Constantii.

(Ibid.) *Julianus Frater Galli, Mediolani Cæsar appellatur.* Non reperiuntur in L., Pi. Eorum autem qui hæc habent, alii cum 18 anno Constantii componunt, ut Vi., O., Peta., Mar., Contract., tres mss. Fab.; cum anno vero 19, P., A., Lo., Fux.; cum 20, Fa. et impressi. Propendeo in secundos, cum Ammianus lib. XXV testetur Julianum creatum Cæsarem *Arbitione* seu *Arbetione et Lolliano coss.*, quos Fasti Onuphrii collocant cum anno 19 Constantii. Insuper ad latus hujus versiculi in A. et P. iterum hæc le-

A guntur, *Jubilæus secundum Hebræos*: sed de rebus simillimis vide supra.

(Ibid.) *Antonius... 105 ætatis.* 100 *ætatis* L., Pi. Verum prius confirmatur auctoritate Athanasii in Vita Antonii, Adonis, Vincen., Alberti et Contracti in Chron. et ex fide aliorum exemplarium ac Ma. Assignatur his striga in M., Vi., O., Pi., Fux., Peta., Mar., tribus mss. Fab. opposita anno 19 Constantii; in Lo. an. 20, cum antea in editis et Fa. an. 21; apud Contractum anno 18. In primorum sententiam abimus, quia 105 annus, Antonii desinit in illum annum 19, seu Christi 359, inchoando a primo anno Decii, quo Antonius, ut dictum est, nascitur, id est a Christi 254. Adde quod Gregorius Turonensis lib. I, cap. 38, diserte scribit, *Antonium transiisse anno nono decimo Constantii Junioris* (sic enim legendum et non *Constantini*), *centesimo ætatis suæ anno*, quod ex hoc loco prompsisse videtur, licet secutus mendosos libros, dum ait *centesimo*, pro *centesimo quinto*.

B (Ibid.) *Explicavimus.* Adjectum est in Pi., L., *de compertis*.

(Ibid.) *Hilarius episcopus*, etc. Hilarium non una, sed diversa habet sedes. Nam in Pi., Fux., Peta., Vi., O., Mar., H., tribus mss. Fab., opponitur an. 19 Constantii; in Lo. an. 20; in Fa., Contract. et editis an. 21. Priores sequimur. Ado recenset ista sub Joviano, quamvis dicat contigisse sub Constantio.

(Ibid.) *Saturnini Arelatensis. Saturnini Alatenensis* L., Pi. Sed prior lectio sine dubio amplectenda, tum propter illa exemplaria, et Fre., Mar., Vincent., Adonem, tum propter auctoritatem Hieronymi de Scriptor. Eccles., Adonis, et Sulpitii Severi lib. II, qui eadem referunt; sed præcipue, quia constat ex ipso Hilario lib. de Synod., et aliis, Saturninum Arelatensem episcopum fuisse antesignanum Arianorum et persecutorem Hilarii.

(Ibid.) *Reliquiæ Apostoli Timothei*, etc. Quæ vides
C in editis et Fa. an. 21 Constantii respondere, scio aliter in aliis disponi; cum in Lo. an. 20; in M., O., Pi., Fux., Peta., Mar., tribus mss. Fab. an. 19: quæ amplectimur.

(Ibid.) *Sarmata Amatas*, etc. Consistunt hæc in Vi. quidem, L., O., Pi., M., Fux., Peta., tribus mss. Fab. ad an. 19 Constantii; at in Lo., Vat. ad an. 20; in editis, sex Vatican. et Fa. ad an. 21. Priores nobis magis probantur.

(Ibid.) *Amatas.* Putarunt aliqui reponendum *Amos*, pro *Amatas*; sic enim annotatum est ad marginem B., H., Peta., Ba. et So., *quod*, inquit, *auctores eum Amonem præcipuum inter discipulos Antonii numerent*: quod licet sit verum, prius tamen legitur in A., M., P., Al., Fux., Peta., An.; seu *Amathas* in Lo., Fa., Lod., Vi., Pi., L., septem Vatican.: et ita Hieronymus. Præterea idem in Vita Pauli Eremit. testatur pariter *Amatham* et Macarium fuisse discipulos Antonii.

(Ibid.) *Liberius episcopus Rom. in exsilium mittitur.*
D Diversa Liberio sedes est reposita. Nam in M., Vi., O., Pi., Fux., Peta., Contract., Mar., tribus mss. Fab. ad an. 19 Constantii; in Lo. ad an. 20; in editis et Fa. ad an. 21. Trahunt me ad se primi, propter illud Severi testimonium, de quo supra, dum scribit Liberium exsilio damnatum cum aliis coss., *Arbitione et Lolliano*, id est, ut ferunt Fasti, anno 19 Constantii.

(Ibid.) *Episcopus Romanus.* Malui quam *episcopus Romanorum*, ut olim, secutus L., M., P., Lo., Lod., Peta., Pi., Vi., O., Sa. Novum enim et inusitatum apud Hieronymum ut episcopum Romanæ Ecclesiæ vocet *episcopum Romanorum*, ut neque in aliis episcopum Alexandrinorum, seu Antiochenorum, et similium, sed Alexandriæ, Antiochiæ, etc. Agunt liberius hic codices, dum alii ad an. 19 Constantii revocant, ut Pi., Peta., tres mss. Fab., Vi., O., Fux.; ad an. 20 Lo., ad an. 31 Fa. et excusi.

(Ibid.) *Magnæ Alemannorum copiæ*, etc. Copiæ hæ varia habuere stativa. Nam in M., Pi., Vi., O., Fux., Contract., Mar., Peta., 3 mss. Fab. ad an. 19 Constantii; in Lo. ad an. 20; in editis et Fa. ad an. 21; nil vetat, quin prioribus adhæreamus, maxime cum Cassiodorus hoc ipsum referat sub consulatu 19, seu an. 19, post mortem Constantini. Vide hanc historiam apud Victor. in Epit., et Ammian. lib. XVI circa finem.

(Ibid.) *Apud Argentoratum. Apud Argentarium* Lo., Fa. et quatuor Vaticani et Contractus in Chron. Eutropius lib. X nobiscum sentit, ut Cassiodorus in Chronicis; Aurelius Victor *in campis Argentoratensibus apud Gallias*. Idem tamen cum nostro auctore parem Alemannorum cladem *apud Argentarium* refert ad tempora Valentis, de qua postea. Diaconus lib. XII pro *Argentarium* legit *Argentariam;* in tribus Vaticanis *Argentoratum*, qui tamen habent in margine *Argentarium :* eadem manu in aliis quatuor *Argentarium*.

(Ibid.) *Sarraceni in monasterium*. Addidimus *in*, secuti L., Lo., Pi., Vi., O., Peta., V., Mar., cum antea legeretur, *Saraceni monasterium*, sicut etiam videbimus paulo post. Præterea alterum *r* accersivimus, ut haberes *Sarraceni*, pro *Saraceni*, ne discederemus a Peta., Vi., O., Fux., Lo., Ammiano, Sozomeno, Socrate, Ptolemæo, Plinio, Diacono, et aliis, licet Notitia imperii et alii scribant cum unico *r*. Non est tamen omittendum assignari his strigam oppositam anno 19 Constantii in Fux. et Peta., quos imitamur; anno 20 in Vi., O., Pi., tribus mss. Fab.; et anno 21 in Lo., vel anno 22 in Fa. et excusis. Nescio an exstet testimonium, quo alicui horum potius credamus.

(689.) *Constantio Romam ingresso*, etc. Tria hic observanda : primum, per *Romam* intelligi novam Romam, id est, Constantinopolim : nam, testibus Hieronymo et Procopio lib. I, ossa Timothei erant *in illa urbe*. Secundum, quod cum in impressis et Fa. reposita essent ex adverso anni 22 Constantii, fuerunt ex opposito an. 20 collocanda auctore Hieronymo, qui lib. de Scriptor. Eccles. refert reliquias S. Andreæ fuisse Constantinopolim translatas an. 20 Constantii (sic enim legendum juxta veteres editiones et libros, et non *Constantini*, ut habent posteriores editiones), suadentibus præterea membranaceis Fux., M., L., Peta., Pi., Mar. et tribus mss. Fab. Dissentiunt enim ab his nonnulli, ut Vi., O., Lo., tres mss. Fab., qui ad an. 21 reposuere. Tertium est, quod nonnulli recensendam putent vocem *Constantino* pro *Constantio;* sic enim Marianus Victorinus in dictum Hieronymi locum, quem alii viri doctissimi sequuntur. Nos a vulgata lectione firmiter stamus, cum non sit ullo modo verosimile ista in hunc locum relata fuisse a librariis, neque ab auctore (cujus rei fidem faciunt omnes libri), si non pertinerent ad Constantium, et facilius fuit addere litteram *n* in lib. de Scriptor. Ecclesiast., quam ista perturbare et hoc loco collocare. Adde quod idem docent de reliquiis SS. Andreæ et Lucæ sub Constantio translatis. Cedrenus in Nerone, Nicephorus lib. X cap. 11, et Theodor. lib. II Collectaneorum, Freculphus lib. IV cap. 8 tom. II, Ado et Artemius martyr apud Metaphrasten et Surium die 28 Octobris. Illi enim Artemio hæc provincia translationis a Constantio mandata fuit, et constat ex Ammiano lib. XVII, Artemium fuisse præfectum Constantinopoli. Nec obstat Constantium fuisse Arianum, et Arianos fuisse hostes sanctarum reliquiarum. Nam nec omnes Ariani reliquias sanctorum respuebant, neque Constantius ita erat alienus a fide catholica, quin vellet videri illius studiosus : unde Gregorius Nazianzenus in carmine de iracundia scribit eum fuissé *religiosissimum principem inter omnes Imperatores, quos ipse noverit*, et Ambros. Epist. 31, eum vocat *augustæ memoriæ :* legimus etiam apud Hilarium, lib. contra Constantium, ipsum dedisse litteras ad Synodum Sardicensem complectentes veram fidem de Homousio.

(Ibid.) *Nicomedia terræmotu*, etc. Corruit Nicomedia, si credimus Fux., an. 20 Constantii; si Vi., O., Pi., Peta., an. 21 : si Lo. et tribus mss. Fab., an. 22; si demum Fa. et impressis, an. 23. Socrates l. IV, cap. 10, asseverat hunc terræmotum accidisse anno 12 antequam Nicæa corrueret, cujus casum ascribit auctor anno 5 Valentis, sicut etiam Socrates *coss. Valentiniano II et Valente II*, quos Fasti collocant ad eumdem annum 5 imperii Valentis : quin idem ipse Socrates disertis verbis refert Nicomediensem motum *Tatiano et Cerealio* coss. die 28 Augusti, qui in Fastis vocantur *Datianus* et *Neratius Cerealis*, apud quos reponuntur ad an. 22 Constantii. Superest difficultas quod ille *consulatus Valentiniani II et Valentis II* sit ab altero undecimus consulatus, computando utrumque extremum. Itaque non duodecimus, ut vult Socrates.

(Ibid.) *Nicomedia... ex parte vexatis. Ex parte versatis*, Vi., O.

(Ibid.) *Paulinus Trevirorum. Treverorum* L., Au., Vi., Pi., O., P., Lo., Mar. De hoc supra ex Plinio, Cæsare et aliis. Porro Paulini hujus mortem indicant contigisse Fux. an. 20; L., Pi., Peta., Contract., Mar. an. 21; Lo., Vi., O., tres mss. Fab. an 22; Fa. et impressi an. 23. Adjungimus nos tertiis, propter numeros proximos in serie. Nam firmitas aliunde sciri vix potest.

(Ibid.) *Evantius..... Cretus. Crestus* in L., Va., P., Vi., Pi., Fux., O.; *Chrestus* in Lo., M., Sa., Peta. et uno ex ms. Fab.; *Charistus* A. et unus ex dictis mss. Fab.; *Chyestus* V.; *Chiestu* Fa.; *Harestus* Al. Quænam sit cæteris præferenda, difficile judicium : nusquam enim alias ejus fit mentio. Verumtamen quia video *C* initio, et *s* in medio reperiri, veram lectionem esse crediderim *Chrestus*. Deterremur tamen solita religione, ne nostras conjecturas venditare velle videamur. Porro si temporis circumstantiam exigis, habeto Fux. opponere an. 20 Constantii; Peta. an. 21; L., Lo., Pi., Vi., O., tres ms. Fab. an. 22; Fa. et impressos an. 23. Maluimus imitari majorem numerum, cum nil contrarium suadeat.

(Ibid.) *Synodus apud Ariminum et Seleuciam*, etc. Æque ad hanc synodum collocandam discrepant codices. Nam Fux. una cum Mar. reponit circa an. 21; Vi., O., Pi., Peta., Contract., tres mss. Fab., circa an. 22; Lo., Fa. et cusi, circa an. 23. Sed absit, ut ab his postremis discedamus, cum testentur Socrates lib. II, cap. 39, et Sozomen. lib. III, c. 17 et 19, synodos has coactas *Eusebio et Hypatio coss.*, quibus Fasti Onuphrii annum 23 Constantii appingunt. Quin etiam ipse Sozomenus subjicit, *dum Constantinus 22 annum in imperio post obitum patris absolvisset*.

(Ibid.) *Ariminum*. Emendavimus vulgatam scripturam, quæ habet *Aryminum;* sed sine *y* scribendum docent non solum omnes mss., sed etiam Ptolemæus, Plinius, Strabo, Athanasius, Hieronymus, Eusebius in Historia, Socrates, Sozomenus, denique omnes veteres.

(Ibid.) *Honoratus ex præfecto*, etc. Hoc ipsum referunt Cassiodor. lib. V Hist. cap. 35, Sozom. lib. IV cap. 23, Socrat. lib. II cap. 41, et hic ait electum præsidem Honoratum, suppresso proconsularium principatu, τὸν ἔπαρχον τῆς Κωνσταντινουπόλεως κατέστησεν Ὁνώρατον ὄνομα τὴν ἀνθυπάτων παύσας ἀρχήν. Ejusdem Honorati ut Comitis, facit etiam mentionem Ammian. lib. XIV, initio. Varie referuntur hæc a codicibus. Nam Vi., O., Peta., Pi., Fux., tres mss. Fab. an. 22 ascribunt; Lo., Fa. cum impressis an. 23; Cassiodorus hæc eadem profert an. 22 Constantii, seu consulatu 22 post mortem Constantini. At vero idem ipse consulatus in Fastis an. 24 post ejus mortem habetur, quibuscum conveniet Cassiodor., si illi addantur duo consulatus omissi in Constantio.

(Ibid.) *Gratianus qui nunc*, etc. Ortum Gratiani describunt Peta., Fux., Mar., tres mss. Fab. circa annum 22 Constantii. At Lo., Vi., O., Pi., Fa. circa 23 ; quibus favent editi; nec video cur ab illis sit discedendum. Nam si obiit anno Christi 387, ut di-

cit Prosper, idque annos 24 natus, ut aiunt plerique, annus ille 24 incipit ab hoc anno Christi 363.

(689.) *Hilarius cum apud*, etc. Peta., Mar., Fux. et tres mss. Fab. indicant an. 22 Constantii evenisse; Vi., Pi., O. an. 23; Lo., Fa. et impressi 24. Itaque in re incerta nil muto.

(691.) *Macedonius Constantinopoli*, etc. Pergunt Peta., Mar., tres mss. Fab. et Fux. assignare an. 22 Constantii; Vi., Pi., O. an. 23; Lo., Fa. et excusi an. 24. Nil prohibet quin istis adhæreamus.

(Ibid.) *Omnes.... regis. Legis*, Au. Utrumque est tolerabile propter edictum imperatoris Constantii, de pace inter Catholicos et Arianos : contra quod Lucifer scripsit libros duos : *De non conveniendo cum hæreticis*; et : *De non parcendo in Deum delinquentibus*; et vocat illud *edictum* Constantii *sacrilegum*. Ad hæc in Pi., Fux. et tribus mss. Fab., observabis ista incurrere in annum 22 Constantii; in Vi., Pi., O., in annum 23; in Lo., Fa. et excusis, in annum 24.

(Ibid.) *Constantinopoli*, etc. Reperies hæc varie annotari, cum in Vi., Pi., Peta., tribus mss. Fab., O., Mar., et Fux. an. 23; in Lo., Fa. et impressis an. 24 respondeant; qui situs firmatur auctoritate Socratis lib. II cap. 43, dum renovationem ejus Ecclesiæ suggerit in *consulatu Constantii* X *et Juliani Cæsar*. III.

(Ibid.) *Ab Acacio. Acatio*, Peta., Fa., Pi.; *ab Acato*, Fux., Mar.; vulgati *ab Achatio*; nostra tamen orthographia præ cæteris probanda, propter rationes alibi dictas. Nam apud Sozomenum lib. VI cap. 4, et apud Suidam, lego Ἀκάκιος, cui favet etymologia Græca ἀκακίας; Ἀκάτιος enim Græce nil significat. Cæterum scito ista non ad eumdem annum ubique haberi. Nam in Vi., O., Peta., Pi., Fux., Mar., tribus mss. Fab. ad an. 23, cum in Lo., Fa. et impressis ad an. 24.

(Ibid.) *Post non*. Haud dubio sic rectius quam olim, *et non post*, ex A., P., L., Lo., Pi., Vi., Fa., O.

(Ibid.) *Ariminensis perfidiæ dolos*. Sic correximus pro *Arianensis perfidiæ dolum*, ex L., A., M., Sa., Peta., Va., Al., P., Lo., Vi., Pi., Lod., Fux., Fre., O., trib. mss. Fab., Mar. et judicio eruditi viri Nicolai Fabri, quem semper cum honore nominatum velim, juxta veteres libros in præfat. in Fragmenta Hilarii. Nam etiam, ut scribit Fortunatus, post reditum Hilarii in Gallias, *Confitetur lingua multorum totum pene mundum gravi errore confusum, factis sæpe in Gallia synodis, per Hilarium fuisse ad viam veritatis adductum*; et ex ipso Hilario libro de Synodis, constat eum *multis præadmonitionibus muniisse episcopos*, contra futurum illud concilium, quod Ariani habuerunt semper in ore, ut objicerent contra Nicænam synodum *tamquam firmum sensum*, ut loquitur Augustinus lib. I contra Maxim. cap. 3 : *de Dolis* etiam *concilii Ariminensis* plura Hieronymus adversus Lucifer., *qui*, inquit, *cum verba sonarent pietatem, nemo venenum insertum putabat, et fraus latebat in expositione*. Vocat autem *perfidiam Ariminensem*, propterea quod cum Patres ab initio concilii disertis verbis professi essent fidem Nicænam, et catholicum dogma (unde Athanasius et Ambrosius epist. 32 sæpe laudant concilium Ariminense), tandem post interlapsos aliquot menses, vi et metu compulsi, conscripserunt alteram fidei professionem, qua nomen Homousii rejecerunt. De his vide Athanas. lib. de Synod. et epist. ad Africanos. Ad extremum observabis varie hæc libros disponere : nam Vi., O., Pi., Peta., Fux. an. 23 Constantii annotant; Lo., Fa., tres mss. Fab. et impressi, 24.

(Ibid.) *Mopsocrenis. Mopsocrensis*, V.; *Mopsocronis* Vi; *Momsocrenis*, Pi., Lo., Lod.; *Mopsocrinis*, Mar. Nostra lectio est sine dubio retinenda, cum ita habeant alia exemplar., et eadem verba referant Cassiodorus in Chron. et Pomponius Lætus : nec dubito quin ex Eusebio, ut pleraque alia : Aurel. Victor in Epitome, *apud Mopsocrenem*; Socrates lib. II, cap. fin., et Zonar. tom. III aiunt obiisse ἐν Μόψου χρήναις; et Sozom. lib. V cap. 1, ἐν Μόμψου χρήναις; interpretes vertunt incommode, *in fontibus Mopsi* : nam χρήνη est fons; Hieronymus advers. Luciferianos et epist. 3, ad Heliod., *in Mopsi viculo*; Ammian. Marcel. lib. XXI, *in Mopsuestia Ciliciæ*. Nam Steph. lib. de Urbib. scribit in Cilicia esse super Pyramo flumine Μόψου ἑστίαν, id est, *Mopsi domum*, seu, ut Hieronymus loquitur, *Mopsi viculum*. Interpres Strabonis vertit, *Mopsi domicilium*. De *Mopso*, Plinius lib. V cap. 27; Ptolemæus lib. V cap. 7, Μοψοχρήνη, et cap. 8, Μοψουστίας : quæ interpres vertit *Mopsi fons*, et *Mopsiestia*, vel *Lares*; constituit tamen loca separata, et sub diversis gradibus longitudinis et latitudinis. Porro Volaterianus Procopii interpres lib. II de Bello Persico *Mopsum Vestæ*, reddit quasi ἑστία *Vestam* hoc loco significaret.

(Ibid.) *Ætat*. 45. 42 in Fux.; 55 in Vi., O., sed mendose. Victor proxime accedit ad nostrum numerum, dum ait eum vixisse *an*. 42, sed idem habent Vinc. tom. IV et Albertus : Cassiod. vero *an*. 46; Eutrop. lib. X et Diac. lib. XI, *an*. 38. Præterea in L., Pi., inserta sunt consequenter hæc, *et imperii* 39, ut habent etiam Victor in Epitom., sed nullo modo possunt esse Auctoris, cum ille dicat eum imperasse tantum *an*. 24 : quod pariter facit Rufin. lib. I, cap. 26. Victor autem comprehendit tempus, quo cum patre regnavit ut Cæsar. Nam totidem invenies, si sumas initium ab an. 17 Constantini patris, quo creatur Cæsar, sicut olim habebant editi, vel a 16, quia Victor videtur tribuere Constantini imperio an. 32, licet Eusebius tantum an. 31. Porro licet hic extremus actus cæteros concludat, et imperium ac vita eumdem exitum habuerint, unde et omnes codices ac Mar. an. 24 mortis et imperii designant, ut Lo., Peta., Vi., O., Fa. et editi : dissentit tamen Fux. qui an. 23.

(Ibid.) *Romanorum XXXVI, Julianus regnavit anno uno, mens*. 7, *vel, ut alii aiunt, an*. 2, *mens*. 8. Observandum, ut sæpe alias admonuimus, quoties reperitur, *vel, ut alii volunt*, et alia hujusmodi, illa esse valde suspecta, nec videri Eusebii, seu Hieronymi, sed a studioso lectore adjecta. Sic hoc loco ista verba, *vel, ut aiunt alii, an*. 2, *mens*. 8, desunt in Au., M., septem Vatic., P., Lo., Vi., O., Fux., Pi., L., Au., M., Vi., Fa., Peta. et tribus mss. Fab. et Orosio lib. VII cap. 30 : sed in iisdem pro *mens*. 7, habes *mens*. 8, sicuti etiam legitur apud Rufin. lib. cap. 36, nisi quod in Pi., L., hoc solum legitur, *Julianus an*. 2, *mens*. 7. Contractus, Mar., Ado, Albertus et recentiores chronographi habent *an*. 2, *mens*. 8.

(Ibid.) *Ad idolorum cultum converso*. Pro *ab idolorum cultu converso* ex L., A., Al., Au., P., Pi., Vi., Lo., Peta., O., Lod., Mar. Aliter nullus esset sensus, aut saltem contrarius manifestæ veritati : de anno non est quod labores, cum omnes cum Juliani anno 1 comparent.

(Ibid.) *Georgio per seditionem. Gregorio* Al., Au., sed mendum facile irrepsit ex similitudine vocum, quod non semel accidit apud Athanasium, Rufinum, Socratem, Sozomenum, Gregorium Nazianz. et alios veteres scriptores, apud quos *Gregorius* pro *Georgio*, et versa vice *Georgius* pro *Gregorio* usurpatur. Unde oritur maxima confusio historiæ et rerum gestarum; hi enim duo præter similitudinem nominis, habuerunt multa alia convenientia : uterque enim patria Cappadox, testibus Gregorio Nazianz. et Athanas. (nam Ammian. lib. XXII facit Georgium Cilicem); dogmate Arianus, dignitate episcopus Alexandrinus, tyrannica usurpatione in schismate contra Athanasium; uterque gravia patravit in Alexandrinos, non solum ethnicos, sed maxime contra catholicos; uterque morte violenta interfectus, idque a populo Alexandrino. Differunt autem quod Gregorius fuit institutus episcopus Alexandrinus a Clero, Georgius ab aula imperatoris Constantii : ille prior circa an. 5 Constantii, hic illi fuit suffectus circa an. 12

ejusdem : ille usus est, ad occupandam Ecclesiam Alexandrinam, ope et ministerio magistratuum *Philagri et Arsaci*, Georgius *Heraclii comitis*, *Syriani et Faustini;* Gregorius occiditur anno 12 Constantii, Georgius an. 1 Juliani : quæ omnia, et quæ etiam causæ exstiterint, quibus hic Georgius in se concitarit tam gentiles quam catholicos Alexandrinos, videre licet apud Socratem lib. III cap. 2, Epiphan. hæres. 77, Athanas. epist. ad solitar., Sozom. lib. I cap. 7, Gregor. Nazianz. oratione in laudem Athanas., et inter ethnicos Ammian. lib. XXII. Tempus autem notatur in omnibus libris et Mar. ad an. 1 Juliani : quibus nil video contrarium, nisi per annum 1 Juliani Auctor supputando per consules comprehendat tantum tres menses. Nam testatur Ammianus Julianum suscepisse imperium IV non. Octob., *coss. Tauro et Florentio*, et ante diem XI kalend. Novemb. insequentis consulatus accidisse necem hujus Georgii.

(Ibid.) *Eusebius et Lucifer*, etc., *accitis duobus*. *Adscitis duobus*, Lo., Al., Lod.; *ascitis duobus*, Vi., O.; *astitis duobus*, Pi. Quæ vero habes in hoc paragrapho aggregantur ad an. 1 Juliani communi omnium nostrorum codicum mss. decreto : vulgati tamen an. 2 opposuere. Verum colligitur ex Rufino lib. I cap. 27, Julianum imperatorem statim post adeptum imperium non solum revocasse Luciferum, et omnes episcopos a Constantio in exsilium ejectos, sed etiam a Lucifero constitutum episcopum Antiochiæ Paulinum, quem Auctor hic ait numquam se hæreticorum communione polluisse, quia vult significare (quod etiam tradit Socrates lib. III, cap. 9, et alii) tunc fuisse in illa civitate tres diversos conventus christianorum, atque tres episcopos : Euzoium, qui præerat, quique omnes ecclesias intra urbem occupabat, præter unicam modicam, quam ejus favore tenebat Paulinus; Meletium, qui parti catholicorum præsidebat, cum quibus conventus habebat extra portas; tertium Paulinum, qui aliis catholicis, qui habebant ecclesiam intra urbem, quique nolebant communicare cum Meletio, triplici ex causa, et quod aliquando consensisset hæreticis, et quod partim ab illis fuisset ordinatus, et etiam quod eorum qui illi adhærebant, multi ab Arianis sacerdotibus essent baptizati. Sicut colligitur ex Sozom. lib. V cap. 28, Athanas. in epist. ad solitar., et aliis.

(Ibid.) *Eustathii episcopi*. Pro *Eustathii*, in Vi., O., *Eustachii;* in Fa., *Eustati*. Sed ubique mendum manifestum, præterquam in editis.

(Ibid.) *Prohæresius Sophista lege data*, *ne Christiani liberalium artium doctores essent*, *cum sibi specialiter Julianus concederet*, *ut Christianus doceret*, *scholam sponte deseruit*. *Proheresius* Vi., Peta., O., Fa., Fux., Lo., sine diphthongo. Vulgatam pingendi rationem tuentur Socrates lib. IV cap. 26, et Sozom. lib. VI cap. 17 : in quibus Προαιρέσιος. Item Nicephor. lib. XI cap. 17, ut etiam Mar., licet corrupte habeat *pro hæresiis*. Recensuimus autem hunc locum satis feliciter, ni fallimur, cum prius legeretur, *ut Christianos doceret*. Nam licet Rufinus lib. I cap. 32, Socrates lib. III cap. 10, Theodoretus lib. II cap. 7 (et secundum aliam versio. 8), Sozomenus lib. V cap. 17, Ambrosius epist. 59, August. lib. XVIII de Civitate cap. 52, scribant Julianum lege sanxisse, *ne Galilæi* (sic enim Christianos appellabat) *rhetoricam*, *poeticam*, *aut philosophiam discerent*, *et ne Christianorum liberi poetas et alios scriptores gentiles perdiscerent*, *neque horum doctores adirent :* nihilominus ipsa sententia castigationem hanc exigebat; cum enim prior pars illius quæ legem Juliani complectitur, spectet tantum professores, seu magistros, et non auditores, necesse est, ut posterior eosdem respiciat, quo singula sibi respondeant, alioquin inepta oratio. Ad hanc rationem accessit fides codicum Lo., Peta., Fa., Fux., qui hanc lectionem probandam docuerunt. Facit et auctoritas Ammiani lib.

A XXII : *Arcebat*, inquit, *Julianus docere magistros rhetoricos*, *et grammaticos ritus Christiani cultores*; et lib. XXV : *Vetuit docere magistros rhetoricos*, *et grammaticos christianos*, *ne transirent a numinum cultu :* verebatur enim ne christiani doctores, dum liberales artes profitentur, suis auditoribus ethnicorum superstitionem, et supposititiorum deorum inanem cultum aperirent. His aggregandus Gregorius Nazianz. orat. 1 in Julianum : *Julianus*, inquit, *ut amentiæ vecordiæque edictum proponeret in imperii sui primordio*, *ante res alias*, *sermones liberalesque disciplinas tyrannide oppressit*. Quod idem planum fit ex epist. 42 Juliani, ubi loquens de his qui docent rhetoricam, grammaticam et philosophiam : *Ipsi*, inquit, *bonis moribus esse debent*, *nec opiniones novas*, *et a sensu populari abhorrentes afferre*. Sed planius ex lege 5 de medicis et professoribus lib. XIII Cod. Theod., qua Julianus statuit ut *quisque docere velit*, *excellat moribus*, *probeturque decreto curialium*, *quod ad se tra-*
B *ctandum referatur*. Nam ibi nulla mentio discipulorum seu auditorum. Denique annus 1 Juliani hæc sibi vindicat in Vi., O., Peta., Pi. At in Lo., Fux., Fa., Mar. et impressis an. 2. Apparet autem ex loco citato Gregorii Nazianz., legem a Juliano latam fuisse statim ubi imperium suscepit. Facit etiam quod lex illa quinta de medicis et professoribus *data est* XV *Julii Mamertino et Nevita coss*. Si autem Julianus successit Constantio III non. Oct., *coss. Tauro et Florentio*, quo tempore Constantius obiit, ut testatur Ammianus lib. XXI (nam lapsus est Onuphrius dum pro mense Octobris posuit Novembrem), ergo lex illa lata est proximo mense Junii insequentis consulatus. Nam etiam ad eumdem consulatum illa refert Ammianus, qui concurrit cum anno 1 imperii Juliani : cum autem vulgati habent ad annum 2, potest fieri ut Auctor computet pro an. 1 Juliani, annum Romanum, seu consulum, quo ipse obtinuit imperium, includendo in illo anno tantum tres fere menses, et hoc pacto lex illa lata est an. 2, non habita
C ratione supputationis ab imperii exordio, sed a consulatu; quæ diversitas magnas et crebras parit in conciliandis auctoribus difficultates.

(Ibid.) *Æmilianus*. *Emilianus* Peta., Fa., Vi., O., Lo., sed altera scriptio est aliorum librorum : Martyrologii Romani, Menolog. Græci, Theodoreti lib. III cap. 6, Cassiod. Histo. Tripar. lib. VI cap. 16, qui tradunt hunc Æmilianum, postquam contrivisset idola, seipsum hujus rei auctorem denuntiasse : observabis præterea, quod quem Auctor vocat *Vicarium*, Theodoretus et Martyrologium Rom. nuncupant *Capitolinum*, ille *Thraciæ præfectum*, istud *præsidem*, Menologium *Capitolium*. Ad hunc autem martyrem alludit Ambrosius epist. 29 : *Meminerint tempore Juliani eum qui aram dejecit et turbavit sacrificium*, *damnatum a judice fecisse martyrium*. Verum pro *Dorostori* habes in Lo., Pi., Lod., *Dorosthori;* apud Theodor., ἐν Δορυστόλῳ, aitque esse insignem urbem Thraciæ : in Menologio, *Durostoli;* Cassiodorus, *in*
D *Doroscolo;* melius ejus ms., *in Dorostolo;* Ptolemæus, Δουρόστολον *in Mysia inferiori;* Cedrenus, Δορόστολον. Nos sequimur alios libros et Ammianum lib. XXVII, et Martyrologium Rom. Ille eam ponit in Thracia, hoc in Mysia. Rursus scito hæc in Vi., Pi., O. opponi an. 1 Juliani; Lo. vero, Peta., Fux., Fa. an. 2 : quod imitantur impressi.

(Ibid.) *Perfuga*. *Profuga* Fa.

(Ibid.) *Ecclesiæ Antiochiæ.... hostium equite*. Sic restituimus pro *hostium milite* ex L., A., Lo., Va., Vat., Vi., O., Pi., Fux., M., P., Peta., Al., Mar., Antonin. ex Eusebio, Vincen. et Oros. lib. VII cap. 30. Idem confirmatur ex Sozom. lib. VI cap. 1 : *Eques*, inquit, *aliquis cursu adversus imperatorem directo jaculo illum petit*. Utrumque tamen est in 3 Vatic. Vide præterea hanc historiam apud Socrat. lib. III cap. 21, Theod. lib. III cap. 25, Ammia. lib. XXV, Nicephor. lib. X cap. 34 et seqq., Greg. Nazianz. orat. 2 in Julia., Joan. Damasc. orat. 1 de

Imag., Sozom. lib. vi cap. 2; sed hæc habeat annus 2 imperii illius : ita enim voluere libri omnes.

(693.) *Anno ætatis* 32. *Anno ætatis* 31 tres Vatic., sicut etiam habet Socrat. lib. III cap. 25; *anno ætatis* 35, P.; *ann. ætatis* 40, Vi., O.; *anno ætatis* 32 *imperii sui*, *nono mense*, L., Pi.; sed de mensibus antea dictum. Lectio vulgata habetur apud Eutropium lib. x.

(Ibid.) *Jovianus. Juvianus* A., quam lectionem confirmat Ammian. lib. xxv, dum scribit hujus imperatoris nomen a nomine prædecessoris, scilicet *Juliani*, una tantum littera discerni ; vulgo vocant *Jovinianum*; et sic exstat apud M., Vi., Lo., Fa., O., Mar., Albertum et Vincen. tom. I et IV; sed alia exemplaria prius retinent : quod idem etiam apud Athanasium, Theodoretum, Cassiodorum, Adonem, et alios videre licet, et ita habent nummi veteres.

(Ibid.) *Imperator factus est*. Adjunximus *est*, ex L., A., P., M., Pi., Vi., Lo., O., Peta., Fux., Fa. et 4 Vatic.

(Ibid.) *Jovianus rerum necessitate*, etc. Concurrunt in omnibus libris et Mar. cum an. 1 Joviani, et sententia docet nullum alium situm posse statui. Vide de re ipsa Socrat. lib. III cap. 36.

(Ibid.) *Synodus Antiochiæ a Meletio et suis facta, in qua homousio, anomæoque rejecto, medium inter hæc homoiousion Macedonianum dogma vindicaverunt.* Hic paragraphus unus est ex his, qui præcipue emendationem desiderabant, quia penitus contrarium sensum continebat menti Hieronymi, cum antea legeretur, *in qua homousio et homusio rejecto, medium inter hæc homoiusion Macedonianum dogma vindicaverunt*. Unde vir eruditissimus existimavit ita restituendum : *Synodus Antiochiæ a Meletio et suis facta, in qua homiusio et homeusio rejecto, medium inter hoc homousion receperunt, et Macedonianum dogma rejecerunt*. Verum repugnat consensus omnium exemplarium, quæ videre licuit, vel de quorum lectione certiores sumus. Rursus nulla est differentia inter *homiousion* et *homeusion*, nisi in litteris *i* pro *e*, quæ facile, ut sæpe diximus, inter se commutantur, salvo tamen et incolumi eodem sensu. Tertio Hieronymus significat Meletium et suos dogmatis Macedoniani assertores sese prodidisse. Nam *vindicare* ibi nil aliud significat quam tueri, quod perspicue constat ex Adone, qui, cum pleraque fuerit mutuatus ab isto Chronico, ita scribit : *Synodus Antiochiæ a Melito et suis facta, in quæ Macedonianum dogma prave firmatur* : cui suffragantur Matthæus Westmonasteriensis, et Hermannus Contract. in Chron., dum vocant hanc synodum *hæresiacam*. Atqui totam sententiam restituimus facili negotio, dum ex vulgatis hanc solum vocem *homusio* (quæ nihil aliud sonat quam illa *homousio*) immutavimus, pro ea apponentes *anomæoque*, idque ex fide exemplar. L., Pi., A., M., Vi., O., Lod., trium Vat., quibus proxime accedunt Fa., Lo., 4 Vat., in quibus *anomæosioque*, quæ voces cum differant tantum terminatione, idem significant, ac dissimilis seu diversæ substantiæ : ut *homousion* ejusdem substantiæ, et *homæousion*, seu *homoiousion*, seu etiam *omiousion*, similis substantiæ : retinuimus præterea *homoiousion*, licet in L., A., M., V., Lo., Lod., Fa., Peta., Fux. et 7 Vatic. scriptum esset *omoeousion*, *oe* pro *oi*, quod sæpe contigit in mss., sive ut in Vi., O., *homoeusion* cum *h*, ita ut sensus sit Hieronymi, Meletium et Synodum secutos fuisse hæresim Macedonianam, quæ rejecta Catholica fide de *homousio* Christi, id est de eadem substantia cum Patre, et opinione Acacii, et aliorum hæreticorum περὶ τοῦ ἀνομοίου, de *anomæo*, id est de diversa substantia Christi a Patre, retinebat *homoiousion*, tamquam medium inter utrosque, id est asserebat Christum non ejusdem nec diversæ, sed similis substantiæ cum Patre. Qua de re inter alios plures Gregorius Nyssenus lib. de Hom. opifi. cap. 6 et 16, Basil. in cap. I Esaiæ et sæpe, Nicephor. lib. x cap. 40. Quod autem Macedonius primus excogitaverit dogma de voce ὁμοιούσιος, fidem facit Theodoretus lib. IV Hæret. fabul. et lib. II Histor. cap. 6, et Cassiodor. Histor. Trip. lib. IV cap. 22. Inde quoque legimus Macedonianos præ cæteris dictos *Omiosianos*, seu *Homæousianos* : quod vero illi crediderint suam opinionem esse mediam viam inter Catholicos, qui ideo *Homousiani* dicebantur, et illos Arianos, qui Aetiani, seu Acaciani, seu Eunomiani, seu etiam Anomiani, testatur Socrates lib. III cap. 8 (vel secundum Græcum autographum, et Musculi versionem cap. 10), dum introducit Macedonianos ita respondentes ad interrogationem, quare a Catholicis et Acacianis dissentirent : *Occidentales*, inquiunt, *circa homousion languebant*; *Aetius vero in Oriente sententiam veritatis depravando, anomion illud secundum οὐσίαν induxerat, et erant utraque illegitima : nam illi inordinate separatas Patris et filii hypostases ad unitatem copulabant, et nomine homousii velut pravo quodam vinculo colligabant : hic vero cognationem naturæ, quam Filius habet ad Patrem, per id vehementer divellebat, quod dissimilitudinem secundum οὐσίαν introducebat. Utrisque igitur extreme inter se dissidentibus, media inter utrosque via visa nobis est sufficienter veritatis habere pietatem, quæ Filium Patri secundum hypostasim similem esse dicit*. Non ignoro Basilium et plerosque Patrum asserere Meletium semper veram doctrinam amplexatum, unde Athanas. disputat. I contra Arian. eum vocat μεγάλον, et Nicephor. in Chron. *Confessorem* (ter enim ob fidem rectam in exsilium missum tradit Gregor. Nyss. Orat. in funer. Meletii), et Theodoret. lib. II cap. 31, θεῖον μεγάλον Μελέτιον. Adhuc hodie a Græcis inter sanctos colitur, et ejus festum tertio idus Februarii celebratur. Alii sunt, ut Nicephorus lib. IX cap. 48, qui licet fateantur Meletium aliquando secutum Arianos, tamen testantur eum non multo post resipuisse. Alii fuerunt, qui eum habuerunt ut dubium et hæsitantem in fide tam apud hæreticos, quam catholicos, sicut scribunt Theodoretus loco citato, et Nicephorus lib. II Hist. Eccles. cap. 48. Verum cum non tam de re ipsa hic contendamus, quam de mente ac sententia Hieronymi, de hac certe melius aliunde constare non potest, quam ex ipsis mss. hujus Chronici, et aliis ejus scriptis, in quibus Meletium numerat inter hostes Christi, ut vidimus circa olymp. 277, et reperies epist. 57, ad Damasum, *Vitalem non novi, Meletium ignoro*. Nam cum Meletius damnaretur a Damaso, non mirum si Meletium credidit hæreticum : siquidem, ut ibidem subjungit Hieronymus, *quicumque tecum* (cum Damaso) *non colligit, spargit*. Nullus autem potest ambigere, quin Synodus illa Antiochena Hieronymi notam merito sustineat, qui apud Socratem lib. III cap. 25 observabit episcopos qui interfuerunt, quamvis fidem Nicænam se amplecti, Anomianosque detestari dicant, Ὁμοούσιον tamen sic interpretari, quasi aliud non significet, quam simile substantia, quod ipsum plane erat τὸ ὁμοούσιον cum Macedonianis statuere. Quare ante Hieronymum Athanasius veri sensus synodi Nicænæ, et ὁμοουσίου vindex, hanc synodi illius, quam vocat, hypocrisim minime dissimulavit, ut apparet ex ejus reprehensione, sive ἐλέγχῳ τῆς ὑποκρίσεως τὸν περὶ Μελέτιον καὶ Εὐσέβιον τὸν Σαμοσατέα τῶν κακοδόξων περὶ τοῦ ὁμοουσίου, ubi docet expositionem illam τοῦ ὁμοουσίου, hoc est similis substantiæ, germanam ὁμοουσίου significationem non explere : Socrates quidem loco citato, et post eum Sozomenus lib. VI cap. 4, synodum hanc velut orthodoxam et confirmantem fidem Nicænam laudant. Sed nil mirum cum a Sabino hauserint, qui eam pro recta et legitima habebat : et tamen meminisse Socrates debuerat, quod alias, lib. II cap. 15, scripserat Sabinum hunc fuisse sectatorem Macedonianæ hæreseos, ac Synodicas epistolas, quæ pro homousio, et Synodo Nicæna facerent, solitum occultare, eas vero producere, in quibus minus esset expressa homousii professio.

Potest tamen Meletius variis modis defendi aut excusari, ut id, quod in hac synodo egit, minime hæretico sensu egisse credendus sit: utpote qui fuit vir sanctissimus, quique post hæc in exsilium, tertio a Valente fidei causa pulsus sit, teste Sozomen. lib. VII cap. 7. Ex his corrige Bedam, Marianum et alios, apud quos eadem sententia corrupte profertur, sicuti erat in impressis. Cæterum conveniunt omnes libri, ut hæc ad annum 1 Joviniani reponant.

(693.) *Vindicaverunt. Vendicaverunt*, Vi., O., septem Vatic., Albertus; *vindicavit*, Al.

(Ibid.) *Quas nimias adoleri. Quibus nimium se adoleri*, Al.

(Ibid.) *Dadastanæ. Dadastinæ*, P.; *Dadastenæ*, Vi., O.; *Dadastane*, Lo.; *Adrastinæ*, Mar.; *Daclasthamæ*, Jornandes, *cl* pro *d*, ut sæpe usurpari diximus. Quidam putarunt legendum *Dadanastæ*. Sic enim adnotatum ad marginem B., H., Pet. et So. Verum habetur in mss. ut in textu, et præterea apud Freculphum, Cedrenum, Ammianum Marcellinum lib. XXV, sicut *Dadastanis* apud Zonar. tom. III. *Dadastana*, inquit Socrates lib. III cap. 36, Μεθόριόν ἐστι τοῦτο Γαλατίας καὶ Βιθυνίας. Verum rem totam paulo aliter narrat Orosius lib. VII cap. 30.

(Ibid.) *Ætatis* 33. Verius quam antea et apud Mar., *ætatis* 34, ad imitationem L., M., Pi., Vi., O.: quibus favent Eutrop. lib. X, Socrates lib. III cap. 22, Albertus, Ammian. lib. XXV, Zonaras, Nicephor. lib. X cap. 43: unde cavebis tibi a P., in quo *ætatis* 37, et Freculpho, in quo *ætatis* 38, et a Victore, dum tradit hunc Jovianum *gessisse annos proxime* 40.

(Ibid.) *E Pannonia Cibalensis*. Videbatur legendum *e Pannonia Cibalensi*, ut habent Diaconus lib. XI, et Martin. Polonus post Eutropium, qui totam hanc sententiam ad verbum refert, vel etiam *Cibalensis*, quasi Ciball natus. Nam Pannonia in varias partes distincta, et cuilibet distinctum nomen, ut *Pannonia Ripariensis*, *Sirmiensis*, *Valeria*, *Bubalia*, *Sabaria*, etc.: unde quia *Cibalensis*, adjectivum cum sit, poterat deduci vel a *Cibali* urbe Pannoniæ, vel a *Cibalina* Africæ urbe; ne qua difficultas gignatur, additum *e Pannonia*. Tamen quia conveniunt omnes libri et Mar. in vulgata lectione, nihil muto.

(Ibid.) *Scutariorum. Scrutariorum* Vi., O., corruptius quam ut de eo lector moneri debeat. Et hæc demum apponuntur in omnibus libris et Mar. ad annum 1 Joviani.

(Ibid.) *Regnaverunt annis* 13. *Regnaverunt an.* 14, L., A., M., P., Pi., Lo., Peta.; tamen alii omnes codices habent hoc loco *an.* 13, licet in serie annos 14 digerant et numerent. Nam propter 5 aut 4 menses ultra an. 13, Valens dicitur obiisse anno 14, sicut Valentinianus anno 11, vel 12. Jornandes convenit cum vulgatis pene ad verbum, nec longe recedit Victor in Epitom., dum ait Valentem regnasse cum Valentiniano *an.* 10, *diebus* 5, et cum Gratiano *annis tribus*. Hunc proxime sequitur Zonar. tom. III, ubi scribit Valentem regnasse *an.* 13, mensibus 4. Nec omnino dissentit Cedrenus, cum dicit Valentinianum obiisse *anno imperii* 11, et Valentem post eum *per triennium regnasse*, huncque *anno* 14 *imperii decessisse*; Orosius, Vincen. et Contractus docent regnasse Valentinianum annis 11, postea Valentem annis 4. Marianus concedit Valentiniano *annos* 11, *mens.* 5, Valenti *an.* 4. Rufinus lib. II cap. 13, Valentem obiisse *annis* 14 *exactis*, et Ammianus lib. XXXI. Hinc colliges quantum a vero aberrarint Socrates lib. IV cap. 31, et Sozom. lib. VI cap. 36, 40, et Nicephor. lib. XI cap. 50, dum aiunt Valentinianum regnasse an. τρισκαίδεκα (nam male Musculus apud Sozomen. cap. 36, posuit *triginta* pro *tredecim*), Valentem cum Valentiniano *regnasse* 13 annis, et Valentiniano demortuo Valentem an. tribus; forsan decepti ex eo, quod cum reperissent apud nostrum Auctorem, Valentem et Valentinianum *an.* 13 *regnasse*, totos illos annos tribuerunt soli Valen- A tiniano, cum tres illi anni, quibus Valens vixit post Valentinianum, in illis 13 includantur.

(Ibid.) *Apollinaris Laodicenus episcopus multimoda religionis scripta componit*. Hæc adjecimus ex L., M., V., Va., Lo., P., O., Vi., Peta., Pi., Fux., Lod., Sa. et trib. mss. Fab., Vincent., Beda, et Adone, Mar., cum antea desiderarentur: cum quibus conveniunt, quæ de eodem scribit Hieronymus lib. de Scriptor. Ecclesiast., quod *in sanctas Scripturas innumerabilia scripserit volumina*, eumque vocat *Apollinarium*, ut alias sæpe, cui assentiuntur Basil. epist. 74, *orbem*, inquit, *libris suis replevit*. Idem Sozomen. lib. V cap. 18. Nec te moveat, quod Socrates et Nicephorus dicant Apollinarem fuisse presbyterum, non episcopum. Nam plus credendum est Hieronymo ipsi, qui idem confirmat lib. de Scriptor. Eccles., eumque ejus auditorem se profiteatur epist. 65, quam illis, quibus non erat cognitus. Non est prætereundum Bedam, post verbum B *componit*, hæc annectere, *qui postea a fide devians hæresim sui nominis instituit*, et Contractum ista, *sed postea hæresim condit*. Sed de hoc paulo post. Assignarunt autem codices et Mar. eam his sedem, quæ ex opposito respondet 1 anno Valentiniani; Contract. an. 5.

(Ibid.) *Terræmotu*, etc. Hunc terræmotum alii ascribunt an. 2 Valentiniani, ut Vi., O., Peta., P., Fa., Contractus et impressi; alii anno 1, ut Lo., Fux. Priores magis recipiendi: nam Socrates libro IV cap. 5, et Ammianus lib. XXVI, in fine, referunt istum terræmotum ad consulatum *Valentiniani et Valentis*, qui componitur cum 2 anno Valentiniani, tam apud Onuphrium, quam alios; de hoc terræmotu Hierony. in Vita Hilarionis et epist. 2, et in Isai. cap. XV, Cassiod. lib. VII Histor. Trip. cap. 15, Oros. lib. VII cap. 32, Diacon. lib. XI, Sozom. lib. VI cap. 2, Nicephor. lib. X cap. 35, licet isti duo perperam referant in tempora Juliani Apostatæ.

(Ibid.) *Procopius.... Phrygiam Salutarem*. Pinximus C *Salutarem*, cum majusculo *S*, utpote nomen loci, cum antea minusculo, sicut apud Jornand. et Diaconum, scriberetur, secuti L., Pi., et ratione etiam ducti, quod Phrygia ab historicis varias appellationes sit sortita, *Hellespontiaca*, *Paroria*, *Achrylis*, *Capatiana sive Pacatiana*, *et Salutaris*, ut in libro Notitiæ. Cæterum quæ hic habentur memineris annumerari in omnibus codicibus, anno 2 Valentiniani. Tamen Socrates lib. IV cap. 3 ait hunc Procopium insurrexisse *coss. Valentiniano et Valente*, qui est ille annus 2 imperii Valentiniani, sicuti etiam habent Fasti, et anno insequente penitus prostratum, a quo non dissidet Ammia. lib. XXV. Nihilominus quia ille consulatus est Cassiodoro annus primus Valentiniani et ipse est imitatus Hieronymum in multis, mihi innata est suspicio Hieronymum posuisse ad an. 2, ut ferunt editi: ita ut annus seu consulatus qui est Socrati, Ammiano, et Fastis 2, sit illi 1, et qui aliis 3, sit illi 2, et ita deinceps, sicut etiam observavit illust. Baronius non semel. Ineptum enim est, quod D ait Cuspinianus, Hieronymum hoc loco imitatum fuisse Cassiodorum, cum ille scripserit suum Chronicon (ipso teste lib. de Scriptor. Eccles.) ante 14 Theodosii, id est Christi 392: hic autem finit suum Chronicon circa an. Christi 559.

(Ibid.) *Damasus*, etc. Omnes libri et Mar. habent creatum *Damasum* pontificem ad an. 2 Valentiniani.

(Ibid.) *Et post non multum temporis*. In impressis locus hic erat valde mutilus, ita ut in margine Pet., Ba., H., So., feliciter fuerit annotatum, *videtur tale quid deesse, post non*, etc. Nam in L., Vi., Lo., Pi., O., A., P., Fa., Peta., sex Vatic., M., Al., Fux., et in trib. mss. Fab. legitur, *post non multum temporis*; in Sa., *et non post multum*, et illustrissimus cardin. Baronius, tom. IV Annal., hanc lectionem observat *post multum*, inquit, *temporis spatium*, vel, ut alii volunt, *post non multum*; non equidem ex Historia Eccles. Eusebii, ut velle videtur. Pertingit enim tan-

tum usque ad an. Christi 330, sed ex Rufino lib. II Histor. cap. 10, et aliis historicis, ut habent etiam membranacei codices.

(693.) *Sicininum. Sicinium*, Vi., Sa., Mar., sicut etiam habet Notitia imperii; *Sycinnium*, Fa.; quæ lectio est Platinæ. Nostra est Ammiani Marcellini libro XXVII, Rufini lib. II cap. 10. Erat autem una ex decem basilicis urbis Romæ, iisdem testibus.

(Ibid.) *Quo Damasianæ*. Locus erat corruptus, cum legeretur, *a quo Damasianæ;* sed tulerunt opem codices A., M., V., P., Vi., O.; at in Lo., Fa., mendosissime scribitur, *quod a Damasianæ;* et in Peta. et Mar., *a quodam Asianæ partis.* Ad extremum ne te suspensum habeat hic annus 2 Valentiniani, qui his appingitur: concurrunt enim cum illis omnes veteres membranæ.

(695.) *Valens ab Eudoxia*, etc. Hæc incurrunt in an. 3 Valentis in Lo., Peta., Pi., Vi., O., Fa., impressis et Vincen. tom. IV; ad an. 2 in Fux., tribus mss. Fab. et Mar., sed primorum situs præ cæteris commendandus. Nam licet inter veteres nullus hujus baptismi Valentis annum designet, hinc tamen cœptam persecutionem contra Catholicos, constat ex Socrate lib. IV cap. 10, dum ait sequenti anno, hoc est coss. *Lucino* seu Lupicino *et Jovino* (qui est illi an. 4 imperii Valentis) *relegatos in exsilium episcopos*. Nam quod ipse lib. IV cap. 2, et Sozomenus lib. VI cap. 7, et Oros. lib. VII cap. 32, putarunt persecutionem non fuisse motam ante mortem seu casum Valentiniani fratris, minus probabile videtur; ut nemo potest dubitare, quin postea gravius exarserit annis singulis: sicut testantur plurima exempla confessorum et martyrum.

(Ibid.) *Gratianus Valentinian.*, etc. Coeunt omnes codices et Mar., ut ad an. 3 Valentis reponant, et firmantur auctoritate Diaconi lib. XII, Orosii lib. VII cap. 31, Adonis et Cassiodori in Chron., qui hæc ipsa verba referunt, illi quidem duo an. 3 Valentin., hic vero consulatu 3 post Jovianum, scilicet *coss. Lupicino et Jovino;* qui consules, licet efficiant apud Socratem, Ammianum et Fastos an. 4 Valentiniani, tamen apud Cassiodorum constituunt an. 3; nec dubito quin in hoc sit imitatus Hieronymum, ut in aliis multis. Socrates lib. IV cap. 10, et Cassiod. lib. VII Hist. Trip. cap. 27, tribuunt iisdem consulibus, hanc Gratiani creationem in Augustum IX kalend. Septembr., nisi quod pro *Lupicino* habet *Lucino*, et editio Stephani Λουπικίνου, licet ms. Italicum Λουκίνου, quæ vox habetur etiam in Fastis Siculis et aliis. Confirmatur idem annus ex l. 3 de Indulgen. lib. IX Cod. Theodos., et l. 11 de Pœnis ibidem, in quibus tituli sunt: *Valentinianus, Valens, et Gratianus Dat.* III *non. Maii et* V *id. April., Lupicino et Jovino coss.* Ostendunt tamen illæ leges lapsum Socratem in die exprimenda 24 Augusti, seu IX kalend. Septemb.

(Ibid.) *Tanta Constantinopoli*, etc. Tempestatem hanc notant circa an. 3 Valentis Vi., O., Pi., Peta., Fux., Mar., tres mss. Fab.; at Lo. et Fa. una cum excusis circa an. 4: quibus eo major debetur fides, quo asseruntur a Socrate lib. IV cap. 10, et Cassiodor. lib. VII Hist. Trip. cap. 2, dum docet grandinem hanc lapidibus similem decidisse, iisdem *coss. Lucino et Jovino;* Diacon. lib. XII refert ad an. 3 Valen.

(Ibid.) *Apud Atrebatas*, etc. Contigit hoc vel anno 3 Valentiniani, ut habent Vi., O., Peta., Pi., Fux., Mar., tres. mss. Fab.; vel an. 4, ut in Fa. et impressis; vel an. 5, ut in Lo. Orosius lib. VII cap. 31, Diaco. lib. XII, Cassiodorus in Chron., hoc idem referunt ad eumdem 3 Valentin., quo Gratianus creatur Augustus.

(Ibid.) *Hilarius .... Pictavis.* Antea *Pictaviensis;* sed maluimus imitari A., Lo., Fux., Lod., M., Pi., P., Fa., Peta., quinque Vatic., Fre., Idac. et Hieronym. lib. de Scriptor. Ecclesias. *Hilarius*, inquit, *mortuus est, Pictavis*, Valentiniano et Valente regnantibus. Idem refert Beda libro de Ratione tempor., dum iisdem verbis utitur, haud dubie mutuatus ex nostro Chronico: idem Marianus, licet legat *Pictaviis*, Rhegino, Contractus, Gregorius Turonensis: ut sensus sit, non quidem eum fuisse episcopum Pictaviensem, cum prius hoc dixerit, sed eum non obiisse in exsilio (ut volebant Ariani), sed Pictavis in sede propria: sicut de sancto Athanasio observat Breviarium Romanum die 2 Maii, eum post tot pericula *obiisse Alexandriæ in suo lectulo.* Compararunt autem hæc cum an. 3 Valentiniani Vi., 3 mss. Fab., Pi., O., Peta., Fux.; at cum anno 5 Lo., Fa. et impressi, et hi rectius cæteris. Nam Hilarium vixisse usque ad illum an. 5 seu ad 10 post concilium Ariminense (de quo supra) constat ex ipsius epistola contra Auxentium. Hinc corrige Severum Sulpitium et Contractum, qui volunt eum mortuum an. 4 Valentin., et Gregorium Turonen. lib. I cap. 39, qui scribit eum obiisse an. 6, postquam ab exsilio rediit. Nam ille annus 6, inchoando ab an. 24 Constantii, incidit in an. 2 Valent., secundum Auctoris calculum.

(Ibid.) *Nicæa quæ sæpe ante eos terræmotu funditus eversa.* Cum prius *Nicea*, ascivimus illi diphthongum, quidquid habeant hoc loco libri, in quibus e. Nemo enim nescit requiri, qui meminerit ita haberi apud omnes veteres scriptores, et ita superius observatum fuisse. Eversionem Nicææ ad an. 4 Valentiniani contulere Pi., Vi., Peta., O., Fux., Mar., 3 mss. Fab.; ad an. 5 Lo., Fa. et impressi. His vim addit auctoritas Socratis lib. IV cap. 10, et Cassiod. lib. VII Histor. Tripar. cap. 22, dum aiunt hunc terræmotum factum fuisse *Valentiniano* II *et Valente* II *coss.* quos Fasti Onuphrii e regione an. 5 Valentis disponunt; sicuti etiam videtur facere Socrates, ut colligitur ex ejus locis antea citatis, dum egimus de primis, secundis et tertiis consulibus imperii Valentiniani. Sed Cassiodoro est an. 4, seu consulatus 4, post mortem Joviani, et proinde Hieronymo, ut antea diximus. Vide etiam quæ notavimus, dum ageretur de terræmotu Nicomediæ circa an. 263.

(Ibid.) *Libanius*, etc. Revocant ad an. 4 Valentiniani Pi., Peta., Fux., Mar., tres mss. Fab.; ad an. vero 5, Lo., Vi., O., Fa. et excusi.

(Ibid.) *Redditus.* Castigatior lectio ex fide Fa., Peta., Fux., A., L., M., Pi., sex Vatic., P., Vi., O., Lo., quam ut olim *editus:* non quod, si sensus pateretur, non æque Latine diceretur; sed quia Auctor significat restitutum agonem, cum per aliquot annos fuisset intermissus. Cæterum quæ hic habes, ita collocata reperies, ut in Pi., Vi., O., Peta., anno 5 Valentiniani objiciantur; in Fux. an. 4; in Lo., Fa., ut in editis, an. 6. De eodem agone celebrato ad ultimum annum Valentis, mentionem facit Socrates lib. IV, cap. ultimo.

(Ibid.) *Athanaricus. Haitanaricus*, Peta., Vi., Pi., O.; *Hartanaricus*, Fa.; *Hattanaricus*, Lo., *Hathanaricus*, Fux.: in quibus omnibus cum scribatur cum aspiratione in prima syllaba, ea videbatur retinenda. Nihilominus in re levi noluimus discedere ab editis, maxime cum firmentur auctoritate Ammiani, Diaconi, Nicephori, Orosii, Socratis, et Sozomeni: licet hi duo pingant non solum cum θ, sed etiam cum χ, Ἀθανάριχος.

(Ibid.) *Athanaricus rex Gothorum in Christianos persecutione*, etc. Et his verbis *in Christianos* arguuntur erroris hi, qui existimant Athanaricum non fuisse ethnicum, sed Arianorum labe infectum; nam si ita fuisset, dixisset potius Auctor *in Catholicos.* Deinde hoc ipsum asseverant August. lib. XVIII de Civit. cap. 52, Epiphanius, Socrates, et Sozomenus. Advertes præterea vastatorem hunc varias in variis libris sedes occupare. Nam in Pi., O., Peta., Vi., Fux., Mar., circa an. 5 Valentiniani; in Lo., Fa. et editis circa an. 6: quibus proxime accedit Epiphanius, dum hæres. 70 scribit Gothos monachos passos persecutionem a rege Gothorum quadriennio ante quam suum *Pannarium* componeret: scribebat autem, ut ipsemet testis est in exordio primi libri,

anno 11 Valentiniani et Valentis; ergo persecutio illa contigit anno vel 6, vel 7 imperii illorum; unde erroris convincuntur Socrates lib. IV cap. 34 et seqq. et Sozom. lib. VI cap. 36, dum referunt hanc persecutionem ad annum 13 Valentis; magis enim credendum Epiphanio, utpote illius ævi.

(695.) *Eusebius episcopus Vercellensis moritur*. De tanti confessoris morte minus conveniunt exemplaria. Nam Fux., Peta., Pi. an. 4 Valentiniani assignant; Vi., O. an. 6; Lo., Fa. et cusi an. 7: de quibus judicare non est ita facile, cum nil certi possit colligi ex aliis scriptoribus, nisi quod Hieronymus lib. de Scriptoribus Eccles. confirmat eum vita functum sub Valentiniano et Valente.

(Ibid.) *Constantinopoli Apostolorum*, etc. Martyrii illius dedicationem congerunt ad an. 5 Valentiniani Fux.; ad an. 6 Vi., O., Pi., Peta., Mar.; ad an. 7 Lo., Fa. et excusi. Quibus nil video quod adversetur, cum ejus rei altum sit silentium apud veteres.

(Ibid.) *Magna fames*, etc. Licet Vi., Pi., O., Fa., Fux. et Contractus habeant hæc ad an. 6 Valentiniani, editi tamen, una cum Lo. et Fa., reponunt ea ad an. 7. Nec est ulla ratio quare ab illis dissentiamus.

(Ibid.) *Lucifer ... qui cum Gregorio episcopo Hispaniarum, et Philone Libyæ, numquam se Arianæ miscuit pravitati*. Significat eos abstinuisse a communione non solum Arianorum, sed eorum sive episcoporum, sive aliorum catholicorum, qui cum Arianis quantumlibet pœnitentibus communicabant: non autem quod hi soli ex omnibus episcopis immunes fuerint ab Ariana hæresi. Nam in Occidente præter Auxentium Mediolan. episcopum pauci admodum fuerunt sectatores illius impietatis: unde Basilius in epist. 70, quam ad Italiæ et Galliæ episcopos dirigit: *Hoc enim*, inquit, *hæreseos malum cuncta depascitur, et periculum est ne vastatis Ecclesiis nostris, et ad sanam incolatus vestri partem serpat*. Immo in Oriente quoque major pars erat catholicorum, teste Basilio epist. 72: *State in fide, ipsum orbem inspicite, et videte, quam modica sit ea portio, quæ hoc morbo laborat; reliqua vero universa Ecclesia, quæ ab orbis finibus usque ad fines Evangelium recepit, sanam hanc et rectam doctrinam sectetur, a cujus communione, ut ne excidatis, petimus*. Situs horum is est, ut in Pi., Vi., O., Peta., Fux., Contract., Mar. circa annum 6 Valentiniani contineantur; in Lo., Fa. et editis ad an. 7.

(Ibid.) *Maximinus*. Pro *Maximus*; sic nos legendum duximus, ut jam recte conjecerant, qui idem observarant in margine B., Pet., H., So. Ad id nos adduxit fides exemplar. septem Vaticanorum, Fa., L., A., Lo., Pi., M., sex. Vatic., et auctoritas Fux., Mariani, Contracti et Ammiani lib. XXVIII, licet Zonar. tom. III legat *Maximianus*, et Rufin. lib. II cap. 10, ut etiam Oros. lib. VII cap. 33, *Maximus*; si tamen idem est cum hoc, qui dicitur *præfectus annonæ*; Rufinus enim eum quidem nomine præfecturæ cohonestavit: quæ tamen ea fuerit, sive annonæ, sive urbis, non expressit; quin Orosius *ducem* nominat, non præfectum, et Ammianus lib. XXVIII, *Vicarium et omnium judicum crudelissimum*. Eidem *Maximino Vicario urbis Romæ*, exstat inscriptio rescripti Valentiniani, Valentis et Gratiani in Cod. Theodos., sicut refert illustriss. Baronius ex Bibliotheca Vatica. tom. IV, pag. 274, et in eodem Cod. edito, lib. IX tit. ad L. Cornel. L. 4, est ad Maximinum P. ut etiam L. 3 de Raptu virgin. Connumerantur autem in O., Pi., Vi. ad an. 6 Valenti.; in Fux., Peta., Mar. ad an. 7; in. Lo., Fa. et editionibus ad an. 8; sed in quod horum potius propendeas, vix dici potest.

(Ibid.) *Præfectus annonæ*. *Præfectus Pannoniæ*, Vi., O.; sed mendosissime, ut ex superiori Nota constat.

(Ibid.) *Valentinus*. *Valentinianus*, O., Vi., Sa., Peta., ut etiam Zosimus lib. IV: in cujus tamen ora habetur alias *Valentinus*. Sed vulgata scriptio est aliorum exemplarium et Diaconi lib. XII. Quod ad

A annum pertinet, Peta., Vi., Pi., O., Fux. collocant ad ann. 7 Valent.; Lo., Fa. et impressi ad an. 8. Diacon. lib. XII recitat ad an. 11 Valent.; Zosimus proxime ante ipsius mortem.

(Ibid.) *Presbyter Sirmii*, etc. Antea *Syrmii* cum *y*; sed de scriptura hujus nominis vide quæ antea diximus, et adde quod in Codicibus Theodos. et Justinia. scribitur semper cum *y*. Cæterum congessere ista ad an. 7 Valentiniani Fux., Pi., Peta., Vi., O.; ad an. vero 8 Lo., Fa. et impressi; a quibus cur discedamus, nulla sese offert causa: simile fere exemplum refert August. de episcopo Tagastensi Firmo nomine epist. ad Consentium de Mendacio cap. 13.

(Ibid.) *Decollatur*. Sic ex L., A., M., V., Va., Vat., Fux., P., Lo., Vi., Fa., O., Pi., Sa., Peta. et trib. mss. Fab., pro *occiditur* ut olim. Decollari enim singulare genus mortis indicat, quod est securi percuti.

B (Ibid.) *Exproconsule*. Auctor marginis exemplarium Pet., B. et H., So., monet restituendum *exproconsulem*, cui assentirer, quia exproconsul idem est ac proconsularis, qui proconsulis munere functus est: ut *exprœfectus*, *exconsul*, *exvicarius*, et similia. Verum quia prius legitur in omnibus manu et typis exaratis, et usurpatur ita frequentius in ablativo, nec sensus integritas tollitur, fixa et rata esse maluimus.

(Ibid.) *Didymus*. *Didimus* Peta., Fa., Lo., Vi., O., Fux.; sed vulgata est Hieronymi passim, Socratis, Evagrii, Sozomeni, Palladii, Rufini et aliorum. Porro libri variant in assignanda his sede. Nam Pi., Vi., O., Peta., Fux., Mar., tres mss. Fab., Vincen. ex Hierony. reponunt ad an. 8 Valentiniani; Lo., Fa., Contract. et impressi, ad an. 9.

(Ibid.) *Elementorum quoque ignarus fuit*. In Vi., O., Sa., Vincen., adjungitur copula negativa *non* hoc pacto, *elementorum quoque non ignarus fuit*. Nihilominus tamen vulgata lectio receptior videtur. Cum C enim Didymi eruditionem extollat, ea commendatior videtur, quod et in homine cæco et elementorum ignaro fuerit. Alias sicut Hieronymus pluribus describit lib. de Script. Eccles. et sæpe, unde prooemio in epist. ad Galat. et præfat. in Didym. lib. de Spiritu S. vocat eum *videntem cæcum* ob ingenii perspicacitatem, et laudat quod oculos habuerit columbæ, de qua in Cant. 4.

(Ibid.) *Equitius Comes*, etc. *Probus præfectus*, Vi., Pi., O., L., M.; *Probus præfectus Illyrici equitius comes*, Fux. Verum præter alia exemplaria, Ammianus lib. XXVI, Paulus Diacon. lib. XII, Fasti, meminerunt *Equitii comitis* et postea consulis, et quod plurimum posset apud imperatorem. Zosimo, lib. IV, est Ἐκίτιος. Observabis demum in Vi., Pi., O., tribus mss. Fab., Peta., Fux., hæc respondere anno 8 Valentiniani; in Lo., Fa. et excusis, an. 9.

(Ibid.) *Quam a Barbaris*. Sic rectius ex L., A., Lo., Al., septem Vaticanis, quam, ut in editis, *tam-* D *quam a Barbaris*.

(697.) *Eunoius discipulus*, etc. Hæc Vi., Pi., O., opposuere anno 8 Valentiniani; Peta., Fux., Contract., Mar., tres mss. Fab., an 9; Lo., Fa., una cum vulgatis, ann. 10.

(Ibid.) *Ad Usonem*. Purgatus locus auctore chirographo Al.; in excusis enim *de Usone* reperies; in septem Vaticanis *Deusone*; et licet Al. *ad Eusonem* habeat, formulam tamen hanc imprimis sequendam docuit: reliquorum vero librorum consensus *Usonem* recensendum monuit, discessione facta a vulgatis non nisi invito animo, quos libenter secuti fuissemus, si sensus integritas servari potuisset. Nam quod scribit Marianus *ab Hugone*, præfert quidem aliquem sensum: suspicor tamen esse mendum exscriptoris, dum in vulgatæ lectionis dumetis hæreret, si conjecturæ dandus locus. Videat lector utrum horum magis probet, vel *a Sunnone* (meminit enim Ado in suo Chronico circa hæc tempora cujusdam ducis

Francorum, quem *Sunnonem* vocat), vel num per A *Usonem*, vel *Eusonem* intelligenda urbs Galliæ in ducato Burgundiæ sita ad Ararim, vulgo *Auxonc*. Nam per *Usonem* intelligere *Vessones*, qui Ptolemæo iidem sunt ac *Suessiones*, civitas Galliæ in Picardia, vereor ne hoc sit potius ariolari. Porro stragem hanc Saxonum accensere quidem docent anno 9 Valentiniani Vi., Pi., O., Peta., Fux., Mar., tres mss. Fab., sicut etiam facit Cassiodor. in Chron.; sed reliqui, ut Lo., Fa. et impressi, an. 10.

(697.) *Quot numquam*. Vulgati cum nonnullis mss. habent *quod*, sed convenientius legitur *quot*, manuducentibus L., A., Lo., Vi., Pi., Mar. et Cassiodoro, apud quem tamen depravata est interpunctio, quam restitues ex hoc loco, et Diacono lib. XII, atque Oros. lib. VII cap. 32.

(Ibid.) *Clearchus*. Placuit ita legendum cum spiritu juxta Al., L., M., P., Cassiodor. in Chron., et lib. VII Histor. Tripar. cap. 21, Suidam, Socratem lib. IV cap. 8, apud quos κλέαρχος, et narratur historia pluribus, et, quod præcipuum est, Prosper, dum eumdem postea consulem facit an. 387, vice receptæ scripturæ : in impressis *Clearcus*; in Fa. *Cleapcus*; apud Mar. *Elearchus*. Porro seligito utri anno assignari velis; Vi. enim, Pi., O., Peta., Fux., Mar., tres mss. Fab., anno 9 assignant, sicuti facit Cassiodorus in Chron.; Lo., Fa. et excusi, ann. 10.

(Ibid.) *Alexandriæ XX ord. episcopus Petrus*, etc. Inauguratum Petrum non omnes docent eodem anno; nam Vi., O., Pi., Fux., tres mss. Fab., Peta., tribuunt an. 9 Valentis; Lo., Fa. et cusi, an. 10. Socrates, lib. IV cap. 20, refert hunc Petrum successisse Athanasio defuncto, *coss. Gratiano* II *et Probo*, quos Fasti Onuphrii comparant cum an. 8 Valentis. Verum cum collatio illa consulum et imperatorum non ita certa sit, quin possit sæpe in dubium verti, continui me, ne quid mutarem. Summus Baronius, cum olim in Martyrologio asseruisset ordinationem hanc seu obitum Athanasii evenisse coss. illis, mutavit sententiam in Annalibus, dum, pag. 332, in sequentem annum putat rejiciendum, hoc est, ad annum 9 Valentis; alias enim, ait, numquam exsurgerent illi anni 46, quibus diximus Athanasium præfuisse (Anastasius enim, id ipsum testatur in Chronographia, Athanasium scilicet et obiisse anno illo 9 Valentis, et totidem sedisse annos), etiam si sumas initium numerandi, ut ille vult, ab anno 21 Constantini. Ergo cum tanto viro reposueramus in eumdem annum 9 Valentis; sed cur correctori suo fuerit neglectui, nescio.

(Ibid.) *Melania*. *Malantia* P., et unus ex tribus mss. Fab.; *Melanthia* Mar.; *Melanius* L., A., P.: *Melanias* V., Fa., Peta., Lo.; *Melana* Vi., O., Vincen.; *Melanis* Fux.; *Magnentia*, *quæ et Tecla* Contract.; sed ubique corruptissime. Tam certa enim et fixa est scriptio communis, ut pene pudeat cæteras proferre, nisi viderem ista, quamvis minutula, plerisque antiquitatis studiosis probari. Adde quod eadem refert Hieronymus epistol. 25, *de Melania* D *toti orbi cognita muliere*, et epist. 5, 41 et 99, ubi etiam de hac illius sancta peregrinatione loquitur : sicut etiam facit Palladius cap. 2 et 33, et Rufinus (qui fuit comes istius peregrinationis, testibus Hierony. epist. 5 et 41, et Paulino epist. 9) in Hierony. Invect. I. Quod autem scribit Auctor, Melaniam fuisse filiam Marcellini quondam consulis, Rufinus, et Paulinus, epist. 10, videntur adversari, dum ille nominat eam *neptem*, hic vocat Marcellinum illius *avum*, sed Fasti consulares utrumque ferre possunt. Duo enim hujus nominis reperiuntur consules ordinarii, ante centum annos, quorum unus fuit collega Aureliani, circa an. 278 Christi, alter Probini circa an. 343, et forsan vocabulum *filiæ* sumitur pro *nepte*, eadem ratione qua Galli vocant nepotes *petits-fils*, et neptes *petites-filles*. Vide autem satiusne sit abire in partes Fux., qui ista assignat anno 9 Valentis; vel Lo., Pi., O., Vi., Fa., trium mss. Fab. et Contract., qui an. 10, quique secum omnes editos pertraxere; an Peta., qui an. 11. Sed cum Palladius cap. 33 asserat Athanasium in illa peregrinatione dedisse *Melaniæ ovinam pellem, quam acceperat a Macario*, necesse est illam accidisse ante annum 10 Valentis, cum Athanasius an. 9 decesserit, ut vidimus. Quod autem idem videtur eam referre ad initia imperii Valentis, judicet prudens lector.

(Ibid.) *Tanto virtutum*. Male in omnibus editis *tantum virtutum*, sed emendavimus ope L., A., M., T., Va., Lo., Vi., P., Vat., O., Peta., Fre., Vincen., nam ratio sensus idem requirit.

(Ibid.) *Post Auxentii seram mortem Mediol. Ambrosio episcopo const. omnis ad fidem rectam Italiæ convertitur*. Non significat Italiam vel majorem partem aberrasse a fide, neque plures fuisse Arianos in Italia quam Catholicos; paucissimi enim erant Ariani in Occidente, testibus Athanasio, Gregorio Nazian. et aliis, ut paulo ante attigimus; sed quia Auxentius, B quamdiu vixit, pertinacissime Arianam hæresim defendit, licet vellet videri Catholicus, indicat eo exstincto nil amplius superfuisse Arianæ contagionis. Insuper Ambrosii promotionem ad episcopatum, alii libri describunt circa annum 10 Valentiniani, ut Fux., Peta., Contract. et Cedrenus; alii circa an. 11, ut Pi., Vi., O., Lo., Fa., Mar., tres mss. Fab. et impressi. Quibus nullum veterum testimonium adversatur.

(Ibid.) *Aquileienses*, etc. Librorum dissidium in anno consignando varietatem haud genuit, ut Fux. anno 10 Valentiniani tribuat; Lo. vero, Pi., Vi., O., Fa., tres mss. Fab. et excusi, an. 11. Quantum floruerit illa Ecclesia Aquileiensis, pluribus persequitur Hieronym. epist. 41, 42, 43.

(Ibid.) *Chorus beatorum habentur*. Post illa verba, adjectum est in Vi., L., Pi., Sa., O. et Vincen.: *Thæodolus miserabilis presbyter, dum adversum conscientiam furoris sui sacrificia Domini offerre auderet, in mediis precibus eliditur*.

C (Ibid.) *Quia superiore*, etc., *vastaverant*. Antea *vastaverunt*. Sed maluimus imitari A., Vi., Pi., O., Peta., Lo., Fux., Fa., quia sensus fit planior. Agnosce unanimem librorum consensum ad an. 11 Valentiniani, excipio 5 mss. Fab. qui ad an. 12; sed rectius priores, saltem ex mente Auctoris. Et hoc autem loco apparet Hieronymum inchoasse annos imperii Valentiniani et Valentis, non Fasti, ut et peritiores inter chronologos, a *consulatu Joviani et Varroniani*, et in quo obiit Jovianus imper., licet illo anno cœperint imperare Valentinianus et Valens, ille 5 kalend. Martii, hic kalend. Aprilis, sed ab insequente *consulatu Valentiniani et Valentis*. Nam apud eos hic annus qui inscribitur *post consulatum Gratiani et Equitii*, est illis annus 12, ut est Auctori an. 11 : quibus firmantur ea quæ supra diximus, de discrepantia Auctoris cum aliis.

(Ibid.) *Valentinianus..... Brigitione moritur*. *Brigitone* Fux., Vincen. tom. IV; *Brigitio* Lo., Fa.; *apud Brictionem* Gotfredus Viterbensis, et Otho lib. IV cap. 14; *Brigione* Jornandes; *apud Bregentionem* Victor; *apud Brogentionem* Ammian. lib. XVII, sed lib. XXX *apud Brigitionem*; ῷ προσωνυμία Βεργιτίω Socrates lib. IV cap. 31, seu, ut habet ms. Italicum, Βεργιτίω, cujus ms. collectanea seu diversas lectiones nobis communicavit reverendiss. Alphonsus Delbene, episcopus Albiensis, vir ingenio, pietate et eruditione pollens. Sozomenus, lib. VI cap. 36 ait Valentinianum obiisse ἐν φρουρίῳ τινὶ τῆς Γαλλίας: *apud Brigitionem* Oros., lib. VII cap. 32; *apud oppidum Strigoniense* Mart. Polonus. Observabis demum sedem horum reddi minus certam, librorum inter se dissensione. Nam Vi., O., P., Peta., Fux., ascribi indicant an. 11 Valentiniani; Lo., Fa. et excusi an. 12. Priores videntur magis sequendi, cum certum sit ex Socrate, lib. IV cap. 31, et aliis, Valentinianum obiisse eodem anno qui nominabatur *post consulatum Gratiani III et Ecetii* vel *Equitii*, et qui est Hiero-

nymo annus 11 Valentiniani, ut diximus in superiori nota, sicut etiam est ipsi Cassiodoro, licet Socrati, Fastis, et aliis sit 12; quibuscum convenit Ammianus, qui lib. xxx asserit Valentinianum obiisse *ætatis quinquagesimo anno et quinto imperii, minus centum dies, secundo et decimo*, id est imperii an. 11, mensibus 8, dieb. 20. Cedrenus, Cassiodorus in Chro., et lib. VIII Hist. Tripar. cap. 11, et Oros. lib. VII cap. 32, aiunt eum obiisse anno imperii 11, ac utuntur iisdem fere verbis quibus Auctor.

(697.) *Apollinaris Laodicensis jactatione ingenii, quosdam errores pertinaciter asseverans, hæresim sui nominis suscitavit, quam Damasus habito Romæ concilio damnavit.* Desiderantur in L., A., Fux., M., Vaticanis septem, Vi., Pi., Fa., P., O., Lo., Sa., Peta. et 3 mss. Fab. Propterea videbantur delenda, maxime cum superius nonnulla de eodem sint addita ex iisdem codicibus, nisi eadem iisdem verbis haberent Ado in Chron., Vincen. tom. I et IV, et nisi Hieronym. ipse præter cæteros Patres illius lapsum in hæresim confirmaret, epist. 89 et Apolog. contra Rufin., immo nisi Sozomenus lib. VI cap. 25, Theod. lib. V cap. 10, et alii, testarentur ipsius hæresim in concilio Romano a Damaso damnatam; et Cyril. epist. 15 ad Acacium, loquens de hoc *Apollinari* seu *Apollinario* (nam utrumque legitur), ait eum sua ipsius sapientia fretum in hæresim incidisse, quæ valde conveniunt cum illis verbis nostri Chronici, *jactatione ingenii*, quæ videntur desumpta ad verbum ex Rufino lib. II cap. 20 : *Apud Laodiciam Apollinaris episcopus, jactatione ingenii hæresim ex contentione generavit asserens*, etc., *quæ assertio primum in urbe Roma a Damaso, concilio congregato depulsa est.* Quo fit ut valde suspicer ista non esse germana Hieronymi; vix enim a Rufino mutuatus esset, cum quo gravis ei simultas fuit. Juvat etiam, quod concilium istud Romanum habitum a Damaso, videtur celebratum anno 10 Valent., ut acutissime probat magnus Baronius to. IV pag. 359, et non 12, ut hic notatum est; tamen in Pi. sita sunt ad an. 11 Valent.

(Ibid.) *Eutropius presbyter, vir eloquentiæ clarus agnoscitur.* Absunt in L., A., M., Lo., septem Vaticanis, P. Eutropii hujus fit mentio apud Gennadium lib. de Illust. Viris. Cave autem eumdem existimes cum Eutropio historico, ut quidam satis imperite, neque enim historicus videtur ullo modo fuisse Christianus.

(Ibid.) *Multi monachorum*, etc. Fux., Peta., Pi., Vi., O., hæc suggerunt ad an. 11 Valent.; Lo., Fa., ad an. 12. Quis sit certior, non constat ex aliis scriptoribus.

(Ibid.) *Valens lege data. Legem dedit* L., Pi., A., Vi., O., Sa., ut etiam Contractus ; sed lectio vulgata est aliorum librorum, et Paul. Diaconi lib. 11, Eutropii, Vincen. tom. IV, Bedæ, Mar., Adonis. Coegerunt autem ista ad sedem illam adversam anno 11 Valentiniani Vi., O., Pi., Peta., Fux.; ad eam vero quæ an. 12 opponitur Fa., Lo., Vincent. tom. IV et impressi, atque apposite : nam Orosius, lib. VII cap. 33, testatur persecutionem hanc ortam illico post obitum Valentiniani fratris. Vide etiam Rufinum lib. II cap. 3 et 4, et Socrat. lib. IV cap. 19. Mar. ascripsit an. 1 Valentis post mortem Valentiniani.

(699.) *Theodosius Theodosii*, etc. Aggregantur in Vi., O., Peta., Fux., ad. an. 11 Valentiniani; in Lo., Fa., Pi. et impressis, ad an. 12; in 3 mss. Fab. ad an. 13; apud Contractum et Mar. ad an. 1 Valentis post mortem Valentiniani. Nemo est veterum qui consignet annum cædis hujus Theodosii patris. Solus Orosius, lib. VII cap. 33, ait eum interfectum apud Carthaginem. Ambro. in Orat. in funere Theodosii testatur quidem occisum fuisse, sed qua ex causa, per quos, vel quando, subticet.

(Ibid.) *Et plurimi nobilium occisi.* Desunt in L., Pi., sed loco illorum ponitur : *Multorum per orbem bellorum victoriis nobilis in Africa, factione eorum periit, qui et ipsi mox cæsi sunt, id est, Maximinus* (de quo supra Eusebius) *expræfectus et cæteri.* Sed prius, quia communiter in omnibus tam mss. quam editis legitur, debuit retineri.

(Ibid.) *Photinus*, etc., *dogma Judaicum.* Restituimus *Judaicum* pro *dogma inductum*. Prætulerunt lucem codices numero decem, L., Pi., A., M., Vi., O., P., Lo., Lod., Sa., quibus annumerandus unus ex trib. mss. Fab. Accessit Marianus, et ratio quæ nutantes confirmavit; nam ut est apud Epiphanium Hæres. 71, Photinus eadem dogmata spargebat, quæ Paulus Samosatenus. Idem habet August. lib. de Hæres., hæresi 45, cum ait ex eodem Epiphanio, et Philastrio, *Photinum in omnibus secutum doctrinam Pauli Samosateni.* Confirmat Sozom. l. IV. c. 6 Hist. Ecclesiast. Hinc Hieron. in Symbolum Rufini, vocat Photinum successorem Samosateni, et in cap. XVII Hieremiæ, Photinum cum Samosateno conjungit in eodem dogmate. Jam vero de sectatoribus Samosateni ita sensit idem Epiphanius hæres. 65, ut cum Judæis eos conferat, et Judæos appellet : *Ii*, inquit, *Judaismum corrumpunt nihil amplius Judæis habentes, secundi Judæi vocabantur, et Samosatitæ*, quo fit ut merito ab Hilario Photinus, sæpius nuncupetur *Ebion*, et ab Hieronymo lib. de Script. Eccles. *Ebionis sectator. Ebionis*, inquit, *hæresim instaurare conatus est.* Quis vero nesciat Ebionem Judaismum redoluisse? Sed quid clarius quam quod exstat apud Vincent. Lirinens. c. 17? *Photini*, inquit, *secta hæc est : dicit Deum singulum esse et solitarium, et more Judaico confitendum.* Solus Fux. redegit ista ad an. 11 Valentiniani; tres mss. Fab. ad an. 31; reliqui ad an. 12, ut Lo., Peta., Pi., Vi., O., Fa., impressi et Contract., quibus nullus veterum adversatur.

(Ibid.) *Qui multa continentiæ et ingenii bona uno superbiæ malo perdidit.* Hæc omnino desiderantur in A., Vi., Fux., O. et trib. mss. Fab., et Vincen. Verum in sequentem lineam post illa, *clarus habetur*, reponuntur in L., M., V., P., Lo., Pi., duobus Vatic., Mar., ut de D. *Basilio* dicantur, non de *Photino*. Nam etiam legimus Basilium accusatum, non solum ab hæreticis, sed etiam a nonnullis Catholicis, quod esset gloriæ cupidus, et fastus, ac supercilio elatus, quibus respondet epist. 164. Tales *iniquos et acerbos rerum judices* vocat Gregor. Nazianz. Orat. in laudem Basilii, et addit de se et Basilio loquens, *ab ambitione ac theatrica quadam ingenii ostentatione abhorrebamus.* Immo, quod mirandum est, ipsemet Gregor. in carmin. de vita sua Basilium videtur fastus insimulare, dum de eo ita scribit, *An te, summe vir, potius notem, tuumque fastum, quem tibi invexit thronus?* Adde quod ex ipso Gregor. epist. 16 ad Basilium constat, nescio quid simultatis intercessisse inter Basilium et nostrum Eusebium. Nam Basilium cohortatur ad concordiam. Ne quid tamen sinistri de tanto viro suspicaremur, maluimus in superiori laterculo relinquere, ut pertineant ad Photinum, secuti reliquos codices tam mss. in quibus sunt Vatic. quatuor (qui differunt tantum ab impressis, quod *decoloravit* pro *perdidit*, usurpent) quam impressos, præcipue quia ob pietatem singularem *magnus et sanctissimus* appellatus est a conc. Ephesino, *gloria Ecclesiæ et vere Dei famulus* ab Athanas. epist. ad Joan.; *orbis lumen, vox et tuba orbis, doctrinæ palatium* a Greg. Nazian. epist. 10, et *os Ecclesiæ et fons doctrinæ* a Patribus, teste Metaphraste in Vita Ephrem; ab August., l. I cont. Julian. c. 5, *insignis vir et clara præditus sanctitate.* Et Eubolus Basilii præceptor, cum ab eodem aliquando reprehenderetur, interrogatus, quis ille, qui eum auderet reprehendere, respondit, *aut Deus*, inquit, *aut Basilius*, ut refert Amphilochius in Vita Basilii. Adde quod Epiphanius hæresi 71, cum loquitur de Photino, duo in illo agnoscit, et dona ingenii, et insignem superbiam : *Photinus*, inquit, *insania non minima elatus, et supra omnes furiosus factus*, etc., fuit *loquax et acutæ linguæ, et qui multos posset pronuntiatione et dicendi promptitudine decipere* : cui astipulatur Vincen. Li-

rinensis. *Erat Photinus*, inquit, *ingenii viribus valens, et doctrinæ opibus excellens et eloquio præpotens*, etc. Opponuntur in Fux., Vi., Pi., Peta., O., an. 12 Valentiniani; in Lo., Fa., tribus mss. Fab. et cusis, an. 13.

(699.) *Alemannorum.... apud Argentariam*. An sit scribendum *Alemannorum*, vide superius. Porro recensuimus *Argentariam* pro *Argentarium*, ex fide L., P., M., Lo., Vi., Peta., Fux., quatuor Vatic., Pi., Fre., O., Cassiodoro, et Ammian. l. XXXI, et Diacon. l. II; *apud Argentaria* in A., Au., licet Aurel. Victor antiquus (nam novus Schotti nobiscum scribit) et Gotfrid. Viterbiensis sequantur vulgatam lectionem; Antoninus legit *apud Argentinam*. Eruditissimus Andr. Schottus putat esse oppidum in finibus Lemovicum, quod *Argenton* vulgo. Sed probabilius est esse urbem sitam supra Rhenum, vulgo *Strasbourg*, quæ ab auctore circa olymp. 284 vocatur *Argentoratum*, dum de simili Alemannorum cæde fit mentio; ut et apud Mar. hoc loco. Nam raro aut vix usquam constabit Alemannos tempore priorum imperatorum Lemovicos usque irrupisse. Cæterum quæ hic legis, reposita sunt in Fux., Peta., circa an. 12; in tribus mss. Fab. circa an. 14; in Lo., Pi., O., Vi., Fa. et impressis, an. 13, quibus favet Cassiodor.; vel 2 Valentis, apud Contract. et Mar. Sed rectius vulgati, ut potest colligi ex Ammiano.

(Ibid.) *Florentinus et Bonosus et Ruffinus*, etc. Copulam addidimus ex præscripto L., Vi., Pi., O., et quia constat duos et diversos fuisse ex variis epistolis Hieronymi: olim exstabat *Florentinus Bonosus*. Porro vox *Florentinus* deest in P.; *Bonosius* scriptum in V., O.; *Ruffinus* in Lo., cum gemino *ff*, sicut pingunt Hieron. et August. passim, et ipse Ruffinus in suis libris et ita vulgo. In Peta. pro *e quibus Florentinus* legitur *e quibus Rufinus*. Quæ vero hic dicuntur reperies collocata in Fux. circa an. 12 Valentiniani; in P., Vi., O., Peta., circa an. 13, seu 2 Valentis apud Mar.; in Lo., Fa., tribus mss. Fab. et impressis, circa an. 14. Sed parum interest quem sequaris, cum agatur potius de sæculo horum trium monachorum, quam de anno. Hieron. epist. 41 loquitur de Bonoso et Ruffino, de illo ut condiscipulo et prædivite adolescente, et epist. 22 de Bonoso et de Florentino, quem ibi Florentium vocat, ut epist. 5 et 6, quæ sunt ad eum inscriptæ, et in quibus eum valde commendat ob misericordiam erga pauperes. *Prætermitto*, inquit, *innumerabiles, in quibus Christum sustentasti, pavisti, vestisti, visitasti*, et testatur ejus sumptibus complures suos libros transcriptos fuisse.

(Ibid.) *Gens Hunnorum*. *Chunnorum* L., Au., Pi.; utrumque est in usu apud veteres scriptores, verum prius est frequentius. Sic Sozom., l. VIII, c. 25; Socrat. l. IV, c. 34; Evagr. l. III, c. 2; Sigebert. in Chron., Mar., Ado, Aurel. Victor., et Ammian. l. XXXI, Procopius passim. Antea erat scriptum cum unico *n*, ut etiam habent nonnulli mss.; sed rectius cum duplici, ut est in aliis et supradictis scriptoribus. Vastationem hanc conferunt Fux., Vi., Pi., O., Peta. et Orosius, cum an. 13 Valentis, seu 2 Valentis post mortem Valentinia., ut apud Mar.; in Lo., Fa. et impressis cum an. 14, qui magis probandus; colligitur enim ex Ammiano l. XXXI ista illo anno accidisse; quem consule, quia pluribus historiam prosequitur, sicut etiam facit Oros. l. VII, c. 33.

(Ibid.) *Superatis*, etc., *in Thracia*. *In Thraciam* L., Vi., Pi., O., Contract., quæ lectio potest ferri, quia Gothi occuparunt magnam partem Thraciæ; tamen vulgata est Mariani, Antonini, et aliorum exemplar. Præterea licet Fux., Peta., hæc ad an. 13 Valentiniani disponant, seu 2 Valentis apud Mar.; cæteri tamen, ut Lo., Pi., Vi., O., Fa., tres mss. Fab. et impressi, ad an. 14.

(Ibid.) *Lacrymabile bellum*, etc. Ista videntur sumpta quasi ad verbum ex Victore in Epitome. Congessere autem hæc ad an. 14 Valentis Lo., Vi., Pi.,
A O., Vincen. tom. IV, Fa. et excusi, quibus adjunge Cassiod.; ad annum 15 tres mss. Fab., Peta., Fux., et hi non sine aperto mendo, non solum quod auctor antea Valenti concesserit tantum *annos* 13, *mens.* 5, sed præcipue quia summa illa annorum quibus circumscribitur hoc opus, ut mox dicturi sumus, scilicet 2395, anni hujus additionem omnino rejicit. Nam cum ea fieret summa 2396, non ignoro tamen Orosium, Contractum, Marianum, Onuphrium, Baronium, Fastos et alios plures scribere Valentem occubuisse an. 15 imperii, et, ut loquitur Ammian. l. XXXI, *per an. 4 et decem paulo minus*. Sed discrepantia nascitur, ut antea monuimus, ex eo quod auctor serius uno anno inchoat imperium Valentis, videlicet a consulatu Valentiniani et Valentis, et non ab anno superiore, quo obiit Jovianus, ut cæteri.

(Ibid.) *Anni Domini* 381. Codices Vi., O., non nisi annum Christi 380 numerant ad an. 14 Valentis, quos sequitur Vincent., ut dixi antea: et eosdem
B videtur imitatus Sigebertus, dum constituit ann. 1 Gratiani ad an. Christi 381, et licet illi soli duo Vi. et O. deducant annos Christi per singulos annos imperatorum; tamen idem num. 380 reperitur in Fux. ad latus ultimi anni Valentis. Causa equidem in illis duobus est, quod tribuant tantum Antonino Caracallæ annos 6 pro annis 7; in Fux. autem, quod tribuat Galerio annum unicum pro duobus; sed quam sint alieni a mente Auctoris, dicemus non multo post.

(Ibid.) *Ab urbe condita*, etc. Quæ sequuntur usque ad initium Prosperi, deerant in impressis; nos adjecimus ex diversis codicibus, prout indicavimus in singulis, necnon ex Chronicis comitis Marcellini et Idacii, quamvis Vincentius et Antoninus videantur non habuisse ista in suo exemplari; nam ille post ultimam periodum, quæ incipit *lacrymabile bellum*, et desinit in illa verba, *sepultura caruit*, statim subjungit, *hic finit Hieronymus Chronicam suam*; Antoninus vero: *Et in hoc* (scilicet in cæde Valentis) *Hieronymus finit Chronicon suum*. Tamen præter
C fidem tot codicum, de quibus inferius, videntur esse non solum consentanea præfationi Eusebii, sed valde necessaria ad stabiliendum certum gnomonem annorum hujus libri. Jam vero non erit abs re monere lectorem, quomodo sequentia habeantur apud Marcellinum et Idacium, quia video plures doctos in his hallucinari, et nonnullos hinc captare occasionem Eusebio detrahendi. Licet enim ita sint in illis posita nulla facta mentione alterius auctoris, ac si essent illorum propria, sunt tamen Hieronymi, et ex hoc Chronico exscripta: quod forsan accidit in Marcellino ex eo quod cum ejus Chronicon fuisset scriptum post Chronicon Hieronymi, quia prosequitur continentem historiam, librarius transposuit ad calcem Marcellini collectiones quæ erant propriæ Hieronymi; eadem pene ratione qua habentur in Lo. ad finem Prosperi, easque copulavit cum his quæ erant Marcellini. Nam hæ quæ incipiunt: *A Valente* VI *et Valentiniano Juniore usque ad consulatum Eudoxii*, etc.,
D usque in finem libri, omnes sunt ipsius Marcellini et colligunt partim annos quos illius Chronicon complectitur, partim alios superioris sæculi: in quibus cum numeri scateant multis mendis, Marcellinus citat nostrum Eusebium ita corrupte, ut ab ea labe necessario sit nobis vindicandus: *Passus est* (inquit juxta exemplar Onuphrii editum Venet. 1558) *Dominus Jesus Christus a constitutione mundi post annum* 5229. *Eusebius ponit* 6130 (vel juxta antiquam editionem 5230), *si numeri non sunt transpositi; ab Abraham autem usque ad passionem Domini*, 2044. *Idem Eusebius libro Temporum, ubi agit de passione Domini*. Nam ille calculus 6130, vel 5230, nullo modo est Eusebii. Immo ille solus 5229; non quidem usque ad Christi passionem, sed usque ad ejus prædicationem, quam Eusebius ascribit anno 30 Christi, seu 15 Tiberii. Quod autem Marcellinus confundat annum passionis Christi cum anno primæ ejus prædicationis, inde natum est, quia existimavit

Christum passum eodem ætatis suæ anno 30, quo cœpit prædicare. Quod habet commune cum plurimis veterum, sicut de Julio Africano testatur Hieronymus in Daniel. c. IX, et de se Tertullianus lib. contra Judæos, Lactantius l. IV Instit. c. 10, Clemens l. I Stromat., et alii.

(Ibid.) *Ab Urbe condita*, etc., usque *ad anni quadringenti viginti septem*, *etc.* Hic paragraphus desumptus est ex A., Au., Fux., Vi., Lo., O., Sa., et Idac., nisi quod in A. leguntur ad oram, et in Lo. ad calcem Prosperi, cum additione annorum 75, ut latius suo loco. Nec tamen ausim asserere illum esse Hieronymi, cum desideretur in aliis libris, et in Marcellino, et, quod præcipuum est, in præfatione Eusebii, quæ cæteras summas continet, licet calculo auctoris apposite respondeat, facto initio numerandi ab anno 1 Romuli.

(Ibid.) *Ad extremum hujus operis*. In. V., O., *hujus temporis*, sed minus germane; præterea ad horum latus in Fux. reperies, *usque ad consulatum Ausonii et Olibrii*, *quo incensus est Valens*, quod intelligas exclusive. Nam Valens obiit, consensu omnium, superiore consulatu, scilicet Valentis 6, et Valentiniani 2.

(Ibid.) *Anni* 1131. In A. legitur 131, sublata nota numeri millenarii; in Idac. 1031, et ad oram alias 1131; in Lo. 1206. Sed ille numerus accrescit ex eo quod continet annos 75 quos amplectitur Chronicon Prosperi (juxta illum codicem, nam vulgati habent tantum 67, ut nostra editio 68), ad cujus calcem positæ sunt istæ omnes collectiones; si ergo ex 1206 tollas 75, firmatur noster numerus 1131, quod in cæteris subsequentibus observes velim. Confirmant hunc calculum omnes veteres, qui annos Urbis cum annis Valentis contulere; sic Orosius l. VII, cap. 34, et Diaconus l. 12. Nam si per eos annus primus Gratiani est ab Urbe 1112, ergo ultimus Valentis est 1131. Cave dicas dissidere Eutropium, dum facit annum primum Valentis esse Urbis 1119. Illis enim adde annos 14 regni Valentis, efficies 1133, quos si numeres rursus ab anno 3 olympiad. 6, ut refert supputatio Varroniana, quam ipse sequitur semper, annus 14 Valentis erit Urbis 1132, si habeatur ratio calculi Catonis, qui incipit ab anno 1 olympiadis 7, et quem auctor amplectitur, ut tam sæpe dictum est. Quomodo autem sequens consulatus Ausonii respondeat anno Urbis 1118, ut ipse testatur in secundo Epigrammate de suis Fastis :

> Annis undecies centum conjunge quaternis
> Undecies, unumque super trieterida necte,
> Hæc erit æternæ series ab origine Romæ :

erudito lectori cogitandum relinquo.

(Ibid.) *Sub regibus, an.* 240. Sic habent, præter libros supradictos, Cassiodorus recenter editus (nam antiqua editio habet 242) et Idacius; et quam belle respondeant menti Auctoris, diximus supra, licet omnes pene scriptores ab eo dissideant tribus aut quatuor annis.

(Ibid.) *Sub consulibus* 464. In Vi., O., 564; apud Vincent. t. IV, 544; sed utrumque minus vere, ut patet ex ipso Eusebio circa olymp. 67.

(Ibid.) *Sub Augustis et Cæsaribus* 427. In Au. 433; in A., Vi., O., Sa., 424; in Vincent. tom. IV 526. In Idac. 437; sed in his notæ illæ sunt corruptæ. Etenim cum ex duobus antecedentibus num. 240 et 464, et isto, debeat effici summa illa 1131, ipsa nunquam exsurget, nisi legeris hoc loco 427, qua in re habuimus duces Fux. et Lo., præter ipsam rationem calculi; nam licet in hoc posteriori apposita sit summa 502, facta tamen subductione 75, ut jam monuimus, producetur summa illa 427. Præterea a primo anno Romuli, qui fuit natalis Urbis, et annus primus olymp. 7 juxta auctorem, totidem ab eodem deducuntur an. 1231 usque ad 14 Valentis.

(701.) *Colliguntur omnes*, etc. In Fux., inter illa verba postrema versiculi superioris, *anni quadringenti*

A *viginti septem*, et initium hujus versiculi : *Colliguntur omnes*, etc., inseruntur ista : *Post consulatum Ausonii et Olibrii. Gratiano* V, *Theodosio* I, *a quo usque in consulatum Maximo* II, *Patherio*, *anni* 64. Totidem enim reperiuntur anni a consulatu Ausonii ad consulatum Maximi, includendo utrumque extremum ; et Chronicon Prosperi totidem etiam et non plures complectitur consulatus ; juxta nonnullos codd., quorum habet rationem illa additio, licet ille liber Fux. careat Chronico Prosperi.

(Ibid.) *Colliguntur omnes anni*, etc. Quæ deinceps succedunt usque ad initium Prosperi, habentur in L., A., Vi., O., P., Pi., Lo., Fux., Peta., Mar., et in duobus mss. Fab., ut etiam pene omnia, ut dixi, sunt apud Marcellinum et Idacium, cum nonnulla tamen diversitate, sicut in singulis observare licebit.

(Ibid.) *Usque in consulatum Valentis* VI. Sic in Vi., O., Sa., A., Peta., Fux., Marcellino, et Mar., nisi quod in Peta. deest VI, et in A. pro VI legitur *ter*,
B mendose; sed in Pi., L., Au., P., *usque in annum Valentis* VI. Tamen ex fine præfationis Eusebii in hoc Chronicon prior lectio confirmatur : mendose autem legitur in Lo., *usque ad consulatum Valentiniani octies Augusti*.

(Ibid.) *Valentiniani junioris it. August*. Nota *it.* significat, ut omnes norunt, *iterum*, sive *secundo*. In Pi., L., Au., P., deest vox *junioris*, ut etiam in fine dictæ præfationis, sed habent alii libri; at in Sa. pro *iterum* habes 2 *Augusti;* in Mar. *item* pro *iterum;* apud Marcellinum perperam legitur *Valentiniani Jun. Aug. primum*. Lectio nostra confirmatur codice ms. cujus verba refert Phœnix Aquitaniæ Josephus Scaliger l. V de Emendat. tempor. p. 211 editionis primæ : cui consentiunt Fasti Onuphrii, et Goltzii, ubi *Valentinianus junior August*. II, et Fasti Sigonii, in quibus *Valentinianus junior Pius F. Aug*. II. Certum quoque est ex Ammiano, Diacono, Fastis, et aliis, Valentem occisum, dum is sextum gereret consulatum, et Valentinianus junior secundum.

C (Ibid.) *A* 15 *Tiberii*, etc., *Jesu Christi anni* 351. Pro *anni* 351, ut est in Vi., O., A., P., Sa., Fux., Peta., duobus mss. Fab., Marcellino, atque in codice Scaligeri, et, quod potius est, in præfatione Eusebii, consentientibus omnibus libris, legitur in L., Pi., *anni* 350 ; in Mar. 352. Sed primum confirmatur ex ratione calculi, cum aliter non possit annus 14 Valentis numerari 381 a Christo, ut oportet, nec, quod præcipuum est, juxta mentem auctoris, esse ab Abraham annus 2395, nec 3 olymp. 289, neque ab Urbe 1131. In Lo. legitur, *anni quatuor centum viginti sex*, qui numerus concurrit cum nostro, si subtrahas illos Prosperi an. 75, de quibus supra. Ex hoc num. 351 nascitur ille 381, qui concurrit cum 14 Valentis; nam adde 351 ad 30 Christi, qui coincidit cum 15 Tiberii, efficies 381. Hic autem cum esset adeo certus et constans, ita componendi nobis fuerunt anni imperatorum, ut per adjunctionem annorum cujusque, et fidem librorum, perveniremus ad illum
D numer. 381, sicuti existimamus Hieronymum, et alios scriptores illius temporis, immo usque ad sæculum Dionysii Exigui abbatis Romani, nullam aliam certiorem rationem habuisse, inveniendi et assignandi annos Christi, quam per imperatores, cum additione annorum imperii cujusque; sed lubricam esse, et innumeris spinis circumseptam viam norunt omnes, qui hæc vel minimum gustarunt. Itaque ne mireris, si videas Clementem Alexand., Epiphanium, Theophilum et alios veteres non convenire inter se, et cum recentioribus, in copulandis annis Christi cum annis imperatorum ; aut si non ita constet inter ipsos recentiores peritissimos chronologos, de anno Christi constituendo cum annis imperatorum, ut, verbi gratia, cum anno ultimo Valentis. Nam Scaliger modo vult esse annum Christi 378, ut in postrema editione lib. de Emendat. tempor.; modo an. 379, ut priori; Marianus, Onuphrius, Mercator et Baronius, an. 378. Horum sententia firmatur cer-

tissimo fundamento; si enim annus 1 Valentiniani concurrit cum *consulatu Joviani et Varroniani*, ut omnes fatentur, et cum anno bissextili, ut notat Ammianus lib. XXVI, et cum anno Christi 364, ut fert æra Dionysii, necesse est consulatum Valentis, qui est 14 ab altero, incurrere in annum Christi 378. Sed quia non est hujus loci singula examinare, satis sit certam nobis esse auctoris mentem, quam confirmat Albertus in Chron. dum ait: *an.* 381 *Valens moritur;* Epiphanius quoque, seu potius epistola liminaris præfixa ejus libris, dum testatur constare ab anno primo Diocletiani, usque ad annum 12 Valentis, esse annos 92. Nam si annus qui anteit annum primum Diocletiani, est Eusebio annus 287 Christi, illis adde 92, efficies 379, quibus si iterum addas annos duos, quibus Valens supervixit, exsurgent anni 381. Miror quod Anastasius Bibliothecarius in sua Chronographia ms. constituat annum ultimum Valentis esse Christi 371; hanc enim decem annis Hieronymi summa excedit. Ex superioribus aperte demonstratur, quod antea notavimus, annos a Christo additos fuisse in hoc Chronico, si non contra, saltem præter mentem Eusebii et Hieronymi; alioquin enim collegissent ab epocha natalis Christi, potius quam a 15 Tiberii, seu a 30 Christi. Sed cum ita numerant, hoc faciunt duplici ratione, tum quia mos erat illius sæculi tam Christianorum quam ethnicorum numerare per imperatores, cum nullum esset positum principium annorum a Christo ante Dionysium Exiguum, cui hoc acceptum ferimus; tum quia annus trigesimus Christi cum anno decimo quinto Tiberii est certissimus ex illis verbis Luc. 3: *Anno decimo quinto imperii Tiberii Cæsaris*, etc. *Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta*, licet sit magna contentio de illo trigesimo incipiente vel expleto. Qui enim completum volunt, existimant annum decimum quintum Tiberii concurrere cum anno trigesimo primo Christi, et illum passum an. 19 Tiberii, et ita de cæteris; alii contra, cum anno trigesimo Christi, et ipsum passum anno decimo octavo Tiberii, a quibus stat Eusebius.

(701.) *A secundo anno Darii*, etc., *anni* 899. Pro 899 in Au. legitur 990; apud Idac. 969; in Lo. *anni nongenti septuaginta quatuor*, a quibus subtrahe 75, remanent illi 899.

(Ibid.) *Ab olymp.*, etc., *anni* 1155. Pro *anni* 1155 legis in L. et Pi. *anni* 155, sed mendum est in prætermissione notæ millenarii; apud Idac. 655. Noster numerus habetur in Fux., Peta., A., Au., Vi., O., Mar. et Marcellino, et ipsa supputatio idem convincit: nam adde ad annum Abrahæ, qui antecedit olympiadem 1240, illos 1155, conficies annos 2395, quos contexunt Chronica Eusebii et Hieronymi; corrupte in Lo. *anni mille ducenti triginta*. Oportet enim legi 1220, habita ratione annorum Prosperi 75, de qua supra. Phœnix nostræ Aquitaniæ Scaliger refert ex eodem suo ms. *an.* 1155, *et vere*, inquit, *Hieronymus de anno* 1155 *olympiadico; sed quoad lustrum Romanum, seu bissextum, quia alias olympiades tunc non norant, an.* 2 *olympiad.* 289; qui etiam merito reprehendit Socratem, dum lib. IV cap. 37 (quem sequitur Cassiodor. lib. VIII Histor. Trip. cap. 15), annum cædis Valentis confert in an. 4 olympiad. 289. Nam licet hic videretur posse conciliari cum nostro auctore, quia utrique annus 14 Valentis est 3 olympiad. 289, tamen, quia Socrates prorogat Valentis imperium usque ad annum 15, ut cæteri, de quibus supra, et ambo concurrunt ad designandam ejus necem circa eumdem consulatum *Valentis* VI, etc., dicendi sunt semper differre in anno mortis, ratione olympiaci anni. Nam is est auctori 3 olympiad. 289, et Socrati 4 olympiad. ejusdem. Quotus autem fuerit Ausonio, dicemus in Prosperum.

(Ibid.) *A Salomone et prima ædificatione templi* 1411. Pro 1411, ut legitur in A., Sa., Peta., Fux., Vi., O., duobus mss. Fab., et Mar., et Marcellin., habes in P., L., Pi. 311; in Au., Idac. 1311; et in Lo., *mille quatuor centi nonaginta*. Sed in hoc vitiose, nam debuerat esse 1486, ex accessione annorum 75, de quibus in superioribus notis, cum 1411.

(Ibid.) *A captivitate Trojæ*, etc., *apud Hebræos erat annus* 1561. In L. et Pi., loco 1561, lego 561, millenario numero prætermisso. Quod factum est ad imitationem Hebræorum, seu rabbinorum, qui in enumeratione annorum ab orbe millenarios omittunt; vel etiam hujus sæculi hominum, qui dum annos a Christo nato numerant 1604, priori nota millenarii relicta, sequentes numeros tantum efferunt. Superiores item libri, ut etiam Marcellinus, nobiscum sentiunt, quod ipsum vis et ratio supputationis demonstrabit. Nam adde annis ab Abraham 834, qui captam Trojam antecedunt, illos annos 1561, producetur summa 2395, quæ integrum hoc Chronicon componit et complectitur. Porro in Lo. mendose legitur, *anni mille sexcenti triginta quinque*; nam juxta rationem supradictam, licet ad 1411 addas 75, non efficies nisi 1486.

(Ibid.) *A Mose*, etc., *anni* 1935. In L., P., Pi., legitur *an.* 890; in A., duobus mss. Fab., Peta., et in Mar. *an.* 1990; in Au., Sa., Idac. *an.* 1890; in Fux. *mille octingenti nonaginta*; apud Marcellin. 1790; in Lo. *anni duo millia novem*, a quibus detrahe 75, supersunt 1934. Verum cum ipsa supputatio annorum quos auctor deducit ab anno 35 Mosis, seu 1 Cecropis, usque ad annum 14 Valentis, producat summam illam 1935, utroque extremo incluso, ut pro more receptum est apud auctorem, omnes illæ summæ falsæ demonstrantur, unde satius fuit, prælucentem rationem sequi, quam in tanta varietate certi aliquid velle statuere, maxime cum a libro Lo. uno tantum anno differat ille num. 1935, et idem subducatur ex illis quinque calculis, quos supponit auctor in præfatione a Cecrope, a captivitate Trojæ, a prima olympiade, a secundo Darii, et a decimo quinto Tiberii, usque ad annum decimum quartum Valentis. Lector etiam facile advertet, quam lubricum fuerit ex affinitate notarum illarum numeralium Latinarum hujusmodi perturbationem et inversionem inducere.

(Ibid.) *Ab Abraham*, etc., *anni* 2395. Pro 2395, ut in L., Pi., P., Fux., Peta., Mar. et uno ms. Fab., habes in Vi., O., et Sa., 1393; in A. 2315; apud Idac. 2314. Sed posita a nobis lectio caret dubio. Nam si Christus nascitur anno ab Abraham 2014 absoluto, his adde 381, prodibit summa illa annorum 2395; confirmatur etiam ex eo quod alioquin annus 14 Valentis non concurreret cum anno 3 olympiad. 289, si primus annus olymp. primæ respondet anno ab Abraham 1241, et si annus 3 olymp. 194 opponitur anno primo Christi. Ille numerus 2395 firmatur ex simili nota apposita in præfatione Eusebii, et assensu Orosii, lib. I cap. 1, atque Marcellini in Chron.; in Lo. optime 2470, nam detractis annis 75, ut diximus, remanent 2395.

(Ibid.) *Continet omnis canon*, etc. Videbatur hic versiculus inutilis, cum nihil contineat præter ea quæ in superiori, qui abest ab Lo., cum iste insit. Agnosces tamen nos inseruisse, quia uterque habetur in Peta., Fux., A., Mar., et codice Cujacii, qui est unus inter tres mss. Fab., et quod videtur præ se ferre denominationem, seu titulum quem plerique veterum huic libro tribuerunt, videlicet *canones Chronicorum*, ut antea diximus in Apparatu.

(Ibid.) *A diluvio*, etc., *supputantur anni* 943. In Peta. 945, in Fux. 895, in Idac. 2212, et in ora Al. 942. Sed arguuntur mendi ex aliis mss. et ex his quæ habentur circa annum Christi 30, atque ex fide Marcellini: unde apud Cassiodorum, *A diluvio usque ad Ninum Assyriorum regem anni sunt* 899, quæ summa concurrit cum nostra, si illi addas 43 annos Nini, quibus nascitur Abraham.

(Ibid.) *Ab Adam usque ad diluvium* 2242. Hæc hoc loco ita habentur in omnibus libris, sicut etiam superius circa annum trigesimum Christi. Item apud

Marcellinum, Idacium, Cassiodorum in fine Chron., et in hoc postremo sic leguntur : *Ab Adam usque ad diluvium, sicut ex Chronicis Eusebii Hieronymi colligimus, anni sunt* 2242.

(Ibid.) *Fiunt ab Adam usque ad decimum quartum Valentis*, etc., *anni* 5579. Hæc sunt in A., P., Lo., Vi., L., O., Au., Pi., Peta., Fux., duobus mss. Fab., Mar., Sa., Idac., et in fine tam Cassiodor. in Chronic. quam Marcellini, nisi quod in Au. pro 5579 habes 5088. In Pi., L. : *Fiunt ab Adam usque ad tempus supradictum* 5577 ; in Fux., pro 14 et 5579 habes 15 et 5529 ; in Idac. 5588 ; in Lo. : *Fiunt ab Adam usque ad consulatum Valentiniani octies, omnes anni quinque millia sexcenti quinquaginta quatuor;* sed ubique mendum, nam etiam in ipso codice Lo., juxta ipsam additionem annorum 75, legendum esset 5650. Initum autem a nobis certissimum et justum calculum agnosces ex tribus illis certissimis summis quas auctor effecit circa annum Christi triginta. Ab Adam usque ad diluvium ; a diluvio usque ad Abraham ; ab Abraham usque ad annum trigesimum Christi. Nam si illis aggregaveris annos Christi 351, qui hinc deducuntur, exsurget summa illa 5579. Hinc corriges ipsum Marcellinum, seu potius ejus librarium, dum initio ( nam est contrarius in fine Chronici ) ait Eusebium et Hieronymum in his Chronicis computare ultimum annum Valentis esse mundi 5588. Cæterum post hunc versiculum in A. consequenter subjicitur: *Et a 14 anno Valentiniani, qui Valentis usque hodie Ind. 12 kalend. Martias imp. Heraclio sunt anni* 248, *fiunt omnes anni ab Adam usque* 5824, quæ satis produnt novitatem, et forsan illa exemplaria fuisse scripta tempore Heraclii.

(Ibid.) *D. Hieronymi Chronicon finit.* Coronide hac totum opus concludimus, sumpta ab editionibus Basiliensibus et Sonniana ; in primis enim editionibus Ven. et Lut. habebatur : *S. Hieronymi interpretatio in Eusebium de temporibus finit ;* et in Fux. : *Explicit Chronica Eusebii ;* in P. litteris majusculis et miniatis : *Huc usque Hieronymus presbyter ordinem digessit annorum*, quæ lacuna videtur replenda his, *sexaginta duorum ;* nam totidem an. 62 continet Hieronymus; in Lo. : *Explicit Chronica Eusebii Hieronymi presbyteri. Deo gratias. Amen ;* in Mar. : *Hactenus Hieronymus presbyter in Chronicis.* Insuper in Fux. et Pi. adjecti sunt nonnulli consules, scilicet in Fux. a primis consulibus usque ad decimum septimum post passionem Christi, cum hoc titulo : *Incipit descriptio consulum Romanorum, quo primum ordinati sunt, Bruto et Collatino*, etc. ; in Pi. appositi sunt etiam consules a decimo quarto Valentis, seu Christi 381, usque ad an. Christi 558, cum hoc initio : *Cons. ordinarii post opus S. Hieronymi constitutum Ausonio et Olybrio*, etc., usque ad XVII *pc. Basilii.* Quæ licet multis mendis sint plena, tamen possunt juvare plurimum studiosum Annalium et Fastorum consularium ad eruendos multos scrupulos, qui viros doctos exagitant. Ideo ea * addenda existimavi ad calcem notarum, imitatus exemplum Cuspiniani, Onuphrii et aliorum qui curarunt undequaque colligere singula fragmenta consulum quæ in diversis libris tam anonymis quam aliis reperiuntur.

* Descriptionem consulum, ex quo primum instituti fuerint, quam nonnullis mendis laborantem illustriss. Pontacus suis annotationibus attexuit, nos cum selectis quibusdam aliis ad Eusebio-Hieronymiani Chronici illustrationem monimentis commodiore loco, statim a textu Prosperi edi curavimus, eamque multo emendatiorem, ex Caroli Du Fresne recensione juxta Parisiense ms. exemplar.

# CASTIGATIONES ET NOTÆ IN S. PROSPERI CHRONICON.

(705.) *Prosperi Aquitanici Chronicon.* Nullus est titulus in mss. et primis editionibus Ven., Lut.; sed post Hieronymum statim sequitur, *Hucusque Hieronymus presbyter ordinem*, etc.; ut pro illo vulgato titulo in editionibus Basiliensibus, *Prosperi Aquitanici viri eloquentissimi temporum continuatio.* Nos secuti sumus posteriorem editionem Canisii; in Ul. demum legitur : *Chronicon Tironis Prosperi*, de quo in Apparatu.

(Ibid.) *Nos quæ secuta sunt*, etc. In Vi., O., *Quæ sequuntur Prosper digessit.* Idem in cod. Cujacii, qui est unus ex tribus mss. Fab. et ex quo solo suas varias lectiones in Prosperum collegit V. C. et eruditissimus Nico. Faber; propterea deinceps illius codicis solius mentionem faciemus; in Fa., Lod., *nos quæ consecuta sunt*, etc.

(Ibid.) *Anni Domini.* Annos Domini ne quæsieris in V., Fa., Lo., Lod., On., Can., Ul., neque demum in exemplaribus Victorino et Oisellino, in quibus duobus posterioribus, licet anni Domini numerentur (ut ante notavimus), in Chronicis Eusebii et Hieronymi, nihilominus in Chronico, quod subsequitur, nomine Prosperi (quod tamen diximus esse valde diversum a vulgato et simile Pithœano), ne vestigium quidem est annorum a Christo. Ratio redditur sub finem eorumdem, ubi hæc verba reperiuntur minio scripta, *Hucusque Prosperi Chronographia, in qua Dominicæ Incarnationis annos non annotavimus, quia in subsequenti Chronographia* (intellige Sigeberti, quæ consequenter describitur) *eadem pene et eo amplius quam a Prospero, a Sigeberto monacho sub annis Domini recitantur a trigesimo octuagesimo primo* (sic legendum in Vi., ut est in O. pro *octavo primo*) *Dominicæ Incarnationis incœpta, quo Hieronymus presbyter Chronicorum suorum finem fecerat.* Sed nec verisimile est Prosperum eam rationem numerandi iniisse per annos Christi ; necdum enim usu recepta erat, utpote quæ, ut diximus, circa olympiadem 194, originem habuerit a Dionysio Exiguo, Prospero multis annis posteriori. Hic autem obiter lectorem monitum velim, codices Lo. et Fa. ita sese habere, ut in illis apponantur e regione consulum notæ numerales, non quæ annos imperatorum per seriem repræsentent, ut in vulgatis, et sicut observatum in Eusebio et Hieronymo, sed quæ ordinem consulum numerent, a primo ad ultimum progressione facta ; ita ut e regione Valentiniani VI et Nonii consulum, appingatur numerus 67, cum in vulgatis sit 22, quo indicatur annus 22 Theodosii Junioris. Postremo non est quod desideres hic varietatem Chronographiæ, pro varietate librorum, sicut hactenus factitatum in Eusebio et Hieronymo : diversa enim est ratio inita a Prospero, ut singulas quasque historias per consulatus digerat : et omnes libri qui habent edita, optime in hoc semper conveniunt, ut easdem historias eodem ordine et sub iisdem coss. comparent, a quibus raro discedimus, nec unquam sine causa, eaque necessaria.

(Ibid.) *Anni ab Abraham.* Comparamus annos ab Abraham per decadas cum annis Christi ; sic enim præscribit Lo., nec alienum videtur a mente Prosperi, qui cum suscepit Hieronymi institutum persequi, ut hic annos Abraham suo Chronico adjecit, sic et is potuit vel debuit attexere. In vulgatis quidem et Fa. exstabant anni mundi per decadas descripti, juxta calculum Eusebii, sed annos Abrahæ in eorum locum reposuimus, cum illi ab orbe hactenus prætermissi fuerint in superioribus.

(Ibid.) *Romanorum XLI.* Pro 41 habes in Ul. 15, corrupte : utrumque autem abest a cod. Cujacii, teste Fabro. Sed cum in sequentibus observetur nota nu-

meralis, quotus imperator quisque sit, nil est causæ cur non etiam ascribatur hoc loco. Major inest difficultas quare Gratianus dicatur 41, cum Valens antecessor dicatur ab Hieronymo et Cassiodoro 38, consentientibus omnibus libris : sed satisfit, si dicamus non esse absurdum aliam fuisse mentem Prosperi, cum in hac re varii sint scriptores ; ut, verbi gratia, Orosius nuncupat Valentem XXXIX imperatorem, Gratianum XL, et ita de cæteris. Diaconus autem vocat Valentem XLIII imperatorem, Gratianum XLIV. Marianus numerat Valentem XLVII, Gratianum XLVIII. Contractus Valentinianum XXXVIII, Valentem XXXIX, Gratianum XL, et ita ut singulis placet. Nobis satis sit ex libris certo de mente Prosperi constare.

(703.) *Gratianus cum fratre*, etc. Paragraphus hic bis olim repetebatur : nos, uno præciso, alterum retinuimus, cum sic dicient codices Lo., Lod., Fa., et præterea sententiæ vis et ratio. In Ul. alterius loco legitur, *Theodosius ordinatur imperator a Gratiano Sirmii, ad quem Theophilus Paschale scribit.*

(Ibid.) *Regnum Romanorum.* Hic titulus primæ columnæ præfixus erat in impressis et Fa., ideoque retinuimus; verisimile tamen est eamdem methodum initam a Prospero, quæ ab Hieronymo, apud quem desideratur vox *regnum*, ut in aliis columnis, maxime cum in Vi., O., Lod., On., Ul. et Can. utrumque desit in singulis columnis seu paginis.

(Ibid.) *Ausonio et Olybrio coss.* Vulgati habent *Musonio ;* sed restituimus *Ausonio*, ex Al., Lo., Lod., Can., Ul. : et ita habent Fasti, Marcellinus, Cassiodorus in Chronic. Sic etiam legendum notarant Cuspinianus in Cassiod. pag. 513, et Vasæus in Chronic. Hispan. pag. 527, forsan ex ipso codice Alcobaciensi, cujus ipse mentionem facit, et ex quo vir eruditissimus et Pius Andreas Schotthus collegit suas varias lectiones, quibus usi sumus. Nec hallucinantur Josephus Scaliger et Onuphrius Panvinius, cum indicant hunc Ausonium, esse nostrum Ausonium Burdigalensem poetam insignem : quod facile demonstratur contra eos qui a nobis tantum virum abigunt, ex ipso Ausonio, cum de suo consulatu scribens inter Epigrammata, significat eum incidisse in annum tertium olympiad. 289 :

Fors erit, ut lustrum, cum se cumulaverit Istis,
Confectam Proculus signet olympiadem.

Porro illa nota *coss.* deest in Lo., Lod. et Ul., non solum hoc loco, sed in aliis deinceps consulibus. At in Fa. hoc priori loco tantum est *cons.*, in cæteris locis abest. Insuper vocabulum *Olybrio* scribitur in Ul., Fa., Mar., et semper in codice Theodosiano (ubi etiam pro *Ausonio* reperies sæpe *Auxonio*) per *i*, pro *y;* sed alii libri, Fasti, Ammianus, Zosimus, comes Marcellus, Socrates et alii appingunt *y ;* ideo nihil muto.

(Ibid.) *Post mortem patrui Theodosium Theodosii filium.* Prius putide legebatur, *post mortem patrui Theodosii Theodosium filium;* sed secuti sumus Al., Fa., Can., Ul., Lo., Lod. Nam etiam certum est Valentem fuisse patruum Gratiani, et Theodosium, de quo mentio facta est circa an. 12 Valentis, fuisse patrem (non autem Honorium, ut vult Victor) Theodosii imperatoris, testantur cum Hieronymo et Prospero, Ammianus lib. XXIX, Ambrosius in Orat. in fun. Theod., Orosius lib. VII cap. 33, Cassiodorus et alii. Porro quo jure annus primus imperii Theodosii consulatui Ausonii et Olybrii annumeretur, sciet is, qui idem haberi observabit apud Marcellinum, Socratem lib. V, cap. 2, et alios plures.

(Ibid.) *Theodosius... Gothos superat, et e Thracia pellit.* Absunt a Lo., Lod., Ul., Fa., Mar. et a tribus Vatic. quos legi : quid in cæteris non habeo, cum Spondanus nil in Prosperum observarit. Verum Gothos fuisse victos a Theodosio multis præliis, hoc ipsum testantur Marcellinus, Victor, Claudianus de 4 consulat. Honorii :

Nulla relicta foret Romani nominis umbra,
Ni pater, etc. ;

Diacon. lib. XI, et alii. Quo autem anno obtinuerit victoriam de Gothis, nulla est mentio certa apud veteres. Nam quod Theodoretus lib. V, cap. 5, describens illam victoriam, putat Theodosium Gothos expugnasse, antequam Augustus crearetur, adversos habet et repugnantes omnes historicos.

(Ibid.) *Longobardi ab extremis Germaniæ... primum vicerunt.* Desiderantur hæc in V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Mar., Ul. : videntur tamen desumpta ex Diacono libro I de Longobardis, cap. 1 et 7, nisi quod hic pro insula *Scandia* habeat *Scandavia*, ut pro *Iborea* legit *Ibore*, nec tempus assignat.

(Ibid.) *Novarum sedium avidi.* Emendatior lectio ex fide Can. quam olim, *novarum seditionum avidi.*

(Ibid.) *Sempronius apprime eruditus agnoscitur.* Absunt a V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Mar., Ulr.; meminit Athanasius Sempronii episcopi Galliæ, inter eos qui subscripserunt synodo Sardicensi ; nescio an sit idem ipse, de quo auctor.

(Ibid.) *Ea tempestate Priscillianus..., ex Manichæorum et Gnosticorum dogmate*, etc. Sic necessario legendum est, et non *Priscianus*, ut antiquitus, vel *Priscillaus*, ut in Fa., ubi tamen supra scriptum est alias *Priscillianus :* in qua voce restauranda secuti sumus Lo., Lod., Mar., V., Va., Ulr., et Al., teste etiam Vasæo in Chron. Hispan., de quo supra. Accedit auctoritas Hieronymi epistol. 66, ad Ctesiphont., adversus Pelag., et lib. de Script. eccles., et August. lib. de Hæresib. hæres. 7, ex quibus tota ista sententia videtur pene ad verbum deprompta. Facit etiam Sigebertus, qui ut plurimum sequitur Prosperum. Cum quibus convenit Leo epistol. 93, dum scribit *Priscillianistas et Manichæos ita fuisse conjunctos, ut solis nominibus differrent.* Severus etiam lib. II ait *Priscillianistas* secutos fuisse dogma Gnosticorum, contra quod concil. Tolet. I et Bracar. coacta sunt.

(Ibid.) *Episcopo de Gallecia.* Habes hic etiam instauratum locum pro *episcopus de Galatia*, ut in impressis; vel *episcopus Galatiæ*, ut in V.; vel *episcopus de Gatia*, ut in Va., Vat.; vel *episcopus de Galliis*, ut apud Mar. et Ulr.; vel *episcopus de Galatia*, ut in Fa.; vel *episcopus de Calatia*, ut in Lod. : nam hanc vocem scribendam *Callæcia*, contendit Æiias Vinetus in Eutropium et Ausonium; cui videtur favere Dio lib. XXXVII, *ubi Calæcia*, et Notitia imperii Romani, in qua *Callecia*, quam facit unam ex 7 provinciis Hispaniarum Zosim. lib. IV, ἐν Ἰβηρίᾳ Καλλεγίας, unde oriundum refert Theodosium Magnum. Secuti sumus Lo., Al., et Vasæum, qui prius correxerat hunc locum juxta illum codicem Alcobaciensem. Vox autem *Gallecia*, seu *Gallæcia*, est recepta in Martyrologio Rom. et passim alibi, estque regio Hispaniæ, quæ vulgo *Galitia* dicitur, in qua Compostella, hodie Minio flumine a Portugallia distincta, ut olim Durio a Lusitania, de qua Silius Italicus, Justinus, et alii. Unde Junius Brutus Callaicus dicitur, quod eam expugnarit, a Strabone et Plinio ; ab aliis *Callæcus*, vel etiam *Gallicus* corrupte. Nam quod Priscillianus fuerit Hispanus, non Galata ex Galatia regione Asiæ ad Pontum Euxinum, satis constat ex Hieron. dicta epist. 66, Isidor. in Etymolog. lib. VIII cap. 5 et Augustin. de Hæresib. Quod etiam fuerit episcopus Hispaniæ, patet ex Sulpitio Severo, et ex ipso Hieronymo lib. de Script. Ecclesiast., ubi testatur ipsum fuisse episcopum *Abilæ*, non quidem illius quæ est in Phœnicia, ut deceptus putat Desid. Erasmus, cujus meminerunt Suidas, Plin. lib. V cap. 18, Stephanus de Urbib., Ptolemæus et alii : sed illius quæ in Hispania, et quæ Ptolemæo Ἄβουλα dicitur, et hodie *Avila*, vide Joan. Marianum lib. IV, cap. 20 de Reb. Hispaniæ, ubi vocat *Priscillianum Præsulem Abulensem*, quo etiam titulo insignitur celebris ille Tostatus, qui cum fuerit ejusdem civitatis episcopus, vulgo *Abulensis* nominatur. Hinc crediderim apud Hieronymum

et Sophronium ejus metaphrastem corrupte legi *Abile* seu Ἀβήλης, cum iota vel *i*, pro *y* vel *u* : corruptius apud Sulpitium scriptum *in oppido Labilensi*, pro *Abilensi*. Ad extremum omnes libri conveniunt in disponendo situ horum ad eumdem consulatum.

(Ibid.) *Gratiano* v *et Theodosio coss.* Sic a nobis recognitus locus pro *Gratiano et Theodosio* v *coss.* Fastorum Græc. Marcellini et Cassiodori, ad imitationem V., Va., Vat., Lo., Fa., Can., On., Ulr.

(Ibid.) *Ambrosius pro Catholica... scripsit.* Ita recensenda esse voluerunt Lo., Lod., Ulr., Mar., *pro catholica*, etc., *Ambrosius scribit.*

(Ibid.) *Theodosius cum Thessalonicæ ægrotaret, ab Ascholio ejusdem civitatis episcopo baptisma suscepit.* Antea pro *ab Ascholio* legebatur *a Basilio*. Sed quia tota sententia abest a V., Va., Vat., Fa., Lo., Lod., Mar., Ulr., nec antiqua lectio poterat constare cum iis quæ leguntur in epistola synodali concilii Constantinopolitani, et apud Sozomenum lib. VII cap. 4, ac Socratem lib. V cap. 6, Nicephor. lib. XII cap. 36, et Cedrenum, dum tradunt Theodosium ab Ascholio episcopo Thessalonicensi baptizatum ; existimavi optionem mihi esse datam tacite ab ipsis libris (cum nil testentur de mente Prosperi) amplectendi potius veritatem, quam nimis religiose immorandi in retinenda editorum lectione sine teste et ratione, quia etiam verisimile mihi fit esse errorem solius librarii. Cum enim olim scriptum esset *Ascholio*, vel *Acolio*, librarius refugit illud nomen ut insolens, et effinxit *Basilio*, ascito *b* ante *a*, et mutata syllaba *co* in *si :* sicut etiam vides interpretes Socratis et Sozomeni, vel potius typographos pro *Ascholio*, sicut illi habent Ἀσχόλιος, exhibere *Achclius* dempto *s*, ut apud Cassiodor. Histor. Trip. lib. IX, cap. 6, *Acolius*, nisi dicas istud esse Latinis familiare, cum legatur apud Ambros. epist. 59, dum agit de vita et obitu ejusdem episcopi Ascholii, et alterum Græcis.

(Ibid.) *Procurante Gratiano... cum Gothis.* Absunt a Lo., V., Fa., Va., Vat., Lod., Ulr.; sed consona sunt his quæ scribit Sozom. lib. VII, cap. 4.

(Ibid.) *Synodus Patrum cl. apud... negantem.* Hæc quoque non exstant in Fa., V., Va., Vat., Lo., Lod., Ulr.; sed quia illa *synodus* universalis debet esse unicuique pio valde commendata, sicuti est Gregorio Magno instar Evangelii, retinuimus non quidem suo veteri loco sub consulatu superiore, sed in hunc 3 post mortem Valentis : quia Marcellinus, Socrates lib. V cap. 8, et alii, hoc ipsum præscribunt : nec est ullus veterum qui adversetur. Socrates quidem scribit convocatam fuisse superiori consulatu, sed celebratam in hoc et mense Maio. Nec debet hæc translatio displicere lectori, cum hoc ipsum urgeat ratio, et nihil obstet præter vulgatorum auctoritatem.

(Ibid.) *Patrum cl.* Quæ male addita, præscidimus. Nam antea *Patrum* 180, non quidem exemplaribus freti, cum neutrum in illis occurrat, ut ante diximus, *sed* auctoritate Socratis, Marcellini tom. II Concilior., Cassiodori in Histor. Tripart., Bedæ, Contracti, et aliorum. Et quia notum est omnibus veteres, cum hanc synodum Constantinopolitanam exprimere volunt, eam compellare *synodum* 150 *episcoporum*, ad differentiam aliarum generalium.

(Ibid.) *Evagrio et Eucherio.* Antea legebatur *Evagrio et Eleutherio*, in vulgatis, On., Can.; seu *Eleucerio*, ut in V., Va., Fa.; vel *Everio*, ut in Lod.; sed pro *Eleutherio* reposuimus *Eucherio* juxta Lo., Vat., Ulr., Marcellinum, Cassiodorum, Fastos Siculos (ubi Εὐχερίου), Capitolinos, Socratem lib. V cap. 8, apud quem Εὐχαρίδου, et ex eodem apud Cassiodorum lib. IX Histor. Trip. cap. 12, *Eucharius*. Idem habent nobiscum inscriptiones veteres apud Onuphrium et Gruterum. Favent etiam fragmenta Fastorum, sub finem codicis Pithœani, quæ require post Notas. Volebant Fasti Capitolini et Onuphriani, et quamplurimæ leges Augustales in codice Theodosiano, Cassiodorus, Marcellinus, libri Lo., Fa., V., Va., Vat., Ulr., Pi. (qua nota significabimus deinceps dicta

A fragmenta), ut pro *Evagrio* reponeremus *Syagrio*. Nihilominus prævaluit auctoritas vulgatorum, cum Fastis Siculis, Socrate et Cassiodoro in Histor. Trip., apud quos *Evagrius*, sicut in Marcellino Onuphrii post vocem *Syagrio*, subsequitur, *alias Evagrio*.

(Ibid.) *Gregorius Nazian.... obiit.* Desunt in Fa., V., Va., Vat., Lo., Lod., Ulr. Quamvis autem sententia sit veritati consentanea, quia ipse Hieronymus ad Pammachium, ad Rufinum et ad Domnionem epist. 51 vocat Gregorium Nazian. *suum catechistam ;* et adversus Jovinianum *suum præceptorem*, ut etiam lib. de Scriptor. Eccles., quo ex loco ista verba videntur desumpta; tamen situs nullo modo convenit cum ipso Hieronymo, dum lib. de Script. Eccles. scribit illum *decessisse sub Theodosio principe ante hoc ferme triennium.* At cum ipse ibidem testetur se absolvisse hujusmodi librum de Scriptor. Eccles. anno 14 Theodosii, sequitur Gregorium Nazian. vita functum anno 11 Theodosii, unde apposite Sigebertus in Chron. ejus obitum ad illum annum 11 refert.

B (705.) *Antonio et Syagrio.* A., Lo., Fa. et Fasti Siculi legunt *Antonino ;* Fasti Sigonii et Onuphrii, *Anthemio ;* ad oram editionis Basiliensis 1559 annotatur reponendum *Evagrio* pro *Syagrio*, et ita habent Fasti Sigonii et Onuphrii. Sed Cassiodorus, Marcellinus et pleræque leges in codice Theodos. retinent vulgatam scriptionem, nisi quod in eodem codice modo *Syagrio* per *y*, modo *Siagrio* per *i*, sed prius est omnium Fastorum et communius apud omnes historicos.

(Ibid.) *XV die quo fuerat susceptus, occiditur.* Clarius ex V., Va., Vat., Fa., Lo., Lod., quam olim, *XV quo fuerat susceptus die, occiditur.*

(Ibid.) *Athanaricus rex occiditur.* De anno cum Auctore conveniunt Cassiodorus, Contractus et Socrates lib. V cap. 10. Sed Marcellinus et Sigebertus in annum superiorem referunt. Illi autem omnes dissident ab Auctore in eo quod volunt eum morbo periisse; et ejusdem sententiæ sunt Diaconus lib. XII, in quo *Athalaricus*, Zosimus lib. IV, Orosius lib. VII cap. 34,

C Themistius orat. 6, Ammian. lib. XXVII, licet hic solus referat ejus obitum sub Valente, paulo ante mortem Valentiniani. Unde forsan hoc loco inscitia librarii legitur *occiditur*, pro *occidit*.

(Ibid.) *Merobaude* II *et Saturnino coss. Merobaude et Saturnino coss.* Fa., V., Lo., sine II. Idem in Fastis Siculis; verum legitur in Fastis Sigonii, *Merobaude V. C. iterum*, et in Fastis Capitolinis, Pi., Marcellino et Cassiodoro.

(Ibid.) *Arcadius*, etc. *Archadius*, Lo., Lod., et etiam Cassiodorus tam editus quam ms. in Histor. Tripart. Sed sine aspiratione. Fasti, Marcellinus, Cassiodor. in Chron., codex Theodos. passim, Sigebertus, Zosimus, Diaconus, Orosius, denique scriptorum cohors universa. Quoad historiam et tempus, idem sentiunt Cassiodorus in Chron. et lib. IX Histor. Tripart. cap. 18, Socrates lib. V cap. 10, Sozom. lib. VII cap. 12, Marcellinus, Contractus, Fasti.

(Ibid.) *Petronius Bononiensis episcopus moritur.*

D Hæc non habentur in V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Ulr. Quin autem Petronius fuerit episcopus Bononiensis circa hæc tempora, nemo potest dubitare, cum idem testentur Gennadius cap. 41, Ado, Martyrolog. Roman., concilium Aquileiense, Vincen., Antoninus, Petrus in Catalogo. Sed quod obierit hoc consulatu, nullo modo potest sustineri, cum tunc viveret adhuc Eusebius Bononiensis, cui est suffectus Felix, et huic tandem Petronius; itaque magis Gennadio credendum est, dum scribit cum vita functum, Theodosio et Valentiniano Juniore Augustis, quem Ado sequitur. Quo vero anno, doceat si quis scit.

(Ibid.) *Ricimere et Clearcho.* Vulgati habebant *Nicomede et Clearcho ;* in Fa., *Racomede;* in Lo., Pi., Ulr., *Ricomede;* in Lod. et sæpissime in codice Theodosiano, *Ricomere;* in Mar., *Richomere*, sicut habent Ammianus lib. XXXI, Zosim. lib. IV. Fasti Siculi Ῥηχομηροῦ ; Socrates lib. V, cap. 12, Ῥυχομιλιανοῦ, nisi sit λ pro δ, vitio librarii; Cassiodor. lib. IX Hi-

stor. Tripart., cap. 21, habet etiam *Richomere.* Nam sic mss., unde corrige editum Cassiodor., ubi *Rithomere.*

(705.) *Clearcho. Clearco* Fa., Lo., sed corrupte, ut antea docuimus circa an. Christi 377. Nemo enim nescit apud Fastos Græcos et alibi scribi κλέαρχος, pro κλέαρχος.

(Ibid.) *Honorius.... nascitur.* Idem et iisdem consulibus Marcellinus, et Socrates lib. v cap. 12, Cassiodor. lib. IX Histor. Tripart. cap. 21.

(Ibid.) *Post Damasum Syricius.* Locus hic ita castigatus ex V., Va., Vat., Al., Lod., Isidoro lib. de Vir. illust. cap. 16, Marcellino, Sigeberto sectatoribus Prosperi, cum ejus loco in Lo. haberetur, *post Damasum Seritius;* in Fa., Ven., Lut., *post Damasum Sericus;* in omnibus aliis editionibus, *post Damasum Ursinus;* quod illustrissimus Baronius tom. IV Annal. jam observaret corrupte legi, et in ejus locum substitui debere *Syricius.* Nam et sine ulla controversia post Damasum electus fuit *Syricius*, ut antea ab adversariis Damasi *Ursicinus* seu *Ursinus*, eodem tempore cum Damaso fuerat electus, ut vidimus supra apud Hieronymum; de quibus Ammian. lib. XXVII: *Damasus et Ursicinus supra humanum modum ad rapiendam episcopalem sedem ardentes scissis studiis asperrime conflictabantur,* etc. Contractus vetus habet *Ursinus*, sed editus apud Wechel. an. 85, *Siriacus.*

(Ibid.) *Præfuit.* Additum est *annis* 16 in Lo., Fa.; *annis* 14 in Ulr.

(Ibid.) *In Britannia.... transfretante se Gratianus.... occisus est.* Comprobato mecum, quod ex Al., Lo., Lod., Fa., Ulr., Mar., huc transtuli potius quam, ut olim, *transferente se Gratianus;* vel ut in V., Va., Vat., *transferente Gratianus.* Hanc autem cædem Gratiani ad superiorem consulatum referunt Socrates lib. v cap. 11, Sozomen. lib. VII cap. 12 et 13, et Marcellinus (et hic addit ad diem VIII kal. Septemb.), Fasti Onuphrii, et Sigonii, atque Cassiodor. lib. IX Hist. Trip. cap. 21, sed ipse in Chron. et Contractus conveniunt cum Auctore. Nihilominus cæteri videntur propius accedere ad ortum Gratiani, quem Hieronymus ascripsit a. 23 Constantii imper., sicut testantur Socrates et Sozomenus, is decesserit natus annos circiter 24. Quod enim Victor produxerit usque ad annos 38, sapit errorem librarii, non secus ac ea quæ habentur apud Ammianum lib. XXVII lapsum Auctoris, ubi ait Gratianum adultum fuisse, quando Augustus creatus est. Etenim si imperavit annos quindecim, ut volunt Socrates et Sozomenus; vel sedecim, ut alii, et demonstratur ex supputatione facta a IX kalend. Novemb. consulatus *Lupicini et Jovini*, quo Augusti dignitatem assecutus est, usque ad VIII kalend. Septemb., *coss. Merobaude et Saturnino*, quo obiit, ejus ævum esset 29 aut 30 annorum; sed nil est cur horum duorum potior sit auctoritas quam cæterorum.

(Ibid.) *Gratianus Parisiis.* Correximus *Parisiis* pro *Parisius*, ut olim, secuti Lo., Lod., Mar., Ulr., Can., On.

(Ibid.) *Merobaudis magistri militum proditione.* Probabatur admodum lectio codicis Ulriciani, *Merobaude magistro militum proditione;* testis enim est Pacatus Merobaudem occisum a Maximo, ut familiarem et intimum Gratiani, et hunc illo invito a militibus proditum. Nihilominus solita religione deterritus, ne a tot libris discederem, nil mutavi : maxime cum de eadem re vix idem semper omnes scriptores.

(Ibid.) *Valentinianus.... regnavit an.* 8. Discessio facta est a vulgatis et omnibus chirographis: hi enim non nisi septem annos tribuunt, sed scito id institutum ad imitationem Ulriciani codicis. Eam enim esse Auctoris mentem nemo dubitarit, qui adverteret ascribi ab eo ipsius Valentiniani obitum post octavum consulatum, scilicet *Arcadii et Rufini*, ut proinde anni 8 necessario sint numerandi: unde non solum hoc loco castigandæ fuerunt editiones, sed etiam series tam in notis numeralibus annorum Christi, quam Valentiniani.

(Ibid.) *Habitat. Habitabat* Lo., Lod., Fa.

(Ibid.) *Hieronymus.... egregio ingenio et studio.* Adjecimus *et*, juxta Lo., Lod., Mar., Ulr., Can., O.

(Ibid.) *Burdegalensi. Burdigalensi* Lo., Lod. Idem infra aliis in locis, ubi fit mentio *Burdegalæ*, sed de hoc vide quæ supra.

(Ibid.) *Treviris. Treveris* Lo., Lod. De hoc supra.

(Ibid.) *Prætorio, a Maximo. Aliqui Prætorio a Maximino* v, sed vulgata scriptura tam est certa ex fide veterum scriptorum, ut non egeat probatione; neque tamen semel monuimus duo ista nomina *Maximus et Maximinus* sæpe confundi in eadem persona. Sed eruditissimus Josephus Scaliger lib. I cap. 10 in Auson. legit, *prætorio Maximi* ex vetustissima scheda, ut loquitur: nihilominus omnia nostra exemplaria veterem lectionem retinent, quam confirmat Hieronym. dum lib. de Scriptor. Ecclesiast. scribit *Priscillianum Treviris a Maximo tyranno cæsum*, et Sulpitius lib. II, dum refert *Evodium*, seu, ut scribit, *Emodium nocentem pronuntiasse Priscillianum*, et *gestis delatis ad imperatorem, ipsum censuisse Priscillianum sociosque ejus capite damnari oportere;* et Isidor. in Chron., *Priscillianus a Maximo tyranno gladio cæditur.*

(Ibid.) *Cum Eucrotia Delphidii rhetoris. Delphii.* Lo.; *Delfidi*, Lod.; *Delphi*, Mar.; *cum Eucroti Adelfi directoris*, Ulr. Adelphii hæretici Massaliani meminit Theodoretus lib. IV cap. 11, a quo Photius in Bibliotheca scribit Massaliano dictos Adelphianos, contra quod, ipso teste, synodus γενομένη ἐν Σίδῃ, in Side urbe Pamphiliæ, præside Amphilochio : non multo post refert Theodoretus Arcadium evectum ad dignitatem Augusti, itaque circiter annum Christi 386 juxta calculum Prosperi, vel 383 juxta Onuphrium et Baronium. Sed nullo modo est probabile Prosperum loqui de homine Asiatico. Sed conjicio litteram finalem *a* vocis præcedentis *Eucrocia*, fœde copulatam cum voce *Delfi* seu *Delphidii*, sicut sæpe monui ex eodem fonte manasse similes errores. *Euchrocia* autem Burdegalensis meminit Severus lib. II, qui ita cum *h* pingit, et *Delphidii* rhetoris etiam Burdegalensis. Hieronymus epist. 150, ad Hedibiam; Sidonius epist. 50 lib. v, Ammian. initio lib. XVIII, Ausonius de Professoribus carm. 5, Pacatus in Panegyrico Theodos., et, quod præcipuum est, ipse Hieron. supra ad an. Christi 358, idque consentientibus omnibus exemplaribus.

(Ibid.) *Latroniano.* Al. *Matroniano;* Ulr. *Latrontiano*, sed mendose, ut constat ex Sulpitio lib. II, et aliis.

(Ibid.) *Honorio n. p.* Sic reposuimus ex Lod., V., Va., Vat. et Cassiodoro, pro *Honorio nepote*, ut olim. Nam illæ ambæ litteræ *n. p.*, non significant *nepotem*, sed *nobilissimum puerum*, ut sciunt qui vel minimum sunt versati in inscriptionibus et notis antiquis. Unde in Fastis ita leguntur, *Fl. Honorius Theodosii Augusti fil. nobiliss. puer;* et cum in codice Theodos. frequens sit mentio istius consulatus, modo pingitur *n. p.*, modo *nb. p.*, modo explicate *nobilissimus puer*. Nam cum consulatus ei fuit delatus, agebat duos annos, ut docent superiora; unde Claudianus:

> Inter cunabula consul
> Proveheris signans posito modo nomine Fastos,
> Donaturque.

(Ibid.) *Theodosio* II. *Theodosio* III, V., Fa., sed mendose, ut docent Fasti, Socrates et omnes scriptores.

(707.) *Victor eodem anno ab Arbogaste est interfectus.* Addidimus *eodem anno*, et *est*, suadentibus Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Ulr., et quia hoc ipsum testantur Fasti, Marcellinus, Victor, et satis etiam indicat Prosper, dum idem refert eodem anno.

(Ibid.) *Ithacius. Itacius* Lo., Lod.; sed cum aliis mss. consentit Sulpitius lib. II, ut scribat cum *h*, sic et Hieronymus lib. de Scriptor. Eccles.

(Ibid.) *Langobardi.... regnavit annis* 33. Desiderantur in V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Ulr., nec dubium quin sint sumpta ex Diacono lib. I de Longobardis cap. 10: unde videbatur hoc loco pingendum *Longobardis*. Nos tamen cohibuit auctoritas tam vulgatorum, quam Vellei et aliorum qui eamdem scriptionem retinent. Strabo etiam lib. VII, dum hanc ipsam historiam narrat, quam Paterculus, vocat eos Λαγκοσάργους, videnturque esse ii populi, qui Ptolemæo Λαγγοβάρδοι et Λογγιβάρδοι nuncupantur.

(Ibid.) *Ajonis*. Refecta vox mutatione litterulæ pro *Ajovis* ex On., Can.

(Ibid.) *Neoterio*. Sic reposuimus secuti V., Lod., Mar., On., Can., Ulr., marginem H., et B., Fastos, Marcellinum, Cassiodorum, Ammianum, cujus loco legebatur *Necteorio* in aliis vulgatis, ut etiam in Va. Sed in Vat., *Neheteorio*; in Al., *Neutorio*; in Fa., *Neetheorio*; in Lo., *Neopheorio*; in Fastis Siculis Νεωτερίνου.

(Ibid.) *Signum in cœlo quasi columna pendens ardensque per dies* 30 *apparuit*. Desunt in V., Va., Lod., Lo., Ulr. Sed videntur excerpta ex comite Marcell.: *Signum*, inquit, *iisdem coss., in cœlo quasi columna pendens ardensque per dies* 30 *apparuit*.

(Ibid.) *Quasi columna*. Adhibita hujusmodi castigatio ex On., Can., Marcellino Sigeberto, et aliis, pro *quasi columba*.

(Ibid.) *Theodosius.... recondit*. Desunt in V., Va., Lo., Lod., Fa., Ulr. Meminerunt tamen hujus translationis Sozomenus lib. VII cap. 21, Cassiodorus lib. IX Hist. Tripart. cap. 43, et Sigebertus, qui eam designat circa annum Christi 392, et cum Auctore circa an. sextum Theodosii, ut Cedrenus circa eumdem an. 6. Verum in annum sequentem remittenda, si credimus Marcellino, Theodosium non ante annum insequentem Constantinopolim reversum.

(Ibid.) *Titiano*. *Tatiano*, Lod., Mar.; *Taziano*, Lo.; *Tatiano*, Ulr., Pi., ut Fasti Siculi, Zosim. lib. IV, codex Theodos. passim, sed nostra lectio habetur in aliis mss. et Can., On., Fastis Capitol., Onuph., Marcellino, Cassiodoro, Ausonio in Panegyr., Socrate lib. V cap. 18, Cassiod. lib. IX Histor. Trip. cap. 24, licet in nonnullis editis *Daciano*, et in mss. *Datiano*.

(Ibid.) *Eugenius.... usurpavit*. Abesse comperies a V., Va., Lo., Fa., Lod., Ulr.: unde videntur penitus eradenda, cum idem dicatur sequenti anno et verius, cum Fasti et alii scriptores referant ejus imperium post mortem Valentiniani.

(Ibid.) *Valentinianus.... periit*. Marcellinus rejicit mortem Valentiniani in superiores consules, sed labitur, quia Epiphanius lib. de Ponderibus et Mensuris, et Cassiodorus in Chron., eam notant iisdem *coss. Arcadio et Rufino*, nec contradicit Zosim. lib. IV, immo illis favet, ut etiam apertius Socrat. lib. V cap. 18 et cap. 25, Cassiod. lib. IX Hist. Tripart. cap. 24 et 45, dum tradunt Theodosium remeasse Constantinopolim, iisdem coss., decima die Novembris, relicto Romæ Valentiniano, et Valentinianum obiisse ante cons. *Theodosii* III *et Habundantii*, et antequam Honorius fieret Augustus die 10 Januarii, *cons. Theodosio*, etc. An vero mors fuerit spontanea, sicut vult auctor cum Cassiodoro, et Sozom. lib. VII cap. 22, an illata ab alio jussu Arbogastis, ut sentiunt Marcellinus, Oros. l. VII cap. 35, Socrat. l. V cap. 25, jam eo tempore dubium erat, sicut testatur Rufinus l. II cap. 31.

(Ibid.) *Austeritate*. *Audacitate* in V., Va., Fa. Sed in Fa. et Va. est suprascriptum, *alias austeritate*, sicut habent alii libri On., Ul., Can.. Sigeber.

(Ibid.) *Habundantio*. *Abundantio* sine spiritu in Ulr., Fa., Mar., Can. Sic Fasti Capitolini et Siculi, codex Theodos. passim, Zosim. l. V, Socrat. l. V cap. 25, apud quem Ἀβουδαντίου, pro quo in ms. Italico Ἀβουνδαντίου. Sed Fasti Sigonii et Onuphrii et Marcellinus nostram scripturæ rationem tuentur, ut et Lo. atque Cassiod. in ultima editione tam in Chron. quam lib. IX Hist. Trip. cap. 45.

(Ibid.) *Honorium pater.... factæ sunt*. Non habentur in V., Va., Lo., Fa., Lod., Ulr., et fortasse mutuatus est ista librarius ex Marcellino, ubi ad verbum reperiuntur, nisi quod loco 17 *ab Urbe miliario*, scriptum est 7 *ab Urbe miliario*. Cui conveniunt Socrates lib. V cap. 25, et Cassiod. in Hist. Trip. lib. IX cap. 45. Nam in Chronico rejicit in superiorem consulatum.

(Ibid.) *Arcadio* III, etc. Horum consulatum concurrere cum 1 olymp. 294 testantur Socrat. lib. V cap. 26, Cassiod. lib. IX Hist. Trip. cap. ult. At juxta ultimam olympiadem apud Hieronymi Chronicon est an. 4 olymp. 293: igitur differentia est tantum unius anni.

(Ibid.) *Joannes monach. anachoreta*, etc. *Anacorita* Fa., Lo., Lod.; *Anachorita* Isidor. in Chronicis, qui hoc idem recitat, licet verbis paululum immutatis, de quo vide Zonaram, Cassiodorum in Chron. et lib. IX Hist. Tripart. cap. 45, Sozom. lib. VII cap. 22, Rufinum lib II cap. 19 et 32, Augustin. lib. V de Civit. cap. 26, Auctorem Miscellæ, qui falso dicitur Paulus, Diacon. lib. XIII.

(Ibid.) *Eugenium vincit*. *Eugenium tyrannum vicit* V., Lo., Lod., Fa. et Ulr., nisi quod in hoc *vincit* pro *vicit*. Idem, et iisdem coss., tradit Cassiodorus in Chron.; sed Marcellinus rejicit in superiores consules, sicut facit Socrat. lib. V cap. 25, et Cassiodor. lib. IX Histor. Tripart. cap. 45.

(Ibid.) *Augustinus.... Hippone Regio in Africa*. Vetus ex hoc loco abstersa macula, quæ eo fœdior et periculosior, quo in pluribus habebatur: vulgati enim et præterea V., Va., Ulr., Can., Contractus legunt *Hippone regione Africæ*; at est verisimile ultimam syllabam *ne*, vicinitate vocis *regione*, natam pro *in*. Nam certum est duas esse urbes in Africa, quæ *Hipponis* nomen obtinuerunt, quarum una Ptolemæo, et Plinio lib. V cap. 4, dicitur Βασιλικός, seu Regia; altera Διάῤῥυτος, propter aquarum irrigua, pro quo mendose apud Antoninum in Itinerario *Zarythum*. Strabo quoque lib XVII duos recenset Hippones: Οἱ δύο Ἱππῶνες· ὁ μὲν πλησίον Ἰτύκης, ὁ δὲ ἀποτέρω πρὸς τῇ Τριτῷ μᾶλλον, ἄμφω βασίλεια. *Duo Hippones: alter Uticæ proximus; alter remotior et Trito propinquior, ambo regii*. Procop. lib. II de Bello Vandal.: *Bellisarius*, inquit, *usque munitam pervenit civitatem juxta mare sitam, decem a Carthagine dierum distantem, quam Hipponem Regium vocant*. Porro castigatio hæc suscepta est ope codicum Fa., Lo. et unius ex 3 mss. Fab., quibus proxime accedit editio Onuphrii, ubi *Hippone Regio Africæ*, et Marianus, ubi *Hipponæ regioni Africæ*, ni pro *in*, et *æ* pro *a*; nam sic habet Lod. *Hippone in Africa*, prætermisso *regio* vel *regione*. Favet etiam auctoritas Cassiodori in Chron., si recurras ad veterem editionem, ubi *Hypone Regio in Africa episcopus ordinatur*. Nam perperam in posteriori *Hippone regionis Africæ epis. ord.* Sed tollitur omnis dubitatio auctoritate Marcellini, apud quem eadem sententia iisdem verbis, sub iisdem consulibus: quem sequitur Diaconus lib. XIV: *In Africa apud Hipponem Regium florebat Augustinus*. Vide Paulin. Alip., qui inter epist. August. 35, *ut si nunc Hippone*, inquit, *Regio degeres*. Præterea inauditum est Hipponem esse regionis nomen.

(Ibid.) *Claudianus poeta*, etc. In Lo., Fa., *Claudianus insignis poeta*.

(Ibid.) *Theodosius.... moritur*. Socrates lib. V cap. 26, et omnes scriptores conveniunt in re et in anno consulatus.

(Ibid.) *Arcadio* IV *et Honorio* III. Purior lectio ex Lo., Lod., Fa., Ulr., Mar., Cassiodoro, Marcellino, omnibus Fastis, codice Theodosiano sæpissime, et aliis, quam olim *Arcadio* IV *et Honorio*, vel, ut in Can., *Arcadio et Honorio*.

(Ibid.) *Terræmotus.... visum est*. Non leguntur in V., Va., Lo., Ulr., sed sunt ad verbum apud Marcellinum, et meminit Ambrosius Orat. de funer. Theodosii.

(Ibid.) *Orosius Hispanus.... historiarum cognitor*

*claret*. Absunt a V., Va., Lo., Lod., Fa., Ulr., sed non a rei veritate; clarebat enim tunc temporis. Placebat admodum judicium doctissimi Nicolai Fab., ut pro *cognitor* legeretur *conditor*. Sed cum deesset fides alicujus codicis, et adversetur auctoritas Gennadii in Catalogo, ubi *cognitor*, nihil innovavimus.

(707.) *Flacilla nata est Arcadio filia*. Ista non reperiuntur in V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Ulr., sed videntur descripta ex Marcellino, cui assentitur Cedrenus, apud quem alias dicitur *Flaccia*, alias *Flavilla*. Doctissimus Baronius confirmat tom. IV, p. 515, vulgatam scriptionem.

(Ibid.) *Evagrius.... insignis*. Exsulant a V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Ulr., sed idem præter consulatum apud Gennadium in Catalogo illust. viror., et Sozom. l. IV c. 23, Cassiod. l. VIII Histor. Trip. c. 1.

(Ibid.) *Honorio IV.... exutus est*. Omnia, quæ hic habentur usque ad consulatum Manlii, erant olim transposita inter consulatum Manlii et alterum Stiliconis. Sed secuti sumus Marcellinum, Cassiodorum, et rationes in sequenti nota appositas.

(Ibid.) *Manlio Theodoro V. C. cos. Cum hoc, consulatum*, etc. Reposita agnosces post consulatum Honorii IV, ex Lo., V., Lod., Fa., Ulr., et confirmatur auctoritate August. l. XVIII de Civit. Dei c. ult., Socratis l. VI c. 2, Mariani, Cassiodori, et Fastorum omnium, antea inversa et transposita inter consulatum Cæsarii, etc., alterum Honorii IV, etc. Præterea legebatur in vulgatis, Fa. et aliis, *Manilio et Theodoro* II *coss.*, cum hoc consulatum, etc. Verum quod conjunctio *et* sit delenda, constat ex eo quod *Manlius* et *Theodorus* sint nomen et cognomen unius et ejusdem viri, teste August. l. I Retract. c. 2, et l. XVIII de Civit. c. ult., et approbantibus Fastis. Unde etiam observat Onuphrius, diligentissimus Fastorum indagator, *apud Fastorum auctores legi Mallio et Theodoro coss., quasi*, inquit, *Julio et Cæsare bis eumdem præponentes nomine et cognomine*. Unde apud Cassiodorum *Mallius*, seu *Manlius* (nam diversæ editiones utramque habent scriptionem) *et Theodorus*; apud Marcellinum *Theodoro et Eutropio Eunucho coss.*; in Pi. *Theodoro vc.*, ut etiam in codice Theodos. passim et in Fastis Siculis Θεοδώρου μόνου. Claudianus illi in consulatu panegyricum elegantissimum habuit, ubi profitetur eum solum consulem illo anno dicens :

Culmen utrumque tenes.

Sed suspicor inde hoc natum, quod cum primo appositum esset, *Eutropio et Manlio Theodoro*, ubi jussu Arcadii Eutropius capite truncatur, et ejus nomen e Fastis erasum fuit, teste Socrate l. VI c. 5, transposita est conjunctio *et* post vocem *Manlio*; insuper Theodorum fuisse bis consulem nusquam reperies. Denique ex consequentibus hoc ipsum colligitur, ubi subditur : *Cum hoc consulatum inierat Eutropius Eunuchus, qui mox honore et vita exutus est*. Ratio enim illa loquendi, *Cum hoc consulatum inierat Eutropius*, etc., satis docet quæ præcesserunt, in unius solius Theodori gratiam fuisse dicta.

(Ibid.) *Cum hoc consulatum inierat Eutropius Eunuchus, qui mox honore et vita exutus est*. Requiruntur ista in V., sed reperiuntur in aliis, neque veritati historiæ adversantur, ut videre licet apud Socratem l. VI c. 5, Sozom. l. VIII c. 7.

(Ibid.) *Alarico*. Vulgati, Can., On. et Cassiodor., tam in Chron. quam in Histor. Tripart. scribunt *Halarico* cum *H*. Sed sequimur Lo., Fa., Ulr., Mar., Lod., Jornandis veterem editionem, Marcellinum, Orosium, Procopium, Marianum, Jornandem novum, Zonaram, Sozomenum, apud quos tres Ἀλαριχός.

(Ibid.) *Dies* 21. In V., Lo., *dies* 22.

(Ibid.) *Gothi Italiam.... ingressi*. Idem et iisdem coss. Cassiodor., Jornandes, Marcellinus, Orosius l. VII c. 26 et 28, Diaconus l. XIII.

(709.) *Fravita*. Maluimus sequi hanc scripturam, cum sit Cassiodori et Mariani, sectatorum Prosperi, et illi faveat *Fravitta* in On., Can., Marcellino, Fastis Sigonii et Onuphrii; *Fabrito* in Lo., Pi.; *Fravito* in Lod., Ulr., cum etiam sæpe reperiatur in codice Theodos. scriptum modo *Fravitto*, modo *Fravitta*; apud Zosimum lib. 5, Φραΐουττος; in Fastis Græcis vitiose est scriptum Φλαβίου pro Φραβίττου; castigatior ergo visa est hæc lectio potius, quam vulgatorum *Fabricio*, quæ a cæteris longius dissidet.

(Ibid.) *Joannes Constantinopolitanus*. Intelligit Joannem Chrysostomum, qui *sub consulatu Honorii et Eutychiani*, ordinatus fuerat episcopus Constantinopolitanus ab ipso Theophilo Alexandrino, teste Socrate l. VI, c. 2.

(Ibid.) *Exsilio. In exsilio* Fa.; *In exsilium* Lo., Lod., Mar.

(Ibid.) *Pollentiæ adversus Gothos vehementer utriusque partis clade pugnatum est*. Adhibito scalpello restitutus locus consilio Lo., Lod., Fa., Ulr. et Al., cum legatur in editis et aliis, *Adversus Gothos vehementer utriusque potentiæ partis clade pugnatum est*. Ubi vox *potentiæ* transposita est sine ullo pene sensu. Sed præter libros secuti sumus Cassiodorum, qui eadem narrat, licet paulo diverse. Nescio quomodo Onuphrius in sua editione Prosperi posuit *Potentiæ*, sed suspicor esse lapsum typographi. Pollentia autem est urbs sita in Alpibus Cottiis, Ptolemæo inter Liguriæ urbes, apud quem, Leandrum etiam ac Sylvium, Orosium, Cassiodorum antiquum et Contractum, pingitur cum gemino *ll*; tamen in Al. et Cassiodoro novo est per *l* simplex. Claudianus de Consulatu Honorii VI, et clarius l. IV de Bello Getico, hæc describit, et testatur Alaricum victum, ac cum paucis fugisse : contra Cassiodorus et Jornandes lib. de Rebus Geticis, aiunt Stiliconem victum atque fugatum; sed videtur potius victoria Cadmea secundum Auctorem. Mirum autem quod Zosimus et alii historici nullo modo illius meminerint, præter Orosium et Diaconum, seu potius auctorem Miscellæ.

(Ibid.) *Innocentius*. Marcellinus illius Innocentii initium ascribit ad eumdem consulatum, ad quem auctor; et quam recte uterque contra eos, qui referunt in superiorem annum, quique tradunt eum annos tantum tres sedisse, consule ea quæ in suis accuratissimis Annalibus docet magnus Baronius inter magnos.

(Ibid.) *Diebus* 21. *Diebus* 22, Fa., V.

(Ibid.) *Et Rumorido*. Recensuimus ex V., On., Fa., Can., Lo., Ulr., Pi., Fastis Capitolinis Sigonii et Onuphrii, Cassiodoro, Marcellino, codice Theod. pro *et Rimorido*, ut in vulgatis; vel *Rumirido*, ut in Lod.; vel *Rumiriolo*, ut in Al.; vel *Rumoridio*, ut in Mar.; vel Ῥομορίδου, ut in Fast. Siculis; vel *Rumoredio*, ut ad oram Ulr.; vel *Rimoridio*, ut ad oram Can.

(Ibid.) *Eudoxiæ... posita est*. Desunt in V., Va., Lo., Lod., Fa., Ulr.; sed in Al., Vat., cod. Cujacii apud Fab. leguntur : ex quibus substituimus *Eudoxiæ* pro *Eudoxii*, et in iisdem, loco *Porphyricam*, reperitur *Porphyreticam*, sicut apud Marcellinum. Nam antea legebatur, *Eudoxii Arcadii uxoris statua super Porphyricam columnam posita est*.

(Ibid.) *Aristæneto*. Lo. *Aristenico*, sic apud Cassiod. antiquum; nam novus habet *Aristenetus*, sicut Fasti Sigonii et Onuphrii, Marian., Marcellinus, codex Theod. *Aristæneto* Fasti Capitolini, sicut etiam Siculi et Socrat. l. VI cap. 18, Ἀρισταινέτου; Pi. *Aristone*.

(Ibid.) *Eudoxia uxor Arcadii diem clausit*. Obitum Eudoxiæ prætermiserunt V., Va., Lod., La., Lo., On., Can., Ulr. : nos tamen retinuimus et scripsimus *Eudoxia* ex cod. Vat., cum antea legeretur *Eudoxa*, mendo manifesto, ut constat ex Zosimo, Procopio, Cedreno, Marcellino et Socrate l. VI c. 17, atque aliis quamplurimis. Hi autem duo collocant ejus obitum sub iisdem consulibus, quibus auctor. Sed quomodo illud possit conciliari cum Nicephoro l. XIII cap. 36, Cedreno, Zonara, Metaphraste, Leone

imperatore, Innocent. in litteris ad Arcadium, Glyca, et aliis, qui omnes tradunt Eudoxiam supervixisse Joanni Chrysostomo: qui plus, qui minus, relinquo judicio eruditi lectoris.

(Ibid.) *Radagaisus in Tuscia*, etc. *Radagisus* in Mar.; Ῥοδαγαῖσος Zosimus; *Rhadagaisus* in Can., Ulr., Orosio. Diaconus tamen et Marcellinus rejiciunt spiritum, sed vice *i* habent *y*. Hic autem versiculus amandatur apud Marcellinum ad sequentem consulatum *Arcadii et Probi*, et sane probabilius, ut licet conjicere ex L. 16 et 17 de tyron., l. VII Cod. Theod. latis iisdem coss., in quibus Arcadius, Honorius et Theodosius Augg., *contra hostiles impetus pro imminentibus necessitatibus exhortantur tam servos ad arma suscipienda, quam ingenuos, et istis triplicant stipendium*. At nulla alia hostium irruptio legitur tunc contigisse in Italia, nisi adventus illius Radagaisi. Tamen Socrates l. VI, c. 6 videtur firmare antiquum situm, dum scribit bellum contra Gothos finem accepisse sub Stiliconis consulatu.

(Ibid.) *Pridie kal. Januarias*. In Lod., II *kal. Januarias*; in Mar., Ulr., 3 *kal. Januarias*.

(Ibid.) *Wandali et Alani Gallias..... ingressi*. Hoc idem referunt iisdem coss. Cassiod. in Chro., et Zosim. l. VI, et hanc calamitosam irruptionem describit Hieron. epist. II, circa eumdem annum. Vide etiam Jornandem.

(Ibid.) *Ex infima militia ob solam speciem nominis*, etc. Carent his V., Va., Vat., Lo., Lod., Mar., Fa., Ulr.; nec immerito, si credimus Sigeberto in Chron. dicenti hunc Constantinum tyrannum (quem alii vocant Constantium) fuisse fratrem Aldroeni regis Britanniæ minoris. Verum Orosius l. VII c. 40, hæc ipsissima verba profert; necnon eadem repetuntur a Diacono l. XIII, et Beda in Histor. Anglic. Præter illos ejus gesta describunt Jornandes et Zosimus lib. V et VI; sed non meminit parentum.

(Ibid.) *Arcadius... moritur*. Hoc ipsum et sub iisdem coss. scribunt Marcellinus, Socrates l. VI, c. 23, Cassiod. in Chron. et in Histor. Tripar. l. X. I c. 35, Zosim. l. 5.

(Ibid.) *Regnavit annis* 16. *Annis* 15, Lod., Beda, Mar., Cassiodorus; *annis* 13, Marcellinus; sed vulgatus numerus fit certus ex totidem annis deductis in serie.

(Ibid.) *Wandali Hispanias occupaverunt*. Idem et sub eodem consulatu Cassiodorus; quod Orosius latissime describit l. VII c. 40.

(711.) *Attalus*. *Actalus*, V., Va. Prius imitantur Sozomenus l. IX c. 8, Zosimus l. VI, Orosius l. VII c. 42, Sigibert. in Chron., et codex Onuph., cum Lo., Lod., Fa.; *Athalus* apud Diaconum l. 13.

(Ibid.) *Gothis cohæsit*. In vulgatis *Gothis cessit*. Sed commendat nostram lectionem V., Al., Fa., Lo., Lod., nec immerito. Nam, testibus Zosimo l. VI, Procopio l. III, Diacono l. XIII, Socrat. l. VI c. 10, Sozomen. l. IX c. 8, Alaricus imperium Roman. deridens, Urbis præfectum purpura induit, et tandem exuit, et, ut loquitur Orosius scriptor illius temporis lib. VII c. 42, *Attalo facto imperatore, infecto, refecto ac defecto, Alaricus nimium risit, et ludum spectavit imperii, et ipse Attalus tamquam inane imperii simulacrum cum Gothis usque in Hispanias portatus est*. Si cui tamen magis placet antiqua lectio, non adversabor, ut sensus Prosperi sit Alaricum obtinuisse imperium non solum postquam Attalus se abdicasset, sed ope et auxilio amicorum illorum, qui cum Attalo conspiraverant, ut interpretatur lumen historiæ Baronius; vel etiam dicitur cessisse Gothis, quod illi successerunt ejus potestati.

(Ibid.) *Flavio Varrone VC. cos*. Addidimus VC. ex Va., Vat., Fa., Can., pro *Flavio Varrone cos.*, ut in vulgatis. At in Lo., F., L., *Varrone VC. cons.*; in Al., Lod., Ulr., *Varane V. C. cons.*; in Can., *Flavio Varrone consule*; in Pi., *Varrone V. C.* Apud Marcellinum legitur *Varano solo*, et sic in Codice Theodosiano, aliquando *Varane cons.*, aliquando

A etiam *Varone* pro *Varane*; apud Cassiodor. antiquum, *Varron et Tertullus*; apud novum, *Varari et Tertullus*; apud Fastos Sigonii et Onuphrii notantur ambo *Varari vir clarissimus* et *Tertullus V. C.* ambo submersi in Fastis Siculis in lacunam; in Mar., *Varro et Tertullus*; in Prospero editionis Onuph., *Fl. Varrone et Tertullo coss.* Onuphrius in l. III Fastorum ita hunc locum citat: *Sic*, inquit, *scribit Prosper Fl. Varrone, alias Varari consule*. Etenim in Fastis duo hi copulantur *Varro et Tertullus*: eodem enim anno kal. Januar. nulli fuerunt consules ordinarii; sed creati sunt, Varro quidem in Oriente ab Honorio circa kal. Febr.; alter vero Romæ ab Attalo circa kal. Julias, et hic a Fastis erasus fuit, cum a tyranno consul creatus esset. Propterea Orosius eum vocat *umbratilem consulem*, eratque ethnicus.

(Ibid.) *Roma orbis quondam victrix*. Scito hæc tria postrema vocabula fuisse prætermissa a codicibus V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Ulr. Præterea Cassiodorus, Marcellinus, denique omnes veteres in hoc

B conveniunt cum Prospero, ut Roma capta fuerit iisdem consulibus. Diaconus et Sigebertus notant diem IX kal. Sept., Zonaras XXVI Aug., indict. 9 et mundi 5965. Sed quia non certo constat, ita corrupti sunt numeri apud eum, quo anno mundi constituat ortum Christi, ideo vix dici potest ad quem ejus annum possit referri. Marcellinus rejicit in indictionem superiorem; Orosius et Diaconus numerant an. Urb. 1164, qui calculus inchoando, more Varronis, ab an. 3 olymp. 6 incidit juxta Fastos Onuphrii in eumdem consulatum Varronis.

(Ibid.) *In sequenti*. Al., *et sequenti*, et ita hunc locum refert Onuphrius in l. III Fastorum. Verum sensus semper manet idem, quia similiter insequente anno unicus fuit consul, scilicet Theodosius.

(Ibid.) *Theodosii August.* III *consulatu*. In V., Va., Vat., Lo., Fa., *Theodosio Augusto* III *consulatu suo*; in Ulr., *Theodosio* III *consule*. Sed nil video cur mutari debeat vulgata lectio.

C (Ibid.) *Duces Constantium*. Hoc nomen *Constantius* sæpius reperitur in hoc Chronico; sed cum eadem sit persona, quæ postea dicitur *magister militum, patricius consul et imperator*, historiæ veritas nos induxit, ut tam hoc loco quam deinceps *Constantium* suggereremus pro *Constantinum*, et hoc ipsum docuerunt V., Va., On., Fa., Ba., Lo., Lod., Can., Sozom. l. IX c. 12 et 13. Verum non inficior quin apud Jornand. lib. de Reb. Get., et nonnullos alios, idem dicatur *Constantinus*. Sed tamen non defuerunt viri docti, qui in iisdem hoc ipsum mendum agnoverunt.

(Ibid.) *Ulphulam*. Eruditus Cuspinianus in Cassiod. p. 528 existimavit legendum esse hoc loco *Uvalliam*, qui rex Gothorum erat Romanis confœderatus; sed hoc contigit quia numquam videtur legisse Sozomenum, ut neque Socratem aut Theodoretum, cum citet solam Historiam Tripartitam: invenisset enim apud Sozomen. l. IX c. 13, Ulphilam (Οὐλφίλαν) fuisse præfectum Constantii ducis, sive, ut loquitur,

D Συστρατηγόν. Hic idem est Constantius, quem vocat postea *magistrum militum*, et patrem Valentiniani III imperatoris, et Augustum factum ab Honorio.

(Ibid.) *Gerontius*. Germanius quam, ut vulgo, *Geruntius* juxta Lo., Lod., Fa., Can., Ulr., Sozomenum, Diaconum l. XIV, Oros. l. IV c. 42.

(Ibid.) *In Maximum quemdam*. Ita castigavi ad limam Lo., Al., Fa., Mar., On., Can., Ulr., Oros. l. VII c. 42, et Diacon. l. XIV, qui iisdem utuntur verbis, pro *in Maximum quamdam*. De quo Maximo loquitur sequens versiculus.

(Ibid.) *Modestia humilitasque hominis, affectati*, etc. Sic a nobis hujus loci puritati consultum ex V., Va., Lo., Lod., Al., Fa., Can., Ulr., nisi quod in V., Va., Lo., Al., Fa. scriptum est *humilitatisque*; sed mendum est manifestum: antea legebatur *modestia humilitatis affectati*. Constat etiam ex Ambrosio et aliis hunc Maximum fuisse admodum modestum.

(Ibid.) *Athaulpho. Athaulfo* Ulr. et Diaconus; *Atavulfo* Prosper Pithœi, Ado.; *Ataulpho* Oros. l. VII c. 42; *Athanulpho* Sigebert.; *Athaulfus* Jornand. de Rebus Geticis, Zosim. l. VI, et nonnumquam *Ataulfus*.

(Ibid.) *Patroclus. Paroclus*, V., Va., Vat., Fa.; *Patruelus* seu *Patruclus*, Al.; *Patrodus*, Mar. Sed recepta in editis lectio retinenda, ut patet ex aliis libris et ex sequentibus, consensu omnium exemplarium.

(Ibid.) *Constantii magistri militum*. Germaniora velim agnoscas, adjuvantibus On., V., Lo., Fa, Va., Can., Ulr., abstersa macula illa *Constantis magistri militum*. Nam idem est, qui antea dicitur dux Honorii, de quo vide superius. Sic etiam refert hunc locum illustr. Baronius tom. V.

(Ibid.) *Regionis illius*. His pristinum lumen restitutum, suadentibus V., Va., Vat., Lo., Fa., Codice Cujacii apud Fab., On., Can., Ulr., pro *religionis illius*, ut in vulgatis: tota sententia deest in Lod.

(Ibid.) *Luciano viro clarissimo consule. Lucio VC. consule*, Lod.; *Lucius clarissimus cons.*, Mar.; *Luciano VC.*, Lo., ut apud Cassiod. novum. Nam vetus habet *Lucio solo cos.*, Marcelli. et Pi. Sic in Fastis Siculis, Capitolinis, Sigonii et Onuphrii *Luciano VC.* In Cod. Theod. sæpe *Lucio viro clarissimo*, aut *Lucio VC. cons.*

(Ibid.) *Heraclianus*, Restituta vox ope V., Va., Vat., Lo., Lod., Al., On., Can., Marcellini, Diaconi, Adonis, Sigeberti (nisi quod caret spiritu), Mariani, Prosperi Pithœani, Oros. l. VII c. 42, L. 21 de Pœnis, l. IX Cod. Theodos., et L. 13 de Infirman. his, etc., l. XV eodem Codice. Et ita legendum censet Baronius tom. V pag. 352, et non, ut olim, *Herodianus*: iis proxime accedunt primæ editiones Ven. et Lut. et, ut sæpe notavimus, *d* in *c* et *l* facile mutatur. Si quis tamen contendat veterem scripturam retinendam, habet faventes Fastos Onuphrii et Ulr.

(Ibid.) *Jovinus*. Agnosce Jovinum pristinum vultum recipientem præsidio codicum V., Al., Lo., Lod., Fa., Ulr., Mar., Marcellini, Adonis, Orosii, Jornandis, Sigeber. in Chron. et Diaconi l. XIV, Prosperi Pithœi, pro *Jovius*.

(Ibid.) *In Gallia*. Hoc potius probato, quam quod antea in vulgatis et On., Can., Ulr., *in Galliis*, ex fide V., Va., Lo., Lod., Fa., Mar.

(Ibid.) *Arrepto*. Neque hoc improbabis, cum habeamus auxiliarios V., Va., Vat., Fa., Lo., Lod., Ulr., pro *accepto*, ut in aliis.

(Ibid.) *Celestio*. Ex *Celestino* formavere *Celestinum* V., Va., Lod., Fa., Ulr., Mar., Hieron. epist. ad Ctesiphontem, in quorum sententiam abeundum nobis.

(Ibid.) *Exeruit. Erexit* V., Mar., Ulr.; *exerit* Lo., Fa.; *exscrit* Lod.

(Ibid.) *Meruit. Meruerit* Lo., Mar., Ulr.

(Ibid.) *Nec posteros. Non etiam posteros* Lo., Ulr.

(Ibid.) *Nec ideo baptizandos, ut peccato exuantur, sed ut sacramento*, etc. Expolivimus ista consilio Fa., V., Va., Vat., Lo., Ulr. et Sigebert. Ita quoque hunc locum Vincen. citat, cum prius ita legeres, *et ideo baptizandos, non ut peccato exuantur, sed sacramento*, etc.

(Ibid.) *Constantio VC. consule*. Cultiora hæc quam antea; ita enim præscripserunt V., Va., Vat., Al., Fa., Lo., Lod., Ulr., Mar., ut illa nota *VC.* significet, ut prius diximus, *viro clarissimo* et non *viro consulari*, ut imperite quidam autumant: antea legebatur fœde *Constantino Vero consule*.

(Ibid.) *In Gallias*. Purius quam, ut olim, *in Galliis*, suadentibus Lo., Lod., Ulr.: nam sensus est planior, et adjuvat etiam similis correctio paulo ante posita.

(Ibid.) *Et Constantio Patricio*. Sic pro *Constantino Patricio* ex V., Va., Vat., Lo., Lod., Al., Fa., On., Can. et Cassiod. Nam idem est, quem antea diximus nuncupandum *Constantium*, et non *Constantinum*.

(Ibid.) *Athaulphus*. Additum est in Al. *Gothorum rex*; sed superiora satis indicant fuisse regem Gothorum.

(Ibid.) *Peremptis qui idem cupere intelligebantur*. Redditus pristinus decor, ut præscribebant A., V., Va., Vat., Al., Lo., Lod. et Mar. Vasæus qui refert hunc locum in Chron. Hispa., credo ex codice Alcobacien., pro *parentis qui idem cupere intelligebatur*, ut olim in editis, et Can., On., vel *perempti Uvallia qui idem cupere*, etc., ut in Ulr. Disces autem ex Jornande lib. de Reb. Getic., post mortem Athaulphi Regericum fuisse regem constitutum, sed non multo post interfectum.

(Ibid.) *Quamque Athaulphus*. Facta est mutatio hæc ex V., Va., Vat., Al., Lo., Lod., Fa., Mar. et Vasæo, pro *quamquam Athaulphus*.

(Ibid.) *Uvallia pacem*. Restituentem *Uvalliam filiam Theodosii Placidiam* Honorio, nos ipsum restituimus suo pristino honori, cum ita doceant V., Va., Vat., Al., Lo., Lod., Fa., On., Can., Ulr., Marcellinus, Oros. lib. VII, Sigeber. in Chron., Ado et Diaconus lib. XIV, nisi quod in Lo. et Lod., Diacono et Orosio pro *Uvallia* scriptum est *Vallia*, sicut quoque pingunt aliquando Marcellin. et semper Jornandes, sed alterum est usitatius. Antea pro *Uvallia* legebatur *Gallia* in vulgatis; sed facilis fuit lapsus propter vicinitatem litterarum, et forsan etiam quia *Placidia* vocabatur *Galla Placidia*.

(Ibid.) *Zosimus*. In Prospero Pithœi *Xistus*, sed perperam, ut constat ex aliis scriptoribus.

(Ibid.) *Diebus* 9. Auctus numerus, suadentibus V., Va., Vat., Lo., pro *diebus* 8, ut in omnibus editis et Marcellino.

(715.) *A pontifice Innocentio. A papa Innocentio* Lo., Lod., Fa., Ulr., sicuti mox de Zosimo.

(Ibid.) *Liparæ*. Ornatior vox ex Lo., Lod., Fa., Marcellino, Dione, Strabone lib. VI, Stephano, Plinio lib. III cap. 9, et aliis, quam, ut olim, *Lyparæ* per *y*. In Ulr. fœde legitur *Libere* pro *liparæ*.

(Ibid.) *Ex Vicario. Et Vicarius* Lo., Lod. Prius habet consentientes plures libros, nec aliunde potest certo sciri quem potius sequaris, cum de vicaria præfectura Constantii nulla sit memoria apud scriptores, quod sciam.

(Ibid.) *Pelagianis devotissime resistens*. Non ingratus lepos accessurus est, adhibito proverbio illo *devotissime*, juxta V., Va., Vat., Fa., Lo., Lod., Ulr., pro *Pelagianis resistens*, ut olim.

(Ibid.) *Habito ccxvii episcoporum*. In V., *ccxiiii*; in Va., Vat., Fa., Lo., Lod., *ccxiiii*: quod videtur magis sequendum, cum Auctor lib. adversus Colatorem totidem numeret, nec plures: verumtamen Marcellinus et Contractus habent vulgatum numerum.

(Ibid.) *Ad papam Zosimum*. Probabis, ni fallor, quod auctoribus V., Va., Vat., Fa., Lo., Lod., Ulr., pro *ad pontificem Zosimum* substituamus *papam*; sapit enim nescio quam venerandam antiquitatem. Qua de re plura subjungerem, nisi notarum fines vererer excedere.

(Ibid.) *Valentinianus... nascitur*. Idem et iisdem consulibus Marcellinus et Sozom. lib. IX cap. 16 annotant.

(Ibid.) *Bonifacius... mensibus* 8, *diebus* 6. Ita reponendum suasere V., Va., Vat., Fa., Lo., pro *mensibus* 9, ut in aliis, nisi quod in Ulr. utrumque deest. Hic autem paragraphus habetur sub consulatu *Maximi et Plintæ* in V., Va., Vat., Lo., Ulr. et apud Marcellinum, ad alterum consulatum *Theodosii* IX et *Constantii* III. Nos maluimus sequi vulgatos, tum propter judicium illustr. Baronii, tum etiam propter litteras Symmachi præfecti Urbis ad Honorium imperatorem, de obitu Zosimi et ingressu Bonifacii, datas eodem anno IV kalend. Januarii, de quibus vide eumdem tom. V pag. 429.

(715.) *Maximo*. In Ulr. et Pi. *Monaxio*, sicut habent Fasti Onuphrii, Capitolini, Siculi Μοναξίου, Cassiodorus et Marcellinus: prius tamen comprobatur lectione Fastorum Sigonii, Mar., Codicis Theodos.

(Ibid.) *Aquitania secunda et quibusdam*. Adjecimus *secunda* ex Al., Lo., Lod., Ulr., Mar. et Vasæo, pro *Aquitania et quibusdam* ut in impress., vel *Aquitanica*, etc., ut in Fa. Nam quod Aquitania in primam et secundam fuerit divisa, docent Sextus Rufus, et Notitia provinciarum, dum agit de præsidibus Aquitaniæ primæ et Aquitaniæ secundæ, et de Provinciis Galliarum 17, inter quas numerat Aquitaniam primam et Aquitaniam secundam, illa a Garumna flumine ad Ligerim, hæc a Pyrenæis montibus ad Garumnam. Dicitur autem et *Aquitanica* et *Aquitania*, sicut provincia *Hispanica* et *Hispania* apud Senecam in prooemio lib. x Controversiar.; mulier *Gallia* pro *Gallica* apud Nonium Marcel. cap. 8; terra *Italia* pro *Italica* apud Sallustium et Gellium lib. vi cap. 6.

(Ibid.) *Theodosio* IX. Antea *Theodosio* VIII. sed emendavimus ex fide V., Va., Vat., Lo., Fa., Pi., Mar., Ulr., omnibus Fastis, Cassiodoro, Marcellino, Codice Theod., et quia jam vidimus VIII consulatum Theodosii, et post succedentem consulatum *Agricolæ et Eustathii* subsequitur consulat. Theodosii x.

(Ibid.) *Hieronymus... ætatis suæ* 91. In Lod., *ætatis suæ* 61, inversione facta 9 in 6. Eruditissimus Baronius ad an. Christi 372, tom. IV pag. 330, et ad an. 420, tom. V pag. 472, multis rationibus, et præcipue ex hoc loco, quo Prosper obitum Hieronymi assignat consulatui *Theodosii* IX *et Constantii* III, elicere conatur Hieronymum vixisse tantum 78 vel 79. Sed tu eum commodius consules, et, si velis, adjunges vitam sancti Hieronymi a Mariano Victorio descriptam, quæ supra omnes magis placet summo Baronio. Cave enim ne Erasmo fidem adhibeas. Hoc solum addo haberi in Lod. (quem certo teneo esse Chronicon integrum Prosperi) *Hieronymus nascitur* sub consulatu *Basii et Ablavii*, qui secundum Chronicon Hieronymi anno Christi 332 respondet. Hinc enim si initium enumerandi sumpseris, annus ille 91 incurret in hunc annum 422, seu Honorii XII et Theodosii consulatum IX. Ita ex situ ortus et occasus, ille numerus 91 certus redditur. Et si Prospero credimus in re sui temporis, consignanti annum nativitatis, cur non similiter narranti an. obitus et ætatis, præsertim cum apud Marcellinum legamus Hieronymum *admodum senem vitæ suæ finem fecisse*, et apud August. lib. I contra Julianum cap. 7, *usque ad decrepitam ætatem?* quæ de homine 78 annorum vix quis dixerit. Adde quod Contractus, Diaconus, Marianus, Albertus, Martinus Polonus, et hujusmodi sectatores, et testes Prosperi totidem annos vitæ 91 enumerant, quibus proxime accedunt Ado, qui annos 90, Usuardus, Sigebertus, qui annos 98, in quibus forsan 8 pro 0, et semper 9.

(Ibid.) *Pridie kalendas*. XI *kalendas* Ulr., Albert.

(Ibid.) *Et Eustathio*. *Eustachio* Lo., Mar.; *Eustasio* Marcellin.; sed Fasti omnes, Pi. et Codex Theodosianus retinent vulgatam scriptionem.

(Ibid.) *Cui Castinus*. Pro *cujus Crastinus* ex V., Va., Vat., Fa., Al., Lo., Lod., On., Mar., et ita deinceps leges *Castinus*, ubicumque ejus fit mentio; sic enim præscribunt Cassiodorus, Fasti omnes, Diacon. lib. XIV, Gregorius Turon. lib. II cap. 9, et Augusti. epist. 10.

(Ibid.) *Ratus eum sequi*. Castigationem hanc tribuo V., Fa., Lo., Lod., Mar., pro *ratus sequi*.

(Ibid.) *Mariniano*. *Mariano* Al., Lod., ut habet L. 2 de Liber. et eor. lib. IV Cod. Theodos. Sed omnes Fasti, Cassiodorus, Marcellinus, et quamplurimæ leges in diversis libris ejusdem Codicis Theodos. tuentur vulgatam, pro qua corrupte in Mar. *Maximianus*. Sed quis numeraret menda quibus Marianus præ cæteris scatet, vel corrigeret sine auxilio horum trium Chronicorum?

(Ibid.) *Asclepiodoto*. *Asclepiadoto*, Pi.; *Asclepiodo*, V.; *Asclepiodoro*, Ba., Can. et lib. I, II, IV, VII, VIII, IX, XI; *Asclepio*, Ulr. Sed Mar., Marcellinus, Cassiodorus, Codex Theodos. sæpissime ac Fasti omnes vulgatam commendant, nisi quod Fasti Onuphrii *Æsclepiodotus* per *Æ*.

(Ibid.) *Placidia*, etc. Idem ipsum et iisdem consulibus Cassiodorus, de quo vide etiam Diaconum.

(Ibid.) *An*. 9, *mensibus* 10, *diebus* 17. Accessio quæ his facta est *mensibus* 10, *diebus* 17, est tribuenda V., Va., Vat., Al., Lo., Fa.

(Ibid.) *Longobardorum XI regnavit Lamissus*, etc. Hæc desiderantur in V., Va., Vat., Lo., Lod., Ulr., Mar., Fa., ut etiam quæcumque in hoc Chronico dicuntur de Longobardis, quæ omnia videntur tempore posteriora et aliunde assuta, ut ex Diacono lib. I de Longobardis cap. 10 et 11, nisi qui hic est *Lamissus*, apud eum est *Lamissio*.

(Ibid.) *Connivente*. *Conjubente*, V.; *cohibente*, Lod.; sed fœde nimis, cum constet ex sequentibus et Diacono lib. XIV, Joannem occupasse imperium *fultum præsidio Castini magistri militum, et ideo Castinum exsilio damnatum a Theodosio*.

(Ibid.) *Ut putabatur Castino*. Sic ex Lo., Lod., Fa., Va., V., Vat., pro *ut putabatur Crastino*.

(Ibid.) *Valentinianum amitæ suæ filium*. *Valentinianum consobrinum suum* Lod. et Contractus; sed prior lectio est sequenda. Nam Placidia mater hujus Valentiniani junioris erat filia Theodosii senioris, et soror Arcadii patris hujus Theodosii junioris; proinde Diaconus, lib. XIV consonat cum priori lectione, referens ipsissima pene verba: quod idem fere faciunt Cassiod. lib. XII Hist. Trip. cap. 1, Socrat. lib. VII cap. 24 (qui eam vocat θεῖαν), Sigebertus et Albertus.

(Ibid.) *Et Valentiniano coss. Et Valentiniano Cæsar. coss.* Lod., et sic etiam habent omnes Fasti, Pi., Marcellinus et Cassiod.

(Ibid.) *Venia Ætio quod Hunni*. Pro *Ætio* in Lo. *Actio*; sed perperam, ut pejus: in Lod., *venia Ætia eo quod divini*; in Mar., *venia eo quod Hunni*.

(Ibid.) *Castinus autem... assumere*. Desunt in V., Lo., Va., Vat., Lod, Mar.; eadem tamen testatur Diaconus lib. XIV, et idem constat ex epist. 10 Augustini in appendice, in qua Bonifacius comes Africæ queritur apud Augustinum *Castinum privatum ex Consule et Italia fugientem vitæ suæ et nomini insidiari*. Accedit quod leguntur in Codice Theodos. lib. II, VII, X, et XI, variæ leges, in quibus notatum est nomen Victoris collegæ absque Castino. Licet autem veritas historiæ hæc ferat, nullo tamen modo sub hoc consulatu, immo sub superiore, qui est ipsius Castini: quia tamen repugnant omnes libri, satis sit monuisse lectorem, ut judicium suum interponat. Fallitur autem Diaconus, dum hoc contigisse scribit anno 15 Theodosii, si verum est, ut tradit Prosper Theodos., cœpisse an. 412.

(Ibid.) *Sine conniventia ipsius regnum*. Locus castigatus ex Al. et Ul., pro *sine comitiva regnum*, ut in aliis, nisi quod in Lo., *sine cohibentia ipsius*; apud Mar., *sine incumbentia ipsius*; sed quis non videat fœdissimum mendum, præsertim cum ista referantur ad præcedentia verba, *connivente, ut putabatur, Castino?*

(Ibid.) *Assumere*. *Præsumere* Lo., Mar., Ulr.

(Ibid.) *Arelas nobile oppidum*. Affulsit Al., ut sic castigarem pro *Archillas*, ut in editis; vel, ut in Lo., *Archilas*, et ad oram *Arilas*; vel, ut in Lod., *Harilas*. Utrumque accedit ad verbum *Arelas* (sicut Henricus Canisius ad oram sui exemplaris notat legendum); vel, ut in V., Va., Vat., *Archilla*; vel, ut in Fa., *Archila*; apud Diaconum *Achilas*. Lectioni nostræ suffragatur Isidor. in Chron. Goth. *Theodoricus*, inquit (rex Gothorum), *Arelatem nobilissimum oppidum Galliæ obsidet, a cujus obsidione imminente virtute Ætii Romanæ militiæ ducis remotus abscedit*. Accedit Chronicum Pithœanum Prosperi: *Arelas*, inquit, *per Ætium a Gothis liberatur*. Vix usquam alibi legis fieri mentionem de *Archilla* oppido. Hinc corriges Marianum, in quo *Archilat*, Sigonium l. XII de Occid.

imper., et alios plerosque, qui antiquum errorem secuti sunt sine delectu.

(Ibid.) *Abscederent.* Ita legendum docuerunt V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., pro *discederent*, ut in vulgatis et Mar., vel *accederent*, ut in Ulr.

(Ibid.) *Valentiniano* II. *Valentiniano Augusto* II, in V., Va., Vat., Fa.; *Valentiniano* II *Augustis*, in Lod. Sic etiam notatur iste consulatus sæpe in Codice Theodos.; at in Fastis post Theodos. XII ponitur *Aug.* Item post Valentinianum *Aug.* apud Marcellinum, Cassiodorum et Marianum abest utrinque.

(Ibid.) *Patroclus. Patruclis* Al. male, ut videre est ex iis quæ superius, et Contract.

(Ibid.) *A Tribuno quodam barbaro.* Habes *Barnabo* in Lo., Lod.; sed inepte, ut etiam quod in editis pingatur cum majusculo *B*.

(717.) *Creditus est.* Elegantius auctoribus Lo., V., Va., Vat., Al., Fa., Ulr., Lod., quam *traditur*, ut olim.

(Ibid.) *Hierio.* Statui potius ita legendum, ne dissentirem ab V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Ulr., On., Can., Mar., Cassiodoro tam in Chron. quam lib. XII Hist. Trip. cap. 3, Socrate lib. VI c. 28, Marcellino, Jornande, et Fastis omnibus, atque Codice Theodos. passim, quam *Hierone*, ut in vulgatis; vel *Honorio*, ut in Al.; vel *Hiero*, ut in Ven. Lut.; vel *Hyerio*, ut in Fa.

(Ibid.) *In Africa. Intra Africam* Lo., Lod., Ulr., Mar.

(Ibid.) *Bonifacio... abnuerat.* Pro *annuerat*, ut in vulgatis et On., secuti Al., Lod., Lo. et alterum ms. de quo ora editionis Canisianæ; *annueret* Fa.; *abnuebat*, Ulr., Mar. Nam, teste Diacono lib. XIV, causa belli contra Bonifacium fuit quod *accersitus ab imperatore accedere distulit.* Quod vero Auctor scribit hoc bellum illatum ad arbitrium Felicis, Diaconus et Sigebertus tribuunt Ætio.

(Ibid.) *Galbione. Gallione*, Lod.; *Gabione* apud Diaconum lib. XIV.

(Ibid.) *Sinoce. Sonoece*, Lo.; *Sanoete*, Lod.; *Sanoece*, Mar.; *Saonece*, Ulr. Alia exemplaria retinent vulgatam lectionem. Sed nihil certi potest definiri, cum hic deficiant scriptores. Hic tamen videtur idem, qui a Diacono lib. XIV vocatur *Suuldus*.

(Ibid.) *Cujus proditione Mavortius... occisus est.* In Lod., *qui obsidentes Bonifacium, prodente Sanoete, occisi sunt, mox etiam ipso qui prodiderat interfecto.*

(Ibid.) *Cum Bonifacium obsiderent. Dum Bonifacium obsiderent*, Lo., Fa., Lod., Mar.

(Ibid.) *Dolo detectus. Dolo dejectus*, V., Fa.; *dolo detentus est atque occisus*, Ulr.; *doli detectus*, Lo., et istud magis probaretur.

(Ibid.) *Mare pervium.* Debetur hæc castigatio V., Va., Vat., Lo., Lod., Al., Fa., Ulr. On., Mar., pro *mare parvum*.

(Ibid.) *In Sigisvultum.* Quod puritas huic loco restituta sit, debetur V., Fa., Va., Vat., Al., Ulriciano et Pithœano codicibus, Mar. et Cassiodoro; pro *in Siginsvultum*, in Lod. *in Segis vultum*; in Lo. *insignis vultum*. Sed quam impure, si legas ita disjuncte. Sigisvultus enim satis est notus ex Fastis et aliis scriptoribus; nonnumquam tamen scribitur *Sigevultes*, ut in Fastis Capitolinis, Sigonii et Onuphrii, nonnumquam *Sigisbuldus*, ut apud Marcellin. et in Fastis Siculis Σιγιλβούλδου; in L. I, ut nemo ad suum patrocinium, etc. In Cod. Justin. legitur *Sigisbudi* pro *Sigisvulti*.

(Ibid.) *Ab Hispaniis ad Africam transiit. Ab Hispania in Africam transit* Lo., Lod., Ulr. Apud Contract. *transit*; sed vulgata lectio est apud Cassiodorum et alios.

(Ibid.) *Nestorius Constantinopolitanus*, etc. Hoc ipso consulatu, die decima Aprilis Nestorium factum ac ordinatum fuisse episcopum Constantinopolitanum tradit Socrates lib. VII c. 29, et Marcellinus.

(Ibid.) *Occupaverant.* Ita nos ex On., Fa., Lo., pro *occupaverunt*.

(Ibid.) *Florentio.* Germanius ex Lo., Lod., Fa., On., Can., Mar., Ulr., quam, ut olim, *Florentino.* Sic enim Pi., omnes Fasti, Cassiodorus, Marcellinus et Codex Theodos.

(Ibid.) *Ætius magister militum factus est.* Hæc verborum sequentium admixtione ita fuerant obscurata, ut non nisi interpunctione lucem receperint. Nam tam in aliis mss. quam impressis, et in ipso Codice Onuphrii consequenter erat annexum *ex agricola* cum minusculo *a*. At in Lo. et Lod. deerat particula *ex*, et vocabulum *Agricola* scriptum erat cum majusculo *A*; in Lo. periodum claudebat; in Lod. cum majusculo *A* sequentem inchoabat; ut esset argumento esse nomen proprium viri : quæ lectio, cæteris rejectis, germana visa est, ut expuncta particula *ex*, vox *Agricola* cum majusculo *A* initium sequentis clausulæ faceret. Accedunt firmissima rationum momenta. Quod enim Ætius fuerit agricola et ab aratro ad præfecturam vocatus, nusquam auditum, et si ita se res habuisset, inepte hic Prosper hæc addidisset, qui cum sæpe illius mentionem antea fecisset, priori loco illius genus, et conditionem debuerat commemorasse. Adde quod hæc antea, et absurda nimis, et veritati historiæ adversa, ubi Ætius dicitur factus magister militum ex agricola. Certum enim est eum habuisse parentes quorum nobilior esset conditio; pater enim unus fuit ex *fortissimorum Mœsiorum stirpe progenitus*, ut loquitur Jornand. lib. de Reb. Geti., et mater Itala locuples : is vero et a puero factus prætorianus, et militiam exorsus fuerat a domesticatu. Si conjecturæ locus sit, hinc irrepsisse crediderim mendum, vel quod librarius persuaderi non potuerit *Agricola* fuisse nomen proprium, vel quod eo putarit forsan Prosperum spectare, quia mox dicet, Ætium in agrum secessisse, deposita dignitate. Verum præterquam quod non omnes, qui secessum hujusmodi captant, agricolæ sunt appellandi, satis constat ex eodem, exiguo temporis spatio elapso, ad superiorem dignitatem rediisse.

(Ibid.) *Agricola Pelagianus Severinis epis. Pelagiani filius.* Sic didicimus restituendum ex Lod., Ulr., Mar., Contracto; cum, ut prius dictum est, vox *Agricola* præcedenti periodo adhæsisset, hæc vero periodus a voce *Pelagianus* inchoaretur, et ne cui judicium nostrum suspectum sit, sciat, præter jam dicta, sic legi apud Bedam lib. I Histor. Angl. c. 17, et Marianum Eusebii æmulatores, quos etiam Sigonius lib. XII de Occidentali imperio secutus est.

(Ibid.) *Ecclesias Britanniæ.* Restituta vox ad imitationem Lo., Lod., V., Va., Vat., Al., Ulr., Bedæ, Mariani et Contracti : licet legatur *Basterniæ* in vulgatis, *Brastaniæ* in Fa., *Bæstataniæ* in Va., *Hyberniæ* in On. Sed quod *Britanniæ* legendum sit, constat ex eo, quod Sigeber. in Chron. ait Germanum episcopum Antisiodorensem, de quo hic Prosper, et Lupum episcopum Trecassinum bis in Britanniam navigasse, ut hæresim Pelagianam confutarent; et paulo post *Germanus Antisiodorensis cum Severo Treverensi episcopo iterum ad Britanniam missus renascentem Pelagianam hæresim confutat :* adde quod statim Prosper subjungit *Britannos*; quin certius est, quam ut probari debeat, Pelagium ibidem erroris sui semina sparsisse.

(Ibid.) *Sui insinuatione.* Cultius ex Ulr. et Lod., quam olim *sui insimulatione*.

(Ibid.) *Sed ad actionem.* Sic pro *actione* ex V., Va., Ulr., Mar. In Lo. legitur in contextu *ad actionem*, et superscriptum est instar glossæ *ad insinuationem*.

(Ibid.) *Antisiodorensem.* Reddita huic voci puritas juxta Mar., Lo., Lod., cum prius *Ansiodorensem*, et in Fa., *Avisidiorensem*.

(Ibid.) *Et deturbatis hæreticis Brita ad cathol. fidem dirigit.* Rectius, suadentibus Lo., Lod., Ulr., nisi quod in isto pro *dirigit* habes *redegit*.

(Ibid.) *Padusia. Padusa* Fa., V.

(Ibid.) *Et Grunnitum.* Exposita vox ex V., Va., Lo., Lod., Ulr., cum antea, ut in editis, *Egrunnitum*;

vel, *et Grumitum*, ut in Vat.; vel, *Grammuticum*, ut in Al.; vel, *Egrunnitum*, ut in Fa., ubi *E* pro *et* copula. Nam, ut sæpe observavimus, familiare est librariis e confusa permixtione ultimarum litterarum dictionis præcedentis cum sequentibus voces corrumpere.

(Ibid.) *Eo insidiari cum. Eos insidiari sibi eos* Lo.

(Ibid.) *Augustinus... moritur*. Nemo dubitarit, quin cum Prosper fuerit S. Augustini observantissimus et illi coævus et σύγχρονος, quem viventem dilexerat, morientem non coluerit, ac inde non ejus occasum diligenter observarit, et ob eam causam, præsertim cum nulla dubitatio de ejus sententia, coeuntibus universis exemplaribus, suboriri possit, illi potius adhibenda fides, quam Marcellino, qui ejus mortem rejicit in superiorem consulatum. Adhæc accedit quod cum, teste Liberato, in Breviario cap. 5 tom. II Conciliorum, allatæ essent litteræ, quibus Theodosius imperator evocabat Augustinum ad synodum Ephesinam, is repertus est paulo ante decessisse. Constat autem ex Actis ejusdem synodi, litteras Theodosii, in quibus agebatur de cogendis episcopis ad synodum, datas fuisse III kal. Decembris, *coss. Theodosio* XIII *et Valentiniano* III. Ad extremum Contractus idem certe sentit cum Prospero, ubi hæc circa an. 7 Theodosii annotat; differt tamen in anno Christi, ubi accenset 430, quod indicat annos Christi non fuisse ab initio appictos in Prospero, alioquin ejus vestigia urgeret in illis non secus ac in aliis.

(Ibid.) *Inter impetum. Inter impetus*, Lo., Lod., Mar.

(Ibid.) *Congregata apud Ephesum plus ducentorum synodo sacerdotum*. Ne sis anxius de re, et de anno. Omnes enim pene scriptores idem cum Auctore sentiunt, saltem in anno consulum, et anno 8 imperatoris Theodosii, seu 24, numerando ab an. 13 Honorii. Nam quoad annos Christi veteres aut illos ignorabant ante Dionysium Exiguum, vel varie referebant, ut non semel dixi et acta synodi idipsum luculentissime testantur. Quod non hoc solum loco velim observes, sed in singulis versiculis seu historiis, ut quoties nil vides a nobis annotatum, scias rem esse certam, et ab omnibus comprobatam tum exemplaribus, tum scriptoribus. Non enim exaramus commentarios, sed nobis satis est tueri nostram editionem in rebus utcumque dubiis. Quod, si quid nonnumquam attigi in aliis rebus, feci de industria, ut idem reperiri in cæteris, ubi nulla facta erat observatio, intelligeres.

(Ibid.) *Qui cognatum sibi dogma juvabunt. Qui cognominatum sibi dogma invenerat*, Al.; *qui cognatum erroris novi juvabunt dogma*, Ul.

(Ibid.) *Romanæ ecclesiæ quadragesimus secundus præficitur episcopus Sixtus an. 8, diebus 19, totius urbis pace et consensione mirabili*. Multiplex ac fœda hujus loci corruptio densissimas tenebras induxerat: primo cum hæc abessent *an. 8, diebus* 19, pro quibus in Mar. et Ul. *an.* 18; secundo cum ista *totius urbis*, etc., a superioribus interpunctione, seu lacuna et latereulo disjuncta, et sequentibus aggregata, essent tamquam de Bonifacio accipienda. Quin etiam vice *urbis*, legebatur *orbis*, et loco *consensione* erat *confessione*. Verum nil nostro Marte affictum. Nam præterquam quod sententia planior est, illa quidem *an.* 8, *diebus* 19, ut de Sixto, non autem de Bonifacio dicantur, hoc debetur Lo., Lod. vox *urbis* pro *orbis* restituta ex Lo. et Lod., et vox *consensione* pro *confessione* ex V., Va., Vat., Lo., Fa.

(Ibid.) *Ad Italiam per urbem venit*. Hoc acceptum sero Lo., Fa., Mar. Nam antea insulse et fœde exstabat *ad Italiam pervenit in urbem*. Quod ubi advertisset illust. Baronius, dum hunc locum produxit tom. V Annal., sic habet *ad Italiam pervenit et urbem*. Sed qui nobiscum veterum exemplarium auctoritati deferunt, haud dubio nostram lectionem magis probaturi sunt.

(Ibid.) *Ibique cum quidam inimicus ejus repentino incursu opprimere tentasset*. Quod ita recenseamus, A pro *ibique cum quidam inimicus ejus repentino eum incursu opprimere tentasset*, factum est ad imitationem Lo., Lod., Ulr. et Diaconi lib. XIV, nisi quod in Lod., *ibique eum quidam inimici ejus repentino incursu opprimere tentassent*.

(Ibid.) *Pacem principum et jus interpolatæ potestatis*. Ita scripsimus pro *pacem principum Ætius interpellatæ potestatis*, secuti V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Al. in voce *interpolatæ*, et Lo., Lod., in verbis *et jus*. Diacon. autem lib. XIV, referens totam istam sententiam, ita scribit, *pacem principum Ætius cum receptu interpolatæ potestatis obtinuit, nec multo post patriciatus etiam dignitatem adeptus est*: quibus verbis non solum confirmat nostram lectionem, sed etiam eam explicat: et illis auxiliatur Sigebert., dum an. Christi 435 tradit Ætium (pingit *Etium*) *sese contulisse ad Rugilam regem Hunnorum*, *et ejus auxilio regressum ad Romanum solum*, et anno sequenti, *Etius*, inquit, *in gratiam recipitur*. Hinc intelliges B quomodo Ætius pristino gradui restitutus fuerit, ubi, teste Prospero, et deviceritBurgundionum regem, et patricius et consul tertio factus sit, et multa prælia gesserit usque in an. 30 Valentiniani, cujus manu interfectus fuit, ut ait Prosper Pithœi et alii scriptores. Illustriss. Baronius referens hunc locum tom. V pag. 631, ita legit: *Pacem principum interpellatæ potestatis obtinuit*.

(719.) *Maximo. Maxutio* V., Va., Vat.; *Massutio*, Fa. Verum nostram lectionem præter editos et alios mss. habent Fasti omnes, Marcellinus, Cassiodorus, Diaconus, Codex Theodos., et alii.

(Ibid.) *Maxima urbis regiæ .... incensa*, etc. Absunt ab V., Va., Lo., Lod., Fa., Mar., Ulr., sed habentur ad eumdem consulatum, apud Marcellinum et Socratem lib. VII cap. 39. Intellige per regiam urbem, urbem Constantinopolim.

(Ibid.) *Joannes .... habetur*. Hæc item desiderantur in V., Va., Vat., Fa., Lo., Lod., Ulr., Mar.; sed nec dubium quin viveret tunc Joannes Cassia- C nus, cujus exstant collationes Patrum, et qui lib. VII de Incarnat. circa finem testatur se fuisse discipulum Joannis Chrysostomi, quem antea Prosper vocavit Joannem Constantinopolitanum. Sed non est verosimile Prosperum ejus mentionem fecisse tam honorificam, contra quem scripserit tamquam male sentientem de fide orthodoxa cum Pelagianis: ut notat Marcellinus sub consulatu Theodosii XVI, et testantur ejus opera. Porro in Lod. eorum vice insita est hoc loco collectio, seu summa annorum ab orbe condito, ab Abraham, et similibus, sicuti habentur circa finem Hieronymi, quam non erit abs re hic inserere. Nam licet multis mendis scateat, juvat tamen utcumque ad comprobanda quæ sunt in editis: maxime si ex nonnullis detrahas an. 155, ex aliis 45, ex aliis 55, quod relinquo judicio accurati lectoris.

Colliguntur omnes anni usque in consulatum Theodosii XIV et Maximi.

A decimo quinto Tiberii anno et passione Domini D anni 406.

Ab instauratione templi sub Dario anni 1054.

Ab olymp. prima et Prophetia anni 1210.

A Solomone et prima ædificatione templi anni 1466.

A Moyse et Cycrope rege Atticæ anni 1965.

Ab Abraham et regno Nini anni 2450.

A diluvio autem usque ad Abraham fuerunt anni 942.

Ab Adam vero usque ad diluvium anni 2242.

Fiunt itaque ab Adam usque in tempus suprascriptorum consulum, anni 5634.

(Ibid.) *Ariobinda*. Quidni ita recenseamus, cum ita velint V., Va., Vat., On., Ulr., Marcellinus, Procopius lib. I de Bell. Pers., libro I de Bell. Vandal., et Fasti, Siculi, Capitolini, Sigonii et Onuphrii, pro *Ariovinda*, ut olim; in Fa., Lo., Lod., *Ariabindo*; in Mar., Pi., *Ariovindo*; in Codice Theod. lib. XV de Indulg. debit. lib. XI, *Ariobindo*, et l. unica de Bon. cleric. lib. V, *Ariovindo*.

(Ibid.) *Et Valentiniano. Et Valeriano* Al., sed perperam.

(Ibid.) *Data eis ad habitandum per Trigetium Africæ portione*, III *id. Febr. Hippone*. Ad eluendam hujus loci maculam ita necessario fuit castigandus. Vulgati enim antea sic habebant, *data eis ad habitandum per triennium in loco Africæ Hippone* III *id. Febr.* Mutatum est autem *triennium* in *Trigetium* ad imitationem Lo., Al., quibus patrocinatur Fa., ubi *per Trigentium* : delevimus *in loco* ex fide Lod. et Mar., in quibus legitur tantum, *data ad habitandum Africæ portione*, cui assentitur Ulr. ubi, *data eis ad habitandum Africæ portio* : quæ omnia firmiora evadunt auctoritate Diaconi lib. XIV. *Pax*, inquit, *facta est cum Vandalis data per Trigetium ad habitandum Africæ portione*. Demum apposuimus in fine vocem *Hippone*, exemplo Lo., Al. : sic enim sensus fit clarior. At vero in Al. pro III *id. Febr.* reperies V *kal. Feb.* Ex his castigabis Marcellinum, ubi eadem labes, quæ in Prospero antiquo.

(Ibid.) *Hunni*. Sic pro *Huni* ex Lo., Lod., Fa.; in Lod., *Chunni*, qua voce Lod., Prosper Pithœi, Diaconus, Gregorius Turon. et plerique alii utuntur; ut cum simplici *n*, Jornande, Contractus, Palmerius, Idacius, Thoromachus, et alii : sed usitatius est cum gemino, ut in Ulr., Can. apud Zosimum (sine spiritu), Hieronymum, Cedrenum, Zonaram, et alios innumeros.

(Ibid.) *In fugam vertit. In fugam verterit* Lo., Lod., Fa., tamen vulgata est aliorum librorum et Diaconi lib. XIV, et magis convenit cum voce *Siquidem*.

(Ibid.) *Annona implevit. Annona impleverit* Lo., Lod., Fa.

(Ibid.) *Privatos jure*. Ita visum est reponendum ex Al. Ulr. et Mar. pro *privato jure*.

(Ibid.) *Nostrorum episcoporum. Nostrorum episcopos*, Lo., Lod., et præterea in Lod. est interjectum, *quorum Possidius et Novatus, et Severianus clariores erant*.

(Ibid.) *Valentinianus Aug. ad Theod. princip. Constantinop. prof. filiamque ejus in matr. accipit*. Eadem scribit et sub iisdem consulibus Marcellinus : sed Socrates lib. VII cap. 44, Cassiodor. lib. XII Histor. Trip. cap. 13, Diacon. lib. XIV, rejiciunt in superiorem consulatum. Cui potius adhærens, vix judicari potest. Hæc autem filia vocabatur *Eudoxia*, filia alterius Eudoxiæ.

(Ibid.) *At illi hoc facinus*. Ita legendum docuere Al., Lod., Mar., Fa., Lo., pro *at illi facinus*.

(Ibid.) *In rabidissimam iram*. Imitamur V., Va., Vat., Al., Lo., Lod., Fa., Mar., pro *in rapidissimam iram*.

(Ibid.) *Cruciati. Excruciati* Lo., Lod., quo verbo Auctor utitur etiam paulo post.

(721.) *Regi acceptus*. Purius Lo., Lod., Fa., Ulr., quam ut vulgo *regii acceptus*, et ita etiam habet Chronicon Tironis Prosperi. Unde ad eorum imitationem nos composuimus.

(Ibid.) *Casus et ad*. Pro *casus ad* V., Va., Vat., Mar.

(Ibid.) *Et Festo*. Exsulat a Lo., sed prostat in cæteris et Fastis, Cassiodoro, Marcellino, Mar., et aliis.

(Ibid.) *Qui secunda ab Aetio Patritio potestate*. Instaurata loci forma consilio V., Va., Vat., Lo., Lod., Al., Fa. Val., Vasæi et Paul. Diaconi lib. XIV, pro *Qui secundæ ab Ætio Patritio potestati*.

(Ibid.) *Quantum illa, quæ cum eodem periit*. Emendatius juxta Fa., Lo., Lod., quam ut ante, *quantum illa eorum quæ periit*.

(Ibid.) *Julianus Eclanensis*. Vicit Lod., ut ita recenseremus loco *Athelenensis*, ut in editionibus Basiliensibus, On. et Can., seu *Atelanensis*, ut in Ulr., seu *Athelensis*, ut apud Contractum in priori editione, seu *Atenelensis*, ut in postrema. Nam lectionem nostram proxime imitantur Lo., ubi *Echlanensis* ; Lod., *Eclanensis*; H., *Heenensis*; V., Va., Fa., Ven., Lut. et primæ editiones, *Acelanensis*; Vat., *Adanensis*, ubi conjicio appositum *d* pro *cl*. Adde Eclanum urbem esse Campaniæ Antonino et aliis : et Gennadius tradit hunc Julianum fuisse Campanum. Marianus legit *Atelanensis* ; Baronius *Attelanensis* cum duplici *tt*, dum hunc locum refert tom. V Annal.; quæ lectio poterat tolerari, cum Atella sit urbs celebris Campaniæ apud Plinium, Ptolemæum, Strabonem et alios, præcipue nisi obstitisset major numerus codicum.

(Ibid.) *Motitus est in communionem*. Interposuimus *est*, ex V., Va., Vat., Al., Fa., pro *molitus in communionem*.

(Ibid.) *Sed his*. Pro *sed hiis*, juxta Lo., Lod., Fa., Ulr.

(Ibid.) *De rejectione*. Maluimus sequi Al., Lo., Lod., quam retinere antiquam lectionem *defectione*; vel, ut apud Mar., *derelectione*; vel, ut in Ulr., *de relectione*.

(Ibid.) *Despoliatione. Dispoliatione* Al.

(Ibid.) *Divini cultus loca*. Ita nos ex Va., V., Vat., Al., Fa., Ulr., Can., pro *divini cultus loco*.

(Ibid.) *Carthago a Va. capta .... anno post. Rom. esse cep.* 585.

(Ibid.) *Alias* 583. Desiderantur in V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., nec videntur esse Auctoris, ut de similibus supra sæpius observavi. Prior autem numerus optime respondet anno 3 olympiad. 158, quo Eusebius notavit Carthaginem fuisse captam a Romanis, modo non includas in ea consulatum hunc extremum, quo capitur a Vandalis. Tota autem sententia deficit in Ulr.

(Ibid.) *Quem tunc inter*. Emendatius quam olim *nunc*, ex V. Va. Vat., Lo., Lod., Mar., Fa., Ulr., Can.

(Ibid.) *Amicitia reintegranda*. In Lo., Lod., Al., Ulr., Can., *amicitias redintegrantem*; in Fa., *amicitias reintegrandæ*.

(Ibid.) *Longus esset abductus*. Plenius juxta Al., Lo., Lod., quam, ut impressi et Can., *longus esset adventus*; in Fa., *longus esset adductus*.

(Ibid.) *Geisericus*. Substituendum videbatur *Gensericus*, quia sic habent V., Va., Vat., Prosper Pithœi, Marcellinus, Diaconus, Sigebertus, Albertus, Martin. Polonus, et vulgus scriptorum posterioris ævi. Verum tantum potuerunt apud me editi, ut eorum lectionem alteri prætulerim, præsertim cum iis patrocinentur Fa., On., Mar., Contractus, Victor. Uti., et iis accedat Lo., in quo *Geisiricus* ; Lod. et Ulr., in quibus *Gisiricus*; in Ulr. tamen nonnunquam *Geisericus*, ut apud Idacium aliquando, nam sæpius *Geisericus*; Contractus et Cassiodor. novus, *Ginsericus*, nam vetus *Gensericus*; Procopius et Jornandes *Gizericus*; Agathias, *Gesericus* ; Zonaras, Cedrenus et Evagrius Γιζέριχος, in quibus semper per *i* inchoatur, et ita videtur magis redolere barbariem viri et gentis.

(Ibid.) *Apud barbaros. Apud barbarorum animum* Al. ; *apud barbarum*, Fa. : *apud barbarum animum*, Lo. ; *apud barban animum*, Lod.

(Ibid.) *Maximæ calamitatis et infelicissimæ*. Sic ex Lo., Lod., V., Va., Vat., pro *maxima et calamitatis infelicis*.

(725.) *Cyro V. C. consule*. Adducimur ut ita reponamus propter V. Va., Vat., Al., Fa., Lo., Lod., cum quibus coeunt Fasti Sigonii, Onuphrii, Cassiodorus, pro *Cyro* III *consule* : quæ lectio nullum patronum reperiet, cum semel tantum consulatum adeptus fuerit.

(Ibid.) *Anaxilla*. Ad marginem impress. annotatum erat *Ausila*, ut habet etiam Ulr. et ora Can. Præterea legimus *Ausilia* in V., Va.; *Anaxilia* in Vat.; *Ansila* in Lo., Lod., Mar., Fa., sed in re certa satius fuit nil innovare.

(Ibid.) *Eudoxio cos*. Illustrata vox præsidio On., V., Va., Lo., Lod., Mar., Marcellini comitis, Cassiod., Codicis Theodos. et Fastorum pro *Eudoxo* in impress., seu *Eudoxo* in Al., seu *Leudosio* in V., Vat.

(Ibid.) *Partium revertitur. Provinciarum se vertit* Al. In Lo., Lod., Fa., *provinciarum revertitur*.

(Ibid.) *Multis ab eo*. Hoc, quia membranis illis

V., Va., Vat., Lo., Lod., Fa., Can., On., potius quam *multi ab eo*, magis probatur a nobis, improbari non potuit.

(Ibid.) *Videretur, multis*. In Lo., Lod., *videretur tam multis*.

(Ibid.) *Paterno*, Sic necesse fuit recensere ex Al., Mar., Cassiodoro, et Fastis pro *Paterio* ut olim; in Pi. et Marcellino *Patesio*, ut in Lod.

(Ibid.) *Diligentiæ*. *Diligentia* V., Lo., Mar., Fa., Ulr.

(Ibid.) *Dogmatis sui*. Agnosce veterem lectionem petitam ex V., Al., Lod., Mar., Fa., Ulr. pro *dogmatis suæ*.

(Ibid.) *Fuerant interceptæ*. Occurrerunt hæc in V., Fa, Lo., Lod. et On. pro *fuerunt interceptæ*. Quæ quia probatiora, ideo huc allata.

(Ibid). *Confessionibus in urbe captorum*. *A confessoribus in unaquaque urbe catholicorum* Al.

(Ibid.) *Attila rex Hunnorum*, etc. In Al. sub consulatu Theodosii XVIII ante hæc verba, *Attila rex*, etc., hæc adduntur, *Hoc anno Pascha Domini* IX *kal. Maii celebratum est, nec erratum est, quia in die undecima kal. Maias dies passionis fuit, ob cujus reverentiam natalis urbs sine Circensibus fuit, ob reverentiam Dominicæ passionis*. In Lod., *Hoc anno Pascha Domini* VIII *kal. Maias celebratum est. Nec erratum est, quia indicio* (legendum *in die*) XI *kal. Madii passionis fuit, ob cujus reverentiam natalis urbis sine Circensibus transit*. Eadem reperiuntur apud Marian. sub eodem consulatu, sed paulo diversa: *Hoc anno Pascha Dominicum aliter celebratum erat quam in die* 10 *Maii, sed* XI *kalend. earumdem, quando die passionis fuit ob cujus reverentiam natalis urbis Romæ sine Circensibus transiit*. Quid habeat Lo. postea videbitur. Hoc solum addam, quod si quis ad imitationem Lo., ejus situm ad insequentem consulatum reposuerit, in errorem manifeste impinget, ut constat ex epist. Leonis papæ de hoc ipso Paschate data, *coss. Theodosio* XVIII *et Albino*. Quibus congruunt quæ scribunt Marianus, Contractus, Albertus et alii de quæstione quæ tunc temporis exorta est propter celebritatem Paschatis in illo anno.

(Ibid.) *Bledam*. *Blebam* V., Va., Vat., Lo., Lod.; *Bledlam* Al. Verum prius retinuimus, quia receptius est: sic enim Marcellinus, Cassiodorus, Prosper Pithœi, Sigebertus, Albertus; Jornandes *Bletam*; Contractus *Bledlam*; Marianus *Budam*.

(Ibid.) *Et Nonio*. Exculta vox ope V., Va., Vat., Lo., Lod., Pi., Ulr., sicut etiam habent Fasti Siculi, pro *et nono*, ut in vulgatis; vel *et Nonio*, ut in On., Can., Mar., et apud Marcellinum, Cassiodorum, Fastos Capitol., Sigon., et Onuphr., et Actio I concil. Chalcedon. Cæterum post illud, *Valentiniano* VI *et Nonio coss.*, in Ulr. adjiciuntur consequenter quatuordecim consulatus, quorum ultimus est *Ardubare et Maximiano*, inter quos adjecta sunt quædam quæ ad historiam pertinent. Quilibet poterit ad ea recurrere.

In Fa. legitur: *Hic finit Prosper post Hieronymum. Explicit Chronica Eusebii Hieronymi presbyteri: gratias Jesu Christo et Mariæ matri*.

In Lod. nonnulla etiam subjunguntur usque ad consulatum Valentiniani VIII, ejusque necem et Urbem captam a Geiserico, inter quæ leguntur ad calcem eadem, quæ itidem sunt ad calcem in Prospero Pithœi, idque iisdem fere verbis, sumpto initio ab ea periodo, *Attila in sedibus mortuo, magna inter filios ipsius certamina de obtinendo regno exorta*, etc. Unde certissime colligo quod ab initio significavimus codicem illum, quem Lod. appellamus, non solum esse germanum Prosperi Chronicon, cum ea omnia habeat, quæ pridem Gennadius designavit (orditur enim ab Adamo, et tandem in necem Valentiniani desinit, et Urbis expugnationem factam a Geiserico), sed etiam illud Pithœi esse alterius auctoris, qui quædam exscripsit ex Chronico Prosperi, et nostrum, seu etiam Ulricianum, et alia hujusmodi esse quidem Prosperi majori ex parte. Sed aucta ab aliis (vel a Mileto, seu Melito, qui similiter auxit Chronicon Isidori, vel ab ipso Tirone, cujus præfert nomen, ex quibus duobus excerpsisse se profitetur Marianus), idque in iis locis quæ notavimus desiderari consensu librorum.

In Lo. quoque subjiciuntur consequenter nonnulli consulatus cum notis ad oram quæ præ se ferunt numerum consulatuum, quos sigillatim deduxit Prosper; quæ quoniam pauca et erudito lectori sunt profutura, ideo hic collocavimus.

*Valentiniano* VI *et Nonio coss.*

*Natalis Urbis sine Circensibus fuit ob reverentiam S. Dominicæ passionis, Athila rex Unorum Blebam fratrem et consortem suum perimit, ejusque populos sibi parere compellit.*

*LXVII. Aetio et Symmacho consulib.*

*LXVIII. Callepio et Artabure consulib.*

*LXIX. Posthumiano et Zenone consulib.*

*LXX. Asturio et Protogene consulib.*

*LXXI. Valentiniano* VII *et Abieno V V. CC. consulib.*

*LXXII. Fl. Delfio V. C. consule.*

*LXXIII. Fl. Erculano V. C. cons. et qui de Oriente fuerit renuntiatus.*

*LXXIV. Fl. Opilione V. C. consule.*

*Post consulatum Opilionis V. C. Aetio et Studio hoc anno Aetius occiditur a Valentiniano imperatore.*

*LXXV. Valentiniano* VIII. *consulatu suo rex Wandalorum et Alanorum Geisiricus regnat post mortem Valentiniani imperatoris annis* 21.

Et post collectiones de quibus supra * ad calcem Hieronymi, et quæ hic inseruntur, sequitur, *Explicit Chronica Eusebii Hieronymi presbyteri. Deo gratias. Amen.* Pro vulgatis quod scilicet Prosper non excesserit consulatum Valentiniani sextum, seu etiam superiorem, facit auctoritas Victoris, Tunnunensis episcopi, dum tradit Prosperum annales suos usque ad consulatum XVIII *Theodosii* fuisse persecutum. Pro codice Lodonensi facit auctoritas Gennadii testantis Chronicon Prosperi initium habere ab Adam usque ad obitum Valentiniani, et captam Urbem per Geisericum. Facit etiam quod Chronicon Prosperi editum a Petro Pithœo J. C. iisdem terminatur: et Contractus ad annum ultimum Valentiniani, *Hucusque*, inquit, *Prosper Chronicam suam perduxit*. Miror autem Marianum ad consulatum Leonis junioris, et ann. Christi 474 adjicere, *Hucusque Prosper et Cassiodorus*. Nullus enim liber perducit ejus Chronicon usque ad eum consulatum, nec ullus est veterum, qui eo usque extenderit.

* Diximus ibi, in calce Notarum in Hieronymum, quibus de causis Descriptionem illam consulum alio transtulerimus.

# INDEX

## IN CHRONICA EUSEBII ET HIERONYMI,

### A SCALIGERO PRIDEM CONCINNATUS

## AD NUMERUM EUSEBIANUM,

*Auctior nunc, pluribusque locis emendatior.*

A

## D.

E



F

## Q



## R



## S

## T

## U



## V

# NOMENCLATURA AUCTORUM,

## QUORUM SCRIPTA ADDUCUNTUR IN HIS CHRONICIS.



FINIS TOMI VIGESIMI SEPTIMI.